




# PETRI REBVFFI
## IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS
## TRACTATVS VARII,



Quorum partem olim excusam, auctiorem multò, ac Auctoris extrema manu limatiorem hac editione emittimus: partem verò nunc recens enatam, nunquámque impressam, in lucem ac commodum Reipublicæ damus.

*Elenchum autem eorum omnium sequens pagina continet.*



LVGDVNI,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM.
M. D. LXXXI.

Cum priuilegio Cæs. Maiest. & Christianiss. Galliarum Regis.

Fr. Don Joan francisco de navarrete

## *Summa priuilegij Imperatorij.*

MAXIMILIANI II. Romanorũ Imp. semper Augusti, publico edicto cautum est Guilielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunensi, & sancitũ, nequis cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis, siue sit calcographus, vel Bibliopola, siue alius quilibet, quacunque sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patẽt, hæc *P. Rebuffi Iuris vtriusque Doctoris Tractatus varij, quorum partem olim excusam &c.* nisi ipsius Guilielmi Rouillij, aut hæredum eius permissu, intra decenniũ, eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudenda curet, vendat ipse, aut cuiquam diuẽdenda mandet, aut denique excusa ab aliis intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui sibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars ipsi Guilielmo Rouillio, aut eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librorum amissionem, quos per se idem Rouillius, vel per suos, vbicunque locorum nactus fuerit, adiumento magistratus loci, vel citra propria auctoritate sibi vindicare, ínque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cæsarea Maiestas, vt latius patet in ipso diplomate dato Pragæ decimaquarta die mensis Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto. Subsign.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum sacræ Cæs. M. proprium.

*A. Estenberger.*

## *Extraict du priuilege du Roy de France & de Pologne.*

PAr grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon d'imprimer ou faire imprimer vne fois ou plusieurs, ce present liure intitulé *P. Rebuffi Iuris vtriusque Doctoris Tractatus varij, quorum partem olim excusam &c.* lequel liure il a recouuré auec grans frais, mises & despenses: & pource est faict defense de par ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs & personnes quelconques, de nõ imprimer, vendre, ny distribuer en ses pays, terres & seigneuries ledict liure: si ce n'est par le consentement dudict Rouille: & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que sera paracheuee la premiere impression: sur peine d'amende arbitraire, & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorãce du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement dudict liure serue pour toute notification. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, comme plus à plein est contenu & declaré par lesdictes lettres de priuilege, sur ce dõnees à Lyon le vingtvnieme Ianuier, mil cinq cens septante cinq, & de son regne le premier.

Par le Roy, à vostre relation,

*Signé, MORE.*

Et seelé du grand seau en cire iaune à simple queuë.



# REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, ROBERTO CENALI ARboricen. Præsuli meritiſsimo,

## Petrus Rebuffus S.



CVM ſuperioribus annis, Preſul ampliſsime, eam partẽ iuris Canonici, quæ de Decimis eſt, publicè interpretaremur, rogârunt permulti, vt quę viua voce à nobis tradita audiſſent, ea ſcripta legenda daremus: futurũ dicebant, vt res eſſet grata, non ſolùm ſibi, ſed & cæteris iuris ſtudioſis, & multomagis pragmaticis, & qui in foro verſantur: quòd hoc genus materiæ apud vulgus ſit vſitatiſsimum, frequentiſsimũmque in iudiciis, eccleſiaſticæ denique rei totius emolumentum, & ferè quicquid eſt vel ſupellectilis, vel diuitiarum, vt meritò dici poſsit ſacerdotiorum ὀσία, & operæpretium me facturum addebant, ſi ius hoc decimarum non ſolùm vulgò, ſed apud ipſos quoque Iuris interpretes adeò controuerſum, & paſsim in toto iure diffuſum, in vnum quaſi locum cogerem in rectum ordinem, & velut methodo quadam diſtinguerem. Quod cùm apud me altius repeterem, digna me hercule res viſa eſt, in qua elaborarem. Nam & ſi permulti ſint, qui in cæteras non adeò vtiles iuris partes ediderint tractatus, & velut centones, qui plurimùm ſtudioſi laborem leuare poſsint: nullum tamen legimus, qui in hanc partem id aut fecerit, aut tentarit, quod prætermiſſum hactenus à pleriſque laboris magnitudine magis putandum eſt. Nam cùm volitandum ſit per omne genus interpretum, non alia vlla cauſa credendum eſt ab hoc inſtituto, aut præteritos, aut reuocatos viros, alioqui ſummos & Iuriſperitiſsimos, qui hoc elegantiſsimè & copioſiſsimè potuiſſent: deinde, quia forſan videbant conſuetudine regionũ, & obſeruatione vulgari multa aut immutata, aut ſcripto iuri derogata, aut vſurpata: ob quam cauſam graues & indies maiores oriuntur in foro controuerſiæ. Illorũ ergo precibus, aliorúmque amicorũ hortatu adducti, noſtras illas prælectiones recognouimus, purgauimus, & pro virili luſtrauimus, vt nihil deeſſet ad rei huius & materiæ, tum cognitionem, tum quæſtionum quotidianarum deciſionem. Poſtremò cùm cogitarem, cui potiſsimùm dicarem (vt mos ſcriptorũ eſt) tu ſanè Antiſtes præſtantiſsime nobis viſus es dignus, non dicam hoc noſtro labore, vel induſtria, quam ſcio longè inferiorem, vel dignitate, vel ingenio tuo, ſed multomagis genere materiæ. Etenim cùm ius τῦ ἀποδεκατῦ à iure diuino originem habeat, formula verò eius & ratio quædam Epiſcopis certiſque perſonis pro regionum modo diſtributa ſit à iure Pontificio, atque præſcripti limites: cui præſertim Præſuli offeram, qui te exactius, aut accuratius, & illius & huius iuris præcepta teneat, qui acutiore iudicio huiuſmodi ſcriptorum cenſuram facere, aut ea probare poſsit? quandoquidem propter ſingularem iuris diuini humanique peritiam, ſermonis elegantiam, Hebræarum, Græcarúmque & Latinarum literarum eximiam eruditionem, probitatem, egregiámque animi virtutem, præcipuus habitus es: quem ad Tridentinam ſynodum rex Francorũ Chriſtianiſsimus, vniuerſáque Eccleſia Gallica delegerit, vt acerrimum Chriſtianæ pietatis & religionis defenſorem, vt propugnatorem, vt denique eximium vitæ exemplar, & ſanè audeam dicere, nõ ego ſolùm, ſed & tam vulgus quàm lautiſsimi quique, te Præſulum Galliarum decus & ornamentum (etenim ſua virtuti laus tribuenda) De quo ſi ſolus ego noſſem, multa dicere, quę mihi cognita familiaritate tua, & conſuetudine, qua pro tua humanitate ſum vſus, ſed oratio prolixior quàm res notior fieret, cùm præſertim ex quotidianis muneribus, quæ pro re Chriſtiana, Eccleſiæque Galliæ æquiori ſtatu ſubis, quæ de te feruntur indies illuſtriora fiant. Deinde, quia vereor ne tibi apud improbos cõflare inuidiam videar. Hunc igitur noſtrũ libellum, de Decimis, qui de rebus ad eccleſiaſticam rem pertinentibus eſt, cuius tu curam præcipuam habes, offero: quem non dubito tibi gratum fore, vt tua eſt ſemper humanitas, & erga me beneuolentia, quam mihi ſæpe ſignificaſti.

Vale, & nos ama.

M. MESNARTII PARISIEN. AD PRAECEPTOREM, HENDECASYLLABUM, EIUSDEM NOMEN capitalibus versuum elementis præ se ferens.

*Proh-dolor, quid tu hanc operum coronam,*
*Et sacrosancti colophana partus,*
*Tam diu nobis dare distulisti*
*Reddere musis?*
*Ecquid accensæ studiis iuuentæ,*
*Rebus & nostris publicè inuidebas?*
*Esne tam humani generis perosor*
*Barbarus? Absit.*
*Verùm id imprimis (puto) pertimebas*
*Fortè ne præcox nimium subiret.*
*Frustra id: en ex te nihil indisertum*
*Exiit vnquam.*

Ad Petrum Rebuffum Iuris vtriusque Doctorem celeberrimum, Ioan. Stagnei Antoniani, Carmen.

*Cur, Rebuffe, tuo prohibes mea carmina libro*
*Præfigi? an quia sunt ingeniosa parum?*
*Iure vetas, fateor, siquidem hæc tibi causa vetandi.*
*Sunt ieiuna etenim, dissona, dura: scio.*
*Sed tamen officium, sed testarentur amorem*
*Laudando ingenuè qualiacunque meum.*
*At laudes istas, inquis, non appetis, vt quas*
*Inuidiam quandam sæpe mouere scias.*
*Hoccine duntaxat metuis? cur suggeris ergo*
*Huic ipsi causam materiámque rei?*
*Nam qui sic scribat, doceat, respondeat, vt tu,*
*Tutus ab inuidia scilicet esse queat?*
*Non carmen, non vox laudantis: sola mouere*
*Inuidiam virtus, claráque facta solent.*
*Ne cui consulito, ne scribito, néue doceto:*
*Tum nulli cessans inuidiosus eris.*
*At dum cùm tanta facies hæc omnia laude,*
*Qui toruo aspectent lumine semper erunt.*
*Nam velut in celsis crebriùs flant montibus Euri:*
*Stringere sic liuor maxima quæque solet.*
*Anne ideo cessare velis? an propter iniquos*
*Vitæ desistas à ratione tuæ?*
*Ah citius, quàm sic in publica commoda pecces,*
*Rumpatur, quisquis rumpitur inuidia.*
*Suggillatores nonnullos forsan habebis:*
*Sed laudatorum copia maior erit.*
*Sicut enim vmbra solet corpus, sic gloria tantam*
*Doctrinam, sic laus tot benefacta sequi.*
*Et licet ipse quidem sileam, tamen ipsa loquetur,*
*Ipsa canet laudes publica fama tuas.*
*Quas mihi si per te liceat celebrare, libenter*
*Tentaret calamos hic mea musa suos.*
*Doctrinámque tuam, responsáque certa, librósque,*
*Et caneret pondus nominis illa tui.*
*Hoc verò, quod nunc in lucem emittis, ad alta*
*Laudibus, vt dignum est, sydera ferret opus.*
*Hinc primum decus, hinc primos tibi iuris honores*
*(Occideret sanè liuidus) assereret.*
*Sed quando nostro laudari carmine non vis,*
*Ne nimia offendat sedulitate, tacet.*

TRACTA

TRACTATVS

# DE DECIMIS.

## QVAESTIO PRIMA.




HANC frequentissimam & in forensi iudicio vsu venientem materiam, à nostris iuriũ interpretibus hactenus non iustè tractatam, vtilitati deseruiens publicæ, breui ac ordine præscribere, quęstiones tantùm vtiles, ac frequentes inserere, ne chartas in vanum impleã, ratus: quod vt faciam, habita tamen prius Dei Opti. Maxi. inuocatione, præfationibus omissis, ipsam rem aggredi toto conatu tentabo.

*Totius tractatus summa.*

1 In primis dicam quo iure inuenta fuit decima. fol. 1. Secundò, quam ob causam, fol. 9. Tertiò quotuplex sit, fol. 10. Quartò quid sit, fol. 13. Quintò qui ad decimas teneantur. fol. seq. Sextò vbi decimæ soluendæ sint. fol. 17. Septimò quibus solui decimæ debeãt, 20. Octauò de quibus bonis. fo. 22. Nonò quomodo peti debeãt. fo. 24. Decimò coram quibus iudicibus, fol. 26. Vndecimò quomodo solui decimæ debeant, 32. Duodecimò quando soluendæ sint decimæ, 33. Decimotertiò an tolli possint, 34. Decimoquartò an eis sublatis noualia debeantur: & ibi noualium abundè explicatur materia, 47. Vltimò quibus malis afficiantur non soluentes decimam: & quibus donentur præmiis soluentes. Quibus discussis, decimarũ materiam facilè consequi vnusquisque poterit.

*Quo iure inuenta sit decima.*

2 Prima igitur quæstio est, quo iure fuerit ista decima inuenta? Resp. quidam de iure naturæ inuentam arbitrantur, gentes enim ante legem dictam de quibusdam rebus decimas Deo persoluebant: scribit autem Plin. lib. 12. cap. 14. de thure his verbis: Thus collectum Sabotam camelis cõuehitur, porta ad id vna patente, digredi via capitale leges fecere, ibi decimas deo, quem vocant Sabin, mensura, non pondere sacerdotes accipiunt, nec ante mercari licet. facit etiã quod scribit ibi. cap. 20. de cynamomo, sed post legem à Deo promulgatam fuisse opinor.

*Abel, Abraham & Iacob decimas soluerunt.*

3 Item Abel munera de fructibus terræ, & de primogenitis gregis sui domino offerebat, Gene. 4. cap. sed ibi non loquitur de decimis. Ad hæc Abraham de omnibus quæ à quinque regibus eripuerat, decimas dedit sacerdoti Melchisedec. Gen. 14. qui Melchisedec ante legẽ erat, vt diuus Paul. sic ait, Hebr. 7. Intuemini autem quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de pręcipuis Abraham Patriarcha. & Genes. 28. cap. item vouit Iacob votum, dicens, si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersúsque fuero prosperè ad domũ patris mei, erit mihi dominus in Deum: & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

4 Præterea frequens apud veteres votum fuit, vt decimam prædę & spoliorum, in hoc patriarcham insequentes Abraham, Ioui & diis deuouerent, quare Iupiter prædator nuncupatus est. id enim soluebatur, vt prædæ parte diuendita donum diis & numinibus dicarent. qui mos Gallorum fuit, vt belli iure quæsita, plerunq; verò partem Marti deuouerent: in quo id erat constitutum, vt diuina ope implorata, is plus spei ferret, & propitios facilius haberet deos, qui maiorem prædæ partem diis deuouisset. sed hoc post legem factum etiam verisimile est.

*Herculi decimam solutam docet.*

5 Decimam etiam Herculi passim voueri, votúmque effundi solere apud Romanos veræ fidei ignaros, in vsu comperimus: quod auspicatissimum duxerunt, & fortunatissimum. qua de causa, Lucullum Romani moris & iuris peritũ quòd decimam vouisset, votúmque persoluisset, maximis auctum opibus, fortunisq; existimauerunt. sic scribit Alex. lib. geni. die 3. c. 22. Item cum captis vehis aurum delphico Apollini mittendum esset ob decimas prædæ, quas in bello Camillus vouerat: nec in publico facultas esset, ornamenta sua matronæ in ærarium detulere, patriæ magis quàm suis consulentes commodis. testis est nobis Liuius lib. ab vr. cond. 5. hos igitur, cũ legem non haberent, sola natura doctos, in comperto est. de hac decima loquitur tex. in l. 2. in fin. ff. de polli. vbi Bud. vocat eam Herculaneam: de qua inferius, quæst. 3.

*Mulieres ornamẽta pro decimis soluendis tradidere.*

*An decimæ de iure diuino.*

6 Alij à Deo institutam autumant, quia Deus Opt. Max. ordinauit & præcepit eas solui, Exod. 22. c. ibi, decimas & primitias tuas non tardabis offerre, primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. & Leuit. vlt. cap. omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. non eligetur bonum nec malum, nec cum altero commutabitur. si quis mutauerit, & quod mutatum est &c.

*Diuisio decimarũ, oblationũ, & aliorum iurium à Deo facta.*

7 Decimæ ergo constitutæ sunt à Deo per Moysem, vt persoluantur à populo filiis Leui, pro ministerio, in quo deseruiebant ei in tabernaculo. non accipiebant filij Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant preces. & quia sacerdotes seruiunt domino, ideo ipsis debent laici persoluere decimas. cap. ecclesias. 13. q. 1. & decimas à populo sacerdotibus ac Leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas. cap. decimas. 16. q. 1. Deus enim noster, qui dignatus est

nobis totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam.c.decimæ.ibidem.

*Diuisio decimarum oblationũ & aliorum iurium à Deo facta.*

8 Et sic Deus voluit,vt tribus Leuitica in duas scinderetur partes, videlicet in sacerdotes,& Leuitas.sacerdotibus enim omnia primitiarum iura,votorum, & redemptiones primogenitorum, oblationum,& sacrificiorum dedit,num.18. cap. Leuitis autem decimas omnium fructuum pecorum liberè concessit. summo verò sacerdoti decimam decimæ Leuitarum: vt in dict.cap.18. scribitur.hodie cùm sacerdotes & clerici nõ sint diuisi,decimas,oblationes,& primitias recipient simul.

*Conclusio quòd decimæ à Deo sint institutæ.*

9 Et sic putarẽ de iure diuino decimas à Deo Opt. Max. institutas, dictante ratione quadam naturali, quæ est, vt recognoscamus illum, qui hoc nobis dedit. Sed quia in quacunque parte Deum recognoscere possumus,placuit altissimo partem sibi acceptam declarare, & eam filiis Israel nuntiauit,videlicet decimam:nempe natura non dictat nos ad soluendum decimam, potius quàm aliam partem, sed ad offerendum aliquid Deo,vt scribitur Ecclesiast.35.c.sic: non apparebis ante conspectum domini vacuus. hæc enim omnia propter mandata Dei fiunt. Oblatio iusti impingat altare,& odor suauitatis est in conspectu altissimi. bono animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarum, in omni dato hylarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas,da altissimo secundum donatum eius,& cætera.

*Cõciliantur opiniones.*

10 Ex his conciliabũtur ambæ opiniones,nam si concluderemus eas esse de iure naturæ, sequeretur homines ante promulgationem à Deo ligatos,& peccasse non soluentes, & tamen Iacob vouit eam,ergo non tenebatur, & Abraham dedit sacerdoti Melchisedec decimam, non de fructibus terræ,sed de his quæ in bello acceperat, & sacerdos ei benedixit, vt patet Genes.14.c.in fin. nec poterant deberi, antequam declaratæ essent à Deo,cui darentur,videlicet Leuitis:quibus pręcepit ne possessiones haberent: quod Deus non fecisset, si de iure naturæ eis debitæ fuissent. aliis rationibus probat Thost.Matthæ.23.c.& conclu dit de iure positiuo esse, sed cum prædictis vos vtranque opinionem tenebitis sic conciliatã, videlicet esse de iure diuino institutam, dictante ratione naturali.

*Prædiales & personales sunt à Deo solui præceptæ.*

11 Ex quibus infertur,quòd tam decimæ prædiales, quàm personales sunt à deo institutæ, & solui pręceptę.de prędialibus superius dictum extitit,de personalibus scribitur 2.Esdræ.c.10. in fi.ibi, Leuitæ decimas habebant in omnibus vrbibus, in quibus opus nostrum exercemus. & ita est in Hebræo.& de his etiam scribitur Deuterono.12.cap.in princi.ibi, offeretis decimas, & primitias manuum vestrarum. demum ius pontificium, & veteres patres solui eas ius diuinum sequentes coegerunt,multaque dubia in his declarauerunt.vt scribit glo.in c.quicunque. 1.in 16.q. 7.concludens,tam decimas prædiales,quàm personales lege diuina debitas. idem consuluit Barba.consil.49.illud.col.4.in 3.vol.ista fusius scribit Anto.Butr.in c.parochianos,in 1.q.eodem.& ista ad ea quæ dicemus inferius in 13. q. an tolli possint,proderunt.

12 Et quia natura nos inducit,vt id quod dedit mihi Deus,illi retribuam:ideo etiam personales ex opere erunt debitæ, licet contrarium teneat D.de Traiecto, in dic.q.quolibet.5.sed quota de iure est positiuo, nec à lege dei noua præcepta, sed à lege antiqua iudiciali:vt testatur Angel.clauas.in summa angel.in verbo,decima.q.2. & fratres prædicatores, & minores debent populum exhortari,vt soluãt tam decimas prædiales,quàm personales.cap.1. de deci.in 6.sic consuluit Alex. consi.60.Romana.vol.4.

*Responsio opinioni, quòd decima sit iuris positiui.*

13 Non refragatur opi.Hug.de S.Victo. in li.1. de sacr.parte 11.c.4.& 11.vbi dicit decimas ante legem fuisse sub consilio,sub lege in pręcepto,iam vero in libertate spiritus ambulare permittimur: quia cum à lege veteri inductæ essent,& nõ sunt renouatæ in nouo testa.de iure tantùm positiuo debentur,secundum eum.& hanc opi.secutus est D.Adri.de Traiec. summus olim pontifex, in d. q.5.vbi probat morte Christi abolitam illam veterem legem, in eo quòd erant præceptæ solui tribui Leui, ex qua erant sacerdotes & Leuitæ. Respond.hodie verò clericis & sacerdotibus debentur. & licet ante legem non essent in præcepto dei quoad quotam, & cui darentur, tamen munera offerri in recognitionem beneficij necessarium erat,vt Eccl.25.ca.patet. posteà dominus statuit decimam dandam,quod ius pontific. cõfirmauit.probat etiam c.parochianos.ibi,cum decimæ non ab homine,sed ab ipso domino sint institutæ.& c.tua.1.ibi,quæ diuina constitutione debentur.& c.tua.2.c.in aliquibus. de decis. licet istis iuribus Thost.respondeat esse introductas à deo,sed hodie non deberi quasi à deo præceptæ, sed à conciliis,& à summis pontificibus: sed per prædicta puto institutas, & debitas iure diuino, quia dei institutum non est reuocatum expressè. imo est receptum & approbatum ab ecclesia, & sic à spiritu sancto:& ideo dicitur etiam de iure diuino quicquid fabuletur Thost. nam etiam in concilio Magunt. cap. 38. sic dicitur: Admonemus atque præcipimus, vt decimas de omnibus dari non negligatur, quia deus ipse sibi dari consuluit: & sic à deo maximo institutas esse negari non potest.

14 Nec extinctum fuit illud ius vetus per legem Christi,sed morale sic. & hoc erat iudiciale secundum theolog.quos refert Asten.in sua sum in 2. par.lib.6.tit.35.rub.de deci.dicens,quòd post quam determinatio decimæ partis est nunc per ecclesiam approbata, non minus debet illas hodie dare populus,quàm olim, cum populus nouæ legis obligetur ad maiora.vti asseritur Mat.5. c.nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Pharisæorum,&c.& Pau.2.ad Corin.3.cap.in fi. Ego etiam puto populum teneri de nouo iure euangelij ad soluendum decimam.Mat.23. & Luc. 11. dicit Christus, hoc oportuit facere, & illud non omittere,scilicet decimas soluere fructuum,quos dederat dominus.& alibi,reddite quæ sunt Cęsaris Cæsari, & quę sunt dei deo. Et quia decimæ erant

erant dei,igitur renouatæ : quare de iure diuino, dictante ratione naturali, decimæ inuentæ sunt: à iure verò canonico forma & declaratio est facta:vt in tit.patet,de deci.& in multis aliis iuribus decreti.

15 Nec me mouet quod illæ decimæ,quas euntes ad templum Hierusalem comedebant. Deut. 14.sunt sublatæ, ergo & istę dec.parochiales.Respond.illæ reseruabãtur ad sacrificia figurata offerenda, quæ hodie cessant, ideo & illæ decimæ cessabunt. intellige tamen vt scribam q. 3. etiam illæ quæ debentur summo sacerdoti, non sunt sublatę quia ex causa papa eas imponere potest. cle.fi.de dec.Item decimæ quæ tertio anno præcipiebantur pauperibus dari, sunt in euangelio ampliatæ. Luc.vlt. quod superest date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Non igitur solam decimam sed omnia superflua iubet dominus pauperibus erogare. Asten.in sua sum. in 2.par.35.tit.rubr.de dec.vers.cir.3.

*Decimæ an in primo cõtineantur præcepto.*

16 Imo quidam theologi firmant decimas,primitias, oblationes in primo præcepto includi, dum dicitur, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Adoratio est cultus latriæ:cultus autem latriæ esse non potest sine dei seruitio ac recognitione. & quia per illa tria deum recognoscimus,& illi seruimus, ideo illa tria in hoc 1.præcepto includi videntur:sed ibi non taxatur quota,ideo non est in hoc præcepto quota taxata:vt dicunt doc.theologi ad quos te reiicio.

*Primitiæ quo tempore instituta, & quantæ sint.*

17 De primitiis etiam quota in lege noua non est taxata. nam in animalibus olim sufficiebat vnum ex ducentis dare : in aridis ac liquidis de 40.ad sexagesimum,in cap.1. eo. ideo est statuta quantitas pro arbitrio soluentis secundum loci consuetudinem,Inno.Panor.& alij in d.c 1.quod probatur Ezechi.45.c.& hæ sunt primitiæ, quas tollitis, sextam partem ephi de choro frumenti, & sextam partem ephi de choro ordei,& cæt. & computat Hosti.in d.c.1.post Hiero. esse partem sexagesimam.

*Abel & Romani primitias dederunt.*

18 Item, primitiæ tempore Abel inuentæ fuerunt,Genes.4.ibi,Abel quoque obtulit de primo genitis gregis sui.c.1.de deci.& dicuntur primitię primi fructus,quos sibi dominus tanquam omnium rerum dominus, retinuit : & quia omnia dat bona,in primis eum recognoscere debemus. Vnde Plin.lib. 18. c. 2. ait : Romanos olim non prius degustare nouas fruges, aut vina solebant, quàm sacerdotes primitias libassent. & istæ primitiæ ter in anno domino offerebantur : in paschate de nouis granis,in pentecoste de nouis panibus,in septembri de nouis fructibus illius temporis,videlicet vini,& fructuum. theologi in Leuit.23.c.& festa primitiarum gentes coluisse legimus.Iudicum 9.c.

*Atheniens. crinium primitias offerebant.*

19 Item Athenienses cùm ex Ephebis decessissent, primitias crinium Delphos deferebant,& cùm antiquiores comam circa tempora,aut posteriorem crinem Apollini,& flaminibus tonderent,æuo succedente Theseus anteriorem capillum Delphis dedicauit, vnde Theseus tonsura prodita est:cuius exemplo iuuenes,cùm ex Ephebis excessissent, anteriorem comam Phebo, & Aesculapio,aut Libero obtulêre,primitias postea Romani adolescentes magnæ indolis primam lanuginis barbam diis consecrare vsurparunt. teste Alex.lib.genial.5.c.18.facit glo. in verbo, & primitias.13.quæst.1.cap.1. sed cui hodie primitiæ debeantur? Respond. curatis à populo constitutis in sua parochia.

20 Nec refragatur quod scribitur prouer. 3. c. ibi, Honora dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. vbi Chartus. intelligit deum honorandum de decimis & primitiis : & postea dandum esse pauperibus de bonis nostris.Alij intelligunt quod honorandus est deus de omni substantia sua,& de primitiis frugum dare oportet pauperibus:quia non primitiæ deo offerebantur.c.1.de deci.ideo de primitiis & præcipuis fructibus da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate,& vino torcularia tua redundabunt.

*Cõsuetudine tolli an primitiæ possint.*

21 Vel melius dici potest, in Hebræo non esse, da pauperibus : sed sic scribitur : glorifica dominum de opibus tuis, & de primitiis omnis prouentus tui : sic enim implebuntur horrea tua satietate, & torcularia tua musto exundabunt. Et ideo non obstat quod valere consuetudinem, vt nihil soluatur de his primitiis,& excusare à peccato,scribat Henr.Bohic,in d.c.1. Ego verò puto contrarium : quia hoc est præceptum affirmatiuum, videlicet deum honorandum de primitiis. Non honoraretur, si nullæ darentur, igitur consuetudo non valeret,tum quia inducit ingratitudinem,videlicet vt deo ingrati simus,qui omnia nobis dedit. superat enim ingratos Getas( vt prouerbio dicitur ) qui has primitias & oblationes non soluit secundum consuetudinem:quę si non appareat, tunc quantum debeat soluere est ei liberum,dummodo aliquid soluat de singulis fructibus, & qui hoc fecerit diues erit, & benedictus à domino,& hoc asserit And.Hispa. in regu.decima.q.8.

*Primitiæ deci. & oblationes in bonis ecclesiæ numerãtur.*

22 Et sic primitiæ, decimę, & oblationes pręcipuè in solis ecclesiarum bonis numerantur. c. causa.de verb. signif. non est tamen præceptum morale, vt primitię dentur. Potest enim Deus honorari tam in mediis fructibus,vltimis, quàm primis,sed est quoddam præceptum iudiciale, & figurale,vt primitiæ dentur, id est primi cuiuslibet rei fructus.c.magnę. circa finem. de voto. & in his maximè consuetudo attenditur. vt suprà dixi, & Boer. in decis. Burdegal. 236. pro iure primitiæ.tamen vt aliquid soluatur, vt superius dictum extitit,est diuini iuris, id est à deo pręceptum factum.

*Oblationes quo tẽpore inceperunt.*

23 Oblationes verò inceperunt tempore Cain, & Abel:vt scribitur Gen. 4. licet quidam dicant à Noe,per id quod scribitur Gen.8.c.in fi.ibi,ædificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus,& volucribus mundis,obtulit holocausta super altare. sed antea oblationes inductę erant, vt patet. oblationes autem dicimus quęcunque de propriis & licitis rebus ecclesię à fidelibus offeruntur.c.causa. de verb.signi. & numero 7.c.scribitur,quòd principes Israel obtulerunt munera coram domino sex plaustra tecta

cum duodecim bobus,& alia magna munera,vt ibi scribitur, quę dominus iussit suscipere, & ea Leuitis tradi.hodie, si offerant solidum, videtur magna oblatio: sed tamen valde distat ab oblatione veterum.

*Quibus casibus oblatio debetur.*

24 Sed dubitari potest an necessariò faciendę sint curato oblationes? Responde sic, in casibus sequentib. Primò, quando consuetudo adesset, nam laici laudabiles consuetudines seruare debent.c.ad apostolicam.de symo. plenè Panor. in rub.de paroch.in fi.Henric.Boic.in 2.dis.c.quam uis. de deci. Secundò, si curatus indigeat. non enim suis militare stipendiis tenetur. Paul. 1. ad Corinth.9.c.& c.cum ex officij. de pręscrip. glo. in c.omnis.de consecra.dist.1.Fely. in c. veniens. 1.col.2.de testib.Tertiò,in pręcipuis anni festis,& maximè vbi ecclesia non habet decimas prędiales.d.c.omnis Christianus.de consecra.distin.1.& Bohic.in d.c.quanuis. Quartò, quando oblationes essent ex testamento faciendę, vt pote in anniuersariis,vel in sepulturis mortuorum, tunc illę oblationes sunt necessarię.c.nulli.12.q.2.c.vltima voluntas.& c. qui oblationes.13.q.2.Siluester prier.in sua summa, in verb.decima. quęst.2.{Et quid nomine oblationum veniat,docet tex.in c. cum inter.de verb.signifi.}

25 Quintò, vbi non soluuntur primitię, tunc quia oblationes succedunt in earum locum,ideo necessarię sunt.vide c.statuimus.16.q. 1. & si quis oblationes ecclesię accipere vel dare voluerit præter episcopi conscientiam,vel eius cui huiusmodi sunt officia commissa,nec cum eius voluerit agere cōsilio, anathema sit,in Gangrensi concilio fuit statutum,vt patet in c. in canonibus.16. questio.1.etiam olim non audebat quis prophetam consulere,aut accedere vacua manu, vt patet 1. Regum c. 9. sic non debent parochiani ad ecclesiam ire sine oblationibus diebus maximè festis.

*Prophetas cōsulere sine donis ueteres non solebant.*

26 Nec valet consuetudo, vt laici oblationes recipiant in ecclesia.cap.antiquos.cap.quia. & c. sanctorum.cum sequent. 10. q.1. nam decimę & oblationes æquiparantur,c.quanuis.de deci. vbi Iohan.And.

*Tres species oblationum & quā do episcopo debeantur.*

27 Et aliqui tres dicunt esse oblationum species. prima est donatio rei inter viuos deo facta, vel ecclesię:secunda causa mortis facta, quę instar legatorum redacta est.tertia est vsualis,quam fideles faciunt ad altare, vel ad manum sacerdotis:vbi etiam firmant oblationes tunc spectare ad episcopum, quando celebrat in aliqua ecclesia suę diœcesis.teste Matthæ. de afflic. in constitut. Neapol.lib.1.rub.de dec.num.32. consuetudo tamen in plerisque locis est in contrarium, etiam extra consuetudinem episcopus à paupere presbytero recipere eas non debet.

*Laici oblationes recipere nō possunt etiā in suis oratoriis.*

28 Et sic improbatur consilium Dec.148.reuerende.vbi decidit valere consuetudinem,vt laici in oratoriis recipiant oblationes. nam cùm ipsi sint incapaces,non valet consuetudo.c. quanto. de consue.nec episcopus potest consentire,vt dimidiam partem oblationum laicus habeat, ca. si quis basilicam.de consecr.dist.1.alibi si operęprecium fuerit, abundantius scribam: nam sacras oblationes dicit tex.in c.inquirendum. de peculi.cleric.& sic laicis non potest competere ius recipiendi oblationes:sed ex causa dari oblationes laico possunt,fortè ad ecclesiæ reparationem,vel ad aliquem honestum vsum,& ad tempus,ita tamen, vt nullum ius per hoc habeant eas vendicandi:teste Præposit.in c.altare.1.q.3.

*Cui debeantur oblationes factæ imagini.*

29 Et cui debeantur oblationes factę imagini, quòd curato illius ecclesiæ, vbi est imago. docet Panor.in c.dilectus.col.3.vers.2.de offic. ordi. & c.quoniam.eo. & Troilus maluitius in tract.de oblatio. & episcopus non potest eas concedere domino domus,vbi est imago.Panor.in c.quanuis.eo.& in d.rub.de paroch.

*Oblationes imagini factæ in reparationem ecclesiarum cōuertendæ. Decretalis ex integra.*

30 Et quòd hæ oblationes curato debeantur, conuertendę tamen sunt in reparationem ecclesię per episcopum, si ecclesia indigeat, legi in integra compilatione. Alex.papæ.3. rub.de dec. in hęc verba,Plenè nobis innotuit ex tuarum literarum continentia, quòd cum hostia quędam sacrata in arca cuiusdā mulieris parochię tuę conclusa fuisset,virtute domini faciente pars ferè media in corpus Christi manifestè conuersa est, ita vt caro videatur. Cū verò hostia ipsa à parochiali ecclesia, quam scilicet ecclesiæ tuæ ad ecclesiam ipsam maiorem translata sit,idē canonicus oblationes, quæ obtētu illius corporis Christi eidē ecclesię proueniunt,instanter requirit,quas in reparationē ecclesiæ fideliter,sicut asseris, erogasti:licet autem eidē canonico petas super hoc silentiū imponi,& nos libenter in eo,quod secundum dominum possumus,petitiones velimus attendere & admittere,petitioni, tamen super hoc non possumus exhibere fauorem, sed venerabilibus fratribus nostris Alban.& Siluan.episcopis, quibus causam ipsam committimus,dedimus in mandatis vt pręfatum canonicum commoneant à petitione ipsarum oblationum desistere,vt eas in reparationem ecclesię prędictę erogari permittat. Si verò ad hoc induci non poterit, eidem causę debitum finem imponant.Et in suprascriptione illius decretalis scriptum est, Alexander tertius Attrebatensi episcopo. Et sic quandiu imago est in parochia, oblationes parocho debentur. Si verò iure translata fuerit in aliam ecclesiam, illi ecclesiæ, in quam translata est, debetur.& illa decretalis non est in nostris decretalibus communibus.

*Quorum oblationes recipi non debent.*

31 Notandum est, quòd nec oblationes dissidentium, nec eorum qui pauperes opprimunt, recipi debent,c.oblationes.& c.eorum.90.distin. nec oblationes meretricis publicę.c. ex transmissa.eo.& inferius dico quæst.quinta.nec raptorum oblationes.c.super eo. de raptorib.sicut nec vsurariorum.c.quia in omnibus.de vsur. nec alicuius, qui crimen notorium horridum commisit, c.miror.16.q.7.Innoc.in d. c. ex transmissa. item qui bona ecclesiæ inuadunt oblationes nō offerant ante restitutionem.cap.de viro. 12. quæstio. 2. & hoc est in detestationem criminis introductum,ne ecclesia videatur approbare illud delictum grauissimum, & cum illo in eodem participare.

32 Hodie ista non vident sacerdotes, sed passim ab

sim ab omnibus recipiunt, fortè quia conditiones personarum, & eorum crimina ignorant, nec de illis inquirere tenentur. Vide Exod. 25. cap. Materiam istam oblationum vide plenè examinatam per Socy. in suo trac. de obla. & hæc seruiunt ad elucidationem rub. de deci. primi. & oblat. & ad ea quę inferius dicentur. & hæc de prima quæstione.

## QVAESTIO II.

1 *Quam ob causam decimæ introductæ sint.*



Secundò, quamobrem introductæ sint? Resp. primò in signum vniuersalis dominij deus opt. max. eas sibi retinuit. c. tua. 2. eodem. inficiari enim sanæ mentis vir non posset, quin deus omnium dominus sit, & vniuersalis. nam domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. ideo vt illum recognoscamus talem esse, ipse sibi has retinuit decimas, tributa vero principes, in signum specialis dominij. cap. cum non sit. eõ.

*Pro victu ministrorũ decimæ sunt institutæ.*

2 Secundo decimæ sunt etiam institutæ pro victu ministrorum ecclesiæ: & aliæ possessiones eis temporales sublatæ fuerunt. Num. 18. in terra eorum nihil possidebitis, decimarum oblatione cõtenti: & ibidem c. 8. inferte omnem decimam in horrea mea, vt sit cibus in domo mea. super quo ait Hier. sciatis vos perdidisse abundantiam, quia fraudastis me parte mea: reddatis igitur mea, & ego restituam vobis vestra. Et Malach. 3. c. inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit dominus. Vnde Pharao tempore famis sacerdotibus statuta cibaria ex publicis horreis præbebat: & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Genes. 47. & nos hodie opprimimus sacerdotes, & ecclesias, ideo omnibus affligimur malis, c. multi. 1. quæst. 1.

*Cur hodie affligamur.*

3 Tertiò, hæ decimæ sacerdotibus concessæ fuerunt, vt legi dei liberius vacare possent: vt scribitur 2. Paralip. cap. 13. Præcepit etiam Ezechias populo habitanti Hierusalem, vt darent partes sacerdotibus, & Leuitis, vt possent vacare legi dei.

4 Quartò, propter fabricæ constructionem, & tuitionem. c. vobis. & c. concesso. & c. mos est. 12. quæst. 2. Hostien. in rub. huius titu. Ioh. And. & alij post eum, ibidem.

5 Quintò, propter pauperum & hospitum receptionem. Deuter. 14. c. & August. de Anchona in tracta. de Ecclesiast. potestate. cap. 73. 4. quæst. dicens ex hoc ordinationem ecclesiæ ortam, vt de stipendiis ecclesiæ tres portiones fieri debeant. in cap. mos est. 12. quæst. 2. vna pro victu clerici: secunda pro reparandis ecclesiis, tertia addicta est pauperibus: & aliter dispẽsans rem ecclesiæ, tenetur. vnde Christus Matthæ. 17. cap. in fine. noluit de sibi datis soluere tributum, & ad alium vsum conuertere: sed misit Petrum piscatum, vt ibidem dicitur. & Hieron. super Matth. 13. cap. scribit. vt refert de Anchon. vbi suprà.

*Tres portiones de bonis ecclesiæ fieri debent.*

6 Legimus etiam Abraham hortum plantasse iuxta puteum iuramenti, quem Hebræi Bersabaa vocant: hortum inquam, plenum optimis fructibus. & peregrinos suscepisse hospitio, quibus gratis necessaria omnia concedebat, nihil aliud pro pretio exigens, quàm vt scilicet orbis conditorem agnoscerent, venerarentur, & timerent rectorem cæli & terræ, cuius donum esset, quicquid comedissent vel bibissent. sicque in vera religione institutos, & ad vitæ melioris instituta conuersos dimittebat. sic ait Alphons. Lipoma. in lib. Gen. cap. 21. in fine.

*De horto Abrahæ.*

7 Sextò, propter sacrificiorum oblationem. nam diuus Apostolus ait: Qui altari seruit, de altari viuere debet. 1. ad Corinth. 9. & cap. cum secundum. de præb. & Nume. vlt. cap. Filiis Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: ideo hoc naturali conuenit rationi, vt qui seminat spiritualia, metat carnalia. nam mercenarius dignus est mercede. Diuus Paul. & bonorum laborum gloriosus est fructus, vt ait philosoph. & ratio naturalis dictat, vt qui deo pro populo ministrat, ab eo alatur. Host. in cap. à nobis. col. 3. eo. scripsi in præfat. ad rub. de collat. in concord. Imol. in cap. 2. de transact. dicit personales deberi in compensationem oneris sacramentorum.

*Decimæ propter seruitium debentur.*

8 Septimò, ex hoc patet deum retinuisse decimam, potius quàm aliam partem: quia numerus denarius perfectionem signat. decimæ enim & primitiæ deo offeruntur, id est, initium & perfectio bonorum operum deo perfecte sunt adscribenda: quia sine eo nullum bonum opus inchoatur, aut perficitur: vt diuus Paul. ad Philip. 2. ait, Ipse est qui operatur in nobis, & velle, & perficere. Nouem verò partes retinentur, qui numerus est imperfectus: nempe quicquid imperfectionis & defectus in nobis est, nobis inquam, & nostris defectibus est ascribendum, non verò deo. ideo scribitur Ozeę 13. perditio tua, ô Israel: & in me auxilium tuum. Hostien. in cap. à nobis. col. 2. eodem. & deus istam partem tanquam Leuitis sufficientem, & alteri populo non molestam, retinere voluit, vt Thoma. scribit super cap. 23. Mat. quæst. 56. vel etiam deus à nobis primitias & decimas requirit, idest primas & vltimas portiones, cum ipse sit omnium principium & finis: cui principio fructus primarius, & cui fini decimas offerre debemus. denarius enim est & omnium numerorum complementum, & finis: vt in harmonia mundi tom. 4. in fine.

*Quare potius decimã deus retinuit quàm aliam partem.*

9 Octauò decima vocari potest spiritualis, quia humilitatem continet illam, per quam omnia bona à deo data esse nobis recognoscimus: mala autem à nostræ figmento naturæ: vnde si quis doctus potest alios erudire, non suæ debet attribuere prudentiæ, ingenióque, quod possidet, sed gratias primùm agat domino, qui cuncta largitur, deinde sacerdotibus, & ministris, à quibus est eruditus. cap. reuertimini. versi. si quis doctus. 16. quæst. 1. Floren. in 2. parte, titu. 4. cap. 3. §. 1. Et sic deus decimam, id est, numerum perfectum sibi retinuit, tum quòd sit perfectus, tum quòd in nobis operetur & velle, & perficere, vt dixi. & nobis imperfectum reliquit numerum, quia imperfectio in nobis est, & figmentum nostrum ipse cognoscit.

*Decima est spiritualis.*

Vltimò

10 Vltimò, vt omnia onera illi incumbentia curatus soluat, tam pro legatis & nuntiis sedis apostolicæ, quàm episcopo, clericis, fabrica, & pauperibus. & vt ista debitè valeat expedire, opus est vt curatus habeat quatuor matriculas, seu libros, in quibus quatuor ista scribat: Primò baptisatos in vno libro scribere debet, diem, & mensem, & annum natiuitatis, patrem, & matrem, si legitimi existant: alioqui sufficit matrem describere, & susceptores, id est patrinos, & hoc probatur in cap. contumaces. 50. distinct. & glo. in cap. nomen. 2. quæst. 1. ex quo tex. extracta est ordi. regia, rub. *des registres des baptesmes*. Vbi abundantius scribam. Secunda est pro decedentibus, vt etiam horam decessus, si possibile sit, describat: hoc proderit, vt sciatur quando vacarit beneficium, an in mensibus qualificatorum, vel ordinariorum, vel an in mensibus papæ, aut in mensibus ordinariorum, vbi papa habet certos menses. proderit etiam, vt sciamus, si pro decedente orandum sit, & eleemosyna facienda. cap. à nobis. 2. de senten. excommuni. nam & in extremis potest excommunicatus absolui. cap. vlt. de sepul. imò etiam post mortem, solennitate tamen adhibita, quæ describitur in dict. cap. à nobis. 2.

*Curatus debet habere quatuor matriculas seu libros.*

*Elucidatio ordi. regiæ.*

11 Tertia matricula est pro contrahentibus, vt si per hostiles incursus, aut incendia subditi dispergantur, illos curatus tempore quietis recolligere, ac ipsis testimonium per literas, proprio parochiæ sigillo signatas, de fide & matrimonio dare possit, de quibus in cap. non oportet. 1. de consecra. distinct. 5. vbi glo.

12 Quarta pro illis, quibus de bonis ecclesiæ subuenit, vt ita ecclesiæ possint seruari indẽnes, & concessa ac mutuata tempore famis, sterilitatis ac necessitatis, possint repeti tempore fertilitatis, & abundantiæ, ab illis, qui bona habent, & postea afflictis, & miserabilibus personis in suis necessitatibus subueniatur. & hoc pulchrè docet Iohan. Hugo, in tract. de offi. quatuor præla. rub. de matriculis curati. quod facit ad ordinat. regiam Francisci. rub. *des registres*. quam pleniùs elucidaui in l. qui in continentibus. ff. de verb. signifi. & in d. ordi. in 2. tomo.

## QVAESTIO III.

1 
Ertiò, quotuplex sit decima? respondeo multiplex. nam quædam est decima spiritualis, de qua supra, in proxima quæstione fuit dictum. temporalis verò est, quæ de tempore debetur, & ob id instituta fuit quadragesima, vt domino pars decima temporis tribuatur. cap. quadragesima. de consecrat. distinct. 5. ideo qui quadragesimam non seruat, deo decimam substrahit.

*Decima quotuplex.*

2 Altera est substantialis, quæ ex substantia hominum debetur. sic vocat Florenti. in 2. parte summæ, in tit. 4. cap. 3. §. 1. & sequen. & ista de omnibus frugibus debebatur leuiticæ olim tribui à populo ex lege. cap. 1. de dec. Exod. 22. c. & Leui. vlt. & licet aliæ solui essent solitæ, non tamen ex lege debebantur, sicut ista, & est decima quę parochialis vocatur: quia curatis parochialis ecclesiæ debita est regulariter, & hanc pertractare nostræ est sententiæ.

3 Secunda est quam leuitæ, hoc est inferiorum ministrorum gradus, summo sacerdoti, videlicet Aaron dabant, Numer. 18. cap. ibi, præcipe leuitis atque denuntia, quum acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte domino, id est decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum: & date eam Aaron sacerdoti. & isti comparatur decima, quæ papæ tribuitur. Potest enim papa ex magna causa, vt pote si contra infideles, vel ecclesiæ inimicos bellum gerat, hanc imponere, vel ex alia iusta causa. quanuis Panor. contrarium dicat in cap. 2. in fine. eod. titu. Nam postquam erat præceptum leuitis à domino, vt hanc soluerent, ideo non inuenio legem repugnantem, quominus imponi à papa etiamnum possit, vt inferius dicetur, & habetur 2. Esdræ cap. 10. in fi.

*Decima à papa imponi potest.*

4 Et sic ex illa auctoritate Nu. 18. requiruntur sequentia: primò quòd hæc decima sit imposita & præcepta, ibi, præcipe. Ergo sine impositione summi sacerdotis ab alio imponi non potest, & si aliter fuerit imposita, indicens eam est excommunicatus, in cap. clericis. §. 1. de immuni. eccl. in 6.

*Antequam decima imponi poßit quæ requirantur.*

Secundò requiritur quòd post impositionem sit denuntiata: ibi, denuntia. debitoribus enim denuntiari debet, vt soluant. lege quidam Iberus. ff. de seruitu. vrbano. præd. doct. in l. vinum. si cert. peta. Tertiò quod imponatur leuitis, id est clericis, qui decimas percipiunt. Ergo his qui non percipiunt decimas, imponi nõ possunt decimę papales, quas regales hodie quidam vocant. extra. 1. de dec. in communibus.

Quartò, quòd hæc decima imponatur super decimis beneficij, ibi, decimam partem decimæ, igitur non posset imponi ei, qui decimas nõ haberet, quia priuatio præsupponit habitum. cap. ad dissoluendum. de desponsa. impube. & nunquam mihi fuerũt impositæ, ob defectum materiæ, laus deo. §. seruus. de capit. diminut. in institu. & ideo non debetur decima ex hospitalibus. glo. in dict. cle. vlt. eo. quam sequitur Feli. in cap. de quarta. col. 6. nu. 18. de præscri. aliâs cõsului pro societate presbyterorum diœcesis Annicien.

Quintò, quòd ipsi clerici accipiant decimam. nam si non acciperent, illi non tenerentur ad istam. ibi, cum acceperitis à filiis Israel. &c. nisi per eos staret quominus acciperent. l. quod te. ff. si cert. pet.

5 Sextò, quòd is qui eam petit, sit Aaron, id est summus sacerdos, ibi, & date eam sacerdoti. Ergo episcopis, archiepiscopis, vel aliis personis nõ debetur, nisi à papa cõcederetur. cle. vlt. de dec. quæ sic habet: Si beneficiorum decima cuiuis simpliciter concedatur ad tempus, secundum taxationẽ decimæ in illis partibus, in quibus fiet concessio, consuetã, & ad monetã currentẽ cõmuniter ipsa decima leuari poterit, & debebit, nec per collectores, exactores, siue leuatores ipsius decimæ, ecclesiarum calices, libros, & alia ornamenta diuinis officiis deputata ex causa pignoris, vel distractionis capi, vel recipi volumus, vel distrahi, seu quomodolibet occupari.

*Pro decimæ solutione ornamenta ecclesiæ capi non possunt.*

6 Notãdum est, quòd cùm in hoc regno Franciæ

ciæ sæpè practicetur, vt dicit ibi glos. ideo super ea multæ solent oriri dubitationes, quæ deciduntur per Extrauagantem primam de deci. in communibus. ideo ad eam vnusquisque recurrat, & aliâs de hac consului, & plenè scripsi in consi. incipiente, istæ cōmunitates &c. & non debet hæc exigi decima de capellis, quæ non excedunt viginti libras, teste Collecta. in c. nuper eo. vbi plus dicit, quòd si fructus alicuius beneficij fuerint augmentati, decima ista non debet augeri, postquam semel taxata fuit. cle. fi. de deci. Et quando debet prouideri de beneficio vsque ad certū valorem, debet hic valor probari secundum taxationem decimæ, nisi aliàs valor probari posset, vt not. ibidem Collect. quod potest prodesse consiliariis, quibus prouideri debet de beneficio vsque ad ducentas libras, & non infrà.

*Valor beneficij quomodo probari poßit.*

*Quæ requirantur antequam decima à Papa imponi poßit.*

7 Item in Cōcilio Constan. de hac decima sic reperi statutum: Præcipimus & mandamus iura, quæ prohibent inferioribus à Papa decimas, & alia onera Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis imponi, districtius obseruari, per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum clerum, nisi ex magna & ardua causa, & vtilitate vniuersalem Ecclesiam concernente, & de consilio & cōsensu & subscriptione fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & Prælatorum, quorum consilium cōmodè haberi poterit, nec specialiter in aliquo regno, vel prouincia inconsultis Prælatis ipsius regni vel Prouinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum maiori parte: & eo casu per personas Ecclesiasticas, & authoritate duntaxat apostolica leuentur. in sessio. 43. & Thosta. plura scribit, q. 74. super cap. 23. Matth. {& legi in Epistolis Clementis 4. datam fuisse à Papa decimam Regi Ceciliæ, qui erat suo regno expulsus, & sic pro necessitate Papa eam exigebat vel concedebat. }

*Episcopi an decimam ab ecclesiis recipere poßint.*

8 Et sic vides quādo hæc decima imponi possit. Panor. in d. c. 1. eo. dicit in locum istius successisse quartam decimarum, quam Episcopi, cùm Episcopatus fructus erant tenues, solebant recipere: hodie verò non recipiunt, nisi vellent reparationes in beneficiis, à quibus quartam acciperent, facere. c. priscis. & seq. 10. q. 3. vbi gl. sed congruentius cōuenit Papæ, vt prædixi. vide Feder. consi. 151. thema. & Marc. Mantua. consi. 1. cōcludentem hanc decimā ex distributionibus quotidianis non deberi, ne diuinus minuatur cultus. Et quia aliâs sæpius ita fuit per Papam declaratum, cuius declarationi standum est.

*Decima pro anniuersariis.*

9 Tertia est decima, quam vnusquisque de populo Israelitico in suis horreis separabat, vt eas comederet, dum in templum Hierusalem proficisceretur, cùm in vestibulo templi leuitas inuitaret ad conniuium. c. 1. de deci. & Deuter. 12. & 14. in fi. caue ne relinquas Leuitam, quia non habet aliam partem in possessione tua. & in locum istius succedunt hodie anniuersaria, quę pro mortuis fiunt, & interdum conuiuia presbyteris dantur in anniuersariis pro consuetudine quorundā locorum, vt apud Virgil. lib. 3. Aeneid. est videre:

*Solennes tum fortè dapes, & tristia dona,*
*Libabat cineri Andromachæ, manésque ciebat.*

Et sic olim decima pro mortuis dabatur. hodie mali eā relinquūt, & à Deo relinquūtur. Vel oblationes quę fiunt in manus sacerdotū, possunt loco ipsius esse decimę, vt Pan. & alij dicūt in d. c. 1.

10 Ex quo ostenditur, quòd hæc decima debet dari pro orationibus, tam viuorum quàm mortuorum. glos. in c. ecclesias. in verbo, seruus. 13. q. 1. dicens, quòd licet veteres deuotioni addicti, quatuor olim decimas soluerent, tamen hodie nec vna quidem bene datur, idcirco fame, penuria, bellis, & aliis infinitis malis constringimur, de quibus inferius dico quæst. vlt.

*Pupillis & viduis decima reseruabatur.*

11 Quarta erat decima, quam veteres viduis & pupillis erogabant, de qua Deuter. 26. c. ibi, quando compleueris decimam cunctarum frugū tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur.

12 Ex hoc patet istam decimā capiendam post solutionē alterius decimæ, quę parocho debetur, id est curato: & idem in alia quacūque decima: patet ibi, quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum. & hæc nō capiebatur, nisi anno tertio post alias decimas. ibi, anno decimarum tertio.

*Gradus in dando eleemosynam pauperibus.*

13 Secundò est gradus in dando, quia primò præcepit Deus Leuitæ dandam ibi, Leuitæ. & sic primò clerico pauperi dari debet, quàm laico. Tertiò, aduenæ potius quàm ciui: ibi, aduenæ: quia ciuis facilius inueniet, quàm aduena. Quartò, pupillo potius quàm pauperi maiori, maior enim est miserationis causa in minore. ibi, & pupillo &c. Quintò viduę. ibi, viduæ. d. c. 26. Deute. Isti tamē gradus non sunt necessarij, sed pro necessitate cuiusque distribuenda est eleemosyna, imò in hospitalitate non est habendus personarum delectus, sed indifferenter quibuscūque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus. cap. si quis. in fi. 42. dist. Sextò, quòd hæc datur intra portas, hoc etiam non est necessarium: nam vbicunque inuenitur pauper, est donandus eleemosyna, quia intra portas nostras venire pauperes pati non solemus.

14 Quinta est decima episcopalis, quam olim Episcopi ex Ecclesiis parochialibus (quia episcopatus fructus tenues erant) recipiebāt. c. quoniam. & c. dudū. de deci. c. quia circa. infrà de priuileg. c. vobis. & c. concesso. 12. q. 2. sed hodie de consuetudine etiam ista non debetur. c. priscis. & c. seq. 10. q. 3. sed tantùm quarta decimationum Episcopis affecta est. c. conquerente. de offi. ordi. & in hac olim erat de iure communi fundatus, & fortè possunt intelligi iura, de quibus inferiùs dicetur, an hodie debeantur.

*Decima ex voto debita.*

15 Sexta est decima, quæ ex voto debetur, per tex. in l. 2. §. fin. ff. de pollicit. his verbis sic descriptum: Si decimam quis bonorum vouit, decima non prius esse in bonis desiit, quàm fuerit separata. Et si fortè qui decimā vouit, decesserit ante separationem, hæres ipsius hæreditario nomine obstrictus est: voti enim obligationem ad hæredem transire cōstat. gl. 1. in c. tua nobis. 2. de deci. intelligit in decima, quæ ex voto debetur, secus in alia decima, cuius transfertur dominiū in Ecclesiam,

clesiam, etiam antequam sit segregata.

*Intellectus ad l.2.§.fi. ff.de pollici.*

16 Aduertendum est ad intellectum d.§.fi.d.l.2. Nam quamuis doct.ibi eum valde cõtorqueant, ego tamẽ puto sic intelligi posse, quòd si quis vouerit decimã partem bonorum, illa nõ desiit esse in bonis vouentis, priusquam fuerit separata ab aliis bonis. Ratio dubitandi erat, quòd in Ecclesiam transit dominiũ sine traditione. l.fi.C.de sacrosan.eccl.c.2.de consue.sed contrarium est ibi: Nam pars bonorũ decima est incerta: ideo non separata, non desiit esse in bonis vouentis: quia incertam partem rei nemo possidere potest.l.3.§. incertus.ff.de acq.poss.ignoratur enim super qua parte bonorum erit decima: ideo ecclesia non habet rei vendicationẽ illius rei incertæ, tum quòd non possunt esse vnius rei duo domini insolidũ, tum quia non est iusta causa ad partẽ incertam vendicandã, ideo non datur rei vendicatio.l.quæ de tota.§.1.ff.de rei vend.sed is qui vouit actione personali, cogi potest ad illam decimã separandã & soluendam, & præstandã, nec potest pœnitere post votũ, qui si eam nõ separauerit, & sic decesserit, hæres ipsius obstrictus erit: quia voti istius obligatio trãsit ad hæredes, vt dicit ibi tex. Et sic vouens erat in vita obligatus: quicquid dicãt ibi doct.per principium tex.ibi, si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur, quæ res personã vouentis obligat, non rem, quæ vouetur. contra Bar.& alios ibi, & in l.si is qui pro emptore.in fi.ff.de vsucap.alioqui nõ trãsiret obligatio, quę non esset ad hæredem, per l.2.§.ex his.ff.de verb.obli. l.hæredem.de reg.iur.arg.l.decem.ff.de verb.oblig.

*Dominium rei donatæ quando ad eccle. non transeat.*

17 Et sic limitatur d.l.fin.C.de sacrosan.eccl.vt non habeat locũ, quando bona incerta sunt ecclesiæ donata, vt si quis donet tertiam, vel quartam partem bonorum, illo casu non transibit dominiũ sine separatione, per d.§.fi.l.2. secus quando bona certa sunt, tum ne duo in vnũ specialia cõcurrant.l.1.C.de dot.promis.tum per rationes prædictas, quãuis glo.in c.moderamine.16.q.1.dicat hoc verũ in decima quæ vouetur: secus in alia.tamẽ non video diuersitatis rationẽ in his decimis: ideo oportet iura iuribus conciliare, vt in l.vnica.C.de dot.promis.nam post votũ decima debita est, sicut & alia: quia dicitur vouete, & red dite vota Deo.ideo in vtraque decima idem dicemus, vt scripsi in q.8.inferius: quamuis glos.& doct.in d.c tua.2. primam sententiam sequãtur, & votum pro voluntate & desiderio, glo.exponit in l.cura.§.1.ff.de muner.alibi tractaui.

*Decima fisco olim debita.*

18 Septima quæ olim debebatur fisco, de his, quæ mariti sine liberis decedentes, coniugibus suis relinquebant, sed hodie abolevta est. in l.2.C. de infirman.pœnis cœlibat.

*Metallorum decima fisco debetur.*

19 Octaua est decima metallorum. Nempe si aurifodinę, argentifodinæ, vel aliæ metallorũ venæ in fundis priuatorum inueniantur, decima metallorum pars fisco debetur, & altera decima domino fundi, detracta tamen ante omnia decima curato debita per l.cuncti.C.de metall.lib.11. gl.in l.inter publica.vbi scripsi ff. de verb.sign. & in decis. Neapol.q.321. vide inferius q.8.de quibus bonis decima soluenda sit.

20 Nona est decima litis. Olim is, qui iniustè litigabat, nomine expensarum & sumptuũ, decimam partẽ eius, quod petierat, reo dare tenebatur, & παρακαταβολὴ genus actionis dicebatur, qua qui experiri volebant, pecuniã deponebant. Moris enim fuit, vt qui hoc genere experirẽtur, tam actor quàm reus apud acta decimã æstimationis litis partem deponerent, mulctam scilicet futuram temerè litigantis. testis est nobis Budæ. in cõment.linguæ Græcę.quod probat l.generaliter 1,C.de episc.& cler.sed ibi doct.in hoc dicũt illam legem abrogatam esse. & §. hæc autem.de pœna teme.litig.in instit.

*Decima litis in curia parui sigilli exigitur.*

21 In curia tamen parui sigilli Montispessulani hæc decima alitur, ac cõfouetur. Nempe rex vel regina percipit decimam partẽ cuiuscunque debiti, in illa curia petiti, ab eo qui succumbit, vt est statutum in ordin.reg.rub. *de la court du petit seel de Montpellier.* artic.5.& per totum.

22 Et baiulus seu gubernator Montispessulani etiam decimam partem eius rei, quæ petitur in curia vindemiarũ obtinet, & in hac decimæ litis exactione inspicitur id, quod petitur, non quod exigitur: nam si decem petantur, rex consequitur vnum, licet non deberentur, nisi quinque. Bart.in l.in offerendis.C.de appel.allego tex.in l.pe.in fi. ff.de iurisd.omn.iudic.ibi, semper quantum petatur quærendum est, non quantum debeatur.

*Ordinaria & extraordinaria decima.*

23 Decimò, quædam est decima ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria est, quæ secundum iuris ordinem imposita exigitur: vt decimę prædiales, & personales, de quibus inferius. Extraordinaria est, quæ extra iuris ordinem imponitur, vt si Papa ex aliqua iusta causa imponat, illa extraordinaria dicetur, & si quis vendat fundum liberum ab omnibus decimis, intelligitur de extraordinariis, non de ordinariis, Deo & eius ministris debitis, vt docet Bal.in l.fistulas.§. frumẽta. in fin.ff.de contrah.empt. per l.Seio.§.medico.ff. de annuis lega.sequitur Franc.Cremen.sing.107. vendidi.& Soci. consi.257.viso.col.2.vol.2. { hoc tamen non approbo, vt alibi dicam. }

*Admirallus decimam recipit.*

24 Extraordinaria etiã quam Admirallus, seu admirabilis accipit ex latrociniis marinis, vt patet in rub. *de l'Admiral.*ordin.1.art.13.in ord.reg.

*Integra decima.*

25 Vndecima quædam est decima integra, quædam non integra est, quæ cum integritate persoluitur, id est de decem vnum, & nouẽ retentis, decimum præstatur.c.fi.de paroch.c.cõmissum. cũ seq.& c.cum homines.c.ex parte.2.& seq. & c.in aliquibus.eo. & hæc est vera decima, quæ Deo debetur, & curatis persoluitur.

*Maiores decimæ & minutæ quæ.*

26 Duodecima, quædam sunt maiores decimę, siue grossæ, quæ ex frumento & vino soluuntur, minutæ verò quæ ex hortis, pullis, & ouis.glos.& doct.in c.cum ex tua.& c.ex multiplici. de deci. vbi in Anglia, in lana, lacte, & caseis est, & in multis aliis locis.in c.cum in tua.de deci.

27 Decimatertia, quædam sunt feudales, id est, in feudum datæ, aliæ non. c.tua.1. de deci. de his dicam infrà quæst.10.

*De decimis parochialibus & earũ speciebus.*

28 Visis summatim decimæ diuisionibus, dicendum est de parochiali decima, quam duas in species partiri doctores ad vnum asserunt. videlicet in personalęs, & reales, seu prædiales.

29 Perso

29 Personales sunt quæ ex acquisitis personę labore,& opera soluitur.c.ad apostolicę.de deci. siue proueniant ex artificio, industria, scientia, militia,negotiatione,vel ex alio quolibet actu licito:vt dicetur inferius q.octaua.

*An personales decimæ debeãtur.*

30 Quæro an istę personales etiamnũ debeantur? Inno.in cap.fin.de paroch. deberi existimat, sic dicens,quòd licet quidam insani hæretici dicant personales non esse in obligatione, tamen contrariũ est expressum in Deutero.12.c.in princip.ibi, offeretis decimas & primitias manuũ vestrarum,quod gl.sequitur in c.fi.de pœnit. dist.6. nam maior ratio est, quòd aliquis pręstet decimam de eo quod manus tanquam nobilior pars acquirit,quàm de eo quod humus producit.cap. reuertimini.& c.quicunque.16.q.1.c. quadragesima.de consecrat.distin.5.vbi iubemur dare decimas omnium:ergo de labore personę.Hanc sententiam sequuntur Anto.& Panor.in c.in aliquibus.in fi.de deci.& hę maximè debentur his curatis, qui non habent alias decimas prædiales, vt ecclesię vrbium communius, & tunc indigentes curati,postquã ministrant spiritualia,debent metere temporalia,& de altari viuere, postquam altari seruiunt,c.cum secundũ.de præbend. & possent tunc exigere decimas personales, & hoc est iustũ, vt asserit Astesa.in sua summa, in 2. parte, rub.de deci.art.4.q.6.glo.tamen in c.1.de dec.lib. 6. tenet decimas prædiales iure diuino debitas, personales verò humano.per d.c.in aliquibus. & c.non est. vbi dicitur: quòd sancti patres in suis scripturis tradiderunt: ergo non de iure diuino, & nullibi reperitur esse præceptum à iure diuino,quòd personales decimæ soluantur:& vbi esset præceptum,hoc est de iure veteri, quę lex vetus esset per Christum obliterata. vt Paulus ad Rom.7.& ad Hebr.8.& 10.docet. facit c.fi.24. q. 3.& ita residet. Hosti. in c.ad apostolicę.& cap.à nobis.c.& Traiecta.in dict.q.5.Vos tamen dicite hanc decimam vt in 1.quęstione conclusi,esse iuris diuini naturali ratione inductam, & an tolli possit dicetur inferiùs q.13.

*Quadragesima decima temporis.*

31 Sunt tamẽ quędam decimæ personales, quę Deo ex persona propria præstari solent, vtpote agendo pœnitentiam,& bona opera exercendo, ob quam rem fuit instituta quadragesima,vt decima temporis Deo persoluatur,de qua habetur ad Heb.7.ibi, Leui qui decimas accepit,decimatus est,& c.quadragesima.de consecra.distin.5.& aduersus istã non præualet consuetudo, nec inimicus,quamuis voraces circumeant hæretici,deuorare eam,ne in conspectu illorũ sit,satagentes, sed ante eos instituta fuit,& post eos remanebit.

*Prædiales decimæ quæ.*

32 Prædiales decimę sunt,quę ex fructibus prędiorum debentur,c.1.& c.ad apostolicę.c. peruenit.de dec.vt vini, frumentique decima, & fructuum arborum. Hosti.tradit.in summa. §. quot sint eius species.

*Mixtæ decimæ.*

33 Mixtæ sunt, quæ partim à prædiis proueniunt, vtpote quia ibi viuunt animalia. c. commissum.de dec.nam sicut arbor illius loci censetur,in quo viuit.l.si plures.in fin.ff.arb.furt. cæsa. sic & animalia l.cum quidã.ff.de fundo instruct. partim etiam à personis, id est, à custodia personarum emanant, quia custodia deficiente lupus inuaderet, & nullus vel paruus esset gregis fructus,qui de agnis,& aliis animalibus proueniunt, ac fœtus.c.pastoralis.& c. ad apostolicæ. de deci. & de his inferius fusius dicetur.q.6.& octaua. de aliis autem decimis nil,cùm sint facti describo,& quia in iure non reperiuntur.

## QVAESTIO IIII.



Vartò,quid sit decima? Responde:Est omnium bonorum licitè quæsitorum quota pars, Deo diuina constitutione debita.Card.consil.26. pro euidentia. Primò dicitur in definitione de omnibus bonis, quod probatur in cap.non est in potestate.ibi,de omnibus bonis decimæ sunt ministris ecclesiæ tribuendæ.eo. Secundò,scribitur licitè quæsitorum, quod habetur in c.ex transmissa.ibi, qui fidelis homo, de omnibus quę licitè potest acquirere,decimas erogare tenetur.eod. inferiùs elucidatur.q.5.Illa enim quæ iniustè quis acquirit,restituere tenetur, aliter peccatum non dimittitur. reg.peccatum.de reg.iur.in 6.& sic nõ debet dare decimam illorum bonorum. species enim furti est, de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere,l.si pignore.ff.de furt. Quota pars,videlicet decima,c.1.& per totum eo. sed aliquando soluitur duodecima,vigesima,vel alia quota, & semper habetur pro decima,ideo dicitur quota pars, vt inferiùs q. 13. an decimæ tolli possint inseram. Debita,hoc probatur in cap.tua nobis. 2.eo.tit.& fusius tractaui sup.q.1.& 2.

*Quid sit decima.*


*De licitè acquisitis decima solui debet.*

Diuina constitutione, hoc exprimitur in cap. tua.1. ibi. quæ diuina constitutione debentur. & cap.in aliquibus.in fin.ibi, quæ debentur ex lege diuina. eod. & comprehenditur ius naturæ: vt scripsi.in 1.quæstio.superius.

*An de consuetudine decima debeatur.*

Nec refragatur text. ibi, vel consuetudine approbata:Ergo de consuetudine quędam decima debetur, & sic non ex lege diuina, quia respon. decimam deberi de constitutione diuina,verùm quia consuetudo interdum eam diminuit, vt inferius dicam q.13. Ob id illa debetur solum,quæ ex consuetudine approbatur, vel debetur, quasi velit dicere, si integra decima ex consuetudine non debeatur,illa non soluetur,& hoc vult dicere d.§.fi.c.in aliquibus. & sic semper iure diuino debetur, à consuetudine approbato,vt scripsi superius q.1.Hosti.in summa alia super hac definitione scribit,ad eum recurras.hæc ad istam sufficient nunc quæstionem,quamuis alię possent dari definitiones:ista nunc contentus ero.

## QVAESTIO V.



*Quis ad decimas teneatur.*

1 Vintò,quæsitum est,quis ad has decimas teneatur?respondet c.à nobis. de deci.ibi, cum igitur quilibet decimas soluere teneatur, siue sit nobilis, siue ignobilis,& non solùm futuras,sed præteritas,ca. veniens.in fi.de transac.

2 Sicut omnes tributum Cęsari soluere tenentur,c.si tributum.& sequen.11.q.1.l.fi.C. sine censu.ita & multo fortius decimas quæ sunt tributa egentium personarũ,& sicut tributa principibus,

*Decimæ sunt tributa pauperum.* ita decimæ pauperibus affectæ sunt, cap. decimę. 16. q. 1. c. tua. 2. de dec.

3 Etiam prælati ad decimas prædiales tenentur, vbi sunt prædia sita, Innocen. in dict. c. 2. eod. Cardi. consil. 88. capitulum. nu. 7.

4 Et ad personales, vbi sacramenta ecclesiastica recipiũt, vel vbi audiunt diuina. Hosti. Bohic. Anto. & alij in c. 2. col. 2. eod. tit. tum quòd quilibet teneatur, & tam laicus quàm clericus docet text. in 16. q. 1. c. si quis laicus. & sufficit quòd audiant diuina, licet non suscipiant ibi sacramenta. Innoc. & But. in d. c. 2. in fin. aliàs posset fraudari ecclesia tota decima, si episcopus haberet omnia prædia, vel maiorem partẽ illius parochiæ, quod non est concedendum. vt in c. suggestum. eo. tit.

*Canonici & clerici decimas soluũt.* 5 Canonici de fructibus, nisi sint iam decimati illi ecclesiæ, vbi habent præbendas, decimas soluunt, c. nobis. & c. tua. vbi Hosti. & Innoc. eo. & Anto. in d. c. 2. in fin.

6 Clerici etiam de prędialibus, sed non de dote eccle. decimas soluunt. per dict. cap. 2. eod. vel clerici non clericis æqualibus, sed superioribus, decimas præstant, vt quidam intelligunt. d. c. 2. *Intellectus ad cap. 2. de deci.* Ego verò dico quòd clerici non tenentur soluere clericis decimas, ex illis decimis, quas recipiũt, sicut nec leuitę leuitis persoluebant: quia nil aliud ipsi id temporis possidebant, sed si clerici non constituti in sacris labores accipiant spiritualium ministrorum, id est audiant diuina, & sacramenta recipiant à clericis, id est à sacerdotibus, eis tenentur ad decimas personales. & hoc probat tex. ibi, illi profectò clerici, qui à clericis spiritualium ministrorum labores accipiunt, decimas eis debent. Et sic nouiter intelligo illum tex. quicquid ibi doct. dicant. nam leuitę decimis contenti erant, ex quibus decimas non persoluebant, sic curati hodie ex decimis suæ parochiæ, aliis decimam non præstabunt quamuis multiplex sit, vt q. 3. dixi.

*Monachi ad decimas an teneatur.* 7 Item clerici communiter viuentes, vel monachi decimas soluere non tenentur de laboribus, seu nutrimentis suis: quia omne quod superest, erogandum est in causas pias. c. decimas. 16. q. 1. inferius dico. q. 13. plenius.

8 Idem est etiam in prælatis recipientibus sacramenta, vt etiam ad decimas personales persoluendas teneantur, vbi sacramenta recipiunt, & idem in sacerdotibus firmat Ant. But. in d. c. 2. col. 2.

*Sacerdotes an ad decimas teneantur.* 9 Sed hodie cùm sacerdotes non recipiant sacramenta, nec audiant diuina ab aliis, sed ipsi per se cantant, & sacramenta per se recipiũt, decimas non soluunt, ad decimas tamen personales de lucro & artificio, sicut laici tenentur, & ad oblationes, quia nomine ecclesiæ percipiunt sacramenta. teste Innoc. in d. c. 2. Ego tamen tenerem contra eum. quia cessante causa, effectus cessare debet. c. cum cessante. de appell. nempe leuitæ non recipiebant decimas ab his, quibus non ministrabant, c. ecclesias. 13. q. 1. sic non exigetur decima à sacerdotibus, quibus non ministratur, sed inferiores clerici. i. primæ tonsurę, vel alij postquam recipiunt sacramẽta, sicut laici ad decimas, & oblationes astringuntur, siue sint coniugati, siue non: contra gl. ibidem in d. c. 2. & hoc probat ibi tex. dicens, illi qui recipiunt, ergo qui non recipiunt non tenentur: arg. à contrario sumpto, quod est validum, c. cũ apostolica. de his quæ fiunt à præl.

10 Idem est in monachis nõ sacerdotibus, qui ab aliis curatis pascuntur, vt ad decimas, & oblationes teneantur, secus si sacramenta ab illis non recipiant, vtpote quia sunt sacerdotes, tunc ad personales non tenentur, c. alia. 16. q. 1. sed cum monachi & alij religiosi in suis monasteriis recipiant sacramenta, & ab alio quàm à curato, personales decimas non præstabunt, prædiales autem sic, vt inferius dicetur.

11 Item Iudæi, de terris quas colunt, c. de terris. eodem tit. ne fortè illa occasione ecclesiæ valeãt suo iure fraudari, vt ibi dicit tex. & idem doct. ibi de Pagano, de Turca & hæretico, vt non debeant esse ij stolidi melioris conditionis, quàm Christiani. arg. l. seruius. ff. quod vi aut clam. & c. eum qui. de præben. in 6. Card. in c. in aliquibus. eo. & ad personales decimas Iudæos & hęreticos teneri concludit. gl. in c. decimæ. 16. q. 1. & in d. c. tua. nam quamuis non audiant diuina, est tamen illis imputandum: quia non stat per ecclesiam, quæ nemini claudit gremium, & nemo ex sua improbitate commodum consequi debet, l. itaque fullo. ff. de fur. saltem tenebitur Iudæus & infidelis soluere æstimationem illius decimæ personalis, & oblationes, quas habuisset ecclesia à bono Christiano, qui in illa domo, in qua Iudæus habitat, resedisset, si ille infidelis abfuisset, c. quanto. in fi. de vsuris. vt ecclesiæ seruentur indemnes. tex. in summa. 39. dis. in fi. & d. c. quanto. & in 2. compila. erat decre. incipiens, ad hoc expressè facta. Et ista asserunt Panor. & alij in d. c. de terris. post gl. in c. tua. ibidem. *Iudæi decimas soluere tenẽtur, Turcæ hæretici, & alij.*

12 Et in Sarracenis idem consuluit Oldra. consil. 91. venit in dubium. & Marc. Mantua. consil. 188. cum alias. col. 2. & Alfons. de montal. in foro regal. rub. de la guarda de las cosas de la sancta yglesia. l. 4. lib. 1. tit. 6.

13 Idem concludit Lapus allega. 63. in Dei nomine amen. Dubitatur in canonicis, qui acquisierunt domos in ecclesia parochiali, vt satisfacere teneantur sicut alij, ne parochialis ecclesia dispẽdiũ patiatur. Vnde tex. pręcipit in c. in aliquibus. eo. quod domini dẽt colenda sua prædia illis, qui decimas sine contradictione persoluãt, & sic domus locari debet iis, qui decimas soluere valeãt. *Canonici decimas soluere debent.*

14 Pauperes etiam ad has astringentur decimas. teste Panor. & aliis in c. cum homines. col. 2. de decim. quia decima quasi debitum soluitur, c. parochianos. eod. tit. & in solutione debiti non habetur ratio ad difficultatem. l. continuus. §. illud. ff. de verb. obligat. & sic nec ad inopiam, nisi post cessionem, vt in rubr. ff. de cessio. bonor. & in c. Odoardus. de solutio. & propter paupertatem quis non debet aliena rapere: nec est ignoscendum ei, qui prætextu paupertatis turpissimam vitam elegit. l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nuptiar. facit c. habebat. 12. q. 1. & melius est pauperi illas soluere, & Deum recognoscere, quam sibi decimas retinere, alioqui quilibet posset se pauperem dicere, & sic decimas retine- *Pauperes an ad decimas teneantur.*

retinere,quod non posset fieri,sine superioris authoritate.gloss.vlt.in c.quia tua fraternitas.12.q.1. imò debet recognoscere se effectum pauperem, quòd decimas non soluerat. vt inferius dico q. vlt.Et ideo nunc bene debet soluere,nisi ecclesia ei remittat:vt Hosti. in §.fin.quæst.8.in sua summa docet.vel si fortè fame periret, tunc non tenetur soluere,quia omnia bona sunt communia tempore extremæ necessitatis. l. 2. §. cum in eadem. in fin. ff. ad legem Rodiam de iact. cap. si quis propter. de furt. & tunc debet confiteri, & propositum reddendi habere, ac promittere se redditurum, si ad pinguiorem peruenerit fortunam, alioqui peccatum non remittitur.reg.peccatum.de reg.iur.in 6.

*Decima quãdo pauperi remitti debeat.*

15 Imò pauperi,qui nõ soluisset decimam longo tempore,quam si vellet postea integram soluere,oporteret quòd omnia sua venderet, ecclesia debet remittere, quòd inde viuere possit.per gloss.in cap.quicunque.in 16.quęst.7. quia ecclesia cultrix & auctrix iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum. Priuatus verò sæpe obuiat iustitiæ,cap.vno. de aliena.feud.& inanis est actio, quam inopia debitoris excludit,cap.olim.in 2.de restit. spoliat.l.nam is. ff. de dolo. Panormitanus in cap. vt super.in prima glo.de rebus ecclesiæ non alienand. {Hospitalia verò de terris quas habent,& de quorum fructibus nutriunt pauperes, ad decimam de illis terris non tenentur:quia illæ terræ sunt addictæ ad alimenta pauperum : aliàs ipsi fame perirent,& omnia essent vendenda pro alimentis eorum.l.sancimus.C.de sacrosanct.eccle.multo fortius debent istæ possessiones, & illarum fructus retineri pro victu pauperum.}

*Mercenarij ad quas teneantur decimas.*

16 Item mercenarij, & famuli, si sint homines liberi, de lucro proueniente ex mercede, decimam debent parochiali ecclesiæ præstare,in qua degunt,ac diuina sacramenta recipiunt,sed si serui fuerint, cùm nil habeant,non soluent,sed dominus ibi soluet, vbi habitat, cap. questi. & cap. decimę.vbi glo.16.q.1.Innocen.& Anto.in cap.2. col.vlt.eod.

*Institores decimam ex lucro soluant.*

Illi autem institores, qui alieno nomine negotiantur, de eorum lucro decimam debent vbi percipiunt sacramenta, sed dominus decimam vbi audit diuina, etiam de illo lucro decima soluetur, quod prouenerit ex tali factore Lugdunens.dicto cap. questi. Hosti. & Antho. in dicto cap.2.circa.fin.

*Meretrices an decimam soluere teneantur.*

17 Etiam meretrices ad decimas astringuntur, & quilibet alius etiam iniustè acquirens, ita demum si in illum translatum sit rei dominium, & cesset ab eo repetitio. cap. ex transmissa. eodem & cap. non est putanda.1. quæst.1.& dicit Card. in dict.cap.ex transmissa.in fi.quòd sacerdos poterit à meretrice decimam & oblationem recipere,eo modo quo à Iudæis:& tunc cessat glos. ratio dicens, à metricibus non debere recipere, ne videatur ei impunitatem præstare, vel si in ea videat signa pœnitentiæ, recipere potest, alioqui non,sine episcopi consensu.per id quod habetur Deutero. 23.cap.non offeras, vel in Hebræo est, non inferas mercedem meretricis, aut pretium canis in domum domini Dei tui. Vnde cõcludit Hostien. in d.c.ex trãsmissa.quòd meretrix tenetur soluere decimam:ecclesia tamẽ non recipiet, ne ipsius videatur approbare turpitudinem. arg. cap.oblationes.90.dist.vel in occulto ecclesia recipiet,non in publico : vt asserit Troilus maluit. in tract.de oblatio.in 2.parte,nu.6. & hoc secundum eum procedit in meretrice publica.Amasia verò, vel alia poterit & debebit & decimas & oblationes præstare. Ioan.de Turre crema. in c. decimæ.ver.ad tertium.16.q.1.

*Ex peccato notorio quæstus proueniens decimas nõ soluit.*

18 Et idem est in quolibet publico. & notorio peccatore,cap.miror.17.q.4.& vbi quæstus fit ex peccato notorio, ecclesia non debet recipere, ne peccatum approbare videatur:secus si veniret ex crimine occulto,licet prælatus illud sciret, cap.si tantum.6.quæst.2. Host.in summa.§. fin. versic. quæritur vtrum.

*De dote ecclesiæ decima non soluetur.*

19 Præterea de dote ecclesiæ, si prędiũ in aliena parochia situm sit, solui decima debet, postquam diuisæ fuerunt parochię, cuilibet decimæ in sua parochia assignatę sunt, & illius loci prædia affecta ad eas. & licet dẽtur illa prędia ecclesię alterius loci, non tamen minus soluitur decima,c.1.vbi gl.& doct.de censib. nisi curatus illius parochię in fundatione eam remiserit : quia res transit cum suo onere.l.alienatio.ff.de cõtrahen. emp. c. ex literis. de pigno. nec debent ædificari ecclesię cum præiudicio alicuius, & discooperiri vnum altare,vt aliud cooperiatur.l.assiduis.in fi. C.qui potio in pigno.habeant.Vnde dicit tex.in c.ecclesię antiquitus constitutę,nec decimis nec vlla possessione priuentur. & c.quicũque.& seq. 16.q.1.facit text.in c.nuper.& ibi Panor. in primo nota.eod.titul.dicit se nescire alibi æquè bonum tex.in hac materia, vbi Cistertien. qui erant priuilegiati in decimis non soluendis, consentiunt, quòd de terris etiam pro monasteriis fundandis, decimæ soluantur,videlicet,quia aliis excolendę dabantur:& si non dentur,ecclesia soluet, vel religiosi component:quamuis gloss.in c.2.de deci. contrarium teneat in dote ecclesiæ,scilicet decimam non esse prestandam : sed contrarium est verum,nisi fiat compositio,vt dixi.

*Exempti an decimas soluant.*

20 Item religiosi tam exẽpti quàm non exempti,de terris & possessionibus ab eis acquisitis decimas integrè soluere debẽt illis ecclesiis, quibus eædem possessiones fuerant decimales,nisi super hoc speciali iure vel priuilegio muniti sint,c.fi.§. penul.eod.tit.lib.6.tamen communiter viuentes decimas de laboribus seu nutrimentis suis non soluunt.c.decimas.16.q.1.Inferius multa dico esse tempora in his religiosis, in illa q.14. an sublatis decimis,noualia debeantur.

*Leprosi & eremitæ an decimas soluant.*

21 Ad hæc leprosi ad decimas tenentur : si tamen communiter viuant,non soluunt de hortis, nec de animalibus que nutriunt.c. 2. de eccle. ædificand. & Floren.docet in 2.parte,titu.4.cap.2. rubr.de deci. §. 4. ne iniuriosi veteribus ecclesiis in iure parochiali existant.

22 Idem in eremitis concludit Andr. Hispa. in tracta.reg. nuncupato. quæst. 12. quia sub generali nomine isti tenentur. quod est verum ad prædiales:ad personales verò,si lucrum amplum

sit, solui debet. si tantùm ad vitam par sit, non solent de illo soluere.

*Fructus ante decimæ solutionẽ non debẽt in domũ deferri.*

23 Ideo curatus, vel exactor decimarum, potest facere inhiberi domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ solutionem, vt vitetur occasio furti, teste Specu. eo. tit. §. fin. sequitur Lucas de pen. in l. 2. col. 5. C. quand. & qui. quar. pars deb. lib. 10. & Guid. pap. decis. 283. exactor. & Io. And. Collecta. Ancha. Cardi. & alij in cap. ex parte 2. eod. Bal. in authen. nunc si hæres. col. 1. C. de litigio. nisi consuetudo aliter se haberet. Aufre. q. 109. Boher. in consue. Bitur. §. 12. de consue. præd. probatur 2. Esdr. c. 10. in fi. ibi, erit, vel est in Hebræo: aderit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis, quando decimam accipiẽt Leuitæ. Si tamen consuetudo præstaret occasionem surripiendi, non esset seruanda, per cap. ex parte. de consuet. l. conuenire. ff. de pact. dota. & Aufre. quæst. 432. in fin. Probare tamen oportet illam fraudis occasionem, vt docet Crauette, in consil. 21. homines. colum. 2. Et Rex Franciscus primus statuit deinceps soluendas esse: quod potest contra contemptores statuere: vt docet tex. in cap. postulasti. de homicid. Et quamuis hoc sit concessum episcopo & clerico Carnoten. tamen idem concedi solet omnibus petentibus, cum sit eadem ratio concedendi.

## Sequuntur literæ Francisci Regis.

*Ne fructus deferantur extra fundũ sin solutione decimæ prohibet.*



*Rançois par la grace de Dieu Roy de France, à tous ceux qui ces presentes lettres verront salut : Comme de la partie de l'Euesque & clergé de Chartres, nous eust esté dict & remonstré, que combien que les decimes & primities soyent introduictes & instituees de droict diuin, & partant deussent estre payées loyaument & sans fraude. Ce neantmoins plusieurs agricoles proprietaires & tenanciers, des heritages situez au diocese dudict Chartres, & autres subiects & redeuables desdicts decimes & primities, vsurpent, detiennent & denient payer icelles, souuentesfois tenans & recueillans secretement les fruicts decimaux de leurs heritages, & autres choses decimales, & heures & iours indeuz, au desceu desdicts exposans, ou de leurs vicaires & fermiers : ausquels appartiennent lesdicts decimes & primities : en maniere qu'elles sont le plus souuent (en grande partie d'icelles) pillees & desrobees aux champs : & lesdicts exposans frustrez d'icelles, à leur grand preiudice & dommage. Nous requerans lesdicts exposans sur ce nostre prouision. Sçauoir faisons que nous desirans subuenir ausdicts exposans à la confirmation de leurs droicts & reuenuz, à ce qu'ils puissent mieux satisfaire au seruice diuin & charge qu'ils sont tenuz supporter, pour raison de leurs dignitez & benefices. Auons statué & ordonné, statuons & ordonnons par ces presentes, que d'oresnauant toutes personnes, de quelque qualité qu'ils soyent tant agricoles que possesseurs ou tenanciers desdits heritages subiects à dismes & primities, situez & assis audict diocese de Chartres, soyent tenuz auant leuer ou emporter les fruicts d'iceux heritages decimaux, hors le lieu & champ ou ils seront creuz, de le notifier & faire sçauoir audict Euesque & beneficiers dudict diocese, ausquels appartiennent icelles decimes & primities desdicts fruicts, ou leurs fermiers, vicaires ou procureurs : ou sinon, aux lieux des benefices pour raison desquels sont deuz lesdicts decimes : & qu'il ne sera loisible ausdicts agricoles ou tenanciers d'eleuer ne desplacer lesdicts fruicts decimaux hors le lieu & chãp où ils seront creuz iusques à ce que ledict droict de decime & primitie soit payé & satisfaict, selon que d'ancienneté & de tout temps il a acoustumé d'estre payé : & de ce sous peine de confiscation de tous les fruicts qui leur pourroyent reuenir desdicts decimes & primities payez, & d'amende arbitraire : sans toutesfois à ce comprendre ceux qui par cy deuant ont transigé & composé pour lesdits decimes & primities : lesquelles transactions & compositions, nous entendons demourer en leur force & vertu, en payant le droict & deuoir, & selon icelles transactions & compositions.*

*Si donnons en mandement à noz amez & feaux conseilliers, les gens tenans nostre court de parlement à Paris, & à tous noz autres Iustitiers, ou à leurs Lieutenans à vn chacun d'eux, si comme il luy appartiendra, que nostre present statut & ordonnance, ils facent lire, publier & enregistrer en nostredicte Court, & icelle ordonnance obseruer & entretenir, & à ce contraindre ou faire contraindre tous ceux qu'il appartiendra, & pour ce feront à contraindre par lesdictes peines & autres qu'ils verront estre à faire par raison. Et par ce que de ces presentes lon pourra auoir à faire en plusieurs & diuers lieux, Nous voulons que au duplicata d'icelles foy soit adioustee comme à ce present original: Car tel est nostre plaisir. En tesmoing de ce nous auons mis & faict mettre nostre seel à cesdictes presentes.*

*Donné à sainct Germain en Laye, le premier iour de Mars, l'an de grace mil cinq cens quarante cinq. Et de nostre regne le trentedeuxieme. Ainsi signé, Par le Roy en son conseil,*

BOCHETEL.

26 Item reges, & principes decimas prædiales illi ecclesiæ soluent, vbi prædia sita sunt : personales, vbi diuina audiunt officia, pro rata diuidendo, si in pluribus locis diuina audierunt. arg. l. assumptio. ff. ad municipa. gloss. in cap. omnes. de maior. & obedientia & cap. cum quis. de sepul. in 6. plenè Corset. in tract. de potesta. regia. quæst. 37.

*Reges & principes ad decimas tenentur.*

26 Et sic omnis homo, in quantum Deo subditus, siue sit Papa, siue Imperator, siue Rex, siue Episcopus, Dux, Comes, nobilis, vel rusticus, diues vel pauper, secularis vel ecclesiasticus, tenetur Deo de propriis decimam offerre: quia omnes sumus populus eius, & oues pascuæ eius. & nihil omnino habemus (vt testatur apostolus) quod ab ipso non acceperimus. Et sic scribit Andr. Hispa. in sua reg. decima. q. 11.

*Regula quòd quilibet decimam soluere debet.*

27 Primò fallit quando specialiter à præstatione decimarum quis esset exemptus. cap. à nobis. eod. titul.

*Exemptio à decima à Papa datur.*

28 Quæro, ista exemptio à quo concedi valeat? Respon. A Papa tantùm, & ex iusta causa. Fidelis enim & prudens in his distribuẽdis esse debet,

vt det

vt det cibum in tempore, & non auferat, vt est in Euangelio.

*Cistertiens. & monachi in decimis habent priuilegium.*

29 Inde concessit Cistertiensibus, hospitalariis, Hierosolymitanis, & Templariis, priuilegium, ne decimas de prædiis, quæ laboribus suis colunt, soluere teneantur. c. licet. & seq. eo. tit.

30 Aliis verò monachis, vt de noualibus quæ suis manibus colunt, & de hortis, & nutrimentis animalium suorum, decimas præstare non teneantur, c. ex parte. 1. eod. tit.

31 Hodie verò Cistertienses, & alij similes, habentes priuilegium, decimas soluunt de possessionibus, quas post concilium generale acquisiuerunt. c. pen. eo. tit. & c. pastoris. de his quę fiunt à præla. dicetur fusius infrà, in illa quæst. an decimæ tolli possint. in fi. q. 13.

*Episcopi decimas cōcedere nō possunt.*

32 Et ideo episcopi non possunt concedere decimas, tum quòd sunt à Papa assignatę singulis ecclesiis. cap. 1. 13. q. 1. tum etiam quia in concilio Cabillon. fuit statutum: ne ecclesię antiquitus constitutę decimis priuarentur. cap. ecclesię. & sequent. 16. quæst. 1. Contra quod concilium non potest episcopus dispensare, nec statuere. gloss. singul. in cap. cum dilectus. de elect. de Ripa, & alij in suprascrip. cap. primi, de iudic. Idem probatur in cap. de decimis. 16. quæst. 1. Vide textum, & ibi docto. in cap. decimas. ibidem. vbi episcopi decimas ante assignationem concedere possunt. & in cap. plures. ibidem, & gloss. in cap. statuimus. ibidem. ex causa tamen ante illud concilium facta clericis concessio cum capituli consensu, valet: vt si alicui monasterio concesserit. cap. pastoralis. de his quę fiunt à pręla. sed per viam priuilegij episcopus hoc non potest. cap. venerabilis. de confirma. vtili. sed per viam compositionis potest: vt ibidem dicitur, etiam si minuatur decima: secus si in totum tollatur, vt Dec. ibidem docet, & inferius, quæstione 13. dicetur, an tolli decimæ possint per compositionem: quod est verum, si clericis concederet. sed laicis concedere non potest, vt dicit textus in cap. peruenit. 1. quæst. 3. quod est repetitum 16. quæstione 7. his verbis: peruenit ad nos fama sinistra, quòd quidam episcoporum non sacerdotibus proprię diœcesis decimas, atque Christianorum oblationes conferunt, sed potius laicalibus personis, militum videlicet, siue seruitorum, vel quod grauius est, consanguineorum: vnde si quis episcopus amodo fuerit inuentus huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos & antichristos non minus habeatur, sicut Nicena synodus de symoniacis censuit. & qui dat episcopus, & qui recipiunt ab eo laici, siue pretio, siue beneficio, incendij æterni ignibus deputentur. facit cap. quoniam. de decimis.

33 Etiam abbates multo fortius prohibentur, & alij inferiores. cap. ad hæc. de decim. Iniquum est enim & sacrilegij instar, vt quæ pro salute & requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certè reliquerit, ab his quos maximè conseruare conuenerat, in alterum transferantur, cap. bene quidem. circa medium. versicu. sancta synodus. 96. distinctione.

*Intellectus ad c. 2. de his quæ fiūt à præl.*

34 Non refragatur c. 2. de his quę fiunt à pręlato. quia ibi respondent docto. loqui in concessione decimarum facta ab abbatissa ad tempus, & in modicis decimis, & minimi valoris: secus in aliis, iuxta c. terrulas. 12. q. 2.

35 Ego putarem ibi solennia interueniſſe. nam pręsentia inducit consensum. regu. qui tacet. de regu. iur. Itaque dubitabatur ex tituli inspectione, an si abbatissa, suo capitulo sciente, & nō contradicente, decimas concesserit, firmum debeat haberi, si episcopi consensus aderit? Et text. dicit haberi. sed si prior concessio fuerit facta, contradicente capitulo, & posterior eodem consentiente, verè valeat? Respondet text. quòd vltima intelligi debet, quando episcopi consensus interuenerit, vbi interuenire debebat: vt docto. scribunt in cap. Raynutius. de testa. Et sic abbatissa ex causa ab episcopo approbata, & de consensu sui capituli & episcopi illas decimas concessit: alioqui non valuisset alienatio, per cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. vbi scripsi alia solennia quę ibi possunt videri circa alienationes rerum ecclesiasticarum.

## QVAESTIO VI.

*Vbi soluendæ sint decimæ.*

1 Extò principaliter quæro, vbi decimæ soluendæ sint? Respon. prædiales in loco vbi prædia sita sunt, cap. fin. de paroch. nisi consuetudo fuerit in contrarium, cap. cum sint. & cap. ad apostolicæ. de decim.

2 Personales verò vbi homines audiunt diuina, & recipiunt sacramenta per totum anni circulum, cap. questi. 16. q. 1. seu frequentius, vt inueni in quadam decreta. Alexan. 3. incipiente, nota quæ ad honestatem. in integra. Ideo dicit per anni circulum: quia si aliquotiens in vna ecclesia, postea in alia diuina audierunt, vel in hyeme in vna parochia, in æstate in altera, tunc personalis æqualiter diuidetur, authoritate superioris, si æquum fuerit tempus: aliàs pro rata temporis, teste Anto. Butr. in cap. 2. in fi. eod. tit. post Innoc. Si tamen plura quis habeat domicilia in pluribus parochiis, si in vna habeat domicilium principale, illi soluet, vt asserit Henric. Bohic. in cap. peruenit. 1. de deci. arg. l. 2. C. vbi senat. vel clariss. Sed si quis audiuerit in monasteriis diuina, decimæ personales non debentur illis: sed baptismali ecclesiæ, & parochiali: quia paria sunt recipere vel recipere posse, & per eum stare quominus sacramenta recipiat, l. quod te. ff. si cert. peta. Feder. consil. 253. quidam. in fin. Nam cùm per curatum non stet, ei non est imputandum, l. in iure. ff. de reg. iur.

*Parochiali ecclesiæ decima debentur.*

3 Vnde dicit text. in c. statuimus. 16. q. 1. qui decimas extra baptismalem ecclesiam dare voluerit præter scientiam episcopi, bannum componat, & communione priuetur. Et quidam laici non ecclesiis, vbi baptismum & prędicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed propriis basilicis, vel aliis ecclesiis pro suo libito tribuūt, quod omnibus modis diuinę legi, & sacris canonibus constat esse contrarium, c. in sacris. ibi-

dem. & sic regulariter decimę personales illi ecclesię pręstantur, in cuius parochia est domus, in qua aliquis degit, & diuina audit: quia ibi diuina audiri debent, cap. 2. de paroch. c. cum quis. §. 1. de sepul. in 6. Sed si domus est in confinio duarum parochiarum, vtriq; debetur decima: glo. & doct. in c. licet. in gl. vlti. 16. q. 3. Innoc. & alij in c. super. eod. de paroch. Et tunc debet media anni parte audire diuina in vna parochia, postea in altera.

*Quando dubitatur cuius parochia sit domus.*

4 Si verò dubitetur de qua parochia domus sit, inspicietur situs ianuæ, & illius erit parochiæ, in qua ianua sita erit. Bart. in l. quod conclaue. ff. de dam. infect.

5 Quid si domus habet duo hostia? inspicietur principalius, & id quod est anterius, & tanquam nobilius iudicabitur ex illa parochia, vbi situm fuerit; argu. l. cum in diuersis. ff. de religios. & l. quæritur. de statu homi. Corset. in tracta. de potesta. regia. q. 37.

*Matrix ecclesia quæ dicatur.*

6 Aduertendum est, quòd quædam est ecclesia matrix, quæ duobus sumitur modis. Primò pro cathedrali, cap. venerabili. de verbo. signific. sicut aliquando parochia pro diœcesi ponitur, cap. ad apostolicę. vbi doct. de dona. cap. ad apostolicæ. de decim. ita & diœcesis interdum pro parochia. Pro materiæ necessitate, & appellatione matricis in dubio, venit cathedralis. glos. in §. quibus. in verb. matricibus. de priuileg. in clement. 1. & Dec. in cap. ex parte S. in 2. notab. de rescript. nisi qualitas materiæ repugnet, cap. ex transmissa. & cap. veniens. vbi Imol. de pręscrip. Cardi. in c. cum contingat. col. 3. q. 2. de decimis. {scripsi in c. 1. de præscript.}

*Fructus beneficiorum quando in quatuor partes diuidi debeant.*

7 Secundò matrix ecclesia dicitur, quasi aliarum ædicularum & capellarum mater, & principalis, quando alias sub se capellas habet. & interdum vocatur plebania, cap. 1. ne cler. vel monac. in 6. & Dec. in cap. ex parte S. & ibi Panorm. de rescrip. & facit cap. ad audientiam. 1. de eccles. ædific. vnde Host. in c. quoniam. in fi. de decim. dicit iura statuisse quatuor portiones de redditibus ecclesiæ faciendas esse, intelligenda in matricibus ecclesiis tantùm: in capellis autem, salua portione episcopi, omnia sunt rectoris. facit dict. cap. ad audientiam. de eccle. ædific.

*Baptismalis ecclesia quæ sit.*

8 Baptismalis est ecclesia, in qua fontes insunt baptismales, & parochiani ibi baptisantur. gloss. & Panor. in c. cum contingat. in glo. 2. eo. & non possunt esse in vna parochia plures baptismales, sed vna tantùm, cum capellis suis. c. plures. 16. q. 1. licet possint esse capellæ, quas succursus vocāt: tamen vna erit baptismalis, quæ recognoscetur ab aliis: quamuis alię etiam parochiales esse possint, etiam si ecclesia quædam sit baptismalis: vt ecclesię nostrę dominę de tabulis in Montepessulano. tamen non sequitur quòd sit parochialis & curata: teste Perus. in c. ad decimas. vlti. nota. de resti. spol. in 6.

*An decimæ debeātur baptismali ecclesiæ, an parochiali.*

9 Dubium arduum vidi inter ecclesiam baptismalem, & aliam ecclesiam parochialem ibidem existentem euenire: hoc videlicet, an decimæ debeātur baptismali & matrici ecclesię, an verò parochiali & capellę illius. & in hac q. propter varias & diuersas sententias, casus facio sequentes.

10 Primus est, quòd decimę prædiales matrici ecclesiæ in dubio debentur ex omnibus prędiis suę parochię. text. in cap. 1. §. in diœcesi. 13. quæst. 1. vbi sic dicitur: In diœcesi autem designata quæcunque prędia coluntur, prouentus decimationum baptismali ecclesię designatus, debet solui: quia ergo prędia hæc intra terminos nostrę diœcesis continentur, & prouentus decimationum nobis legitimè assignatus, nostrę ecclesię persoluendus est, & de decimis iusto ordine non tantùm nobis, sed etiam maioribus visum est plebibus, tantùm vbi sacrosancta baptismata dantur, debere dari. cap. de decimis. 16. quęstione 1. & cap. veniens. vbi Imol. not. de pręscrip. & si quis oblationes ecclesię, vel decimas, quas populus dare debet, tenere contenderit, vel extra baptismalem ecclesiam dare voluerit, pręter conscientiam episcopi, vel eius cui huiuscemodi officia commissa sunt, communione priuetur. cap. statuimus. cum sequen. ibidem, & cap. ex transmissa. iuncta glo. de pręscrip. scribitur quòd matrix ecclesia, id est baptismalis, vendicat sibi omnes decimas ab hominibus capellarum, exclusis clericis & sacerdotibus ipsarum capellaniarum. facit glo. in c. quicunque. 16. q. 1. Henric. Bohic. in cap. peruenit. 1. eo.

11 Ratio est, quia verisimile est, quòd in fundatione decimę fuerunt ipsi baptismali ecclesiæ assignatę, c. pastoralis. de his quæ fiunt à pręla. & c. 1. §. 1. in 13. q. 1. Et ideo nulli licet decimationum prouentum à priori ecclesia, cui fuerat assignatus, abstrahere. c. de decimis. 16. q. 1. Nam ecclesię antiquitus cōstitutę nec decimis, nec vlla possessione priuantur, ita vt nouis oratoriis tribuantur: imo quicunq; voluerit ecclesiam ædificare, omnino prouidendum est episcopo, vt alię ecclesiæ antiquiores propter nouas suam iustitiam atque decimam non perdant, sed semper antiquioribus ecclesiis persoluantur, cap. ecclesię. & seq. 16. q. 1. Et quia hæc baptismalis pręsumitur prior, & anterior: nam de baptismo prius hominibus prouidetur, cùm sit ianua aliorum sacramentorum, c. fin. de presb. non baptis.

*Matrix ecclesia est de iure cōmuni ad decimas fundata.*

12 Ideo matrix est de iure communi fundata quoad decimas prędiales suę parochiæ: vt dicit gloss. in cap. cum contingat. de deci. & in d. c. statuimus. 16. q. 1. Et quia ius duplex habet, videlicet baptismale, & parochiale, ideo vno potentius, c. 1. de treug. hoc expressè approbat Anto. Butr. in d. c. cum contingat. col. 2. Et sic iudicauit Bertachi. Cesenne vt ipse refert, in tract. de episcopo. in 2. parte quarti libri, q. 41.

*Petens à baptismali decimas.*

13 Et ideo si presbyter capellę, vel succursus, petat à baptismali decimas, debet probare ad se spectare: quod potest probare, vel per compositionem. c. ex multiplici. eo. vel per pręscriptionem. c. 1. de pręscrip. in 6.

14 Vel per consuetudinem, quia consueuerit decimas prædiales recipere: & tunc consuetudini in hoc est standum, cap. ad apostolicæ. de deci. gloss. & Innocen. in d. c. cum contingat. eo. Inferius dico in illa q. 13. an decimę tolli possint.

*Ex fundatione ... tur ...*

15 Vel probari potest per fundationem. Nempe si in fundatione istius capellæ & succursus, fuerint

fuerint illi aſsignatæ decimæ prædiales presbytero illius eccleſiæ nomine, vt viueret, ſicut fieri debet, per c. ad audientiam. I. de eccle. ædificād. c. conſtitutus. de religio. domi. & poſt aſsignationem, præſumendum eſt, quòd ex iuſta cauſa iſtæ decimæ fuerũt dictę capellę aſsignatę, poſtquam hoc epiſcopus fecit. c. niſi eſſent. de pręben. & ſolennitas etiam ex longo tempore præſumitur, l. ſciendum. vbi iurium interpretes. ff. de verbo. obliga.

*Capellania intra parochiam conſtructa, illi parochię eſt ſubiecta.*

16 Vel ſi capellanus probaret & capellam, & ſuccurſum non ædificatam intra terminos eccleſię baptiſmalis, quod ex omnimoda ſeparatione contingere poſſet: nam certum oportet eſſe capellam intra fines antiquiores eccleſię ædificatã eſſe, alioqui fruſtrà diceretur capellam ſubiectam eſſe eccleſiæ baptiſmali, cùm non ſit in eius parochia: teſte Panor. conſil. 58. in quæſtione col. 2. verſ. ſecunda opinio. in primo volu. per ca. ad decimas. de reſtitu. ſpoliato. in 6. ibi, infra parochiam. ergo ſi extra parochiam, debentur decimę iſti, in cuius ſunt parochia. facit ca. quoniam. de deci.

*Erecta eccleſia non cenſetur in præiudiciũ aliarum.*

17 Idem ſi presbyter illam eccleſiam probaret de nouo erectam in baptiſmalem, quia ſi antea omnes ſuccurſus & capellæ habebat, decimas & fontes baptiſmales, & parochiam, tunc baptiſmalis de nouo erecta de iure communi fundata nõ eſſet, ſed eccleſiæ aliæ antiquiores. vt gl. docet in c. quicunque. 16. q. I. & Panor. d. conſil. 58. quia hęc baptiſmalis non debet nunc cum incommodo aliarum erigi. Doct. in d. c. ad audientiam. de eccle. ædifican.

*Limitatio capellaniæ probat decimas.*

18 Item ſi ſuccurſus & capellę haberent ſuos limites à baptiſmali omnino diſtinctos, tunc illa capella intra ſuos limites decimas prædiales habebit, quia probando limites, videtur probare decimas intra ſuos fines datas. per d. c. ad decimas. de reſti. ſpoliat. in 6. Calder. conſil. vlti. rub. de deci. Panor. in d. ca. cum contingat. vbi Butriga. & alij, & Cardi. conſil. 26. pro euidentia. col. 2. & in clemen. I. q. 8. eo. Nam veriſimile eſt, quòd non fuiſſet limitata, niſi ei fuiſſet data decima, maximè quando alia eccleſia baptiſmalis antiqua habet adhuc ſufficientes redditus. Card. in d. c. cum contingat, per d. c. ad audientiã. I, de eccle. ædific. & Lapus allega. 67. quoddam monaſterium. ſecus quando noua parochia non haberet limites, tunc baptiſmali deberentur.

*Conciliàtur diuerſæ opiniones.*

19 Pręterea baptiſmali eccleſię debentur, quando eſt parochialis: ſecus ſi tantùm baptiſmalis, & capella ſeu ſuccurſus, & non parochialis: tunc alia parochialis habebit prædiales. Et ita poteſt intelligi vtraque opinio, & conciliari: quam plenè examinat Iohan. Andr. in addi. ad Specu. eod. tit. in forma quarti libelli: quem refert & ſequitur Anton. in c. cum cõtingat. eo. Et ideo iura dicentia deberi decimas eccleſiæ baptiſmali, intelliguntur quando baptiſmalis erat parochialis. Et ſic diluetur oppoſitio textuum dicentium deberi parochiali, quia eadem baptiſmalis eſt parochialis: ſecus ſi propter periculum puerorum baptiſandorum eſt facta quędam eccleſia baptiſmalis: tunc illi non debebuntur decimæ prædiales, ſed eccleſiæ parochiali, vbi ſita ſunt illa prædia. Et ita poteſt intelligi vtraque opinio, cum modificationibus ſuprà ſcriptis.

*Conſenſus curati in erigendo capellaniam quid proſit.*

20 Et quando probaretur conſenſus rectoris eccleſiæ matricis, præſtitus in erigẽdo eccleſiam parochialem: tũc in dubio iudicaremus curatum illi capellæ voluiſſe aſsignare decimas in ſua parochia ſitas. ſed in dubio non præſumitur conſenſus, ſi non appareat: niſi ex tanta temporis diuturnitate, cum poſſeſsione, l. ſi filius. C. de petitio. hæredi.

*Capellania quãdo oblationes recipere poſsit.*

21 Secundus caſus eſt, perſonales decimæ debentur illi eccleſiæ, in qua audiũtur diuina, & recipiuntur ſacramẽta: non verò baptiſmali, ſi illic diuina non audiantur. c. quęſti. 16. q. I. glo. in c. ſtatuimus. ibidem. c. fina. de paroch. Iohan. Andr. & Anchar. in d. c. ad apoſtolicæ. Cardi. in d. ca. cum cõtingat. dicit deberi partem baptiſmali, propter baptiſmi ſacramentum, partem autem parochiali, propter alia ſacramenta ibi recepta, per ca. cum quis. de ſepul. in 6. & Barba. in conſi. 49. illud. in medium. col. 2. in 3. volu. quod ſatis rationi conſonum dicit Panor. in d. c. cum contingat. col. 2. Sed in his conſuetudo eſt inſpicienda. nam regulariter hodie in fundatione capellę & ſuccurſus ſolent oblationes capellæ aſsignari: ſed in honorem matricis reſeruatur aliquid ex illis oblationibus baptiſmali eccleſiæ.

*Requiſita antequam ſuccurſus oblationes recipiat.*

22 Et ſic loquitur d. c. ad audientiam. I. de eccle. ædifi. vbi dicit capellanum illius ſuccurſus & capellæ recipi debere obuentiones illius villæ, his ſeq. concurrentibus, videlicet quod antiqua baptiſmalis eccleſia redditibus abundet: ergo ſi non abundet, non debet ſpoliari baptiſmalis parochialis per d. c. eccleſiæ. 16. q. I. & ſuperius dixi. Requiritur etiam quòd hęc ædicula ſit neceſſaria: aliàs non tenetur presbyter parochialis illi capellę aliquid impartiri. ibi, cùm non poſsint parochiani ſine magna difficultate ipſam adire, vnde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officiis intereſſe. Tertiò, quòd illa capella non habeat ſufficientes redditus ad ſuſtẽtationem preſbyteri: alioqui ſi fundator, vel parochiani concederent redditus ſufficientes, tunc non teneretur eccleſia baptiſmalis quicquam concedere. & hoc proſequitur Lapus allega. 67. quoddam monaſterium. & Ioan. de ſelua in tracta de benef. in I. parte. q. 5. nu. 100. & ſequen. Ioan. brunel. in tracta. de dignita. lega. in 13. concluſio. & parochiani tenentur prouidere quando baptiſmalis non eſt redditibus abundans, teſte Baldo, conſil. 132. pręſuppoſito. in I. volum. nec poteſt curatus eccleſię baptiſmalis à parochianis pecunias recipere, vt conſentiat ad erectionem illius eccleſiæ in parochialem: aliàs turpiter reciperet. c. querelam. vbi doc. de ſymo.

23 Et ſic regulariter eccleſia baptiſmalis parochialis antiquior decimas prędiales habere debet in tota ſua parochia, niſi appareat capellam aliquam habere parochiam limitatam: tunc illa parochialis intra ſuos fines habet ius commune pro ſe, quo ad dictas decimas prędiales in ſua parochia exiſtentes, etiam quo ad perſonales ſuorum parochianorum.

*Decimò personales debentur curato in cuius parochia quis habitat.*

24 Item si personales non debentur primo curato, si quis mutauerit domicilium, sed secundo, si ibi audiantur diuina, & recipiantur sacramenta. per tex. in c. ad apostolicæ. de dec. vbi Anto. & alij. & illi censentur parochiani illius parochię in qua habitant, vt de scholasticis & mercenariis, glo. scribit in clemen. prima, de priuileg. & sufficit sola domicilij constitutio, cum hoc quod in secunda parochia audiat diuina: secus si sit dubiũ de voluntate constituendi domicilium, tunc per multum tempus oportet moram trahere: vt in scholasticis declarat Bart. per illum tex. in l. 2. C. de incol. lib. 10. & Anto. in d. c. ad apostolicæ. col. 2. &c.

*De decimis animalium.*

25 Decimæ verò animalium inter prædiales computantur, glo. in c. ad apostolicę. de deci. & ideo debentur illi ecclesiæ, in cuius parochia animalia morantur, & pascunt. glo. in verbo, pascit. in cap. 1. §. item quis vnquam. 15. quęst. 1. Matthæ. de afflictis, in constitut. Neapoli. li. 1. rub. de deci. num. 23.

26 Quòd si in vna parochia pascant in hyeme, & in æstate in alia, vel in vna pascant continuò, & in alia iaceant, & dormiant, tunc diuidentur decimę inter has duas parochias. vt tenet gl. plenè in d. c. ad apostolicę. & Henric. Bohic. in c. peruenit col. 1. ibidem.

*Consuetudo soluendi decimas ex animalibus.*

27 Valebit tamen consuetudo, vt ecclesia parochialis vbi frequentius pascuntur, accipiat: vt in quæst. 17. inferius pleniùs dixi, & communiùs obseruatur, quòd decima lactis detur in illa parochia, vbi extrahitur, & decimas caseorum illi ecclesiæ debetur, vbi casei fiunt. sed decima lanæ, & fœtus debetur illi curato, in cuius parochia nascuntur, & hoc seruatur in lingua Occitana, teste Boherio, in §. 13. de consue. pręd. in consuet. Bitur.

*Animalium triplex est fructus & ex quo solui debeat decima.*

28 Notandum est, quòd in animalibus triblex est fructus, primus est agni, hœdi, vituli, equuli, suculi, & alius fœtus. secundus in lacte consistit. tertius in lana & pilis. l. in pecudum. ff. de vsur. & §. in pecundum. de rerum diuisio. in instit.

29 Decima fœtus in ordine nascendi cognoscitur, & decimò natus debetur: vt scribit Ioh. And. in addi. ad Specul. eo. tit. in verbo, speciem.

Si verò non appareat quis sit decimus, tunc mediocris præstatur. l. si quid. §. venditor. & l. seq. §. illud. ff. de ædili. edict. & alibi dicitur, quicunque recognouerit in se quòd fideliter non dederit decimas suas, modo emendet quod minus fecit. Quid est fideliter dare, nisi vt nec peius, nec minus aliquando offeratur? c. quicunque. 1. in 16. q. 7. Deterior autem reddi deo non debet. Indignũ enim est dare deo, quod dedignatur homo. c. vlti. in fi. 49. dist.

*Fœtus lactatus esse debet.*

30 Vitulus tamen suculus vel alius fœtus lactatus esse debet, antequam præstetur, & impinguatus: alioqui commodum non afferret. & ita præstari debet, vt ad vsum esse, & deinceps viuere sine matre posſit, teste Ioh. Andr. in additio. ad Specul. in verbo, speciem. ne datio ex illorum imbecillitate pereat. l. si seruus decem. in fi. ff. de solut. l. eum qui. de annu lega. Iohan. And. & Henric. Bohic. in cap. cum homines. eod. vbi Ancha. & alij. sic consuluit Oldra. consil. 236. circa propositam.

*Consuetudo soluendi decimã fœtus animalium.*

31 Hodie est consuetum statim post paschatis festum hos fœtus decimare: & solet dari in plerisque locis huius fœtus decima in pecunia. Nempe si parochianus habeat hœdos viginti, duo æstimabuntur, & illorum pecunia parocho dabitur: & ita vidi seruari in multis locis. Liberum tamen est curato, si malit, fœtum recipere, nisi consuetudo contraria existat, vt inferius quæst. 13. habetur.

*Lanæ decima statim soluenda.*

32 De lana statim detonsa solui & exigi solet, ex decem velleribus vnum pro decima: vt loquiquitur Ioan. Andr. in dicta additione, & aliàs pro consuetudine locorum: quia non est causa differendi hanc decimam, teste Anto. in cap. ad apolicæ. de decimis.

*Lactis decima quomodo sit soluenda.*

33 De lacte idem videtur, vt ex decem pintis vna debeatur. tamen si fiant de voluntate curati, expressa vel tacita, casei, decimus præstabitur curato: quod est magis frequens. Et idem in butyro, vt etiam decima debeatur, teste Andr. Hispa. quæst. 1. & in his Iohan. Andr. dicit consuetudinem maximè attendendam, per glos. in cap. reuertimini. 16. quæst. 1. Ideo si consuetudo habeat, vt eccle. baptismali soluatur tota decima illa, valebit.

*Destructa domus, & facta uinea, integram dabit decimam.*

34 Item solui decima debet prout solui consueta erat, vt inferius plenius scripsi, quæst. 13. tamen si ex decima domus quinque annui soluebantur solidi curato, si destructa domo, fiat vinea integra soluetur decima ex vinea, per c. commissum. de decimis. & ibi Anton. & in integra clarè patet.

*Vinea in agrum, & cõtra, mutari potest, etiam contradicente curato.*

35 Et ideo concludunt docto. ibi, quòd dominus potest etiam cum contradictione curati vineam in agrum arabilem mutare, vel econtra: nec curatus poterit se opponere quando hoc fit, teste Hostien. in summa, §. & vtrum. versi. decimo. Et is qui solitus erat habere decimã frumenti, si terra frumenti mutetur in vineam, eam habebit, & mutatio qualitatis non alterabit obligationem, nec ob id perdet suam decimam is, qui eam habebat prius. Collectarius & alij in dicto cap. commissum. quanuis alius haberet decimam vini. Si verò monachi præscripserunt decimam vini, & vinea mutetur in fundum, monachi decimam fundi non habebunt: quia non præscripserunt decimam fundi, & non possunt dictum dominum sic mutantem qualitatem prohibere, ideo ecclesia parochialis habebit. Ant. in d. c. commissum. alia ibi dicuntur, quę vt breui finiã, omitto: vos quęso dilecti auditores, boni consuletis.

## QVAESTIO VII.

*Quibus solui decime debeant.*

1 SEptimò, quibus solui decimę debeãt? Respond. olim filiis Leui, qui in tabernaculo fœderis ministrabant, reseruatæ fuerunt. Leuit. c. fin. Primitiæ verò sacerdotib. . 2. Esdræ cap. 10. circa finem. Itaque hodie sacerdotes & clerici & ecclesiæ ministri ipsas habere debent, cap. 1. & sequen. & cap. non est. de dec. Præposit. in cap. peruenit. col. 2. in 1. quæst. 3. facit cap. tua. 2. ibi, quibus eas ipse pro suo cultu

suo cultu concessit. & c. quanuis. ibi quod sacerdotum est.de deci.& Paschalis papa sic ait.decimas à populo, sacerdotibus, ac leuitis esse reddendas diuinæ legis sanxit authoritas.c.decimas. 16.q.1.

*Leuitæ qui sint.*

2 Et quia in iure pontificio de leuitis sæpius mentio habetur,audi quid dicat tex.in ca.cleros. circa fi.21.distin.Leuitę,inquit,ex nomine authoris sunt vocati. De Leui enim leuitę exorti sunt, à quibus in tẽplo dei mystici sacramenti mysteria explebantur.Hi Gręcè Diaconi,Latinè ministri dicuntur.quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispẽsatio habetur, &c. & decimas deo & sacerdotibus dei dãdas,Abraham factis, & Iacob promissis insinuat, & omnes sancti docto. commemorant.cap.decimas.2. in 16.q.7.

*Quibus clericis decimæ debentur.*

3 Dubitandum est quibus clericis decimę solui debeant.Respond.ne confusa super his remaneret solutio, & ne quidam sibi deberi eas diceret, fortè vel paupertatis ratione,vel cultus diuini,vel vitæ perfectionis:ideo Dionysius papa istas limitauit,& curatis suis in locis assignauit.cap.ecclesias.13.q.1. c. pastoralis.de his quæ fiunt à præla. ob id prædiales decimæ curato illius parochiæ, cuius loco prædia sita sunt,debentur.c. fi. de paroch.c.cum sint.de deci.Hosti.& Ioan.And.in c. à nobis.ibidem.

*Curati de iure communi fundati.*

4 Et sic curatus in sua parochia habet intentionem fundatam de iure communi in his decimis , vt non teneatur probare eas ad se spectare, postquam à iure sunt eis tributæ.c.si quis laicus. c.statuimus.16.q.1.c.à nobis.vbi Card.& Anto.& c.cum in tua.c.cùm contingat.de dec. declaro in tract. de congrua portio. q.vlt.facit tex.in c.1. in fin.ibi.iure communi parochialibus ecclesiis reseruato.de verb.sign.in 6.

5 Etiam fundati sunt in his contra episcopum. c.fi.de paroch.& c.vlti. vt lite penden. vbi Imol. & Card.consil.88.consultus.nu. 7. Socy. consil. 297.viso.in princip.vol.2.Ias.consil. 19. in causa. colum.1. vol.3.& Bertrand.consil.350.etiam in 2. vol.de primò impressis.& consi.132.volum.1 ibidem.

6 Nec refragatur c.cum homines. de deci. vbi etiam de frugibus decima debetur ecclesię,cuius est parochianus : quia illud intelligitur , quando prædia erant sita in illa parochia : alioqui si in alia,debentur decimæ illi,vbi sunt sita prædia.

*Quibus casibus episcopo decima debetur.*

7 Episcopo verò decima debetur in seq. casibus.Primus est in decimis sitis in parochia ecclesię cathedralis,tunc omnibus pręfertur.c.dudum eo.tit.secundum vnum intellectum.Anto.& Panor.in c.cum contingat.col.2.& c.peruenit.c.parochianos.& seq.eo.& hoc si ipse esset curatus.secus si alius sit illius ecclesię curatus.

8 Secundus casus est,quando decima seu prędium non est in alicuius parochia situm.c. quoniam.eod.ti.& tunc dicit tex.in c.decimas.16. q. 7.has decimas sub manu episcopi fore cẽsemus, vt ille qui cæteris pręest , omnibus iustè distribuat. {Et de his plene tractaui in consil. super hoc edito}.

9 Tertius,quando parochię nõ sunt distinctę, tunc quia tota diœcesis est parochia episcopi. c. omnes basilicæ.16.q.7.ideo tunc omnes decimæ in eius dispositione sunt , vt omnes pro meritis personarum clericis distribuat.cap 1.in 16.q.1.sed communiter eas distinctas videmus.

10 Quartus, si consuetudo hoc haberet , vt ad episcopum spectarent.glos.in c.dudum. de deci. Sed hodie est contra episcopos consuetudo , vt non recipiant:quia episcopatus non sunt tenues in fructu.

11 Quintus , in sua canonica portione episcopus etiam de iure communi fundatus est:curatus autem quoad reliqua,teste Hostien.& Ioa.Andr. per illum tex.in dicto cap. cum in tua.licet non loquatur de canonica portione,sed de decima:& ibi est narratio partis non papæ, dicentis episcopum de iure communi fundatum. {Ideo non probat c.si papa de priuileg.lib.6.}

12 Sextus,potest episcopus nomine cuiuslibet ecclesiæ parochialis subiectæ ad decimas agere, quando non est curatus qui agat.c.vlti.in fin. de success.ab intesta. secundum vnum intellectum. alioqui non agit ad decimas quę curioni,qui sacra ministrat,debentur.Hostien.& alij in d.c.dudum.

13 Vltimus casus , quando donatæ essent decimæ ecclesiæ cathedrali, vel alio deberentur modo:tunc episcopus in illis est fundatus. & sic potest intelligi d.c.dudum.ibi,quòd ipsi decimas de laboribus rusticorum suorum , Vesprimensis ecclesiæ debitas , non permitterent ibi solui. & tunc illæ decimæ inter fratres diuidi debent.cap. vlti.de offi.custo. Fratres vocat canonicos ecclesiæ cathedralis.c.nouit.de his quæ fiunt à maiori parte capituli.

*Diuitibus etiam clericis decimæ debentur.*

14 Debentur decimæ clericis etiam si sint diuites,nec diuitiæ clericorum debent impedire integram decimę solutionem:quia decimæ non dantur intuitu personarum ecclesiis,sed dei.ca. decimæ.vbi glos.16.q.1. & propter diuitias non debẽt alicui sua iura auferri.c.in 14.q.1.Ioa.And. & alij in rubr.de deci.alioqui regi diuiti non daret quis tributa , {nec creditori diuiti solueret quod est absurdum.}

*Malis etiam curatis decimæ debẽtur.*

15 Etiam si clerici vel sacerdotes sint mali.cap. quid dicam.14.q.4.& in c.forte. q.5. sic scribitur, fortè aliquis cogitat,& dicit,multi sunt Christiani diuites,auari, cupidi, non habeo peccatum si censum illis abstulero,& pauperibus dedero.vnde enim nil boni agunt,mercedem habere poterò?sed huiusmodi cogitatio à diaboli calliditate suggeritur.nam si totũ tribuat pauperibus, quod abstulerit,addit potius quàm diminuit.Sunt verba August.in d.c.forte. & Ambr. in lib. de offic. scribit his verbis:Denique si non potest subueniri alteri,nisi alter lædatur,cõmodius est neutrum iuuari,quàm grauari alterum. cap. denique.ibid. Ideo soluendo decimam cogitare quis debet quod deo præstat,& non malo curato,& deus recipit:ideo non debet curare sic soluens,quia pręceptum dei adimplet soluendo , quod non faceret pauperibus dando.

*Conuertens in malos*

16 Etiam debentur clericis decimę si ipsi in malos vsus illas conuerterent,sed tunc abutẽtes illis bonis,

*usus decimas tenetur.*

bonis, iudicium sibi manducant & bibunt. vt dicit Hiero. ad Damasum papam, in ca. clericos. & seq. 1. q. 2. & c. illi. ac c. fi. 12. q. 1. Asten. in d. rub. de deci. vers. circa tertium. quod est verum, si ecclesiæ seruirent. Iustum namque est, vt illi consequantur stipendia, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Grego. in c. charitatem. in fi. 12. q. 2. nam qui altari seruit, de altari viuere debet. c. cum secundum. de præben. vide quæ dixi inferius, quæstio. 13. an decimæ tolli posſint.

17 Si tamen quis ex fructibus à fundo perceptis soluisset decimam, postea de lucro, quod ex illis fructibus prouenit, aliam decimam soluere non tenetur: quia duplex decima vni soluenda à deo præcepta non est. teste Panor. in d. c. cum sint homines. Hactenus de hac quæstione.

## QVAESTIO VIII.

*De quibus bonis decima soluēda sit.*

1  Ctauò principaliter quæritur, de quibus bonis decima soluendo sit? Respondeo, prædiales de omnibus terræ fructibus, & prouentibus. ca. non est. cap. nuntios. & cap. ex parte. in 2. & aliis multis iuribus eo. tit. plenè Henric. Bohic. in cap. peruenit. 3. eod. & Marc. Mantua. consil. 1. numero 31.

2 Personales verò de omni lucro exoluuntur. ca. ex transmissa. eo. ibi, quia fidelis homo de omnibus, quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur, siue sit castrense lucrum, siue quasi, siue aduentitium, vel profectitium. vt declarat. Andr. Hispa. in q. 12.

*De frumento & leguminibus decima præstāda, & omnibus terræ fructibus.*

3 Ex quo infertur quòd de fructibus prædiorū decima pars est soluenda. Et in primis de omni frumento & grano. c. non est. eo. tit. & 2. Paralip. cap. 31. ibi, Quod cùm percrebuisset in auribus multitudinis plurimas obtulere primitias filij Israel, frumenti, vini, olei, mellis quoque, & omnium quæ gignit humus, decima solui debet. etiam palea est in fructu. l. adeo. §. cum quis. ff. de acquiren. rerum do. Panor. in cap. peruenit. col. 2. eo. nisi consuetudo sit in contrarium. teste Anto. in d. c. ad apostolicæ. in fi.

4 Secundò de omnibus leguminibus solui decima non omittetur. c. 3. ibi, de blado & vniuersis leguminibus. de deci.

*De fructibus arborum decima præstatur.*

5 Tertiò de fructibus arborum, ideo si decem beotios nucum, amygdalarum, aut castanearum habeam, dare decimam de his partem deo oportet, & pro quantitate quam habeo, nouem partibus mihi retentis. c. decimæ. in fin. 16. q. 1. & d. cap. non est. & c. cum homines. sic consuluit Bertran. consi. 247. decimæ. in 3. vol. ex noua editio.

*Ex molendinis decima solui debet.*

6 Quartò de molendinis decima præstatur, vt si decem sextaria frumenti, siliginis, aut alterius grani molendini nomine consequar, vnum pro decima soluere adstringor, vel alias, pro rata. cap. peruenit. eo. si verò pecunia pro molendini pensione soluatur, ex illa pecunia decima exoluetur illi ecclesiæ, vbi molendinum situm est, etiam si esset molendinum ad ventū vel molendinum cathena super fluuio, teneretur. c. ex transmissa & c. pastoralis. eo.

*De hortorū fructibus decima pendetur.*

7 Quintò, de hortis, siue sint holitorij, in quibus herbæ tantùm vescendi gratia crescunt, & tunc ad vsum curati ex illis decima ita dari posset. d. c. non est. eo. vt hodie in meo horto curatus sumat quantum sibi opus est illo die: & sic per singulos parochianos discurret, demum ad primum reuertetur. Io. Andr. in c. peruenit. eo. & debetur decima tam ex primis fructibus, quàm ex secundis. nam si secundò seratur, ex fructibus secundis, & tertiis, & quartis, si tot veniant, debentur decimæ, per tex. in c. ex parte. 2. de dec. quia ex omnibus fructibus, & frugibus. c. 1. eo.

*Ex lino, canape, fabis & oleribus decima debetur.*

8 Vel si hortus teneat fabas, vel alia legumina, dabitur decima ex his: idem si hortus sit linarius, vel canapinus, vbi linum vel canape crescit. vt in l. vrbana. ff. de verb. significa. elucidaui. & soluitur illi parochię, vbi est hortus: licet de consuetudine ex oleribus non viderim soluere decimam, quia curati hortum ad vsum illorum habere solent, ex illo ergo olera recipiant, & si nil fuerit in eo horto, imputetur isti negligenti curato: quia verisimile est, quòd in fundatione beneficij iste hortus fuit curato assignatus pro suo vsu, vt parochiani amplius ad olera isti curato non tenerentur, sed ipse suis manibus sibi pararet. Et decima etiam crocorum debetur, teste Aufre. q. 109. & ita fuisse iudicatum assero infrà, quæst. 13. num. 41.

*Fœni decima debetur.*

9 Sextò de fœno. nam si fœnum in fasciculos redigatur, decimus debetur: si aliter, semper decima soluetur. c. peruenit. eo. & ista est decima prędialis, exoluenda vbi est pratum. {Vnde si de lacu fiat pratum, hoc censetur nouale, vt q. 14. dicam & de hoc prato decima debetur, vt ibi dicetur.}

*De piscariis decima præstari debet & viuariis.*

10 Septimò de piscariis, vbi pisces ali solent, stagnum nunc vocamus: debetur etiam decima. d. c. peruenit. eod. piscariam etiam vocat Iurisconsul. in l. inter publica. ff. de verb. significa. nam vbi piscatur stagnum, fortè in triennium, tunc soluenda erit decima carpionum, si ibi sint, vel lutiorum, luporum, mugilum, seu aliorū piscium: vel in pecunia pro consuetudine regionis, & tūc censeri debet prædialis, illi soluenda ecclesiæ in cuius territorio stagnum consistit. Si verò extra stagnum priuatum pisces, vel in flumine, vel in mari capiantur, tunc decima debetur personalis, quasi ex lucro illi ecclesiæ, vbi diuina audiuntur. cap. pastoralis. eo. vbi Collecta. dicit, quòd si stagnum superius positum fractum fuerit per inundationem aquarum, & pisces mei ad tuum peruenerint stagnum, eos non repetam, si discerni non possint: quia natura piscium fera est. §. flumina. de rerum diuisio. in institu. & feræ quando euadunt custodiam meam, statim fiunt occupantis, quando eas non persequor. §. ferè. & §. seq. ibidem.

*Animalium decima soluatur.*

11 Octauò, de animalibus decima non est omittenda. d. c. non est. clemen. 1. & ibi Cardi. q. 15. de deci. nam & filij Israel obtulerūt decimas boum, & ouium. 2. Paralipo. 31. c. Et illi ecclesiæ soluenda est, in cuius territorio animalia pascunt. nā & boues dicūtur esse illius loci, in quo laborāt. l. cū quidam. ff. de funda. instruc. & seruitus pascendi est prædialis. l. pecoris. ff. de seruit. rustic. prædio.

ideo

ideo sicut prædialis præstanda est.glo.in cap.1.in verbo,pascit.13.q. 1. si autem in duobus pascant terris, decimæ diuidentur, & pro rata temporis soluentur.c.2.§.fi.de sepult.in 6.nisi fuerit cõsuetudo in contrarium, tunc illa consuetudo, vel priuilegium seruandum erit.c. ad apostolicę. de deci.vbi Hosti.& Bertrand. consil. 252.si animalia.in 3.vol.2.editio.c.ex parte.1.eod.

*De nutrimẽtis animaliũ decima an debeatur.*

12 Vbi quibusdam indultum est religiosis, ne de nutrimentis animalium decimas soluant, id est de animalibus,quæ nutriunt. ibi exponit glo. & doc. Ego verò dicerem intelligi de nutrimentis animalium, id est,de pullis, equis, & fœtibus quæ animalia religiosorum nutriunt, vt non teneantur religiosi decimas soluere de ouibus & vaccis, sed nec de ipsis fœtibus quæ ista animalia nutriunt:quanuis doct.contrarium dicant, ergo de iure tenentur religiosi decimam præstare de illis animalibus, alioqui frustrà daretur priuilegium,si iure communi concederetur. per tex. in l.vna.C.de thesaur.lib.10.

13 Ideo consuluit Bertrand.consil.156. decima. in 1.volum.in editio.1.de capris decimam soluendam illi ecclesiæ in cuius parochia pascuntur, etiam si illæ capræ spectarent ad fabricam ecclesiæ pro luminaribus, tum quia omnes tenentur qui non sunt exempti, & priuilegiati: & isti non ostendunt priuilegium, ergo non sunt exempti: quia paria sunt non esse vel non apparere.l. duo sunt.ff.de testa.tute.

14 Si autem in viuariis inclusæ ferę sint,soluetur decima ecclesiæ illi, in cuius territorio sunt inclusæ: quæ viuaria vocat Iurisconsultus in l. vsumfructum venari.ff.de vsufruc. hoc Io. And. expressè decidit in c.commissum.col.2.eo.Anto. & Cardi.post eum in c.non est.ibidem.

*Animalium quæ capiuntur quomodo solui decimadebeat.*

15 Si verò capiantur animalia in libertate existentia, tunc soluetur decima personalis, quia hoc nobis lucro est,vt probant Innocent. & Panorm.in dicta cap.non est. vbi dicit soluendam decimam de venatione,& sic soluenda erit de piscatione.

*De cuniculis.*

16 Sed si cuniculi capiantur in garena alterius, vel alia animalia sic inclusa,tunc quia non transfertur dominium in accipientem, sed furtum committit capiens.§.gallinarum. de rerum diuisio.in instit.non debetur decima, sed animal sic captum restituendum est.Hostien. in ca. non est in potestate.de deci.Chassa.in §.1.rub.*des iustices.* in consue. Burgund. dicam in ordi. regi in rub. *des chasses*.si in garena sua capiantur,decima pręstabitur illi ecclesiæ,in cuius parochia sita est garena.

*De aucupio an decima sit præstanda.*

17 Quid de aucupio, an decima soluenda sit? Iura nihil statuunt:iurisconsultus tamẽ in l.item si fundi.§. sed si insula. ff. de vsufruc. dicit aucupiorum vsumfructum, sicut piscationum & venationum, esse fructuarij:& sic postquam æquiparantur,si fructus aucupij recipiantur, decima debetur.

Si verò causa voluptatis ibi aues includantur, ex his non debetur decima:ex auibus autem quę in libertate sunt, decima solui debet, si in lucro sint,sicut de alio lucro. Anchar. in cap. non est. col.2.eodem.

*Mercatores de lucro decimam pendant.*

18 Octauò, de negotiatione solui decima debet,dicto cap. non est. ideo mercatores de lucro in singulos annos facto,decimam soluere tenentur:& si sapiant, & eorum vtilitati consulere velint,eas soluant.

*Ex artificio decima soluitur.*

19 Nono,de omni artificio.c.decimæ.16.quęst. 1.ibi,de negotio, & artificio redde decimas. vbi etiam glo.& ideo si arborem scindam, valentem aureũ,debeo decimam illius curato,in cuius parochia est excisa.si tamen eam vendam Parisius, & ibi vendatur nouem libris, danda erit decima ex tribus aureis adiectis illi parochiæ in qua recipiuntur sacramenta:deductis tamen expensis portus,& aliis:vt Anchar.& alij scribunt in d. ca. non est.in fine.

*De militia decima soluitur.*

20 Decimò,de omni militia soluuntur decimę c.decimæ.16.q.1.quod est verum de his quæ milites in bello iusto acquirunt:alioqui ad restitutionem tenentur.c.sicut.3.de iureiur.ca. militare. 23.q.1.& c.dicat aliquis.q.5.Cardi.in c.non est.eo. & de stipendiis quæ habent.Panor.ibi.& sic cùm aduocati dicantur militare l.aduocati. C. de aduoc.diuerso.iudic.ergo de eo quod de aduocatio ne percipiunt,debent decimam soluere, Anchara.in d.c.non est.

*De domibus solui decima debet.*

21 Decimò, de domibus decima solui debet, prout & in ea quantitate, de qua consuetum est solui,c.plerique,de pactis.& c.pastoralis.& c. cõmissum.vbi Anto.Butriga.& alij eodem tit.alioqui decima pars pensionis domus soluetur. Panor.ibidem.poterit tamen consuetudo facere, vt nil de his exoluatur:vt scripsi inferius,in 13.quęst. Et ista est generalis consuetudo, vt nil de domibus soluatur pro decima:vt Ioan.Andr.etiam notat in d.cap. commissum. & solui debet vbi domus est. Si tamen vendatur domus, decima soluitur,deducto pretio quo fuit empta,de residuo. cap.pastoralis.de decimis.Idem si in agro constituatur domus, vt ecclesia etiam debeat,vel pensionis domus decimam, quanti locari posset, vel saltem vt non diminuatur decima, quę recipiebatur ex agro, per d. cap. commissum. vbi Cardinalis.

*De pascuis.*

22 Duodecimò,de pascuis,id est de pretio,quo pascua seu pastura vendita est, decima solui debet.c.commissum.vbi his verbis vtitur Panor.eo. vel de animalibus quæ ibi pascũtur, soluitur lac, lana,& fœtus vt Ioan. And. ibi dicit, & superius scripsi q.sexta.Si tamen non vendebãtur pascua, id est fructus pascuorum, tunc aliquid in pecunia debet curato pro his pascuis solui, videlicet pro quolibet iugere debet statui pecunia pro decima soluenda, si non soluatur decima animalium,vt pręd ixi:& est prędialis decima.& in hoc consuetudo est maximè attendenda.

*De lapicidinis.*

23 Decimotertiò,de lapicidinis scribit Io.And. & alij,in c.peruenit.de deci.vbi ex his deberi decimas docet, non ex decem lapidibus vnus, sed ex pecunia,quam quis lucratur,ecclesiæ, vbi audit diuina,decima soluetur.

*De argentarijs, & metallarijs.*

24 Decimoquartò,de argentariis,& aliis metallariis.l.cuncti.C.de metalla.lib.11. & Ioan. Andr. in dicto cap.peruenit.vbi Butri. & alij.& ista est

personalis,

personalis, quasi ex lucro: quia plus operatur industria, quàm natura. secus si habeam fontem in prædio meo, vel puteum, & eius vēdam aquam, teneor tunc illi parochiæ, in qua est fons vel puteus, decimam soluere: teste Anchara. in ca. non est. eod. col. vlti.

*De apibus.* 25 Decimoquintò, de apibus & fructu earum, videlicet de cera, & melle. cap. nuntios. eodem. non verò de ipsis animalibus, id est ex decem examinibus apum, vnum non est soluēdum, nec ex decem alueis, sed ex fructu earum: licet de consuetudine nil soluatur, debent tamen apes habentes, in quatuor saltem festis solennibus vnam candelam vnius libræ soluere ecclesiæ parochiali, vel de pecunia quam ex melle & cera habuerunt, decimam partem. doctores in dicto c. nuntios. & debet solui vbi apes consistunt, vt est visum. Anchar. in dicto c. peruenit. vbi legit c. nuntios. simul & Roffre. in libel. iuris canoni. in quarta parte, rub. de quibus rebus, &c. huius est sententiæ.

*De lignis.* 26 Decimosextò, de lignis. Cardin. & alij in d. ca. peruenit. videlicet, vt ex decem fasciculis decimus soluetur curato illius parochię, vbi ligna creuerunt: & si sit lignum ex sylua cædua, debetur quando lignum cæditur: ex ligno verò magno, decimum, vel ex pretio, decima pretij pars. & in hoc consuetudo seruanda est.

*De possessionibus regū & principū decima soluenda est.* 27 Decimoseptimò, etiam de possessionibus regum, & principum solui decima debet: quia omnes astringuntur, ergo & ipsi. & hoc fuisse iudicatum de possessionibus delphini asserit Guido papæ, in decisio. Delphi. q. 266. à præstatione. nec ipsi principes eximere seipsos à pręceptis dei possunt. c. tua. 2. de deci.

*De furnis decima soluitur.* 28 Decimooctauò, de furnis solui decima debet. doct. in c. peruenit. & c. pastoralis. 1. eod. vt decima pars commodi illius præstatur, siue illud consistat in pane, siue in pecunia, vel in alia quacunque re.

*Iniustus possessor ad prædiales decimas tenetur.* 29 Decimononò, etiam prædiales decimæ indistinctè solui debēt à quocunque, siue sit iustus possessor, siue iniustus, violentus, vel clādestinus: sicut in tributo dicitur in rub. C. sine censu. & l. 1. ac cap. tua. 2. eo. Astesa. in d. rub. de decim. in 2. parte summæ. art. 4. q. 5. De personalibus an ex illicitè acquisitis debeantur, superius in proxima q. scripsi.

*De croco, rapis & fabis decima soluitur.* 30 Vigesimò, decima solui de fructu etiam crocorum debet, vt Boer. dicit fuisse decisum in consuetu. Biturig. rub. de consuet. prædio. §. 12. pro episcopo Albien. contra suos subditos, qui allegabant se nunquam soluisse de illo: & de rapis, & fabis soluendam decimam asserit. Cardi. in c. ex parte. 2. eod. quod facit pro Lemouicen. Petragoricen. & Aruernis, & generaliter de omnibus fructibus, & lucro: vt expresse scribit Ioan. Hugo, in tract. de offic. quatuor pręla. rub. de matriculis curati. col. 1. & seq.

*De domo acquisita quando decima sit soluēda.* 31 Vltimò, de omnibus aliis fructibus, & lucro, quod est mobile, sed ex immobili nō: vnde si quis det mihi domum, vel hęreditatem, quanuis eam lucro habeam, non tamē ex hoc lucro decimam soluam, sed postea ex pensione domus sic. glo. in verbo, quasi de lucro. in c. pastoralis. eod. quia frugum nomine res immobiles non veniunt. vt plenè scripsi. in l. frugem. ff. de verb. sig. & deus filios Leui noluit bona immobilia habere, sed decimam illorum tantùm, adeo quòd si ex immobilibus decima deberetur, omni aferè bona ad ecclesiam peruenirent, & contra Dei prohibitionem vt Benedic. asserit in repet. c. raynutius. in verb. & vxorem. nu. 256. de testa. vbi etiam excusat ea ratione Franciæ consuetudinem, vt monasteria nō succedant religiosis professis, sed consanguinei bona illorum retinent, & vt res immobiles transeant, cum onere decimam soluendi ex fructibus eius. c. cum non sit. de deci. ex omnibus igitur decima solui debet, iuxta domini præceptum. *Religiosi quare suis non succedant consanguineis.*

## QVAESTIO IX.

1 Nonò quęro, quomodo decimæ peti debeant? Respon. aut loquimur in possessorio, aut in petitorio. si in possessorio, adipiscendæ petantur, concludit curatus se habere talis loci curam, ob id petit decimarum adipisci possessionem, & ita cō cludi potest etiam in aliis spiritualibus. vt Pano. not. in c. pastoralis. col. 3. de causa possess. & in c. constitutis. in fi. de appel. doct. in ca. accedens. de accus. Rarò tamen vtimur in Francia hoc interdicto adipiscendæ in spiritualibus. ideo alia nūc huic interdicto accommodo missa facio. *Quomodo decimæ peti debeant.* *Possessorio agi potest super decimis.*

2 Aliquando curatus est decimis spoliatus, & tunc concludit ad restitutionem: vt in c. ad decimas. de restit. spol. & solet concludere ad remedium. c. reintegranda. 3. quæst. 1. etiam non passim hoc vtimur interdicto, vel condictione cap. reintegranda. in Francia: quia nos spoliatos dicere vix possumus ideo alibi dicam super hoc: sed est videndus Petr. Iacob. in sua practi. rub. de interdicto vtili, vnde vi, pro seruit. in fin.

3 Quandoque turbatur quis in perceptione decimarum, & agit interdicto vti possideris, quod pragmatici vocant casum saisinæ & nouitatis, & quod est in hoc regno frequentissimum: quia quæcunque vis sit, solet in hoc concludi interdicto, teste Iohanne Fabro in §. retinendæ. col. quinta, de interdictis in institutionibus. *De interdicto retinendæ, in decimis.*

4 Et hoc interdicto agitur tam contra subditos recusantes decimas soluere, quàm cōtra alios curatos, religiosos, seculares, aut regulares: & generaliter contra quoscunque turbantes curatum, seu alium decimas iure posidentem, in sua decimarum perceptione. Hostien. & alij in cap. dudum. per illum tex. & glos. eod. de quo inferius dicam.

5 Vide textum in c. 1. in 16. quæstio. 6. vbi rectores & sacerdotes non possunt more fiscali titulos suis rebus imprimere sua authoritate sed authoritate iudicis sic, in interdicto vti posideris. facit lex secunda, C. vt nullus titulos prædiis suis imponat. & sic potest curatus dicere se possessorem, & turbatum intra annum, & postea quo adeptus est beneficium, licet nullas receperit decimas: quia per collationem sui beneficij, & inductionem in possessionem, est effectus possessor om *Imponere nulli licet regia uel rebus suis*

sor omnium rerum & iurium suæ curæ : quia non est necesse in acquirenda possessione glebas omnes totius fundi percurrere.l.3.ff. de acquir. posses. & sic nec omnes decimas capere, ratione sui beneficij. ideo sufficit quòd recipiat aliquas , & probet se in aliis turbari , & ita vidi seruari. De hac materia plenè tracto in tractatu meo,de materia possess.in ordinati. reg. & vidi etiam pendente petitorio coram iudice ecclesiastico suspendere illud petitorium, & cognoscere de possessorio coram iudice laico:vt probatur in clem.vna.de causa possess.

*Petitorio agitur super decimis.*

6 In petitorio autem peti debent præteritæ decimæ,per rei vendicationem.glo.in c.moderamine.in fi.ibi, sibi vendicent. & c.reuertimini. vbi glo.16.q.1. quia in bonis ecclesiæ numerantur.c.causa.de verb.signific. hoc docet Spec. eo.tit.& concludit ad dandum, quod fieri non debet in rei vendicatione : vt per Ias.in § omnium.de actionib.in instit.Cardin.in cap. parochianos.eo. Gemi.consi.72.quia punctus.col.3. Alber.in rubr.de rei vend.

*Rei vendicatio quando pro decimis agi posit.*

7 Ideo dicerem,quòd nisi essent separatæ,non esset translatum dominium in ecclesiam,vt suprà conclusi in 3.q. vnde parum cõcluditur super rei vendicatione : nisi sit decima separata, quam alius perceperat, sed cõtra subditum detinentem non solet per rei vendicationem peti, nam sunt debitæ.c,parochianos.eod.ergo vendicari non possunt: quia illud quod est meum vendicatur.actio enim rei vendicationis domino competit.l.in rem.ff. de rei vendic.& in rei vendicatione certum est duo esse maximè necessaria, dominium rei,ex parte actoris, & possessio ex parte rei, siue defensoris. l. vna. C.de alien.iudi.Ias.in §.omnium.de actio.in instit.

*Vendicare quid.*

8 Nec refragatur d.c.moderamine.ibi,vendicent: quia vendicare significat ibi proprium facere,assumere.c.quia nonnulli.de cler.nõ resid. Nam in d.c. moderamine. dubitabatur de monachis,an decimas,primitias,& oblationes percipere possent.& Gregor. Papa decernit illic,vt vendicent portionem decimarum,oblationum, & donationum, si sacerdotij honore fungãtur, ac sibi assumere possint, & pro viuis & defunctis, ad suam & proximorum vtilitatem:meritò perfectioris iustitiæ, quæ in illis est, vel esse debet:& non intelligitur ibi de actione rei vendicationis:quia non diceretur quòd vendicarent ad vtilitatem proximorum.nam in vendicatione non solet sic concludi, vnde praxis istam libelli formam non recipit in decimis non separatis & futuris,vt superius dictum fuit.

*Decima est pars Dei.*

9 Nec obstat d.c.reuertimini.versi. vt autem. ibi, quia fraudastis me parte mea. nam decima est pars Dei,& suam vocat in cap.tua.in 2.eod. tit. quia illam sibi dominus retinuit. tamen ante segregationem vendicari non potest,alioqui sequeretur quòd si debens frumenti decimam venderet fructus , non transferret dominium: licet contrarium videamus , & posse alienari, cum onere decimarum,probat text. in d.c.tua. in 2.& decima est Dei in genere,quia eam vult sibi solui:& dum est segregata,statim trãsfertur dominium in ecclesiã:vt quæst.3. superius scripsi.& sæpius Deus dicit, mea sunt omnia:& sic posset ecclesia omnia vendicare,secũdum illos. verum est tamen quòd Panor. & alij in c. cum homines.de deci. dicunt posse agi de præteritis decimis,tam contra venditorem, quàm contra emptorem prædij, sicut in tributis. l.imperatores.ff.de de public.& c.tua.2.eo.dicentes esse in optione ecclesiæ cõtra quem agere velit.sic docet Federic. consil. 81. laicus. poterit tamen hic emptor requirere, si conueniatur,suum authorem.l.2.vbi in rem actio exerceri debeat.C.

10 Nec obest quòd decimæ,primitię,& oblationes in bonis ecclesiæ numerantur.nam esto sanè, non tamen sunt suæ, antequam sint separatæ. Et in bonis dicitur, quando actionem habeo,& exceptionem.l.rem in bonis.ff.de acqui. rer.domin.& ita teneo,quicquid scribat Panor. cum aliis,in c.commissum.eo.tit.

*Confessoria an agi super decimis possit.*

11 Alij dicunt concludendum super confessoria,per l.loci corpus.& l.1.ff.si seruit. vend. sic dicendo : me habere ius percipiendi decimas in tali loco,tanquam curatus illius loci,& in prædiis sitis in mea parochia,sicut est prædium cõtrouersum : ideo peto condemnari Titium, & condemnatum compelli ad præstationem , & dictæ decimæ solutionem : quia ius præstandi decimam est quædam seruitus , in qua sic concludi solet.glos.in d. c. moderamine. & in cap. tua.2.de deci.Hoc etiam docet Rofred.in tract. libello.iur.canon.in 4.parte,rubr.qua actio. decimæ petan.& Ias.in §.æquè.2.not. de actio. in instit. His tamen formis agendi nõ multùm curant canonistæ,vt docet Hostien.in c.parochianos.in fi.eo.tamẽ quia in qualibet actione diuersa est narrationis & conclusionis forma : ideo vtile est scire qua actione experiri volumus , licet illa actio ex necessitate exprimi nõ debeat, teste Anchar.in c.tua.2.col.2. eo. & in hac forma,si aduersarius cõcludat in negatoria,oportet quòd curatus probet se esse curatũ,quod facilè probabit per literas collationis sui beneficij.

*Probare quæ debet curatus.*

12 Secundò,opus est vt probet fundũ,ex quo decimas petit , esse intra fines suæ parochiæ , & hoc in prædialibus : in personalibus , quòd sit curatus opus est probare,& is à quo petitur,resideat in sua parochia. teste Petro Iacob. in sua practica,rubr.de interdict. vtil.vnde vi. pro seruitut.sed quia rarò decimæ personales in iudicio petuntur,quamuis ipsi libellum dictent,ego tamen omitto, ea quæ frequenter accidunt describens.l.nam ad ea.ff.de legib.

*Condictio ex lege pro decimis agi potest.*

13 Formam aliam etiam tradunt doct. in qua cõdictione ex canone concluditur sic,cùm sim curatus talis loci,ratione cuius decimas habere debeo:& quia parochianus talis habet ibi prædia,ex quibus non soluit decimã,peto eum cõdemnari ad soluendum præteritas,& ad continuandum solutionẽ deinceps,quandiu curatus ecclesiæ huius fuero,iudicis officium implorãdo.Host.& Panor.in d.c.tua.in 2.col.2.post glo. ibi dicũt, quòd si agatur inter duas ecclesias de proprietate iuris decimandi , tunc agitur confessoria , quia de re incorporali agitur : si verò

ecclesia agat contra colentem prædium, tunc aget condictione ex lege diuina. vt Hosti. asserit in dicto cap. tua. pro hoc est gloss. valde solennis in cap. cum liberum. de sepul. quam probat Matthæ. de Afflictis, in constitu. Neapoli. lib. 1. rub. de decim. quæst. 8. & docto. in l. vna. ff. de condict. ex lege.

14 Si autem agatur contra debentem soluere, tunc agitur rei vendicatio, si separata sit decima. si verò fructus non sunt separati à fundo, vel collecti, agitur condictione ex lege diuina, declarata à canone, & hoc quandò agit ecclesia cui debetur à lege canonica.

15 Si autem ei debetur ex consuetudine, tunc aget condictione ex lege consuetudinaria, approbata per legem canonicam. sed practici non solent variare libellum, siue ex consuetudine debeatur, vel non, oportet tamen ista considerare.

*Curatus decimas insolidum petit.*

16 Et quamuis ex his decimis diuisio fieri debeat, videlicet vt episcopo, pauperibus & fabricæ dari pars debeat, tamen curatus insolidum eas petere potest, nec excipi contra eum licet, tanquam de iure tertij, vt docto. tribuunt in l. si quis conductionis. C. loca. & Roffre. vbi suprà, versic. fin.

17 Item ad futuram præstationem concluditur in seruitutibus, & annuis præstationibus, licet in aliis secus. l. harum. & l. egi. ff. si seruit. vendic. cap. in nostra. de sepult. l. quemadmodum, ff. de iudic. l. 1. de vsur.

*Doli actione quando agendũ sit.*

18 Item actione de dolo agi potest contra dolosum, qui rusticis suasit, ne soluerent decimas, ad damnum contingens ex illa suasione. l. cum quis. ff. de dol. Innocen. & alij in cap. dudum. de deci.

*Intellectus ad c. dudũ. de deci.*

19 Præterea doct. in d. c. dudum. eod. dubitant, quomodo ibi agebatur contra hospitalarios, non permittentes decimas solui episcopo, sed non est dubitandum: quia in primis solemus decimas à debitoribus & subditis petere: & si ipsi eas aliis soluere soliti sint, illi defensores suos cõueniunt, & ipsi conuenti recipiunt defensionem. & ita seruatur, quicquid dicant doctores ibi, & Ancha. in cap. cùm non sit. 3. nota. vbi dicit, quòd si cultor agri recipiat omnes fructus, non potest in iudicio dominum nominare, sed soluere debet: quia verum est, quando nemini diceret se velle soluere, sed si consueuit vni soluere, si alteri solueret, fortè non liberaretur, & conueniretur à primo: ideo, vt tutus sit, quando conuenitur de nouo à quodam, ipse vocabit suũ protectorem, vt eum tueatur, alioqui ipsi nouo petitori decimam persoluet. & ita seruatur.

*Decima propria authoritate an capi poßit.*

20 Tamen decima propria authoritate capi non debet, sed peti, vt superius dixi, prout testatur Alber. in l. extat. col. 1. quod metus caus. ff. & in l. nullus. C. de Iudæis. Et sic cùm decima sit onus reale, sicut tributum, c. tua. 2. vbi gl. & doct. de deci. ideo sequitur fructuum possessorem, vel detentorem. c. cùm non sint. ibidem. Et sic consuluit Socyn. consil. 268 elegantur. col. 1. vol. 2 & sic ipse conueniendus erit. alia nunc non offeram, sed ad alia pertransco.

## QVÆSTIO X

*Corã quibus decimæ peti debeant.*

1 Ecimò principaliter quæritur, coram quibus iudicibus peti decimę debeãt? Respond. In hoc Franciæ regno feudales, siue infeudatę, coram iudicibus regiis hodie: siue in possessorio, siue in petitorio decidantur, quamuis de iure iudices ecclesiastici debeant cognoscere, etiam in possessorio, de decimis. c. dudum. eod. glo. in summa. 11. q. 1.

*Decretalis in integra. annullat sententias iudicum laicorũ super decimis.*

2 Et in integra est decretalis, quæ incipit, sententias verò. in tit. de deci. sic dicens: Sententias verò super decimis à consulibus datas: præsertim cum sanctorum patrum institutionibus obuiẽt, irritas esse decernas. & decretalis illa directa est Brixien. episcopo. Et quando agitur de iure decimandi, quia causa spiritualis est, cognoscit ecclesia. glo. in c. ex tenore. de foro compet. & gl. in c. placuit. 2. §. sic etiam. 16. q. 3. & 11. q. 1. Calder. cõsi. 15. an iudex. rubr. de iudic. & foro compe. Cuma. consil. 83. quia causa. in princ. & Fulgos. consil. 166. in q. col. 2. fiunt. de regul. iur. in 6. & ita pronuntiauit senatus Parisien. vt est in lib. de olim. fol. 51. vbi etiam deciditur retractum non habere locum in his decimis. { Et causam retractus cognoscendam ad iudices ecclesiasticos remisit senatus anno 1272. pro quodam diœcesis Baiocen. & anno 1283. in eodem lib. fol. 686. }

*Arestum.*

*Iudex laicus quando super decimis cognoscere poßit.*

3 Secus agatur de facto, vt de furto decimarũ, vel de sola facti quæstione, vel executione: tunc cognoscere etiam laicus iudex potest: vt consuluit Feder. consi. 245. domino Andr. in fi. doct. in l. Titia. ff. solu. matri. de Ripa. in c. decernimus. q. vltim. de iudic. Petr. Beluge, in Spec. principium. rubr. de deci. §. restat. nu. 4.

*In tribus casibus cognoscunt iudices regij.*

4 Idem si agatur de fructibus, vt plenè tradit domi. Gemin. in c. vlt. in fi. de foro cõpe. in 6. Fel. in c. causam. in fi. de pręscrip. Et sic in tribus casibus iudices regij cognoscũt, super possessorio, & quando agitur super facto, & super fructibus: vt scribit Gomes, in c. si annum. nu. 15. de iudic. in 6.

*Ordinatio regia prohibet laicis cognoscere de possessorio super decimis.*

5 Si verò non fuerint feudales, tunc coram iudicibus ecclesiasticis, tam de iure cognitio pertinet, quàm etiam ex ordinatione regis Philippi quarti, facta anno 1303. his verbis: De cognitione decimarum non feudalium in petitorio vel possessorio, pręsertim inter ecclesiasticas partes, gentes nostræ se nullatenus intromittant. & si cùm duæ partes personæ ecclesiasticæ contendunt se quamlibet earum posside re, posuerint vel ponãt ad manum nostram, ne partes venire ad arma contingat, possessionem huiusmodi in manu ordinarij loci reddere teneantur. vt est in stilo parlamenti, in rubr. de decim. Et sic vult vt in petitorio ordinarij locorũ, & in possessorio cognoscant. Et ordinarij locorum dicuntur episcopi. c. ordinarij. de offic. ordin. in 6. sic consuluit Aegid. bella mera, consil. 40. col. 7. versic. quatuor sunt quæsita. & in seq. & in tex. in c. fi. §. diœcesani. de deci. in 6. dicit, ad diœcesanos spectare vt compellant religiosos etiam nõ exemptos: { & à senatu fuit absolutus Iacobus de Iunlhac, à quo petebantur decimę per Gofridum de la Mate presbyterum coram iudice regio, & fuit remissus ad iudicem ecclesiasticum; } sed iudices regij potius sure

tius furerent, quàm ecclesiasticos permitterent de possessorio cognoscere: licet prohibeatur his laicis à rege, ne cognoscant, etiam in possessorio.de decimis.

6 Statuit etiam idem rex Philippus, vt seneschallus, & alij sui iudices defendant ecclesiam à noua decimarum impositione & exactione, siue fuerint impositæ à prælatis, siue ab aliis: sed hodie fortè ij qui ecclesiam defendere deberent, eam grauant, onerant, spoliant, & tributariam reddunt: & non est qui consoletur eam, vel defendat. quamobrem ipsa plangit, vt licet videre in tractatu, de planctu ecclesiæ, per Aluarotum.

*Carolus Martellus decimas prius concessit.*

7 Aduertite quęso auditores dilectissimi, quamobrem iudices seculares decimarum feudalium vsurpauerint cognitionem. Scire enim vos oportet, Carolum Martellum, postquam obtinuisset victoriam contra Sarracenos, qui iam ab Hispania venientes, bona, & templa Galliæ vastauerant, ac quà transierant destruxerant voluisse nobiles, & regni proceres ex alieno compensare. Et vt animi sui liberalitatem erga dictos nobiles ostenderet, non dissentientibus Episcopis, decimas sacerdotibus iam à Deo consecratas, & ipsi Deo sanctificatas, his nobilibus laicis, & regni proceribus dedisse, persanctè iurans (vt Gagui. ait) si diu viueret, se omnia ecclesiis, & multò maiora repensurum: quod non fecit, sed eius sacrilegij causa non multò pòst mortuus est, & ad inferos delatus, vt se eum vidisse beatus asserit Eucherius Arelatensis episcopus, magnæ sanctimoniæ id temporis vir: vt idem refert Gagui. in vita Caroli Martelli. & fuit cadauer eius sepultum in æde Sancti Dionysij, in cuius sepulchro post aliquot annos, ingens serpens, fortè diabolus in serpentis specie, inuentus est, & ex suo autem cadauere, & ossibus, nihil omnino inuentum est, adeò quòd multi coniectabant eum cum corpore & anima in inferno, ob tale decimarum egregium facinus, sepultum. Ecce magnum contra decimarum detinentes exemplum, & pernitiosum initium. Sit ne fabula an historia, his qui hoc viderunt relinquo, ea quæ ipse non vidi, mordicus non asserens.

*Arestum. De noualibus ecclesiastici cognoscunt.*

8 Imò legi in quodam libro extracto à registris curiæ Parisien. quòd de decima noualium curia secularis non cognoscit: ideo fuit processus in curia seculari super his noualibus annullatus à senatu, annum & diem non recepi. vidi hoc tamen in quodam libro, in verbo, decima. ex registris curiæ, & aliàs fuit reddita curia episcopo Morinen. de cuius feudo comes Bolonien. recognouit, vt ibi est videre. & alia multa ibi de hoc reperiuntur scripta, quæ nonnullis consiliariis satis sunt nota.

*Compromissum super decimis quãdo fieri possit.*

9 Fortius consuluit Bald. consil. 274. non reuocandis in 5. volum. quòd dum est quæstio inter detinentem decimas, & feudatarium, de tali quæstione potest fieri compromissum, & transactio inter eos, & in eorum præiudicium. cap. vno. de controuersia inter vassallum & alium. de benefi. quia non intelligitur compromissum de iure spirituali decimarum, super quo non valet compromissum. cap. contingat. de arbitr. sed de commoditate, de qua compromitti potest. sicut si vsufructuarius compromitteret de vsufructu, non enim intelligitur compromittere de ipso iure inseparabili à persona, sed de ipsa commoditate: vt probatur ex nota. in l. 1. C. si pignus pig. datum sit. & de fructibus decimarum potest fieri compositio ratione temporis præteriti. gl. singu. in c. vt super. de rebus eccle. non alienan. Bald. in c. per tuas. de arbit. & compromissum in laicum valet super decimarũ fructibus: vt testatur Lanfran. in clemen. dispendiosam. col. 4. & sequen. de iudic. Anchar. consil. 34. in hac causa. col. 2. nu. 5. de præscript.

*Ex donatione laicorum nõ licet decimas possidere.*

10 Igitur, cum ista concessio facta ab eo qui potestatem concedendi non habebat, nullius esset momenti, imo quicunque decimas, primitias, & oblationes per potestatem secularem obtinet, procul dubio contra Deum & sanctorum patrum nititur sanctiones: quinimmo, & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur. cap. causa. in fin. de verbo. signific. ideo super his aliqua non potest interuenire præscriptio: quare iudices laici voluerunt cognoscere, vt huic sacrilegę donationi fauerent, præsumentes quòd si iudices ecclesiastici cognoscerent, passim ad restituendum detinentes decimas, vt iuris est, condemnarent. sed timendum est, vt pro hoc sacrilego dono, iudicantes in infernum cum eorum authore, deuoluantur: & maximè cùm Rex Martellus non recompensauerit regni ecclesias, nec aliquis Rex Franciæ, vt legerim.

*Detinentes decimas infeudatas raptores dicũtur.*

11 Ideo dicerem has omnes decimas sic à laicis infeudatas, à curatis iure contra detinentes peti posse, & ecclesias his spoliatas restituendas: imò detinentes sunt raptores, si alio iure non fulciantur, per d.c. causa.

*Intellectus c. prohibemus.*

12 Quare sanctè statuit concilium Lateranense, in c. prohibemus. de dec. vbi sic scribitur: Prohibemus ne laici decimas, cum animarum suarum periculo detinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. si quis verò receperit & ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura priuetur.

*Prohibet decimas transferri in laicum.*

13 Primò, ponitur prohibemus, & sic quod fit post prohibitionem, nullum est. l. 1. & 3. ff. quod vi aut clam. l. non dubium. C. de legib. ideo decimæ ab illo tempore in laicos translatæ, nunc retineri non possunt, & in hoc conuenit omnis turba doctorum. sed ego etiam teneo de his decimis, quæ ante dictũ Lateranense concilium non iure acceptæ erant, vt inferius probabitur.

*Dictio, ne.*

14 Ponitur etiam in text. dictio, ne, quæ negat, vt in rub. ff. ne quid in loco sacro. ne quid in flumi. pub. ne vis fiat ei. & in aliis multis similib. vt scripsi in l. in lege censoria. ff. de ver. sig. sed negatiua totum negat l. hoc genus. ff. de cond. & demon. vbi glo. & plus negat, quàm affirmatiua ponat, vt dialect. dicunt. & probat l. si sic stipulatus. vbi Ias. ff. de verb. obligat. Dec. in regu. in eod. de regul. iur. ideo ibi negatur decimas aliquo modo in alium laicum transferri posse.

*Laici prohibentur bona ecclesiarum in laicos uel alios transferre.*

15 Item in text. est verbum, laici, igitur prohibet tex. ibi, ne transferant quod suum non est, videlicet decimas in alios: quia non licet de alieno disponere, vtpote de decimis, quæ Dei sunt, vt superius dixi, nec licet laicis quibuslibet quãuis religiosis & potentibus, quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse cura à Deo commissa doceatur. c. bene quidem. in fin. 90. distin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. prohibentur etiam transferre: quia licet Papa illos, quibus concessit, habiles fecerit, tamen non alios, in quos isti laici decimas transferre vellent, & semper decimæ spirituales remanserunt. vt plenè docet Claud. de Seysel. in suo specul. feud. in fi. imo species furti est, de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere. l. si pignore. §. 1. ff. de furt.

*Decimæ Dei sunt.*

16 Quòd decimę Dei sint, patet Leuit. 27. in fi. ibi, omnes decimæ domini sunt. & in cap. ecclesias. 13. q. 1. sunt etiam Dei sanctuarium. c. ad hæc. eo. ideo laici eas obtinere non possunt, quia sunt incapaces illarum: & vsus decimarum & oblationum, quia diuini iuris est, ad seculares omnino peruenire non licet. c. fin. 16. q. 1. nempe Deus assignauit eas filiis Leui, & sic clericis: igitur laici à Deo Optimo Maxi. incapaces facti sunt, etiam ante concilium Lateranense, quod voluntatem Dei declarauit. nam semel Deo dedicatum, non est ad humanos vsus transferendum, regul. semel. de reg. iur. in 6.

*Laici ante cõciliũ Lateranen. incapaces decimarum erant.*

17 Item alia ratione, quia decimæ annexę sunt spiritualibus, videlicet officio seminandi spiritualia: ergo dignum est vt metat decimas, vt testatur diuus Paulus, & sicut hominis corpus est inęstimabile, quia est animæ annexum, ita & ius percipiendi decimam: vnde si venderetur, symonia committeretur. cap. altaria. 1. quæst. 3. & docet Astesa. in 2. parte summæ rub. de deci. articul. 7. titul. 35.

*Ratio concilij Lateranẽsis, ne decimæ in alios transferantur.*

18 Præterea in text. est decimas, prohibentur enim laici decimas in alios transferre, & ea ratione statutum esse à concilio Lateranens. censeo: quia laici vsurpauerant decimas, quas dum facilè recuperare ab eis ecclesiæ non poterant, vt citius ad ecclesias reuerterentur, statuit vt in alios non transferrent, cogitans, quòd saltem in morte dicti laici decimas ecclesiæ relinquerent, cùm in alios laicos transferre non possent: & si id temporis iudices & executores concilij diligentes fuissent, laicos ad relinquendum eas, saltem in morte, coegissent, alioqui eis ecclesiæ sacramenta, & sepulturam denegare debebant: quod si vni potenti tunc fecissent, statim alij resipuissent, & decimas restituissent: quod hodie est eis difficile, cùm deuotio sit valde diminuta ab eo tempore, & indies adhuc minuitur: Deus per suum filium adaugere eam nobis velit, fidem & charitatem. Igitur concilium Lateranense, videns non posse denudare laicos statim decimis, prohibuit ne in alios transferrent, vt ipsi videntes statutum, ecclesiis decimas relinquerent.

*Laici retinentes decimas, sunt excommunicati.*

19 Nempe laici retinentes decimas sunt excommunicati: patet in c. 2. de reb. eccles. non alienand. vbi sic scribitur: quia res ecclesiæ petunt à regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtinent, & à communione ecclesię, cuius facultates auferre cupiunt, excludãtur. & tex. in c. causa. in fin. de verb. signifi. ait: Quicunque igitur eas per potestatem secularem obtinent, proculdubio contra Deum & sanctorum patrum nituntur sanctiones quinimo & qui accipit, & qui tradit, raptor, & sacrilegus iudicatur.

*Periculũ est animarũ in detinẽdo decimas.*

20 Subsequitur in tex. c. prohibemus. eo. cum animarum suarum periculo. volens dicere, quòd decimæ à Deo Opti. Maxi. erant reseruatæ clericis, & his tamen fuerunt priuati à laicis, quas nunc detinentes cum animarum periculo, ob id concilium statuit, ne illas in alios laicos transferrent, sed in morte, saltẽ satisfaciãt ecclesiæ, illi relinquẽdo, cuius decimę fuerũt, & sic laici peccãt decimas illas feudales detinentes, & ob id excommunicati declarari possunt. c. ad hæc. eod.

*Decretal. Hono. quæ non est in libris uulgatis.*

21 Imò Honorius Papa his verbis statuit, vt inueni in compilatione Honor. decretal. prima: cũ sicut ex vestra insinuatione didicimus, quasdam habetis ecclesias, in quarum parochia decimæ à laicis per violentiam detinentur, quæ quidem ad ecclesias ipsas pertinere noscuntur: nos vestris supplicationibus inclinati, authoritate apostolica prohibemus, ne decimæ, cum eis idem laici dimiserint, ad alios quàm ad ecclesias easdem deuoluantur. & illa decretalis dirigitur abbati & conuentui sancti Pontij. Ergo laici non poterãt aliquibus etiam ecclesiis relinquere, nisi eis, quibus prius competebant.

*In quas ecclesias laici decimas transferre possint.*

*Lateranense conciliũ nihil iuris concedit laicis ad decimas.*

22 Item hoc concilium non concedit laicis, vt eas teneant, vel eius filij, & successores, vt quidam dicere connatur: quia ista prohibitio non inducit concessionem, cùm inducta ad priuationem, non operetur concessionem. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1.

*Ante concil. Lateranense laici erãt decimarum incapaces.*

23 Itaque per hæc verba patet ante concilium Lateranẽ. incapaces fuisse laicos, & peccasse detinendo decimas: ideo licet eas ante concilium habuissent, transferre tamen in alios non poterant, quia nunquã in illis ius habere potuerunt, quòd à Deo filiis Leui reseruatæ erant: quicquid dicant doct. ante vel post concilium, nam Alexan. 3. in c. ad hæc. prohibet ne in feudum laicis dentur & eis datas, vult vt laicis eas resignent, alioqui eos excommunicationis vinculo astringit. Ecce igitur quòd tam ante concilium, quàm post, laici sunt prohibiti decimas habere ex pręcepto Dei, qui eas Leuitis, id est ecclesiasticis, reliquit, & sacerdotibus. cap. quamuis. ibidem. & Alexan. tertius erat parum ante concilium Lateranense: quia ipse postea in fine sui pontificatus congregauit illud concilium Romæ, ergo antea statuerat. imo in concil. Turonen. statutum fuerat decimas, & res ecclesiasticas in feudum laicis concedi non posse tempore Vrbani 2. vt est in rub. episcopum. vel abba. in vsib. feudor. & illud concilium fuit celebratum Turonis, anno 1096. vt notat Archi. in c. fin. §. illas. eod. lib. 6. & Henric. Bohic in c. quamuis. eodem. Ergo laici

incapaces

incapaces erant & prohibiti ante concilium Lateranense, quare non est opus spectare illud concilium Lateranense, cùm semper laici fuerunt incapaces decimarum, & rerum ecclesiasticarum, & spiritualium.

*Detinere decimas laici an possunt.*

24 Detinentes, dicit tex. non possidentes, cum laici solùm detineant, ergo non præscribunt sine possessione. l. sine possessione. ff. de vsucap. & reg. iuris, sine possessione. in 6. c. causam. de præscr. & ideo dicit tex. detinentes, nō possidentes. nam possessio ad ius refertur, tenere verò vel detinere, ad factum. l. possessio. ff. de acquir. possess. l. stipulatio. §. hæc quoque. de verb. oblig. scripsi in tracta. nominat. q. 9. nu. 11.

*Laici an iustè decimas in filios & successores trāstulerint.*

25 Postea in text. dicitur, in alios laicos. ergo prohibitio erat, ne transferrent in laicos quoscunque, & cuiuscunque conditionis: quia indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. 2. c. vt circa. de electio. in 6.

26 Et ideo in successores etiam filios suos laicos non poterunt has decimas iure transferre, c. in canonibus. 16. q. 1. nempe Lateranense concilium eos accepisset, si voluisset. cap. ad audientiam. eod. imò prohibuit successionem. in cap. ad hæc. ibidem. sed quia non poterant decimæ statim recuperari à laicis, statuerunt in concilio Lateranensi, quod si nunc laici decimas non restituant, saltem ipsi de facto in alios non transferant. nam cùm hæredes debeant conscientiam defuncti purgare. cap. fin. de sepultur. ergo ad ipsos iure decimæ transferri non poterant. imò dicit text. monendus est laicus qui decimam detinet, vt eam restituat ecclesiæ, ad quam spectat, qui si fortè induci nequiuerit, & eam cum diœcesani consensu alteri ecclesiæ assignauerit, præsertim religioso conuentui, constabit ipsa donatio perpetua firmitate subnixa. cap. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. & ideo dicit text. in cap. fin. de deci. quòd laici non possunt eas dare in pignus, etiam clericis, vt citius ad ecclesiam redeant: cùm in decimis non habeat locum successio, vt ibi dicit glo.

*Remitti decima à laico potest quāuis successori quæsita esset.*

27 Imò si fuissent concessæ decimæ ab ecclesia Titio laico & suis, is Titius potest ecclesię remittere, etiam vendendo in præiudicium suorum, & ita seruatur opinio Barto. in hoc casu fauore ecclesiæ, quam scribit in l. qui Romæ. §. Flauius. in fin. ff. de verb. obligat. quamuis regulariter contra Bart. sit communis opinio in aliis casibus. vt ibi Ias. & alij dicunt, & Benedic. in repetit. cap. Raynutius. in verbo, si absque. 2. nu. 23. & sequen. de substitu. fideicō. de testa. {Et ita declarauit rex Ludo. vt laici has decimas feudales ecclesię possint relinquere sine ipsius consensu, nec contra hoc hæredes opponere poterant, anno 1269. in mense Martio, vt est in libro rubeo arestorum fol. 2.} vt vidi in quodam libro extracto à registris curiæ, in verbo, decima.

*Retractus in decimis cessat.*

28 Et in hoc casu, quando laicus decimam iure tenens, si eam vendat ecclesiæ, non habebit locum ius retractus per proximiorem, vt in curia fuit pronunciatum pro episcopo Constantien. quia est reuersa ad suam naturam, ideo non potest iterum in laicum redire, per hoc c. prohibemus. de deci. arg. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & quòd eas vendere possint sine aliquo regis cōsensu, etiā si dicant se à rege habere, ibidē scribitur.

29 Est quoque in tex. dict. c. prohibemus. possint, iuncta negatiua, ne: & est notandum, quòd hoc verbum potest, pręcedente negatiua, importat necessitatem, & sic tollit omnino facultatem in contrarium faciendi. glo. in c. 1. de reg. iur. in 6. c. 1. de causa posses. adeo quod remota est laicis omnis potestas transferendi decimas in quoscunq; alios laicos, etiam si eas ante dictum concilium haberent: quia de illis tantùm, quas ante concilium habebant, loquitur concilium Lateranense, dum dicit, non transferant, quia non poterat præsagire de decimis, quas obtinerent deinceps, sed de his quas detinebant, ideo dixit detinentes, vt superius scripsi.

*De uerbo, potest, cum negatiua præcedente.*

30 Subdit postea tex. aliquomodo. quæ dictio comprehendit omnem modum, teste Ioan. And. & Cardin. ibidem. videlicet modos translationis, feudi, vendicationis, donationis, permutationis, & his similes: & sic nullo titulo vel specie, vel casu, & quod vulgò dicimus, *en aucune sorte, façon & maniere*, quasi dicat, nullo modo laici transferant decimas, in alios non poterant eas transferre, si ante consilium non habebant. ergo &c. De modo scripsi in l. triplici. ff. de verbo. signific. & in integra legi vnam decretalem sic descriptam: Si aliquis laicus à sacerdotibus vel clericis decimas de laboribus suis in tua diœcesi requisierit, eum ab exactione huiusmodi prorsus cessare compellas. & dirigitur episcopo Brixiensi.

*Dictio, aliquomodo.*

30 Ostenditur etiā in fine text. prohibitionem concilij Lateranen. omnino extendendam tam ad detinentes ante concilium, quàm pòst, cū dantes & recipientes astringat. nempe si laicus donauerit decimas laico, vel instituit suum etiam filium laicum, ille non poterit decimas recipere: imò si receperit, tanquam raptor bonorum Dei Christiana carebit sepultura, & in inferno sua erit sepultura. Et iste est verus, vt arbitror, intellectus c. prohibemus. qui tandiu latuit, nunc cum Dei laude excitatus: benedictus Deus.

*Detinentes ante concilium Lateranense, non possunt decimas transferre.*

31 Imò fortius in Lateranen. est inhibitū concilio, ne quælibet religiosa persona ecclesias & decimas de manibus laicorum, sine consensu episcoporum, recipiat. cap. cum apostolica. in fi. de his quæ fiunt à præl. c. cum & plantare. de priuileg. postquam religiosi non possunt à laicis sine consensu episcopi accipere, multò fortius non poterunt laici aliquomodo decimas recipere à laicis.

*Religiosi à laicis decimas recipere non possunt.*

32 Itaque, solis sacerdotibus, qui quotidie domino seruire videntur, licet has decimas & oblationes comedere quia in veteri testamento prohibuit dominus filiis Israel, panes sanctos comedere, nisi tantummodo Aaron & filiis eius: panes, inquam, qui longe erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur. quia illi sub vmbra legis erant, qui verò modo sub gratia sunt Spiritus sancti, toto mundo Euangelio coruscante lucidiores esse videntur. cap. hanc consuetudinem. 10. quæst. 1. Ergo nullo modo laici

*Sacerdotibus licet decimas edere, sicut olim panes propositionis.*

decimas detinere debent: imò si quis prælatus, vel alius laico in seculo remanenti ecclesiæ decimam, oblationémque concesserit, à statu suo sicut arbor quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet dolore suę iaceat ruinę prostratus. c. quamuis. de decimis.

33 Fallit quando fructus possideret, videlicet ad locationē vnius anni, vel alterius breuis temporis. Hoc enim est permissum laicis, vt ad firmam habeant. vtor verbis tex. in c. tua. 2. de loca. c. fi. ne præla. vices suas. vbi glo. {Iudæis tamen locare fructus beneficiorum prohibitum est.}

*Ad vitā laico decimæ cōcedi possunt.*

34 Sed ex causa ad vitam possent laico concedi decimæ, per glosam singul. in c. quamuis. de deci. & c. fi. 16. q. 1. secundum Panor. in c. ad hæc. ibidem. & Bertach. in tracta. de episco. in 2. parte quarti lib. quęst. 41. & per Claud. de Seycello, in specul. feud. in fin. Requiritur tamen episcopi, vel alterius superioris authoritas: secus in modica temporis, id est triennij locatione, non vltra: vt scripsi in compendio alienatio. rerum ecclesia. sed ius decimarum laicus nullo modo habere potest: vt gloss. & docto. dicunt in dict. cap. quamuis. Et aliud est ius decimæ, aliud fructus habere, l. vaccæ. ff. de euictio. & aliud est habere titulum, aliud est fructus nomine alterius recipere, vel fortè in alimoniam. Panor. & alij in c. causam. de præscript.

*Iudices laici de decimis etiam infeudatis cognoscere non possunt.*

35 Ex quibus infertur, quòd nec olim, nec hodie iudices regij, vel alij seculares de decimis etiam infeudatis cognoscere iure possunt, sed iudices tantùm ecclesiastici: tum quod causa decimarum spiritualis, cap. parochianos. & seque. eod. titul. & sic ad iudices ecclesiasticos pertinet. clement. dispendiosam. de iudic. imo non possent iudices laici cognoscere cum ecclesiasticis, nec quidem per compromissum. cap. contingit. de arbitris.

*Curiæ supremæ mixtæ non tamen de spiritualibus cognoscere possunt.*

36 Ideo curia suprema, quamuis sit mixta ex clericis & laicis, tamen non potest etiam de causis spiritualibus disponere, nec decidere: quia initium est inspiciendū, vt habetur in c. dudum. eo. vnde cùm initium eorum à quo iurisdictionem habuerūt, sit à rege, vel alio seculari principe, non possunt dicere se maiorē iurisdictionem consecutos, quàm is, qui dedit, habet. & ista faciūt contra illos, qui dicunt curias supremas Francię, quia sunt ibi consiliarij presbyteri & clerici, posse de rebus & causis spiritualibus cognoscere: quod vides quàm sit alienum. Illud verum fateor, quando consiliarij essent à Papa dati: vt alibi plenius in ordin. reg. dicam.

*Etiam inter laicos iudices seculares de decimis non cognoscant.*

37 Siue inter clericos agatur, siue inter laicos, siue inter clericum & laicum, tam principaliter, quàm incidenter. c. tuam. de ordi. cogni. c. 2. vbi Panor not. de iura. calum. d. clem. dispendiosam. de iudic. vbi doct. plenè dicunt nullo modo laicum de spiritualibus cognoscere posse.

38 Nam Deus relinquendo decimas clericis, illarum cognitionem in consequens reliquisse videtur. gloss. in summa decima. q. 1. probatur in c. placuit. 2. in 16. q. 1. & in c. ex tenore. de foro compet. Calder. consi. 15. an iudex. illo tit. & Ias. consi. 23. in causa, vol. 1. quia laici ecclesiastica negotia tractare non debent. c. 2. de iudi. & ita est statutum in sacris conciliis, & à summis pontificibus, vt probaui. Si tamen ageretur contra prędonem frumenti laicum, posset tunc iudex secularis contra illum cognoscere: vt probat Cardi. in dict. c. quamuis. q. vlt. de deci. etiam fructus locari, & vendi laicis possunt. c. vestra. de locat. & sic iudices laici tunc cognoscere possent. glo. ibidem, & superius dixi.

*Cōtra prædonem frumēti secularis cognoscit.*

*Ex priuilegio iudices seculares de decimis cognoscunt.*

39 Si tamen probaretur concessionem à Papa laicis factam esse, tunc ad laicos iudices cognitio spectare posset: & hodie ex priuilegio concesso Philippo regi Francię, vt quidam aiunt, quod Philippinam vocant, iudices laici de decimis feudalibus cognoscūt, & si laici inquietantur coram iudicibus ecclesiasticis super huiusmodi decimis, sic infeudatis ante concilium Lateranense, solent impetrare literas à rege, ad inhibendum iudicibus ecclesiasticis, ne de his cognoscant, causasque ad iudices seculares remittant: quibus per regem mandatur, vt faciant laicos vti & gaudere priuilegio dicto, & iure tenendi, portandi, colligendi, & possidendi huiusmodi decimas, in vim prædicti priuilegij. de quo Benedic. meminit in repet. cap. raynutius. in verb. si absque. 2. de substi. fideicom. num. 45. de testa. & Chassa. in consuet. Burg. rub. *des iustices*. §. 6. num. 350. & item seculares iudices in Hispania cognoscunt de eisdem: vt testatur Pet. Belluge, in specu. principum. rub. 13. de deci. §. restat. fol. 45. & seq. quod esset apud me expeditum, quando laici iure tenerent [illegible] deci. alioqui non possunt cognoscere. {teste Federic. consi. 245. domino Andreę.}

40 Secundò, infertur quòd in decimis etiam infeudatis non succeditur iure hæreditario, per c. prohibemus. eod. quamuis feuda instar patrimonialium habeantur in hoc regno, quando sunt temporalia, vnde ius illorum in accipientem transfertur. c. 1. qui feud. dare poss. tamē cùm ius decimarum in laicos transferri non possit, c. ad hæc. eo. & superius dixi. ideo decimę non habebuntur instar patrimonialium, etiam si iure possidentur, per supradictas rationes. nam hoc esset contrarium his decimis, quòd essent spirituales, & haberentur vt temporales & prophanæ: imo superius fuit dictum, ne ad alios laicos transferantur.

*Consuetudines uel statuta super decimis à laicis edita non ualent.*

41 Tertiò, quòd consuetudines vel statuta à laicis edita super decimis etiam infeudatis, non valent, tum quia falcem in messem alienam imponunt, contra c. nouit. de iudi. disponendo de his, quæ ad illos non spectant, tum quia de spiritualibus non licet laicis statuere. c. ecclesia. de constitu. vbi docto. Inno. in c. nouerint. de senten. excom. c. hāc consuetudinem. in fi. 11. q. 2. cùm non constitutiones, sed destitutiones, vel destructiones dici possint, & vsurpationes iurisdictionum. tex. in c. fin. de reb. eccles. non alien. sic consuluit Aegid. Bellamera, consil. 40. factum tale. col. 10. in allega Ioan. de Alzeno.

*Feudales decimæ hodie retineri nō possunt à laicis.*

42 Quartò, infertur quòd licet decimæ essent infeudatæ ante concilium Lateranense, à domino seculari, laicis non possunt etiamnum retineri. c. dudum. de deci. nisi dominus eas decimas iure

iure se habere probet: vel ecclesiam compensauerit de re maiori, vel æquali, de quo oportet quòd constet, per c.ea enim. §. sed & permutare. 10.q.2.c.1.de rerum permu.docto.in c.1.de rebus eccle.non alien Dec.consil.341.viso puncto. col. 5.c.nu.11.& retinentes nolem excusare, nec absoluere sine restitutione.

*Quomodo probatur ecclesias nõ recepisse aliquid in cõpẽsationem.*

43 Et sic cùm ecclesiæ, quarum laici tenent decimas, non habeant aliqua bona temporalia, probatur quod non fuerunt pro decimis compensatæ: ergo illæ decimę retineri iure nõ possunt, per suprà dicta, etiam per mille annos possessæ.

*Infeudatio non præsumitur, nec nocet à laicis facta.*

44 Quintò, non est quęrendum an infeudatio fuerit facta, vel non: quæ tamen non pręsumitur quia est facti, & facta non pręsumuntur.l. in bello.§.factæ.ff.de captu.sed quærendum est, à quo facta fuerit, & an is potuerit facere, qui fecit.l. si quęramus.ff.de testa.

*Vsurpatæ decimæ à laicis præsumuntur.*

45 Imo à solitis præsumemus eas vsurpatas à laicis.ca.fina. de restit. spoliato. in 6. ibi, qui eas occupasse iniustè verisimiliter præsumuntur. c. quanuis. de deci eo. maximè quia malum legimus in historiis initum, videlicet decimarum concessionem ab ipso duce Martello, laicis & proceribus regni Franciæ factam, & in compensatione belli. Ideo quæ malo inchoata sunt principio, difficile est vt bono peragantur exitu. cap. principatus.1.q.1.

*Donationis decimarum inconuenientia.*

46 Itaque in hoc dono vides bona non sua dari, & pro seruitio sibi impenso, & spirituale pro temporali: quod quàm sit absurdum, nemo non videt, & sine compensatione facta ecclesiis, saltem nullam legi: quod etiam non valet, vt habetur in §.si minus. in authen. de non alienan. reb. eccle.colla.2.

*Excommunicantur omnes retinentes decimas & sacrilegi sunt.*

47 Vnde dicit tex. in ca.in canonibus. 16. q.1. valde ergo iniquum & ingens sacrilegium est, quicunque, vel pro remedio peccatorum, vel pro salute animarum suarum, aut requie vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his à quibus maximè seruari conuenit Christianis, & deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus & primis regionum, in aliud transferri, vel conuerti. Quicunque ergo res ecclesiæ iussu vel largitione principum, vel quorundam potentum, quadam inuasione, vel tyrannica potestate tenuerint, & filiis & hęredibus suis, vt à quibusdam iam factum audiuimus, quasi hæreditarias reliquerint, nisi citò res dei admoniti à pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur: quia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesiæ vota fidelium esse, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum cuique, non solùm habita conseruare, verumetiam, deo opitulante, conferre optamus.cap.quia iusta.16.quæstio. 1. Et laici, siue ab episcopis, siue à regibus, siue à quibuslibet personis decimas acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, sciant sacrilegij crimen se committere, & æternæ damnationis periculum incurrere.cap.decimas.decimasexta quæst. 7. alia superius scripsi.

48 Et in dubio iudicare debemus id quod est animæ tutius & securius.ca.iuuenis. de sponsalibus.sed securius est animæ iudicare decimarum vsurpationem, vt satisfaciamus, & eas restituamus, quas prædecessores nostri iniustè detinuerunt ergo & cætera. Et ob hoc credo multos in inferno cruciari qui noluerunt decimas restituere: & nunc detinentes eas, si non pœniteant, & restituant, sequuntur.

*Reges bona quæ ecclesiis dederũt, an accipere poßint.*

49 Nec obest si dicatur, quòd reges dederunt possessiones, & fundauerunt ecclesias, ergo & decimas necessitatis causa, quas dederunt, concedere possunt. quibus respondet textus. in cap.nouerint.10.q.1.in hæc verba, Nouerint conditores basilicarum in rebus, quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere.

Et alibi, possessiones, quas vnusquisque ecclesiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis, aut distractionibus, vel sub quocunque argumento, non patimur: nisi fortè aut clericis bonorum meritorum, aut monasteriis religionis intuitu, aut certè peregrinis largiri necessitas suaserit: vt hæc ipsa non perpetuò, sed temporaliter perfruantur. cap.possessiones. 16. q. 1. Et quando reges donant, videntur ius patronatus tantùm retentum donare. cap. pastoralis. de donationibus.

*Quibus ecclesiis decimas laici restituere debent.*

50 Vltimò, quanuis laici decimas restituere deberent ecclesiis parochialibus, à quibus fuerant occupatæ: quia quę erant Cæsaris, Cęsari reddenda erant, & quę dei, deo. & text. in cap.cum apostolica. in fin.de his quæ fiunt à prælato. sic dicit: monendus est laicus, qui decimam detinet, vt eam restituat ecclesiæ ad quam spectat. nempe de re aliena disponere non poterunt.l.in re mandata.C.mandati. Et cùm decimæ datę fuerint filiis Leui, non electione offerentis persoluebantur, vt contempto Leuita, qui secum erat, ipse eligeret cui vellet decimas dare.ca.ecclesias.§. item cùm decimę.decimatertia quęstione prima. Nam dictum est Deutero. 18. cap. Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas: tamen quia vna est sponsa dei ecclesia, ideo capax earum quælibet ecclesia est. Quamobrem religiosi vel alij ecclesiastici viri per tempus immemoriale possidentes illas, potuerunt contra alios clericos præscribere, & vna ecclesia contra aliam, cap.primo.de præscrip.in sexto. vt inferius dicam. in illa 13. quæst.an decimæ tolli possint. vbi videri debet, an ex donationibus laicorum possit præscribi.& dicit tex.in c.fi.16.q.1.ibi, liberum est enim monachis & spiritualibus viris deum colentibus & timentibus, decimas & oblationes, cunctaque remedia concedere, & de iure suo in dominium illorum, & vsum transferre: nec tam pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. {Et vbi decimæ sunt feudales, si semel donatæ sunt ecclesiæ, iudex laicus nunquam poterit de his cognoscere, quia naturam acceperunt primæuam ad ecclesiam reuertendo.arg.l.si vnus.§.pactus.ff.de pac.& sic remissa fuit cognitio ad iudicem ecclesiasticum per Senatum anno 1550. die 22. Maij, in vigilia Pentecostes.}

*Consensus prælatorum in dandis decimis, an prosit.*

51 Nec refragatur quòd illa Martelli donatio facta fuit cum episcoporum consensu, ergo valet.c.cum apostolica. de his quæ fi.à præla. Responde, non est verum. sed faciamus sic esse, tamē donatio decimarum à laicis facta laicis, cum consensu episcopi, non valet.c.quanuis. eod. vbi fusius dixi. nec dicit quòd episcopi Gallicani consenserint. sed non dissenserint, quia non poterāt. nempe iste dux Carolus Martellus bello efferatus, duos iam deposuerat de facto prælatos, videlicet archiepiscopos Remensem, & Arelatensem: vt patet per Flor. in secunda parte chronic. tit. 4. c. 2. §. 3. Ob id non erat mirum. si episcopi non dissentiebant. nam si aliquis contradixisset, depositus, & exilio & fortè morti traditus fuisset: ob id non contradixerunt, vel coactè consenserunt: tamen hoc fieri sine Papæ consensu non potuit: vt superius dictum extitit.

*Iusta causa in dando decimas esse debet.*

52 Non obstat quòd fuit iusta & necessaria causa, nempe Sarraceni destruebant totum regnum, & sic ipsos prælatos, & ecclesias. Responde, iam parta erat victoria apud Turones, ideo bella cessabant contra Sarracenos: quamobrem cessabat iusta & necessaria concedendi decimas causa: & quanuis fuisset iusta causa, tamen iure & cum solēnitate fieri debet alienatio bonorum ecclesiæ.c.sine exceptione.12.q.2. vbi scripsi: nec poterat hoc sine papæ fieri authoritate, nec à laicis, qui nullum ius rebus ecclesiæ habent.

*Compensare de suo quis debet.*

53 Nec obest quòd Martellus milites compensare volebat de hac nobili & egregia victoria. Respond. hoc potuisset egregiè de bonis suis: nempe compensatio de suo ad alienum fieri debet.l.1. & per totum titul. ff. de compensa. sed de ecclesiæ bonis non licebat compensare, aliàs autem est furti species de alieno elargiri, vt superius dixi.

54 Nec me mouet tex. in c.prohibemus. ibi, cū animarum suarum periculo detinentes. vbi prohibet laicis detinentibus cum animarum periculo, ergo detinentibus sine periculo, id est iure, nō prohibet. Respon. Si papa ex iusta causa concessisset, valeret. ca. possessiones. 16. q. 1. & ca. nam qui deo. q. 2. ibidem. quod non probatur. Alia q. vltima dicentur.

{Admortisatę sunt omnes decimæ ad ecclesiā reuersæ. imo sanctus Ludo. statuit anno 1277. in mense Martio, quòd omnes decimę reuersæ ad ecclesiā ex laicis essent admortisatę, nec amplius infeudatę dicerentur, nec aliquid secularibus deberent: & anno 1537. die 1. Februarij fuit reiectus laicus à senatu, quanuis probasset se per tempus immemoriale, id est, vltra centum annos possedisse, quia non probabat infeudationem.}

## QVAESTIO XI.

*Quomodo decimæ solui debeant.*

1 Ndecimò, quomodo solui decimæ debeant? Respond. Leuiti. 27. scribitur, non eligetur nec bonum, nec malum: sed quicquid venerit decimum. vnde quicunque recognouerit in se, quòd non fideliter dederit decimas suas, modò emendet quod minus fecit. Quid est fideliter dare, nisi vt nec minus, nec peius aliquando offeratur de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de ipsa venatione sua? ca. quicunque. 1. in 16. q. 7.

*Cōmutatio decimæ an fieri possit.*

2 Et sic debet pręstari, non ad electionem soluentis, sed illud quod decimum venit, facta computatione nouem, id quod cadit in decimum, debetur, nec illud commutari potest: vt ibidem scribitur. alioqui vtrunque debetur, & commutatum, & id cum quo commutatum est. ca. omnes decimę. 16. quęst. 7. hodie ista commutatio de voluntate partium fieri iure potest, nonobstante Leuitica lege antiqua, quæ in hoc abrogata est.

*Expensæ nullæ deducuntur in prædialibus decimis, secus in realibus.*

3 Est tamen differentia inter prædiales decimas, & personales. nam prædiales sine diminutione seminis, & expensarum detractione, statim fructibus collectis, non deductis aliquibus expensis, solui debent. c. cum homines. cap. non est. eo. & antequam pensio colono partiario detur. glo. in c. q. 16. q. 1. vel domino. d. c. tua. 2. & sic consuluit Bertran. consil. 255. visis petitionibus. col. 1. & seq. in 1. vol. ex prima editio.

4 De personalibus verò deducuntur expensæ factæ in mercibus, emendis, quęrendis, & vehendis, & in faciendo rem meliorem etiam, quę datę sunt mediatoribus & similibus, non solùm si vtiliter, sed etiam si ex voluntate, dummodo non fiat in fraudem ecclesiarum. Innocen. Hosti. Ioa. And. & Card. in c. pastoralis. post glo. ibi, eo. sicut quando quis retrahit rem, oportet quòd restituat omnes expensas, quas emptor fecit, vt concludit Boer. in §. 4. de consuetud. retract. in consuetud. Biturig. qua deductione facta de lucro, decima impartitur. d. ca. pastoralis. vbi glo. & docto. & idem in decima papali concludit Geminia. consil. 85. super primo. col. 1. quia hęc personali decimæ æquiparatur. {Et Capyt. decis. Neapo. q. 20. in causa venerabilis viri.}

*Ratio diuersitatis inter prædiales & personales decimas.*

5 Ratio est, quia decima est tributum c. decimę 16. q. 1. & sicut in tributis nihil deducitur, ita nec in decimis prædialibus. c. tua. 2. eodem. nisi consuetudo fuerit, quòd homines expensas aduersus dominum deducerent: tunc enim ea valeret, vt concludit Bertrand. consil. 255. visis. in 1. vol. vide tamen in d. c. cum homines.

6 Sed in personalibus pecunia bis, & pluries decimari posset, si expensæ non deducerentur, & tamen deus vnam tantùm sibi retinuit decimam, at fructus prædij, vel animalium de nouo orti, non fuerunt decimati, nec frumentum, quia semen mortuum fuit, & à deo suscitatum. cap. cum non sit. eod. & in Euangelico dicitur, nisi granum mortuum fuerit, ipsum solum manet. ideo in his fructibus nulla expensa deducitur, & maximè quia deus reseruat homini nouem partes, & decimam tantùm vult: teste And. Hispa. in regula decimarum. quæstio. 14. Ad hæc de lucro soluitur decima personalis. d. cap. pastoralis. sed non dicitur lucrum, nisi deductis expensis: igitur expensæ deducentur, & vbi datur fauor diuinus, vel publici iuris, non deducuntur expensæ etiam necessariæ. vt in dict. cap. tua. 2. & in ca. pastoralis. eod. & sic concludit Matthæ. de Afflictis, in decis. Neapoli. quæst. 252. magnificus.

aliæ etiam rationes assignatur per glo.& doct. in d.c.pastoralis. licet aliàs regulariter impensæ necessariç deducantur. vt scripsi in l.impensæ.ff. de verb.signifi.

*Expensæ refectionis an deducendæ sint.*

7 Expensæ autem in refectione clibani, seu alterius rei, vel in eius tuitione, non debent deduci: quia res in patrimonio nostro remanent: vnde si fecero, vel refecero torcularia, vel dolia, hoc non deducam. nam si fato rupta sint, debeo ascribere peccatis meis, & quòd deus in hoc voluerit me punire. vt ait Hostien.in summa, §. & qualiter. vers. expensæ. si tamen res immobiles acquisitæ vendantur, vt domus, ager, vinea, clibanus, de pecunia deducentur impensç reparationum. d.c. pastoralis. vt si centum aureis iam decimatis domum emam, & postea eam ducentis vendam, deducam centum aureos decimatos, & expensas, si quas fecero, in reparationibus: secus si res immobilis remaneat penes me: vt in d.c. pastoralis. fusius scribitur. ibi videre quilibet potest. alia cum facilia sint missa nunc faciam.

## QVAESTIO XII.

*Quando decimæ soluēdæ sint.*

1 Vodecimò, quando soluendæ sint decimæ? Respondeo, prædiales statim fructibus recollectis. ca. cum homines. eo. dixit autem dominus: non tardabis decimas & primitias offerre. ideo tardius dare peccatum est: quia minus soluit, qui tardius soluit. l. si cui. in fi. ff. de verb. significa. facit l. vna. C. de plus petit. & §. plus. de acti. in insti. sic consuluit Guido Papæ in consil. 70. ex processu. q. 1.

*Statim soluēdæ sunt decimæ.*

Vbi etiam dicit intelligi statim, id est quàm citius solui possunt, & sufficit, quòd fructus sint collecti, & spicæ in messem deiectæ, & sic cœpti, licet non percepti, & completi. l. si eius. ff. de rei vendica. & si quis fuerit in mora soluendi decimas, & frumētum, vel vinum fuerit substractum, vel periit, tenebitur is, qui statim non pręstitit vel non monuit curatum, vt illam decimam reciperet: per l. cum res. in fi. ff. de leg. 1. glo. & doct. in d. c. cum homines.

*Consuetudo ut certo tempore soluatur decima valet.*

2 Putarem tamen valere consuetudinem, vt soluatur in certo tempore, licet non statim, dummodo per tempus cuius initij memoria in contrarium esset seruata, vt inferius dicam, in illa quæst. seq. an decimæ tolli possint. & hoc scribit Collecta. in d. ca. cum homines. post Rofred. in tracta. libellor. iuris canon. in 4. parte, rub. qualiter decima sit danda. itaque in decima soluenda inspicietur cōsuetudo, qua cessante seruare oportet suprà scripta.

3 {Vnde subuculi, agni, & alij partus animalium debent ali saltē nouem diebus vt doct. asserunt in c. cum homines. de decim. glo. & doc. in l. stipulatio ista. §. inter certum. ff. de verb. oblig. & in c. reuertimini. 16. q. 1.}

*Personales decimæ in fine anni præstantur.*

4 Personales verò in fine anni præstari debēt. glo. in ca. reuertimini. in verb. annus. 16. q. 1. & facit 2. Esdræ c. 10. in fi. Panor. in c. peruenit. eo. quia particularis solutio multa incommoda afferre solet. l. plane. ff. famil. hercisctun. cap. ex literis. de pignor. si tamen intra annum solueretur, non debet recusari, teste Anto. in c. ad apostolicæ. in fin. de deci. sed Card. in ca. pastoralis. q. 16. eod. dicit, quòd postquam lex non distinguit inter prędiales & personales, quòd vtraque est statim soluenda: quia interim potest curatus indigere, & parochianus mori, ob id melius & tutius est quod statim soluatur, id est singulis diebus dominicis: & bonum esset quòd statueretur aliqua forma super istis exoluendis & præstandis.

*Aduocatus & doctor quomodo & quando soluere decimā debeant.*

5 Vnde doctor regens, ex lucro centum aureorum, quod fecit, debet decimam illorum, sic & aduocatus de eo quod ex postulatione lucratus fuerit. glo. in c. decimæ. 16. q. 1. & in c. pastoralis. de deci. vbi Cardi. quæst. 10. ideo boni aduocati & deuoti solent scribere lucrum, & postea in fine mensis vel anni discutere: & vidi quater in anno discuti, imo vidi multos habentes crumenam decimarum, & eo die quo decem lucrabantur solidos, vnum ponebant intra marsupium decimæ, & ex illo lucro fiebant eleemosynæ: celebrabantur missæ, anniuersaria fiebant, dabatur pars curato indigenti, & omnia opera pia fiebant ex illa pecunia: & bonum esset si sic faceremus, vt etiam vult Hosti. in dicto cap. pastoralis. col. pen. eodem.

*Mercatores & artifices de lucro personales decimas debent.*

6 Et sic mercatores debent & alij artifices facere, si prosperè velint omnia sibi succedere: vt docet gl. & doct. in d. c. decimç. & inferius dicam in q. vlt. & idem in procuratoribus, & notariis, apparitoribus, & aliis personis, vt ex eorum lucro decimam præstare teneantur. vt firmat And. Hispa. in d. regula. decima. q. 10. & superius dictum fuit q. quinta, & octaua.

*Ante petitionem an præstandæ sint decimæ.*

7 Quæro, an decimæ ante petitionem solui debeant: Respondet tex. affirmatiuè, in c. cum homines. eo. tit. dum dicit statim fructibus receptis soluendas, ergo in mora sunt, qui non statim soluunt, etiam sine petitione. vt scribit Panor. in 2. notab. ibi, & quia offerri debent, vt superius dixi in 1. q. igitur non requiritur petitio, alioqui non satisfaceret quis præcepto dei.

*Monitio in decimarum præstatione quando requiratur.*

8 Nec refragatur c. peruenit. eo. tit. vbi monitio requiritur, & sic petitio. Respōdeo monitionem requiri, antequam non soluens excommunicari possit. nam de excommunicationis forma est, vt ferri non posit, nisi præcedat monitio. ca. sacro. de sententia excommunication. sed decimarum non est ea natura, vt requiratur petitio: nempe dum tempus est appositum, non requiritur interpellatio. l. magnam. de contrahen. stipul. C. sed in d. c. cum homines. est tempus appositum solutioni decimarum, videlicet, vt soluantur statim fructibus collectis: igitur non soluentes statim sunt in mora, etiam sine petitione, & sic monitione facta excommunicari possunt. facit c. omnes. 16. q. 7. ibi, sed quia modo multi inueniuntur, decimas dare nolentes, statuimus, vt secundum domini præceptum admoneantur semel, secundò, & tertiò: qui si non emendauerint, anathematis vinculo feriantur vsque ad satisfactionem & emendationem congruam.

*De uerbo offerre.*

9 Item Exodi 22. cap. dicitur, decimas & primitias non tardabis offerre. ponderando verbum, offerre, sequitur quòd sine petitione hoc fieri debet,

debet, vt Doct. scribunt in authen. offeratur. C. de litis contesta. ideo postquam decimæ offerri debent, ergo sine petitione, & sic vltro. vt expressè docet text. in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legat. 3. & 2. Paralipome. 31. scribitur, quòd filij Israel & Iudę obtulerunt decimas, & sic absque petitione.

*Decimæ remitti, expressè possunt.*

10 Nec refragatur quod diuus Paul. primæ ad Corinth. 9. ait, nihil à Corinthiis petiisse, nec recepisse. c. prædicator. 16. q. 1. ergo si decimæ non petantur, non debentur. Respon. verum est, quando remitterētur expressè, vel tacitè, vt diuus Pau. auaris remisit Corinthiis: tunc non tenerentur homines ad eas soluendum: sed contrarium est, quando nulla fit remissio. imo diuus Paulus ait ibi, quòd dominus ordinauit his qui Euāgelium annuntiant, de Euangelico viuere: dicit tamen, ego autem nullo horum vsus sum: hoc fecit, videns Corinthios auaros esse, ne offendiculum euangelio Christi daret, sed vt eos Deo lucrifaceret: attamen inquit ibi, neminem militare suis stipendiis debere.

11 Nec obest quòd ecclesia Grecorum non soluit decimas. nam respondeo quia scismatica est, à nostra Romana deuiās, etiam in matrimonio. c. cum olim. de cler. coniu.

*Pœnæ iuris non petitæ nō debētur.*

12 Nec me mouet, quod pœnę iuris non debentur, si non sint petitę: vt declarat glo. in ca. fraternitas. 12. q. 2. & regulariter petitio requiritur: vt in euangelio scribitur, petite, & accipietis. & in l. vniuersi. C. de precib. imperato. offerend. vbi Ias. scripsi in §. si quis verò. de collatio. in concord. Respond. hoc est verum, nisi in lege sit statutum tempus, quod ponitur in d. c. cum homines. & licet decis. Rotæ 25. in antiq. incipiens, nota quòd vbi. in princip. dicat debitorem decimarum non teneri, nisi à die petitionis, secundum opinionem Archidiaco. tamen illam opinionem ibi reprobat, cum nullus possit prętendere ignorantiam, eo quod est debita iure naturali & diuino, vt ibi dicitur, & suprà, q. 1. docui, quia tempus pro homine interpellat.

*Reprobat eos qui dicunt petendas decimas.*

13 Et sic patet illos parum probè sentire, qui dicunt non soluendas decimas nisi à die petitionis: & si non fuerint petitæ tempore recollectionis fructuum, quòd non possunt amplius peti, vt Adria. de traie. in d. q. 5. versi. secundò videndum est. quamuis Archid. in cap. 1. de deci. in 6. videatur dicere à tempore petitionis debitorem decimarum tantùm condemnandum, & non antè: quem refert Fely. in c. si autem. col. 3. de rescrip. sequitur D. Pet. Pau. Paris. in consil. 15. Albertus in fi. in 1. vol. & consil. 6. considerata. colum. 3. nume. 11. in 4. volum. & consil. 25. vidi consilium. col. penul. num. 35. ibidem. Hoc tamen non probant, nec Ioan. Francis. in tract. de præscrip. in 1. parte quintæ, prin. q. 7. colu. 16. nisi consuetudo esset, quòd non soluerentur decimę, nisi peterentur: & sic secundum eos durum esset dicere, quòd omnes homines qui non dant decimas damnentur: quia ecclesia non petendo videtur remittere: vt testatur Floren. in 2. parte summę, rub. de dec. titu. 4. cap. 3. §. fin. sed ego dicerem quamuis sit durum, tamen seruandum. per l. prospexit. ff. qui & à quibus. alioqui non seruantes leges essent melioris conditionis, quàm seruantes, & impij, quàm pij. & postquam sciunt se teneri ad solutionem, sunt in mala fide, & sic in peccato, ideo non sunt excusandi.

14 Item Diuus Thomas in 2. secundæ q. 87. art. 1. in solutione ad 2. argum. ait: quòd si ex obstinatione quis decimas denegat, tenetur etiam quis sine petitione, & censetur ex obstinatione id facere, quando simulatque petitæ sunt, non dat: & tunc verè ad omnes decimas tenetur. & sic possunt conciliari opiniones, vt quædam petitio non specialis, seu admonitio requiratur, sed generalis, quæ hodie ab omnibus solet fieri curatis.

*Conciliātur opiniones de petendis decimis.*

15 Hodie non soluentes decimas sunt in mala fide, & mora. nam solent in ecclesiis ab ipsis curatis singuli moneri diebus dominicis, vt decimas soluant: igitur si decimas retineant, tenentur sine alia petitione, & publicantur excommunicati in ecclesiis detinentes decimas. & ita seruatur in curiis Franciæ, quę consuetudo multis est confirmata arestis, & sententiis. & hoc probatur in c. peruenit. eod. tit. vbi præcipitur prælatis, vt parochianos monere habeant de soluendis decimis, & compellant eos, si nolint soluere: quod si non faciant, peccant mortaliter: vt ibi decidit Panormitan. quia ipsi subditorum peccatis obuiare debent, & non negligere bona ecclesiarum & pauperum: alioqui negligentia illorum peccatum inducit. glo. in c. ea quæ. de offi. archi. Hostien. in summa §. fi. q. 7. quidam conciliari volentes dicebant in prædialibus monitionem non requiri, in personalibus secus, cùm non sit in illis certum præstitutum tempus. & ista opi. non est contēnenda, quia per eam conciliantur cōtraria: vel accipe eam quam superius scripsi. & sic aderit finis huiusce quæstionis.

*Curati monere debent parochianos ad soluēdū decimas.*

## QVAESTIO XIII.

*An tolli decimæ possint.*

1 Decimotertiò, an tolli decimè possint? Respondeo, videtur posse: quia cessante causa, effectus cessare debet. l. quod dictum. ff. de pact. c. cum cessante. de appella. Sed in clericis causa cessat, igitur cessare decimæ debent. nempe olim erant decimæ in cibum eis datę, vt superius dictum extitit, sed illum hodie aliunde habent, & sunt diuites: ergo causa soluendi eas decimas cessat. Nam clericos illos conuenit ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum & amicorum nulla suffragantur impendia: qui autem bonis parentum & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò incurrunt, & cōmittunt. c. fi. 16. q. 1.

2 Secundò, clerici olim erant bonis moribus præditi: hodie peruersi, ideo illis decimæ denegari possunt, cùm non sint ad cultum dei apti. cap. tua. 2. de deci. & sic aliis clericis deuotis pauperibus dari debent.

3 Tertiò, filij Leui non accipiebant decimas, nisi ab eis pro quibus offerebant preces. cap. ecclesias. 13. quæstio. prima. §. his itaque. sed hodie non orant clerici pro populo: & si orarent, quia mali sunt, Dei iracundiam magis in se prouocarent,

carent, quem per seipsos placare debuerant. cap. fertur. §. vulnerato. 1. q. 1. cùm enim is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. c. in grauibus. 3. q. 7. vbi etiam dicit victimas impiorum abominabiles deo esse, vota iustorum placabilia.

4 Quarto, quia clerici legi dei etiam non vacant hodie, vt patet in multis, & manifesta non indigent probatione. ca. de manifesta. 2. quæstio. prima.

5 Quintò, nume. 18. c. dicitur Leuitas decimarum oblatione esse contentos: igitur si vltra decimas prædia habeant, eis non debentur decimæ: quia deus præcepit eis, vt sint contenti sola decimarum perceptione. & Iosue 13. tribui autē Leui, non dedit possessionem. sed sacrificia & victimę domini dei Israel, ipsa est eius hæreditas. & sic concludit Anto. Butr. in ca. parochianos. col. 3. & seq. eod.

*Malis sacerdotibus & diuitibus an decimæ debeantur.*

6 Contrarium arbitror verius esse. nam fac quasdam rationes in nostris clericis cessare quibusdam, tamen non omnes decimarum rationes cessant, quia omnes non sunt diuites: & si essent, aliæ rationes non cessant, quæ sunt ex parte dei: videlicet, quia præstantur decimæ deo, in signum vniuersalis dominij: & pauperibus debetur pars: vt suprà quęst. 2. scripsi. & diuites melius possunt hanc partem soluere, quàm pauperes clerici: vt probat tex. in cap. fina. 16. quæstio. prima ac pars fabricæ ecclesiæ assignari ex decimis debet. cap. concesso. & sequen. 12. quæstio. secunda. Itaque deus, ecclesia, & pauperes, non debent, propter malitiam clericorum, decimis fraudari. Ob id glo. plura inconuentia recitat, in c. 1. eo. lib. 6. sequerentur, si non soluerentur sacerdotibus, vt est à deo præceptum. vide Ioan. de turre crema. in cap. fina. versicu. ad quartam quæstionem, 16. quæstio. 1.

*Solui decimæ clericis, & non alijs pauperibus debent.*

7 Nec obstat secundum, quia respondet tex. in ca. tua nobis. 2. de deci. dicit enim sic, prætextu verò nequitiæ clericorum nequeunt eas, nisi quibus ex mandato diuino debentur, pro suo arbitrio erogare, cùm nulli sit licitum aliena cuiquam concedere præter domini voluntatem. & quia sunt debitæ clericis. c. parochianos eod. ideo non possunt aliis dari, etiam pauperibus: quia non liberatur debitor soluens alij inuito domino. l. inuito. C. de solutio. l. vero. ff. illo tit. quia deus non debet perdere debitum suum propter iniustum procuratorem, id est ministrum, ideo enim dantur decimæ.

*Malitia clericorum in soluendis decimis considerari non debet.*

8 Ergo cogitare non debemus quis clericus procurator dei eas exigat. Hostien. in d. ca. tua. 2. Ioan. Hugo, in tracta. suo de offi. quatuor pręlat. §. sed nunc ex delicto. & nequitia clericorū considerari non debet, sed Dei bonitas, qui hanc decimam à nobis voluit, dummodo non esset notorius fornicator is, cui decimæ debentur: tunc illi iustè denegari possunt. ca. præter. 32. distinct. & docto. in d. ca. tua. 2. intelligunt illum tex. in malis presbyteris occultis, vt decima illis debeatur: secus in symoniacis sacerdotibus, & aliis irretitis criminibus notoriis: vt scripsi in rubri. de public. concub. in concorda. in 18. pœna. ne videantur in suo peccato foueri, & ali. c. non omnis. ibi, vtilius. 5. quæst. 5. non debet tamen parochianus ob hoc decimas retinere, sed authoritate episcopi in vtilitatem ecclesiæ illas conuertere: argum. c. cum deputati. de iudic. & Hostien. in c. tua. 2. & §. quare. in fin. in summa. eo. & quandiu tolerantur ab ecclesia, ego vellem illis soluere, saltem decimas prædiales, quarum triplex fit distributio, vt superius scripsi. personales, cùm personam respiciant, in criminibus symoniæ, hęresis, & concubinatus, publicè illis denegarem, vt scripsi in concorda. facit c. multi. 2. q. 1. & doct. in l. barbarius. ff. de offi. prętο. Anchar. in d. c. tua. 2. in fi. post Rofred. in tracta. libel. iuris. cano. in 4. parte, rub. an expen. sint deducen. versi. quęstio in vltimis. & sic Thosta. concludit super Matthę. 23. c. q. 73.

*Vuiclef cōbustus quòd diceret decimas posse auferri à malo curato.*

10 Notandum est, quòd inter articulos 189. Vuiclef, per Constantien. concilium condemnatos, is pręcipuè fuit, in quo dicebat decimas esse puras eleemosynas, & quòd parochiani poterāt propter suorum peccata prælatorum ab eis auferre: ob id fuit combustus. nam decimę nō dantur pro solo vsu sacerdotum, sed Deo, & ad vsum pauperum, vt superius dictum extitit, & vt Deum recognosceremus. ideo parochiani non debent eas retinere, etiam malo curato. c. decimæ. 16. q. 1. nisi vt superius dicitur.

*Contra sacerdotes obloquens quid incurrit.*

11 Nec refragatur aliud, quòd sacerdos ex his luxuriatur. Respon. hoc non omnibus contingit: & si aliquibus hoc ascribatur, ob hoc non licet decimas retinere, sicut non licet bona furis, vel alterius mali retinere: imo tu, qui hæc dicis, audi quid scribat Diuus Gregorius: Multi secularium hominum, cùm plus sacerdotis vitam quàm suam discutiunt, in magnum contentionis diuinorum sacramentorum crimen incurrunt: magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis, quam dum incautè festinant euellere, erroris in foueam dilabuntur: minus quidam considerantes, quòd non eos vita sacerdotum læderet, si ipsi humiliter bonis sacerdotum monitis aurem accommodarent: sed dum hipocritarum more plus illorum famam, quàm propriam vitam, vel vitæ negligentiam diiudicant, spernunt sancta monita, & spiritualia dona: vnde fit, vt non solùm ab eis dicta respuant, quod est deterius, diuina etiam mysteria contemnant, &c. in c. multi secularium. 1. quęst. 1. Ideo illorum laicorum primus, qui sine peccato (quod vix esse potest) ista dicens fuerit, iniiciat lapidem in illum: & non detineat quis aliena, sed puniatur malè viuens, & sibi debitum non retineatur. Nam Cyprianus ait: quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum: secum esse (Christum, cùm collecti fuerint, opinātur hi, qui extra Ecclesiam Christi) colliguntur: tales etiam si occisi in confessione nominis Christi fuerint, macula ista nec sanguine abluitur: inexpiabilis enim & grauis culpa discordiæ, neque passione purgatur. c. neque ad Caim. 90. dist. verū est quod non solùm episcopi, presbyteri, diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præsident,

præsident, conuersatione, sermone, ac scientia præeant, verumetiam inferior gradus, exorcisi, lectores, custodes ędium, accoliti, & omnes omnino, qui domui Dei seruiunt: quia vehementer ecclesiam destruit meliores laicos esse, quàm clericos. c. qualis. 8. q. 1.

*Clerici & ecclesiæ bona habere possunt ultra decimas.*

11 Itē non obest aliud, quod non possunt alia habere bona, cùm sit præceptū eis factum, vt decimis contenti sint. Cui respondeo, bona terræ promissionis fuisse per Deum separata à decimis, & ipsis Leuitis concessas decimas, propter auaritiam & cupiditatē possessionum vitandarum: & ideo alia bona propria petere nō poterāt, cùm iam in decimis suam haberent partem. Veruntamen oblationes recipere, & bona poterāt, & quicquid Deo erat consecratū, ad ius sacerdotū pertinebat. Leuit. 20. cap. & vlt. ob id si postea eis bona donata fuerint, & ecclesiis, iure illa habere possunt, tanquam Deo dedicata & consecrata: & sic id temporis Dominus voluit tribum Leui esse decimarum perceptione contentā, & nihil petere aliud ab aliis tribubus posse. d. c. ecclesias. §. itē cùm dicitur. nec enim habet Leuita aliam partē atque possessionē inter vos: ergo inter alios non negat. facit glo. in c. 1. de deci. in 6. & ibi tex mandat decimas solui & tamen id tēporis ecclesiæ locupletes erant, alioqui sequeretur quòd clerici & ecclesia essent deterioris conditionis quàm laici: vt arguit tex. in c. tua. 2. eo. de Deo, qui nō esse debet deterioris cōditionis, quàm domini tēporales, sic nec clerici, quàm laici: sed laici à laicis bona donata capere possunt, & clerici & ecclesia nō possent, quod est valde absurdū, cùm ecclesiæ & clerici sint magis priuilegiati, quàm laici. c. ecclesia. vbi doct. de cōstit. & ita cōcludunt in rubr. de deci. & facit tex. nu. 18. ibi, & vniuersi quorum accipitis. ergo ab vniuersis possunt clerici & sacerdotes accipere, exceptis personis quas suprà descripsi, si donētur eis, vel alio iusto titulo eis acquirantur. & hoc etiam dictat ratio naturalis. nam si pater inter filios hæreditatē suam diuidat, & dicat velle eos suis portionibus contētos esse, si vnus liberorum det alteri partē suam, nunquid obstabit testatoris voluntas, quominus hic possit recipere? certè non: sed ex testamēto nō licet amplius habere, nec videtur frater ob hoc incapax factus ad habendum ex iure nouo. c. 2. de renuntia. l. stipulatio hoc modo. vbi doct. ff. de verb. oblig. & hoc expresśim docet Hostien. in rubr. de decimis. in fi. quem alij sequuntur.

12 Etiam si Deus expresśè prohibuisset filiis Leui, & sic personis: tamen ecclesia non cōprehenderetur. ideo potuerunt deuotį viri ecclesię donare, & clerici habent vsum, siue vsumfructū illorum bonorum donatorū, & sunt procuratores & administratores illorū bonorū, non domini. c. pen. vbi glo. de reb. eccl. non alien. c. 2. de donat. c. inquirendum. de pecul. cleric. doct. in rubr. de deci. vbi dicūt omnes clericos esse pauperes, per l. priuilegia. C. de episcop. & cler. quæ hoc non probat: bene loquitur de pauperibus in genere, sed non expresśe de clericis. Anto. in cap. parochianos. col. 3. eo. tit.

13 Itaque in hac quæstione, vt altius rem repetamus, videndum erit, an cōpositione, transactione, consuetudine, præscriptione, vel priuilegio, seu exemptione, aut alio quouis modo decima tolli posśit: & primò dicendum erit de compositione.

14 Compositio enim est gratuita conuentio. transactio autē est de re dubia, & lite incerta, aliquo dato vel retento, pactio. l. 1. ff. de trāsact. C. eo. c. super eo. ibid. vnū tamen sępius pro altero capitur. c. veniens. de transact. vbi Host. in summa. & quot modis sumatur compositio, scripsi in l. hæc verba ille. ff. de verb. signific. *Compositio quid sit.*

15 Quæro an cōpositio super decimis valeat? Respon. aut loquimur inter clericos, aut laicos, & aut de transferēdis decimis, aut de nō soluendis. & in his elucidandis, facio casus sequentes.

16 Primus est, valet compositio inter personas ecclesiasticas, vt decimę vni curato debitę alteri soluantur. c. 2. de transact. c. dilecti. in fi. eo. vbi Papa dicit, soluatis, vel cum ipsis amicabiliter componatis. & sic compositio approbatur ibi à Papa. & in c. dilecti. & seq. ibid. vbi Panor. quia cùm decimæ clericis sint reseruatæ à Deo, non refert quis ipsorum habeat, vel quæ ecclesia, vt abundantius dicetur, & doctor. scribunt in cap. ex multiplici. de decim. & idem docet Carol. Ruinus, in consil. 142. clarum est. nume. 13. in 5. volum. *Compositio super decimis inter clericos ualet.*

17 Intellige in decimis prędialibus: diuersum sentiunt iuris interpretes in personalibus. nempe is, qui in sacrario operatur, quæ de sacrario sunt edere debet: & qui altario seruit, cū altario participat, iuxta D. Pauli sentētiam. & ne detur occasio vagationi, & audiendi diuina extra ecclesiam parochialem. c. 2. de paroch. Collect. in c. ad apostolicæ. eo.

18 Secundò, intellige etiam si ageretur vt monachi haberent totam prędialem decimā vnius parochiæ, vel alius curatus: nam tunc si curatus victum sufficiētem non habeat, eo quòd ei desint decimæ, aget ad cōgruam portionem. c. de monachis. de præben. & scripsi abundè in tract. meo de congrua portio. inferius, quia illi qui percipiunt decimas poterunt curā habere pauperum, & fabricę, & satisfacere poterunt iis, pro quibus decima debetur, vt asserit Panor. in c. 3. eo. & superius q. 2. scripsi.

19 Tertiò, intellige istam compositionem valere, ita demum si causæ cognitio interueniat: debet enim superior examinare, an talis cōpositio expediat ecclesiæ, aliàs compositio non valebit, quia est alienatio, in qua hęc inquisitio fieri debet. c. sine exceptione. vbi scripsi. 12. q. 2. glo. in c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. licet videre in compendio alienat. rer. eccles. *Compositio sine causæ cognitione non ualet.*

20 Item requiritur decretum Episcopi, vt firmat Innoc. in c. 2. de transact. licet ibi Panorm. eum reprehendat, dicens nullibi inueniri: sed intelligere voluit Innocent. decretum pro consensu & authoritate Episcopi, vel superioris. solet enim Episcopus post inquisitionē super cōmodo vel incommodo factam, si ex re ecclesiæ sit & vtilitate, decernere faciendam compositionem, *Decretum Episcopi requiratur in compositione & alienatione.*

tionem, vel factam ratam esse, & sic illi consentit. ita debet intelligi sententia Innoc. glos. & doct. in dicto cap. 1. & inferius dico, nu. 26.

21 Et sic cessant cõtrouersiæ Doctorum, an in alienatione ecclesiæ requiratur decretum, quod sic patet. nã Episcopus decernit iustam & bonam alienationem, illi consentiendo: sed nõ intelligimus de illo decreto, seu decreti solennitate, quæ requiritur in alienatione bonorũ minoris, vt in rub. de prædiis mino. sine decreto non alienan. Cod.

*Consensus episcopi uel superioris requiritur.*

22 Quartò, non valet cõpositio, nisi cum consensu Episcopi, vel superioris, & sic non valeret cum cõsensu inferioris, videlicet Abbatis, Prioris, seu alterius. c. placuit. 12. q. 2. & c. abbatibus. ibidem. c. cũ apostolica. de his quæ fiũt à præla. vbi dicit non requiri capituli consensum, sed Episcopi tantùm: licet in vera alienatione contrarium sit. c. sine exceptione. 12. q. 2. & cùm decimæ sint cibus clericorum, vt dixi, sicut de alimentis futuris, non potest transigi sine iudice. l. cum hi. ff. de trãsac. ita nec de decimis, vt etiam docet Ancha. in c. cum homines. col. 2. eo. & episcopi præsentia loco iudicis habetur: si tamen decima ab Episcopo daretur, Archiepiscopi cõsensus requireretur: quia Episcopus nõ posset in propria causa cõsentire. c. prohibemus. de censib. scripsi in interpretatione d. c. sine exceptione. vt inferius est videre in compend. alienatio. rerum ecclesi.

*Vicarij consensus an sufficiat.*

23 Etiam cum consensu Vicarij Episcopi non valeret compositio, teste Aufrer. in decis. 97. & seq. vidi tamen seruari cõtrarium, tum propter Episcopi absentiam, tum quòd Vicarius nomine Episcopi hoc faciat, & quòd habeat iurisdictionem: vt patet in rub. de offi. vicar. imò in integra legi. in d. c. 2. de transac. de consensu Episcopi, vel Archidiaconi, & quia Vicarij generalem solent habere potestatem, c. fi. de offi. vicar. in 6. {scripsi abundè in praxi benef. in prin.}

24 Nisi inferior haberet iurisdictionem quasi episcopalem. glo. in cle. 1. in verb. proprij. de reb. eccl. non alien. c. significasti. de for. compe. tunc cum authoritate illius valeret compositio.

*Successori quãdo compositio noceat.*

25 Quintò, si compositio fuerit sine Episcopi, vel superioris consensu facta, mortuo eo qui eã fecit, successori non præiudicat. per c. de cætero. & c. veniens. de transac. c. ad hæc. de offi. vicar. & hoc super futuris decimis, secus de præteritis. gl. & doct. in c. vt super. de reb. eccles. non alien. Dec. in c. venerabilis. in 4. not. de confirm. vtili.

*Compositio ut minus soluatur ualet.*

26 Secundus casus est, valet cõpositio inter clericos, vt minus quàm si decima eis soluatur, & sic vt integrã decimã, fortè vigesimam, vel vt de aliquibus rebus nõ præstetur, vt de rebus fortè minutis, seu aliis. c. veniẽs. de transac. c. 3. eodem. Panor. in c. dilecti. in fi. eo. facit c. nuper. ibidem. & in hac compositione quãdo diminuitur decima, requiritur consensus & approbatio Papę, vt scribit Bertrand. consil. 14. viso processu. in fi. vol. 1. ex prima editio. & consil. 116. illud est. ibid. quod est verum, si cum laicis fiat: secus si cum clericis. vt doctores notant in c. 2. & c. veniens. de transact. & inferius dicetur.

*Etiã Papæ authoritate decimæ tolli non possunt.*

27 Tertius casus est, si per compositionem remittatur tota decima clerico, hæc cõpositio nõ valebit: quia decima omnino tolli non potest, alioqui Deus non recognosceretur in ea, nec honoraret eum quis ex sua substãtia, vt est præceptum Prouerb. 3. etiam si illa cõpositio à Papa probata esset: quia ius diuinum & morale tollere nõ potest, nec ius naturæ, quo iure sunt decimæ, vt conclusi superius, in 1. quæst.

*Compositio fieri nõ potest ut laici decimas recipiãt, uel ut non soluãt.*

28 Quartus casus est, non valere compositionem factam etiam de Papæ cõsensu, vt laici decimas parochiæ vnius recipiant, tũ quia Leuitis & clericis relictæ fuerunt, tum etiam quia laici sunt incapaces spiritualium rerum, vt sunt decimæ. c. decernimus. de iudic. ideo eas possidere non possunt. c. causam. de præscrip. nisi ad tempus, ex causa fortè pietatis, vel alia iusta: secus in perpetuum, quia tunc ius spirituale apud ecclesiam inutile remaneret. nã sicut corpus sine anima viuere non potest, ita nec ministri ecclesiæ sine temporalibus c. si quis obiecerit. 1. q. 3. Hostien. in summa, §. fin. q. 3 in fi.

29 Quintus casus est, si cõpositio de Papę cõsensu facta fuerit inter curatum & laicos, de nõ soluẽda aliqua decima, non valebit, etiam cum Papæ authoritate: secus si componeretur, vt non præstaretur integra decima, vel de aliquibus rebus tantùm, hoc enim ratum est, si Papa approbet: diuersum est de consensu Episcopi, quia nullus extra Papam laicum à decimis eximere potest, nec quantitatem decimę diminuere. tex. in c. venerabilis. de cõfirm. vtil. vbi Panor. facit c. à nobis. eo. & Bertrand. d. consil. 14. & consil. 116. in 1. vol. & compositio est quædam exemptio, ideo sine Papæ approbatione facta non valet: gl. & doct. in c. 2. de transac. sed authoritate Episcopi potest cõpositio fieri super tempore, videlicet quo tempore solui debeat, & super loco, in quo loco, an deferenda sit domum, vel in campo soluenda, & quibus personis soluẽda sit, probatur in d. c. venerabilis. vbi glo. Innocen. & Dec. ibi firmat compositionem etiã ad diminutionem cum laicis fieri posse, Episcopi interueniẽte authoritate: & ista tenetur, quando cõpositio est magno temporis firmata interuallo.

30 Item si ius ecclesiæ dubiũ esset, vtpote quia ageretur de priuilegio Papæ laico cõcesso, tunc etiam cum authoritate Episcopi compositio valebit, & cum causæ cognitione, vt superius dictum extitit, probat Panor. in d. c. 2.

*Iuuãs se cõpositione eã seruare debet.*

31 Vltimus casus est, si cõpositio facta sit etiam de authoritate superioris, si is, qui allegat cõpositionem, vult ea se iuuare, oportet quod probet se compositionem seruasse: aliàs si non seruata fuerit, non poterit se illa iuuare. per l. cum proponas. C. de pact. c. peruenit. in 2. de iureiur. & si decimæ fuerint solutæ contra compositionem, illi videtur renuntiatum. arg. c. cum accessissent. in fi. de constit. sic consuluit Bertrand. consil. 6. vidi casum. col. 2. in 3 vol. ex 1. editio.

*Priuilegiũ super decimis nõ præstandis non extenditur*

32 Notandum est, quòd si Papa hodie concederet priuilegium super decimis non soluendis ex aliqua causa, non extenderetur ad decimas, quas laici iure habent, & possident, vel alius:

*ad laicorũ decimas.* sed tantùm respiceret iudicium parochialium ecclesiarum. c.2. §.1.& seq.eod.tit.in 6. vt Ioan. And.firmat in c.penult.colum.2.de decim. quia si princeps contra ius publicum priuilegium concedit, ius priuatum lædere, si illud non exprimat,non intendit. per l.2. §. si quis à principe.& §.merito.ff.ne quid in loco publ.fiat.cap. quamuis.vbi doctor.de rescript. in 6. & in cap. causam.illo tit.in decreta.& qui difficilius quærunt,difficilius perdent. vt glo. & doctor. asserunt in l.qua ætate.ff.de testa.& in l.2. C.de his qui ven.æta.impetra. Nisi priuilegium esset valde generale : vt concludit Dec. consil. 113. viso tenore.

*Transactio super decimis an valeat.* 33 Transactio an valeat super decimis? text.in c.super.eod.de transact.sic ait:quòd transigi super re sacra & litigiosa non potest, etenim res sacræ,vt possideantur aliquo dato,vel retento, seu promisso, speciem credimus habere symoniæ:aliàs si gratis, & amicabiliter inter se litigãtes componant, sacris canonibus nequaquam dicimus obuiare. Et sic primus casus est, valere transactionem super decimis præteritis, etiam si pro illis detur temporale, vel pecunia : quia fructus decimæ reputantur temporales, ideo laici illas conducere possunt. c. vestra.de loca. Dominic. & alij in c.fin. de foro compet. in 6. & in causa executionis capi possunt, vt scripsi in tract.de literis obligat.artic.2. { in primo tomo commenta. in constitut.regias. } etiam sine consensu Episcopi.tex.& ibi glo.& doct.in c.vt super.de reb.eccl.non alien.Dec.in c.venerabilis.col 2.de confirm.vtil. Gemin.consil.17. pro declaratione.col.vlt.glo. & doct.in c.fin. de rerum permuta.

34 Vbi Imola dicit, quòd si domus, vel res temporalis data fuerit pro decimis futuris, & casu ate perierit,tunc ecclesia non tenebitur seruare compositionem : sed decimam de nouo exiget : sequitur Barba.in cap.vt super.col.1. de reb.ecclesi.non alien,

*Transactio super futuris decimis an valeat, & cuius cõsensus requiratur.* 35 Secundus casus est, transactio super decimis futuris non recipiendis à laicis, quandiu viuit curatus,valet:sed eo mortuo, extinguitur. c.veniens.de transact.c.3.eo. {Potest tamen ipse viuens nomine ecclesiæ agere ad rescisionem illius transactionis,ne occasio detur malis administratoribus dictam rem dimittendi. c. si quis presbyterorum.de reb.eccle.non alien.& ita iudicauit Senatus pro curato de Chitri, contra *Arestum.* Ludo.de Fresnay,anno 1550.die 10.Maij.

36 Tertius casus est, si de decimis transigatur cum Papæ consensu,vel Episcopi,trãsactio valebit,si pro decimis compensetur ecclesia in aliis rebus.doct.in c.ad quæstiones. de rer. permutat.quia in rebus etiam spiritualibus non est prohibita transactio, si detur spirituale pro spirituali.dicit glo.in c.super.eo.de transact. si spirituale sit eiusdem generis, & per viam permutationis hoc fiat.teste Henri.Bohic.in c.ex literis.2.distinct.de transact.

37 Ideo si aliquis velit fundare monasterium in prædio suo,poterit componere cum curato, vt recipiat aliud prædium pro compensatione decimæ illius prædij, & hoc poterit cum consensu Episcopi fieri, sed ipsum ius decimæ remitti omnino non posset, sed tẽporale pro decimis futuris omnino dari non debet.glo.in c. venerabili.de confirm.vtil.Ias.consil.19. in causa.in 2.vol.vbi dicit,quòd si Papa ex certa sciẽtia confirmauit transanctionem,non est licitum amplius super ea iudicare.

38 Addendum est, quòd decimæ dicuntur spirituales.vt firmat glo.in summa.1.q.1. & in c. literas.de restitut.spoliat.vbi Panor. in 1.notab. & glo.vlt.ibid.ac Ias.consil.19.in causa.colum.1. vol.3.post And.de Isern.c.1. de feudo marchiæ. quamuis quidam contrà teneant.

39 Sed considerandum est, quòd spiritualia multis modis dicuntur. primò strictè, vt sunt sacramenta,quæ spiritus sancti operatione conficiũtur,& pro spirituum, id est,animarũ salute. Secundò in largiori significatione comprehenduntur etiam iura ecclesiastica, quia spiritus sancti gratia dignis conferri debent. In amplissima verò significatione, spiritualia dicuntur etiam quę à sacramentis veniunt, vt ius percipiendi decimas,oblationes,quæ ex sacramento ordinis quis consequitur, teste Archidiacono in cap. quod autem. 1. quæstione prima. & cap. pię mentis.17.q.7.& pro cultu diuino. c. tua.2. vbi Cardi.3.nota.de dec. Præpos. in c.peruenit. & sequen.1.q.3. elucidat.Flor.in 2.parte sum.ti. 1.c.5.rub.de symo.§.1.& §.15.artic.16. cum seq.in ea.part.ideo dicit his verbis tex.Porrò cum laicis nulla sit de spiritualib.cõcedendi vel disponendi facultas, imperialis concessio quantuncunque generaliter fiat,neminem potest à solutione decimarum eximere, quę diuina constitutione debentur. c.tua.1.eodem, & sic decimæ sunt spirituales. vt ibi etiam Card. &alij põderant, & Card. consil.92.fauendo. nu.15.& tex. in c.ad hęc. de deci. dicit eas esse sanctuarium dei.ergo sunt spirituales,teste Panormi.ibi,quia domino sanctificantur:& diuini iuris sunt,& sic ius spirituale.tex.& ibi glo.in c.fi.16.q.1. Alber. in l.monumenta.C.de legib. *Spiritualia multis modis dicũtur.*

40 Nunc de cõsuetudine dicẽdum est.Consuetudo quantumcunque longa nullas soluẽdi decimas,non excusat à peccato, nec valet, tum quòd sit contra ius naturale,cõtra quod nõ valet consuetudo.Panor.& Curt.in c.fi.de cõsuet. tum quia naturalia sunt immutabilia.§. sed naturalia. in instit. de iure natur. tum quia etiam contra ius diuinum.c.frustra.8.dist.& not.in d. c.fin.& huius est sententiæ Anchar. consil.196. magnifice.q.1.& Ioan.de Tur.Crem.in c.reuertimini.nu.12.vers.ad septimum.16.q.1.Bertrand. consil.14.viso processu.col.1.vol.1.& consil.116. illud est.ibid.in 1.edit. Card.in c.vlt.de paroch. & quia est irrationabilis, non valet. c. ex parte. de consetud.Et ideo peti possunt,non obstante illa consuetudine. *Consuetudo super decimis, an & quę valeat.*

41 Vnde fuit iudicatum decimam crocorum debitam,licet nũquam fuisset decima de croco exoluta episcopo Albien.vt Aufrer.in d.q. 190. decidit:& refert Boer. sæpius vidisse sic iudicari,in consuet.Bitur.§.12. de consuet.prædio. & *Crocorum decima debetur.*

Anchar.

Anchar.in c.ad apostolicæ.in 5.not.eo. & quia grauamen ecclesiis infert, ob id non valet. c.1. de consuet. { Et allegans se in possessione non soluendi decimas, fuit reiectus à Senatu.vt docet Aufrer.in stylo parla.arest.62. Itē anno quo suprà etiam ad emendum fuerunt condemnati à Senatu agricultores, qui cōdēnati à Bailliuo Montisferrandi, ad curiam appellauerunt anno 1516.die in vigilia Pentecostes.}

*A terris à Sarracenis recuperatis decima debetur.*

42 Imò si terra Hierusalem hodie à Sarracenis recuperaretur per Christianos, deberetur à nouis inquilinis decima:vt plenè cōsuluit Oldrad.consil.91.venit in dubium.quia terra nunc recuperata rediit ad pristinam naturam. l. cum loca.ff.de relig. & lege diuina nunc regi debet, postquam à Christianis tenetur, quod faxit Deus.vide c.pastoralis.7.q.1. Nec prodest tolerātia, nec tacitus Papæ cōsensus:quia in his requiritur expressa approbatio. c.in aliquibus. in fi.de deci. & inferius dico. & hoc expressè docet Anchar.consil.196.magnifice.col.1. & Fely. in c.causam.col.1.de præscript.

43 Siue loquamur de decimis prędialibus, siue de personalibus, cùm eodem iure vtræque inuentæ sint:vt scripsi superius q.1. ergo eædem rationes quę militant in vna, & in altera locum habent. Quanuis contrarium teneant quidam Theologi, & Archid.in c.quicūque.1.in 16.q.7. & Fely.in c.causam.col.5.de præscrip.vbi tenēt consuetudinem excusare à pręstatione decimarum personalium, cùm non sint de iure diuino debitæ:sed contrarium dixi superius, q.1.

*Consuetudo super decimis personalibus an & quando valeat.*

44 Verùtamen in his personalibus crederem consuetudinem valere, vt aliquid pro his etiam modicum soluatur:vtpote si mercator, vel alius pro his decimis offerat in festis curato aliquid in missa, quia tūc honoratur Deus, ex substātia illius, licet non detur integra decima, tamen consuetudo approbata illam minuere potest, vt inferius dicam. & communiter Canonistæ firmant cum Theologis valere consuetudinem non soluendi decimas personales : sed hoc inintelligere oportet, vt dixi : & sic bonum esset quòd Concilium vel Papa statueret, quòd certa solutio fieret pro personalibus, vt in quatuor festis anni aliquid daretur curato, & maximè illi qui prædiales decimas non habet: & super prædialibus, quòd integra deberetur, vt deinceps viri timorati viderēt, quid sequi possent: quia in hoc est opinionum conflictus, vnde Ant.Butr. in c.parochianos.in fi.eod.dicit:nescio quid dicam, nisi quòd omnes damnamur non soluendo. Igitur oportet eas soluere. & hæ decimę personales magis in difficultate & subtilitate, quàm vtilitate cōsistunt: quia saltem quantū ad quantitatem, cōsuetudo non soluendi generalis est, cui in hac parte standum est: alioqui quasi omnes animæ damnarentur. his verbis vtitur Hostien.in c.pastoralis.in fi.eo.& Ioā.de Tur.Cre. in c.reuertimini.nu.12.vers.ad septimum.16.q.1.

*Consuetudo & præscriptio differunt.*

45 Item quanuis Canonistæ sæpius cōsuetudinem pro pręscriptione accipiant, vt Paul.scribit in l.de quibus. col.3.ff.de legib. & doct.in c. fi.de consuet.tamen cōsuetudo propriè dicitur, quando ius acquitur in communi, & publico: præscriptio verò quando priuato acquiritur:vt Panor.scribit in c.cum ecclesia. col.8. num. 45. de causa possess.Et in consuetudine sunt plures personæ incertæ:in præscriptione verò vna sola esse potest. Ant.de Imol.in d.c.fi.Alex.consil. 166.viso.nu.7.vol.1.Corn.consil.268.in hac cōsultatione.col.5.versi.nec videtur obstare.vol.4. & abundè Ioan.Francisc.in tract.de præscrip.in 1.par.1. partis, q. vlt. vbi alias tradit differentias. { Ego in constitut.reg.in tract.de consuet.in 3.}

*Consuetudo integras nō soluendi decimas an excuset.*

46 Secundus casus est, quòd cōsuetudo non soluendi integras decimas excusat, quia non est contra ius naturæ, nec diuinum: quia soluendo quicquā pro decima, impletur Dei præceptum de soluendo, & recognoscitur, ac honoratur Deus ex substantia. Innocent. Panor. & alij per illum text.in cap.in aliquibus.eo.tit. vbi dicitur sic, illæ decimæ necessariò soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata. & sic innuit ille text. quòd aliquæ soluendæ sunt, dum dicit, illæ, & cæt. Secundò, quòd illa consuetudo sit per Papam approbata. Et dicūt doct.in hoc casu sufficere approbationem per taciturnitatem, vt inferius dico. Nec refragatur d.c.in aliquibus.eo. vbi Hosti. firmat non valere consuetudinē in prędialibus, vt non soluatur integra decima: & idem dicit quæst.7. §.fin.in sua summa. & Henr.in c.peruenit.col.3. eod. quia in d.c.in aliquibus. dicitur, cum integritate. Sed responde, ibi dici, quòd domini debent locare prædia his, quæ cum illa integritate, quæ debebatur soluent decimas: si ergo cōsuetudo habebat vt vigesima solueretur pro decima, conductor illam soluet, vel integrā vbi erat debita integra: vt in fi. illius text. patet. & sic valet cōsuetudo tam in prædialibus, quàm in personalibus, quicquid dicant Hostiens. & Bohic. & contra Hostiens.tenent ibi communiter doctor. per text.in cap.cum sint homines.eod. vbi loquitur de prædiis, & tamen decidit valere cōsuetudinem : & personales, & prædiales æquiparantur in cap.quicunque.1.in 16. q.1. Nec me mouet, quòd quicunque recognouerit in se, quòd fideliter non dederit decimas suas, modo emēdet, quod minus fecit. quid est fideliter dare, nisi vt nec minus, nec peius aliquando offerat? c.quicunque.1.in 16.q.7. quia illud intelligitur quando nulla esset consuetudo, vel præscriptio : alioqui post consuetudinem vel præscriptionem non diceretur dare non fideliter, nec minus: & ideo non recognosceret se minus dare, alioqui scrupulosus & fatuus esset, qui post cōsuetudinē & præscriptionē recognosceret se non dedisse fideliter, si dederit id quod vult cōsuetudo, vel præscriptio. per glo. & doct.in c.vigilanti.per illū tex.de præscrip. scripsi in interpret.c.postulasti.de cler.excom.minist.non esse faciendam conscientiam post præscriptionem, quāuis Alciat.teneat contrarium, in interpret.l. quinque pedum.C.fin.regū. Et hæc est cōmunis cōsuetudo mūdi, ob id tolerabilia sunt quæ vetus probat consuetudo.l.cū satis.vers.caueāt. C.de agric.& censi.lib.11.vbi etiā dicitur, quòd

*Intellectus ad c.cum aliquibus.*

contra antiquam in præstandis censibus consuetudinem, nil inuocari debet. D. Paul. Paris. consil. 25. vidi. col. 3 & seq. in 4 vol.

*Transferendi decimas consuetudo an ualeat.*

47 Tertius, cõsuetudo transferendi decimas prædiales valet, vnde sustinetur consuetudo vt curatus vnius parochiæ in alia percipiat decimas. c. cum sint homines. & c. ad apostolicæ. eo. & in hoc casu cessant rationes suprà adductæ: vt expresse docet Card. in c. vlt. in fi. de paroch.

48 Fallit quando percepisset decimas limitibus adhærẽtes, istæ enim præscribi non valent, nec consuetudo super his tenet. glo. & doct. in c. fin. de paroch. & in c. cum sint homines. de deci. quia milites præscribi non possunt, ne fines confundantur. c. quicunque. & c. licet. 16. q. 3. c. super eo. de paroch.

*Consuetudo nõ portandi decimas in horrea ualet, et relinquendi in agro.*

49 Quartus, consuetudo non portandi decimas in horrea valet. Hostien. in summa huius tit. §. fin. q. 16. & Collect. in c. in aliquibus. eod. & D. Paris. sic consuluit in consil. 6. considerata. colum. 2. volum. 4.

50 Item valet consuetudo, vt decimæ relinquantur in agro, dummodo curatus monitus fuerit, antequã aliqua fructuum fiat separatio, vt tenet Roch. Curt. in repet. c. fin. col. 82. vers. item inferri potest. in 3. requisito. de cõsuet. post. Hostien. in c. certificari. de sepul. Aufre. in suis decis. Tholo. q. 432. Rofre. in tract. libel. iur cano. rub. qual. deci. sit danda. aliàs peccat is, qui contrarium facit: vt And. Hispa. docet. q. 14.

*Consuetudo non soluendi decimas minutas ualet.*

51 Quintus casus, consuetudo non soluendi decimas minutas valet: quia sicut de minimis non curat prætor, l. scio. ff. de in integr. restit. sic non congruit honestati ministrorum Dei de huiuscemodi minutis perquirere, vt scribit beatus Thom. in 2. secundæ. q. 87. artic. 2. c. 3 in fi. vt refert Asten. in rubr. de decim. artic. 4. in fi. ideo Collecta. in c. 1. eo. dicit, quòd cancellaria Romana non daret literas super solutione primitiarum, vel decimarum quæ non proueniunt ex possessionibus, sicut sunt decimæ caseorũ, ouorum, vel etiam animalium: vnde à Senatu non fuerunt compulsi homines de Allignaco soluere decimã de lana, eo quia nunquam soluerant. Et ideo hæ decimę fructuum minutorum nunquam exactæ, non repetentur, nec cogentur solui in futurum: vt sæpius fuit in hoc Senatu iudicatum, prout refert Boer. in consuet. Bituri. §. 12. in fi. de consuet. prædio. in consuet. Bitur. extra tamen consuetudinem secus, vt superius dixi: quanuis contrarium dicat Ioan. de Tur. Crem. in c. reuertimini, nu. 11. vers. ad sextũ. 16. quæst. 1. dicens, decimas minutas non esse in aliquo præcepto.

*Arestum.*

*Consuetudo ut certo tempore decimæ soluãtur ualet.*

52 Sextus casus, valet consuetudo super decima tempore certo exoluenda, fortè in mortis articulo, vt apud Venetos de personalibus est consuetum: vt per doctor. in cap. apostolicæ. de deci. Anchar. in c. aliquibus. in fi. ibid. vel quòd domi soluatur, vel in horreis, vt plenè consuluit Aymo Crauette. consil. 21. homines. & ita est consuetum in oliuis exoluendis, in lingua ferè Occitana.

*... requi-*

53 Quæ requirãtur in hac consuetudine, scribunt Panormit. Imol. Curt. & alij, in c. fin. de consuetu. quæ ibi videri possunt. Primò, quòd sit præscripta, c. cumana. de elect. c. cum ecclesia. de caus. posses. Hostien. in c. ad apostolicæ. in fi. de deci. glo. in c. cum sint homines. ibidem. quæ sententia tamen reprehẽditur ibi per doct. nam quando consuetudo est contra ius, tunc 40. anni requiruntur. c. fin. de consuet. in 6 Sed quando est præter ius, decem anni sufficiunt: & ideo tex. in d. c. ad apostolicæ. dicit, diu obtẽta: & diu dicitur tempus decem annorum, seu diuturna consuetudo. l. de quibus. & l. diuturna. ff. de legib. Panor. in d. c. cum sint homines. col. vlti. & ideo in hac consuetudine requitur tẽpus, cuius memoria non sit in contrarium.

*rãtur in cõsuetudine.*

*Consuetudo à Papa quãdo approbata esse debeat.*

54 Item à Papa approbata esse debet. c. in aliquibus. in fi. de deci. quod intelligerem expressè, vel tacitè, scilicet per taciturnitatem immemorialem, quoad soluendum aliquam partem: sed vt nihil soluatur, nec tacitus consensus, nec quidem expressus valeret. Cepol. consil. 13. col. 5. versi. vlterius confirmo. & Anton. Butr. in cap. parochianos. eo. & ita solet iudicari, teste Guid. Papæ, in decis. Delphin. q. 284. an consuetudo. licet Panormit. in c. in aliquibus. eod. teneat approbationem expressam requiri, quod verum intelligerem quãdo laicus reciperet decimam. secus si esset consuetudo, vt solueretur à laicis duodecima, vel alia pars, vt suprà dixi. quem sequitur Boer. in §. 12. de consuet. præd. in consue. Bitur. Et hactenus de consuetudine.

*Præscriptio non soluendi decimas, an ualeat.*

55 De præscriptione idem ferè dicendum est vt in consuetudine, videlicet, quòd nullus siue clericus, siue laicus sit, præscribere libertatẽ nullas soluendi decimas potest, etiam si viueret per mille annos, vt Dom. scripsit in ca. 2. col. vlt. de præb. in 6. & Barba. consil. 35. sapiẽter. col. 6. in 2. vol. vbi dicit laicũ teneri ad soluendas decimas, etiam si per centum annos non soluerit: quia si tardius dare peccatũ sit, quanto peius peccatum est non dedisse. c. decimæ. in prin. 16. q. 1. imo tãto est grauius, quanto longius qui eas detinet, cùm tanto grauiora sint peccata, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam. cap. fi. de consuet. Et quia sunt tributa egentium animarum. cap. decimæ. 16. quæst. 1. ideo non possunt præscribi, vt in sequenti casu dicetur, nisi cõtra laicum, qui fuissent concessæ ante Concilium Lateran. quia contra illum liberatio præscribi potest: tum quia cessant rationes, quas scripsi superius, q. 2. tum quia illæ decimæ ad vsum proprium laici suscipiuntur. & sic consuluit Carol. Ruin. consil. 142. clarum est. vol. 5.

*Cõtra laicũ decimæ præscribuntur.*

56 Idem etiam in personalibus cõcludit Barba. consil. 49. illud. in medium. vol. 3. col. 4. & sequen. vt præscribi non possint, quia contra ius naturale & diuinum volens facere, est in mala fide, quæ perpetuò, quãdiu durat, impedit præscriptionem. c. vigilanti. & c. fin. de præscrip. nec potest esse quis contra hæc iura in bona fide: vt etiam scribit Anto. Butr. in cap. in aliquibus. in 2. oppo. eo.

*Quota decimæ præscribi potest.*

57 Secundus casus, quotam decimæ præscribere etiam laicus potest, vt soluat duodecimam, vigesi

vigeſimam,vel aliam partem.c.cōmiſſum. c.dilecti.c.cum ſint.& c.in aliquibus.eo.quia ad hoc non eſt incapax, ſicut ad ius decimæ ab aliis exigendæ:vt aliàs fuit iudicatum in hoc Senatu pro domino de Merleto, vt non teneretur, niſi ad ſoluendum duodecimam, quam ipſe & ſui prędeceſſores exoluerant.ſic firmat Dom.Paul. Pariſ.conſil.25.vidi.col.3.nu.21.vol.4.

*Areſtum.*

*Integrā decimam quādo curatus petere poſſit.*

58 Nec obſtant iura dicentia decimam ſoluendam cum integritate:quia debēt intelligi de integritate pręſtari ſolita.d.c.commiſſum.vel non deductis impenſis.ſecundum Barba.in c. Raynaldus.col.62.de teſta. vel intelligitur, quando aliter non ſe haberet conſuetudo, vel præſcriptio. nam illa quota, quæ pro decima ſoluitur, decima vocari poteſt, licet ſit minor.d.c.in aliquibus.de deci. Socy.conſil.297.viſo.colum.3. verſ.non obſtat 2.ratio. in 2.volum. ideo is didicitur tunc ſoluere decimam integram, vt ſuperius ſcripſi.

59 Fallit quando curatus indigeret,& nō poſſet commodè viuere ex illa parte, tunc poterit petere decimas integras, non obſtante aliqua præſcriptione,vt ſcribit Angel. Clauaſ. in verſi. decima.§.2. quia nulla conſuetudo poteſt contra ius naturale, & morale diſponere, videlicet, vt qui miniſtrat ſpiritualia, non metat temporalia ad vitam, iuxta diui Pauli ſententiam. & facit c.qui cōtra.8.diſtinct. imo hoc caſu poſſet curatus exigere perſonales, quando videlicet aliæ prædiales nō eſſet,vel tam raræ,quibus ipſe viuere non poſſet:vt Hoſtien. docet in c.in aliquibus.in fi.eo.

*Parochia una contra aliam præſcribit.*

60 Tertius caſus, poteſt eccleſia, vel clericus per præſcriptionem totā acquirere alterius parochiæ decimam, & ſic in ſe transferre: ſed libertatem non ſoluendi pręſcribere non poteſt. & ita debet intelligi glo. in d.c.in aliquibus. in fi.eo.quanuis doctor.aliter eam intelligāt.& Fely.in c.cauſam.de præſcript.ac Cardi.conſil.88. conſultus.

*Præſcripta decima uini nō ſe extendit ad fundū ex uinea factum.*

61 Si tamen quiſpiam præſcripſerit decimam vini,ſi vinea fiat terra arabilis, non habet illius fundi decimam,quia non præſcripſit illam: vt expreſſè decidit Anto.in c.commiſſum.eo.allegat c.cum in tua.infrà eo.§.pen.& fi.& doct. in c.auditis.de præſcrip.quod intellige,vt dico inferius,quando alius perciperet aliam decimam: & qui præſcripſit decimas antiquas, non habebit noualium decimas.c.tua.1.de deci.quia tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum.l.1. ff.de itiner.actu.priu.vbi Bart.

*Nouus inquilinus cui debeat decimam.*

62 Imo, ſi quis veniat ad habitandum illic, ab eo non poterit habere decimam is, qui in aliis præſcripſit: ideo cùm ipſe de nouo ſoluat, tunc eccleſiæ parochiali ſoluere debet,per cap. ad apoſtolicæ. eod. & Floren.docet in 2. parte ſummæ. titu.4. cap.3.§.3.verſicu.& nota quòd Epiſcopus.

*Religioſi decimas, an præſcribāt.*

63 Etiam dicit ibi Floren.quòd clerici vel religioſi qui non habēt parochiam,decimas præſcribere nō poſſunt,per c.placuit.2.& ſeq.16.q.1. Et not.doct.in c.de quarta.de præſcript.gloſ. & doct.in c.pen.eo.Panor.in c.ſuggeſtū.1.not.eo. Illa tamen iura hoc nōn dicunt, ſed prohibent monachis iura parochialia vſurpare.ſi tamē decimas longiſsimo tempore ad præſcriptionem habili poſſederint, præſcribere illas poſſunt, vt ſuperius dixi, per c.cū in tua. eo.Verū eſt quòd de iure communi decimas petere ſine parochia non poſſunt,ſed poſt præſcriptionem ſic: quia illas non petunt tanquam ſint eis debitæ à iure cōmuni,ſed quia præſcriptæ ſunt, quod eſt notādum pro religioſis.Idem tenet Ioan. de Tur. Crem.in c.fin.in 1.q.16.q.1.facit c.quia.10.q.1. & c.dudum.de priuileg.

*Laicus decimas nō præſcribit.*

64 Quartus non poteſt laicus ius percipiēdi decimas præſcribere, vt ſibi ab aliis ſoluantur, tū quòd ſacerdotibus & clericis à Deo optimo maximo datæ ſunt.c.quanuis.eo.tum miniſtrātibus & ſeruientibus Deo in ſacramētis & aliis ſpiritualibus,quæ non poſſunt à laicis exerceri, ad hæc ſunt ipſi incapaces poſſeſsionis earum. c.cauſam.de præſcrip.& ſic præſcribere eas non poſſunt ſine poſſeſsione.l.ſine poſſeſsione.ff.de vſucap.ſimul quòd in diuiſione eccleſiarū fuerint curatis aſsignatæ.c.1.in 13.q.1.Ergo ipſis laicis competere non poſſunt, etiam ex longiſsimo tempore. imo belliſsimè,inquit textus, hāc conſuetudinem,quæ contra ſanctam eccleſiam catholicam augeri videtur, omnino interdicimus,vt nullo vnquā modo,vllo tempore, oblationes,quę intra ſanctā eccleſiam offerūtur,ſub dominio laicorum detineantur: ſed tantummodo ſacerdotibus dentur.in cap.hanc conſuetudinem. 1.quæſt.1. & bonum eſt argumentum de oblationibus ad decimas. cap.quanuis. eod. ſic conſuluit Cardin.conſil.88. conſultus.col.2. Dom.Paul.Pariſ.conſil.101.bona.num.17.& ſequen.in 1.vol.

*Conſuetudo laicorū percipiēdi oblationes pro mimis, eſt damnata.*

65 Ideo,non excuſarem illos laicos,qui in feſtis ſolennibus ſolent oblationem vini & panis auferre, vt dent mimis,in multis enim peccant, tum quia auferunt rem eccleſiæ, ideo ſacrilegi ſunt ſunt:etiam peccant,quia rem Deo dedicatam ad vſus turpes mimorum cōuertunt, quod etiam eſt peccatum,per regul.ſemel Deo.& cap. donare.86.diſtinct. tum quia in eccleſia bibunt & comedunt, & domum Dei tabernam faciūt, contra id quod Chriſtus dixit: decet domum ſanctitudo.c.decet.de immu.eccl.Ideo monendi ſunt laici,vt ab hac turpi conſuetudine deſiſtant,aliàs excommunicandi.

66 Non obeſt, quòd oblationes & decimæ continent quid extraordinarium, & difforme, id eſt,prout res incidit.nam quandoq; granum aliquando vinum,interdum oleum: & iſta difformia non comprehenduntur conſuetudine.l. Seio. ff. de annu.lega. ergo non præſcribuntur. Reſpon.actio generalis non curat diuerſitatem ſpecierum.l.nec refert.ff.quan.dies leg. ced. nec obſtat d. l. Seio. quia difformitas pendebat ibi ex ſolo nutu voluntatis.His verbis vtitur Bald. in c.de quarta.in fi.de præſcript.

*Conſuetudo quando uim priuilegij habeat.*

67 Nec diuturnitas temporis,vel conſuetudo operatur vim priuilegij, quando adeſt perſonæ incapacitas,licet aliàs regulariter cōtra.l.3.§.ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & c. ſuper quibuſ-

dam,in fi.de verb.sign.quia actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito : vtPhilosophus ait. quia actus non sunt in laico bene dispositi : vt Ioan.Monac.in c.2.de præb.in 6.docet.

*Priuilegium et præscriptio differunt in acquisitione.*

68 Etiam quæ priuilegio quæri possunt,non quærentur præscriptione data incapacitate.d.c. causam.de præscript.c.prohibemus. eo. & quia lex resistit præscriptioni, & quia consuetudo non potest reddere incapacem capacem.c.quãto.de consuet.secus est in priuilegio. l.quidam. ff.de re iudic.plenè Stephan.Maleret,in tract.de elect.in 5.limit.

*Laicus decimas an et quando retineat.*

69 Fallit, quando laicus eas possedisset per tempus immemoriale cũ fama priuilegij : nam tunc duobus concurrentibus decimas retinere potest.Primò,quòd laicus possederit tanto tempore, cuius initij memoria non sit. Secundò, quòd probetur fama priuilegij, videlicet,quòd habuerit eas ante Concilium Lateran.teste Panorm.Imol. & aliis in c.cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat.per illum tex.

*Inuestitura decimæ an à laico probanda sit.*

70 Oportet tamen,quòd doceat de aliquibus inuestituris obtentis ab ecclesia,& se vel maiores suos fuisse aliquando inuestitos de ipsis. & hoc sufficit, quãdo primam inuestituram à laico non ostenderet,teste Ioan.Francisc. in tract. de præscrip.in 5.par.q.7.col. 18. alioqui semper inhabiles essent, & sic vllo nunquam tempore præscribere possent.

*Casus requisiti in decimis feudalibus.*

71 Aduertẽdum est tamen in decimis feudalibus,ad sequentia, quæ vt intelligantur, reddo casus sequentes.Primus est,sufficit laico probare decimas à Papa infeudatas,cum tempore immemoriali,etiam si non probetur ante Concilium Lateran.habuisse.c.cum apostolica. de his quæ fiunt à præla.vbi in fine sic dicitur:hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum perpetuò concessæ sunt. ex quo textu sequentia colliguntur.

*Casus cum apostolica elucidatio.*

72 Primò, oportet concesionẽ laico esse factam, & sic absque concesione nunquam præscribitur. Secundò,quòd illa cõcesio fuerit facta perpetuò:quia solẽt ad tempus, fortè ad tertiam generationem,dari.c.fin.vbi doct.de feud. §.emphiteusim.in auth.de non alien.reb.eccles. coll. 2. & regulariter ad tempus non perpetuò dantur.cap.possesiones.16.quæst.1.& tunc post tempus non possunt laici eas retinere,vt ibi.

73 Tertiò,quòd ab eo qui potestatẽ cõcedendi habet datæ fuerint, alioqui non posset alius laicus decimas cõcedere,neque plus iuris cõcedendo transferre, quàm haberet. c.cura. de iure patron. Vnde Episcopi, qui beneficio,siue pretio ecclesiàs vel decimas laicis dederũt,domum orationis,domum negotiationis, & speluncam latronum faciunt:vnde post euersionem cathedræ,à cœtu fidelium segregati,æterno verbere à Domino flagellabuntur.text.in summa,16.q.7.

*Nullus extra Papam capacẽ laicũ ad decimas facere potest.*

Nec posset Episcopus aut alius extra Papã perpetuò concedere laicis decimas, & eos capaces facere rerum spiritualium. c. 2. de iudic.c.bene quidem.96.distinct.Panor.in c.sacrosancta. de electio.& in c.contingit.de arbitr.

*Religiosi quãdo à laicis decimas recipere poßint.*

74 Quartò,requiritur quòd in feudum laicis concessæ sint, aliàs iure detinere eas non possent:vnde videtur concludere tex.ibi, quòd religiosi posint de Episcopi consensu decimas à laicis recipere, quando ipsi perpetuò eas in feudum habent. Igitur, si laici eas vsurpauerint, religiosi eas accipere non possunt. text.in cap.fin.§.sanè.de decimis. multò minus alij laici à laicis.

*Laici quomodo decimas perdãt.*

75 Vltimò,in illis casibus, in quibus laici decimas iure tenent, si occiderint, aut mutilauerint ecclesiæ Rectorem, eas amittunt ipso iure, & hæredes nihil habere debent, imo puniũtur: vt scribitur in cap.in quibusdam.de pœn. & in aliis casibus, vbi aliquid enorme contra ecclesiam committunt.Hostien.in cap.prohibemus. de deci.& in summa sua.§.fin.in 3.quæst.

*Tempus immemoriale cũ recognitione sufficit laico.*

75 Secundus casus,sufficit laico probare possedisse per tẽpus immemoriale, cum aliqua recognitione ecclesiæ facta,vtpote si ratione istarum decimarum ecclesiam recognoscat,præsumitur quòd iure ei fuerint ab ecclesia traditæ, postquam eam recognoscit:licet de fama priuilegij non probauerit, nec ante Concilium Lateranẽse habuisse, sed si non probaret recognitionem, non valeret. & ista est communis opinio,vt testatur Ioan.Francisc.in d.q.5.& q.7. in fine.col.21.in tracta.de præscriptio. probat text. in d.§.sane.cap.fin.de decim.in 6. & cancellaria Rom. hanc opinionem probare videtur, quia laico narranti se in possesione esse ab antiquo, & ab ecclesia sibi esse infeudatas, dat literas cõtra Rectorẽ in cuius parochia consistunt, esiis spolietur, vel aliàs indebitè molestetur, teste Collectario,in c.ad hæc.de de deci. Domini.in cap.fin.§.sane.eo.tit.in 6.

*Possesio etiã cẽtenaria nõ iuuat laicum.*

77 Tertius, nõ sufficit laico se possedisse decimas per mille annos probare, etiam si infeudationem à laico factam ostenderit: nisi is laicus iure habere se ostendat, vtpote à Papa, quia longinqua vsurpatio ius non tribuit. c. illud.93.dist.& c.quia.10.q.3. & prætor nõ tuetur iniquam possesionem. l.cum sponsus.§.si res. ff. de publica. prouentus enim primitiarum & decimationum præscriptione tolli nõ possunt, etiamsi à Romano Pontifice quilibet laicus super his rescriptum impetrauerit.cap.placuit.2.in 16.q.3.§.prouentus.

*Probare laicus quomodo posit decimas ad se spectare.*

78 Quartus, non sufficit laico probare per tempus largisimum, etiam quingentorum annorum, se decimas in aliquo beneficio recepisse, si ab ecclesia decimam non recognoscat, vel de inuestitura ecclesiæ non appareat, vel saltem de aliqua compensatione ratione decimarum ecclesiæ data, vnde si ecclesia nulla habeat bona temporalia, præsumitur laicum vsurpasse decimas:& tunc non valebit etiã longisima mille annorum possesio. Audi quid beatus dicat Cyprianus, Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit: sed qui primus ante omnes est Christus prior fecerit. Nec enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. c. fin.8.dist.Imo si clerici à laicis decimas receperint,tenentur eas dimittere,non ob-

stante

obstante aliquo tempore. c.cum & plantare. in princip.de priuileg.multò fortius laici non poterunt iuuari aliqua tẽporis præscriptione,cùm ipsi eas vsurpauerint, si nõ probetur saltem infeudatio ab ecclesia facta,vel recognitio,vt superius dictum fuit.

*Ante Concilium, vel post habeat laicus, non interest.*

78 Nec fieri debet differentia,an laici habuerint ante Concilium Lateranẽse,vel post, quoad acquirendum ius in ipsis : quia tam inhabiles erant ante Cõcilium,quàm post. nẽpe vtroque tempore Deus eas sacerdotibus & clericis assignauerat:& demũ Papa Dionysius,dum diuisit parochias, vt superius scripsi, sed iura tantum faciunt differentiam ante vel post Concilium in hoc:quia laici habentes ab ecclesia ante Concilium,possunt religiosis vel aliis ecclesiis decimas cum consensu Episcopi concedere.c.cum apostolica.de his quæ fiunt à prælat.c. fin.§.sane.de deci.in 6.

79 Si verò post Concilium Lateranense laici habeant,non possunt aliis ecclesiis quàm parochialibus illis ad quas spectabant, decimas etiam cum Episcopi consensu transferre.d.cap. prohibemus. de decim. & quia sacerdotes pro omnibus orare solent,quorum eleemosynas & oblationes accipiunt,qua fronte presumũt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt,vel ipsi comedere, vel aliis concedere, cùm ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare? c.quia 10.q.1.

*Quanto tempore opus sit ad præscribendum decimas.*

80 Nunc videndum est quantum tempus in præscriptionibus requiratur:& vt huius notitia habeatur,sequentes facio casus : Primus est,ecclesia contra aliam , & curatus contra alium decimas præscribere potest spatio quadraginta annorum,cum titulo & bona fide.cap.1.de prescript.in 6. sic debet intelligi c.ad aures.de præscript. & alia iura antiqua de præscriptione decimarum loquentia.

*Ecclesia cõtra ecclesiã quanto tempore præscribat.*

81 Secundus,ecclesia contra ecclesiam sine titulo decimas præscribit, per tempus, cuius memoria non est in cõtrarium, possidendo.d.c.1. in fi.vnde quia per diuisionem parochiarũ decimæ cuilibet curato in sua parochia sunt assignatæ. cap.pastoralis. de his quæ fiunt à prælat. ideo quilibet curatus non tenetur probare decimas in sua parochia existentes ad se pertinere : quia de iure communi fundatus est, id est, ius ei illas assignauit,vt superius dictum extitit. In alia parochia secus est,ob id si monasterium vel canonici in parochia aliqua dicant decimas ad se pertinere, hoc probare debent & titulum ostendere videlicet Papæ vel Episcopi concessionem. Item se possedisse eas ratione illius tituli per quadraginta annos, alioqui etiam spoliati non restituentur.

*Intellectus ad c. ad decimas.*

82 Cap.ad decimas.de restit. spoliat.in 6. vbi duo erant,videlicet presumptio iuris contra dictos canonicos,& iuris præsumptio pro B.clerico , & sic intelligit illum textum Bertrand. cõsil.350.etiam si sufficienter.col.1.vol.2.de primò impressis.vbi dicit de curato quando diuisio facta est per iurisdictiones , si extra iurisdictionem sit decima sita, curatus de iure cõmuni etiam fundatus erit, & hoc procedit quando titulus non erat sufficiens:aliàs non requiritur alia præscriptio.vnde si ex donatione laici facta ecclesiæ cum Episcopi consensu monasterium, vel canonici decimas habeant , tunc etiam sine prescriptione eas retinere poterunt,si laicus antea eas iure habebat.cap.cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat.

*Curatus quando iure cõmuni fundatus sit.*

83 Idem, si curatus in alia parochia dicat decimas ad se spectare, ipse enim hoc casu probare debet titulũ , cũ quadragenaria possessione,quia ius canonicum isti curato resistit, vt in aliena parochia decimas possideat.nam cuilibet in suo loco decimæ assignatæ fuerũt,ob id ipse parochus in alieno solo non est de iure communi fundatus:quia ei non est assignata decima in alieno:ideo debet probare vel plenum titulum , vel quadraginta annorũ possessionem, cum titulo colorato , vel sine titulo immemorialem possessionẽ. & sic etiã omnis Episcopus qui petit decimas in parochia curati , probare debet eas ad se spectare.c.1.de prescri.in 6.Curatus verò nõ,quia à iure sunt ei tributę,& cõcessæ:vt superius dixi,scilicet à Dionysio,diuidendo parochias & de hoc plenius scribã in tract. de congrua portio.q.vltima.

*Ecclesia decimas à laico habens eas nõ præscribit.*

84 Tertius casus, ecclesia, monasterium , vel persona ecclesiastica ex donatione laici decimas detinens,eas præscribere non potest, etiam per tantum tempus , cuius memoria non sit in cõtrarium.per c.dudum.de deci.ibi, in decimis & ecclesiis à Rege & Regina donatis, præscriptionem non poterit opponere pars aduersa, quæ nec à donatione ipsorum initium habere poterat,quia donationis Regis ac Reginæ allegatus titulus nullus erat, cùm sacrilegij crimen incurrat , qui ecclesias vel ecclesiasticum aliquod de manu receperit laicali, vbi Panor. notat,quòd Reges sunt puri laici, & non possunt donare iura ecclesiastica , & si donauerint, non præstant titulum præscribendi.tex.in c.fin.vers. contractus.ibi,vt nec ius aliquod tribuant, nec præscribendi etiam causam parent. de reb.eccl. non alien.in 6.imo si quis principum, vel aliorum laicorum dispositionẽ,seu dominationem rerum siue possessionum ecclesiasticarum sibi vendicauerit,vt sacrilegus iudicetur.cap.si quis. 16.quæst.7.

*Elucidatur c.1. de præscrip.in 6.*

85 Non refragatur c.1.in fi. de præscript. in 6. vbi sine titulo,etiam si ius commune contra illum sit, potest quis præscribere. Respon.ecclesiasticam rem,etiam sine titulo præscribi posse, quando adesset bona fides, vel non esset saltem mala fides:sed hic titulus habitus ab eo, qui nõ potest concedere , inducit malam fidem , ideo quis cum mala fide nunquam præscribit.c.vigilanti.& c.fin.de præscrip.ibi,nulla valeat absque bona fide præscriptio.Ioan. Franc.Balb.in tract. de præscript.in 2.parte 3.partis.q.6.

86 Nam qui contra iura mercatur , malæfidei possessor creditur.l.quẽadmodum.C.de agri. & censi. lib. 10.reg.iur.qui contra iura.de reg. iur. in 6.glo.in verbo,præscriptione. c. apostolicæ. de donat. & in cap.2. de his qui fiunt à prælat.

Socy.consil.28.viso quodam.col.6.in 2.q.vol.2. & in hac præscriptione etiam centenaria requiritur bona fides, teste Perus. in c.1.in fi.de præscrip.in 6.doctor.in c.si diligenti.illo.tit.Cuma. consil.64.Titius & Sempronius.

*Error iuris præscriptionē impedit.*

87 Etiam iuris error impedit præscriptionē. l.nunquam.ff.de vsucap. probat etiam Matthæ. de Afflict.in Neapol.decis.374.in causa.quãdo esset contra legem; vt hoc casu in decimis à laico posidendis.teste Bart.in l.sed si lege.§.scire. ff.de petit.hæred.Felyn.in c.de quarta.col.10.& seq. de præscrip.Ioan. Francisc.Balb. in repet.l. Celsus.in 4.not.ff.de vsucap.

*Cõfirmatio quando titulū præbeat, & quo tempore incipiat præscriptio.*

88 Imo si appareret de cõfirmatione illius tituli inualidi,etiam à Papa facta,postquam appareret de inualiditate tituli confirmati à Papa,tunc illa cõfirmatio non præbet titulum ad præscribendum,vt Panor.scribit in d.c.dudū.eo.col.2.

89 Et ideo ecclesia quæ habet hanc cõfirmationem tituli inualidi,non præscribet decimam donatam à laico ratione illius tituli,nisi per tãtum tempus, cuius initij non est memoria. quæ præscriptio non cõputabitur à titulo laici , sed à Papæ confirmatione. Panor.vbi suprà,& Ias. consil.19.in causa.col.2.in 3.vol.

*Cõfirmatio in forma cõmuni, quid operetur.*

90 Si verò confirmatio facta fuerit in forma cõmuni de his bonis,quæ iure putat habere ecclesiã,vt ea quę iustè posides,tibi cõfirmamus, tunc hæc confirmatio loco tituli habetur , & postea præscribet ecclesia per quadraginta annos : quia præsumitur quòd præcesserit titulus habilis:& hoc casu est error facti non iuris,qui præscribendi causam dare potest. l. iusto. ff. de vsucap.doct.in d.l.Celsus.ff.de vsucap.

*De clausula sicut iustè posidetis, &c.*

91 Et sic dicunt doct. quòd confirmatio facta in forma communi,vt fieri solet,nullum affert præiudicium tertio. nam vt plurimum religiosi habent multas similes confirmationes , in quibus omnia per eos possessa numerantur:sed per tales confirmationes non releuãtur ab onere probandi illa bona ad eos de iure pertinere: quia illa verba sunt narratiua , quæ recipiunt tacitam conditionem , scilicet si ita sit, id est, si iustè posideatis,& bona pertinent ad vos. & in his solet apponi ista clausula , sicut iustè posidetis,cõfirmamus. ergo oportet probare, quòd iustè posidebant,nisi post cõfirmationem probauerint se per longissimum tempus possedisse : quia tunc præscribere poterunt, scilicet per quadraginta annos. nam hæc confirmatio est loco tituli. c.venerabis. de confirmat.vtil.c.1. de præscript.in 6.

*Titulū ostēdere quãdo nõ sit opus.*

92 Et sic hoc casu melius est non ostendere titulum , vel non exprimere in confirmatione, quàm exprimere titulum inualidum,videlicet à laico habitum,quia ostendendo vel exprimendo titulum nullū, malam fidē præsumere facit, & sic nunquam sic posidens præscribit. & qui illum ostendit,imputet fatuitati suæ.Collect. in c.dudum.eod.secus si illum non exhibeat,quia tunc præsumitur titulus ostendendo confirmationē cum possessione quadraginta annorum. d.c.1.in fi.de præscript. in 6. sed quando ostenditur titulus à laico , iam apparet nullum esse titulum, & à iure improbatum, & sic habentes fuisse in mala fide,& in iuris errore : ergo præscribere non potuerunt:& ita loquitur d.c. dudū. Ego tamen nollē hoc consulere laico, quia timerem conscientiæ : nam sic consulendo ius ecclesiæ auferre videor. ideo tu aduocate, caue tibi,& conscientiæ tuæ, ne dicendo non ostendas titulum,te in titulum diabolo dones. Vnde dicit text.in c.clerici.16.q.3.clerici quilibet quãtacunque diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint , in ius præscriptione temporis non reuocentur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse.

*Recipientes à laico decimas eas non præscribūt.*

93 Item illi qui receperunt à manibus laicorum decimas, præscribere eas quandiu viuunt, non poterunt, quia malæfidei possessores sunt: sed omnibus his mortuis successores poterunt præscribere per tempus immemoriale posidēdo,à morte illorum,qui receperunt computando. Ista est glo.singul.in c.cura. in glos.magna. in fi.de iure patron. quia isti successores iustam habent ignorantiæ causam , cum in alterius locum succedant.l.qui in alterius. ff.de reg.iur. & illa glo.approbat Barba.in cõsil.8.sapienter.col. 14.in 2.volu. dicens factum prædecessoris non nocere successori in dignitate , vel beneficio, quia ab eo nil iuris habet , secus in successore hereditario,& si hi successores cõfirmationē habuerint,poterūt per quadraginta an.à morte aliorum , qui receperunt à laicis,computandos, præscribere : & de his successoribus scripsi plenè in §.declarantes.in verb.successores.de manda.aposto. in concorda. si tamen ipsi ostenderent titulū à laico habitum, ipsi etiam cùm sint in mala fide , non possent præscribere,vt superius dictum fuit.

*Præscriptio temporis immemorialis quomodo probetur.*

94 Quæro, quomodo probetur hæc præscriptio temporis immemorialis,id est centum annorū,teste Cepol.in tracta.de seruit. vrba.præd. c.19.in prin.col.2? Respon.testes allegantes præscriptionem tanti temporis , cuius non est memoria,debent dicere,quòd viderunt talem semper possedisse,per l.si arbiter.ff.de proba.ibid.sed cùm omnium hæc est opinio , nec vidisse , nec audisse , cùm id opus fieret.

95 Item quòd audiuerint à suis maioribus, à tali N.& talibus,quòd semper viderant eū possedisse.c.licet ex quadam.vbi Aret.de testib.col. 1.& an ab vno sufficiat dicere se audisse , text.in d.c.licet.dicit,à duobus saltem:sed Iacob.in d.l. si arbiter. sufficere se audisse ab vno in aliis causis arbitratur quàm matrimonialibus,& sufficere vnum nominare,dum tamen dicat & ab aliis & cæt.sed in matrimonialibus duo requiruntur, & an debeant testes nominare personam, à qua audiuerunt,decidit etiam Aret.consi.73.diligenter.col.8.& seq.

96 Item quòd communis fama & opinio est, quòd ipse semper possedit , & quòd nunquam audierunt, nec viderunt contrarium.d.l.si arbiter.ibi , sed cum omnium hæc est opinio , nec audisse , nec vidisse. consuluit Signor. homed. conf.70.in quæst.nu.19.vers.venio ad secundū. vbi dicit testes debere dicere communem esse opi

opinionem,& se non audisse,vel vidisse cōtrarium, nec audisse, vel vidisse, qui viderint,vel audierint contrarium. Alex. consil.16.in causa. nu.10.in 5.vol.sufficit tamen, quòd testes deponant de communi opinione & fama eorum,qui verisimiliter scientiam talis rei habuerunt, vel scire potuerunt,vt docet Anto. & alij in c.quid per nouale.de verb.signifi.& Alex. consil.16. in causa col.4.nu.11.in 5.vol.

97 Item memoriam extare potest probari per instrumentum,non verò contrariū,scilicet memoriam non extare, teste Ioan.Andr.in c.1. de præscrip.in 6.in nouella.& ibi Gemi. & Franc. in tracta.de præscript. in 2.parte 3. partis princ. quæst.6.in fi.

*Testes affirmatiuè deponentes præferuntur.*

98 Ad hæc potest etiā probari per contrariū negatiuè, videlicet non possedisse, & in hoc si vtraque pars probet,illi testes recipi & præferri debent, qui affirmatiuè deponunt, videlicet, quòd sua memoria viderunt alium possedisse, vel si duo testes dicant se audiuisse hoc opus esse manu factum,glo.in d.l.si arbiter.quia plus creditur testibus affirmātibus,& sic memoriam extare deponentibus,quàm negatiuam asserentibus,per glo.in l.diem proferre.§.si plures. vbi addidi.ff.de arbitr.Bart.& Alex.in l.hæredes palam.in prin.de testa.ff. Alex.consil.110.visis acutissimis.in fi.vol.1. & consil.108.in causa. col.2. in 2.vol.& plenè Bertrand.consil.184.viso processu.in 2.vol.col.2.vsque in fi.ex 1.editio.

*Testes probātes memoriam nō extare, cuius ætatis esse debeant.*

99 Cuius ætatis esse debeant isti testes? Dom. in d.c.1.de præscrip.in 6.dicit debere esse ad minus quinquaginta quatuor annorum, vel saltem tanti temporis vltra quadraginta ann.quo quo fuerint doli capaces tempore,quo inceperunt possidere. glos. in c.relatum.37.dist. vt sic saltem probent possessionem quadraginta annorum,& præscriptionem, sed de visu & auditu nō sufficeret depositio,nisi à 40.annis suprà. glo.& Perus.in d.c.1.in fi.de præscrip.in 6.

*Decimæ quando per decē annos præscribantur.*

100 Quartus casus est,ecclesia contra laicum vel laicus cōtra alium,qui iustè habet decimas, potest eas præscribere per decem an. inter præsentes,& viginti inter absentes. Felyn.in c.causam.col.5.de præscri. quia res de facili ad suam naturam reuertitur.l.si vnus.§.pactus.ff.de pact. Card.consil.146.notum fit.in fi.& Cuma. consil.83.quia causa circa fi.& Pau. Paris.consil.25. vidi.col.2.vol.4. Ioan.Franc.in tract.præscript. quæst.7.in fi. (1.partis 5.princi. in materia præscript.ecclef.) Carol. Ruin.consil.142. clarum. in 5.volu. & sic potest sustineri conclusio decimas præscribi per decem annos posse: intellige videlicet contra laicum, sed non contra ecclesiam,vt c.1.de præscript.in 6.

*Imperator à solutione decimarum nō potest eximere.*

101 Quintus casus,non potest laicus quicunque etiam Imperator, quemcunque à solutione decimarum, quæ diuina constitutione debentur eximere, quantumcunque generaliter concedat cap. tua. 1. ideo dicit generaliter ibi, non quod generale plus operetur, quàm speciale, sed vt habetur in integr. d.cap.tua.2. ibidem. ratione generalis concessionis Imperatoris possidentes terras, volebant se excusare à decimarum solutione. sic inueni in integra. in d.c.tua. ibid. & infrà, quidam insuper asserentes se possessiones, & omnia iura sua cū omni honore & districtu per imperialem concessionem adeptas decimas sub hac generalitate detinere præsumunt,&c.

*Intellectus c.tuæ.*

*Diuturnitas tēporis modū solutioni decimæ inducere potest.*

102 Sextus casus,potest ex diuturnitate temporis induci certus modus in decimarum solutione, sicut compositio hoc facere potest. c.ex multiplici.de deci.Cardin.d.consil.146.notum. per tex.in c.ex parte.de censib.

*Priuilegio an decimæ tollantur.*

103 Vltimò,priuilegio,& exemptione tolluntur decimæ,nō omnino:sed Papa ex iuxta causa aliquos eximere potest,& illis decimas in aliquibus remittere.c.à nobis.de dec.sicut Cisterciens. & multis aliis concessit religiosis, propter eorum insignem vitam, vt non soluerent decimas laborum suorum,quos propriis manibus,vel sumptibus colerent.c.ex parte.1. & seq. eod.vbi dicit eos de aliis rebus non posse aliud vendicare,nec substrahere ecclesiæ parrochiali. per c.fi.§.pen.ibid.in 6.Henri.Bohi. in c peruenit.col.3.eo.& super hoc consuluit Dec.consil. 113.viso tenore. vbi concludit Papam aliquos à decimarum præstatione eximere posse.

*Horti religiosorum à decimis exēpti.*

104 Item etiam aliquas possessiones,vt videmus in hortis religiosorum quos exemit. c.ex parte.1.eo.& idem in hortis leprosorum.c.2. de eccle.ædifi.Hostien.in c.nuper.col.1.de deci.interdum priuilegium concedit monasterio, & suis membris:de quo in c.fi.vt licet pend.

*Papa quādo ius diuinum remittere poßit.*

105 Non refragatur quòd Papa nō possit ius diuinum tollere:fateor,sed modificare,& distinguere potest.clem. ne Romani. de elect. glo.in c.de decimis.16.q.1.

*Præcepta decalogi irremißibilia.*

106 Nec obstat quòd præcepta decalogi sunt irremissibilia,ideo istud præceptum de soluendis decimis est morale, ergo est irremissibile. Respond.in decalogi præceptis honor Dei est irremissibilis, quando ibi consideratur solus honor, & præcipuus: vt in præcepto, non habebis deos alienos.&,honora patrem tuum:sed in decimis est duplex consideratio prima, quatenus honor Dei versatur:nempe Deus eas sibi retinuit in signum vniuersalis dominij.c.tua.2. eod.& hoc modo non potest decima in totum remitti:quia Papa non potest facere,vt non exhibeatur honor Deo, maximè quia illum sibi honorem in decimis Deus reseruauit: & Papa debet esse dispensator fidelis & prudens: non esset Deo fidelis & prudens, si honorem Deo debitum remitteret:ideo non posset facere cōstitutionem, qua sanciret nullum ad decimas teneri.argu.c.memor sum.24.q.1.imo dicit tex. in c.si ea.25.q.2.si ea destruerem,quę antecessores nostri statuerunt,non constructor,sed euersor esse comprobarer. nec vt interim ista seruarentur, quia præcepta Dei non recipiunt interim,vt sanctè docet reuerendus in Christo pater D.Robertus Cenais Arboricen.Episcopus, in suo libro,in interinenses.

107 Secunda consideratio est in ecclesiæ vtilitate,quæ ex decimarum solutione prouenit.solutio enim decimarum concernit commodum eccle

ecclesiarum,& clericorum:ideo Papa tanquam generalis administrator & Dei Vicarius, potest hoc commodum in aliquibus rebus remittere, & ex causa dispensare: & tunc non venit contra Dei præceptum, sed contra ecclesiæ constitutionem, quæ statuit vt curatis facta parochiarum diuisione,exoluerentur.Hostien. Panorm. & alij in c.à nobis.eod.Ioan.Lupus in tracta.de libert.ecclesi.quæstio.3.versi. sed viso & habito. colum.2.& sic non posset Papa facere, vt curatus nulla alia habēs bona,decimas aliquas non haberet: quia hoc est naturale, vt qui ministrat spiritualia viuere ex temporalibus debeat: vel quòd nullæ decimæ soluerentur, quia non recognosceretur Deus, vt superius dixi. De quo plenè scribit Henric.Bohic.in d.c.à nobis.col.1. & 2. sequitur Mart. Mantua.in consil.121. nolebam. nume.192. & sequen. & sic cùm Papa sua constitutione curatis eas assignauerit,poterit ex causa aliis concedere: nec contra ius diuinum facit, dummodo curatus possit viuere ex aliis ecclesiæ redditibus.

*Detinēs decimas sine causa nō est tutus, sicut nec plura habens beneficia.*

108 Nec esset tutus quoad Deum, qui decimas sine causa teneret, etiam ex Papæ concessione,sicut retinens plura beneficia ex Papæ dispensatione, non est tutus quoad Deum, si sine causa fuit secum dispensatum.per glo.in c.non est.de voto. Ideo Papa in totum eas remittere non potest in aliquibus rebus.sic consuluit Socy.consil.297.viso priuilegio.vol.2.

*Confessores quid super decimis agere debent.*

109 Ideo dicit tex.in clem.fin.de pœnis.quòd confessores debent purgare conscientiam confitentium in solutione decimarum.nam si confitens non soluerit quotam partem, vel integram,non sublatam per consuetudinem, tunc confessor illam præcipiat solui iuxta consuetudinem. si verò est consuetudo non soluēdi decimas personales, vt nunc est,tunc dicat confitēti,qui decimas nō soluit,si sit paratus eas soluere,si peterētur:& si dicat se paratum,eo quòd non contemnit ecclesiæ præceptum, nec Dei, poterit sic absolui,& nō peccat:vt expressè Floren.scripsit in 2.parte summæ, titu.4.c.3.rubr.de deci.in fi.& hoc est notandum pro his qui audiunt confessiones,vt sic interrogent confitentes,& sic faciant.

*Papa decimas an & quādo principi uel laico cōcedere possit.*

110 Item ex maxima causa posset Papa Principi seculari dare decimas alicuius loci, etiam perpetuò, vel alteri laico: vtpote si concederet Regi Franciæ decimas illorum locorum hæreticorum,quos ad fidei vnitatem cōuertere posset.c.Adrianus.63.distinct.c.1.vbi scripsi.de præscrip.Hoc expressim scribit Henri.Bohi. in c.à nobis.col.2.eo.& Astesa.in sua sum.lib.6.par.2. rub.de deci.tit.35.facit c.cum apostolica.in fi.de his quæ fi.à prælat.vbi in feudum perpetuò datæ erant.c. fin.§.sanè.de deci. in 6.alioqui dicit tex.in cap.placuit.2.§.item decimæ.16.q.3.Item decimæ Deo mandante sacerdotibus & Leuitis separatæ sunt,vt de sorte Domini viuant,qui in eius sorte cōnumerantur.non ergo cuiusquam priuilegio laicis concedi possunt, ne diuinis mandatis authoritas humana præiudicium inferat. Collect.tractat in c.ad hæc.in fi.eo. Host. in summa,in §.fi.vers.3.quæritur inde. Pet.Belluge,in specul.princip.rub.de deci. nu.24.refert Papam dedisse decimas regibus Hispaniarum, & Aragonum illarum terrarū; quæ à manibus euellerent Sarracenorum.& illam donationem valere firmat.Posset etiam Episcopi decimas in alimoniam concedere alicui pauperi laico ad tempus,vt docet Bertach.in tract.de Episc.in 2. par.4.lib.q.41.nu.89.allegat nota.in c.penult. & fin.10.q.1.& c.causam.de præscript.

*Exactio decimarū quādo sit suspēdenda.*

111 Insuper, si scandalum generale oriretur,si decimas ecclesia à militibus per censuram ecclesiæ exigeret,tūc decimarum exactio suspēdenda est.nam vbi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed latet strages plurimorum,detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis syncera charitas subueniat.c. vt constitueretur.in fi.80. distinct.Astesa.in summa,2.par.rubr. de decim. lib.6.art.3.vers.obiicitur. & ita fecit Concilium Later.quod noluit cogere laicos,propter scandalum,vt statim decimas restituerēt,sed ne illas transferrēt:existimans ecclesias saltem per illorum obitum eas recuperare:quod fecissent,si id temporis diligētes fuissent ecclesiæ ministri, vt suprà scripsi.q 10.

*Post præscriptionē quādo quis restitutus.*

112 Item, quanuis decimæ præscribantur per quadraginta annos,videlicet ab ecclesia contra ecclesiam,tamen ecclesia habet post quadraginta annos quadriennium ad petendum dictas decimas:intra quod si negligenter omittat petere, non recipietur postea. cap. 1. de in integr. restitu. in 6. Si verò non omiserit negligenter, adhuc admittetur post quadraginta annos, & quadriennium elapsum: vt fuit iudicatum in hoc Senatu, anno 1518.die 13. Aprilis post Pascha,pro administratoribus domus Dei Parisiē. contra religiosas de Portu Regali: & deduci debet tempus impedimenti vt alibi scripsi. *Arestum.*

*Soluētes decimas post priuilegium, illi renūtiāt.*

113 Ad hæc,si habentes priuilegium non soluendi decimas,religiosi fortè,vel alij,eas soluāt, illi priuilegio renuntiare censentur. c.accedentibus.& c.si.de terra.de priuileg. Et idem in eo qui præscripsit,vel alio iure decimā habet,vt præscriptioni renuntiasse videatur,etiam semel soluendo.arg.c.cum accessissent.in fi. de constitut. nisi cum protestatione soluissent, iuxta ea quæ not.Bart.in l.non solum.§.morte.ff.de no.oper. nuntia.& doctor.in c.cum Martinus.de constit. Socyn. consil. 296. viso priuilegio.col. 2. versi. quartò ista.in 2.vol.

*Priuilegium de decimis nō soluēdis nō intelligitur de decimis possessis.*

114 Vltimò,priuilegium concessum religiosis super decimis non soluendis, non extenditur ad decimas, in quarum perceptionis possessione erat ecclesia parochialis,vel alia,vt consuluit Oldr.consil.268.quæstio est vtrum. quia in dubio priuilegium debet intelligi sine tertij præiudicio. c.quanuis.de rescript.in 6. Alia hic innumera vobis cōgerere possem:sed ista sufficere ratus ea missa faciam.

QVAEST

## QVAESTIO XIIII.

*An ſublatis decimis in toto uel in parte, noualia debeātur.*

1 DEcimoquartò principaliter quæro, an ſublatis decimis in toto, vel in parte, noualia debeātur? Et reſpōdet tex. in c.tua.1.in fi.eo. tit. ſic dicens: Nec occaſione decimationis antiquę, licet in feudū conceſſæ ſint, decimę noualium vſurpādę ſunt, cùm in talibus non ſit extendenda licentia, ſed potius reſtringenda. Vnde intelligunt doctores illum text. in laicis, quòd ſi donatio decimarū illis facta ſit, quia eſt odioſa, ideo reſtringenda, quare non debentur laicis noualia? Cōtrarium eſt, ſi decimæ conceſſæ ſint clericis, vt decimę noualium eis debeantur, quia maius eſt eis conceſſum: ergo & minus.c.ex parte.3.ibidem. & ita intelligunt illa iura gloſſ. & docto. ibidem.

*Regula quòd decimæ noualiū ad curatū ſpectāt.*

2 Ego verò arbitror doct.ibi hactenus in his defeciſſe. nam text. in ca.cum contingat.eodem titulo, regulam tradit ſic: Cùm in quibuſdam parochiis ad quaſdam eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas ab antiquo pertineat perceptio decimarum, & de nouo fiant noualia in eiſdem, quæris à nobis ad quem huiuſmodi noualium decima incipiat pertinere. Reſpon. quòd cùm perceptio decimarum ad parochiales eccleſias de iure communi pertineat, decimæ noualium quæ fiunt in parochiis earundem, ad ipſas procul dubio pertinere noſcuntur: niſi ab his qui alias percipiunt decimas rationabilis cauſa oſtendatur, per quam apparet noualium ad eos decimas pertinere.

*Intellectus ad cap.cum contingat.*

3 Ecce igitur regulam, quòd vbicunque alicui ſunt cōceſſæ, etiā à papa decimæ, ſiue laicis, ſiue clericis, decimę noualiū eis non debentur. in d. c.cū contingat. ſed ad eccleſias parochiales, cùm eis ſint aſsignatæ omnes decimæ, de iure communi pertinent. & docto. intelligunt illum tex. in eo qui præſcripſit decimas, vt decimas noualium habere non poſsit: ſecus in alio. & hoc probant in illo text. in verb. ab antiquo. Ego tamen cōtrarium dico inferius. imo debet intelligi tex. ibi, ab antiquo. quòd perceptio decimarū erat antiquitus conceſſa, & pertinebat, & non de nouo. ſic dicitur in c.tua.in fi.ibi, nec occaſione decimationis antiquæ. non vult ſe reſtringere tantùm ad decimam præſcriptam, ſed illæ decimæ erant longè ante illam decretalem conceſſę, non de nouo: tamen erāt longo tempore poſſeſſæ, licet adhuc non eſſent præſcriptę.

*Decimæ noualium intra duas parochias ad quā pertineant.*

4 Si verò noualia apparent inter duas parochias, & neſcitur intra quam illarum, quia non apparent ibi limites, ſed in locis vicinis apparent: tunc inter illas eccleſias fieri diuiſio debet. teſte Henric. Bohic. in capitu. peruenit.1. columna prima de deci. allegat cap.cum quis.§. primo de ſepul.in 6. Ego putarem pro modo limitum cuilibet parochiæ aſsignandas, adeò quòd ſi limites vnius parrochiæ veniant vſque ad tres partes noualium, illa eccleſia tres partes habebit decimarum, altera aliam partem: vt plenè explicatur in §.præterea.de rer.diui.in inſtitut. & per Bartolum in tractatu de Alueo & Tyber.

*Epiſcopus quando decimas noualiū concedere poſsit.*

5 Si verò nulli appareat limites, quibus illa noualia regi poſſunt, tunc epiſcopus aſsignare eas noualium decimas poterit.c.quoniam.de deci.

*Intellectus ad c.ex parte.*

6 Non refragatur ca.ex parte.3. vbi videntur decimæ noualiū conceſſæ, vt per docto. Reſpō. quidam illum tex. intelligendum putant, quando conceditur vt de laboribus ſuis aliqui non teneantur decimas ſoluere, tunc non tenebuntur ſoluere etiam de noualibus; quæ propriis manibus excolunt. nam cùm maius ſit conceſſum, vt de laboribus, id eſt in quibus laborant propriis manibus, decimas ſoluere non teneantur, etiam de minoribus, ſcilicet de noualibus in quibus laborant, ſoluere non tenebuntur: quia non fiunt tot noualia, quot erant antea terræ laborabiles: & in his non eſt maximum præiudicium eccleſiis parochialibus. Sed quando cōceduntur decimæ alicuius parochiæ monaſterio, quòd ipſi poſsint decimas noualium habere, hoc eſt prohibitum: nam parochiali eccleſiæ debentur, quia illi omnes decimę à principio fuerunt aſsignatę, & in hoc caſu priuilegium, quatenus concernit tertij præiudicium, eſt reſtringendū.c. olim.de ver.ſign. & ibi doct. confingunt quatuor intellectus, quorum nullus verus eſt.

*Nouus intellectus authoris ad ca.ex parte.*

7 Ideo intelligerem illū tex. quòd ibi conceſſio decimarum fuit facta eccleſię parochiali, cui erant de iure cōmuni debitę, vt ex integra apparet: ergo cùm res de facili ad ſuam reuertantur naturā.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact. & redire ad ius commune eſt fauorabile. gl.in.c. ſtatutū. de pręb.in ſexto. ideo quādo redditur ad ius cōmune, ex prima conceſsione, & noualium decimę conceſſæ cenſentur: ita eſt in illo textu parochiarum tuarum. Sed dicet quis, fruſtra impetratur, quod iure communi cōceditur.l.vna.C. de theſau.li.10. ergo fruſtra curatus eas impetrauit decimas. Reſponde, vt patet in integra: decimę illius parochię nouales erāt ab epiſcopo cōceſſę canonico Nouarien. ideo curatus impetrauit à papa priuilegium, vt ſibi nonobſtante cōceſsione epiſcopi, quam de conſuetudine dicebat ſe habere poſſe, decimæ deberētur impetrāti, & papa hoc cōcedit dicens, decimas noualiū ad eccleſias parochiales pertinere: nec ſunt in integra illa verba, quia vbi maius conceditur, minus cōceſſum eſſe videtur. nam in priuilegiis non valet argumentum à maiori, ſed à comprehenſis: quia illud conceſſum cenſetur, quod in priuilegio cōprehenſum eſt.c.fi.de tranſla.epiſ. regu. cui licet.de regu.iur.in 6. niſi illa ſint acceſſoria conſecutiua.glo.in c.quia in tantū.de pręben. Fely.in c.poſtulaſtis.col.13. & ſeq. de reſcri. & decretalis integra ſic eſt, vt inueni eam in antiqua Honorarij compilatione.

*Rectori eccleſiæ, beatæ Mariæ de N.biola.*

*Decretalis ca.ex parte ex integra.*

8 Ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, quòd in eccleſia parochiæ tuę veteres percipis decimas integraliter: per hoc credimus, quòd ad te debeant in eadem parochia noualium

lium & decimæ pertinere. Sed F.V.N. Episcopi Nouarien. eiusmodi noualium decimas R. Bus canonico Nouarien. quasi hoc potuerit de consuetudine,quæ dicenda esset verius corruptela,cōcessit, pro quo quidam ad quosdam ipsos iudices nostras literas impetrauerunt,qui iniquam contra te diffinitiuam sentētiam protulerunt : à qua cùm tu ad nos vocem appellationis emitteres , aliis obtinuisti negotium delegari à nobis. Ergo humiliter postulasti, vt de indulgentia nostra in parochia ecclesiæ tuæ , in qua veteres percipis decimas , haberes, & decimas de noualibus recipiendi facultatem : cùm ergo perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineant , per quod decimæ noualium , quæ fiunt in parochiis earundem,ad ipsas spectare noscuntur: tibi,& ecclesiæ tuæ prædictorum noualium decimas indulgemus. Itaque ex hoc eidē canonico quoad vixerit:si enim contra te obtinere cōtigerit, nullum præiudicium fiat , post eius tamen decessum supradictæ decimæ ad tuam ecclesiam deuoluētur.Ecce igitur tex.clarum,quem doct. hactenus contorserunt , & perperam intellexerunt : sed vt deinceps hæc materia intelligatur, casus facio sequentes in ipsis noualibus.

*Decimas tenens in uno loco,non habebit noualiū decimas.*

9 Primus casus, si monasteriū,vel extraneus curatus præscripserit decimas in vno loco , si fiant noualia ibi,decimas noualium non habebit : sed curatus illius loci & parochiæ vbi noualia facta sunt , qui ad hoc de iure communi fundatus est.c.cum cōtingat.vbi glo.& doct. de decim. quia præscriptio in vno capitulo , & in vno prædio,non extēditur ad aliud.gl.in verb. interruptionem.cap.auditis, de præscriptio. vbi etiam exercens iura aliqua episcopalia, illa sola præscribit. cap. cùm olim. ibidem. vnde si quis præscripserit decimas omnium prædiorū, vno excepto , totius parochiæ, præscriptio illa non extenditur ad aliud prædium, vt asserit Innoc. in c.tua.1 in fi.eo.Panor.& alij in d.c.cum contingat. ideo oportet quòd præscribens probet in quibus prædiis prçscripserit.nam si probetur interrupta præscriptio, non continuabitur cum prima possessione.c.illud.de præscript. in l.naturaliter.ff.de vsucap.& si quis præscripserit vectigal in certis rebus, non poterit de aliis colligere.Bartol.in l.si publicanus.in fi.ff.de publica. Socy.consil.111.abundè.col.pen.vol.1.

10 Ratio est,quia tantum præscriptum,quantum possessum & non plus.l.quod meo.§.fin.ff. de acquir.possess.l.1.§.si quis hoc interdicto. de itiner.actúque priua.& d.c.auditis. de præscrip. sed quis non possedit decimas noualium, cùm nullæ essent : ergo eas præscripsisse non poterit , & sine possessione præscriptio non procedit. l. fine possessione. ff. de vsucapio. & reg. iuris in 6.

*Præscriptio odiosa & non extenditur ad futura.*

11 Item,quia præscriptio est odiosa, eo quòd iuri alterius detrahit, ideo est restringenda.reg. odia.& ibi glo.& ita docet Ioan.Andr.in addit. ad Spec.in rubr.de his quæ fiunt in prælat. Innocen.in c.tua.1.de deci.

12 Ad hæc præscriptio ad futura non extenditur , etiam similia , ideo ad nouales decimas non trahetur.Panorm.in vlt.notab. in d.c.cum contingat. per illum text.quia in præscriptione stricta fieri debet interpretatio.Socy.consil.275. in causa.colum.3.vers. sed posito.in 2.vol. quia actus taciti non sunt interpretandi vltra quàm se extendant.Bald.in l.quod constitutum.C.ne de statu defunct. vbi etiam concludit , quòd si præscriptio fauorabiliter disponat,tamen ad similia non extenditur,& istud est summæ æquitatis,vt ecclesia parochialis,quæ fortè alias non habet decimas,& pauca alia,vel fortè nulla bona,vt harum decimas saltem noualium habeat, vt dicunt Hostien. Ioan. Andr. & Card.in d.c. cum contingat.

*Probatæ decimæ adiudicantur præscribēti,& non aliæ.*

13 Item præscriptio non habet locum nisi in illo actu,quo fuit vsus, vt d.l.1.§. si quis hoc interdicto.ff.de itiner.& Alexand.consil.122.viso puncto. in fin. volum. 4. & consil.16.in causa. num.12.& consil.33.ponderatis.num.7.in 5.vol. vnde si testes deponant aliquem percepisse decimas frumenti,alij testes vini,non tamen sufficeret ad assignandum totum genus decimæ, sed in his in quibus probat. nam minutæ & mixtæ saltem curato remanebunt , cum de his probatum non sit:vt docet Innocen.in cap.licet ex quadam. de testib. quem sequitur Collecta. in c.nuper.eo.

*Præscriptæ decimæ in uno prædio trahētur ad ibi sata.*

14 Tamen si quis possederit & præscripserit decimas frumenti in tali parochia, si seminetur ibi milium,vel crocus,vel herba ad tingendum commoda , quam vulgus , du pastel , vel, de la guede vocat, vel aliud , habebit is decimas illarum , quæ de nouo ibi seruntur.ita probat Hostien.in c.tua.1.in fi.de deci.& Ancha. in c. cum contingat.in fi.ibid.alioqui esset in potestate serentis priuare decimis aliquem , contra reg. id quod nostrum est , sine facto nostro à nobis auelli non potest.ff.de regul.iur.abundantius inferius dicitur.

*Præscriptio de persona ad personā non extenditur.*

15 Præterea qui decimas personales præscripsit parochianorum habitantium in loco de Balhanissis,si quis illuc venerit de nouo,& ibidem habitauerit,is qui super aliis præscripsit ab isto nouo non habebit decimas : quia præscriptio in vna persona , non extenditur ad aliam: vt plenè consuluit Ias. consil. 81. communitas. col.3.in 3. volum. cùm sit bonum argumentum de rebus ad personas. l. miles ita.§.1.vbi Bart.ff. de milit.testa.l.qui plures.de vulga.Aret.consil. 32.in causa.col.1.sic nec priuilegium extenditur de persona ad personam.c.ex multiplici.cap.licet.& c.dudum.de deci.sic probat Socy.in cōsil. 268.& eleganter.col.1.vol.2.

*Consuetudo non extenditur ad ea quibus non est consuetum.*

16 Idem in consuetudine , vt si quis ex consuetudine antiqua perciperet decimas , tamen noualia in cuius territorio fiunt , non habebit. Host.& alij in cap.cum contingat.de deci. quia consuetudo & priuilegium æquiparantur. cap. conquestus. 9. q.3.& c.quod ad sedem. de offi. ord.nec possit trahi consuetudo ad illa de quibus non est consuetum , licet consuetudo in materia aliàs non præiudiciali multum extendi possit. l. de quibus. ff. de legib.& l. 1. C.quæ sit longa

longa consuetu. Collecta.in d.c.cum contingat.

*Nouales decimæ præscribi possunt.*

17 Fallit quando noualia possedisset per tempus immemoriale: nam eodem tempore præscribi possunt decimæ nouales, quo veteres.docto. in d.c.cum contingat. & c.1. de præscriptio.in 6. sic consuluit Bertran. consil. 184. viso processu. colum. 1. vol.2. ex 1.editio. Et ideo si titulum in veteribus habebat, non propterea in noualibus habere censetur: & sic in istis requiritur tempus, cuius initij memoria non sit in contrarium, vt ibi Bertrand. concludit. Si verò & de noualibus habebant titulum coloratum, tunc quadraginta sufficient anni ad præscribendum eas, sicut in aliis decimis, per Felin.& alios in cap.de quarta. de præscript.

18 Secundus casus est, qui præscripsit decimas in vno prædio, in quo satum fuit frumentum, si ibi seminetur auena vel milium, tunc is, qui in illo fundo præscripsit decimas frumẽti, habebit & decimam milij, vel alterius rei, ne res diuerso iure censeatur. c.cum in tua. deci.& l.eum qui.ff.de vsucap.cap. cognouimus.12. q. 2. Ancha.in cap. cum contingat.in fi.ibidem. quia in dubio decima præscriptio est realis censenda, id est terram concernens, non speciem fructuum perceptorum, teste Ancha.in d.c.cum in tua.

*Arborũ decimæ & lapidum soluantur.*

19 Idem si de nouo plantẽtur nuces, vel vites in vno prædio, in quo quis præscripserit decimam, eo casu etiam habebit decimam ex illis arboribus de nouo plantatis. per d. c. cum in tua. vbi communiter docto.nam præscribens in certa terra decimam, videtur quoad omnes illius terræ fructus præscripsisse: ideo si de nouo lapides extrahentur, de lapidibus decimam habebit, id est de pretio quo lapides vendentur: quia præscriptio extenditur ad particularitatem iuris apprehensi sub vnico iure vt vniuersali: vt scribit Anto. But.in dicto cap. cum in tua. nam postquam prædium est vnicum & vniuersale, ad speciem id est partem, in iure vniuersali, ad comprehensam, id est in ipso prædio existentem, fiet præscriptionis extensio, ne res diuerso iure censeantur: & quia ibi est possesio totius prædij, quamuis non sit possesio illius rei nunc seminatæ, tamen præscripsit decimam fructuum illius fundi, ergo & fructuum, quicunque producentur habebit decimam, quod est notandum.

20 Ideo qui præscripsit decimas in vna parte fundi, & postea fiat noualis alia pars fundi, is qui in parte præscripsit decimas, & in hac nouali habebit. nam præscriptio partis indiuisibilis ad totum extenditur ratione indiuidui: quia est vnum prædium, & vna res non debet diuerso iure censeri. d.c.cum in tua. vbi Hosti.& alij Innoc. in c.dilectus.de capell.monach. Corset. in additio.ad Panorm.in 3.nota. cap. bonæ. de postula. præla.per l.si stillicidij.§.fin. cum l.seq. ff. quemadmo.seruit.amittat.ita consuluit Panor. consil. 71. casus talis. quidam clericus. in 2. volum. & Albert.Brunus in tract. de augmento.in 17.conclus.in princ.

21 Quod intelligerem esse verum, quando appareret vnum esse prędium per emptionem, quia vno pretio emptum: vel per limites, vel ob clausuram: secus si non appareret esse vnum, quia nunc quot fiunt culturæ, tot fiunt prædia, per destinationem patrisfamil. Et in dubio ex tam longo tempore præsumuntur plures esse fundi, vt scripsi in l.silua cædua.§.noualis. ff. de verbo. significa. vbi respond. ad ea quæ Panor. in contrarium adducit.

22 Item quando per præscribentẽ fuerunt receptæ quædã decimæ in nemoribus, vel pascuis, tunc si illa redigantur in culturam, is qui decimas aliquas ex illis percepit, habebit & nouales: quia rationabilis causa subest. nã postquam semper habuerunt in illis terris decimas, quod nunc habeant. per tex.in c.cum contingat.in fi.ibi, nisi rationabilis causa ostendatur, per quam appareat noualium ad eos decimas pertinere. de deci.vbi Panor.& alij hoc firmant, facit c.statuto.in fi.ibidem.in 6.docto.in cap.quid per nouale.de verb. significa. sic consuluit D.Paul.Paris.Card. egregius consil.73. licet ius commune.colum.2.in 4. vol. {& Carolus Ruinus consil.163. Iesu Christi. col.5.nu.15.in 5.vol.}

*Præscribens maiores an minutas habere debeat.*

23 Tertius, qui præscripsit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videtur præscripsisse, tum quia accessoriæ sunt. dict.cap. cum in tua. eod.tit. & præscriptio facta de principali ad accessorium trahitur. text.in l.si in aliena.§.1.ff.de vsucap.& l.eos.C.de vsur.& stricta dispositio relata ad ius decimarum, extenditur ad speciem sub eodem genere, & ad rem, & ad materiam eandem. vt Anto. Butr.docet in dict.c.cum contingat.col.1.

24 Quod est verum, si accessorium in initio præscriptionis inchoatæ inerat principali: secus si postea.text. singula.in l. qui fundum.§.1. ff. de vsucap. secundum Roma. singul. 577. tu habes regulam.Felin.plenè in cap.auditis.colum.10. de præscriptio. vnde si præscribens percepit maiores decimas in vno loco per tempus immemoriale, & nullus ibi receperit decimas minutas, si postea eas petat à laicis, non poterunt ipsi ei denegare: quia ius decimandi contra eos præscripsit, ergo & in omnibus. nec poterunt se ipsi iuuare præscriptione non soluendi, vt superius dixi.

*Elucidatio c.cũ in tua. ex integra.*

25 Fallit quando minutæ decimæ fuerunt vni solutæ, & grossæ alteri, tunc is qui grossas præscripsit, minutas non habebit, sed tunc demum quando alius non percepisset illas, præscribenti debebuntur. Host.Ioan.Andr. Panorm. & alij in dicto cap. cum in tua. per illum text. vbi in integra habetur. ibi, non fuerunt decimæ persolutæ, quæsiuisti per sedem apostolicam edoceri, vtrum decimæ fructuum prædictorum ad parochiales ecclesias, quæ nec maiores recipiunt, nec minutas, an ad monasteria, & illas conuentuales ecclesias, quæ decimas alias percipiunt ab antiquo, debeant pertinere, ad quos sic respondemus, &c.

26 Ecce igitur text. expressum, quod si perciperẽtur decimæ minutæ ab alio, tunc non deberentur illi qui percipit maiores. & idem docet Panormit.in 3. notab.ibidem, & in cap. bonæ.3.

de postula. præla. nam sicut per pactum induci potest, ergo per compositionem, quod vnus recipiat decimas maiores, & alter minutas. cap. ex multiplici. de decim. & dixi superius in proxima quæst. sic potest fieri per præscriptionem, vt is, qui maiores præscripserit, illas tantùm habeat, alter verò minores. & ideo dicit Anto. in dicto cap. cum in tua. quòd quando non apparet decimas minutas per alium fuisse perceptas, tunc ex perceptione grossarum sub nomine decimæ, simpliciter sunt decimæ ipsæ grossæ & minutæ, vnum & idem ius: & ideò tunc quoad minutas censetur præscriptum. sed si alia ecclesia vel persona percepisset minutas, esset interrupta præscriptio quoad minutas, ideo tunc colligenti grossas debentur grossæ, colligenti minutas, minutæ: idem si vnus recipiebat decimam vini, alter frumenti, si in vno fundo sit frumentum & vinum, & tunc is qui percipiebat decimam vini eam habebit ex vino, & alter decimam frumenti ex frumento.

*Res quando iure diuerso censeri potest.*

27 Nec est absurdum eandem rem diuerso iure censeri propter diuersum accidens concurrens. Anto. & alij in dict. cap. cum in tua. vel diuersis respectibus. l. hinc peculiũ. §. 1. ff. de pecul. glo. & Domin. in cap. cognouimus. 12. q. 2. Ioan. Francisc. Balb. in tracta. præscriptio. in 2. parte, col. 6. & sequen.

28 Quartus casus, priuilegium de non soluendis decimis laboribus propriis extenditur ad noualia, quæ propriis fiunt manibus. c. ex parte. 3. de deci. quia intelligitur tam de præsentibus laboribus, quàm de futuris. cap. ad audientiam. de deci. Iuxta concilium Maguntinen. & quia non paratur in hoc casu tam magnum præiudicium ecclesiis parochialibus. & pro hoc facit. l. fin. C. quæ res pign. oblig. pos. ergo de illis intelligitur. Et est casus in cap. cum contingat. vbi gloss. eod. vbi si acquiratur prædium de nouo, de eo non soluitur decima, si propriis manibus illud colatur. si verò non colatur propriis manibus, secus. cap. fin. §. penult. de deci. in 6. sic & quando conceditur priuilegium non soluendi decimas de laboribus, non soluet de noualibus factis propriis manibus: de quibus noualibus semel factis, nunquam postea decima soluetur, aliàs contingeret indulgẽtiam de noualibus plus dispendij, quàm vtilitatis afferre. cap. fi. de priuileg. probant doct. in dict. c. ex parte. 1. eo. & quid si concedatur duplex priuilegium, vnum alteri contrarium, vtrum præualeat, consuluit Decius, consil. 147. Et pro tenui.

29 Quintus casus priuilegium concessum monasterio, vel aliis etiam laicis, vt recipiant decimas alicuius parochiæ, non extenditur ad noualia. cap. tua. 1. in fin. de deci. & cap. vlt. eod. in 6. in fin. cap. sane. de priuileg. tum quia exemptus in vna re, non est in alia exemptus. c. cum capella. ibidem, tum etiam quòd non est, concessum non videtur: sed non erant tempore priuilegij noualia: ergo non fuerunt concessa, nec decimarum noualium priuilegium. Nam priuilegium etiam est restringendũ, quatenus concernit præiudicium tertij. cap. olim. de verbo. signific. & ad futura priuilegium non extenditur. clemen. fin. de rescrip. nam licet priuilegia Papæ & beneficia sint latissimè interpretanda. cap. cum dilecti. de donatio. hoc est verum, quatenus præiudicant concedenti: secus si tertio. Ias. in l. beneficium. ff. de constit. princip. post Panor. & alios in dicto cap. olim. nec est intentionis concedentis voluisse concedere decimas noualium, & omnino priuare ecclesias parochiales omnibus decimis, quibus iam assignatæ erant à Dionysio Papa. c. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. cap. mandatum. vbi gloss. vlt. de rescript. & istud est summæ æquitatis, vt si parochialis perdidit veteres, quòd has saltem nouales habeat. vt dicunt Ioan. And. & Ancha. in dict. cap. cum contingat. facit cap. vlt. in fin. eod. lib. 6. imò ratio c. tua. habet locum in hoc casu, quia hæc licentia non est extendenda, sed restringenda. & quandiu docto. dicant habere locum in laicis tantũ, dicatis etiam procedere in clericis. nam odiosum est, quòd curatus vel monasteriũ alienum decimas habeāt in aliena parochia. c. ad decimas. de resti. spol. in 6. etiam est odiosum, quòd haberet nouales, quãuis decimas veteres haberet: quia iure com. proprio curato debẽtur. Ergo illud est odiosum, quòd alteri etiã clerico, vel monasterio debeantur: igitur erit restringendũ, per regu. odia. de reg. iu. in 6. & l. cũ quidã. ff. de lib. & posth. Hoc expresè firmat Anch. in d. c. ex parte. 3. & Fortu. Garsias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 6. & seq. ff. de liber. & posth. Collecta. in c. cum contingat. eo.

*Priuilegiatus de non soluẽdis decimis, noualiũ decimas soluet.*

30 Item priuilegium non soluendi decimas, ad noualia non extendetur, adeo quòd hic priuilegiatus de noualibus decimas soluet: vt expresè docet Anto. Butr. in d. c. tua. in 1. col. vlt. eod. probat. Socy. consil. 297. viso priuilegio. col. 1. & per totum volum. 2. multo fortius cui concessæ sunt decimæ, nouales non habebunt.

31 Etiã frustra impetraretur priuilegium de noualibus, si noualia deberẽtur illi, cui veteres, quod est falsum. per c. fi. de decim. in 6. vbi etiam in 1. Cistertien. & Chartusien. in his noualib. sunt priuilegiati, ergo nõ alij, si non appareat de eorũ priuilegiis. l. ius singulare. ff. de legib. fallit quãdo papa concessisset omnes & quascunq; decimas, vel omnem decimationẽ talis territorij: præsentẽ & futuram, tunc etiam ad noualia referretur. nam qui totum dicit, nihil excludit. c. solitæ. de maio. l. Iulianus. ff. de leg. 3. sic expresim decidũt Arch. & Dom. in c. cognouimus. 12. q. 2. & Collect. in fi. d. c. cum contingat. per glo. ibi, & sic debet intelligi l. seruitus. ff. de serui. vrb. præd. & c. si Romanorum. 19. dist. & illa sententia, docto. dicentium aliud in priuilegio, quàm in pręscriptione, sic intelligi debet, & sic consuluit Socy. consi. 297. viso. col. 2. & seq. vol. 2. Tamen hodie in c. statuto. §. 1. de dec. in 6. limitatur priuilegium percipiendi decimas & noualia, vt is non posit percipere nisi dimidiam partem noualium, & secundum hoc fuit iudicatum sæpius in hoc senatu, à quo fuit data curato possesio percipiendi dimidiam partem noualium, & priori habenti priuilegium, alterius partis possesio adiudicata anno 1545. die 23. Decembris. {Alioqui

solet

ſolet ſenatus adiudicare omnes decimas ac noualia curato, prout fecit anno 1469. die 7. Septemb. curato S. Sulpitij contra abbatem, & conuentum de Vallibus & idem cenſuit anno 1545. pro curato de Vallibus iuxta Meldunum contra abbatem & conuentum de Iard.}

*Remittens decimas & nouales remiſiſſe uidetur.*

32 Sextus caſus, remittens decimas ſibi debitas, & nouales remiſiſſe videtur. c. quia circa de priuil. quia in beneficiis pleniſsima eſt interpretatio facienda quoad concedētis præiudicium: & vna res non debet diuerſo iure cenſeri, vt ibi dicitur. & l. eum. ff. de vſuc. & poſtquā remiſit decimas, & omnes videtur remiſiſſe, igitur & noualium deci. poſtquam ad eum pertinere potuiſſent: ſecus ſi eſſet præiudiciū alterius, vnde ſi Papa abſolueret aliquem à decimis alteri ſpectātibus, intelligeretur de præſentibus, non de futuris: ſecus ſi abſolutio eſſet facta ab eo cui debentur, vt Io. And. & Abb. anti. no. in dict. c. quia circa. {Et per hoc dixi, quòd ſi matrix eccleſia receperit decimas certi loci capellæ de nouo conſtructę, quòd etiam illa eccleſia de nouo cōſtructa nouales in illo loco habebat.} Septimus caſus priuilegiū de non ſoluendis decimis noualium, non comprehendit noualia iam facta, ex quibus decimæ iam ſoluebantur. c. dudum. de priuile. quia tunc graue inferretur præiudicium poſſeſſori noualium: ideo Papa non intendit illi auferre: ſecus in nouàlibus nondum factis tempore priuilegij, quia non tendit in graue præiudicium. Panor. ibi. facit. c. vlt. eod. titul. in 6. & quod conſuluit Oldra. conſi. 156. propter tria.

34 Octauus caſus priuilegium concedens decimas noualium pro illa parte, pro qua veteres poſsidebant, non extenditur ad alias decimas, nec ad alia loca, ſed ad eam tantum partem, in qua veteres poſsidebantur. c. ſtatuto. de deci. in 6. Et ſic is qui petit decimam in vim illius priuilegij, probare debet ſe tempore indulti habuiſſe decimas veteres aliàs ſuccumbit, vel partem pro qua petit, tenetur probare ſe poſſediſſe: quia dum allegatur inſtrumentum vel priuilegium, illud probari debet. authent. ſi quis in aliquo. C. de edend.

35 Qui ſi probaret ſe poſſediſſe per tempus immemoriale mediam, vel aliam partem veterum, & adhuc ſe poſsidere, tunc præſumeretur quòd tempore indulti illam partem poſſediſſet, per ea quæ no. Felin. in cap. ſi diligenti. & cap. cum nobis. de præſcript. & Ioan. Franc. Balb. in tract. de præſcript. in 2. parte 3. principa. quæſt. 6. col. 27. & ſequent. alioqui ex defectu probationis ſemper ſuccumberent habentes hæc priuilegia, quia non valerent probare, quòd ante concilium haberent: vt Panormit. & alij dicunt in decimis infeudatis. in cap. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à præla.

*Dimidiā noualiū decimā curatus habere debet nō obſtante priuilegio.*

36 Non poteſt tamen hoc priuilegium extendi vltra dimidiam partem decimarum, ideo ſi tēpore indulti poſsidebat priuilegiatus tres partes decimæ, non habebit tamen niſi noualium dimidiam partem. dicto cap. ſtatuto. §. 1. de deci. in 6. quia non eſt veriſimile, ſi tunc de plena & integra perceptione veterum fuiſſet expreſſum, quòd apoſtolica ſedes pariter & ſimiliter noualium decimas in tam graue, parochialium eccleſiarum diſpendium, indulſiſſet. text. ibi. Ciſtertien. tamen & Chartuſien. hoc edicto non comprehenduntur, vt Papa declarat in dicto §. ſtatuimus. dicto cap. fin. de deci. in 6. & ibi eſt præſumptio iuris & de iure, ſeu fictio, contra quam non admitteretur probatio in contrarium. l. fin. ff. quod met. cauſa. l. conficiuntur. de iure codicill.

*Tempora quinque in religioſis quo ad decimas notanda.*

37 Aduertendum eſt, quinque reperiri tempora in his religioſis, quibus intellectis, facilè intelligentur deciſiones in hac materia. nempe in 1. inſtitutione monachi vt plurimum erant laici. c. alia. 16. q. 1. Hoſti. in c. dudum. col. 2. de deci. ideo decimas perſoluebant tanquam laici. cap. duo. 12. q. 1. & quia paſcebantur cibo ſpirituali à clericis & ſacerdotibus, ideo illis decimas debebant, vt ibi dicitur: & hoc fuit primum tempus ipſos tangens.

*Secundum tempus religioſos reſpiciens.*

38 Secundum tempus fuit Grego. Papæ, vt inueni in integ. in rubr. de deci. licet non ſit in decretalib. impreſsis: vbi ſic cenſuit: Statuimus, vt monaſteria ex ſuis prædiis nullo modo cogantur ſoluere decimas, quòd ſi legitimè dandæ ſint orphanis, & peregrinis, indignum eſt vt ab eis exigantur, qui propter eum, cuius ſunt decimæ, pauperes efficiuntur. nam ſi pauperes domini ſunt hæreditas eius, pauperibus eroganda eſt, illis videlicet, qui pro illius amore, quæ poſsidere poterant, dimittunt, eúmque nudi ſequentes, ſe poteſtati alterius ſubdunt. Et ſic nullo modo ſoluebant tunc decimas religioſi de ſuis prædiis, & ſic contraria fuerunt tempora. verùm quia hoc erat damnoſum eccleſiis parochialibus, quia omnes & ſinguli monaſteriis paſſim bona donabant, ob id tertium ſucceſsit tempus.

*Tertium tempus.*

39 Tertium tempus concilij fuit Maguntin. in quo ſtatuit papa Paſchalis, vt religioſi communiter viuentes decimas de ſuis laboribus, ſeu nutrimentis non ſoluerent, c. queſti. & c. ſequen. 16. q. 1. nam per hoc conſulebatur religioſis ſacerdotibus, qui diuinis & contemplationi vacabant, monachis, etiam laicis, qui ſuis manibus hæc prædia colebant, ne fortè in monaſterio otioſi eſſent. glo. & doct. in c. ex parte. 1. de deci. & ſic iuſta ratione ſtatutum fuit, & priuilegium illis conceſſum. nempe id temporis non poterat eſſe graue detrimentum eccleſiis parochialibus: quia ipſi multa prædia propriis non poterant manibus colere, & rara erant monaſteria: ſed quia poſtea ceperunt augeri, ideo ſtatutum fuit vt ſequitur.

*Quartum tempus.*

40 Quartum, quia religiones ceperunt creſcere, licet olim raræ eſſent. c. ſuggeſtum. eo. ideo grauare eccleſias parochiales ſolebant, ob id Adria. papa cuius decretalem hodie non habemus, vt teſtatur Hoſt. & Card. ſolis Ciſtertienſibus & hoſpitalariis Hieroſolymitanis, & templariis, tanquam feruentioribus ad deuotionem, & ad dei ſeruitium indulſit, vt decimas laborum ſuorum, quos propriis manibus, vel ſumptibus colunt, ſoluere non tenerentur. c. ex parte. primo.

& c.licet.eo.tit. & quidam intelligebant de laboribus, id est de noualibus, in quibus valde laborabatur: sed Papa exponit in c. ad audientiam. ibidem. intelligi indultum debere non tantum de noualibus, sed etiam de prædiis, quæ propriis manibus à religiosis prædictis coluntur: quia si tantùm de noualibus intelligere voluisset Papa, hoc expresſisset.d.c.ad audientiam.

41 Aliis verò religiosis id temporis indultum fuit, vt de noualibus suis, quæ propriis manibus vel sumptibus excolent, & de nutrimentis animalium suorum, id est de animalibus quæ nutriunt.glos.in verb.animalibus.in cle.1. eod.& de hortis suis decimas non persoluant.d.c.ex parte. 1.ibi. id est, de hortis quos colunt ad proprium vsum.vide rationes per Socy.consi.268. eleganter.vol.2.Fuit etiam statutū,vt patet in integra,in hæc verba:vt nullus abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ secundum statuta canonica ad episcopos pertinent, detineat sine authoritate Ro. Pontificis, seu episcopi,in cuius diœcesi habitat,authoritate apost.firmamus.

*Quintum tempus.* 42 Quintum verò tempus est nouisſimum,videlicet generalis concilij, in quo detractum est priuilegium Cistertien. & Hierosolymita. de laboribus,quoad posſesſiones,acquisitas post concilium generale:videlicet,vt ipsi de eis teneantur decimas soluere,etiam noualium.c.nuper.eo.tit. in 6.c.1.in fi.de verbo.significat.eo. lib.quia vidit concilium quòd multas acquirebant posſesſiones:ob id poterat esse enorme dispendium ecclesiis parochialibus, ideo priuilegium restrictum est ad posſesſiones,quas tempore generalis concilij habebant: & hoc habent probare religiosi: quia qui se fundat in tempore, hoc probare debet.l cum actum.ff.de nego.gest. & scripsi plenè in tracta.nomina.q.14. quod poterit fieri per acquisitionem, si habeant instrumenta. si verò illi religiosi non haberent instrumenta, si probare posſent se posſedisse per tempus immemoriale,& allegarent se ante concilium habere,sufficere putarem illam probationē,saltem ad hoc, vt transferretur onus probandi in aduersarium, per glo. in l.seruitutes.ff.de seruitu.& doct.in c.cum apostolica.de his quæ fi.à præl.scripsi superius.

43 De noualibus etiam ipsi habent simile priuilegium cum aliis, scilicet quòd non soluant,si nouale sit proprium, & suis manibus redactum ad culturam fuerit, & quòd de illo nouali antea ecclesia nullum, aut modicum emolumentum recipiebat.cap.commisſum.eod.& cap. quid per nouale.de verb.signific.& ita allegant tex.in cap. ex parte.2.de deci.

*Regul. quo ad Cistertiē. & Hierosolymitanos.* 44 Et sic potest statui regula, quoad Cistertienses & Hierosolymitanos, vt hodie non soluant de laboribus decimas: quod est intelligendum de prædiis,in quibus propriis laborant manibus, vel suis sumptibus colere faciunt, dando pecuniam his,qui hæc colunt.glos.in verbo, excolendas.clemen.1.de deci. & Socy. consil.93. in tertio volum.

45 Item ipsi & alij religiosi etiam habent priuilegium, quòd de noualibus decimas non soluant,videlicet, si ipsi propria noualia habent, & illa infertilitatem inducant propriis laboribus, nec de hortis eorum,vt superius dixi.

46 Tertiò, quòd olim ecclesia non haberet emolumentum: alioqui secus.c.commisſum.eo. cap. quid per nouale. de verbo. signific. Vnde si quis reduxit terram sterilē in culturam, & postea dederit religiosis,ipsi de hac soluēt decimam: quia non fecerunt hæc noualia propriis manibus, vt requiritur in dicto cap.ex parte.vbi doct. de priuileg.

47 Item fallit quando monachi colonis illas posſesſiones colendas tradunt, nempe tunc ad decimas tenentur.c.licet.de deci. siue fuerint cocoloni partiarij,siue alij.doct.ibi.

48 Nec refragatur reg.qui per alium facit,perinde est ac si faceret. Respond. non dicitur propris manibus facere,qui per alium facit:vt dict.c. licet.& cap.quicunque.de hæret.vbi gl. & in cle. vna.in verb.publicè.de vi. & hon.cler.plenè scripsi in tract.nomina.q.10.num.11.& seq.Et si propriis manibus non fecerunt, non habet locum priuilegium.

49 Imò in illo concil. generali ipsi abbates Cistertiensis ordinis congregati conuenerunt, ne de cętero fratres ipsius ordinis emerēt posſesſiones, de quibus decimæ ecclesiis debeantur, &c. & sic ibi doct. dicunt valere statutum & ordinationem,vt non liceat emere posſesſiones:quamuis contrarius videatur text.in l. pen. ff. de pact. Sed respond. eo quòd statutum confirmatum fuit à Papa, ob id valuit pactum:sed non factum simpliciter,vel Panorm.ibi dicit non valere hoc pactum, vel legem, ne collegium emat: secus si singuli fratres prohibeantur.& ita est intelligendus text.Ego verò valere dico pactum,& legem, statutum, vt non liceat aliquibus, fortè exteris, acquirere posſesſiones in tali loco, etiam si pactum non sit à Papa, vel principe confirmatum. Prætor ait: pacta seruabo.l.iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pact. Nec refragatur dict.l.pen. quia intelligitur non valere pactum,vt non liceat vendere & alienare rem meam vicino: quia postquā dominus sum rei meæ, est contra ius quòd de ea disponere non posſim.l. in re mandata.C. mand. ob id non valet pactum, sed quòd non posſim acquirere vel emere, illud pactum non est à iure improbatum. *Statutum ut religiosi nō emant posſesſiones, an ualeat.*

50 Ideo sustinetur. nam militibus prohibetur, vbi militant, ne agrum emant. l. milites agrum. ff.de re mil.l.milites. C. loca. sic militibus cœlestis militiæ prohiberi potest, ne se negotiationibus & auaritiæ dedant.& valebit lex, seu arestū. Ideo aresto senatus fuit prohibitum Chartusien. & cœlestinis, ne posſesſiones in districtu Paris. emant:quod iure latum fuit,ne ipsi inhiarent his acquisitionibus, sed vt eis tolleretur omnis auaritiæ labes, quæ interdum durior est apud religiosos.c.auaritiæ.de præb.

51 Nec placet sententia Panor. dicentis collegio imponi non posse hanc l.vt emere non posſint:secus in singul.personis:quia contrariū probat d.c.nuper.eo. vbi prohibetur fratribus ordinis Cistertiē. ergo ordo prohibetur, & sic collegiū,quia omnes fratres ordinis.ergo iura nolunt prohibere *Arestū contra Chartusienses, & cœlestinos.*

prohibere singul. fratribus, quia elusoria esset constitutio, cùm fratres singulares nil habeant, & singuli religiosi propter paupertatem sunt satis prohibiti: sed hoc non fuit conuentum de singulis, sed de toto ordine.

52 Item de conductis soluere decimas tenetur. c. dilecti. de deci. quia non sunt sua: & duo requirit text. in d. cap. ex parte. quòd prædia sint sua, & propriis manibus culta, vel sumptibus.

53 Fallit quando ex pacto & compositione ad hoc essent obligati non obstante priuilegio. cap. ex multiplici. eo. plenè scripsi in q. 12. an tolli decimæ posint. suprà eo.

54 Fallit quando soluerunt, quia tunc priuilegio renuntiare censentur. c. accedentibus. de priuileg. hoc bene præiudicat eis quoad possessionem. per c. suborta. de re iudi. sed nō quoad proprietatem, nisi per 40. annos soluerint. d. c. accedentibus. & per c. cum de beneficio. de præben. in 6. quia tunc esset contra eos præscriptum. cap. de quarta. de prescrip. Ita docet Collect. in dict. c. ex parte. 1. de deci. & superius scripsi.

55 Fallit etiā quando ecclesia parochialis enormiter læderetur. c. dilecti. & c. suggestum. de dec. vtpote si Cistertiens. vel alij religiosi haberent omnes ferè possess. vnius parochiæ.

56 Fallit quando illas possess. de nouo acquisiuissent, scilicet post concilium generale. c. nuper. de dec. quod fuit celebratum anno 1215. tempore Innoc. 3. vt scripsi in rub. de approba. conuento. per Latera. concil. fact. in concorda.

*De animalibus & hortis quando religiosi soluant decimas.*

57 Item de animalibus quæ nutriunt: secus si aliis nutrienda darent, sicut de possessionibus, quas colendas aliis dant, decimas soluunt. d. c. licet. Anch. in d. c. ex parte. 1. col. 1.

Si tamen habeant qui ea custodiat, & ad monasterium vesperi reducat, dicuntur nutriri à seipsis: secus si alij ea tenerēt in suis domibus. nam tandiu sunt sua, & ab ipsis nutriri, quandiu consuetudinem eundi & redeundi habent ad monasterium vel ad monasterij domum. §. pauonum. instit. de rer. diui.

58 Idem dicimus de hortis, quos colerent, & olera venderēt, nempe tunc decimas de illis soluere tenentur. Pan. in d. c. ex parte. 1. quia ille tex. intelligi debet de hortis quos ad vsum propriū faciunt: secus si ad venditionem, quia non debēt negotiari, nec ista exercere secularia. c. 2. ne cle. vel mon. c. dilecti. de dec. Idē si hos hortos aliis excolendos darent, vt no. ibi. aliàs possent ecclesias parochiales priuare decimis faciendo hortos plures, quod nō est admittendū, vt doct. scribunt vbi suprà. Et ista sunt notanda, quia quotidiana, nec ab aliis planè scripta, nec abundè ante nos.

## QVAESTIO VLTIMA.

*Quibus malis decimas non soluentes afficiantur.*



1 Vltimò quæro, quibus pœnis & malis decimas nō soluentes afficiantur, & quibus donentur præmiis soluentes? Respon. in c. reuertimini. 16. q. 1. ponuntur hæc mala sequentia, primò confligit deū humano more loquendo, qui decimas non soluit, ibi, si affligit homo deū, quia vos me confligitis, & dixistis, in quo confligimus te? in decimis & primitiis. Malach. 3. cap. & sic grauiter peccant non soluentes. Ioan. de Tur. crema. ibi. quia pugnant contra Deum.

*Pauperes non soluentes decimas.*

2 Secundò, non soluentes semper erunt pauperes, probatur in d. c. reuertimini. ibi, ideo in penuria eritis. & soluentes erunt diuites: vnde maiores nostri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæsari censum reddebant: modo autē quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. nolumus partiri cū Deo decimas, modo autem tollitur totum. hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus. c. maiores. 16. q. 7. & sic bonus principatus dabitur soluentibus, teste Angel. in sum. in verb. decima. in fin. facit 2. Parali. 31. ibi, ex quo cœperunt offerri primitię in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima, &c. Et olim cum 4. genera decimarū soluerentur, homines diuites erant: hodie cùm vna non bene soluatur, homines ad decimam conuertuntur, & dominus plagas non amouet: vt glo. in c. 1. de deci. in 6. asserit: & contritio & infelicitas est in viis decimas retinentium. Psal. 13.

*Peste, morte subitanea cur homines moriantur.*

3 Tertiò, maledicti sunt à Deo non soluentes decimas. ibidem, quia mihi nō reddidistis decimas & primitias: idcirco in penuria & fame maledicti estis. Malach. cap. 3. Et maledictio se habet circa ista, quia erit illi penuria fructuum, aérque pestifer, & corruptus, & repentina morte morietur sine pœnitentia, & confessione, atque cito peribit generatio sua: & sic peribit in mundo memoria non soluentis decimam, & successorum illius, & in inferno demum cruciabitur, declarat And. Hispa. in regul. decima. q. 9. Si verò soluant, benedicti erunt, vt ibi dicitur: Et effundam benedictionem meam vobis vsque ad abundantiam. probate me super hoc, dicit dominus. & c. decimæ. 16. q. 1. ibi, cùm enim decimas dando terrena & cœlestia posis præuia promereri, quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? &c.

4 Benedictio consistit in abundantia fructuum, quæ erit apud ipsum soluentem, & sanitate corporis fruetur, ac vita tranquilla & longa, & generatio prospera & longæua erit. ac demum paradisi gloria perpetuò donabitur: vt docto. ibidem elucidant.

*Fame peribit non soluens decimas.*

5 Quartò, supplantatur & defraudatur Deus. ibi, & me vos supplantastis, siue defraudastis. & timendum est, qui Deo debitum suum subtrahit, ne ei auferat necessaria. cap. admonemus. 16. q. 2. & in concilio Maguntin. cap. 38. & vide infra, versic. 7.

6 Quintò, perdit abundantiam fructuum. ibi, & pro decimis & primitiis, quæ parua erant, vt à vobis darentur, vbertatem possessionum vestrarum & omnium frugum abundantiam perdidistis. d. c. reuertimini.

*Sterilitas unde proueniat.*

7 Sexto, sterilitas, & aquarum, & bonorū prouenit, aliàs per solutionem fertilitas. ibi, habeant sacerdotes & Leuitæ, qui mihi ministrant, cibos: & probate me, si non tantas pluuias effudero, vt chataractæ cœli apertæ esse credantur vsque ad abundantiam. fieri enim potest, vt agros irrigantibus pluuiis sit quædam fertilitas: verùm

aut locusta veniet, aut bruchus, aut erugo, aut eruca aut gelu, & hæc labores hominum vastabunt. 2. Paralipome. cap. 6. & clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi.

8 Septimò, fames insurgit non soluendo decimas. ibi, si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimit mundum, sciamus hoc ex ira Dei descendere, qui se in pauperibus, si nō accipiant eleemosynam, fraudari loquitur, & suas possessiones possumus decimas & primitias interpretari. Ioan. de Turre crema. in cap. decimæ tributa. 16. q. 1.

9 Octauò, remissionem peccatorum, & cœlestia dona consequitur soluens, & denegans mortem æternam. ibidem. & Guido Papæ refert in decis. 166. à præstatione. & Matthæ. de afflict. in constit. Neapoli. lib. 1. rub. 7. de deci. q. 6.

*Sanitas animæ & corporis est in soluēdis decimis.*

10 Nonò, infirmitatem incurret, & ægritudinem is, qui non soluit decimas: & si soluat, sanitatem corporis & animæ consequetur. cap. decimæ. 16. q. 1. ibi, etiam sanitatem corporis & animę consequeris.

11 Decimò, si decimam non dederis, tu ad decimam reuocaberis. d. c. decimæ. tantum decima dabitur tibi ex semine tuo, quod multiplicaretur à Deo, vel dæmonibus sociaberis, qui sunt decima pars angelorum. vt quidam ibi exponunt.

*Rustici cur ab armigeris spolientur.*

12 Vndecimò, qui non dat decimam Deo, impio militi dabit, quod non vult dare sacerdoti. August. in d. c. decimę. inde videmus armigeros spoliare rusticos, & alios, quos non spoliarent, si iustas decimas & integras soluissent.

13 Duodecimò, res alienas inuadunt, qui decimas non soluunt, & sic illa bona rapiunt: quia idem est, vt ibi gloss. notat, detinere iniustè, & rapere. c. sæpe. de restitu. spoliato. nam quod ad te non pertinet, scire debes ad alium spectare. l. fi. C. vnde vi. & sic non soluens est infamis, teste Host. in summa. §. & quare. eo. tit.

*Homicida non soluens decimas.*

14 Decimotertiò, quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerunt, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, qui rem à Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit. d. c. decimæ. quod est valde terribile. nam qui Christi pecunias, & ecclesiæ aufert, fraudat, & rapit, & homicida in conspectu iudicis deputabitur. c. qui Christi. 12. q. 2.

*Sacrilegus est qui decimas retinet.*

15 Decimoquartò, committit sacrilegium retinens decimas. c. decimas. 1. ibi, sciant se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. 16. q. 7. & c. fi. 16. q. 1. & c. quisquis. 17. q. 4. & Caieta. in sum. in verb. decimas. & ideo est ipso iure excommunicatus. c. canonica. 11 q. 3. c. cum pro causa. vbi glo. de sent. excom. & ideo singulis diebus dominicis debent publicari à curatis excommunicati: vt dicit And. Hisp. episcopus, in reg. decima. q. 2.

*Sepultura carere debent decimas nō dantes.*

16 Decimoquintò, laici detinentes decimas carere debent ecclesiastica sepultura. cap. prohibemus. de deci.

17 Decimosextò, peccant mortaliter non soluentes decimas, ob id excommunicari adhuc possunt. c. nūtios. c. ex parte. 2. c. ad hæc. & c. cum non sit. in fin. de dec. inde dicit text. in cap. præter. 32. dist. §. 1. deinde vt decimæ & primitiæ, seu oblationes viuorum & mortuorum ecclesię Dei fideliter reddantur à laicis, & vt ipsæ in episcoporum dispositione sint, quas qui retinuerint, à sancta ecclesiæ communione separentur.

18 Imò si non possunt compelli per censuram ecclesiasticam, imploratur brachium seculare, licet sanguinis effusio immineat. Host. Ioan. And. & alij in c. in aliquibus. de deci. arg. c. postulasti. de homic. vel poterit ecclesia defraudata contra hos dolosos agere, per l. eleganter. §. penult. ff. de dolo. & doct. ibidem. & an si sit exemptus, puniri ab ordinario possit, scribit Gemi. in consil. 72. quia punctus. col. pen.

*Compēsatio in decimis non fit.*

19 Decimoseptimò, debitor decimarum non potest prætextu eius quod sibi debetur, denegare decimas: quia in decimis futuris non admittitur compensatio. glos. singul. 1. in c. decimæ. 16. q. 1. secundum Roma. sing. 254. an sit locus. & sing. 545. an sacerdoti. sic nec in tributis. l. 3. C. de compensa. super hoc distinguit Henri. Boh. in c. cum homines. in 2. distinct. de deci. & Ioan. And. in cap. cum homines. ibidem. secus in pręteritis. cap. veniens. in fi. de transact. doct. in d. c. tua. 2. de deci. Hosti. in c. cum sint homines. ibidem. sumendo arg. de alimentis ad decimas per l. de alimentis. C. de transact. & l. cum ij. ff. eod.

*Eleemosyna de nouē partibus dāda.*

20 Decimooctauò, qui sibi aut pręmium comparare, aut peccatorum indulgentiam desiderat promereri, reddat decimam, etiam de nouem partibus studeat eleemosynam dare pauperibus. tex. in d. c. decimæ. in fi. 16. q. 1.

*Debitor decimarū condēnatus non appellat.*

21 Decimononò, condemnatus debitor decimarum non appellat. docto. in c. tua. 2. per illum tex. in fi. ibi, appellatione remota compellas. eod. tit. Federic. consil. 81 laicus. in fin. Sed ego intelligerem posse eos appellare, sed non recipiendam appellationem, donec soluerit. & sic decimarum debitores esse compellendos nonobstante appellatione: vt probat ibi tex. compellas, & remouetur appellatio ante executionem: vt dicitur in l. ab executione. C. quo. appel. non recip. & hoc seruatur (in hoc regno, quando à iudice seculari per modum prouisionis fieret in casu priuilegiato condemnatio, diuersum est in iudice ecclesiastico, cuius sententia non exequetur, nisi fuerit tertia conueniens. vt habetur in concord. titu. de friuol. appel.) Vide doct. maximè Henric. Boh. & glo. in §. quotiens. c. fin. 2. q. 6 & quæ abundè scripsi in tract. de senten. prouisio. & in tract. de senten. executo. in ordi. reg.

22 Vigesimò, qui non soluit decimam, non potest petere remissionem mercedis propter sterilitatem: quia sua causa censetur venisse eo quòd decimas non soluerat, alioqui contra. l. si merces. §. vis maior. ff. loca cap. propter. illo titu. Hoc expressè docet Geminia. & Perus. in cap. 1. in fin. de deci in 6. Guido Papæ dict. q. 266. vtrum. dicens aduocatos in hoc debere esse cautos, vt hæc opponant his, qui remissionem petunt ob sterilitatem. (maximè in illis locis vbi non est sterilitas frequens.)

*Ab extra*

23 Vigesimoprimò, licet à citatione, procedendum

*tione procedendum.*

dum sit, l. 1. C. de executio. rei iudic. & plenè scripsi in tracta. de liter. obligat artic. 6. tamen in decimis procedere iudex potest per monitionem & præceptum. c. peruenit de dec. & compellitur recusans. c. ex parte. 2. ibi, compellas. ibidem. & hoc expresse scribit Collecta. in ca. pastoralis. in in fi. eo. audiri tamen monitus debet, si opponat, sed per modum prouisionis compelletur, si iustam non allegauerit causam.

*Cõcionatores populũ monere debent ad soluendum decimas.*

24 Vigesimosecundò, religiosi & prædicatores tenentur in prædicationibus suis monere populum, vt decimas soluant, alioqui si retrahant illum à solutione decimarum, sunt excommunicati: per tex. in clemen. cupientes. de pœnis.

25 Vigesimotertiò, religiosi detinentes, vel decimas fraudantes, sunt suspensi ab officiis vel administrationibus, si habeant, alioqui excommunicati post curati requisitionem. clem. 1. de deci.

*Prædones, fures & latrones sunt decimas retinentes.*

26 Vigesimoquartò, his verbis dicit Andreas Hispa. in regu. prima de deci. quòd omnes non soluentes sunt filij perditionis, nonobstante quacunque consuetudine, imo verius vsurpatione, & violenta occupatione, sunt in statu damnationis, & eis participantes, consilium, auxilium, consensum & defensionẽ, directè vel indirectè, quòd non soluantur decimæ, vel primitiæ præbentes, ipsi omnes & singuli sunt fures, & latrones bonorum dei, & sanctorum deprædatores, & manifestè ecclesię dei sacrilegi, & excommunicati, & ab omni oratione, indulgentia, missa, sacrificiis, & beneficiis ecclesiæ segregati: & si per se, vel suos hæredes non satisfaciant ante mortem, & restituant, eis non prodest ad salutem sacramentorum perceptio, aut sacerdotis absolutio, vel confessio: & cum Iuda proditore fiunt proditores, & fures thesauri dei, qui est decima: ac infideles & ingrati sunt, & in inferno erunt perpetuò damnati. Hæc ille. vide quot & quanta mala circunueniunt istos non præstantes decimas.

27 Vigesimoquintò, sicut detinentes tributa multis puniuntur pœnis: vt in c. si tributum. 11. q. 1. & in titu. sine censu, vel reliquiis. C. ac in rubri. de anno. & tribu. lib. 10. sic & non soluentes decimas, quæ sunt tributa egentium personarum. ca. decimæ. 16. q. 1. & in ca. tua. 2. de deci. glo. & doct. in c. sciscitaris. 7. q. 1.

28 Vltimò, legimus 1. regum, c. 5. Philisteos fuisse à deo multis & variis castigatos flagellis & pœnis, maximè his: nam fructus agrorum suorum mures & locustæ deuorarunt, quandiu arcam domini detinuerunt, sic & laici quandiu decimas deo debitas, & eius ministris, detinebunt, multis castigabuntur pœnis, & in miseriis consenescent: quòd si resipiscant, eas restituendo, vt Philistei arcam, omnia mala cessabunt, & bona eis donabuntur plurima, adeò vt diuites efficiantur.

*Animaduersio diuini iudicij quomodo intelligatur.*

29 Nam decimas vsurpare est dignum animaduersione diuini iudicij. c. quanuis. de deci. & exponit ibi Hosti. excommunicatione dignus est, sed ego sic exponerem: laicum esse dignum animaduersione diuini iudicij, id est, vt puniatur diuino iudicio, id est à deo, vt Philistei. {Facit ca. 2. de concessio. præb. ibi, & diuini plenum animaduersione iudicij} & fortè vt malam habeant sobolem, vel quòd ipse detinens moriatur subitanea morte, seu occidatur, vel res eius igne cœlesti vel alio comburantur, vel alio diuino supplicio, quæ superius scripsi. qui verò eas iustè soluerit, vita æterna donabitur à deo: quod nobis concedere velit pater & filius & spiritus sanctus, Amen.

* * *

*Spes mea Christus.*



COMPENDIVM

# ALIENATIONVM RERVM

## ECCLESIAE, IN FORENSI IVDICIO SIMVL VTILISSIMVM, SIMVL FREQVENTISSIMVM, CVM

elucidatione cap. ſine exceptione. 12 quæſt. 2. nuper in ſcholis Iuris Canonici Pariſiis publicè interpretatũ, per egregium virum D. Petrum Rebuffum, de Montepeſſulano, Iurium Doctorem, ac Comitẽ, in ſupremóque Senatu aduocatum:

*Nunc reuiſum, & Areſtis ſupremi Senatus confirmatum, ac numeris diſtinctum:*

Ad hæc inſeritur bulla S. Papæ Pauli, huic accommoda, contra alienantes bona Eccleſiarum, vt ſint ſuis priuati beneficiis, ac aliis pœnis affecti, quæ ibi aſsignantur.

## REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET, D. PHILIPPO A LEVI, MIRAPICENSI ANTISTITI, OMNI eruditionis genere præſtantiſsimo, Petrus Rebuffus S. P. D.



*IGISMVNDVS imperator, cùm permultis nominibus optimè de republica meritus eſſet, illo tamen commendabatur honore, quòd ſicuti ipſe linguarum ac literarum peritiam amauit, ita viros eruditione præſtantes ſemper ornare, ac prouehere ſtuduit. quo nomine, cùm à Germanis principibus tumultuariè reprehenderetur, quòd homines etiam obſcuro genere natos, ob ſummam virtutum præſtãtiam foueret: quid ni (inquit) eos amẽ, quos ipſa rerum parens natura cæteros antecellere voluit? Verùm iſta cùm mente luſtrarem (vigilantiſsime præſul) te non minori rerum ſtudio peritiores amore proſequi, atque præmiјs ad literarum palæſtram inuitare, tuam laudem conticere non mihi integrum fuit, vt qui in omni ſtudiorum genere conuerſatus es, literis non commendarem, ob ſummam tui ingenij eruditionem. Si etenim primum tuæ ætatis florem ſatis apertè contemplari velim, te liberalibus artibus, demum iuris diuini præceptis in hac ſtudiorum matre, nécnon Tholoſæ, vtrunq; ius vno tenore es aſſecutus. Quæ cùm in te tunc tẽporis maiora, quàm in iuuene eſſe ſoleant, intuerentur, horum non inſcius ſummus pontifex te culmine dignitatum, atque Chriſtianiſsimus Francorum Rex ſenatorio munere condecorauit: in quibus palàm non modò verbis, verumetiam operibus exemplum omnibus præbes, non minus, quàm Cato: qui cùm quæſturam gereret, eo maximè commendabatur nomine, quòd in ſingulos dies ad ærarium veniret primus, & rationibus confectis recederet poſtremus: quod ſanè toto tuæ dignitatis tempore nequaquam prætermiſiſti. Mulierum quoque conſortium (quòd perpaucis contingit) ſubterfugiſti, egregium illud Hieronymi dicterium præ oculis ſemper habens: Non poteſt (inquit) toto corde cum deo habitare, qui fœminarum acceſsibus copulatur. & huic ſententiæ (ſi hiſtoriographis credimus) non refragatur inſignis ille Tyrus philoſophus, qui à Pantheæ mulieris conſpectu abſtinebat, ita vt illa hunc aſpiciente, in terram demiſsis oculis, faciem auerteret. quem cùm Araſpus interrogaret, cur inſigni forma, præſtantique corpore mulierem, vel regijs oculis dignam, nõ aſpiceret reſpondit, ob iſtud ipſum magis eſt ab illa abſtinendum: etenim, ſi nunc tuo obtemperans conſilio, illam adiero, cùm vacat, fortaſsis illa mihi perſuaſura eſt, vt ad ipſam frequenter commeem, etiam cùm non vacabit, eique aſsideam neglectis ſerijs negotijs. Et quod maiori laude in te conſpicitur, eſt, quòd talis es erga pauperes animi, & eccleſiarum inſtaurationem, quales non ſunt quamplurimi: qui, vt eorum nominibus parcam, niſi coacti per iudices, quicquam pauperibus, vel templorum inſtaurationibus erogare, vel ſuppeditare nolunt. Tu verò hilari animo, ac fronte ſerena, non tantùm tertiam tuorum reddituum partem egenis, templis inſtruendis, viduis, vel huiuſcemodi inopibus impartiendam cenſes: ſed etiam integrum fermè emolumentum. Quod fit, vt vni cum patriæ noſtræ lumen à minimo ad maximum vſque, atque illorum aſylum voceris. Quid igitur his moror? ſi minimam tuarum laudum partem recenſere vellem, temeritatis vitio, quo olim notati fuere gigantes, accuſari poſſem. Nec mirum quidem videbitur, cùm gentem tuam à Leui patriarcha, Iacob ſanctiſsimi filio, certè ingentis ſpiritus viro, originem traxiſſe, & ſtipitis nomen hactenus retinuiſſe, omnes vltrò fateantur. Hinc eſt, quòd maiores tui Arrianos, & alios id genus homines odio capitali adeò proſecuti fuerint, vt perpetuum ac immortale nomen, mareſchalum fidei (vt vulgariter loquar) ſibi iure ſuo comparauerint: nobilium plebíſque commodo ac vtilitati deditiſsimi, vitam ipſam, non modò res, publico poſtponentes emolumento. Nec minori ſtudio hos ſceleſtos homines ab epiſcopatu tuo in malam crucem, ne à vero parentum tuorum tramite degenerares, repuliſti. Quapropter, hoc alienationum rerum eccleſiaſticarum compendium, egregiæ tuæ dignitati quàm optimè conueniens, dicare ſtatui: eò quòd templum tuæ ſedis ſartum & tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſyncerum, integrúmque ſerues. Interim tamen, dum meliora celſitudini tuæ paro, hoc vnum laborum meorum opuſculum leni aſpectu, vt ſoles, ſuſcipias quæſo: quod ſi, vt ſpero, feceris, me tibi, tuíſque omnibus, in poſterum deuinctum reddes. Vale. Pariſiis quarto Calendas May, Anno Domini 1537.*

RERVM

# RERVM ECCLESIATICARVM ALIENATIONVM FREQVENS ET VTILE COMPENDIVM.



NTerpretaturus in scholis decretorum Pariensi.hoc anno 1536.de rebus ecclesiæ non alienandis titulum,auspice Deo,intendo vobis cōpendio auditoribus, (etsi longa obscuráve sit) materiam istā pertractare.quod vt faciam,

*Alienatio est nomen generale.*

1 Præmitto, quòd nomen alienationis est nomen generale,vt est nobis text.in §.alienationis. in authen.de non alie.reb.eccl.colla.2. & eius significatio latissima est. Ancha.consil.102.contra. col.1. adeò vt comprehendat vsucapionem. vix enim est, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi.l.alienationis.& ibi dixi.ff.de verb.signi. Bal.in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct.eccle.& l.fin.in quibus caus. in integr. rest. non est necess.Iacobi.in tracta.de feud. in verbo, cum pacto de non alienando, & etiam præscriptionem comprehendit.Bal.in l.fi.16.oppo.C.de edict.diui Adria. tollen. quia vsucapio continet etiam præscriptionem.l.1.ac 3.& per totum. ff. de vsucapio.

*Transactio an dicatur alienatio.*

2 Idem in transactione.l.1.§.at si transegit. ff. si quid in fraud.patro.sic expresim docet Bal. in l. 1.C.si aduers. transact. quod est verum. quando res traditur, secus si per transactionem retinetur. Bar.in l.nulli.ff.de transacta.per l.si pro fundo.C. de transactio. sic in propriis terminis consuluit Alex.consil.95.viso.col.2. in 6.vol. & multa alia allegant recentiores in d.l.si pro fundo.quę missa facio, ne congeriem allegationum faciam in singulis sententiis, vnica allegatione instar iurisconsulti,contētus in l.ita vulneratus.circa finem. ff.ad legem aquil.l.si quis obrepserit.ad leg.Cornel.de fals.

*Promißio, ceßio & diuisio an sub alienatione contineātur.*

3 Promissio sub verbo,alienationis etiam continetur.l.fina. & ibi Bal. C.ad leg falci.prohibita igitur alienatione, & promissio prohibita censetur. Ad hæc cesio & vtilis dominij translatio etiam comprehenditur.Bal.in ca.1. per quos fiat inuest.Bertha.in tract.de gabellis.in 3.parte octauæ partis, quod facit pro minore prohibito alienare,& aliis hoc genus personis.Huc accedit diuisio.l.si pupillorum.ff.de reb.eorū.Barb. in rub. de reb.eccle.non alien.col.48.nu.180. dic tamen vt ibidem dicitur, & per Curtium consil.67. sapienter. nume.52.cum seq.Præterea repudiatio l. pupillorum, & ibi expresim Bald. C. de repud. hære.

*Resignare officium an poßit is qui deliquit, uel pro derelicto habere.*

4 Nec potest resignare officium in fraudem fisci,is qui deliquit,quia repudiando,& resignando alienare dicitur.Barb.consil.11.col.15.versi. capio primum.in 1.volu.Non est omittendū,quòd qui habet rem pro derelicta, prope alienat.Bart. in l.1.ff.si ex noxa.caus.agat.quando cum fraude, alioqui non. Alex. ibidem, & præsumitur fraus ex cōnexitate & proximitate actus habendi pro derelicto,& occupandi per alium,arg.l. si ventri. in fine.ff.de priuileg.cred. c. officij. de elect. vt si coniunctus vel amicus re statim derelicta occupet.ar.l.data.C.de donat.Item seruitutis constitutio, & vsusfructus sub alienationis verbo continentur.l.Meuius.§.pen.ff.de lega.2.

5 Vltimò venditio, locatio in longum tempus, datio in emphiteosim, & omnis actus per quem transfertur dominium,ca.nulli.de reb.eccle.non alienand.l.1.C.de fundo dota.non alienando, & inf.plenius dicetur.

*Alienatio quot modis capiatur.*

6 Secundò considerandum est,quòd alienatio quatuor modis in iure capitur,teste Bal.in authe. hoc ius.col. 1. C. de sacrosanct.eccl.quem sequitur Barb.consil.51.scripsit.col.13.in primo volum. Primò propriissimè,vt pote quando plenum dominium transfertur:vt in d.l.1.& ibi glo. de fundo dota. Secundò propriè, quando transfertur vtile dominium,vt in emphiteosi.in auth.de non alienan.reb.ecc.colla.8.Barb.in rub.huius tit.col. 8.nu.46.& infrà latius dicetur. Tertiò impropriè, quando alienatur vsusfructus, seu vsus, vel alia qualitas rei,vt seruitus.l.iubemus.§.fi.C.de sacrosanct.eccle.

*Res obligata pignori an alienata dicatur.*

7 Quartò impropriissimè & abusiuè, vt pote quando res pignori obligatur.l.in quorum.ff. de pigno.& ibi Bar.& in l.qui habebat.in princip.ff. de lega.3.& hoc quando non est spes quòd redimatur:quia tanti est obligata,quanti est. Alexan. consil.169.inspecto.in fin.vol.6.Barba.in rub.huius titu.col.12.nume.71.& seq.dico fusius in d. l. alienationis.ff.de verb.signific. quod facit ad statuta & consuetudines prohibentes alienationē,vt propriè debeant intelligi,& maximè quando sunt pœnalia vel odiosa. glo. & docto. l. prima. C.de iu.emph. Deci.consil.645.præsupposita.col.2.nisi sit eadem ratio in alienatione impropria,quæ est in propria.l.fin.C.ad le. Falcid. Ego verò breuius perstringendo dicerem, alienationem propriè accipi,& impropriè. Propriè, quando transfertur dominium directum,vel vtile,per iura suprà adducta.(& per glo.in summa.12.q.2.) impropriè verò,quando, dominium rei non est translatum.l.alienatum.ff.de verbo. signi. sed aliquo ius tantùm, vt vsusfructus: vel quando res pignori obligatur.& sic de similibus: & per hæc paruo negotio poterit quis intelligere quod sequitur. & quomodo in rescriptis debeat accipi verbum,alienatum,tradit Ludo. Roma. in sing. 600.tu scis quod &c.

*Causæ ex quibus res ecclesiæ alienantur.*

9 Notandum est, quòd in alienatione rei ecclesiasticæ hæ solennitates interuenire debent. Primò, debet adesse causa, antequam res ecclesiæ alienetur,videlicet necessitatis,vt c.sicut.12.q. 2. & quandoque eius appellatione venit omnis causa.c. non habenti.ibidem, & ibi Præpos. hoc nuncupatim exprimit. Altera causa est videlicet vtilitatis.cap. tua. de his quæ fiunt à præla. & in

c.sine

c.sine exceptione.12.q.2.ibi, meliora prospiciat. Vel magnæ incommoditatis. quia res, quæ est alienanda, ecclesiæ est magis damnosa, quàm vtilis.c.non liceat papæ.& dicto c.fine.in §.fin. Vel causa pietatis, vt pro redemptione captiuorum. l.sancimus.C.de sacrosanct.eccle. Et de his causis, vel earum altera, debet constare per publicum instrumentum, alioqui non credetur etiam papæ dicenti fecisse ex illa causa, quando donat consanguineis.Præpos.in d.c.non liceat papæ. 12. q. 2.multominus credetur episcopo, abbati, vel aliis alioqui episcopus vel alius indigens pecuniis posse rem ecclesiæ alienare, & attestari eam alienationem cedere in ecclesiæ vtilitatem.

*Quando papa possit cōcedere ut testetur de bonis ecclesiæ.*

10 Imo non potest papa indulgere alicui sine causa, vt testetur de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, tum quòd non possit ipse res ecclesiæ sine causa alienare. dicto cap. non liceat: tum etiam quia dominium rerum ecclesiæ est penes Christum.cap.cum ex eo.de elect.in 7.cap.expedit. c. qui abstulerit.12.q.2.sic expressè concludit Pano. in repet.cap.cum esses.q. 5. de testa. Imo si in instrumento alienationis narretur, quòd ex causa necessitatis fuit facta alienatio, eidem non creditur:quia non fit pro hoc actu, sed pro alienatione.tex.sing.& ibi Domi. & Philip.in cap.1. de rebus eccles.non alien. in 6. sic & non præsumitur facta causa vtilitatis, vel necessitatis. Guido papæ quæst.151.quarta. & Socy. consil.52. viso instrumento.col.1.volum.4. Secus in consensu capituli, qui præsumitur vt interuenerit, quando tunc potuit interuenisse.vt plenè scribit Felyn. in cap. sicut.col.12.vers.extrinseca solennitas. de re iudi. & is, cui est alienata, oportet quòd doceat vtilitatem ecclesiæ, vel aliam causam interuenisse, quia contra se habet præsumptionem contrariam. argumen. eorum quæ not.docto. in l. manifeste. ff. de iureiurando. & Bartol. in l.si forte. de castrensi peculio. & in l.si donatione. C. de colla.

*Tractatus quomodo debeat interuenire.*

11 Secundò requiritur tractatus capituli. nam capitulum debet congregari ad sonum campanæ, vel aliàs, vt moris est, {glo. in cap.si capitulo. de concessio.præben.in 6.} & cùm omnes simul conuenerint, debet prior vel antiquior proponere.l.2.C.de decurion.& petere suffragium à quolibet super hac re alienanda, vel non, vel super qua.posset enim esse quòd iusta causa subest, tamen non expedit quamlibet alienare rem.l. magis puto.§.imprimis.ff. de reb.eorum.Feder.consil.142.domini.col.2.

*De tractatu & inquisitione debet constare, & an ei credatur.*

12 Et de hoc tractatu & inquisitione debet constare per instrumentum ad hoc specialiter tendens. Nec probaret instrumentum alienationis, si diceret, habito colloquio & tractatu canonici vendiderunt talem domum, & cæte. quia non est ad hoc factum.Alex.consil.17. viso. col. 2.volum.4.Federi. consil.143. concessio. in fine. Paul. consil. 74.in facto. in prima parte. col. 2. Idem si diceret, habito tractatu, vel consensu episcopi, vt patet per instrumentum scriptum per talem notarium. quia tunc oportet aliud relatum instrumentum exhibere.authen. si quis. C.de eden.sic consuluit Barb.consil.40.preclare. col.4. vol.1.Et hic tractatus debet fieri in capitulo.cap. tertio loco. de probat. ita tenet expressè Guid.papæ in quibusdam suis allegationibus, in fine suorum tractatuum.

13 Et sic debet instrumentum super alienatione dictari, secundum Specu. in tit. de locato. R. D.episcopus Magalonensis, congregatis eiusdem ecclesiæ ad sonum campanæ in capitulo, vt moris est, canonicis talibus N. & N. &c. proposuit, quòd occasione decimæ papalis persoluendę, ecclesia erat mole debitorum oppressa, quare expediebat habere pecuniam vsque ad talem summam, ad soluendum dictam decimam: ideo vt deliberarent vnde dicta summa haberi posit, petiit.igitur fratres, seu canonici super hoc solenniter tractarunt, & diligenter deliberarunt, ac demum communi consensu confirmauerunt, quòd talis domus in tali loco sita vendatur, & alienetur: & pretium seu pecunia dictę domus conuertatur in dictam causam vel negotium, credentes hoc pro dicta causa ipsi ecclesiæ vtilius expedire. Alia vide in verbo, tractatu.in cap. fine.infrà eo.

*Audire testes super alienatione an episcopus debeat.*

14 Non requiritur tamen quòd episcopus audiat testes, & iudicialiter procedat: quia iure ad hoc non astringitur, teste Panor.in consil.41.saluatoris.col.2.in 1.vol.allegat glo.& Inno. in cap. 1.eo.titu.in 6.imo potest prælatus alteri committere, vt faciat tractatum cum capitulo. De rota, in rub.de loca.decisi. 4. & infrà plenius dicetur: quia non est actus personalis. In vnione tamen non debet interuenire tractatus, sed tantùm capituli consensus, cùm hoc non sit in iure expressum, licet quædam dicatur alienatio. clement. fina. de reb. ecclesiastic.non alie. de Rota.decis. 166. nota quòd vbi.in antiq.vbi nouum dedi intellectum.

*Consensus capituli requiritur.*

15 Tertiò requiritur consensus capituli, vel clericorum ibidem seruientium, vt hîc, & d.§.hoc ius.qui debet in ipso actu præstari, & non ex interuallo. Anto.in cap.cum vos.de his quę fiunt à præla. nam quādo lege cauetur quòd actus non possit geri sine consensu talis personæ, vel capituli, tunc consensus requiritur per modum solennitatis, & sic pro forma:aliàs actus erit nullus, nisi in ipso actu interueniat.Bar.in l. Gallus. in prin. ff.de liber.& posthu.Imol.in dicto cap.cum vos. vbi dicit, quòd quando exigitur consensus tertij, pro solennitate actus, & non in fauorem illius, vel contrahentium, tunc actus non potest ratificari per subsequentem consensum, nisi contrarium in iure reperiatur. & sic intelligitur cap. cura.de iu.patro.& dicto cap.cum vos. Prius tamen requiritur tractatus quàm consensus: vt probat tex.in dicto cap.fine.sumendo argumentum ab ordine literæ, quod est validum. cap. mandato. de præbend.in 6. & sic consuluit Feder. consil. 142. Domino Ioanni. Fallit quando papa alienationi authoritatem interponeret suam, nam tunc non requiritur consensus prælati inferioris, nec capituli. glo. & docto.in cap.potuit. de locato. sic consuluit Dec. consil. 142.& pro tenui. Solet tamen committere alicui existenti in partibus, vt videat, an expediat illam rem alie

rem alienari, & ad relationem illius authoritatem interponere, alià. etiam alienatio ex authoritate Papæ irritaretur, quia iure non facta, vt not. in d.c. non liceat Papæ. 12. q. 2.

*Nomina singulorum in instrumento exprimi debent.*

16 Quartò in tali actu faciendo, & sic in instrumento alienationis, requiritur quòd exprimãtur nomina singulorum: nec valeret instrumentum, si diceretur, capitulum ecclesię nostræ dominæ Parisien. vel capitulum sancti Petri Montispessu. & ita expressè in alienatione rerum ecclesiæ, & ciuitatis tenet Barto. in l. prima. ff. de albo scribendo per l. fina. ibi, sigillatim vnumquenque. C. de venden. reb. ciuita. libr. 11. & in alienatione ecclesiæ in propriis terminis tenuit Ioan. And. & Imol. in cap. quanto. de his quæ fiunt à præl. sic consuluit Barb. consil. 12. difficile. col. vltim. in 2. volum. quia posset fieri fraus. nam alienatio duobus præsentibus fieret, & postea diceretur, capitulum ecclesię Montispessulani. Speculat. in titu. de syndico. hoc dicit, idem in syndici constitutione, vt dixi in arbo. exceptio. in verb. ratione syndici. in litera, o. in declaratio. vbi limitaui, quando essent in vniuersitate tot, quot in pelle pergameni non possent describi. tunc in syndici constitutione sufficiet dicere vniuersitas. vtor verbis Ioan. Fabr. in §. fi. de curato. in instit. quem sequitur Alex. consil. primo, in 4. volu. sed non in hac rerum ecclesiæ alienatione, causa fraudis vitandæ, vt dixi.

*Subscriptio in alienationibus an sit necessaria.*

17 Quintò, requiritur subscriptio canonicorũ, vt hîc. vide alios casus in quibus requiritur subscriptio, per glo. in verb. subscriptione. rub. de authorita. fac. conc. in pragmat. de consuetu. tamen non subscribunt canonici, vel monachi, sed omnibus præsentibus scribit sécretarius, vel notarius in instrumẽtis alienationum & aliis: & ista dicitur quędam subscriptio. Socy. consil. 15. visis. col. 14. in primo vol.

*Arestum.*

18 Imo etiam non valet alienatio cum subscriptione, nec locatio ante tempus finitum. vnde anno 1539. die 4. Decembris in magna camera, me audiente, fuit annullata emphiteosis concessio, facta à capitulo sancti Germani Altisiodoren. Paris. eò quòd ante tempus finitum facta erat. non enim poterant scire valorem temporis futuri. nam pretia rerum tempore variantur. l. pretia. ff. ad leg. Falcid. etiam quia illa concessio poterat extendi ad tempus quo non erant canonici, & sic quo non poterant: & ideo non valebat. l. quod sponsæ. C. de don. ante nupt. Panor. & alij in rub. de testa. & quia potest parari præiudicium futuris canonicis, & collegiatis: & ideo reprobatur, per tex. in §. moribus. si de feudo defun. conten. fuerit inter do. & ag. vass. quod est notandum pro collegiis & aliis corporibus, ac communitatibus. {vt non possint locare ante tempus finitum, nec aliàs concedere vt sequitur.}

*Arestum.*

19 Etiam locatio ad longum tempus fuit annullata à senatu, facta à collegio Beluacen. Paris. anno 1548. die 16. Maij & fuit factum pręceptum collegiis, capitulis & aliis corporibus, ne decætero has faciant, nec locare ante finitum locationis tempus habeant. {Facit quod scribit Card. in cle. prima. §. fin. de reb. ecclesiæ non alien. vbi dicit non valere locationem factam intra tempus alterius locationis, quia censetur in fraudem alienationis facta, quem sequitur Ias. in l. manumissiones. nu. 8. ff. de iust. & iure.}

20 Nec etiam de consuetudine seruantur solennitates traditæ in dicto §. hoc ius porrectum. videlicet quòd contractus fiat in scriptis. teste Petrus. in dicto cap. primo. eo. titu. in 6. nec ab initio scriptura est necessaria, tamen ad probandum factum contractum oportet quòd fiat. Bald. in d. authen. hoc ius. col. 4. de Rota decis. 135. notan. quòd vbi. in antiq. & in Francia solent in his alienationibus scripturam adhibere ab initio. Item nõ requiritur subhastatio, cùm de iure canonico non reperiatur cautum: & consuetudo non admisit has iuris ciuilis solennitates. cap. primo de his quæ fiunt à præla. Nec etiam de consuetudine iuramentum ordinatoris requiritur, iurantis nil esse factum in læsionem diuinę domus. Inno. in cap primo, eodem titu. vel quòd nuntius mittatur, qui referat, vt in l. magis puto. ff. de reb. eorum. seu aliæ solennitates per ius ciuile scriptæ. sed ille §. hoc ius porrectum. Ideo est in hoc decreti libro per Gratianum descriptus ad ostendendam affectionem, quam principes olim habebant circa ecclesias. glo. in dicto cap. 1. eod. titu. in 6. Guid. papæ quæst. prima 49. secunda. Valeret etiam consuetudo, per quam in alienatione bonorum ecclesiæ inferioris cathedrali, non requireretur consensus ecclesiæ cathedalis: quia de hoc inter doct. sunt opiniones teste Imol. in ca. primo, col. penult. de his quæ fiunt à maio. par. cap. refert Dec. in cap. at si clerici. numero 25. de iudi. Non valeret tamen consuetudo remittens omnem solennitatem requisitam in alienatione bonorum ecclesię, tanquam inducens grauamen ecclesiis. Panor. & alij in ca. primo per illum tex. de consuetu. & in c. nulli. de reb. eccl. non alien. Alex. consil. 5. si vera sunt. col. pen. vol. 5. Etiam illa consuetudo dicitur contra priuilegium & libertatem ecclesiasticam. Panor. & alij in ca. cum causa de re iudic. quod duodecim modis restringit. Alber. Brun. in tracta. de forma & solennita. actus. rubri. quis possit dare, & tollere formam. versic. successiuè. quas habuit à Fely. in d. c. cum causa.

*Authoritas episcopi absque causæ cognitione non præstatur.*

21 Sextò, exigitur authoritas siue licentia, seu consensus episcopi. vt hîc, & in d. §. hoc ius porrectum. & hæc authoritas non debet præstari sine causæ cognitione. Gemi. consil. 48. presbyter. col. 3. vbi concludit, quòd si non interuenerit causæ cognitio, non valebit authoritas episcopi pręstita. Imo non valeret consuetudo, quòd non interueniat authoritas prælati, vel consensus capituli. nec potest illud præscribi. glo. in cle. vltim. in verbo, consentiente. eo. titu. & dicit Bal. in dict. authen. hoc ius porrectum. coll. tertia, consuetudinem laicorum non valere: consuetudo verò ecclesiarum disponens super iure personæ, vt pote quòd prælatus irrequisito capitulo alienet, etiam non valet, cap. cum causa. de re iudic. Idem si disponat super iure, vtpote quòd pro leui causa alienari possit, l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Si verò disponat super omis

per omiſsione formæ,& tunc ſi illa omiſsio formæ poſſet eſſe damnoſa eccleſię, vt cauſę cognitio, ſiue tractatus, & non valet: ſecus ſi non ſit damnoſa eccleſiæ,vt ſubſcriptio,vel quòd canonici ſingulariter conſentiant, & ſic dum ex illa conſuetudine,eccleſię nil accreſcit,nec decreſcit, valet.c.dudum.eo.tit.in 6.

*Cuius epiſcopi authoritas requiratur.*

22 Quæro, cuius epiſcopi requiratur authoritas?Breui reſpondeo, epiſcopi illius eccleſiæ, in qua eſt is,qui alienat:non epiſcopi, vbi eſt res ſita,probatur in d.authen.hoc ius porrectum. ibi, accedente conſenſu ordinatoris,& maioris partis ibidem ſeruientium &c.& ibi.Bal.col.4.hoc not. & Inno.in c.paſtoralis.de priuil.glo.in ca. huiuſmodi.in verbo,duos.10. quæſt.2. Fely.in cap.dilectus.2.col.6.verſic.ſeptimò.de reſcript. Facit c. fin.16.quæſt.5. Contrarium tenuit glo. in cap. in venditionibus.17.quęſtio.4.videlicet conſenſum epiſcopi exigendum, in cuius epiſcopatu res eſt ſita, per l.ſi prædium.C.de prædiis minor.ſequitur Roma.conſil.250. horum bonorum, alij dicunt,& eſt tutius, quòd vtriuſque epiſcopi conſenſus interueniat,arg.l.iuriſperitos.§.1. ff. de excuſ.tuto.Collecta.in c.nulli.col. 2. de reb. eccle. non alienand.

*Specialis poteſtas in alienando requiritur.*

23 Item ad hoc vt procurator vel ſyndicus cõſtitutus ab eccleſia valeat alienare, requiruntur ſolennitates ſupradictæ:ita in terminis tenuit Soci.conſil.52.viſo inſtrumento.col.prima,in 4.volumine. quia non habent maiorem poteſtatem, quàm conſtituentes. Imo requiritur ſpecialis poteſtas in talibus bonis, & quòd talem domum poſsit alienare, nec valeret generalis, Decius conſilio 36.& pro tenui, col.tertia verſ. quarto.

24 Sunt tamen quidam caſus in quibus iſtæ ſolennitates non requiruntur ex neceſsitate.Primus quando alienatur res minimi momenti, ſeu vtilitatis, vt ſerui fugitiui,cap.fugitiui.infr. eod. Guido Papæ quæſt.156.& d.c.ſine.in fi.& ca.ſeq. c.vt ſuper.§.fi.de reb.eccle.non alie.Io.And. in c. qui tacet.de reg.iur. in 6.in Mercuria. Angel. in §.nec etiã.in fi.de aliena.& emphi.collat.9.quod intelligerem quando eſſet res mobilis, & minus pretioſa:cap.fina.eod.titu.in 6.Secus in re pretioſa,quia æquiparatur immobilibus.glo.in ca. tua. de his quę fiunt à pręl.Idem in re ſacra.c.apoſtolicos.ſuprà eodẽ,in re immobili intellige, vt dixi in verbo, quicquam. in cap.ſine exceptione.infrà eo.

25 Secundus caſus eſt quando alienantur res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. glo. in ſumma.12.q.2.& c.2.eo.titu.in 6.arg.l.lex quæ tutores.in fi.C.de admin.tut. Calder. & alij in cap. ſi quis presbyterorum. eod. tit. vt ſunt fructus,qui non poſſunt vltra triennium durare.glo. ſing. in l.vna. C.ſi aduerſ.vſucap.

*Quando dicatur alienatio ad modicum tẽpus.*

26 Tertius caſus eſt, quando alienatur res eccleſiæ ad modicum tempus,glo.& doct.in c. primo,de reb.eccleſiæ non alien.in 6.ca.ad audientiam.illo titu.text.in clemen.1.in fi.eo.tit.vbi glo. dicit modicum tempus eſſe per decennium, vel arbitrio iudicis,vide tamen bullam,infrà, in verbo, irrita. vbi vltra triennium alienatio prohibetur, & ſic modicum eſt ad triennium per illa verba.Secus in alienatione perpetua. & dicitur perpetua,ſi fiat ad vitam.clemen.prima, eo tit. d. c.ad audientiam.& dicto cap. nulli.ibidem. Domi.Geminia.in conſi.48. presbyter.col.2.gloſ.in cap.perpetuæ.10.quæſt.ſecunda.& cap.poſſeſsiones.16.quæſt.prima.cap.fin.de reſcript.in 6.& ſic requiritur ſupradicta ſolennitas. poteſt tamen dici hæc alienatio ad vitam, temporalis quoad quid, videlicet quoad temporis expreſsionem, glo.in c.primo,eo. tit.in 6. vide plenè diſputationem Laurent.poſt repet.huius c.ſine exceptione. Imo ſolennitates debere interuenire in locatione decem annorum,concludit Alexa. conſi.17.viſo inſtrumento.in 4.vol.

27 Quid ſi vendiderit fructus ad vitam,vel ad centum annos,an requiratur ſolennitas?Reſpondeo,ſi conſtituat ementi ius vſusfructus in re,dicitur alienatio, & ſic prohibita.c. non liceat papæ.12.quæſt.2.ibi,vſumfructum rura dare.& l.fi. C.de reb.eccle. non alienand. Secus ſi non conſtituat ius in re, ſed actione perſonali ad dandos fructus tanto tempore ſe obliget.l.fin. ff. de contrahen. emptio. facit l.liberto.de annuis lega.ca. veſtra. de loca. Barto. in l. codicillis.§. inſtituto. ff. de legat. 2. & quando conſtituatur ius in re, vel non, tradit Bartolus in l. fundi. ff. de vſufruct.lega.

28 Quartus caſus eſt,quando alienatur res eccleſiæ, quam iniuſtè detinet.Ioan.And.in c.nulli.de reb.eccle.non alien. Bald. in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccle.Dubitandum tamen eſt de hoc caſu: quia eccleſia quæ eſt cultrix & auctrix iuſtitiæ.cap. vno. de alienat.feud. non debet alienare rem alienam, quam iniuſtè detinet,ſed domino eam reſtituere.Ideo iſta reſtitutio poſſet fieri ſine ſolennitate. & ſic poteſt intelligi iſte caſus.facit cap.1.12.quæſtio.4.Sic videmus in marito, qui licet ex omnibus bonis acquiſitis durante matrimonio ex conſuetudine dimidiam partem acquirat vxori, & ea immobilia non poteſt alienare ſine vxore.tamen ex conquæſtibus iniuſtè acquiſitis, non lucratur vxor, vel maritus dimidiam partem:fortè ſi ex adulterio,vel aliàs ſit acquiſitum.tex.in ca.conqueſtus. & ibi Barb.col.3.de foro compe.arg. l. quod ſeruus.ff.de acqui.poſſeſ.quia inhoneſtarum rerum non contrahitur ſocietas, nec inde acquiſitum communicatur.l.ſi fratres.§.fi. cum.ll. ſeq.ff. pro ſocio.& expreſsim hoc tenuit Io.Lup.in repe.ca. per veſtras.§.65.fol.41. de dona. inter vir.& vxo. in magno vol.

*Vxor non lucratur dimidiam partem conquæſtuum iniuſtè acquiſitorum.*

29 Quintus,quando alienaret ex cauſa neceſſitatis, vt pote quia non poteſt eccleſia proprium habere,vt eſt in cordigeris,& aliis mendicantibus.qui ne tollatur mendicitas,bona immobilia eis relicta vendere coguntur, & pretium ante pedes miniſtrorum ponere, ſicut olim ante pedes apoſtolorum,in Acti.apoſt.cap.4. & ſequ. ſcribitur. & illa bona tenebuntur alienare, & ſine ſolennitate poterunt.glo. in cap.vno.in verbo,domum.de religio.domi.in 6. Ita tenet Bald. in authen.ſi qua mulier.col.4. C. de ſacroſanct. eccle.& Anto.Butr.in c.in præſentia.col.7.verſi. quintus

*Religioſi ... ne ſolenni... te alienant.*

quintus casus. de probatio. Idem si alienaret eò quòd ecclesia esset grauata per fideicommissum alienare, tunc etiam sine solennitate alienabit. ita tenet Lappus alleg. 26. disputat. &c. quem refert Felyn. in c. in præsentia. col. 20. de probat. Bald. in c. cum causa. col. fin. de re iudic. refert hoc pro singulari Hippol. singul. 132. in alienatione.

*Res nondum acquisita an posit sine solennitate acquiri.*

30 Sextus est, quando alienatur res quæ præscribitur, sed nondum acquisita est ecclesiæ: vt sunt res legatæ, nondum traditæ, quas prælatus sine solennitate repudiat: vt c. fin. de præscri. & ibi plenè doct. consuluit Feder. consil. 24. casus. per l. si sponsus. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxo. Ioan. And. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat. Lappus d. allegat 26. per l. qui autem. ff. quæ in frau. credi. quia ante acceptationem res non censetur ecclesiæ. l. si quis ita. ff. de condit. instit. sicut dixi in glo. vacare. in §. præfatíque ordinarij. de collat. in concord. de legato, qui in acquirendis potest nominatis præiudicare, dispensando regulæ de 20. diebus, sed quòd res legata acquirenda non possit sine solennitate alienari, nec repudiari, tenet Anchar. in clement. 1. eod. tit. per text. in l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eo. & per l. fin. C. de sacrosanct. ecclef. vbi in ecclesiam transfertur dominium sine traditione: & per alias rationes, de quibus ibi per eundem, & Petr. in c. cum cõtingit. de senten. commun. Oldrad. consi. 9. Socin. in tracta. fallen. reg. 110. ecclesiæ res. Et ista opinio potest intelligi, videlicet, quòd prælatus nõ possit repudiare sine consensu capituli, nec capitulum sine prælati authoritate. Prima verò opinio potest intelligi, quòd non debet interuenire authoritas Archiepiscopi, vel alia superioris extra proximè dictam. Præpos. in fi. c. sine exceptione. 12. q. 2.

*Prælatus nõ acquirẽs ecclesiæ ad interesse tenetur.*

31 Prælatus tamẽ qui potuit quærere ecclesię, & non quæsiuit, tenetur ad interesse. text. & ibi glo. in c. quicunque. infrà eo. q. 4. sicut in tutore dicitur respectu pupilli. l. quicquid. C. arbi. tutelæ. Peruf. in c. primo, eo. tit. in 6. Dicens idem in alio beneficiato, cùm sit eadem ratio.

32 Septimus casus est, quando consuetudo aliud disponeret, derogando solennitatibus, c. cæterum. de donat. glo. in c. abbatibus. 12. q. 2. dixi suprà, super quibus solennitatibus possit cõsuetudo disponere, & super quibus non. { Et dicunt quidam non requiri solennitatem in consuetis alienari.}

33 Octauus casus est, quãdo bona feudalia, vel emphiteotica reuerterentur ad ecclesiam, & essent cõsueta infeudari, vel in emphiteosim dari: tunc si nõ cesset prima causa, poterũt iterum concedi in feudum, iuxta consuetum modum, vel in emphiteosim sine solennitate, c. vt super. & ibi plenè doct. eo. tit. Francis. Curt. in tract. de feud. in 2. parte, q. 1. & seq.

*Alienatio ad vtilitatẽ eccl. an exigat solennitatem.*

34 Nonus casus est, quãdo alienatio est facta in vtilitatem ecclesiæ, tunc etiam si non interuenerit solennitas canonica, valebit argum. pupilli ad ecclesiam: vbi liberatio facta pupillo sine authoritate tutoris, valet. glos. singul. in l. 2. ff. de acceptila. facit l. non eo minus. C. de procurator. vbi sententia lata ad vtilitatem minoris valet, sic & alienatio ecclesiæ sine solennitate. & ita in propriis terminis tenet Bald. in l. contra iuris. in princ. ff. de pactis. & l. cum hi. §. eam. 1. de transactio. & l. quicunque. C. de bonis quæ liber. vbi dicit quòd valet authoritas superioris, etiam data ex interuallo, quando illa alienatio tenderet ad vtilitatem ecclesiæ. & sequitur Corset. in singul. incipiente, pupillus. late consuluit Barba. consil. 61. à Ioue. in 3. volum. Nam vbi in aliquo actu debet interuenire aliqua solennitas, habito respectu ad certũ finem: tunc obtẽto fine effectu, per quem introducitur solennitas, licet non interuenerit, tamen actus valebit. & sufficit quòd solennitas postea interueniat, c. si qua de rebus. 12. q. 2. & c. cum vos. de his quæ fiunt à præla. quia iura nolunt nisi effectum ad finem, l. 1. §. inde. ff. de operis noui nunt. Corset. in addit. in d. verbo pupillus.

35 Idem si in cõmune vtile esset, per l. si quis. §. vtrum. ff. de senatuscons. Silla. vnde cum Aureliani ciuitatem munire, & vt fortiorẽ reddere contra inimicos vellent, locum religiosorũ sanctæ Huuertę sine solennitate acceperunt, & fuit in Senatu dictum, anno 1539. ciuitatem compellẽdam ad dandum alium locum his religiosis accommodum. & hoc est introductum, ne dum expectaretur solẽnitas, periret ciuitas: ideo bonum est in tempore occurrere. l. 1. C. quando liceat sine iudice se vindic. Et duodecim casus, in quibus cõsuetudo tollens solennitates super his alienationibus, valet, tradit Fely. in c. cũ causa. col. 4. & seq. de re iudic. Ex his habetis casus, in quibus non requiritur solennitas, quos perpetuò notetis. { Anno tamen 1547. in mẽse Februa. relat. D. de Hotem. censuit Senatus alienationem factam ab vno priore etiam rei inutilis non valere, propter defectũ solennitatis omissæ: quamuis ecclesia læsa non esset, & elapsi essent 36. anni.} *Arestum.*

*Præscribi res an sine solennitate posit.*

36 Quæro, an possit emptor sine solennitate pręscribere? Videtur quòd non, quia quod non valet ab initio, postea non conualescit tractu temporis. reg. non firmatur. de reg. iur. in 6. Cõtrarium est verum: sed intelligendum est, quòd non potest præscribere durante eo, qui malè alienauit, sed eo mortuo incipit præscriptio. c. si sacerdotes. & c. præcedenti. §. item si de rebus. & c. placuit. 2. §. hæc. de præscript. 16. q. 3. Panor. in c. cum non liceat. de præscript. Guido Pap. in quæstio. Delphina. quæst. 50. incipiente, tertia. { Idem fuit iudicatum in Senatu, anno 1533. in fine Maij, pro abbatissa & conuentu du Val de grace, cõtra Chuquet.} tamen si postea ecclesia data fuerit in cõmendam, nõ minus incipit currere præscript. Guido vbi suprà. q. 152. cuius est initium, quinta. & quantum tempus requiratur, tradit Guido, q. 161. alterius, quod quadraginta anni. per c. de quarta. de præscript. & an ecclesia possit restitui aduersus illam præscriptionem, tradit Guido Pap. vbi suprà. quæst. 594. res ecclesię. Socin. consil. 29. viso. col. 6. & seq. in 1. vol. quòd sic, per tex. & ibi tradunt doctor. in cap. 1. *Arestum.*

de in integr.restit.in 6. Item poterit præscribi,si bona fide cōsensus & authoritas vnius episcopi interuenerit:& requirebatur authoritas alterius,vt notatur in d.cap. si quis presbyterorum. dummodo solennitates suprà positæ interuenerint.glo.in c.apostolicæ.de donat Soc.consi.15. visis. in fi.vol.1. quia talis error iniustus pro titulo habetur.l.Celsus.ff.de vsucap. & si res fuerit malè alienata, poterit cum fructibus vendicari c.non liceat.12.q.2.

*Solennitas nō præsumitur interuenisse.*

37 Quæro an hæc solennitas præsumatur interuenisse? Bart.& alij in l.sciendum. ff.de verb. oblig.tenent quòd non.quia solennitas extrinseca, vt authoritas tutoris in alienatione rei minoris,vel tractatus capituli & consensus solennis, & aliæ solennitates ecclesiasticæ non præsumuntur,nisi probentur. Alexan.consil.17.viso instrumento.col.3.in 4.vol.fallit ex longinquitate temporis, quia tunc omnia præsumuntur solenniter acta. Socin.consil.15.visis. col.14. in 1.vol.per l.si filiusfam.C.de petitio.hæred. & ibidem multa addidi.Dec.consil.341.viso,nu.13. Si tamen in instrumēto diceretur solennitatem seruatam, is qui dicit non seruatam,vel causam non fuisse veram,probare debet. Panor.consil. 41.col.3.vol.1.

*Creditor quādo teneatur probare in ecclesiæ vtilitatem versum.*

38 Quæro, quando creditor teneatur probare in ecclesiæ vtilitatem conuersum? Respond. in tribus casibus. Primus est, in mutuo facto ecclesiæ:quod non potest repeti,nisi is qui mutuauit,probet versum in ecclesiæ vtilitatem.per text. in cap.quod quibusdam.de fideiussor. vbi Barb.plenè distinguit,tu illum videto. Nec sufficeret confessio prælati. Cardin.consil.110:quidam prælatus.in fine.Socin.consil.52.viso.col.1. in 3.volum.& consil.92.viso.ibidem.Nec potest haberi fides de pretio, nec etiam sufficeret confessio super pretio, nisi appareret solutum, vel in causam expositū,propter quam venditio fuit permissa.Hoc expresśim tradit Panor.consi.41. saluatoris. col.2.in 1.volum. Si tamen prælatus vel alius rector ecclesiæ non conuerterit in vtilitatem ecclesiæ, tenebitur creditori de suo satisfacere. Innocen.& Cardin. in c.præsentium. de pignor.

39 Secundus casus est,in quo necesse est probare versum in ecclesiæ vtilitatem. in deposito c.1.de deposito.& ibi ratio nobis per manus traditur turmatim per doct.

40 Tertius,quando res ecclesiæ venditur pro debito, tunc oportet probare pecuniam conuersam in solutionem debiti, vt in d.§. hoc ius. vnde in casu sequenti non requiritur, vtpote si mercator cōueniat monasterium, dicēs se vendidisse pannū abbati pro vestiendis monachis, quanuis abbas non conuerterit, in hoc tamen monasterium tenetur pro debito. & si debitor soluat rectori ecclesiæ censum, vel aliam rem debitam,est liberatus: licet rector non conuertat in ecclesiæ vtilitatem.Panor.& Imol. in d.c. grauis.de depo.Dec.cōsil.36.& pro tenui. col.2. quod est notandum.

41 Confessio prælati cum toto capitulo tunc sufficit, quando sunt coniecturæ, vt si non appareat quòd monachi aliunde habuerunt frumentum,vel abbas,ad alendum eos,vel pānum ad induendum:nam non præsumitur quòd vixerint vento, vt lupus.l.fi.cum glos.de alimen. pupil. præstan. licet aliunde habere potuissent, hoc tamen non præsumitur.l.si ventri.§.fina.ff. de priuil.credi.Bald.in d.authen.hoc ius.col.4. & sequen.aliàs secus,vt ibi dicit glos. Communis tamen sententia est in contrarium,quæ hodie seruatur,teste Soc.consil.15.visis. col.7. in 1. volu. videlicet, quòd non sufficiat probare per coniecturas,puta quòd tempore contracti mutui ecclesia indigebat:sed verè probari debet, vt in supradictis tribus casibus consuluit Calder. consil.7.qualiter.rub.de probat.

42 Et quando solennitates non sunt seruatæ,an in foro conscientiæ sit tutus qui emit sine solennitate? quòd non tenet Prouincia.omnium ecclesia. fol.35. cùm non sint domini rerum emptarum sine solennitate,& sic detinendo contra voluntatem superioris,cōtinuò sunt in peccato,per not.in c.1.de constitut. glos.in c. fin. illo tit.in 6.Panorm.& alij in c.1.in fi. de in integr.restit.

*Retinēs sine solēnitate,non est in conscientia tutus.*

43 Et vt fusius materiam hanc pertractem, c. vtilissimum ac frequētissimum, sine exceptione.12.quæst.2. vobis auditoribus meis, hoc anno 1535. in hoc celebri decretorum studio explicandum esse duxi, optimum factu ratus, si primò textus verba transcribam, deinde diuidam,postea casum fingam, cum rationibus dubitandi & decidendi. Vltimò verba textus sigillatim declarabo, adaptando materiam verbis conuenientem:& his peractis,hæc materia alienationum rerum ecclesiasticarū breui quodam cōpendio erit vobis perquam familiaris, quod summopere opto:cùm sit in forensi iudicio frequentissima. Suprascriptio c. sine exceptione. hæc verba habet:

*Item Epistola Leonis Papæ,vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis.*

44 Ex hac suprascriptione notandum est, quòd epistola seu literæ missæ per Papam seu Principem,qui legis condendæ potestatem habet,pro iure debent seruari.pro hoc est tex.in l. item veniunt.§.cæterum.ff.de petitio. hæred. l.1. de constitut.princip.& §. sed & quod principi placuit.institut.de iure natura.ibi,quodcunque ergo Imperator per epistolam constituit.&c. Alexand.consil.97.in 3.volum. Barb.consil.21. præclarè.in 2.volum.& hoc quando sunt redactæ ad ius commune, vt hic, aliàs faciunt tantùm ius singulare. Paul.in d.l.1. ff. de constitut. princip.plenè tradit Barba.in cap.1.notab. 2. de probatio.ibi licet videre. & Ias.consil. 148. viso processu.col.1.in 4.vol.& Doct. in l.admonendi.de iureiur.& in l.bonæ fidei.C.illo tit. quando epistola probet.

*Epistola principis quando pro iure habeatur.*

45 Hic textus quinque habet partes: in prima ponit regulā in Episcopo:in secunda,exceptionē:in tertia,instruit Episcopos, qualiter vti debeant rebus ecclesiæ: quarta,irritat alienationem non seruatis solennitatibus hic scriptis. in

quinta tradit quid in rectoribus ecclesiarum. secunda ibi, nisi fortè tertia ibi, episcopus rebus. quarta ibi, irrita enim. quinta ibi, item domos. Summarium Archid. & aliorum non complectitur totius textus materiam: ideo ego sic summo: Episcopo non licet alienare rem ecclesiæ, nisi ex causa vtilitatis, & solennitate hic adhibita: quia rebus ecclesiæ tanquam commendatis vti debet, non tanquam propriis: alioqui alienatio est nulla. Idem in rectoribus ecclesiarum dicitur, nisi res plus incommodi quàm commodi afferat. hoc dicit. Casum, cum rationibus dubitationis & decisionis voce expresi: nunc prosequor verba tex. ordine literato, de quo loquitur tex. in c. in apibus. 7. q. 1.

*Clausula, sine exceptione, quid operetur.*

46 a Sine exceptione decernimus. [a] *Sine exceptione.* Ex hoc verbo, sine exceptione, iuncta glos. elucidetur, quòd quando mandatur aliquid diffiniri sine exceptione, nihilominus legitimæ exceptiones non tolluntur: pro hoc est text. expressus in c. ex parte. 2. de offic. deleg. & ibi glos. & doct. dicunt, quòd si princeps mandet aliquem condemnari, sine aliqua exceptione, vel nonobstāte aliqua exceptione, adhuc debent admitti rationabiles. tex. in c. licet, de vitanda. de elect. alia traduntur in d. c. ex parte. 2. & per Vital. de Cāba. in tract. clausularū, in clausu. nulla exceptione obstan. Hippol. in sua pract. in §. incip. vltima. & consil. 16. Bart. in l. 1. ff. quod vi aut clàm. c. in singulis. de statu monach.

47 Item si mandetur vt quis audiatur in suis exceptionibus, intelligitur in rationabilibus. & si promissum sit nullam opponere exceptionē, intelligitur de malitiosa. Spec. in tit. de obligat. & solut. §. 1. col. 3. Alex. consil. 133. super quæsiis. col. 3. in 5. vol. Dec. refert in d. c. ex parte. col. 2.

*De clausula nonobstante oppositione, appellatione, & excusatione.*

48 Item si princeps mandet nonobstante oppositione procedere, intelligitur de oppositione friuola, non de legitima. cap. episcopi. & ibi Imol. & alij, de reb. eccl. non alien. Ad hęc, si iudex potestatem habeat procedendi, nonobstāte appellatione, intelligetur de friuola. l. 1. §. fin. & ibi Bart. ff. à quib. appel. non licet. c. pastoralis. & c. vt debitus. de appel. Vital. de Camba. in tract. clausu. in clausula, appellatione remota. fol. 10. Multos trado effectus huius clausulæ in ordin. reg. Idem si nonobstante excusatione mandetur quis condemnari, quia non intelligetur exclusa legitima. c. lator. ibi, excusatione. 2. q. 7. & c. si episcopum. 16. q. 6.

49 Pręterea, prohibita interpretatione, de friuola intelligetur. Bart. in repet. l. omnes populi. col. antepenult. versic. vltimò quęritur. ff. de iust. & iure. per l. 1. in fi. & l. 2. §. hoc autem. C. de vete. iu. enucl.

50 Item si mandetur debitori vt soluat nonobstante aliqua præscriptione, tamen per hoc non tollitur præscriptio centum annorum, per text. in l. 1. C. ne rei domi. vel templo. Angel. in auth. vt de cætero non fiant commuta. rer. eccl. §. de cætero. col. 5. Imò si mandetur nulla obstante præscriptione procedi, intelligitur de pręscriptione decem vel viginti annorum: non de præscriptione triginta, vel quadraginta. tex. iuncta glos. in §. 1. de capit. Corra. Vital. fol. 13. clausula. nulla præscriptione. Nec refragatur text. in cap. si papa. de priuileg. in 6. & l. si quando. ff. de legat. 1. vbi dicitur, quòd verba debent aliquid operari, quod non esset, si sic intelligeremus. Respond. imò operantur illa verba, quia dilatoriæ exceptiones, & parum præiudiciales non admittentur: peremptoriæ sic, quia sunt valde præiudiciales. cap. cum ex officij. de præscript. glos. in l. 2. C. de precib. imper. offerend. Ioan. Andr. in d. c. ex parte. alia dico in ordinationibus regiis.

51 b ne quis Episcopus. [b] *Episcopus.* Nota quòd Episcopus non potest alienare res ecclesiæ, vt hic patet: quia sicut ecclesia mater est religionis, ita eius patrimonium conseruari debet illæsum. l. iubemus. in fi. 1. col. C. de sacrosanct. eccl. sic & propter malos prælatos prohibita est alienatio: qui fortè omnia ecclesiæ bona alienarent. Rofred. in tracta. libellor. rubri. de rebus eccles. non alienand. versicu. prohibita. Et licet iste textus prohibeat Episcopo alienare, idem erit etiam in Papa, cap. cùm non liceat Papæ. suprà eod. Et in Cardinalibus idem statuitur, in d. cap. non liceat ibi custodes. Idem in Archiepiscopo, & quocunque alio Prælato, vel clerico. Præposit. in cap. sequen. Idem in Abbate, c. Abbatibus. suprà eod. In Rectoribus ecclesiarum idem dicitur, in parte vltima huius text. Idem in collegiatis (quos bursarios dicunt) vt etiam sine solennitate hic posita, bona collegiorum alienare non possint, eadem ratione existente: nam & in œconomo idem dicitur in l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. nec etiam capitula, vt in rub. de his quæ fiunt à præla. ista probantur in c. nulli. de rebus eccles. non alien. quod omnibus prohibet alienationem rerum ecclesiasticarum. Idem not. doct. & pro his est text. in §. nos igitur. in auth. de non alien. reb. eccl. collat. 2. vbi Imperator extēdit ad bona hospitaliū, & leprosariarū, & monasteriorum, etiam mulierum, & alterius cuiuslibet loci pij. Et sic consuluit Alex. consil. 4. viso. nu. 6. in 3. vol. & Bolog. consil. 33. vt ea.

*Episcopus & quilibet alius res ecclesiæ alienare nō potest.*

52 Si verò necessaria causa fuerit, tunc alienare non poterunt sine authoritate Episcopi, d. §. hoc ius porrectum. ibi, accedente consensu ordinatoris, & cæt. 10. q. 2. & hæc authoritas aliquando vocatur cōsensus authorisabilis, vt ibidem dicitur: aliquando vocatur licentia. c. fin. de reb. eccl. non alien. in 6. ibi, consensu apostolicę sedis. c. abbatibus. suprà, eo. ibi, absque permissu, & subscriptione Episcopi. c. decætero. c. veniēs. de transact. interdum simpliciter vocatur consensus, in c. in venditionibus. §. etiam. 17. q. 4. & clem. 1. eod. tit.

Non tamen requiritur decretum sicut in rebus minorum: quia iura hoc non dicunt in rebus ecclesiarum, sed authoritas Episcopi, siue consensus requiritur loco illius decreti, c. 1. eod. titu. in 6. In instrumentis tamen ad euitandas

*Decretū, licentia, ac cōsensus, in alienatione requiratur.*

opiniones, solent notarij apponere, talis Episcopus N. dedit licentiam, authoritatem, & cõsensum super talis rei alienatione. Specul. in tit. de empt. §. nunc dicendum. versic. cæterum. Et hæc authoritas siue licentia debet actum præcedere, vel in ipso actu interuenire, vt communius seruatur. Spec. vbi suprà. cùm licentia debeat præcedere. c. licet. de regula. authoritas in ipso actu interponitur. §. tutor. instit. de authorit. tut. consensus antè & pòst. C. ad Macedon. l. fin. Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. & l. si autem. de aqua plu. arcen.

*Mulieres an bona ecclesiæ sine solennitate alienare possint.*

53 Probatur etiam hic, quòd dictio, quis, non comprehendit fœminam, propter verbum adiunctum, Episcopus, quod non conuenit mulieribus. & quando illa qualitas non conuenit mulieribus, dictio, quis, non complectitur fœminas, in cap. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alien. & dixi in l. 1. ff. de verb. signifi. tamen mulier etiam prohibetur alienare bona ecclesiæ. cap. continebatur. de his quæ fiunt à præla. sed frequentius alienant viri quàm mulieres: ideo Episcopum hic expressit glos. in cle. 1. de præscrip. nam mulieres solent potius acquirere, quàm alienare, cùm genus earum sit auarissimum. l. sed si ego. ff. ad Velleian. glo. in d. l. si stipulata. de donat. inter vir. & vxo. & si mulieres ex causa alienarent, istæ solennitates deberent seruari: vt not. in d. c. continebatur. sic consuluit Ias. consil. 116. mihi quoque. 4. vol.

*Rei appellatione quid cõtineatur.*

54 c De rebus. [c] *Rebus.* Et sic non potest alienare Episcopus res, quæ sunt in patrimonio ecclesiæ, nec eas quæ sunt extra. l. rei appellatio. ff. de verbor. signific. nec iura. l. rei. 2. illo titu. nec subditos ecclesiæ vassallos liberare potest. c. possessiones. & c. episcopi. & ibi Barb. de reb. eccl. non alien.

Idem in facto, vt si ecclesiæ factum debeatur, & facere domũ, remitti non possit, cùm rei appellatione contineatur. §. 1. in verbo, ei. instit. de oblig. dixi in l. rei. 1 ff. de verbo. signific. & quid in iuribus, tradit Collect. in c. nulli. col. 2. de reb. eccles. non alien. Item comprehenduntur nomina debitorum appellatione rei. l. licet. C. de pact. l. nam quod. §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebell. Bart. in l. Quintus. §. argento. de auro & argen. leg. Panor. in c. fin. col. 4. de præscrip. Felyn. in c. peruenit. 2. de testib. cogen. not. glo. in c. 2. eo. tit. in 6. quòd tamen ad hanc solẽnitatem sit differẽtia inter res mobiles, & immobiles, in d. §. hoc ius porrectum. dicam infrà.

*Dictio, suæ, quid denotet.*

55 d ecclesiæ suæ. [d] *Ecclesiæ suæ.* Non licet bona, in quibus ecclesia habet dominium, alienare: hoc importat genitiuus, suæ, de quo Bart. & alij, in rubr. de oper. noui nuntia. in princ. per text. in c. grandi. de supplen. negli. prælat. in 6. & ibi Corset. not. facit l. seruum Titij. ff. manda. & l. seruus communis Mæuij. de stipul. seruo. l. pupillus. in fi. de verbo. signific. vbi plenè scripsi. Aliquando verò accipiendo largè significat possessionem, siue detentionen: vt si quis habeat rem commodatam, vel depositam, potest dici res alterius. l. 1. in princ. iuncto §. ait prætor. in princ. & §. seq. ff. nautæ caupo. l. 2. in princip. & §. in hac 2. vi bono. rapto. Itẽ verbũ, suæ, importat propriè dominium, text. in l. seruos suos. ff. de leg. 3. & l. quintus, in secunda. §. argento. de auro & arg. legat. hic tamen intelligitur, etiam si non habeat dominium, sed tantummodo vsumfructum, quia eadem est ratio. Nec obstat verbum, suæ, quia intelligitur quoad administrationem & vsum cap. 2. de donatio. c. possessiones. eodem tit. de rebus eccles. non alienan. cap. si tibi absenti. de præbend. in 6. nam hæc dictio, sua, ratione rei, vel personæ impropriatur: vt si quis suis famulis det decem, non intelligitur quod sint serui, sed sui dicuntur quoad vsum. l. cum si exhibuissent. §. 1. de publica. l. medicos. ibi, ciuitatibus suis. C. de professor. & medic. lib. 10. vel si colonus dicat domum suam. glos. in l. 2. ff. de origin. iur. in princip. vel, si seruo detur, aut monacho pecunia sua. l. 4. ff. de manumiss. Petrus de Ferrar. in forma positio. acto. in verbo, item pro sua. in practica sua, hoc & pulchrè & eleganter more suo tradit D. Petr. Stella. attestationum, quas inquestas dicunt, præsidens, in interpr. l. repetitio. versic. confirmatur. ff. de condict. indeb.

*Not. de reb. cõfraternitatũ an possint uendi.*

56 Non tamen procedit in rebus fraternitatum, quia sunt omnino prophanæ, & non sunt quoad hoc priuilegiatæ, nec sunt bona ecclesiæ, vnde possunt res illarũ sicut alia bona prophana, vẽdi, sine hac solennitate. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. Perus. in d. c. 1. eo. tit. col. 2. allegat Bald. in d. authen. hoc ius. licet tales fraternitates sint licitæ. glo. in c. si qui clericorum. 11. q. 1. & piæ. Dec. consil. 72. Alex. consil. 102. super primo. in 7. vol. Domi. in c. 1. 42. distinct. Nec habet locum in rebus clericorum, quia non sunt ecclesiæ: de quibus rebus loquitur iste text. ibi, ecclesiæ suæ. intellige tam in ecclesia seculari, quàm regulari. clem. 1. de reb. eccl. non alien. & in collegiis ac aliis locis ad seruitium Dei deputatis. d. §. hoc ius porrectum. 10. quæst. 2. & suprà dixi, & idem in omni ecclesia. tenet glo. in c. si qua. suprà eod. quam sequitur Perus. in c. 1. col. 2. eo. tit.

*Oratorij & hospitalis res an solennitatem requirant.*

57 Nec etiam habet locum in oratorio, vt in rebus deputatis oratorio requirantur solennitates hic positæ. Perus. attestatur in c. 1. eod. tit. in 6. nec in hospitali priuato, in quibus non habet episcopus institutionem, nec destitutionẽ: quia non fuerũt fundata eius authoritate. c. quidam. in glo. 18. q. 2. in clem. quia in fi. de relig. domi. Bald. in d. auth. hoc ius. col. 2. secus in alio hospitali, vt scripsi suprà in verb. ne quis. vide quę dico de oratorio, in tract. de pacifi. poss. in 19. limit. nu. 286. in concord.

*Quicquam & aliquid minimũ etiã continent.*

58 e Quicquam. [e] *Quicquam.* id est aliquid, & sic per hoc verbum prohibetur alienari, tam res magna, quàm parua, nisi vt infrà dicetur: nam hæc dictio, & verbum aliqua, verificatur etiam in re minima. authent. habita. C. ne filius pro patre. vbi dixi. glos. in clem. vna. de foro compet. in verbo, aut earum aliqua. Plenè D. Tiraquel. in repetio. l. si vnquam. in verbo, omnia. nume. 5. C. de

C. de reuocand. donatio. & nume. 16. vbi dicit, quòd tantum importat dictio quicquam, quantum dictio aliquid. per glos. in extrauag. suscepti. §. fin. versic. & si quicquam. ne sede vacant. in communibus. Dec. consil. 455. num. 6. & consil. seq. num. 3.

59 Imò deponitur alienãs prædium ecclesiæ, etiam exiguum, c. quicunque. 1. in 17. quæst. 4. ibi, prædium magnum, vel exiguum, vel quicquam de iure ecclesiæ alienare tentauerit. vt infrà dicetur.

60 Nec refragatur c. terrulas, infrà eod. quia loquitur in terris exiguis, & minus vtilibus, aut longè positis, quæ possunt sine solẽnitate alienari: secus in aliis. Præpos. ibidem. & ad hoc accedit omnis penè turba doct. quæ respondet c. cęterum. hic allegato: videlicet, licere rem modicam alienare ex causa, & solennitate hic adhibita. Sed ego cum illis non cõsentio: verum nouiter sic intelligo, quòd res ecclesiæ minus vtiles non possunt etiam alienari sine consilio fratrum. cap. vt super. in fi. de reb. eccles. non alien. Nec obstat c. terrulas. infrà eod. quia intelligitur non habere locum, quando necessitas interuenerit: vtpote non potuit alienãs conuocare canonicos propter pestem longè distantes, vel ob aliam causam: tunc quando res erant exiguæ, & minus vtiles, poterunt alienari sine hac cõuocatione. probatur in c. ea enim. 10. q. 2. vbi in alienatione prædij inutilis requiritur solẽnitas ibidem requisita. fortius in re parum vtili, nisi concurrat necessitas. per d. cap. terrulas. & pro hoc facit c. placuit. & ibi Archid. 12. q. 2. & iste intellectus nouus videtur satis conueniens text. si bene inspiciatur. dic tamen vt dicitur infrà, in verbo, domos, an requirantur aliæ solennitates.

*Nouus intellectus ad c. terrulas.*

61 f Donare. f *Donare.* Donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur. l. donari. ff. de reg. iur. & postquam venditio rerum ecclesiæ prohibetur, ex qua ecclesia non in totum afficitur incommodo, quia recipit pretium, multomagis donatio rerũ ecclesiæ, quæ dicitur damnosa datio. Paul. in l. contra iuris. §. 1. ff. de pact. nam donare est perdere. l. filiusfamiliàs. ff. de donat. ideo hæc donatio rerum eccle. prohibetur hic.

*Donatio rerum ecclesiæ prohibetur. fallit ut hic.*

62 Fallit quando vellet donare benemeritis. c. si quos. suprà, eod. quia non videtur donare, sed soluere potius debitum naturę. l. aquilius. ff. de donat. l. sed & si lege. §. consuluit. de petit. hęred. c. cum in officiis. de testa. potest enim prælatus remunerare, non concedendo dominium alicuius rei, sed vsumfructum ad breue tempus. Innocen. in c. cum in officiis. de testa. Bald. in l. iubemus. col. 3. in princ. C. de sacrosanct. eccles. & hæc remuneratio, si possit, debet fieri in bonis mobilibus ecclesiæ, non autem in immobilibus. doctor. in d. l. iubemus. & c. fi. de pecul. cleric. sic consuluit Ias. consil. 116. mihi quoque. in quarto volu. & merita debent esse æquiualentia rebus donatis. c. relatum. 2. ibi, iuxta seruitij meritum. de testa. sic consuluit Dec. consil. 174. & pro tenui. col. 2. Vnde censuit Senatus Paris. anno 1528. die 26. Martij, antiquos colonos nouis præferendos, cùm tantùm offerrent, per ea quæ docet Bart. in l. 1. C. de metalla. lib. 11. & Roman. consil. 22. ac Ias. in l. fin. num. 10. C. de iure emphi. ac l. qui Romæ. §. cohæres. ff. de verbor. obligat. col. penult.

*Benemeritis res ecclesiæ donari an possint.*

*Arestum.*

63 Secundò fallit, quando donans rem ecclesiæ tantundem donaret ecclesiæ, cuius rem donat, & iuxta rei collatæ modum. c. consensus. & c. seq. & ibi declarant doct. de reb. eccles. nõ alie. c. iniustum. in fi. infrà eo. tutius est etiam in hoc casu solennitates adhibere.

64 Tertiò fallit in Papa, qui bona vnius ecclesiæ alteri ex causa concedere potest gloss. in cap. constitutus. in glo. à quocunque. de relig. domi. in c. 1. in 12. dist. Præpo. in d. c. non liceat. vbi fusius hoc elucidatur: vide ibi.

65 Quartò, non procedit quando vellet dare consanguineis pauperibus, scilicet pro victu & vestitu tantùm, cap. quisquis. suprà eo. c. non satis. 86. dist. & præter victum, & vestitum, & manifestas necessitates, nihil quicquam tribuas, ne filiorum panem canes comedant. c. si cupis. 16. quæst. 1 nec prelatus debet consanguineos suos facere procuratores, ne res ecclesiæ lędantur, & fraus fiat legi. c. Episcopus. 12. q. 1. nam consanguinei, quorum causa prælati facti sunt, exquirunt contractus gratuitos ab eis ad vitam fieri, vel contractus locationum, seu venditionum fructuum ad longissimum tempus, pretio confessato, teste Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de rebus eccles. non alienan. in rubri. vbi plus dicit, se vidi Episcopum, à quo promotores sui extorserunt gratuitum contractum ad vitam ipsorum, ascendentem ad duas partes redditum episcopatus, expressa causa seruitiorum, quæ impenderent ecclesiæ, & promittebant impendere quandiu viuerent, & instrumentum fuit super hoc solenniter formatum, & de consensu Capituli: sed malè successit dictanti, & tali consanguineo: & meritò sic debet accidere his, qui sanctam Dei domum ad talia trahunt. Hoc maximè faciunt nobiles, vt redditus domus per Episcopum augeatur. non enim verentur fructus episcopatus, & aliorum beneficiorum, miscere cum bonis patrimonialibus, quare omnia sic coniuncta corruunt: vt vulgò intueri licet.

*Bona ecclesiæ quando possint locari cõsanguineis.*

66 g Commutare. g *Commutare.* Non licet ergo permutare res vnius ecclesiæ cum rebus etiã alterius ecclesiæ, nisi seruentur dicta in hoc textu: & an in hac commutatione requiratur solennitas huius tex. ad ambas partes disputat Luc. de pen. in l. 1. col. 2. & sequen. C. de fide instrum. & iur. hastæ fis. lib. 10. Ego ipse concluderem debere per hoc verbum, & per text. in §. sed & permutare. 10. q. 2. cap. cum venerabilis. de except. Idem in transactione. videtur enim quędam commutatio. Feder. consil. 94. casus. & Barba. in rubr. de reb. eccles. non alien. col. 4. ne indirectè alienetur res, quæ directè alienari non potest, videlicet transigendo, componendo, siue compromittendo. nam si permitteretur sic alienare, quotidie

procurarentur lites moueri, vt postea super eis posset transigi: poterit tamen transigi cum solẽnitate hic adhibita, alioqui transactio erit personalis, & finietur morte transigentis, c. de cætero. & c. veniẽs. 2. de transact. c. ex multiplici. de deci. in gl. pen. Alia dicam in rub. de rer. permu.

67 Nec poterit prælatus aut alius cedere liti & causę, siue causæ tantum. & si cederet actioni competenti ad rem immobilem, requirerentur hæ solennitates. alioqui cessio non valeret. Panor. in c. 1. col. 2. deposit. & in c. cum pridem. de pactis. multa alia de cessione dixi in ordinat. regiis rub. *des cessions & transports.*

*Venditionis appellatione omnis cõtractus continetur.*

h **vel vendere.** [h] *Vendere.* Hic appellatione venditionis omnis alienatio extra cõmutationem suprà expressam cõtinetur, & aliquando omnis contractus. l. statuliberi. §. quintus. ff. de statuliber. cap. vno. de controuer. inter domi. & emptor. feud. vbi Bal. in fi. dicit, quòd si venditio prohibita sit ratione rei, tunc omnis contractus prohibetur, vt ibidem. si verò ratione personę idem, vt not. in l. 2. C. de vsucap. pro empto. secus si ratione modi & formæ, vt not. in l. 2. C. de præd. minor. lib. 10. & hoc quando est eadem ratio in aliis contractibus, sicut in venditione. Ias. in l. fin. nu. 65. C. de iur. emph. vt hic, maximè quia per alia iura est omnis prohibita alienatio, vt patet in c. nulli. de reb. ecclesi. non alien. tum etiam quia agitur de materia fauorabili ecclesiæ, & de publica vtilitate, & tunc ampliatur dispositio. text. singul. in l. hoc modo. ff. de condit. & demonst. Ita in propriis terminis tenet Anto. de Burgos, in rub. de emptio. col. vlt. vbi dicit, statutũ prohibens venditionem fauore publico, latè accipiendum, vt omnem comprehendat alienationem: plenè Fabian. de Monte, in tract. de empt. quæst. 2. refert Ant. de Burg. in d. rub. vbi plenè declarat. nam quando vna dictio potest accipi in genere, tunc si materia est fauorabilis, in genere accipietur: si odiosa, in specie. doctor. in in c. Rodulphus. de rescri. Alex. consil. 248. ponderatis. nu. 9. in 6. vol. vide tamen quæ abundè scripsi in l. alienationis. ff. de verb. sign.

68 Idem in dimembratione, vt requirantur prædictæ solennitates, quia est quædam alienatio perpetua. Perus. in c. 1. col. 1. eo. tit. & Domin. de Rota, in decis. nouis, decis. 229. in dimembratione. & decis. seq. Forma venditionis traditur per Specul. in tit. de emptio. & vend. §. nunc dicendum. versic. cæterum. &c.

*De uerbo, audeat.*

69 i **Audeat.** [i] *Audeat.* Hic prohibetur nedum factum, sed & confidentia, & omnis audacia volẽtis alienare. nam negatiuè ponitur, ne Episcopus audeat: ideo importat necessitatem, sicut dicit glosa de verbo, non potest. in regula prima, de reg. iur. in 6. Aliquãdo accipitur pro temerè prę sumere. Vergil. Hæc præmia qui me ferro ausi tentare ferũtur. Quandoque refertur ad hominem, vt non audet accedere per inimicos ad ciuitatem. ita capitur in c. statutum. §. cum verò. de rescript. in 6. clem. vna. in princ. de foro compet. De audacia quòd capiatur in malam partem, est text. in l. si quis in tãtam. C. vnde vi. l. ab his. & ibi patruus meus Iacob. Rebuff. C. de nauicula. lib. 10. & tunc dicitur arrogantia. l. vna. C. de priua. carce. Aufr. & alij in clemen. 2. de offi. ordin. in 2. not. per glo. ibi, quæ dicit aliquãdo sumi in bonum, per c. audacter. 8. quęst. 1. Alia de audacia ibidem videri possunt.

*Dictio, nisi.*

70 k **nisi** l **fortè aliquid horum faciat.** [k] *Nisi.* Hæc dictio ponit casus, in quibus possint res ecclesiæ alienari. nam quando oratio negatiua præcedit, tunc dictio, nisi, ponit. l. actione. C. de transactio. & ibi doct. dixi in §. statuimus. in 2. de coll. in concor. in gl. nisi. Si verò affirmatiua præcedat dictio, nisi, negat: vt ibidem dico. tradit plenè Ioan. Crot. in c. 1. de rescript. in 6.

*De dictione, fortè.*

71 [l] *Fortè.* Dubitatiuè quandoque, & etiã assertiuè ponitur, ca. ex parte. de celebr. missa. c. si fortè. de elect. in 6. l. mutus. & l. filiusfamil. ff. de procurat. Sub dubio, fortè, respondent sæpe periti, l. si duo. & ibi glos. ff. de recept. arbitr. Aliquando ponitur explicatiuè, l. quod si. ff. de pignor. act. Interdum abundat, l. si pupilli. §. fin. ff. de negot. gest. l. pen. in fi. si filiusfamil. fur. feci. dica. Quandoque est philosophicum temperamentum, c. 1. de supplen. neglig. prælat. in 6. Vergil. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit. & Ouid. Forsitan & narras, quàm sit tibi rustica coniux. Quando verò profertur à legislatore in materia iuris, certitudinem significat, & veritatem, c. 1. de iudi. in 6. vbi verbum, videtur, veritatem importat: quia est prolatum in materia iuris. Barb. in clem. gratiæ. col. 2. de rescript. vnde dicit Fely. valere sententiam, si iudex condemnauerit ad dandum decem aureos, quos fortè pars condemnata debet. & perinde valet, acsi non esset illa dictio, fortè, apposita, per l. cũ quo. ff. ad leg. falcid. Idem tenet Fely. in c. cum contingat. col. 2. in fi. de rescript. nec dicitur sententia dubitatiua, sed certa: quia per istam dictionem profertur decisio certa, per d. l. cum quo. Dec. in c. super literis. col. 4. in glo. nisi. de rescri. Gomes. in §. ęque. 2. not. de actio. lib. insti. tamen pro subiecta materia iudicare poteris.

Et quando istæ dictiones ponuntur in dispẽsatione, vel bullis Papæ, quomodo intelligantur, scripsi in gl. concorda. Franciæ, in verb. dispensationum. in fi. in forma mandati.

*Melius quid dicatur.*

72 m **Vt meliora.** [m] *Meliora.* Dicitur meliora facere, etiã si non sit locupletior, nec pauperior, tum quia nil factum est in ecclesiæ læsionem, quod sufficit, cap. ea enim. §. hoc ius. 10. quæstio. 2. & hoc quoad casus expressos in d. §. sed & permutare. 14. q. 2. & c. ea enim. ibidem: tum etiam quia eo ipso quòd non est pauperior, dicitur locupletior, l. in pupillo. ff. de solut. secundum glos. hic. & etiam quia comparatiuum accipitur, & elegantius quidem pro positiuo, l. benignius. ff. de legib. l. hæres. de neg. gest. l. quod Nerua. deposi. Facit quod nota. in fi. de consuetud. in 6. vbi antiquior potest optare meliorem præbendam: & dicitur melior, etiam si non sit pluris quàm dimissa,

missa,secundùm doctor.ibi.nam melior potest dici, quæ est aptior alicui, etiam si sit minoris valoris, prout sub nube tamen concludere videtur D.Guill.Aurioli,in addi.ad Guil.de mõte Laud. in c.si pluribus.de præb.in 6. quod est verum,si alienatio fuerit facta ex causa necessitatis:quia tunc sufficit quòd ex contractu alienationis ecclesia non patiatur damnum. & ita intelligitur d.§.hoc ius porrectũ.ibi, si debitum vrget.Si verò loquamur in alienatione facta ex causa vtilitatis,& tunc oportet quòd vtilitatem habeat ecclsia:alioqui non esset vtilitas, nec res melior. Ita probat text. hic,non dubium, &c.c. vt super.in fi.ibi,pro vtilioribus. & c. ad aures. ibi,ad maiorem ecclesiæ vtilitatem. de reb.eccl. non alien.vide tex.in l.eum qui.§.melior. ff.de in diem adiect.

*Quando dicatur in ecclesiæ utilitatem conuerti.*

73 Quæro,quando dicatur conuerti in ecclesiæ vtilitatem? Respon. quando conuertitur in rem ecclesiæ,& duraturam,puta in emptionem alicuius rei, seu in ædificium vel aliam rem, l.1. & 2.ff.de impens.in reb.dot.fa. c.quod quibusdam.de fideius.Item dicitur conuerti in vtilitatem ecclesiæ, etiam si ecclesia non haberet perpetuam vtilitatem,sed temporalem, vtpote pro colendis agris,colligendis fructibus,seu aliàs, l. in fundo.& l.sumptus.& l.si fundi. ff.de rei vẽd. Domi.in d.§.hoc ius.col.2. vbi dicit quòd non est vera vtilitas,nec etiam quando datur in feudum,licet retineatur homagiũ, & ob defectum homagij non præstiti,res possit cadere in commissum:quia non debet attendi aduersa fortuna.l.inter,§.sacram.ff.de verb. oblig. Bella mera consil.33.quod si. col.14.vers. quoad secundam difficultatem. Et sufficit quòd tempore contractus dicatur vtilis, licet postea efficiatur deterior:quia attenditur tempus contractus.l.si voluntate. C.de rescinden. vend. Calder. expressè consil.5.rubr.de rer.permut. per tex.in l. sed an vltro.§.1.ff.de neg.gestis.

*Prospicere quid.*

74 n Prospiciat. n *Prospiciat.* Prospicere est procul aspicere: vt not.in c.si quis presbyterorum.de reb. eccle. nõ alien.Ex quo infertur quod requiritur causæ cognitio rei,quæ debet alienari:videlicet an expediat ecclesiæ istam potius alienare, quàm aliã.arg.l.magis puto.§.imprimis.& §.si æs alienum.ff.de reb. eor. ideo est necesse non solùm circa causam alienationis tractari, & cognosci, sed etiam circa rem alienandam Fede.consi.137. per c.tua.de his quæ fi.à.præl. alioqui quare fieret tractatus?ideo non valet consensus Episcopi eidem facta relatione de necessitate vẽdendi, si non referatur vtilitas rei,secundũ eundem Feder. quia non dicitur diligens tractatus, qui in hac alienatione requiritur, vt suprà dictum extitit. Item non dicitur meliora prospicere, qui vendit res ecclesiæ vtiliores,ergo non conuenit huic text. vide Gemi. consil.48.presbyter. col. 3.ideo res mediocres debet vendere. §. hoc ius. 10.quæst.2.

*Instrumento nõ creditur, quòd sit utilitatis causa factum.*

75 Nec creditur instrumento quòd sit factum causa vtilitatis,nisi probetur.c.non liceat Papæ. suprà eo. vbi Præpo. col.2.dicit non stari dictis Papæ,dicentis se alienasse ex causa suis consanguineis:nec etiã præsumitur vtilitatis causa factum,nisi probetur, text.in c.1.& ibi glo.eo. tit. in 6.sic cõcludit Guid.Pa.in decis. Delph.q.151. quarta. Aegid.Bellame.consil.33.quod si. col.14. etiam si partes confiteantur esse vtile ecclesiæ. Barba.consil.40.præclare.col.5.vol.1.quia pateret via fraudibus, & renuntiarent partes per indirectum:quod directo facere non possunt: & eadem facilitate,qua actum conficiunt,confiterentur. nec etiam cõfessio prælati nocere potest ecclesiæ,vt concludit glos.in l.certum.§. sed an ipsos.ff.de confess. & Calder. consil.5. an confessioni.in illo tit.& tunc ecclesia vendens non soluet laudimium.teste Petr. Iacob. in rubri. de success.vers.itẽ vij. potest alienare.in pract sua.

76 o Et cum totius o *Et cum totius.* Sufficit tamen quòd duæ partes intersint, & quòd maior pars consentiat alienationi,per tex.in l.nominationum. C.de decur.lib.10.l.plane.& l.nulli. ff. quod cuiusque vniuersi.nomi. & l.3.de decret. ab ordi. faciend.c.1.de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Sed hic dicit totius, quantum ad tractatum:sed requiritur maior pars quãtum ad consensum. Præpos. hic, nisi minor pars velit causam rationabilẽ in contrariũ allegare,quia tunc negotium differri debet, quousque cognoscatur.arg.c.illud.23.dist.in electione tamen sufficit præsentia maioris partis,dum tamẽ omnes sint vocati.gl.in c.cum nobis.c.bonæ.& c.quia propter.de elect.quia mora in talibus est periculosa.c.quàm sit.de elect.in 6.quanuis contrarium teneat glo.in c.quanto.63.distinct. *Maior pars an in alienatione sufficiat.*

77 Quæro,an sint vocandi monachi,vel canonici absentes?Respondeo non,quia speciale est vt in electionibus, receptionibus,vocẽtur,& in casu decretalis præsentium. in glos.ipsorum. de testi. in 6.ergo in cõtrarium est ius cõmune. arg.l.ius singulare.ff.de legib.glos. in c.cum in ecclesiis.de præb.in 6.glos. in c. cum inter vniuersa.in verbo,remoti.de elect.& in c.si.de maior.& obed.per tex.in c.ea enim.§.hocius.10.q. 2.Guid.Pa.in decis. Delphin.q.160.alia. Oldra. consil.259.impugnatur.in fi. & quia in d.§. hoc ius dicitur seruientium : ergo non seruientes non vocabuntur,& sic absentes non debent vocari,quia non seruiunt.glo.in c.quãuis.in verb. euocandi.de offi.ordin.in 6. Nec sunt vocandi monachi, qui resident in suis beneficiis, vel canonici, si non deseruiãt illi ecclesiæ,cuius bona alienãtur.tex.in d.§.hoc ius porrectum.in verb. seruientiũ.videtur sub nube tenere glo.& doct. in d.c.cum inter vniuersas.& Ioan.And. in d.c. quanuis.de præb.in 6.quod intelligerem quando longe distarent,vt suprà dictum extitit. *Absentes an sint uocãdi, & quando.*

78 Quæro,quis probabit saniorẽ partem interfuisse,vel duas partes præsentes,vel non?Respondeo,is qui,opponit non interfuisse, quia stabitur instrumento, donec cõtrarium probetur.l.cum precibus.C.de prob.Item omnia præsumuntur solenniter acta.l.sciendum.ff.de verb. obligat.& debet opponi, quòd non fuit seruata forma.Lauren.hic,q.24. non valeret tamẽ,si di- *Solennitatẽ quis probare debet.*

ceret opponens tales canonicos non interfuisse, quia sua non interest contemptum prosequi, sicut dicitur de instrumēto syndicatus. per Specul. in tit. de syndico. & sicut clerici nō possunt alienare res ecclesiæ sine episcopi consensu, ne fraus committatur; ita non poterit Episcopus hoc sine eis facere, vt not. dicit Ant. Butr. in c. 1. de reb. eccles. non alien. sic consuluit Barb. consil. 60. præclarè. col. 3. in vol. 4. per cap. alienationes. 16. quæst. 2.

*Quādo non sunt canonici uel monachi, superior supplet.*

70 p cleri [p] *Cleri.* Pro Capitulo ponitur, glos. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præl. & intellige secūdum Panor. & alios ibi de capitulo illius ecclesiæ, cuius est res. Si tamen abbas monachis careat, vel episcopus canonicis, fiet alienatio cum consensu superioris, videlicet archiepiscopi, vel legati, seu alterius. glo. not. in c. si qua, de rebus. suprà eo. probatur in clem. 1. de reb. eccl. non alien.

80 Nam vbi requiritur consensus mariti, vel tutoris, eis absentibus, iudicis authoritas sufficit. l. bonorum. C. qui admitti. sic consuluit Roman. consil. 36. visa disceptatione. Vel requiritur consensus clericorum honestorum ibidem seruientium. Archidiac. in cap. placuit. 2. suprà eod. & d. §. hoc ius. Præpos. hic, col. penul. Innoc. & Anton. in cap. 1. de his quæ fiunt à prælat. Perus. in d. c. 1. eo. tit. in 6. col. 6. vide Dec. consil. 42. & pro tenui. Sunt tamen quidam prælati, qui expellunt nolentes consentire alienationi: & bona ecclesiæ, quæ non acquisierunt, vi vendunt, in perniciem suarum animarum. An appellatione populi veniat clerus, latè tradit Dec. in c. 1. de præbend.

81 q tractatu. [q] *Tractatu.* Tractatus dicitur principium, ad quod is qui incipit tractatum, dicitur incepisse negotium. Bal. in c. in causis. col. 2. de elect. Sufficit ergo vnus, dū tamen sit solennis & diligens, cùm iste tex. loquatur in singulari, & c. 1. de reb. eccle. non alien. in 6. & c. tua. de his quæ fi. à præl. vbi dicit Panor. doct. sic communiter tenere.

*Vnus tractatus sufficit.*

82 Fallit in monachis S. Benedicti, qui tractatus duorum dierum ad minus facere debēt: vt patet in constitutio. Benedictinis, cap. 9. rubr. de mutuis ac venditionibus syluarum, & concessionibus iurium. refert Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de loca. §. sequitur. versic. & nota. & de quolibet tractatu debet fieri instrumentum, vt ibidem dicitur, & per Socynum consil. 22. viso. col. 5. vol. 1.

83 Secundò fallit, quando consuetudo esset, quòd deberēt plures tractatus fieri: quia illa erit seruanda. Bal. in d. auth. hoc ius. & Perus. in d. c. 1. col. 2. argu. c. cæterum. de donat. Et nota quòd nunquam requiritur tractatus, nisi in casibus à iure expressis. glo. in d. c. 1. eo. tit. in 6. & c. quanuis. de offic. ordina. ibidem. { Tamen sapientes prius meditantur sua negotia, & tractāt antequam ea expediant. }

*Tractatus qualiter fieri debeat.*

84 Quæro, qualis esse debet iste tractatus? Respond. omnes canonici vel monachi debent vocari expressè ad sonum campanæ, vel aliàs, iuxta morem ipsorum, ad tractandum & deliberandum super venditione, vel locatione perpetua, seu alia alienatione. Quibus congregatis, prælatis, abbas, seu prior proponet causam, videlicet, debitum vrgere, vel aliam interesse necessitatem, seu vtilitatem: super qua licet canonicis, seu monachis sic congregatis, Tractabitis, seu deliberabitis an, & quid alienare expediat. Et quilibet dicet suum suffragium. Et postea, si conuenerint in vnam sententiam, fiet instrumentum huius deliberationis, & tractatus, videlicet, quòd tales canonici sancti Petri Montispessul. post longum & diligentem tractatum communi consensu confirmauerunt, quòd talis possessio, propter tale debitum, vendatur, vel alienetur, & pecunia ad dictam causam cōuertatur, credentes hoc vtilius expedire ecclesiæ. Sic tradit Spec. in tit. de loca. §. sequitur. ver. & scias. &c. Formam instrumenti suprà posui, nume. 13. Etiam tractari debet qua via extra alienationē prouideri possit ecclesiæ, an ex fructibus locationū rerū ecclesię habitis, & nō de fructibus, an possit prouideri de rebus mobilibus: & si non de mobilibus, an magis de quibusdam rebus minus fructuosis quàm aliis, instar alienationis bonorum pupillorum. l. magis puto. §. non passim. & §. sequen. ff. de reb. eorum. Soc. consil. 29. viso. col. 4. vol. 1. & consil. 235. visa. in 2. vol. & Barb. consil. 40. præclarè. in 1. vol.

85 Quæro, quando tractatus interuenire debeat? Respondeo, tunc quando archiepiscopus vel episcopus alienat bona communia inter se & capitulum, vel bona spectantia ad mensam episcopi. glos. in clementi. 2. eod. titu. Idem si capitulum alienet bona de mensa capituli: quia etiam debet & tractatus & episcopi authoritas interuenire. Imol. in c. 1. de his qui fiunt à præl. Perus. in d. cap. 1. eod. titu. in 6. Idem in ecclesia collegiata regulari, vel seculari, vt capitulum illius ecclesię consentire debeat. clemen. 1. de reb. eccles. non alienan. & etiam tractatus & abbatis consensus, ac episcopi authoritas interuenire debent. c. abbatibus. suprà eo. Nec valeret consuetudo, quòd non interueniret consensus episcopi. Archid. in c. in venditionibus. 17. q. 4. gl. in d. clement. 2. Hostiens. & Imol. in d. cap. 1. & suprà fusius dixi.

*Tractatus quando interuenire debeat, vel non.*

86 Si tamen abbas sit exemptus, requiritur authoritas papæ. glos. in d. clemen. 1. in verbo, proprij. & illa authoritas debet esse specialis & expressa. l. negotium. C. de negot. gest. vnde oportet quòd papa sciat quare, & de quibus rebus sit licentia concedenda. Ioan. Andr. & Perus. in d. cap. fin. in fi. princip. eod. tit. in 6. nisi abbates vel alij prelati haberēt ecclesias pleno iure subiectas: qui tunc si rector velit alienare, poterit cum consensu illius abbatis habentis iurisdictionem quasi episcopalem. Innocent. in cap. cum & plantare. §. in ecclesiis. de priuil. Imol. in c. statuimus. de transact. Bald. consil. 378. factum tale. in fin. volu. 3. glo. singul. in verbo, proprij. d. clemen. 1. eod. tit.

*In exempto papæ authoritas requiritur.*

87 Ideo infertur, quòd si moniales subiectæ pleno iure prædicatoribus, vel minoribus, velint alienare, poterunt cum authoritate ministri

*Moniales quam[illegible] alienare [illegible]*

ſtri prouincialis, vel generalis, vel alterius habentis iuriſdictionem in eis quaſi epiſcopalem, cum tractatu & ſolennitatibus hic expreſsis. Barb.conſil.40.præclare col.3.vol.1.& conſil.14. clementiſsimi.col.1.vol.2.

88 Si verò rector eccleſię inferioris velit alienare, poterit cauſa exiſtente cum licentia & cōſenſu Epiſcopi, etiam ſine Capituli conſenſu, vel tractatu. §. hoc ius porrectum. & cap. caſellas.10.quæſt.2. Specul. in tit. de emptio.§. nunc dicendum reſtat.verſi.cæterum.facit c.placuit.2. ſuprà eod. & iſta opinio ſeruatur de conſuetudine,teſte Peruſ. in d.cap.1. col.1. & penult. per text.in d.clem.1.eo.tit vbi dicitur quòd ſi eccleſia non habeat conuentum, ſufficit quòd alienatio fiat per rectorem ipſius eccleſiæ cum cōſenſu ſui prælati. facit c. cæterum. de donatio. Domi.Gemi.conſil.48.presbyter.col.2.

*Vacante eccleſia, quæ ſolennitas requiratur.*

89 Niſi eccleſia vacaret, quia tunc dato defenſore requiritur,non ſolùm conſenſus Capituli eccleſiæ cathedralis, ſed etiam tractatus. Præpoſi.hic,per cap.1.eod.tit.in 6.Licet gloſ.& doctor.in d.c.1.eod. titu.dicant ſufficere defenſorem alienare cum authoritate Epiſcopi. ego verò tenerem primam : quia Epiſcopus conſtituit defenſorem, cùm ſit legitimus adminiſtrator eccleſiæ ſibi ſubiectæ. c.fina.de ſucceſsio. ab inteſtato. qui adminiſtrator non auderet contradicere Epiſcopo. Ideo & conſenſus Capituli requiritur.

*Patroni cōſenſus an in alienatione requiratur.*

90 In hac etiam alienatione requiritur conſenſus patroni,ſi eccleſia ſit patronata, quia ſua etiam intereſt. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in loco proximè allegato,& Imol.in d.c.1. text. in c.precariæ.ſuprà eo.Dec.conſil.174.in fi.glo. in cap.conſtitutum.16.quæſt.1. Card. in clem.1. col.2.de dec.

91 r atque conſenſu. [r] *Conſenſu.* Non ſufficit tractatus ſine conſenſu,per hunc textum, vt fraus remoueatur:quia poſſent conuocari canonici,& monachi, & non haberi conſilium neque conſenſus eorum. ideo textus iſte dicit atque conſenſu.probatur in cap.obeuntibus.63.diſtinct.Præpoſ. hic. nec valeret conſenſus ſigillatim in cameris datus : ſed requiritur,quòd in communi ſint congregati canonici.argum.cap.in Geneſi. de elect. tum quia vnus poſſet trahere alios in ſuam ſententiam : quando omnes eſſent congregati.l.ſi in tres.ff.de recept.arbitr. tum etiam quia omnes canonici habent ex illis redditibus viuere, vel ex illa re alienanda : & ſic ſimul communicando apparebit,an ſit vtile vendere,vel non. Item facit iſte textus, dum dicit totius,non dicit ſingulorum.Archid.& Præpo. hic,quamuis contrarium, diſtinguendo tamen, tenuerit glo.in cap.1.eod.titu.in 6.contra quam tenet Peruſ.ibidem.

92 Nec valeret etiam cōſenſus præſtitus per literas. Bald. in d.authent. hoc ius porrectum. colum.3.nam multa dicimus ſeparati,quæ non tenemus quando ſumus congregati : quia primò cauſa complacentiæ nil recuſamus,at congregati ponderamus quæ facienda ſunt. Nec obeſt l.per fundum.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.quia loquitur in re communi pluribus, vt ſingulis, ſecus in re communi pluribus vt vniuerſis, vt ſunt res eccleſiaſticę.not.doct.in reg.quod omnes.de reg.iur.in 6.

*Ratificatio quomodo fieri debeat.*

93 Minus obſtat cap.ſi qua de rebus.ſuprà eo. vbi alienatio per ſequentem conſenſum conualeſcit : quia verum eſt vt valeat nunc, ſcilicet tempore conſenſus, & ſic ante non valebat. & iſta ratificatio, etiam collegialiter debet fieri, aliàs non valeret. Philip.Peruſ.in d. cap.1. colum.3.alleg.Ioan.Andr.in cap.quod ſicut. de elect. Nec etiam ſufficeret conſilium ſine conſenſu. gloſ. in clementi. vlti. de rebus eccleſ. non alienand. Ioan. Andr. in cap.ſi religioſus. de elect.in 6.

*Diſſentiētibus monachis uel canonicis an alienatio poſſit fieri.*

94 Quæro, quid ſi canonici vel monachi diſſentirent, & abbas vel epiſcopus conſentiret,an poſsit hæc alienatio fieri : & ſi fiat, an valeat? videtur quòd ſic, ratione vtilitatis. Reſpōdeo,non poteſt epiſcopus, vel abbas diſſentiētibus canonicis vel monachis alienare,etiam ſi abbas & epiſcopus ſimul conſentirent, per hunc text.conſenſu.arg.c.monachi. 16.quæſt.1. Nec etiam poſſent canonici vel monachi diſſentiente epiſcopo vel abbate alienare : quia non ſolùm requiritur conſenſus fratrum, ſed etiam epiſcopi authoritas, vel abbatis : quæ ſi non interueniat.nō valebit alienatio.Imo etiam vacante ſede non poterit fieri alienatio per ſolum capitulum, ſed ſuperioris authoritas requiritur.Præpo.& alij per illum tex.in c.ſi qua.& c. precariæ.ſuprà eo.per gl.ibi,nec poterit hæc authoritas interponi per capitulū.Gemi.in c.1. de maio.& obed.in 6.per c.is cui.de elect.in 6.Prępoſ.hic,per iſtum tex.etiā probatur non requiri conſenſum capituli eccleſię volentis alienare,& conſenſum capituli eccleſiæ cathedralis ſimul, quia hic tex.dicit cleri conſenſu, id eſt capituli, non capitulorum.Ideo ſi monaſteriū velit rem monaſterij alienare, tunc requiritur conſenſus fratrum aut abbatis,& authoritas epiſcopi:non verò capituli eccleſię cathedralis cōſenſus,quia canonici eccleſiæ cathedralis non habēt viuere ex redditibus eccleſiæ inferioris. Ideo eorum non intereſt,ergo ceſſabit ratio,& conſenſus illorum.Laur.hic,q.13.dicens iſta ſeruari per cap. placuit.2.ſuprà eo.quod eſt bene notandum.

*Conſenſus præcedere debet alienationem.*

95 Nota quòd conſenſus capituli debet præcedere alienationem, cùm tractatus debeat interuenire, qui debet præcedere conſenſum. c. 1. eod. tit.in 6. niſi ageretur de alienatione paruæ rei & minus vtilis.cap.3.de his quæ fiunt à prælat. dicas tamen, quòd quando canonici alienationem factam ratam habent, id temporis adhibere debent tractatum, in quo deliberabunt an expediat,& vtile ſit ratificare illum cōtractum, & facto illo tractatu, ſi ratificent, valebit alienatio, vt nunc, quia non reperitur facta ſine tractatu.Imol.in d.cap.3.per cap. ſi qua. ſuprà eod.Barba.conſil.16.à Ioue.col.2. in 3.vol. Socin.conſil.15.col.11.vol.1.ſicut dicitur quando Papa diſpenſat cum illis, qui matrimonium prohibitum contraxerunt, vt illa diſpenſatio valeat,

valeat, vt nunc, & sic si filij sint medio tempore nati, non erunt legitimi. Præpos. & alij in c. per venerabilem. qui filij sint legit. { Vide vnum casum in quo nō requiritur cōsensus retractatus, per Ant. Capytiū in deci. Neap. q. 16. in causa venerabilis. quando fit per commissionem Papæ alicui factum, vt se informaret de contentis in supplicatione. allegat Panor. consil. 41. in 1. vol. }

*Euidens utilitas ab episcopo eligi debet.*

96 id eligat: quod nō sit dubiū [s] profuturum ecclesiæ. & infrà, Episcopus rebus ecclesiæ. [s] *Profuturū ecclesiæ.* Si ergo alienās res ecclesiæ vellet dare minus offerenti, non valeret: quia non prodesset ecclesiæ, quod requitur per hunc tex. & c. si quis presbyterorum. eo. tit. sufficit tamen quòd credant non plus valere, & sic eligant, quantum in se est, vti ius: tunc, licet lædantur, valebit tamen alienatio. c. ad nostram. eo. titu. nam sufficit vtiliter esse cœptum, vt dicit glo. hic. { & glos. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à prælat. }

97 Poterit tamen ecclesia restitui, per c. cum causa. & c. cum dilecti. de emptio. & ibi dixi. Et sic episcopus habet eligere quam partem viderit vtiliorem, vtpote si sex canonici asserant illam domum N. esse vtile vēdere, alij sex aliam, episcopus eliget id quod non sit dubium profuturum ecclesiæ: & sic euidens vtilitas debet esse, per hoc verbum, quod non sit dubium, teste Barb. consil. 40. præclarè. col. 2. in 1. vol.

*Redditus in emphiteosi æstimari debent.*

98 Et non est dubium profuturum ecclesiæ, si detur res in emphiteosim, & dentur tot census seu redditus in singulos annos, qui simul collecti ad viginti annos, faciunt veram rei ęstimationem. not. text. in §. quia verò leonis. in fi. de non alien. aut permut. reb. eccles. glo. in verbo, iusta. in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccle. coll. 2. gl. in verbo, districte. in d. §. hoc ius. quod facit ad sciendam verā æstimationem rei, iuxta l. 2. C. de rescind. vendit. Ias. in l. si fundum per fideicommissum. col. 2 ff. de leg. 1. sed in hoc inspicienda esset consuetudo patriæ.

*Dominium bonorū ecclesiæ apud quem sit.*

99 Et nota, quòd ecclesia, cuius caput est Christus, habet dominium bonorū: sed quoad substantiam sunt pauperum, quo verò ad administrationem sunt clericorum, testibus Ioan. Andr. & Perus. in c. fin. in princ. eo. tit. in 6. post Ioan. Monach. ibi. facit c. 2. de donat. & c. commissa. de elect. in 6.

*Episcopus rebus ecclesiæ quomodo uti debeat.*

100 [t] Tanquam commendatis non tanquā propriis vtatur.

[t] *Tanquam commendatis.* Episcopus rebus ecclesiæ non tanquā propriis vti debet, sed tanquam commendatis: quia non sunt propriæ, sed communes: ideo nemo dicat proprium, quod est cōmune. tex. in c. sicut hi. 47. dist. & quòd res ecclesiæ sint cōmunes, tradit textus in c. expedit. & c. res ecclesiæ. suprà q. 1. eadē causa, postquā sunt communes, ergo non licet eas alienare. c. volumus. c. precariæ. suprà eo. vide tamen tex. & not. in l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 1. vbi commune dicitur meum quoad partis meæ dispositionē, vt de ea tanquam de re propria disponere possim. ibi fusius traditur. vide si non graueris, ne compendij terminos excedam.

*Dictio, tanquam, est improprietatis nota.*

101 Nota tamen, quòd per hoc episcopus non dicitur commendatarius, qui differt ab eo, qui habet in titulum c. dudum. 2. de elect. cap. nemo. illo titu. in 6. Ideo hic dicitur tanquam, quæ est nota improprietatis. glos. in verbo, tanquam. cap. solitæ. de maior. & obedien. dixi in meo tracta. fictionum: vbi congessi verba denotantia fictionem. Et nota, quòd si statutum dicat aliquem tanquam falsarium puniendum, tamen pœna l. Corneliæ, de fal. ordinaria non debebit puniri, sed alia pœna arbitraria. singul. est dictum Bald. in cap. nonnulli. § sunt & alij. de rescript. sequitur Felyn. ibi, & in cap. solitæ. col. 2. de maiori. & Hippol. sing. 236. dictio, tanquam. & dixi in ordin. reg. rubri. *des notaires,* artic. 12. ibi, *d'estre punis comme faulsaires.* Iste ergo text. dicit, quòd episcopus rebus ecclesiæ, tāquam commendatis vtitur, non tanquam propriis. Et dicit vtatur, non abutatur: quia episcopus vel alius beneficiatus rebus ecclesiæ vti, & non abuti debet. c. cum secundum. vbi Io. And. & alij. de præben.

*Alienatio rei ecclesiæ est ipso iure nulla, sine solennitate.*

102 [v] Irrita enim episcoporum venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit absque omniū.

[v] *Irrita.* Ipso iure per hoc verbum, irrita, de quo est text. iuncta glos. in authent. ex causa. C. de liber. præter. & sic patet alienationem rei ecclesiæ non adhibitis solennitatibus esse nullam.

103 Ex quo infertur, quòd emptor rei ecclesiasticæ, vel alius, qui possederit rem ecclesiæ, ex hoc contractu nullo tenebitur etiam fructus restituere, cap. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alienan. cap. grauis. de restit. spoliat. Nec refragatur l. cum fundus. ff. si cert. peta. vbi bonę fidei possessor lucratur fructus in contractu bonæ fidei vsque ad tempus petitionis, in contractibus stricti iuris vsque ad tempus litis contestatæ, per illum text. qui debet intelligi, quando contractus valuit: secus si fuerit nullus, vt dixi. { Hodie Curia Parlamenti Paris. non solet rescindere has alienationes factas sine solennitate, si non insit læsio, & notabilis, adeò quòd tria requirūt, & solennitatis defectum, & læsionem, & quòd sit læsio magna, non minima, de qua non curant, sicut nec prætor l. scio. ff. de minor. Ita fuit conclusum in curia & in mente ipsius retentum, & an precium sit restituendum. glo. & doct. in c. ad audientiam. decidit. de reb. eccles. non alien. }

*Tria ad rescissionem alienationis bonorū ecclesiæ.*

104 Secundò, infertur quòd rector ecclesiæ subsequens, & successor non tenebitur stare illi alienationi, nec contractui facto per prædecessorem. cap. si quis presbyterorum. de reb. eccles. non alienan. Floren. in 3. parte summæ, tit 12. c. 5. de alien. rer. eccles. in fi. princip. Alexand. in l. si filiusfamil. ff. solu. matrim. & doctor. in cap. fin. ne præl. vi. suas.

105 Et

105 Et sic prima pœna est, quòd nulla est alienatio. & annullatio actus dicitur pęna, gl. in c. cognoscentes, & ibi doct. de cōsti. dixi in gl. nullitatis pœnam. in §. monemus. de coll. in cōcord.

106 Secunda, quòd tam is qui alienat, quàm is in quem fit alienatio, est excommunicatus, per bullam Pauli 2. quam statim trāscribam, vt quilibet eam videre possit: & per tex. in d. c. si quis presbyterorum. de reb. eccl. non alien.

107 Tertia pœna sacrilegij, c. omnes ecclesiæ. 17. q. 4. vbi sic dicitur: omnes ecclesiæ raptores, atque suarū facultatum alienatores à liminibus eiusdē matris ecclesiæ anathematisamus, authoritate apostolica pellimus, dānamus, atq; sacrilegos esse iudicamus: & nō solùm eos, sed omnes consentientes eis, &c. c. quid ergo. 23. q. 4.

108 Quarta, deponi debet is qui alienat res ecclesiæ. c. diaconi. suprà eo. c. si quis. de reb. eccles. non alien. & ibi Hostiens. & alij.

109 Quinta, episcopo seu abbati alienanti interdicitur ingressus ecclesiæ: vt in bulla patet, & in d. c. omnes.

110 Sexta, quòd si per sex mēses immediatè sequētes sub interdicto isto animo indurato perseuerauerit, lapsis d. mēsibus à regimine suæ ecclesię, & administratione, vel sui monasterij, cui præsidet in spiritualibus, & temporalibus, est eo ipso suspensus, vt in dicta bulla continetur.

*Alienantes bona ecclesiarum suis sunt priuati beneficiis.*

111 Septima, inferiores prælati, seu priores, vel quicunque alij habentes beneficia curata, vel simplicia, seu dignitates, administrationes, vel officia ecclesiastica regularia, vel secularia, sunt priuati eo ipso, quod alienant suis beneficiis, quorū res & bona alienarunt, vel dignitatibus, illaq; vacare cēsentur, absque alia declaratione. quæ beneficia possunt cōferri liberè per ordinarios, ad quos spectat de iure collatio, vt in bulla patet: quod est summè notandū contra illos, qui sic alienāt, vt beneficia illorum possint impetrari, vel conferri tanquam vacātia. & est hic vnus modus vacandi, qui vtinam bene seruaretur. Alios vacandi modos scripsi in §. monasteriis. in ver. vacantibus. de nomi. reg. in concord. {Item quòd ista beneficia quibus priuati sunt, non possunt iterum ab ordinariis illis, qui sic priuati fuerunt, conferri, vt inferius est in textu seq. in bulla, & hoc est ne priuatio ludibrio fiat. c. commissa. de elect. in 6.}

112 Octaua, indignationem Rom. pōtificis incurrit, vt hic patet in fi. bullę: & qui indignationem Papæ incurrit, meretur priuari beneficiis ecclesiasticis. Bald. & Aluar. in §. porrò. quæ fuit prima causa benefic. amit. dixi in tract. nomina. in q. 19. nu. 8. versic. sexto.

113 Nona, quia alienans est periurus. nam omnes beneficiati iurāt in principio non alienare, nec diminuere bona ecclesiæ, c. prohibemus. de censib. d. c. si quis presbyterorum, & alienando diminuunt.

Decima, symoniam committit, teste Archid. in c. saluator. in fi. 1. q. 3. per illum text. in versic. quisquis. arg. c. si fortè. 17. q. 4. licet alij intelligāt quando venderet res sacras.

*Tanquā homicida habetur qui res ecclesiæ alienat.*

114 Vndecima, tanquam homicida est, c. qui Christi. suprà eo. vbi sic describitur. Qui Christi pecunias & ecclesiæ aufert, fraudat & rapit, vt homicida in conspectu iudicis deputabitur. & magna iniquitas exercetur, quando prælatus vel alius deputat ad alium vsum bona ecclesiarum. Barb. per illum tex. in c. conquestus. in verbo, iniquum. de foro compet.

*Nullo dato pretio ab ecclesia res alienatæ repetuntur.*

115 Duodecima, quia nonobstāte alienatione res alienatæ reuertuntur ad ecclesiam, nullo dato pretio, c. 1. de schimat. & ibi Ancha. Flor. in 3. parte summę, tit. 24. c. 9. vbi dicit emptorem habere recursum contra venditorem ad pretium: non poterit tamen vti retētione ecclesię. vt not. in cap. fin. de reb. eccles. non alien. Alias pœnas missas facio, ne in desperationem miseros inducam alienatores rerum ecclesiasticarum. sed bullam nunc Papæ perlegant.

*Bulla Papæ contra alienantes res ecclesiæ.*

PAVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriā, ambitiosæ cupiditati illorum præcipuè qui diuinis & humanis affectati, damnatione postposita immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus ecclesiæ, monasteria, & pia loca regūtur, illustrantúrque, & eorum ministri sibi alimoniam vendicant, prophanis vsibus applicari, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento, exquisitis mediis vsurpare præsumunt, occurrere cupiētes omnium rerum & bonorū ecclesiasticorum alienationē, omnéque pactū, per quod ipsorum dominiū concessionem, hipothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel cōtractum emphiteuticum, prærerquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphiteosim ab antiquo concedi solitis: & tunc ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis qui seruando seruari non possint, pro instātis temporis exigentia: hac perpetuò valitura constitutione fieri præsenti prohibemus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis: quæ tenore pręsentium innouamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis & rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hipotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi, nullius omnino sint roboris, vel momenti: & tam qui alienat, quàm is qui alienatas res & bona prædicta receperit, sententiam excōmunicationis incurrat. alienāti verò bona ecclesiarum, monasteriorum, locorúmque piorum quorūlibet incōsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si pōtificali vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus. Et si per sex menses immediatè sequētes sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eisdem, à regimine & administratione suæ ecclesiæ vel monasterij, cui præsidet in spiritualibus & temporalibus, sit eo ipso suspensus, inferiores verò prælati, commendatarij, & aliarum ecclesiarum rectores, beneficia vel administrationem quomodolibet obtinētes, prioratibus,

*Alienationū uariæ species.*

*Eadem pœna puniūtur & alienās, & res ecclesiæ recipiēs.*

*Alienantes priuati sunt beneficijs.*

ratibus, præpositƲris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus, & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienarunt duntaxat, ipso facto priuati existant, illáque absque declaratione aliqua vacare censeantur: possitque per locorum ordinarios vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint) liberè de iure conferri: nisi aliàs dispositioni apostolicæ sedis sint specialiter vel generaliter reseruata: nihilominus alienatæ res, & bona huiusmodi ad ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante locationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis & innouationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Marcum, anno Dominicæ incarnationis millesimo quatercentesimo sexagesimooctauo, Calendas Martij, pontificatus nostri anno quarto.

Ista bulla reperitur hodie in extrauagant.cõmunib.in rub.de reb.eccl.non alien.

*Conniuere quid sit.*

117 x conniuentia. x *Conniuentia.* Id est, tacito consensu. sic exponitur in l.per Illiricum.C.de cohort.lib.12. vel accipitur pro patientia, c.regum.13.q.5. Cõniuere enim est claudere, vel palpebras iungegere: & plerunque accipitur pro assentire: quia clausio oculorum consensum significat, c. obeuntibus.& ibi not.63.dist. l.ad probationẽ seruitutis. C.de probatio. Et dicitur à con, & vix. quia qui conniuet, vix aciẽ oculorum perstringit. Luc.de Pen.in d.l.per Illiricũ. Et conniuere, est sub quadam dissimulatione pertransire. facit text.in l.is qui.in princ.ff.de manumis. vbi seruus potest habere aliquid conniuentibus oculis domini. Vide text.in c.quanto.in fi.de priuileg. de conniuentia est tex.in l.2.C.de hæret.l.quisquis.de postul.& quorum appella. non recip.l. quisquis. Vide text.in l.2. C.de bon. liber. & l. placet.de excus.munc.lib.10.& de fabricen. l.fi. in fin.lib.11.& de vendit.rer.ciui. l.3.ibidem. ac l. edicimus.de murilegu.& l.1.de fundis & saltib. rei domi.& l.vsus.de fund.rei priua.& de fugit. colo.ibidem.ac l.fina.in fi.de erog. milit. anno. lib.12.& l.fin.§.his.de diuer.offi.ibidem. c.eo libentius.de seruis non ordinan. c.quicũque suffragio.12 quæst.2.

*Cõsensus canonicorũ tacitus an sufficiat.*

118 Quæro, an sufficiat consensus tacitus, videlicet taciturnitas, licet nõ interueniat expressus canonicorum consensus? Respond.glos.hic sufficere taciturnitatẽ, per c.possessiones. 16.q.1. & c.continebatur.de his quæ fiunt à præl.quod dicunt esse verum doctor. in alienatione temporali facta causa pietatis, vel necessitatis, & vbi non multùm læderetur ecclesia: aliàs requiritur expressus consensus, & solennitas, de qua hic, & in c. quanto. de his quæ fiunt à prælat. Et si nõ interueniat solennitas in alienatione etiam temporali, facta de non minima re, est ipso iure nulla, Archidiac.in c.si sacerdotes.16.quæst.3. Innocent.in c.vno.in fi.vt eccle.benefic.sine dimin. conferant. glos.in c.1.in verbo, perpetuis. de rebus eccles.non alien.in 6.Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de reb.eccl.non alien.in rubr. vbi dicit quòd in rei magnæ alienatione temporali requiritur solennitas istius text. de qua dixi suprà: imò etiam quando episcopus alienaret bona communia inter eum & capitulum ad tempus, adhuc requireretur consensus expressus capituli: secus si concederet bona ad suã administrationem pertinentia, quia tunc sufficeret tacitus consensus. Domi.in c.1.eo.tit.in 6. not.in summa.33.q.5.

119 Fallit in alienatione rerum monasteriorum, & cõuentus, quia tunc etiam in temporali alienatione requiritur consensus religiosorum expressus.clem.1.eo.tit.vbi gl.tradit quid in prelatis regularibus ecclesiarum secularium.

Fallit etiam quãdo capitulum dissentiret, vel maior pars: quia tunc alienatio etiam temporalis esset nulla. nam deficit substantia, per d.§.hoc ius porrectum. Laur.hic, q.3.

120 y & subscriptione clericorũ.

y *Subscriptione.* Dixi suprà de cõsuetudine non requiri, nisi in locis vbi non esset contraria consuetudo.

121 z Item domos vrbiũ, vel castrorũ, quæ ecclesiæ plus incõmodi quàm vtilitatis afferũt, licet rectoribus ecclesiarũ (sicuti in superiori capitulo Symmachi, Non liceat Papæ, &c. cõtinetur) vendere vel cõmutare. *Quãdo plus incommodi afferre dicatur res afferre.*

z *Item domos vrbiũ.* Domus ergo ecclesiæ, quæ plus incõmodi affert, quàm cõmodi, potest alienari. Et dicitur plus incõmodi quàm commodi afferre, quãdo in singulos annos plus exponitur in reparationibus illius, quàm ex emolumẽtis recipiatur, vel ex locatione illius domus, vel quã ex fructibus rei percipiatur. text.in l.sed an vltro.§.1.ff.de nego.gest.& l.inter quos. §.fi.cũ l. seq.ff.de dam.infect.& vtrobique per doct.& in alienatione harũ domorũ requiritur solennitas supradicta. {vt probat Ant.Capy.in decis.Neapol.q.105.l.mediterraneæ. C. de anno. & tribu. lib.10. & l. propriè bona dici non possunt, quæ plus incommodi quàm cõmodi habeant. ff. de verb.signi.nisi, vt sequitur in d c.terrulas.}

122 Vbi ponuntur tria, antequam omitti possit solennitas. Primum, quòd res sit exigua & modica. probat text. ibi, terrulas. & ibi, exiguas. Secundò requiritur quòd non sit ecclesię vtilis: ibi, ecclesiæ minus vtiles. Tertiò, quando necessitas fuerit: ibi, si necessitas fuerit. Quartò cõsiderandũ est, quòd licet ex necessitate *Tria requisita in c. terrulas.*

tate posſit omitti conſilium fratrum, tamen aliæ ſolennitates requiruntur, cùm hîc tantum dicatur de concilio fratrum, ergo de aliis non intelligitur, vt ſuprà dixi in verbo, quicquam.

123 Notandum eſt, dum textus dicit, domos vrbium, quia intelligitur de domo materiali, non de domo conſcientiæ: de qua dicitur Eccleſiaſt. 27.c.ſi non in timore domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua, id eſt conſcientia. Nec de domo familiæ, de qua primæ ad Timothe. 3.c dicitur, oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, & ſuæ domui eſſe bene præpoſitum, id eſt ſuæ familiæ. & Eſa. 28. dictum fuit Ezechiæ regi: Diſpone domui tuæ, ſcilicet per teſtamentum, quia morieris, &c. & Auguſt. in c. quantumlibet. 47. diſtin. ſic inquit, arrogare mihi non audeo, vt domus mea, id eſt familia, ſit melior quàm domus Abrahæ. &c. & ita capitur domus in tit. ff. de ſenatuſconſul. Silla. ſecundum Bal. in l. 1. in princ. ibidem & idem capitur in l. 1. C. ne liceat potentio. aliquando tamen domus accipitur pro patrimonio. l. 1. C. de ingenuis & manu. vbi ſi teſtator reliquerit vxorem ſuam vſufructuariam totius domus, intelligitur, id eſt totius patrimonij. teſte Salic. ibi. Et quid contineatur appellatione domus, vel illorum de domo, tradit Barb. in repet. l. cum acutiſsimi. colum. 57. C. de fideicom. & in addit. ad Bald. in rubr. de duob. fratrib. in vſibus feudo. & conſilio 20. illud. colum. 4. in 2. vol. Corneus conſilio 55. pro deciſione. colum. 3. in primo. volum. Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verbo, & domum. de teſta. Alexan. in l. ex facto. §. primo. num. 53. ff. ad treb. conſil. 223. in 2. volum. Nec intelligitur hîc textus de domo ſepulturæ, de qua Dauid pſalmo 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternum. Nec de domo glorię, de qua Dauid pſalmo 25. ait, Domine dilexi decorem domus tuę. & pſalmus 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. quod Deus Optimus Maximus concedere dignetur. nam beati ſunt qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſal. 83. Laudabimus ergo Dominum Ieſum, qui per paſsionem ſuam illam domum nobis præparauit per æterna ſecula, Amen.

*Multiplex eſt domus.*

*TRACTATVS*

# CONGRVAE PORTIONIS

## BENEFICIORVM, VICARIIS MAXIME DEBITAE, BREVIS ET ADMODVM VTILIS, ac in forenſi iudicio vſu veniens:



*Authore D. Petro Rebuffo de Montpeſſulano, iurium doctore, & Comite, in Pariſien. vniuerſitate publico profeſſore, nouiter editus, nuper reuiſus & auctus.*



1 CVM iſta ſit vtilis, & in iudiciis frequens materia, ab amicis (quorum iuſtis nihil denegare ſoleo petitionibus) rogatus ſępius fui, vt illam parum, in variis tamē locis tractatam, breui quodam compendio, & planè pertractarem. quod & ſi mihi difficile eſſe putauerim, tamen illis pro virili ſatisfacere conabor. Et vt demum hæc parum nota omnibus materia indigentibus notior fiat, laboréſque illorum, qui eam efflagitant, leuare hiſce ſcriptis poſsim, ſequentia hoc ſqualido peſtis, & belli tempore, quo animus ſtudioſorum torquetur, & ferè in irritum cedit, reluctante penè Minerua, hæc dictare tentaui: in quibus, lector beneuole, ſi temporis iniuriam reſpexeris, boni (vt ſpero) conſules. & ne in his vlterius tuam animi integritatem remorer, à me iſta in hoc deſcribentur tractatu.

2 Primò, quare dicatur congrua portio, τὸ μέρος ἐπιβάλλον Gręci vocant. Secundò, quamobrem inuenta ſit. Tertiò, quid ſit. Quartò, quis iſtam congruam portionem petere poſsit. Quintò, à quo peti rectè debeat. Sextò, qua actione experiendum ſit. Septimò, coram quo iudice hæc portio congrua peti commodè valeat. Octauo, quomodo aſsignari debeat. Nonò, quanta aſsignari. Decimò, in quibus rebus poſſit. Vndecimò, quæ iſti debeant vicario in hac congrua computari portione. Duodecimò, an congrua portio tolli poſsit. Vltimò, an curatus, vicariúſve perpetuus, monaſterium, ſeu patronus, epiſcopus, vel alius in decimis, & aliis ſit de iure communi fundatus: & quæ ſit vtilitas ad hoc dignoſcendum. Quibus ſummatim diſcuſſis, congruæ huic prouiſum erit materiæ.

*Totius tractatus deſcriptio.*

3 In primis congruum emanat à verbo, congruo, quod ſignificat conuenit, expediens eſt. & hoc verbum à gruibus tractum eſſe quidam aſſerunt: quæ inter ſe ita conueniunt, vt nec volando quidem ſic, nec paſcendo ſegregent. Vnde Iuriſconſultus hoc verbo ſæpius vtitur, ſic

*Congruo unde.*

inquiens: Congruit bono & graui præsidi cura re, vt pacata atque quieta sit prouincia. l. congruit.ff.de offic.præsid.& alibi sic ait:Illam enim æquitatem debet admittere censitor, vt officio eius congruit releuari eum qui &c.in l.forma.§. illam. ff.de censib. facit l.semper.§. licet. de iure immuni.& congruit rationi.l. 4. de vsufruct. accrescen.arbitrio bonę fidei iudicis congruit.l.videamus.in fi.ff.de in litem iur.

*Congruens munus.*

4 Item congruens munus vocatur personæ conueniens, in l.1.in fin.ibi, & muneribus congruentibus fungi curet.ff.de decuri.l.& si filium. ibi,honores, qui filio decurioni congruentes.de muneri.& honori.Inde congruenter respondere in stipulatione concipienda promissor debet.l.1. ff.de verborum obligat.§. in hac.illo titul. in institu.consona & congruens debet esse responsio interrogationi, quoad sensum, non quoad verba, vt olim: sed sufficit quòd vterque intelligatur.d.§.in hac.

*Cōgrua interpretatio.*

5 Etiam congruum conueniens dicitur. Quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea quæ placuerunt inter contrahentes seruare? l.1. ff. de pact. Inde congrua interpretatio, conueniens & apta. l. item veniunt. §. aptanda est nobis singulis verbis senatusconsulti congrua interpretatio. ff. de petitio. hæred. & obligamur verbis, cùm præcedit interrogatio, & sequitur congrua responsio. l. obligamur. §. 1.ff.de actio. & obliga.

*Cōgrua portio conueniens.*

6 Ad hæc congrua portio conueniens dicitur, quod conuenire debeat illi, cui est assignata,quę interdum vocatur sufficiens. in cap. extirpandæ.in fin.princip.ibi, portio presbyteris ipsis sufficiens assignatur. de præbend. & ibidem in §. fin. vocatur congruens portio.sed in cap.de monachis.dicitur congrua substentatio.& in clem.1. de iure patrona. & in cap. pastoralis. de his quæ fiunt à prælat.interdum portio nominatur competehs,in c.2.§. vbi autem.de deci.in 6. & in cap. 2.de supplen.negligen.prælat.{& in cap. postulasti.de rescript.&c. cum M.de constitu.}sed communius appellatur congrua portio. quo nomine etiam Papa vtitur in cap.beneficium.de regula.in 6. Et sic congrua portio dicitur sufficiens, conueniens,& competens,vt vicarius inde commodè viuere posit.per glo.in d.c.vno.in verbo, absque penuria.de statu regula.in 6. {& congrua portio etiam coadiutori dari debet. c. 3.de cleri. ægrotan.}

7 De congrua satisfactione expensarum, scribitur in c.fi.§.in aliis.vt li.nō contest.Hæc de prima quæst.vt dicatur congrua portio, cōueniens, & sufficiens.& ideo congrua vocatur,quòd conuenire & congruere debeat ei cui est assignata.& cùm communius sic vocetur, hoc nomen huic tractatui indidimus. De iure congrui tractat Matt.de Affli.in tract.de iure protomiseos.

*Quare introducta sit cōgrua portio.*

8 Secundò quæro,quamobrem introducta sit hęc congrua portio?Respon. multis de causis.Primò in fauorem ecclesiarum, vt per bonos & sufficientes vicarios animarum cura diligenter exerceatur, & illis laudabiliter deseruiatur in diuinis: quibus de ipsarum ecclesiarum prouentibus necessaria congruè subministrentur.c.cum ex eo.versi.porro.de elect. in 6. Et si ecclesiæ in diuinis deseruientes non haberent congruam portionem, non inuenirentur idoneæ personæ, quæ huiusmodi ecclesiis vellent deseruire.cap.1.de præb.in 6.ob id fauor ecclesiarum est, vt iustam portionem vicarij perpetui habeant.

9 Secundò in fauorem etiam personæ, id est vicarij perpetui, vt commodè viuere possit. cap. de monachis.de præben.& vt non cogatur mendicare,vt infelix clericus.dicit text.in cap.diaconi.5. in 96.distinct. & sicut episcopus non debet aliquem ordinare, qui ex patrimonio, vel beneficio non habeat vnde viuere posit,alioqui episcopus prouidere ei tenetur. cap. episcopus.& c. cum secundum.de præbend. ita non debet instituere vicarium, qui non possit commodè viuere. clem.1.de iure patronat. nec etiam debet episcopus constructioni ecclesiæ consentire, nisi prius congruè dotetur.cap. nemo. de consecrat. distinct.1.gloss. in cap.cum sicut.de consecratio. ecclesi.Item vnioni ecclesiæ episcopus dissentire debet, nisi congrua portio presbyteris illarum reseruetur.cap.exposuisti.in fin. de præbend. Ergo hæc portio congrua in fauorem personæ est introducta.

10 Tertiò, in episcopi fauorem, vt ex illa congrua portione curatus seu vicarius iura episcopalia ei persoluat.dict.cap. de monachis.de præben. & alia iura, quæ scribuntur in cap. conquerente. de offic. ordinar. quæ non posset vicarius exoluere, si congruam portionem non haberet, & sic episcopus ea amitteret,ergo in eius vtilitatem etiam est introducta hæc portio congrua.

11 Quartò, in fauorem plebis & populi, vt habeant vicarium doctum, à quo instrui possint, vt dixi in §.statuimus. 2. de collat. in concorda. Item populus cui ministrat spiritualia, eum alere teneretur, si non haberet congruam portionem: quoniam postquam presbyteri seminant spiritualia, dignum est vt metant temporalia, iuxta diui Pauli sententiam 1. ad Corint. 9. quæ describitur in cap.cum ex officij.in fi.de pręscrip. quo onere plebs liberatur, si sacerdos congruè viuere posit.

12 Quintò, in fauorem pauperum, vt ipsi quidem à vicariis & curatis hospitalitatem exercentibus ali possint. dicto cap. de monachis. nempe D. Paulus vult clericum hospitalem esse debere: quod ostendit diuus Hierony.in epistola ad Oceanum,de vita cleric.in fin. sic inquiens:Hoc præcepto pater Abraham & Loth angelos susceperunt, quia hospitalitatem inter cæteras dilexerunt virtutes. Sic & Onesiphorus Paulum doctrinæ fontem suscepit, hi imitatores sint vestri, & ne sinatis incolam præterire, quin apud vos panem comedat: hæc ille, & quia hanc hospitalitatem clerici non seruabant, & laici decimas detrectabant.

*Hospitalem clericū esse decet.*

13 Audite quid dicat de hac re diuus Augustinus: Maiores nostri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant: modò autem quia discessit deuotio, accessit indictio fisci. nolumus

*Clerici & laici opprimuntur.*

nolumus cum Deo partiri decimas, modò autem tollitur totum.hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.cap.maiores.16. quæst.7. Ideo si nostri episcopi & alij hospitalitatem seruassent, & laici decimas persoluissent, tot & tantis oneribus grauati non fuissent. ideo hæc quasi postliminio sponte vestra, si sapitis, recipite: & grauaminibus ac oneribus liberabit vos Deus, nec duplici onere vos grauari ille patietur. vt abundè scripsi in tracta.de deci.q.vlt.vbi 26.pœnas in non soluentes decimas scripsi, & vtilitates eas soluentibus.

14 Ex quo infert Cardi. in dict.clemen.1.§.fin. quòd episcopus potest assignare congruam portionem præsentato, etiam non petenti, tum quia sua interest, tum etiam quia publicè interest propter hospitalitatem. & collusio præsentati cum patrono non debet nocere aliis.cap. 2. de collusio. detegend. quod intelligerem verum, antequam presbyter instituatur: post verò institutionem secus, quia conuenitur institutus ad hospitalitatem, & ad alia onera: & si velit soluere ex bonis patrimonij sui iura episcopalia, & hospitalitatem, potest. Hoc enim iudicium non datur, nisi postulatum fuerit.l.4.§.hoc autem iudicium. ff.de dam.infect.& ibi docto.

*Portioni cõgruæ uicarius non renunciat.*

15 Secundò, quòd curatus vel vicarius huic portioni non potest renuntiare quoad præiudicium successoris, nec in toto, nec in parte: ideo si contentus fuerit minima portione, non præiudicabitur vicario post eum futuro, vt dicetur inferius quæstione 11. propter rationes superius descriptas.

16 Tertiò etiam in præiudicium episcopi factum à vicario non valebit sine episcopi consensu, cùm episcopi intersit, vt superius dictum extitit. & cùm quis lædi potest, est vocandus. l. de vno.ff.de re iudica.alia nunc missa facio huic quæstioni affinia.

*Cõgrua portio quid sit.*

17 Tertia quæstio se nunc offert, ista videlicet, Quid sit congrua portio? Respondeo, est pensio sufficiens clerico perpetuo in beneficio instituto, ex prouentibus illius commodè viuere non valenti, ab eo qui decimas & alios ecclesiæ fructus recipit, debita.

Dicitur in definitione, seu verius descriptione, pensio, sumendo illud verbum generaliter, pro qualibet portione: non de ea quam dictauimus in tracta. de pacifi. possess. post Felin. in cap. ad audientiam. 2. de rescript. etiam dicitur quòd est pensio sufficiens. nam congruè & sufficienter debet sacerdoti ecclesię deseruienti prouideri.dict. cap. de monachis. & paria sunt non prouidere, & non congruè, quoad hoc, vt agi possit, vt infrà dicetur.

*Vicarius an curã habeat animarum.*

18 In definitione etiam dicitur clerico perpetuo ad remouendum temporalem, qui ad tempus impedimenti tantùm præficitur, ratione fortè studij.cap.cum ex eo.de elect.in 6.vel infirmitatis, vel alia iusta de causa: & huic non prouidetur de hac congrua portione, tum quòd potest remoueri ad nutum præficientis, licet id temporis quo seruit ali debeat, tum etiam quia non habet curam animarum, sed eam exercet nomine curati vel rectoris. gloss.in extrauag. execrabilis. in verbo, temporales. de præbend. in extrauag. Ioan.22.

19 Item hæc cõgrua portio clerico assignatur, qui in beneficio institutus, & suffectus est perpetuò ad seruiendum illi beneficio, & ad vitã suam, & habet titulum, & nomine suo curam exercet, & communi nomine vicarius vocatur, licet aliquando etiam curatus sit, vt inferius dicetur.cle. vna.de offic.vica.cap.postulastis. de rescript.cap. extirpandæ. §. qui vero. de præb. Et dixi clerico cuius nomine venit tam sacerdos, quàm alius etiam primæ tonsuræ: vt Panor. scribit in rubr. de vit.& honest.cleri.quia isti volenti promoueri ad sacros ordines, etiam congrua portio assignari debet per generalitatem. text.in dict.c.1.de præbend.in 6. Et quia beneficia curata etiam isti clerici possunt habere, dummodo intra annum promoueantur.c.licet canon.de elec.in 6.& cap. si pro clericis.de præben.ibidem.sic & ista: ideo si illa habeant, eis prouidebitur de congrua portione, licet non sint sacerdotes. Reliqua verba in definitione contenta, inferius explicabuntur. & alias vicariorum species tradit Panor. in d.c.postulasti.Imol.& alij in d.cle.vna.& Auriol.in addi.ad de montelaud.in c.super eo. de præb. in 6. & Bertach.in tracta.de episco.7.parte. 4. lib. {& ego plenissime in praxi beneficili post princ.}

*Clericorum nomine qui contineantur.*

*Quis congruam portionẽ petere possit.*

20 Quartò quęro, quis istam portionem petere possit? Respon. vicarius ecclesię perpetuus, vel curatus ipsi beneficio deseruiendo perpetuò præpositus.c.1. de præb. in 6.d. c.extirpandæ.& iuribus proximè allegatis.

21 Notãdum est quòd religiosis olim propter religionis zelum, multa dabantur bona, & ecclesiæ prouentus, quia piè viuebant, & Deo optimè seruiebant.& licet multa illis darentur, tamen victu & tegmento contenti erant, vt inquit diuus Paul.nos debere esse.reliqua ipsis pauperibus impartiebantur, & vicariis perpetuis ecclesiarum eis vnitarum non pauca tribuebant. Sed quia cœpit auaritia illorum excrescere.c.auaritię.de præben. & bona pauperum, & vicariorum retinere, non assignando eis nisi decimamsextam partem fructuum beneficij, ob id non valebant vicarij congruè viuere: quamobrem iura fuerunt promulgata super hoc sequentia.

22 Primùm, Alexan.statuit in c.de monachis. de præbend. quòd religiosi nullos habeant præsentare ad ecclesias, in quibus temporalia & ius habent patronatus, nisi eis assignent congruam portionem, qua congruè viuere possint, hospitalitatem tenere, iura episcopalia soluere, & alia onera supportare. Verùm quia religiosi instituebant & destituebant vicarios conquerentes, pensionibúsque eos onerabant, & quandoque nolebant aliquos præsentare, vt ipsi religiosi omnia occuparent bona: ob id super hoc prouidit Clemens 3. volens vt antiquus & debitus ecclesiæ status seruetur: & si religiosi intra sex menses non pręsentauerint idoneum, tunc liceat prelato prouidere idoneo. tex. in c. 2. de supplenda negligen. prælato.

23 Verùm enimuero quia illę decretales erant

tantùm factæ contra religiosos exemptos, & ideo alij non exempti, vel seculares patroni prouidere ipsis vicariis nolebant, cùm de eis nihil statutum fuisset. quamobrem Clemens 4. statuit prædicta iura habere locum tam in religiosis exemptis, quàm in non exemptis, & in aliis patronis etiam secularibus, text. in cap.1.de præbend.in 6.

24 Sed quia moram faciebant patroni in hac portionis congruæ assignatione, ob id statutum fuit in concilio Viennensi, vt Archiepiscopus vel Episcopus præstitueret terminum patrono, ad assignandum istam congruam portionem vicario: quam nisi intra illud tempus præscriptum illud patronus assignaret, authoritate sua poterat Episcopus præsentatum admittere, & in pœnam præsentantium ad diœcesanos ipsos potestas assignationis huiusmodi deuoluebatur, etiã non expectatis sex mensibus. clem.1. de iure patro. Ecce iura super hoc statuta.

*Portio an prius sit assignanda.*

25 Et quamuis ibidem text. dicat episcopum ex tunc, id est, elapso termino ab episcopis præstituto, debere præsentatum admittere, & postea portionem congruam assignare: tamen Anchar. Cardin. & alij iuris interpretes dicunt illius textus ordinem non esse necessarium: quos sequitur Cæsar Lamberti, in tracta.de iure patro. art. 10. quęst. principa.3.partis.2.lib. fortius probans, quia assignare prius tenentur religiosi, quàm præsentare: ergo & episcopus.nam ad illum deuoluitur ius cum illo ordine. clement. 1. de suppleud. negligent. prælat. etiam quia hæc assignatio loco dotis habetur, secundum eum. Et assignatio ecclesiæ prius fit, quàm construatur.can. nemo.de consecra.distinct.1.c.vlt.de eccles.ædifi. nec obest verbum extunc, quia Papa non determinat ordinem, hæc ille.

*Authoris sententia quòd prius institutio fiat portionis, quàm assignatio, contra doctores.*

26 Ego verò arbitror ordinem textus clemen. seruandum esse, & debere episcopum prius admittere præsentatum, & eum instituere, quàm assignare illi portionem, insequendo statuta in illo tex.dicto clement. 1. alioqui frustra esset ibi ordo statutus, & verba ibi descripta nihil operarentur, contra text. & ibi gloss. in l. 1. ff. quod met. caus. quia debet esse fundamentum antequam ædificemus: & esse aliquis debet, cui portionem assignemus.arg.cap.cum Paulus.1.quęst. 1. sed si prius ordinarius assignaret, quàm institueret, ignoraremus cui assignaret: igitur prius debet fieri institutio, quàm assignatio. Nam assignatio pro personę conditione fit, vt inferius dicetur, igitur prius quęrenda erit persona, quàm assignatio fiat. l. si quęramus.ff.de test.ergo institutio prius fiet ab episcopo, & interrogabitur institutus an sit idoneus, antequam instituatur. Nec obest quòd patroni prius assignent. hoc verum est. vt episcopus videat, antequam præsentationem admittat, si portio personę pręsentatę sufficiens sit, vel non, & vt recuset pręsentatum, si non habeat congruam portionem. & hoc est introductum in pœnam etiam patronorum, vt dict. clemen. 1. Sed cùm est deuolutum ius ad episcopos, non est timendum de congrua portione, quam ipse episcopus assignabit, pro qualitate personæ instituti: quam qualitatem instituti prius scire oportet. & sic est diuersa ratio in episcopo, & in religiosis, seu in patrono: quia semper debet esse certus is, cui portio assignari debet. Nam incertè portio assignari non solet, vt inferius dicetur: & non dicitur incertus patronus de præsentato, cùm ipse eum præsentat, quia iam elegit eum ad præsentandum, ergo illi incertus non est: & ideo diuersum est statutum in dict. clem. in patrono, & in ordinario.

*Deuolutio quando non fiat cũ qualitate & onere.*

27 Non obest quòd ad episcopum deuoluatur ius cum illo ordine dictę clemen. vnicę. Respond. hoc non esse verum, quando aliud expressum esset, sicut in dicta clemen.1.de iure patron. est expressum, vt admittatur præsentatus ab ordinario, & postea ei portio assignetur, & patronus prius eligat personam, & inuenit, quàm illi portionem assignet.

28 Non refragatur quòd assignatio dotis ecclesię prius fieri debeat, quàm construatur, ergo & assignatio huius portionis. Respond. ista esse diuersa. nam in assignatione dotis ecclesiæ est expressum, ne ædificatæ ecclesiæ ædificans postea dotem assignare recuset, & illam ecclesiam desolatã & pauperem relinquat: quod etiam fortè patronus faceret, si ab eo præsentatus esset institutus. ob id statuitur vt patroni prius assignent portionem: & si non assignauerint intra tempus statutum, tunc episcopus ad quem est deuolutum ius, & prouidendi, & assignandi portionem congruam non relinquet ecclesiam, cùm de suis bonis non prouideat, sed admittet præsentatum à patrono, si idoneus sit, & illi admisso pro conditione personæ de congrua prouidebit portione: & sic satisfit patrono, cùm episcopus admittit ab eo præsentatũ, quem ipse instituit, & portionem assignat. & sic planè loquitur ille tex. quamuis doct. contra ipsum expressè decidant. Vnde sic concludendum est, episcopum admittere prius debere præsentatum à patrono, si idoneus sit, & postea illi de congrua portione prouidere.

*Episcopus præsentatum non idoneum recusare potest.*

29 Si autem præsentatus non fuerit idoneus, tunc poterit episcopus repellere eum, vt à iure ei conceditur, cap.quod autem.& cap. cum autem.de iure patronatus. Et licet textus dicat in d. clemen. 1. extunt diœcesanos admittere debere præsentatum, certè intelligi debet, si præsentatus fuerit idoneus: nec enim credendum est Romanum pontificem, qui ius tuetur, quod aliàs excogitatum est multis vigiliis, & inuentum vno verbo subuertere voluisse. cap. Ecclesia.2.de electio.l.si quando.C.de inofficio.testam. Et ita debet intelligi text.in dict.clemen.1.dum dicit, nisi aliud canonicum obsistat. tunc dicit Panormit. in cap. cum vos. de offic.ordi.col. 2. Prouidebit episcopus etiam si esset patronus laicus: & si episcopus nollet admittere idoneum, superior archiepiscopus posset.cap.nullus. vbi docto.de iure patronat.

30 Superest igitur episcopum seruare debere ordinem textus in d.cle.1.descriptum, ne frustra occupet membranas.c.si Romanorum.19. distin.

& vt

& vt aliquid operentur verba ibi posita, & aliis rationibus præmissis: quia si episcopus reciperet præsentatum, antequam ei esset prouisum, & patronus postea nolet prouidere, vel moreretur, difficilius esset episcopo curare vt præsentato prouideretur. ideo certius teneat.

*Cōuentio de nō petenda cōgrua portione, symoniaca est.*

31 Attamen quia religiosi in principio conuenire solebant cum vicariis de modica portione eis præstanda, quod tamen est symoniacum, aliàs præsentare illos nolebant, qui non promitterent eis post institutionem nihil aut parum petere. quamobrem sub dißimulatione transiuerunt diœcesani, & præsentatos à patronis indistinctè, sine inquisitione congruæ portionis, admiserunt: & cùm vicarij fuerunt instituti, conqueri cœperunt de congrua portione: ideo is cui non fuit congrua portio in initio, scilicet tempore præsentationis aßignata, etiam postea quocunque tempore eam petere potest. & ad hoc tendunt iura & doct. in dictis locis, sed quia admodum pauca iura super hoc sunt constituta, ideo oportebit ex latebris vtriusque iuris alia perquirere, & ex similibus ad similia procedere. iuxta l. non possunt. ff. de leg. Quare ista materia difficilis, & pene ignota est visa. Ob id, vt iter quoddam ad illam præbeam, hìc aliquas faces incendam, vt alibi perquiri & inuenire ex his poßit: quia in ignotis facilè erratur. boni si lubet consuletis.

32 Notandum est, quòd religiosi variè ecclesias poßident: interdum temporalia habent, id est, beneficij fructus, decimas, & alios redditus, & spiritualia simul, quod pleno iure haberi dicitur, vel vtroque iure. in c. cum & plantare. & in cap. quoniam per confeßionem. de priuileg. & tunc dicuntur habere pleno iure, & quando iura quasi episcopalia habent, & episcopus nullum ius episcopale in eis exercet, sed tota iurisdictio pertinet ad abbatem, vel ad alium prælatum, vel capitulum, text. & ibi Panormit. & alij in cap. in Lateranen. de præbend. cap. querelam. de elect. nec desiit ob hoc pleno iure haberi: quamuis episcopus aliqua beneficij temporalia recipiat. per text. in c. cum venerabilis. de censib. & in his ecclesiis constituuntur vicarij temporales ad nutum reuocabiles, quibus non prouidetur de congrua portione, vt suprà dictum extitit. Sed de his loquitur tex. & glo. in clem. vnica. in fin. de suppl. negli. præl. Et cùm episcopus eximit aliquam ecclesiam, retinet correctionem, procurationem, & cathedraticum. tex. in c. pastoralis. de dona. c. cum venerabilis. de censib. gloss. nota. in c. visis. 16. q. 2.

*Iura quasi episcopalia quis habere dicatur.*

33 Si tamen concedatur ecclesia religiosis pleno iure, non poterunt ex hoc conuertere fructus ecclesiæ donatæ in vsus proprios: sed sicut episcopus, qui ecclesiam pleno iure habet, non recipit ad suam vtilitatem, ita nec ipsi religiosi, nisi episcopus sic donans ecclesias prius fructus recepisset: tunc & illi quibus est donata, illos capient. text. in dicto cap. pastoralis. de donatio. Sed per illam donationem pleno iure habebit donatarius regimen in spiritualibus, & temporalibus, & iura quasi episcopalia. text. in cap. quoniam. de priuil. Innoc. & Panor. in dicto cap. pastoralis. de priuile. vbi dicunt in hac donatione consensum episcopi ecclesiæ donatæ ex neceßitate requiri. cautius est tamen, vt episcopus vtriusque ecclesiæ tam donatæ, quàm donantis consentiat.

*De unione ad mensam.*

34 Aliquando ecclesiæ vniuntur mensis prælatorum, vel capitulorum: & tunc possunt prælati, vel capitula quorum mensis sunt vnitæ ecclesiæ, fructus ad suos vsus conuertere: quod aliàs non possent. gloss. singul. in clemen. vna. in verb. ad mensam. de exces. pręla. quam approbat & elucidat Paul. de Roma, in tracta. pensio. ecclesiast. c. 1. num. 7. & sequen. Et in hac vnione ad mensam facienda solent vicarij ecclesiis parochialibus perpetui reseruari, cui debet portio congrua aßignari, iuxta Papæ mandatum in vnione appositum, his verbis: reseruatis tamen de ipsis fructibus, redditibus, & prouentibus beneficiorum ipsorum, si ecclesiæ parochiales fuerint, pro singulis perpetuis vicariis, in singulis eisdem parochialibus ecclesiis instituendis portionibus, ex quibus dicti vicarij congruè sustentari valeant, & alia sibi incumbentia onera supportare, ac prouisio quòd alia beneficia huiusmodi, quæ parochiales ecclesiæ non existunt, debitis non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur. clem. 1. de præben. Ecce quòd in vnione ad mensam constituuntur vicarij perpetui, quibus est congrua portio facienda, & de his etiam loquitur hìc. Et hodie tot factæ sunt vniones, per quas & nominati, & graduati ferè priuati sunt beneficiis: & ideo omnes istę annullatæ nouiter fuerunt in concilio Tridentino, in septima seßione, & antea in concilio Constantiensi: & istę vniones fuerunt causę multorum apostatarum, & fortè hæresum. hoc probat experientia, quod vtinam non esset.

35 Item his addendum est, quòd si episcopus, vel abbas ecclesiam sic mensę vnitam conferat alicui in titulum, videtur eam separare à mensa: sed non præiudicabitur successori, quin mensæ applicet, sed sibi tantùm qui contulit. text. vbi Barba. in 3. colum. in clemen. 1. de rescript. & iuramentum de non alienando, à prælato pręstitum in initio concessæ administrationis, iuxta cap. ego N. de iureiur. refertur ad res quæ sunt de mensa, & ad eas res quarum directum & vtile dominium est penes ecclesiam non autem ad bona feudalia, quæ nonobstante iuramento, secundum consuetudinem infeudari poterunt. tex. sing. in c. fi. de feud. plenè doct. tradunt.

*Vicarius amoueri à patrono nō potest.*

36 Quandoque religiosi percipiunt temporalia ecclesiarum tantùm, & sufficiunt vicarium perpetuum: & isti etiam debet prouideri de congrua portione. & de his vicariis loquitur text. in cap. in Lateranensi. & in cap. de monachis. de præb. clemen. vnic. de offic. vicar. & isti destitui ab ipsis patronis non possunt. vt ibi, & cap. 2. de supplen. neglig. præl. Feder. consi. 95. super dubitatione, quia habentes tēporalia & redditus præsentare ad ecclesias debent, non autem priuare. cap. vltim. de iure patro. & dict. cap. de monachis.

nisi hoc etiam fuerit præscriptum.cap.cum olim. de præscript.& nisi de episcopi consensu dicto c. in Lateranensi. de præben. & licet ad præsentationem eorum fuerint ab episcopo instituti, tamen ipsi de cura plebis respondere debent. dict. cap.in Lateranensi.& in c. cum & plantare.§.in ecclesiis.de priuileg.

37 Potest tamen petere patronus institutum amoueri, si dilapidet ecclesiæ bona, vel ex alia iusta causa.c.filiis.16.quæst.vltim.doct.in cap. ex parte A.de testib.Ioan.And.in regula, indultum. in mercurialib.& Federic. Senen. dict. consil.95. colum.1.quod nunquam vidi obseruari. Nam si obseruaretur hodie, multi etiam prælati eorum dignitatibus destituerentur, qui bona ecclesiarum in suarum animarum perniciem passim deglutiunt,& dilapidant.

*Oneratus vicarius liberari debet.* 38 Aliquando religiosi idoneum ad vicariam perpetuam, pensione ipsis reseruata, præsentant: verùm quia illum pensionibus magnis onerant, quæ nec duo, vt parœmia vtar, Aegyptij ferrent.ideo vicarius ecclesiis competenter paupertate nimia oppressus, deseruire non valet,nec iura episcopalia soluere, neque hospitalitatem, sicut conuenit transeuntibus impartiri. cap. 2. de supplen.negli.præla.Et tunc vicarius potest agere, vt ab illo excessiuo onere liberetur, reseruata sibi congrua portione:& ita etiam prouidebitur, vt ibidem habetur.

*Augeri quãdo pẽsio debeat.* 39 Et hoc casu quando ecclesia donata monasterio fuit ad vsus proprios, & monasterium, reseruata sibi pensione,concessit eam alteri, debet auctis facultatibus,augeri pensio:quia fuit imposita ratione fructuum: quibus etiam diminutis, diminueretur.teste Panor.in cap.prohibemus.in fi.de censib.sicut in procuratione debita dicitur, in cap.quanto.de censib.vt quemadmodum portio quę per bonorum possessionem accesserit, auget legata, ita & quæ decesserit, minuat. Pulchrè iurisconsul. in l. & si contra tab.in fin.ff. de vulga. Et quid videatur datum religiosis, cùm datur eis ecclesia ad vsus proprios,decidit Inno. & Panor.in c.pastoralis.de priuileg. & docto.in c.pastoralis.de dona.

*Vicarij quãdo rationem patrono reddere teneantur.* 40 Quandoque religiosi præsentant ad ecclesiam, in qua habent temporalia, decimas scilicet & alios redditus, quos vicarius omnes recipit: tunc de illis bonis temporalibus, quæ spectant ad patronos, rationem illis competentem reddere tenetur: & eo casu non est locus congruæ portioni,quia omnia onera tunc subeunt patroni.in cap.in Lateranensi.de pręben.c.ex literis.in fi.de iure patro.c.cum & plantare. §. in ecclesiis. de priuil. Quippe marito non debentur fructus dotis, si non supportat onera matrimonij.l.fin.§. præterea.vbi docto.C.de iure dot.quia pro oneribus debentur.l.pro oneribus. C. eod.l.fin. ff.de doli.except.vbi Bartol.& Iacobi.in l.cum post.in princip.ff.de iure dot. & ita intelliguntur illa iura disponentia præsentatos ad rationes reddendas patronis teneri. Nempe hoc est verum, cùm vicarius reciperet temporalia nomine religiosorum, seu bona ad patronos spectantia: sed tutius est tam patrono quàm aliis,vt congrua portio assignetur vicario, & reliqua patronus suscipiat: aliàs non video quòd vicarius reddere rationem de sua cõgrua portione teneatur.Nam text.in dicto cap.ex literis.dicit:vicarius de temporalibus tenetur respondere: quia bona postquam erant donata monasterio, vicarius qui de religiosorum consensu illa bona suscipiebat,meritò de illis debebat respondere,non verò de bonis quæ sibi recipit. Idem habetur in dicto cap. cum & plantare.§.in ecclesiis.ibi, ipsis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem.Et idem dicitur in d.c. in Lateranensi. in fin.ibi, ipsis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. & c.sane.16.q. 2.ibi, sacerdotes de populi cura episcopis rationem reddant, abbati verò pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant. & ibi gloss. Nempe religiosi olim solebant vicariis committere, vt reciperent temporalia & spiritualia administrarent, verùm postea vicarij rationem non reddebant de temporalibus iustam: ob id religiosi noluerunt permittere vt ipsi reciperent, sed tantùm portionem suam, de qua iustum non est vt rationem reddant.

41 Quamuis Panor.& alij in dicto c.in literis. dicant patronũ ecclesiasticum habere hanc potestatem, vt ratio illi reddi debeat,secus in laico. & ita assignant differentiam inter patronum ecclesiasticum & laicum. & idem docet Panorm. in cap.cum ad sedem. in gloss. 2. de restitu. spolia.& in dict.§.in ecclesiis. quem sequitur Roch. Curtius, in tracta. iuris patro.in verb. honorificum.in vlti.quęst. dicentes hunc patronum non posse exigere rationem ab hoc vicario minutatim. & hoc etiam firmat Cæsar Lambert. in tracta.iuris patro.lib.3.artic.5.quæst.2.princip.Deci. verò in c.de monachis.col.3.de præbend. probat vicarium teneri tam ecclesiastico patrono,quàm laico reddere rationem:quia ius patronatus laicis competens est efficacius & maioris virtutis, quàm ecclesiasticum. cap. cum dilectus. de iure patro.hæc ille. *Dissentit à cõmuni & nouum præbet intellectum.*

42 Ego verò teneo vicarios de bonis,quæ ratione vicariæ perpetuæ sibi recipiunt, nec laico, nec ecclesiastico patrono rationem reddere cogendos:quia de suis bonis nullus rationem reddere compellitur, sed ecclesia est vicarij, ergo de eo quod sibi recipit,rationem non reddit.

43 Secundò,probatur per locum à speciali,rectorem hospitalium, leprosariarum, & eleemosynariarum rationes instar tutorum & curatorum reddere teneri. clem. quia contingit. §. 1.de relig. domib. speciale est in illis, ergo ius commune est in contrarium. l. ius singulare.ff. de legib.l.1.ad municip. *Qui rationem reddat de ecclesiæ fructibus.*

44 Tertiò,non inuenitur quòd vicarius teneatur patrono rationem reddere, nisi de temporalibus, ergo si illa recipiat, rationem reddet: sed de his quæ vicarius percipit ex sua ecclesia nomine suo, de illis rationem reddere non tenetur. Sed cùm vicarius recipit temporalia, quæ donata erant vel patrono laico, vel ecclesiasti-[illegible] lis rationem reddere tenetur, quia non sua

ſua recipit, etiam minutatim.ſecus de fructibus, quos in ſuam vtilitatem recipit.Ita reſideo,quicquid hactenus ſcripſerint doct.Et ſic facienda eſt differentia in hoc, quia interdum vicarij recipiūt oblationes,ſepulturas & alia quædam iura ratione vicariæ,& eccleſię ſuæ,& de his nullam rationem patrono reddere tenentur,quia ea recipientes iure ſuo recipiunt: niſi conſuetudo fuerit in contrarium.facit tex.in c.ſane.16.quæſt.2. vbi ſic dicitur:Sanè quia monachorum quidam epiſcopis ſuis ius ſuum auferre contendunt,ſtatuimus, ne in parochialibus eccleſiis, quas tenent abſque epiſcoporum conſilio,presbyteros collocent:ſed epiſcopi parochiæ curam cum abbatis conſenſu ſacerdoti committant,vt eiuſmodi ſacerdotes de populi quidem cura epiſcopis rationem reddant, abbati verò pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant:& ſic ſua cuique iura ſeruētur.ecce ibi tex. valde accommodum,& ad hoc clarum.

45 Interdum verò vicarius in temporalibus partem habet: tamen omnia temporalia recipit, tam ſuo,quàm patroni nomine,vel omnia temporalia patroni nomine recipit,& tunc de illis rationem reddere tenetur,ſicut tutor,& alius adminiſtrator:nec erit aliis priuilegiatior.l.1. §.officio. ff. de tutel.& ratione diſtrah. de quibus ſcripſi in l.boues.§.inter.ff. de verborum ſignific.& ſic puto intelligenda iura prædicta:licet doct.in eis valde ceſpitauerint, & alio modo ea intellexerint. Et hodie hoc iure vtimur,vt religioſi & alij patroni vix patiantur ſua iura à vicariis recipi,ſed illis partem faciunt minorem, quàm poſsint, de quibus nulla redditur ratio.

*Recipiens fructus primi anni cōgruam portionem aſsignare debet.*

46 Poſtremò,congrua portio dari debet à prælato, qui fructus beneficij primi anni recipit ex priuilegio,cap.ſi propter.de reſcrip. in 6. quæ taxatur ad dimidiā.per extrauag.ſuſcepti. de elect. in extrauag.Ioan. 22. vt abundè ſcripſi in tracta. de ſenten.prouiſional.in præfa.num.111. & ſeque. in 14.caſu.{in 1.tomo commenta.ad conſtit. reg. gallicas.}

*A quo petēda ſit congrua portio.*

47 Quintò quæri poteſt,à quo hæc congrua portio peti poſsit? Reſpondeo, tam à patrono exempto, quàm non exempto,eccleſiaſtico vel laico,religioſo, vel ſeculari,ſiue ſint monachi,ſiue canonici, & ſic etiā à capitulo,& generaliter ab his qui eccleſiæ prouentus recipiunt.c.ſicut.de ſupplen.neglige.prel. c.auaritiæ.c.de monachis.cap.in Lateranenſi. de præben.& d.clem.1.de iure patro.iuncto cap.1.de præben.in 6.Et quanuis Cardi.in clem.1.quęſtio. 10. per illum tex.exprimentem perſonam eccleſiaſticam,dicat non habere locum in laico, quia ad laicos non ſpectant fructus rerum eccleſiaſticarum,ſed ex toto ad inſtitutum: nec laici bona eccleſiæ poſsidere poſſunt.c.cauſam quæ.de pręſcript.ſecus in viris eccleſiaſticis.cap.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à pręl.c.prohibemus.de decim. Si tamen laicus ex priuilegio fructus eccleſiæ reciperet, vel vſurparet, contra eum agi ad hanc portionem poterit,cùm ſit eadem & maior ratio in eo, quàm in eccleſiaſtico: & vbi eſt eadem vel maior ratio, idem ius ſtatuendum eſt.l. illud.ff.ad leg.aquil.§. porro.ibi, ſi qua fuit antiquioribus cauſis ſimilis ſeu maior.quę fuit prim. cau.benefi.amit.

48 Etiam is qui eccleſiæ decimas poſsidet, tenetur ad hanc portionem,quanuis patronus non ſit,cùm decimæ ſint tributa egentium.cap. reuertimini.16.quæſt.1.Nam qui ſeruit altari, vt vicarius.de altari viuere debet.ca.cum ſecundum. de præbendis. *Decimas tenens,ad congruam portionē tenetur.*

49 Imo qui pręſcripſit decimas,vel curam contra principalem curatum, tenetur ad hanc congruam portionem:quod poſſe fieri affirmat Domi.in ca.cum ſingula.col.1.de præben.in 6. nempe ſicut quarta legitimè ab hærede, vel hæredibus impleri debet.§. cæterum. in authen. vt cùm de appel.cogno.coll.8.ita à patronis,& ab his qui bona eccleſiæ recipiunt, hæc portio eſt ſupplenda. Et cùm in hoc caſu neminem inueniam priuilegiatum, illi dare priuilegia, non eſt mihi liberum:ideo omnes tenentur ad hanc congruam portionem, qui decimas & beneficij fructus recipiunt.

50 Et ſi plures ſint patroni, ab omnibus ſimul petetur,non à ſingulis inſolidum,ſed pro ea parte quam poſsident,vel fructus recipiunt.text. accommodus in l.3.§.fin.ff.de alimen. & ciba.lega. l.ſi libertus.1.§.libertus.de bon.liber.ibi,reſiduum ex debita parte ſibi omnibus hæredibus pro portione cuiuſcunque aufert.

51 Et ideo,ſi vicarius vnum tantum patronum conuenerit,is pro virili parte condemnabitur. & non ad totum, reſeruata tamen actione vicario contra alium fructus alios poſsidentem,& imputabitur vicario:quare ſimul non cōuenit omnes, vt ab omnibus integrā portionem & congruam exigeret:niſi illi omnes vnum collegium,vel corpus facerent,tunc ſinguli non conueniuntur,ſed totum corpus:vt d.cap.de monachis.cap.1.de his quæ fiunt à maio.par.cap.& doctor. in cap.cum omnes.de conſti.& fatuus eſt vicarius qui vnum conuenit, ſi plures ſint: quia finito vno contra vnum proceſſu, contra alium inchoare aliam litem oportebit: quod non faceret,ſi omnes conueniat.ob id conſulo curatis,& vicariis, vt omnes decimas tenentes,& illos eccleſiæ fructus, in ius vocent,& ab illis ſimul decimas petant,& ſaltem noualium decimas:quas ſi obtinere non poſſint, petant portionem congruam. & ita ſolet fieri, vt inferius plenè explicabitur.{Niſi timeret vnum,tunc illum poteſt dimittere, & agere contra alium,vt etiam vidi fieri.} *Conueniēdi omnes patroni ad cōgruam portionem.*

52 Sextò, qua actione petenda ſit hęc congrua portio? Reſpondeo, condictione ex lege, ſiue ex decretali, de monachis. Nempe ſi obligatio lege noua introducta ſit,nec cautum ſit, quo actionis genere experiamur, ex lege agendum eſt.l.vnica.ff.de condictio.ex lege. & ibi plenè doct.Bart.in l.quod ex his. de adult. Specu.in tit.de ſolutio.in fi.libellum concipiendum docet ſuper hac condictione ex lege. *Actione qua agēdum ſit.*

53 Si verò vicarij grauibus fuerint oppreſsi oneribus,poterunt petere ea ſibi adimi, & reformari, vt ſuperius dictum extitit: prout dixi de penſione oneroſa beneficio impoſita, vt refor-

mari etiam possit vsque ad quartam partem. in tractatu de pacific. possessorib. in ampliatione decimaoctaua.

*Praxis quotidiana.*

54 Hodie in praxi solent curati & vicarij perpetui petere veteres decimas, & nouales sibi adiudicari: & si talis patronus assertus ostendat titulum, saltem petunt in subsidium congruam portionem, & cætera. & hoc coram iudice ecclesiastico. Si autem agatur possessorio super beneficio coram seculari, & curatus seu vicarius dicat se in possessione percipiēdi decimas, tam antiquas, quàm nouales: ob id petit se manuteneri in illis, & interim congruam portionem per modum saltem prouisionis assignari sibi. & si processus tractum & dilationem recipiat, debet ei per modum prouisionis adiudicari prouisio congruæ portionis, donec videantur iura vtriusque, & alia sententia proferatur, vt interim deo seruire possit, & sacramenta parochianis ministrare: quia regulariter sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. commu. diuidu. c. licet Heli. vbi plenè Fely. de symo. non scribam alia quomodo iudex debeat iudicare: quia ex his & sequentibus satis dignosci potest.

55 Septimò, coram quo iudice hæc congrua portio peti possit? Respon. coram ordinario loci, siue sit archiepiscopus, cui dirigitur, d. c. de monachis. siue episcopus cui dirigitur, dicto cap. de monachis. siue episcopus: vt probat tex. in cap. fin. §. vbi. de deci. in 6. & cle. 1. de iure patro. quia ad eos spectat tueri ecclesias, vt in pristino statu conseruentur. tex. & ibi nota. Anto. in ca. sicut. de supplen. negligen. præl. {Hoc etiam possunt officiales ordinariorum per glo. in cap. fin. de offic. vica. in 6. sic decidit Aufrer. in decis. Tholo. quæst. 148. quòd poterit vel ex officio, vel ad partis petitionem. q. seq. ibidem. Hodie ex officio pauca faciunt officiales, & cum petitione vix potest obtineri debitum.}

*Religiosi uel patroni statum ecclesiæ immutare uel minuere non possunt.*

56 Ideo non possunt religiosi nec quicunque patroni antiquum ecclesiæ statum immutare. c. ad apostolicam. in fi. de symo. c. auaritiæ. & dicto cap. de monachis. vbi Pano. & alij ita asserunt. de præb. vnde non possunt præsentare religiosum ad beneficium seculare, vel per seculares regi solitum, quia esset immutare statum ecclesiæ, teste Ioan. Andr. & Antho. in d. c. sicut. cleme. vna. illo titu, Etiam clericorum numerum in templo deseruire solitum minuere non debent, sed hospitalitatem solitam seruare, & alia onera pati, nisi ecclesia esset tam tenuis & pauper facta, propter quod non posset solitum statum tenere, tunc sufficit quòd ecclesia cui facta est vnio, faciat illi deseruire per clericum secularem. argumen. cleme. ne in agro. §. ad hæc. de statu regula. c. inter quatuor. & ibi Panorm. expressim. & in cap. 2. in fin. de religiosis domibus. & in hoc episcopi vigilare debent, & in visitationibus cogere patronos & alios, vt cultum non minuant diuinum: sed ex ipsis quidam fortè sunt σκοποὶ ad illum tollendum, quibus dici potest: Claudius accuset Mœchos, Catilina Cethegum, cum sit inter Socraticos notissima fossa Cynedos. & quod scribit Io. And. in c. fi. de reb. eccl. non alien. Episcopi muti cùm sint de iure suo malè tuti, cùm sint cornuti, non audent cornibus vti.

*Capitulum an uacante sede de portione congrua cognoscat.*

57 Poterit tamen capitulum vacante sede cognoscere & adiudicare hanc congruam portionem: quia hoc est iurisdictionis, quod ad capitulum transit sede vacante. cap. 1. ne sede vacan. Io. Franc. in tracta. de offi. & potest. cap. sede vacan. in 8. quæst. partis primæ. glo. in verb. ordinario. in extrauagan. execrabilis. Ioan. 22. §. statuimus Inferior verò non poterit assignare portionem: vt glos. & docto. in verb. diœcesanis. in cle. 1. de iure patr. asserunt. & Imol. in d. c. de monachis. col. 2. etiam si institutio ad illum inferiorem spectaret, quia diœcesanis tantùm datur potestas. in d. cle. 1. ergo abbates vel priores de hac congrua portione non cognoscent: licet aliàs iurisdictionem habeant etiam quasi episcopalem, hanc tamen minimè assignare poterunt.

58 Sed conseruatores apostolici solent de hac portione congrua cognoscere authoritate apostolica: nempe cuncta per mundum nouit ecclesia, quòd sacrosancta Romana ecclesia onus habeat de omnibus iudicandi, exprimit text. in ca. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Et ideo conseruatores apostolici dati vniuersitatibus assignare iure hanc portionem, & de ea cognoscere solent. Et sæpius fui vocatus ab egregio & doctissimo iurisconsulto Domino Petro Clerico collega nostro, & huius vniuersitatis vicegerente, ad assignandam hanc congruam portionem vicariis, qui coram eo istam portionem petierant.

*Iudices seculares de congrua portione cognoscunt.*

59 Ego vidi etiam iudices seculares, corā quibus possessorio agebatur super decimis veteribus & noualibus, dum congrua coram illis petebatur portio, per modum prouisionis pendente processu eam adiudicare, licet de iure non detur eis potestas, sed incidenter dicebant habere cognitionem, per l. quotiens. C. de iudi. & c. tuam. de ordi. cognit. vt interim aleretur sacerdos processu durante. {Sed hoc vsurparunt, teste Aufrer. in decis. 149. facit text. in cap. peruenit. 2. de appel. & ita iudicauit Senatus anno 1555. pro vicario sancti Innocentij contra canonicos sanctæ Oportunæ in mense Decembri, & anno 1557. die 18. Maij post prandium fuit causa remissa ad iudicem regium cuiusdā curati qui petebat decimas coram iudice ecclesiastico & congruam portionem, à quo fuerat appellatum tāquam ab abusu, dicens decimas esse infeudatas, & abusiuè iudicatum decreuit curia.}

60 Quomodo cognosci debeat de hac portione? Respon. ordine iuris seruato, & non summariè: nec habet locum in ea cle. dispendiosam. de iudi. quia non agitur de beneficio. si tamen agatur de alimentis vicarij, quod congruam substentationem vocant, tunc summariè tractari deberet causa, sicut alimentorum. l. penul. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bonifac. Vital. in d. cle. 1. in fi. de iure patro. vt descripsi in tracta. de senten. prouis. artic. primo. in glo. alimens. in const. Reg. Et quid operentur ista verba, summariè & de plano, & in quibus causis sit procedendum summariè, scripsi in art. 9. glo. 1. in tracta. de sente. executor. in eisdem ordinat.

Octauò,

*Quomodo portio congrua sit assignanda.*

61 Octauò, quomodo assignari hęc congrua portio debeat? Respond. si de iure loquamur, debet congrua portio assignari antequam recipiatur præsentatus à patrono, vt superius dictum extitit. iuxta clemen. 1. de iur. patr. sed quia hoc non solet in Francia fieri, nec episcopi solent inquirere in præsentatione de hac cõgrua portione: imo solet à vicario post institutionem peti, vt iudex ordinarius vel alius, de quibus superius 7. q. proxima scripsi, habita ratione personæ, qualitatis bonorum beneficij, & oneris, assignare illam habeat, & aliorum etiam quæ notat Hostien. in summa, de renuntiatio. §. fin. de quibus dicetur inferius. ideo videndum est quid iudex considerare in illa imponenda debeat.

*Victus presbyteri prius considerãdus est.*

62 Et primò in ea imponenda debet iudex habere rationem ad victum curati seu vicarij. cap. penul. in fine. 12. quæst. 1. ibi {primùm tamen sibi, & suæ ecclesiæ deseruientibus necessaria episcopus subministret, } nec curatur ordo descriptus in cap. de monachis. de præbend. vbi prius dicit iura episcopalia soluant, & postea cõgruam substentationem recipiant, teste Decio ibidem. Nempe legatis alimentis, prius decerni debent legatario alimenta tam pro qualitate personæ, & quantitate patrimonij, quàm alia fieri: sic & in hac congrua portione, nisi dos fuerit legata cum alimentis. tex. singularis in l. cum vnus. §. fin. ff. de alimen. & ciba. leg. quam singularem dicit Rom. singul. 532. dicit tex. quòd legatis & cætera. Et sic licet episcopus prius ordinet vnde iura episcopalia vicarius soluere possit, & demum de hospitalitate, postremò de victu vicarij. non tamen vitiabitur illa congruæ portionis assignatio, licet ordine naturæ prius alendus sit vicarius, quàm alia facere debeat. nam de eo quod superest, debet refici ecclesia, & alia onera fieri: igitur prius victus consideratur. cap. de his. de ecclesi. ædifica. nam qui altari seruit, de altari viuere debet. cap. cum secundum. de præben. {Dicit tex. in cap. studeat. in fin. 50. dist. tale beneficium concedatur, quo & ipse & sui sufficienter possint habere suę sustentationis solatium.}

63 Secundò in hoc victu dignitas personæ, & scientiæ gradus, ac nobilitas consideranda sunt, vtpote si vicarius fuerit doctor, licentiatus, aut baccalarius, aut nobilis, maior portio ei assignari debet quàm alteri simplici presbytero sine gradu, & iudex in huius assignatione debet rationem etiam nobilitatis habere. arg. ca. de multa. in fine. de pręben dis. Nam vsufructuarius sufficienter alere, & vestire seruos debet, secũdum tamen ordinem & dignitatem, & statum mancipiorum. l. sed & si. §. 1. ff. de vsufructu. & in honorariis aduocatorum ita versari iudex debet, vt pro modo litis, proque aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æstimationem adhibeat. l. 1. §. in honorariis. ff. de var. cognit. glo. in c. cum adeo. de rescrip. {Fel. in c. postulasti. col. 7. nu. 4. vers. fallit secundò. de rescrip.}

64 Mercedes etiam præceptoribus, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium pupillorum tutor constituet. l. cum plures. in fi. ff. de administra. tutor. Et modus dotis ex facultatibus mulieris, maritique statuendus est, quousque ratio patitur. l. quęro. ff. de iure dotium. & l. cum post. §. gener. ibidem. sic & vicariis de hac portione congrua prouidebitur, nec hi coguntur vesci fabis, & aliis vilibus cibariis, sicut rustici. ca. non cogantur. 4. distinct. gl. in l. seruis vrbanis. ff. de lega. 3. docto. in c. episcopus. de præben.

65 Tertiò, in hac etiam decernenda portione considerare episcopus debet, vt tantum assignet vicario, ex quo possit clericum habere, qui sibi deseruiet: quia non potest solus presbyter missarum solennia, vel alia diuina officia sine ministri suffragio celebrare. c. proposuit. in fin. de fil. presbyter. & cap. vt quisque presbyter. de vit. & ho. clerico. vbi sic dicitur, vt quisque presbyter, qui plebem regit, clericum habeat, qui secum cantet, & epistolam, & lectionem legat, vt qui possit tenere scholas, & admonere suos parochianos, vt filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam: quos ipse cum omni castitate erudiat. Nec sufficit quòd populus respondeat sacerdoti, sed oportet istum clericum interesse. glo. in c. sedulo. 38. dist. arg. c. non liceat. 92. dist. licet contrarium seruetur hodie: quia quilibet etiam laicus presbytero respondere solet: & si clericus non sit, officium diuinum non solet differri, si alij laici cantare & respondere soleant, tamen debet adesse inter illos vnus saltem clericus primæ tonsuræ. Et in Campania sacerdotes solent lectionem cantare, omisso clerico, quod facere non debent, per d. c. vt quisque. *Sacerdos clericum habere debet.*

66 Sed ad ancillam vicarij non debet iudex habere rationem, cùm clerici mulieres habere prohibeantur, & cum illis cohabitare, per totum tit. de cohabi. cleric. & mulie. Nam mulier non potest in diuinis respondere sacerdoti in missa, etiam nullo viro existente: vt probat Archid. in cap. hoc quoque. de consecra. distin. 1. nec intra cancellos stare. cap. primo de vita & honest. clerico. hodie inuerecundè mulieres vbique esse volunt. *Mulieri nõ licet presbytero celebrãti respondere.*

67 Et tam is qui habet parochialem ecclesiam, quàm altare, & simplex beneficium, debet habere clericum, qui illum adiuuet, per prędicta: ita consuluit Panor. in consi. 89. ex themate proposito. in 3. quæst. volu. 2. & in d. cap. vt quisque presbyter.

68 Et licet de iure quilibet celebrans debeat habere vnum sacerdotem propinquum quando celebrat, vt si impedimentum superueniret celebranti, posset alter missam complere. cap. illud. 7. quæst. 1. & cap. nihil. de consecra. distin. 1. glo. in verb. ministerio. rubr. de his qui in missa non complent, credo. & cæter. in prag. & olim solebant habere. tamen ad istum sacerdotem communiter non habetur ratio quoad portionem congruam: quia ille presbyter non est omnino necessarius: & rari sunt qui missam non compleant, & in hoc solet deus optimus maximus cooperari. si tamen vicarius vno indigeret sacerdote, vel pluribus propter ecclesias accessorias, quas succursus vocant, tunc rationem illorum habere

habere iudex debet, & omnino numerus considerari personarum necessariarum in hac cōgrua portione solet.arg.tex.in l.si filię.de leg.3.vnde si vicarius capellas annexas habeat, in quibus singulis dominicis & festis diebus celebrare tenetur, sicut in ecclesia principali, hoc considerandum erit.ideo non dicitur sufficiens beneficium, nisi sufficiat habenti, & personis sibi necessariis. cap.cum adeo.vbi glo.de rescrip.cap.studeat.50. distinct.Et sic non sufficeret hoc casu taxare pro victu vnius sacerdotis: sed oportet habere rationem ad alios duos, videlicet ad sacerdotem necessarium,& ad capellam annexam, quam vulgus vocat, secours, vel, hameau,& ad clericum. sicut si curator constituat dotem puellæ, debet hanc statuere pro modo facultatum:& in hoc attenditur numerus liberorum.d.l. si filiæ. de lega.3. Iacobi.in d.l.quero.Et priuilegium datur tam scholasticis, quàm seruis & famulis illorum necessariis.authen.habita.vbi abundè scripsi.C. ne filius pro patre.facit glo.nota.in c.cum sicut.de cōsecr. eccle.vel alta.

*Facultates beneficij cōsideranda.*

69 Quartò, debet iudex in hac imponenda congrua portione considerare beneficij facultates, sicut in dotis constitutione.l.si filiæ. ibi, si facultatibus.ff.de leg.3.& d.l.quæro.l. cum post. §. nuptiis. ff. de iu. dot. vbi dos pro modo facultatum,& dignitate natalium constituitur.docto.in authentica res quæ. C. communia de legat. & fideicommiss.

Non enim debet exhaurire omnes fructus beneficij vicarius, sed debet facere vt apud priorem vel patronum remaneat, inspecta qualitate sua,& onere.cap. quoniam.de vita & honestate cler. facit pulcher textus in l. ius alimentorum. ff. vbi pupil. educari debeant. vbi semper in fine anni aliquid superesse debet, licet illi legi maledixerit Dyn.qui liberalis erat, ob id omnia exponere cupiebat.sed Roger.illi legi benedixit, & à maledictione Dyni defendit. Barth.ibi, & qui eam seruabit, nunquam pauper erit. Vide in additio.ad Panor.in c.ex parte.de consuetu.ob id arbitrio episcoporum relicta est congruæ portionis taxatio, sicut de dote scribitur, à iuris interpretibus in d. authentic. res quæ. C. communia de lega.

*Onera in assignationem cōgruæ portionis consideranda.*

70 Quintò, debet episcopus animaduertere circa onera, in primis circa iura episcopalia, vt vicarius posit ea soluere, videlicet cathedraticum,& synodaticum,& alia iura episcopo debita: de quibus in cap.conquerente. de offi.ordi. & si omnia onera subeat vicarius, omnium onerum ratio haberi debet: si verò partem onerum habeat, tunc illius partis condemnatio fiet. argu. cap.tua.de deci. & cap. 2.illo titu. in 6. Cardina. in d.clemen.prima.§.sane.quæstio. 3. de iure patrona. Inde dicit text. in cap. secundo.§.vbi autem.de decim. in sexto, ibi, prouideatur per ordinarios, & ordinetur taliter, quod eisdem rectoribus tantum de illarum relinquatur prouentibus, quòd exinde competentem sustentationem habere, & iura episcopalia soluere valeant, aliaque onera supportare. ecce ibi textum expressum.

71 Sextò, præcipuè ratio hospitalitatis haberi debet: & beneficij locus considerari, an sit frequens pauperum accessus. nam vicarius vel curatus omnes Christi pauperes recipere tenetur. cap.quiescamus.42.distin. domus enim clericorum omnibus communes esse debent.cap. quoniam quicquid habent clerici pauperum est.16. quęst.prima.& minus sufficit manenti extra vias publicas, quàm habitantibus iuxta illas.gloss. solennis in cap. primo, in verbo, necessitatem.21. quæst.prima.Tamen magis indiget hospitalitate is qui est extra vias publicas, cùm ibi nulli inueniantur, qui pauperes recipiant: vt dicit Panormitanus in dicto cap.de monachis. in prima glosa, dicens beneficiatos teneri ad hanc hospitalitatem, iuxta vires facultatum: non enim tenentur omnes recipere,& postea ipsi mendicare, sed primò subueniendum est sibi, & seruitoribus suis. cap.de his.de ecclesi.ædificand.Sed nō tam lautè clerici, abundè,& delicatè viuere debent, vt omnia ecclesiæ bona deglutiant.l.seruos.ff.de pignoratitia actio. aliàs non est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: sicut esse debet, vt est in euangelio. Et alere & replere stomachum vsque ad nauseam, hoc non est viuere secundum diuum Paulum.

*Reparatio ecclesiæ fieri an prius quàm paupe res ali, debeat.*

72 Item reparanda est prius ecclesia, quàm hospitalitas habenda.cap.pastoralis.de his quæ fiūt à præla.si tamen tanta esset necessitas proximi, vt fame moreretur, vt in hoc pauperrimo & miserrimo tempore, tunc pauperibus subueniendum etiam per bonorum ecclesiæ venditionem esset. cap.aurum.12.quæstio.2.& eo casu etiam quoad laicos eleemosyna est in præcepto. c. pasce fame morientem.86.distin.Panor.in c.nouit.col.11. de iudic.

73 Sed sacerdotes & alij clerici, hospites, aut armigeros in suis domibus recipere non tenentur. l.1.C.de episco.& cleri.cap.1.de immu.eccle.in 6. & contra principes, qui suos epidemericos, quos vocant *fourriers*, permittunt onerare domos clericorum hospitio, quod non debet fieri. clamat Panorm.in cap.1.& cap. cum ecclesia. de immu. eccle.& Deci.in d.cap.de monachis.& hodie vix spiritus relinquitur sacerdotibus & clericis: imo quia deuotio est à nobis aliena, solet onerari pręcipuè sacerdotum terra,& plus in quibusdam locis grauari, quàm vnquam: quod fortè ex pessima presbyterorum vita, vel laicorū peruersitate contingit: sed Deus sua sancta misericordia, si vita nostra in melius mutetur, hoc emendabit. Sunt tamen excommunicati qui hoc faciunt. cap.primo, & cap. quoniam. de vita & honest. clerico.

*Procurationem soluere debet curatus & vicarius.*

74 Septimò, obseruare debet iudex in constituendo congruam portionem, vt vicarius posit soluere procurationem, & pensionem tempore visitationis, & sedis apostolicæ legatos recipere, prout de iure tenetur. in cap. cum instantia. de censib.& cathedraticum episcopo dare.cap. conquerente. de offi. ordi. quod totum non potest præscribi, sed in quantitate solutionis sic. glo. in c.quicunque.16.q.7.Hodie non vidi haberi rationem ad receptionem legatorum papæ, quia rari

recipiun

recipiuntur,nisi suis expensis: & quia vicariis & aliis sacerdotibus sunt ditiores,ideo illis non datur victus à curatis.

75 Octauò, ad decimam papalem haberi debet ratio.clem.2.de deci. vt vicarius eam soluere possit:cùm hodie frequens sit, non papalis decima, sed donum, quod dicunt gratuitum. & verè dicunt esse gratuitum: quia gratis recipitur, sed inuitum dicitur,quoad soluentes,per c.2.& 3. de immunit.eccle.in 6.

*Regionis mos considerandus.*

76 Nonò,mos regionis obseruari, & considerari debet.l.si seruus pluriũ.§.fi.ff.de lega.1. vnde in regionibus, in quibus est frumenti & vini caritas, & congrua portio in pecunia assignatur, magis augeri portio debet, quàm in locis vbi adest frumenti & vini abundantia, argu.l. pretia rerum.§.fi.ff.ad leg.falci. scripsi plenè in repeti. l. vnicæ,in glo.subtilitatem.C. de senten. quæ pro eo quod interest.

77 Decimò, considerari ætas debet, videlicet senectus,si vicarius senex fuerit, & indigeat maiori adiutorio,& sic portione,quàm iuuenis. hoc probat.l. cum vnus. §.fin. ff. de alimen. & ciba. leg.l. hæreditatum. vbi docto. ad leg. falcid. Et in patrono alendo, si ad inopiam deuenerit, quòd ratio ætatis haberi debeat, firmat Paul. de citad.in tracta.iuris patro.6.parte.art.4.q.7.

*Commodè uiuere & sine penaria quid sit.*

78 Vndecimò,non sufficeret assignare portionem, per quam vicarius posset viuere sine penuria, si non possit commodè vel congruè viuere: quia sine penuria quis viuere potest pro viginti aureis,& tamen commodè non poterit, nisi habeat centum vel aliam similem summam. hoc docet glo.sing.in cle.vna. in verb. absque penuria.de statu monach.in 6.sequitur Panorm.in ca. postulasti. de rescrip. & cap.1. de instit. sed illam glo.reprobat Decius in dicto cap. de monachis. dicẽs ista esse synonyma, & idem esse viuere sine penuria,& commodè.nempe qui sine penuria viuit,& commodè secundum eum viuit, & congruenter.quam Decij opinionem non facilè probo,nec ea esse synonyma arbitror. Nam penuria dicitur inopia earum maximè rerum,quæ in penu recondi solent,quod pene minus sit, authore Festo,& penoris nomine continentur, quæ vsui & potui sunt accommoda.l.3.in princip.de penu. lega.ff. Sed congruè id quod sufficienter significat, vt superius in principio dictum extitit, commodè verò aptè,vtiliter.Ideo non possunt ista synonyma dici habere minus & sufficienter: ideo glo.meliorem habuit sensum.nempe multi scholastici cum pane & aqua absque penuria viuunt, qui commodè vel congruè non censentur viuere, vt omnibus patet. Oportet igitur quod vicarius viuat commodè:& non sufficeret si sine penuria,contra Decij sententiam (facit tex.in c.1.de institutio.)

*Ab impositione congruæ portionis an appellari possit.*

79 Vltimò, si episcopus vel alius modicam vel excessiuam assignauerit portionem,ad superiorem appellari poterit,licet arbitrio eius relicta fuerit assignatio:quia ab eo quod iudex arbitratur,appellari potest, per cap. cum venissent. vbi Panormit.colum.4.de iudi.cap.1. de dilat. gloss. & docto.in cap.super his. de accusa. doctores in l.si qua pœna.vbi scripsi.ff.de verbo.signific.quia de arbitrio boni viri intelligitur.l. continuus. §. cum ita.ff.de verbo.oblig.& tenebitur tunc episcopus appellationi deferre, ac superior cognoscet.clem.1.de iure patro.In hoc regno si per modum prouisionis solui debeat congrua portio,& assignata sit à iudice regio, fiet executio nonobstante appellatione, & sine illius præiudicio. vt scripsi in tracta.de senten. præiudi.in præfa. quæ si postea fuerit reprobata per superiorem,vel moderata, illud moderamen tenebitur à partibus: quanuis in forensi iudicio ecclesiastico non videam sententiam congruę portionis exequi post appellationem posse. Vide glo.in verbo, oneramus.in d. cle.1. Alia multa iudex considerare ex suo ingenio poterit, quæ illi discutienda relinquo.& si suprà scripta considerauerit,non perperam iudicabit,nec litem suam faciet.de quo in l.si filiusfa.ff.de iudic.

*Portio quãta assignanda sit.*

80 Nona quæstio talis est, quanta assignari portio debeat? Respond. quidam instar trebellianicæ quartam partem dicunt esse congruam, & cuidam curato pro sua congrua portione omnes à laico decimas petenti, quas infeudatas dicebãt.In hoc senatu fuit quarta pars adiudicata,an.1539.die 17.Iulij.Sed text.in c.extirpandæ.de præb.dicit,quod quarta quartę, id est,decima sexta portio olim assignabatur. sed debet hodie congrua dari portio,quę aliquando est plus,quàm quarta,aliquando minus,prout iudici videbitur,inspectis superius descriptis, & sic quanta esse debeat, dicitur iudici, ipse dispice quantam imponere debeas: vt in simili inquit imperator in l.1.C. de eden. Et non potest super hoc vera dari doctrina, qui fructus requirantur ad sustentationem beneficiati, vt inquit Ioan.de selua,in tract.de benefi.in 1.parte,quæst.5.nu. 121. plus dicens, quòd hodie clerici non ita strictè viuere debent, sicut olim. & dos est assignanda magis ampla beneficiatis,quàm olim,quia carior est victus.in cap.episcopus.41.dist.l.verbo victus. vbi scripsi.ff.de verb. signifi. & maximè regionis situs & consuetudo inspici debet.l. si seruus plurium.in fi.vbi glo.ff.de leg.1.

*Arestum.*

81 Decimò quæri potest, in quibus rebus hæc portio assignanda sit?Respon.in fructus & prouentibus beneficij, per tex. in cap.1.de pręb.in 6.& cle.1.de iur.patr.quamuis Anchar.& alij dicant in d.clem.1.col.2.in pręediis assignandam esse:sed obstat tex.in cap.vobis.12. quæst.2.ibi, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum ecclesiæ putetis esse deputandum, ne per incuriam & negligentiam minuatur. Sed omnem pensionis summam ex omnibus pręediis rusticis vrbanisque collectam, ad antistitem deferatis. ex qua tamen collectione habeatur ratio,quid ad causas vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur. Hæ tamen opiniones sic possunt conciliari, videlicet, quando nulli alij essent prouentus, quàm fundi: tunc assignari fundus, vel fundi deberent: quia tex.in d.clemen. 1. dicit de prouentibus ecclesiæ portionem assignandam. prouentus enim nomen generale est,comprehẽndens fructus & redditus,

ditus,& quicquid obuenit.l.vsufructu legato. ff. de vsufructu scripsi in glo.prouentus.in §.volumus.de collatio.in concord. sed vbi fructus non sunt,necessitas legem nõ habet.l.1.ff.de offi.consul.& inanis est actio, quam inopia excludit debitoris.l.nam is.ff.de dolo.& quod in redditibus vel mobilibus præstari potest, in immobilibus assignari etiam poterit. l.à diuo Pio.§. in venditione.ff.de re iudicata.

82 Si verò alij sint redditus,sufficit si ex redditibus fundorum & possessionum portio quarta assignetur: & erit in arbitrio episcopi non existentibus prouentibus, in prædiis assignare. glo. & docto.in d.clemen.1.in verb. & in pœnam. Et quanuis fructus liberis non debeant computari in legitimam,sed ex ipsa testatoris substantia esse debeat.l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testa.l. iubemus. ad Trebel. tamen secus est in aliis quartis.l.in fideicommissaria.ff.ad Trebel.& maximè in hac congrua portione,quæ in frumẽto, vino, & pecunia assignari potest: & tunc vicarius tenebitur suis impensis vinum vel frumentum portari facere ad suum horreum:vt docet Bar.in l.prima.ff.de alimen.& cibar.lega.Ideo possunt assignari tres vel quatuor modij vini pro numero personarum,vel maior numerus, & idem in frumento assignabitur, & olei, & pecuniæ etiam quædam portio:quæ omnia collecta, cum oblationibus, quæ solent vicario relinqui, congruam faciant portionem: vt dicit tex.in ca. fi.§.vbi.in verb. eisdem rectoribus tantum de illarum prouentibus. exponit glos. illarum, decimarum parochiæ suæ.de deci.libr.6. Et sic patet quòd debet assignari portio decimæ curato seu vicario,vt viuere possit. quia dicit curatus, non accipio partes inter cęteras tribus:sed quasi leuita & sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens altaris oblatione sustentor:habens victum & vestitum,his contentus ero.c.clericus.in fin.12. q.1. vbi probatur quod vicario aut curato oblationes relinqui debent, & decimarum saltem pars. Et potius debet iudex inclinare ad partem congruam vicariorum,cùm sit fauorabilis, quàm ad possessorem decimarum,cum iste laboret in agro dominico, spiritualia parochianis ministrando.

*In oblationibus an sufficiat assignare congruam portionem.*

83 Vtrum sufficiat assignari in oblationibus, seu in distributionibus? Respond.non,quia incertæ sunt.quippe incertum est an parochiani offerent, & an vicarius lucrabitur distributiones. Nam impeditus fortè valetudine parochianorum,vel aliàs eas lucrari non poterit, & sic viuere non posset: vnde ex his incertis assignari hæc portio non debet, & ius de his non considerat, nec computari in congrua portione solent: vt decidunt domini de Rota,decis.134. quando. in no.& decis.706. in antiq.Oldr.consil.118. ex virtute.scripsi in tract.nominat.q.9.nu.39. versic. 3. quæro.habetur tamen quidam respectus ad prædicta.

84 Non autem debent assignari modij vini ex tali vinea,vel modij frumenti ex tali fundo:quia si non nascerentur, vel per vredinem, aut aliàs nihil esset in fundo, vel vinea,patronus vel alius debitor diceret se non teneri per l. interdum.ff. de verb.oblig.l.1.in fi.de conditi.& demonstra.& sic portio non esset congrua: ob id iudices non debent istam portionem congruam assignare super vna re,sed generaliter super fructibus beneficij:per ea etiam quæ notat Decius,& ibi Mainer.in l.in omnibus obligationibus.ff.de reg.iur.

85 Vndecimò, quæ debeant isti vicario computari in congrua portione? Respond.omnia certa quę habet ratione sui beneficij seu vicariæ: & sic omnia quæ iure suo ecclesia habet,ei computantur pro congrua portione. omnia verò alia quæ non habet iure ecclesiæ,sed extra,non ei computantur. arg. l.in quartam.ff.ad leg.Falci.vbi hæres omnia quę iure hæreditario capit, in quartam falcidiæ imputat:alia verò quæ alio iure capit,non.

86 Et ideo oblationes, cùm sint incertæ, non computantur omnino vicario,vt prędictum extitit,nec distributiones, si quas recipit in ecclesia diuinis interessendo:{quia incertum est an clericus intererit, propter aduersam valetudinem interesse forte non poterit, & multa alia accidere possunt,vt eas non habeat.l.naturalem. ff. de acqui.rerum domi.l.precia.ad legem falcid.Ancha. in cle.vnic.in repe.col.penul.de concessio præb. refert Feli.in c.ad aures.col.penu.de rescrip.} nec aliæ fundationes postea factæ in ecclesia: quia eas non capit iure suæ vicariæ.{de rota decis.134. quando. in no.& 766. quæritur. plenè scripsi in tract.nominant.p.9.nu.39.} Nam alius etiam nõ vicarius hoc habere posset:& ideo non computantur ei anniuersaria, ratione prædicta:& quod in his maius habeat onus, & ab ipso percipitur gratia remunerationis,ideo non debet ei computari in sua congrua portione.cap.cum in officiis. de testa. vbi Anchara. & alij. Nempe si quid ex his causis lucratus sit filius, quàm ex substantia patris, omnia quasi iure aduentitio eum lucrari vult imperator in l.scimus. §. repletionem.C. de inof.testa.sic & cùm vicarius aliquid habet pro missis ex laicorum legato in ecclesia fundatis per alios quàm per fundatores, hoc habet præcipuum, nec debet ei computari in sua congrua portione: quod est vicariis valde gratum, & lucrosum. igitur debet fieri separatio illius lucri, quod habet vicarius aliunde, & postea iudex videbit quantum recipit nomine suæ ecclesiæ: & tunc augebit illam portionem,& congruam assignabit:hoc elicitur ex l.1.in princip.& §.1.ff.de separa.bono.

*Distributiones non computantur in cõgrua portione.*

87 Fallit quando illa incerta reducuntur ad certam summam,vt plenè Fely.docet in c.ad aures.col.pen.de rescrip.vt in ecclesia sancti Antonij Venetiis,quæ communiter percipit per quæstores annuatim quingentos aureos. Ideo si illa incerta possunt ad certum pretium locari, tunc illa possent computari: quia paria sunt certum esse per se, vel per relationem ad aliud.l. ait prætor.ff.de re iudi.& ibi docto. sed non ita exactè computabuntur sicut certa.

*Incerta quando computantur in congrua portione.*

88 Ad hæc si nobilis ob sacellum vel ædiculã in ecclesia constructam det pensionem vicario, non debet computari in congrua portione:quia hoc non habet ratione sui beneficij, sed capellæ fundatę

fundatæ ibi. nam alius hoc posset habere, etiam si non esset vicarius:& quæ ab extraneo dantur, in falcidiam non imputantur. l. in quartam.ff.ad leg.falcid.sic nec in hac congrua portione,etiam quia maius onus ex illa capella habet, ideo fortè est ei opus alio presbytero. argum. l.nihil in fin. ff. de inoffic.testa.

*Lucrum ex pueris docēdis habitum non computatur.*

89 Item si causa docendi pueros vicarius habeat pensionem, non computabitur ei in congrua portione:quia aliunde venit, quàm ex vicaria: {& non est beneficium ecclesiasticum, teste Bald.in cap.super literis. col.penult.de rescript.} & quæ aliunde veniunt, & extra causam testamenti, in quartam non computantur. dict. l. in quartam. & sicut illa quæ ex substantia defuncti quis recipit,computantur ei in legitimam.l.quoniam. & l.sequen.§.imputari. C.de inoffic. testa. & illud quod capit extra patrimonium defuncti, nullo modo in ea legitima computantur. l. scimus.§. repletionem.C.de inoffic.testa.ita & illa, quæ vicarius recipit ex beneficio suo,dummodo certa sint,computari ei in congruam portionem debent.Si verò capiat aliunde,non debent computari, vt superius dictum extitit. & hoc notent vicarij perpetui: & pro me, qui pro illis laboraui, Deum Optimum Maximum orent, & erit mihi in salarium.

*Tolli an hæc portio valeat.*

90 Duodecimò, an congrua portio tolli possit? Respond. non, quia nō debet ligari os bouis triturantis.d.§. qui verò.c.extirpandæ.de præbend. & qui spiritualia seminant,dignum est vt metant temporalia.cap. cum ex officij.de præscrip. & qui laborant manducare possunt.& ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere.c.Ecclesiasticis.12.q.2.

91 Etiam per transactionem hæc congrua non tolletur portio, quæ cùm sit alimentorum loco, & modico contentus vicarius transigere posset, ideo non tollitur per transactionem, sicut nec alimenta.l.cum hi.ff.de transact.vbi plenè Ias. & iurium interpretes.

*Semel assignata portio an augēda sit.*

92 Si tamen fuerit semel congrua portio assignata vni, non poterit peti vt interim augeatur portio, sed imputandum est illi, cur tale beneficium acceptauit. gloss.in cap.si tibi concesso. de præbend. in 6. & ibi expressim Auriol. hoc firmat, quando vicarius habebat certā portionem, & congruam, & sufficientem in se, licet isti non sit congrua: vt idem Auriol.scribit in c.super eo. col.2.ibidem.sicut dicit Panor.in cap.ex præsentium.colum. vlt. de pigno. est imputandum illi, qui acceptauit ecclesiam tenuem,& impotentem soluere debita: nam hoc casu ex industria sua debet viuere sacerdos, per c.clericus victum. 91. distinct. Et sicut congrua portio simul assignata non potest diminui per monachos vel per alios. c.auaritiæ.de prēb.ita nec augeri:cùm contrariorum eadem sit disciplina.l.1.ff. de his qui sunt sui vel alieni iur.& §.1.illo titu.in instit.

93 Nisi portio fuisset destructa & extincta bello, vel alio casu, & adhuc fructus sufficientes remanerent apud rectorem, vel patronum: eo casu adhuc iterum petenda esset congrua portio,instar illius qui legitimam consumpsit. vt de filio prodigo est in euangelio.facit l.libertus qui operam.ff.de ope. liber. Bald. & Ias. in l. scimus. in princ.C.de inoffic.testam.& authen.quod locum. de collat. vel nisi notoriè appareret illum vicarium nunc ex illa viuere non posse, per ea quæ superius scripsi.

*Parochiani quando sacerdotē alere teneātur.*

94 Si verò apud rectorem vel patronum nihil aut parum remaneret ex illo beneficio, ex cuius fructu petitur congrua portio:tunc vicarius poterit agere contra parochianos, vt præstent ei vitæ necessaria.nam ex quo eis seruit diuina ministrando, ipsi eum alere debent: alioqui si recusent, poterit ab eis licitè substrahere diuinum seruitium, nisi ei necessaria præstent:vt docet gl. & docto.in cap.omnis Christianus.de consecra. distinct.1.Panor.in dict.c.ex præsentium.col.vlt. de pignor. & tunc oblationes necessariò esse faciendas dicunt doctor.vt scripsi in tract. de deci. quæst.1. Sed in hoc casu vicario consulerem, vt authoritatem iudicis officialis episcopi expeteret, & suos conueniret coram eo parochianos, potius quàm diuinum officium relinqueret, ne ei postea fraudi esse possit illa diuini officij dimissio & cessatio. cap.si canonicum.de offic.ordina.{Etiam per compensationem tolli non potest hæc portio, ideo non fuere auditi decanus & canonici Sancti Marcelli volentes compensare expensas in parlamento factas in congrua portione,nec potuerunt vti aliqua retētione pro illis contra vicarium de Geneuilliers, & ita pronunciauit Senatus anno 1524.die 27.Februa.sic dixi de decimis supra in tract.de dec.q.vlt.}

*Vicarius quando alitur non petit portionem hāc.*

95 Ad hæc quando monachi, vel alij patroni suos alunt vicarios perpetuos & onera soluunt, vt facere regulariter solent Præmonstraten. tunc cessat causa & ratio congruæ portionis petendæ. si autem onera ipsi subeunt, tunc vicarius conguram tantùm sustentationem habebit. cle. 1. de iure patro.Guiliel.de montelaudu.in d.c.1.col.2. de præb.in 6. Nam si actum sit, vt patronus certos habeat redditus, & vicarius alios omnes, & tunc vicarius ad onera tenebitur, si plures erant redditus,quàm dati fuerant:teste Bonifacio,cle.1. in princi.de iure patro.arg.l.secundum naturā.ff. de regu.iur. Si verò vicarius certos habet redditus,& monasteriū,vel alius, reliquos:tūc ad onera tenebitur monasteriū, vel ille qui redditus recipit.d.cle.1.§.sane.de iur.patr.& ideo portio congrua ab eo petitur, qui fructus redditus, & prouentus recipit,vt superius dictum extitit.

*Cōgrua portio nō recipit compensationem.*

96 Non tamen tenetur vicarius secularis acceptare oblationem monachorum,vel aliorum victum in monasterio vicario offerentium,seu alibi, nisi per longissimum tempus monasterium consueuerit suum alere religiosum vicarium,tūc valebit consuetudo, præcipuè si in monasterio alebatur, & cum religiosis. secus si in domibus priuatorum: vt not.doct.in rub.de coha.cleri.& mul.vt inferius dicetur.nempe seorsum hæc portio dari in domo presbyterali debet, vt parochiani volentes sacramentum recipere, presto inueniant sacerdotem in domo sua.

*Patronus &*

97 Et hoc probatur argumento patroni, qui

*ordinatus ubi sint alendi.*

dum ad paupertatem deuenit, in sua domo ali debet, non in ecclesia, vel domo presbyterali, vel abbatis: vt concludit Paul. citad. in tract. iuris pat. q. 10. arti. 4. in 6. parte. allegat l. plenum. §. pomis. ff. de vsu & habit. & Io. Andr. & alios in cap. nobis. de iur. pat. facit l. Gaio. §. fi. de alim. & ciba. leg. l. 1. C. de lega. vbi plenè doct.

98 Et in episcopo, qui promouit aliquem ad ordines sine titulo, vt teneatur ipsi ordinato prouidere de alimentis & aliis necessariis, donec eidem prouiderit de beneficio, loquitur cap. non liceat. & c. cum secundum. de præben. ista tamen alimenta nō tenetur ordinatus acceptare, si episcopus velit dare in domo episcopali: sed debet dare extrà: vt plenè concludit Innoc. & alij, in c. tuis. & d. c. cum secundum. de prȩben. & Perus. in c. si episcopus. illo tit. in 6. sic expressim consuluit Bertran. consi. 55. multa sunt. col. 3. in 2. volum. ex noua edi. Si tamen vicarius hoc acceptaret, tunc patronus illum honestè tractare debet in mensa sua, & iuxta se, & locum honorabilem in ecclesia illi assignare, & cubiculum honorabile eidem tribuere. Nempe cùm vicarius tractet corpus Christi, haberi debet in honore, teste glo. & doct. in d. cle. 1. circa fi. vbi Bonifa. & Cardin. & alij, in verbo decenter tractare. ibidem.

*Alimēta recipiēs an teneatur operari.*

99 Et si vicarius acceptaret victum in domo patroni, tunc non tenetur operari patrono, & illi operas exhibere: quia victus ei debetur ratione diuini seruitij, non propter operas: ergo operæ non præstantur patrono. diuersum est quando alicui deberentur alimenta, tunc is tenebitur operari præstanti alimenta, vt in vxore loquitur. l. sicut. vbi gloss. ff. de ope. lib. sic & filius patri, vt firmat Lucas de Penna. in l. 1. in fin. C. de agri. & manci. lib. 11. ne onerosus sit alimenta præstanti. cap. de lapsis. in fi. 16. q. 6.

*Argumentū portionis quando peti possit.*

100 Imò fortius, si tenuis portio & parum sufficiens fuerit interdum assignata, & fructus beneficij multùm excreuerint, poterit vicarius petere augmentum congruæ portionis, sicut de legitima, dicunt doct. per illum tex. in c. cum M. in fi. de constit. Deci. in d. cap. de monachis. in fi. sicut dixi superius de diminutione. {quando prior non erat congrua.}

101 Et si temporalia vel alij redditus beneficij non sufficerent nisi vicario, tunc præferetur vicarius, tum quod illud temporale prius erat patrimonium suȩ ecclesiæ, & postea fuit religiosis datum, vel ab ipsis occupatum, & sic ipse agit de damno vitando, & monasteriū de lucro captando: ideo præfertur vicarij ecclesia monasterio. l. iuris ignorantia. ff. de iur. & facti ignor. Tū etiam quòd hoc sit fauorabilius, videlicet alere plebē cibis spiritualibus, vt vicarius facit, & quòd bona facilè reuertantur ad suā primā naturā. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. hoc expressim firmat Henric. Bohic. in c. exposuisti. in fin. de prȩb. quia etiā ius commune hic curatus habet pro se. c. pastoralis. de his quæ fin. à præl. Et charitas bene ordinata à seipso incipit. l. præses. C. de seruitu. & aqua.

*Pater quādo non teneatur filiā dotare.*

102 Sicut dicimus de patre, qui debitis inuolutus nō potest filiam dotare: si tamen illi filiæ dotem constituat, non tenet illa dotis constitutio: vt docet Bald. in l. fi. col. 3. C. de do. promis. versi. sed quid si pater. quem sequitur Roma. in l. 1. ff. solu. matri. per l. ait prætor. §. si cum mulier. & l. fi. §. si à socero. ff. quæ in fraud. credi. Ias. in §. fuerat. nu. 116. de actio. in inst. licet aliàs pater regulariter dotare filiam teneatur. l. qui liberos. ff. de ritu nup. quia paternum est officium illam dotare. l. fi. C. de dotis promiss.

*Clausula in unionibus scribi solita.*

103 Et in donationibus temporaliū factis monasteriis, vel aliis locis piis, ac in vnionibus, solet Papa dicere, reseruata congrua portione. c. exposuisti. in fin. de præben. & id solet dicere in literis vnionum: reseruata tamen de fructibus, redditibus & prouētibus huiusmodi pro vno vel duobus vicariis perpetuis in ecclesia vel ecclesiis prȩfatis canonicè instituendis, congrua portione: ex qua iidem vicarij possint de cȩtero sustentari, iura episcopalia soluere, & alia sibi incumbentia onera commodè supportare: nonobstātibus &c. Ita vidi, & superius expressius scripsi, {& in praxi benefic. in rescripto vnio.} & isti sunt ablatiui absolutè positi, qui conditionem important: l. ab emptione. ff. de pact. vbi docto. not. & prius Papa vult reseruari congruam portionem: postea reliquos fructus donat, & vnit. ob id præferri debet prima ecclesia vicarij. vt Panor. not. 3. in d. cap. de monachis. probat, dicens habentes ecclesiā quoad temporalia, non posse omnes redditus ecclesiæ consumere, & sibi vsurpare: sed redditus tantùm superfluos, detracta prius congrua portione vicario, seu rectori ibi instituendo, & pro iuribus episcopalibus soluendis. Sequitur Cardin. in d. c. exposuistis. 3. nota. de præben. vbi etiam Henric. ait, tolerabilius esse quòd canonicus vel prior egeat, qui habet annexam curam, quàm vicarius, qui illam exercet.

*Donare potest episcopus ecclesiæ auferre alteri.*

104 Quia non poterat episcopus, vel alius, donare vnius ecclesiæ temporalia monasterio vel alteri, in præiudicium & destructionem primæ ecclesiæ: nec vnum altare discooperire, vt alterum cooperiretur. l. assiduis. in fin. qui potio. in pigno. hab. C. glo. in §. fi. quomodo oport. episco. iudica. colla. 1. & cum cura animarum non debebat negligi. cle. 1. de præbend.

*An vicarius propter ingratitudinem priuetur congrua portione.*

105 Idem dicunt si vicarius ingratus fuerit monasterio, quia tunc congruam portionem petere non potest, instar filij, qui ingratitudinem aduersus patrem commisit, vt ab eo etiam alimenta non petat. l. si quis à liberis. §. idem iudex. in glos. detulerat. ff. de liber. agnosc. quia filius ingratus perdit ius filiationis. Bald. in l. fi. C. de dotis promissio. Ias. in l. ius autem. ff. de iusti. & iu. & quòd patronus ingratus non possit petere vt alatur ab ecclesia, firmat Paul. Citad. in tracta. de iur. patr. q. 8. art. 4. in sexta parte.

106 Ego contrarium tenerem in perpetuo vicario, quia hic portionem ratione ecclesiæ petit, quæ ingrata esse nequit. & potest quis nomine alieno petere, quod non suo. l. quæsitum. de in ius vocan. ff. item nomine seruitij, quod illi ecclesiæ impendit, hoc petit. ideo nonobstante ingratitudine ab eo cōmissa, petet illam portionem: quia postquam altari seruit, necesse est, vt de altari viuat. cap. cum secundum. de præbend.

item

*Beneficium nō aufertur propter ingratitudinē.*

curatum(vt verbis eorum vtar)primitiuum: item beneficium ecclesiasticum alicui collatum nō potest ab eo auferri propter ingratitudinem. teste Ioan. Andr. Card. Panor. & Imol. in ca. fi. de postul. quos refert & sequitur de ripa. in repet. l. fi. q. 48. C. de reuocand. donat. & propter delictū prælati non reuocatur donatio facta ecclesię. per regulam, delictum personæ. de reg. iur. in 6. Pan. in c. verum. de conditio. apposit. de ripa, in d. l. fi. q. 52. & sic vicarius non obstante ingratitudine allegata per patronum, vel monasterium, poterit congruam portionem ab eis petere: alioqui esset auferre beneficium indirectè ab hoc vicario, & dei seruitium. nempe hic vicarius postea, si nihil ab ecclesia consequeretur, illi nolet seruire, & sic diuinus cessaret cultus. contra c. ex parte, de constitu. & ita resideo, quicquid in contrarium dicatur: quia longa est differētia inter filium & istum curatum, & vicarium: vt rectè intuenti patet, & est diuersa ratio in vtroque.

*Quis de iure communi fundatus sit in decimis.*

107 Vltimò, videndum est an vicarius sit fundatus de iure communi ad decimas, & alia beneficij iura, vel monasterium, vel patronus, & quis illorum. Respond. Ille dicitur fundatus de iure communi, quādo ius ei assentitur ad illud quod petit: ideo non tenetur probare id quod petit sibi dari, sed aduersarius qui habet ius commune contra se. c. ad decimas. de restit. spolia. in ca. 1. de præscrip. ibidem, & ideo multum prodest scire quis sit fundatus de iure communi: quia is habet præsumptionem iuris, quæ alibi dicitur probatio liquida. glo. in l. si tutor. C. de peric. tuto. & in l. 1. C. de testa. milit. Barba. consil. 50. illud afferam. col. 4. volu. 1. & fundatus de iure communi dicitur, quando ius pro eo facit. Et quando hoc sit, facio casus sequentes.

*Vicarius an sit de iure cōmuni fundatus.*

108 Primus est, quando religiosi, vel alij percipientes ecclesiæ redditus probant omnes illius prouentus in fundatione vel vnione sibi donatos, tunc ipsi sunt fundati de iure communi in illis fructibus, adeò quòd vicarius perpetuus, vel curatus petens fructus vel decimas tenetur probare ad se spectare: quia pars in toto est: ideo qui illam partē petit probare habet. l. si quis cum totum. de excep. rei iud. ff. imò ius curæ in effectu videtur tunc erga religiosos, vt testatur Cardi. in clem. 1. q. 15. de iure patr. & ideo dicitur de capellis monachorum, non vicariorum. glo. in consti. Angliæ. rub. de insti. vica. in 1. glo. nec habet tunc locum cle. 1. de deci. quia ipsi non dicuntur vsurpare quod ad eos spectat. cap. cum in tua. de deci. vbi dicitur vnam rem non deberi diuerso iure censeri. Bohic. in c. exposuisti. de præbend. {Feli. in c. postulasti. col. 2. de rescrip.}

109 Secundus casus est, si monasterium, vel alius recipiens fructus beneficij probet se habere certos fructus in ecclesia, tunc vicarius seu curatus in omnibus aliis de iure communi fundatus est: quia omnes alij sunt isti vicario asignati à iure, & ideo nō tenetur probare spectare ad eum, per cap. ad decimas. de resti. spol. in 6. & sic loquitur c. auaritiæ. ibi, intelleximus quòd in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones cōsueuistis percipere. de præbend. Et quamuis ibi esset reseruata certa religiosis portio, tamen solebant ipsi quibusdam clericis, non autem curato vel vicario, aliquam portionem dare, quam diminuebant, vt ibidem patet. ideo statuit ibi, quòd illam diminuere non debeant, & non loquitur de portione vicariorum. vt docet Aufrer. in decisio. 109. si intentio.

110 Tertius casus est, quādo patronus, vel alius recipiens fructus nihil probat, nec curatus vel vicarius, tunc in dubio decimæ curato vel vicario adiudicari debent: quia donationem fructuum esse factam oportet allegare ab eo, qui non est institutus, nec collationem habet, licet sit patronus: quæ donatio facti est, ergo eā probare oportet. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & c. ex transmissa. de præscri. & huic instituto in ecclesia in dubio debentur decimæ. d. c. reuertimini. 16. q. 1. & sic vicario. c. cum homines. & c. cum in tua. in fi. de deci. non autem patrono: sed præsentatio est eis ratione patronatus, de gratia reseruata. cap. 3. de iur. patrona. & alimenta in casu paupertatis & inopię. c. quicunque. 17. q. 4. extra igitur inopiam, nihil ab ecclesia, in qua est patronus, nisi in fundatione vel in iure expressum sit, recipere debet. Igitur in aliis extra patronatum, vicarius est de iure communi fundatus: & sic patronus probare debet saltem præscriptionem.

*Decimæ in dubio curato uel uicario adiudicari debent.*

111 Quartus casus est, quando certa pars decimarum spectat ad monachos, vel ad alios, altera verò pars ad curatum seu vicarium: tunc decimæ nouales spectabunt ad curatum. cap. cum contingat. de deci. dixi in tract. meo de decim. in illa quæst. an sublatis decimis noualia debeantur. q. 14. Contrarium est si vicarius decem, vel viginti sextaria frumenti, seu decem modios vini reciperet: tunc enim noualia ad clericos percipientes integras decimas pertinebunt: nec istius partis consideratio habebitur, vt vicarius quicquam ex noualibus habere debeat: vt not. in cap. quoniam. c. ex parte. 3. & cap. cum in tua. de deci. & cap. cognouimus. 12. q. 2. & Guliel. de montelaud. in defens. monach. posito. in fi. Benedictinę: quia rei limitatæ nihil accrescit. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. quod est verum, quando illi qui percipiebant decimas, erant viri ecclesiastici: secus si laici, quia hi noualia non habebunt, licet veteres decimas perciperent. cap. tua. 1. in fin. de dec. scripsi in tract. de decim. abundantius, ibi videre licet.

*Nouales decimæ an ad uicariū pertineant.*

112 Non refragatur quòd vicario sit facienda assignatio congruæ portionis, ergo non est de iure communi fundatus. Respond. tum demum faciendam esse assignationem, quando de donatione & subiectione, vt superius dixi, cōstat: aliàs non, vt exponit Bonifa. in cle. 1. in fin. de iur. patr. siue vocetur vicarius, siue curatus, siue rector, nō est curandum. Nam in quibusdam locis vicarius vocatur, licet curatus verè sit: in aliis rector, quia regere debet per se, non per alios: vt in rubr. de clericis non residentibus. aliquando vicarius perpetuus.

*Vicarius, rector & curatus.*

113 Quæro, sæpius dubitatur super decimis, inter monasterium, vel collegium, & institutum in beneficio. Monasterium seu collegium dicit se

stitutus vero contrarium. quis hoc probare habeat? Respon. regula est, quòd institutus in beneficio, & prouisus, in dubio præsumitur curatus: tum quia simulatque prouisus de beneficio est, & illud acceptauit, ius in re habet, & illud beneficium obtinere dicitur. c. penu. & fin. de concess. præben. in 6. Archid. in c. si gratiosæ. colum. 1. de rescript. in 6. ideo potest illud permutare. cap. ad quæstiones. & per totum de rerum permuta. & fructus beneficij ad eum spectant, & pro eius debito capi possunt. cap. 2. de fideiuss. dicto cap. ad quæstiones. & per totũ. quia dominus fructuum esse censetur. docto. per illum tex. in cap. vno. de cleri. non residen. in 6. Ideo postquam ecclesia est istius prouisi, & fructus sunt eius, non potest dicta ecclesia esse alterius: quia vna ecclesia debet esse vnius sacerdotis. cap. cum non ignores. de præbend. ideo qui dicit se curatum vltra prouisum, oportet quòd probet, & sufficit instituto probare se prouisum ab eo qui ius prouidendi habebat, siue per electionem, siue per collationem, siue per institutionem, vel alio quouis modo prouisus fuerit: quia in istis quoad hoc est eadem ratio, vt habetur in c. cum in illis. de præb. in 6. & patronus non censetur curatus, sed ius patronatus tantùm habet, vt per totum tit. de iu. patr. & si ipse donauit ius quod in ecclesia habet, illud tantùm ius dedisse censetur. c. pastoralis. de dona. non curam, quam non habebat: quia nemo plus iuris transfert, quàm habeat. reg. iur. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi.

*Probari quomodo possit vicariũ non esse curatũ.*

114 Quomodo probare poterit monasterium illum institutum esse vicarium, & non curatum? Respon. ex fundatione, si data fuerit capella monasterio, vel collegio, seu altare monasterio. tunc & cura data censetur. cap. altaria. vbi docto. 1. q. 3. c. cum & plantare. §. in ecclesiis. de priuileg.

115 Secundò, si in prouisione nominetur vicarius, vt patet in toto tit. de offic. vicar. quia vbi in prioratu seculari curato est vicarius perpetuus, tũc prior censetur curam habere. cle. ne in agro. §. cæterum. de statu monach. & de rota decisio. 228. nota quòd vbi. in antiq.

116 Tertiò, si probetur per tempus immemoriale quòd hic vicarius recognouit ipsos religiosos, vel alios, venientes ad suam parochiam tanquam curatos, & ibi celebrauerunt tanquam curati, & hora qua solet vicarius celebrare, & sic quòd exercuerint curam, ex illo exercitio probabitur eos esse curatos, vt doct. in cap. extirpandę. de præben. firmant.

117 Quartò, quando esset ecclesia vnita, & fructus omnes dati & vniti ecclesiæ cathedrali, monasterio, seu præbendæ, vel collegio, tunc cura spectat ad monasterium in vniuerso, vel ad habentem præbendam, vel ad collegium cap. exposuisti. vbi gloss. & docto. de præbend. & is qui instituitur habet tantùm curæ exercitium, & loco vicarij est: vt etiam probat Cæsar Lambert. in tracta. iuris patro. articu. 12. q. princ. 3. partis. 2. lib. allegat. extrauag. execrabilis. in fi. versi. quantum. in extrauag. Ioan. 22. Si verò institutus det aliquos fructus monasterio, vel alteri, tunc dicitur is, qui dat partem, curam habere animarum primitiuam. vt testatur Panor. & alij in dict. cap. exposuisti. & docto. in cle. vnica de offi. vicar. {Feli. in c. postulasti. col. 2. de rescrip.}

118 Quinto, quando probaretur quòd istud beneficium dependet ab alio, quod fuit fundatum ex causa, vt in c. ad audientiam. de eccle. ædific. tunc probaretur alterum esse vicarium: vt concludit Cardina. consil. 30. in hac. Imol. in cle. vna. col. 3. de offic. vicar.

119 Sextò, quando probaretur quòd monasterium haberet iurisdictionem in vicarium perpetuum, tunc iurisdictionẽ habens præsumitur habere curam primitiuam, etiam si sacramẽtorum administrationem nõ habeat: quia sufficit quòd aliquam habeat curam, etiam in iurisdictione administranda. c. dudum. de elec. docto. in cap. de multa. de præb. vide gloss. in verb. vicarios. versi. quantum. in dict. extrauag. execrabilis. Ioan. 22. rubr. de præben. aliis etiam modis probari poterit, quos nunc omitto, vt breui finem imponam.

*Episcopus in quibus à iure communi fundatus sit.*

120 Sic dicimus in episcopo, vt fundatus de iure communi cẽseatur in collationibus & prouisionibus ecclesiarum suæ diœcesis. cap. omnes basilicæ. 16. q. 7. quod non potest tolli, etiam ex dispositione testantium. c. sic quidam. & c. nouerint. 10. q. 1. vnde non valet dispositio testatoris in fundatione ecclesiæ adiecta, vt hæres conferat, & episcopus nihil habeat, nisi à Papa hoc fuerit approbatum. Inno. in c. in Lateranensi. de præbend. Bart. in l. quotiens. §. fi. de administ. tut. ff. Panor. in cap. requisisti. de testa. col. penul. & in cap. cum venerabilis. in 2. notab. ibidem. est etiam fundatus in institutione & destitutione, per text. in c. cum ex iniuncto. de hæretic. cap. 1. de capel. monach. Dec. consil. 121. in causa.

121 Et in subiectione. c. cum venerabilis. de except. vbi iuris interpretes volunt omnes clericos & canonicos, ac religiosos esse subiectos episcopo, nisi probent se exemptos: & qui hoc dicit probare debet. l. ei qui dicit. de prob. ff.

122 Idem in iurisdictione spiritualium causarum, vt iurisdictionem spiritualem habeat in tota diœcesi. cap. cum episcopus. de offi. ordin. in 6. c. 1. illo titu.

123 Et regulariter in omnibus spiritualibus fundatus de iure communi in episcopatu suo censetur: secus in temporalibus. text. in d. c. cum venerabilis. in fi. de excep. cap. constitutus. de relig. domib. Plenè regulam cum ampliationibus & limitationibus scribit Felin. in d. c. cum venerabilis. col. 10. nu. 32. nisi in ecclesia collegiata. Deci. & alij in c. significauerunt. de excep.

*Imperator & principes in quibus fundati sint de iure communi.*

124 Idem in imperatore & rege Franciæ, vt de iure communi fundatam habeant intentionem in iurisdictione omnium rerum sitarum in toto imperio & regno: quod probatur in l. 1. ff. de constit. princip. & in §. sed & quod principi. de iure natura. in instit. vbi populus transtulit in imperatorem omne imperium & potestatem, non verò omniũ rerum: vnde quando populus transtulit iurisdictionem in imperatorẽ, retinuit omnium rerum suarum dominium: alioqui frustra essent omnes leges de acquisitione rerum latæ, si imperator omnia bona haberet. Sic iurisdictionẽ

de iure

de iure communi habent: & qui negaret nõ esse sub illorum iurisdictione,probare haberet.Nam postquam ipse iurisdictionem habet in suo imperio, & in toto regno Rex Franciæ, ergo qui partem vult eximere ab vno illorum, probare hoc debet,per d.l.si quis cum totum.ff.de except. rei iudic.& dict.cap.cum episcopus. de offic. ordina.in 6.Ioan.de Pla.in l.vna.C. de conduct. & procura.lib.11.

*Dominium rerũ nõ habet princeps.*

125 Sed quoad dominium rerum, non dicitur princeps,etiam imperator,de iure communi fundatus in suo imperio. quod probatur: quia postquam Deus creauit hominem, & res ad illius vtilitatem,Genes.1.& seq.deditq; ei Deus omnia bona, dicens: Quicquid calcauerit pes tuus, id tuum erit.Deut.11.c.& Iosue 1.& 14.cap.homines igitur occuparunt possessiones, & effecti sunt illarum domini. Genes. 13. & cùm illæ possessiones non essent aliquo onere affectæ, à Deo liberæ sic sunt translatæ in occupantes ex Dei Opt. Maxi.prouisione.

126 Item probatur Genes.47. cap. vbi Pharao propter famem durissimam in Aegypto ortam subegit omnem Aegypti terram, præter terram sacerdotum, emendo illam, & postea colonis ad censum quintæ partis tradidit. ibidem. Si ergo illam non emisset,non fuissent illæ terræ censuales:quia nullus census erat à datore Deo optimo impositus:vel si rex fuisset Dominus illius terrę, illam proculdubio non emisset, vtpote suam: quia rei suæ emptio consistere nequit.Hester 10. cap.l.rei suæ ff.de contrahen.empt.

127 Et per hoc patet quòd omnis res præsumitur libera & allodialis & franca, nisi rex probet esse emptam, vel alio modo factam censualem,vt in Aegypto,vel acquisitam.l.altius.C.de seruit.& aqua & Io.And.in c.fi. de iudi.& Hosti. in c.nimis.de iureiur. Bald.in cap. significauit.de rescrip.c.1.de vassal.qui contra constit. Lotha.& cap.2.si de feud.fuer. controuers. inter domi. & agnat.vassal.c.1.de conten. inter mascu. & fęmi. Albert. Brunus, consil.1.col.1. in materia feudorum.& Barbat. consil.5.illud.col.4.in primo vol. Benedic.in repe.c.Raynutius.in verb.& vxorem. nu.309.de testa.

*Dominus totius mundi est imperator,quomodo intelligatur.*

128 Non refragatur quòd imperator sit dominus mũdi.l.deprecatio.ff.ad leg.Rhod.de iact. Verum est quòd dominatur in mundo per iurisdictionem,& præeminentiam:sed non est dominus rerum mundi. ideo dicit mundi dominus,non rerum,nec bonorum.l.bene à Zenone. C.de quadri. præscrip. & hodie sceptrum dominantium planctus est.Ezech.19.c.in fi.

129 Et postquam semel princeps subiecerit terras,& censuales reddidit, & colonis dedit, potest dici,cuius & ipsi sunt,& omnia bona eorum esse cognoscant,scilicet censiti.l.2. C.in quibus caus. colo.lib.11.antea verò non.

*Intellectus ad rub. C. sine censu.*

130 Nec obstat rub.C.sine cẽsu vel reliq.fund. comp. non posse. Respondeo verum esse, quando fundus semel fuerit censualis, non potest sine censu comparari: sed quòd omnes fundi sint censuales, hoc non est verum. quod etiam probat l.1.& seq.ac l.vlt.illo titu.Igitur omnes fundi sunt liberi ab initio, si non fuerint seruitute ab initio affecti. & qui dicit seruos esse vel censuales, hoc probare habet, etiam si nomine principis petat.

*Sine domino quis esse non potest quomodo intelligatur.*

131 Nec obest illud vulgare, quòd non potest quis esse sine domino,vulgo, *lon ne peut estre sans seigneur.* verum est quoad iurisdictionem,& protectionem:sed quoad solutionem census, sic.per authorita.Genes.37. de Pharaone.& alibi Dauid dicit:Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Non autem vni filio vel Imperatori, vel Regi, sed omnibus filiis. & ab illius summi Domini dono liberæ tenentur terræ & possessiones: alioqui sequeretur quòd qui non haberet terras, ex quibus soluere teneretur, esset sine domino: & tamen dicimus, quòd *nul ne peut estre sans seigneur.* & ideo concludunt doct. in c.cum non liceat. de præscript.quòd non potest quis præscribere, quòd non sit saltem subditus Papæ. {Et Galli abutuntur, dicentes quòd omnia mouentur de feudo vel emphyteosi Regis Francię.vtar verbis Guido.Papę in sing.577. vtrum quis possit tenere rem francam.}

*Non potest quis recognoscere terram. Priuilegiũ linguæ Occitanæ quo ad terras.*

132 Et ideo non possunt cogi domini possessionũ recognoscere terras, pro quibus nihil vnquam soluerunt: vt firmat Iacobi. in tractat. de feud.in verbo,dictiq; vassali.2.col.3.versic. subsequenter.Et patria Occitana habet super hoc priuilegium, insequens ius commune, videlicet, ne teneantur census soluere ex possessionibus liberis:sed rex exigere potest ab eis collectas,pro modo possessionum, quas tallias dicunt.& ego ipse vidi aliàs eorum priuilegium, alioqui dupl ci onere grauarentur, & censuum, & collectarum, quod ius non permittit.c. bona fides. de deposi. c.at si clerici.in fin. de iudic. Boer.in §.penult.de consuetu.feudo.in consuetu.Bituri.Sic debet intelligi,dum dicit regem de iure fundatum, videlicet quoad iurisdictionem, & quoad omnes regni sui vassallos: quia comes vel alius dominus non habet feudum in regno,nisi à rege:sed si negaretur feudum esse, oportet quòd rex probet, propter illam prę́sumptionem iuris,quòd omnis res præsumitur libera: & si rex petat censum, oportet quòd probet terram censualem, & illi censum fuisse impositum,per supradicta.

*Iura regis quæ sint.*

133 Nec me mouet quod scribitur 1. Regum, cap.8.vbi ius regis computatur:& inter iura illius dicit agros quoque vestros, & vineas, & olíueta tollet,& dabit seruis. Responde, Deus in odium illorũ,qui petebant regem, & abiiciebant Deum regem,dixit eis,quod rex qui regnaturus erat super eos, ista faciet de facto: non tamen Deus regibus hoc concessit, quia dicit, agros vestros. & sic sunt agri subditorum,non regum: sed hos de facto tollunt reges. Etiam loquitur de tyranno, qui non erat à Deo electus. nam tyrannus hoc facit,sed non electus à Deo,quod probat ibi tex. regis vestri, quam elegistis.alioqui si regis ius esset accipere possessiones subditorum sine causa, malè fecisset Naboth recusans vineã dare Achab regi Israel.nempe illa vinea erat vicina,& prope domũ Achab regis, volebat ei Achab dare meliorem vineam pro ea:aut si cõmodius ei fuisset,

argenti pretium, quantum digna esset: & tamen Deus grauatè tulit. vt patet 3.Reg.cap.21.& seq.

*Subditorum res quando princeps capere possit.*

134 Sed hoc ius regis est instante necessitate, vel publica vtilitate, vt rem subditi tunc possit accipere. l. item si verberatum. ff. de rei vendic. Ias. plenè in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cōstitutionib. & hoc, dato pretio pro rei æstimatione. l. 2. C. de ser. qui pro præmi. liber. accep. & glo. vlti. in l. si locus. ff. quemadmo. seruitus amit. dicit hæc non seruari à tyrannis, vel de facto: seruari tamen debet, & aliter imperator vel rex, sine nominis mutatione, non potest rem vicini vel subditi accipere sine consensu domini, vt de Naboth apparet, & probat l. id quod nostrum. ff. de reg. iuris. alioqui audient, quid dicit Dominus Achab, 3. Regum, cap. 21. {Vel erat ius Regis regnaturi super Iudæos non super Christianos, quia illi erant duræ ceruicis, Christiani non ita, & hoc probatur. ibi, dum scribitur, contestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos, ergo qui erit regnaturus super alios, non hoc faciet, si tyranni officio vti nolit: vel in Hebræo est masphat, quod significat iudicium.}

*Intellectus ad l. bene à Zenone.*

135 Nec obest illa iactabunda lex, bene à Zenone. C. de quadrien. præscript. vbi omnia dicit esse principis: sed si videatur §. primus, vbi hæc sunt verba, Quæ enim differentia introducitur, cùm omnia principis intelligantur, siue ex sua substantia, siue ex fiscali fuerit aliquid alienatum. Et sic bene dicit illa lex, omnia intelligi principis, quæ procedunt ex eorum priuata substantia, id est, illius patrimonio, & fiscalia. sed non dicit res priuatorum esse principis: sed tantùm bona patrimonialia sua, & fiscalia: alioqui si Iustinianus hoc diceret, falsum diceret, & contra ius diuinum loqueretur: cui non esset credendum. sed posset dici de illo, non posse statuere contra ius diuinum. Nam si omnia essent principis, de quo facerent homines eleemosynam, cùm nil haberent, nisi de bonis principis? & sic furtum committerent. species enim furti est, de alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere. l. si pignore. §. 1. ff. de furt. & omnes essent pauperes: & tamen in euangelio loquitur diuitibus. Et frustratoriæ essent ferè omnes leges, volentes actiones rei vendicationis, & alias dari dominis, cùm nullus inueniretur rei dominus, nisi princeps. Solus ergo princeps pro omnibus rebus rei vendicatio. ageret: quæ omnia quàm sint ridicula, inuentáque à ridiculis hominibus, nemo sanę mentis inficiari potest, vt consuluit Bertrand. consil. 1. in 3. vol. ex antiq. editio. & Ezechie. 46. scribitur: Non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam. Et de possessione eorum abundè docet Lucas de Pen. in l. fi. C. de loca. præd. ciui. lib. 11. ergo bona sunt populi, non principis omnia. Alia ferè vsque ad nauseam adducere hîc possem: sed cum ista sint tam clara & notoria, illa missa nunc faciam: orans iudices, & alios lectores, vt hæc boni consulant, & seruent, & conscientiis suis prouidebunt: quas debemus tanquam sartatecta custodire, vt animā possit vnusquisque Deo reddere immaculatam, quod faxit Deus. Cui de omnibus hactenus mihi elargitis, virginiq; Mariæ, gratias ago & agam immensas per secula. Amen.

*LECTORI.*

*Primam lineam 1. c l. pag. 87. adnecte coronidi 2. col. ita: dicit se curatum (vt verbis eorum vtar) primitiuum: institut. &c.*

QVAEST.

# QVAESTIONVM PRINCIPALIVM in hoc Tractatu contentarum Index.

# SACRATISSIMO PATRI, ATQVE SINGVLARI VIRTVTIS EXCELLENTIA PRAEDITO, DO. MARTINO à Sancto Andrea, Carcassonen. Episcopo, Petrus Rebuffus S.



*ERCVRIVS Trimegistus Rex maximus in Aegypto, philosophúsque doctissimus, & sacerdotali honore insignitus fuit, vigilantissime præsul; ob quas animi dotes, post mortem Aegyptij eum inter numina retulerunt, religiosissiméque coluerunt, primúmque anni mensem ei sacrarunt, ac urbem in Aegypto clarissimam, ab cuius nomine Hermopolim (hoc est vrbem Mercurij) nuncuparunt, Trimegistúmque (latinis ter maximum) vocauerunt: quod Alexandro, Pompeióque & aliis multis postea seculis diuo Carolo Francorum Regi attributum fuisse, memoriæ proditum est. Hæc adamussim perpendens, tibi illum Trimegistum alioqui magnificum virum comparare, cùm multis nominibus eum superes, non audeo. Ille enim rex maximus in Aegypto, tu verò regnum in Deo obtines, te & alios melioribus atque adeò institutis Christianis regis. Ille philosophus, tu & philosophus, & omnibus aliarum disciplinarum numeris absolutissimus, addam & humanus: & vt omittam incredibilem sacrarum literarum eruditionem, vtriusque iuris etiam (vt ex interpretationibus tuis Tholosatibus declarasti) egregiè peritus es. Præteribo philoxeniam, quam præcipuam, vt ambabus manibus, ac obuiis vlnis egenis porrigas, hactenus exoluisti. Ille insuper sacerdotali honore decoratus fuit, tu verò honori sacerdotali (qui per se bene magnus est) dignitatis culmen adiunxisti, in eáque ita te gessisti, vt populum tibi commissum, & religionum amatorem, & pauperum tutorem feceris, nusquam ab ouili tui conspectu (ne vnguem quidem latum) discedere voluisti. Cum apud aulicos inter primos agere posses, auium & canum oblectamenta aspernatus es. Adhæc dictum Cyri maioris Persarum Regis semper prætetulisti, inquientis, neminem debere suscipere principatum, nisi melior esset his quibus imperaturus esset. Censebat enim hoc esse principis vnicum munus, aliis prospicere, & publicis consulere commodis. Hoc autem præstare nemo potest, nisi qui sapientia, vigilantia, animíque integritate cæteris antecellit. Id verò non præstat natiuitatis (licet eam à nobili Tholosano præside, Bochoris instar semper iudicante, probatissimæ fidei, Catonéque sapientiore, inter eruditos optimo, & inter optimos eruditissimo, genuina probitate prædito, atque, vt paucis absoluam, omni virtutum genere instructissimo, traxeris) sed institutio optima, & rerum vsus, quibus à teneris dotatus fuisti. Quæ cum ita sint, talem patronum (si non graueris) mihi deligere, honori & commodo fore arbitrabar. Non tamen vt Atheniensium in Cherilum Samium poëtam munificentiam expectem, quia Pasetis semiobolo contentus essem. Igitur hunc pusillum mei ingenij laborem, Tractatum nominationum tibi dedico, quem si (vt pro tua humanitate soles omnia) benignè susceperis, in lucem fœlix tutúsque ab omni liuidorum calumnia prodibit, commodum (vt reor) publicæ vtilitati allaturus. Vale pater patriæ, & nos in ære tuo adscribe. Lutetiæ, decimo Calend. Iunij, Anno trigesimosexto, post sesquimillesimum.*

TRACTATVS

# NOMINATIONVM, ET DE PACIFICIS POSSESSORIBVS, VALDE VTILES, ET IN FORENSI IVDICIO FREQVENTES,

*D. PETRI REBVFFI, IVRIVM DOCTORIS, ab eodem recogniti, & amplificati adeo, vt deinceps alia vberior editio desideranda non sit.*

## PRIMA QVAESTIO.



ATERIAM nominationum in forensi iudicio in dies vsu venire mente mea reuoluens, à nostrisque doctoribus neglectam vel parum tractatam, quæstiones aliquas à me frequentius petitas, in vnum congerere conatus sum.

1 Imprimis sciendum est quæ fuerit causa efficiens, formalis & finalis, in his nominationibus. Respond. causa efficiens sunt vniuersitates. Nempe ab illis fiunt, & conceduntur nominationes, & causa materialis est studium quinque annorum, vel trium in nobilibus, ac gradus acceptus. §. præterea. de collat. in concord. Formalis est data forma. in d. §. præterea. & §. statuimus. 1. & §. teneantur. de collat. in concorda. Finalis causa est beneficiorum prouisio, quæ illis nominatis fit ob suos gradus & nominationes, vel fieri debet: & rationes inferius subiicio. quęst. 3. his iactis materiam aperiamus olim ignotam, nunc verò facilem, & omnibus obuiam. Nunc videamus, Quot modis accipiatur nominatio. Respon. multis. Primò, dicitur nominatio, quando exprimitur nomen & cognomen alicuius, vel aliud æquipollens. l. 1. & sequen. ff. de liber. & posth. & l. certum. ff. si cert. pet. & sic accipitur in concorda. in rubr. de regia facultate, primum mensem graduatis debitum nominandi, & tex. in ca. multi. §. si quis autem. & §. seq. 2. q. 1. & regula cancel. Iulij secundi. in 4. parte. & in l. 1. §. 1. ff. de magistra. conue. l. 1. §. cum quis. de quęst. l. libertus §. in quęstionibus. & §. nominati. ad municipal. auth. hoc amplius. C. de fideicom. & testator hæredem sibi nominare debet. l. iubemus. C. de testa.

*Nominatio quot modis accipiatur.*

*Filiatio per nominationem probetur.*

2 Aliquando quis nominat extraneum filium suum, & illa nominatio non probat illum esse filium nominantis. l. non nudis. & l. non epistolis. C. de prob. gloss. in c. Michael. de filis presb. & & cap. per tuas. de proba. cap. illud. de præsumpt. not. in cap. transmissæ. & ca. per tuas. qui filij sint legit. Ias. in l. neque professio. C. de testa. quia illa verba censentur prolata propter aliud, ideo non probant. l. ex his. C. de test. mili. plenè Iacob. de S. Georg. in l. quidam. ff. de prob. Ideo si presbyter vel alius nominet aliquam suam commatrem, non propterea probat hoc esse. ca. per tuas, de prob. quia hoc sæpius faciunt in coniugibus, vt peccatum eorum cooperiatur. Inn. verbis vtor Pan. & aliorum in c. ex parte. in fi. de restit. spol. Dec. consil. 462. visa. col. 2.

3 Nec talis nominatio quoad præiudicium tertij inducit etiam præsumptionem. Ias. consi. 81. factum sic se habet. col. 1. in 1. vol. & consi. 102. ser benedictus. col. 1. in 3. vol. ideo dicitur 1. Io. 3. c. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, &c.

4 Primò fallit, quando ex antiquo sic nominatus esset. cap. cum causam. & ibi glo. & doct. de probat. Barb. consi. 6. sapienter. in 2. volu. & Dec. consi. 35. ad iustificationem. Hippo. in rub. C. de prob. fol. 24. col. 3. cum seq. quia non præsumitur quòd tandiu fuisset sic nominatus, nisi filius esset nominantis.

5 Secundò, fallit quo ad legitimationem. auth. si quis liberos. C. de naturalib. lib. Alb. in l. non idcirco. C. de iur. & fact. igno. Alex. consil. 150. in causa. in 5. vol. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorem. num. 204. de test. vbi intelligit per nominationem naturalem patris tantum legitimum hęredem nominantis fieri, quando mulier, quæ pepererat filiũ, erat digna tali viro, de quo filium suscepit: alioqui contra, vt si mulier esset meretrix, & vilis conditionis, pater erat diues & nobilis. Ang. in §. sed & aliud. per illum tex. in auth. quib. mod. nat. effic. legit. coll. 6. Alium casum tradit Bar. in l. 1. §. idem per contrarium. ff. de lib. agn. Hoc tamen non seruaretur in forensi iudicio, si aliter non probaretur matrimoniũ, vt scripsi in praxi beneficiali in rescripto legitima.

6 Tertio, limita fauore libertatis, vtpote si dominus seruum suum scienter nominauerit filium suum, tunc efficietur liber. §. fin. institu. de adop. & in aliis casib. traditis per Fel. & Dec. in c. per tuas. vbi nominatio probat in casib. ibidem traditis. de prob.

7 Item ex ista nominatione nascitur præsumptio, quæ transfert onus probandi in aduersarium glo. in cap. Michael. de filiis presbyt. Calca. consil. 36. visis. num. 21.

8 Idem

*De nominatione papæ, vel episcoporũ, an ius tribuat.*

8 Idem si Papa aut Episcopus nominaret aliquem archidiaconum, decanum, vel alio beneficij nomine, propter hoc non probaretur dignitatis aut tituli collatio, nec per talem nominationem censetur dignitas, aut beneficium illi sic nominato acquiri, nec aliquid iuris eidem tribuitur. text. solennis in clem. vltim. de senten. excomm. Rom. consil. 18. admittimus. col. 1. Lappus allegat. 7. disceptat. quia in beneficiis requiritur canonica institutio. cap. 1. de reg. iur. in 6. quæ per hanc nominationem non fit, nec collatio, nec alia prouisio, vt patet, ergo. &c. quia illa nominatio est prolata propter aliud, tum quia super hoc narrato non fundatur intentio disponentis, tum etiam quia tales collationes sunt faciendæ idoneis, qui ob hanc nominationem nõ censentur, nec volũtas Papæ per hoc discernitur. Bonif. in d. cle. vlt. nisi exprimeret se velle conferre, vt ibidem dicitur. Fel. in cap. nonnulli. col. 17. & seq. de rescr. & cap. si aliquando. de sent. excommu. Iacobi. in l. quidam. col. 2. ff. de prob.

*Quãdo quis iuri suo uidetur renunciare nominando.*

9 Fallit quando collitigans nominaret eum, cum quo litigat sub nomine dignitatis, vel beneficij super quo litigat, vel ad illum sic scriberet, vt archiadiacono tali, vel canonico, tunc illi sic nominato videtur ius suum renunciare. tex. solennis. in cap. ex ore. de his quæ fiunt à maiori parte cap. & ibi Pan. in 4. nota. & in cap. cum ad nostram. de elect. in 1. not. D. Boer. in addit. ad Dy. in reg. 1. de regul. iur. in 6. circa fi. Ideo solet in processu apponi contra talem asserentem se decanum, vel vt asseritur. & ista est notab. practica, qua vtuntur cauti aduocati, vt indies video.

*No. practicam.*

10 Et ideo dicit Spe. in tit. de libello concep. §. fina. versicu. item cautus sit actor. vt se nominet rectorem talis curæ, vel dominum talis rei, & tũc reus potest petere vt detrahatur illa qualitas, & ponatur rector, vt asserit, vel potest petere, quòd illa nominatio non afferat sibi præiudiciũ, quod iudex facilè sibi concedere potest. quod bene nota in forensi iudicio.

11 Intellige verum, quando sponte nominaret, & eidem reuerentiam tanquam decano, vel tali N. exhiberet. Secus si coactè hoc faceret. quæ enim metus causa gesta sunt, rata non habet prætor, per totum titu. ff. quod met. caus. & illo tit. in decreta. sic tenet Domi. consil. 15. reuerende. 2. dubio.

*Sine canonica institutione non quæritur ius parti per alterius nominationem.*

12 Secundò, intellige quòd per talem nominationem non acquiratur ius nominato sine alia canonica institutione. d. regula 1. & per Ioan. de Selua. in tract. de benefi. in 3. parte quæst. 10. per c. dilecto. de præb. nam quandocunque quis priuatur beneficio, tamen collitiganti non acquiritur, nisi per collationem aut aliam canonicam institutionem. c. olim. in fin. de rescrip. Domi. consil. 38. pro clariori. col. 2. dixi plenius in praxi beneficiali.

*Cõfessio aduersarij iuuat titulum, sed non uiso titulo possessio adiudicari nõ debet.*

13 Item nec ex confessione aduersarij acquiritur ius mihi, quia non dependet à parte dare titulum in beneficio: glo. in rub. de pacifi. poss. in verbo, triennio. tamen dubia probatio facta super titulo, potest suppleri & coadiuuari, per confessionem aduersarij. glo. sing. in cap. penul. verbo si non appareat, de rescri. in 6. quam sing. not. Barb. in c. tuæ. col. 10. vt lite non contest. & consil. 45. col. 4. in 1. vol. num. 9. & consil. 62. col. 9. ibidem. & consil. 8. col. 11. in 2. vol. & consil. 70. col. 2. ibidem. ac consil. 10. col. 2. in 3. vol. ac consil. 40. col. 13. & col. 17. in eo. vol. & consil. 26. col. 7. in 4. vol. & Feli. in cap. olim. col. penult. & seque. de rescr. plenè tradit Aufrer. in decis. capell. Tholosa. q. 473. vtrum in causa, &c. vbi dat aliam limitationem.

Præterea si quis deposuerit contra decanum, instante procuratore fiscali, non ob hoc videtur renunciare iuri, quia hoc tendit ad fidem faciendam, non ad renunciandum. per tex. in argumentum in l. Gaius. ff. de pig. act. & confessio illius qui dicit se renunciasse, non prodest alteri parti. Et sic malè iudicatum fuisse per iudicem, qui nõ viso titulo vnius partis possessionem adiudicauerat alteri parti, dicenti se non habere ius in beneficio. asserit Boer. in q. 89. moto & pendente in decisio. Burdeg.

14 Secundò, accipitur nominatio pro quadam publicatione, vt quando excommunicatus nominatur in ecclesia per presbyterum parochialem, & tunc illa nominatio etiam in Palo ecclesiæ facta non probat, si de graui ageretur præiudicio, vtpote si ageretur de amittendo beneficium. glo. in cap. 1. in verb. nomen. de excep. in 6. glo. in cap. licet. in fi. de senten. excomm. eod. lib. glo. in verbo denunciata. de excommunicatione non vitand. in prag. dictum est in repe. ca. postulastis. nume. 76. in 2. not. de cler. excomm. ministr. hic non repeto.

*Nominatio an probet excõmunicationem.*

15 Tertiò, accipitur nominatio quando quis cõuenitur actione reali, & is nominauerit auctorem suum, à quo rem habuit, vt causam defenderet, & vt practici dicunt, garentiret. l. 2. C. vbi in rem act. l. authore. de euict. Bar. in l. officium. ff. de rei vend. Soc. plenè in c. fi. §. quod si super, vt lit. non contest.

16 Item qui possidet rem furtiuam, vt furti suspicionem vitet, nominare eum à quo rem habuit, tenetur. l. ciuile, & l. inciuilem. C. de fur. Bar. in l. fi. col. 2. ff. de quæstio. & qui falsa instrumenta habet apud se præsumitur falsarius, nisi nominet à quo habuerit. l. maiorem. C. ad leg. Corn. de fals. Alex. consil. 205. ponderatis. in 6. volu. Hipp. consil. 52. misericordia. nume. 33. cum seq. Idem si libri Lutheri, vel alij libri hæreticorum reperiantur apud aliquem. nam ille prẹsumitur hẹreticus. Archi. in c. fi. 24. q. 2. per illum tex. Rom. sing. 322. eo ipso, vbi corrupte allegat. vide.

*Possidens furtiuã [...] à quo [...] buit nom[...]re debet.*

*Hæreti[...] præsum[...] is apud [...] libri hæ[...] corum re[...] riuntur.*

17 Alia est nominatio quæ fit in officiis secularibus, vtpote quando agitur de eligendo consules in Montepessulano vel capitularios Tholosanos, seu iuratos Burdegalæ, de quibus in c. fin. de procur. Idem quando ageretur de eligendis scabinis in Francia, de quibus in cap. 1. de immunit. eccle. in 6. Aut si agatur de eligendo ad aliud officium, tunc si extraneus fuerit ad consilium, & nominauerit aliquem valde idoneum, ac consulibus suaserit, vt illum nominatum per eum eligant, tunc illa nominatio nil iuris tribuit, & sic non grauat quemquam. l. 1. §. solent. & ibi Bar. ff. quando

*Nominatio in officijs secularib. an ius tribuat.* quando appel. sit. ideo non est necesse ab ea appellare.l.nominationes.C.de app.ca.nominationes.2.quæst.6.

18 Quædam est alia nominatio, quæ fit post deliberationem, vt in rectore eligendo, vel in scabinis, seu aliis, & tunc tribuit ius, licet non perfectum, si à superiore debeat confirmari, vt in rectore Montispessulani, & Valentiæ: & dicitur quædam electio.§.postea, in auth. vt iudices sine quoquo suffrag.coll.2.l.nominationum.C.de decu.lib.10.& rub.de pericu. nomin. eod.lib.l. primo.C.de tutoribus vel curaoribus illustrium. Et ab ista nominatione poterit appellari, si iure non fiat: vt si nominatus rector sit de facultate artium, & debeat esse de facultate canonica, vel theologiæ.l.vna. & ibi Bart. & Reb. C.de portio.ad munera nomi.lib. 10. vel si fiat ab inimico.l.vna.C.si propter inimicitias facta sit creatio.lib.10.& sic nominatus vel alius tenetur intra decem dies appellare.l.si ad scribarum.C.de app. & l.hi qui ad ciuilia. ibidem. vel si aliquis scabinus, aut consul, sine confirmatione gubernatoris, aut locum tenentis, & procuratoris regij administrauerit. nam electio gentibus regiis præsentib. Bailliuis, aut aliis magistratib. solet præsentari, quam solet confirmare.tex. in auth. de defenso. ciui.in prin.coll.3.& ibi no.

*Quando in rectore eligendo poßit appellari.*

19 Nominatio alia est, quæ tribuit ius perfectum sine confirmatione, vt in rectoris nominatione, quæ in hac Parisiensi vniuersitate fit, & alibi in Francia, vbi non eget confirmatione, tũc nominatio facta à facultate, facit electionem & confirmationem, sicut in decreto decurionum. Bar.in l.1.§.solent.ff.quando app.sit.Fel.in c.eam te.col.3.vers.4.extende.de rescr.

*De nominatione facienda per senatores.* 20 Est & alia nominatio, quando vacat officium consiliarij, aut præsidentis, tunc consiliarij ad vnum congregati, nominare vnum regi idoneum ad illud officium vacans debent, vt habetur in ordina.Reg.rub.des elections & nominations.art.3. & seq. Et sic fui nominatus per reuerendissimum senatum Rothomagen. anno 1536. & die 23. Nouemb. etiam per metuendissimum senatum Tholosa.anno 1541.die 27.Augusti.quibus quantum debeam, exprimere nõ possum, sed chartis commendare intendo beneficium mihi per eos factum, & gratias immensas verbis, si facto non potero agere: cum me tantorum consortio dignum iudicauerint.

*No.consuetudinẽ parlamẽtorum quo ad præsides.* 21 Et ex consuetudine parlamentorum quando vacat officium secundi præsidentis, tertius nominatur, & ascendit ad officium secundi, & quartus ad officium tertij.primus verò præses & quartus liberè per regem creantur.in aliis tamẽ etiam potest rex dispensare.sed non inuenitur in Parisi. senatu dispensatum.Idem si vacet officium locũ tenentis, iudicis, aduocati regij, aut procuratoris. nam solet à curiis sic nominari, vt ordina. regiis cautum est, artic.3.in rub.des offices de iudicature.licet multoties pecunia nominet virum, contra tex.in auth.vt iudi.sine quoquo suffrag.coll.2.& etiam contra ordinationes regias.

*Iurare eligẽtes debẽt & nominantes.* 22 Et in nominatione requiritur quod nominantes iurent, vt in dictis ordinationib.dicitur, & etiam de iure vbicunque relinquitur conscientię alicuius, tunc oportet quòd is iuret, quod conscientia sua ita dictat, vel quod iustè & rectè agat arg. tex. in l.hac edictali.§. is illud.C.de secund. nup.Luc. de Pen. in l.1.C.de nauic.li.11.Alex. & Ias.in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.noui.nuncia.Præposi.in rub.de appel.col.15.Alexa. consil. 118.visis verbis.in 2.vol.& consil.45.in 6. volum. Bolog.consil.47.nobiles.col.2.Ias.in l. admonendi.in lectura.nume.11.ff.de iureiur.& in §.sed iste. nume.121.instit.de actio.& in l.apertissimi.in fin. C.de iudi.Hippol.in l.1.§.præterea.nume.111.ff.de quæst. Sic iurare debent volentes eligere prælatum, quòd vtiliorem eligent, vt habetur in Prag. sanct.in cap.1.de electio. idem in doctoribus regentibus, vt debeant iurare quando eligere volũt aliquem in locum demortui. sic fuit pronunciatum in hoc venerabili senatu arrestum. Vnde electio non spectat ad theologos, quando aliquis eligitur ad officium regentiæ iuris ciuilis, vel canonici, nec ad doctores facultatis decretorum spectat electio theologorum, vel medicorum, quia cum iurare habeant, quòd eligent magis idoneum, & doctum, ac auditoribus & scholasticis magis vtilem, non possent doctores medici iurare, quòd vnus est magis idoneus, doctus, & vtilis in alia facultate, & sic vera electio est, vt illi de facultate tantum eligant, quod hodie etiam Tholosæ seruatur dictante senatusconsulto, quia multi fiebant abusus per alias facultates in his electionibus.

*Doctores iurare debẽt, & quilibet in suo ordine eligere.*

*Arrestum.*

25 Alia est nominatio ad beneficia, & quędam respicit beneficia vacantia, altera vacatura.prima potest dici consultoria, seu tractatoria, vt quando canonici inuicem consulunt, & nominant aliquos ante scrutinium, & tractant an talem N. bonum sit eligere, & postea proponunt in collegio. ex illa nominatione nullum ius nominato acquiritur.cap.quod sicut.in princ.de elect.gl. in §.volens.in verbo nominationes.de coll.in prag. quia exprimitur consensus de futuro.& sicut per hæc verba, Denomino te in mulierem, non contrahitur matrimonium, sic nec per hanc nominationem in beneficiis sic factam. glo. in cap. quanto.63.distinct.1. & in cap.constitutis.in 2. de appel.Bald. in cap.illud. per illum text. de præsump.

*Nominatio ad beneficia uacantia, an tribuat ius.*

24 Aliquando, quis nominatur in scrutinio, & exprimitur consensus de præsenti, & postea publicatur.talis nominatio tunc à maiori parte capituli facta valet, & ex ea acquiritur ius nominato, & dicitur electio.text.in cap. cum olim. de re iudic.glo.in dicto ca.quanto.& in c.contra.16.q. 7.Bald.in rub.de postul.præla.in fi.Pan.Imol. & alij in d.c.sicut.Et hoc intellige, quando publicato scrutinio potest sequi electio, alioqui non. gl. & doct.in c.publicato.de elect.cap. perpetuo.illo tit.in 6.& cap.pen.ibidem.Inn.in c.bonæ. in 1. de postul.pręla.

25 Item fit nominatio papæ de pluribus inhabilibus, vel habilibus, vt vnũ eligat, seu assumat, de qua est text.in cap.1.dist.85.Archid.in c.nulla. de elect.in 6.& cap.quanto. col.2.63.dist. vbi dicit, quando sunt duo vel tres excellentiores in

ecclesia,

ecclesia,nominantur omnes papæ, vt vni prouideat.d.c.1.& ex tali nominatione ius acquiritur. 16.q.vlt.cap.contra.videlicet vt ea pendente non procedatur ad electionem.

*Nominatio, postulatio & electio differunt.*

26 Et differt à postulatione,in qua vnus tantum postulatur, & plures nominantur. & potest fieri nominatio alternatiuè, licet postulatio non. Io.And.& Imol.in d.c.bonæ.in fi.de postul.præl. Dom.& Perus.in c.2. de elect.in 6. Et in his primò nominatus censetur dignior.c.quorundã. de elect.li.6.Fel.in c.cum dilecta.nu.5. de rescrip. & maior.l.1.ff.de albo scrib.ac magis dilectus.Bald. in rub.C.si quis omissa cau.testa.col.vlti. Dec.in c.Nicolao.de appel.

27 Et ex hac sola nominatione si non fuerit perfecta,non priuãtur nominantes potestate nominãdi,etiam si nominauerint indignum, quod secus est in eligentibus.c.cum in cunctis.§.fin.de elect.c.perpetuo.illo tit.in 6.& dixi in repe.c.postulastis.in 4.notab.de cler.excom.ministra. Aequiparatur tamen postulationi,quia ante præsentationem poterit variare,post non.c. bonæ. in 2. de elect.Cald.in consil.5.an nominantes.rub. de elect.Bar. in l.absenti.ff.de donat.Ioa.de Selua in tract.de benefic.in 3.parte.q.1.

28 Hodie quædam nominatio fit à rege Franciæ in prælaturis,nam vacantibus archiepiscopatibus vel abbatiis,& prioratibus,in quibus seruatur forma c.quia propter.de elect. tũc enim Rex nominare debet papę vnum grauem magistrum, seu licentiatum in theologia, aut iurium doctorem,seu in altero,vel licentiatum in famosa vniuersitate creatum. & in 27. suæ ætatis anno ad minus constitutum, intra sex menses à die vacationis ecclesiarum computandos Quòd si minus idoneũ nominauerit, adhuc intra tres menses à die recusationis cõputandos,poterit alterũ nominare, vt habetur in cõcor. in tit.de regia ad prel. nomi.faciẽ.§.1.& seq.vbi scripsi quomodo intelligatur.facit tex.in c.cũ lõgè.& c.Adrianus.63.dist.

*Doctores ad episcopatus debent nominari.*

29 Et quòd doctor ad episcopatum nominari debeat,& eligi,probatur in summa.80.dist.vbi sic dicitur, Doctorem autem episcopum oportet esse , ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docẽdi officium accepit, quod exequi nescit. de Rota decis.881.papa.in antiq.Io. Lupus in repet.c.per vestras.col.4.& seq.de don.inter virum & vxo. Hodie multi sunt doctores in adulatione,luxu,& venatione.

30 Erat & alia nominatio quę cõcessa fuit regi Franciæ ab Inn.6.vt posset nominare ad præbendas in triginta,tam metropolitanis,quàm cathedralibus & collegiatis ecclesiis sui regni, vt citat glo.in §.placuit. in verbo , facultates.de colla. in prag. quæ non est sortita effectum.

Alia est nominatio,quam rex facit pro iucundo aduentu in ecclesiis, quas reges fundauerunt, & hic nominatus est aliis præferendus,interdum rex nominat veteranum quendam,quem vocant oblatum,& hæc etiam in monasteriis suę fundationis,vt fuit litigatum in parlamento,anno 1539. die 12.Aug. & in vigil. nostræ Dominæ. & hoc declaro in praxi benefi.inter rescripta mixta.

De alia nominatione idem per Stepha. Malecret in tract.de elect. limita.8. fol.36. Interdum fit nominatio ad beneficia vacatura à papa , & per viam mandati de prouidendo, & de ea loquitur c.mandatum.de rescr.& c.mandatum.de preb.in 6.dico supra de mand.aposto. & in forma mãda.

Aliæ sunt nominationes quæ conceduntur ab vniuersitatibus regni graduatis,& debito modo qualificatis , vt eisdem prouideatur. & de his erit sermo noster.& loquitur tit.de coll. in conc. Et super his affixi conclusionem,regem Franciæ non posse nominationes cõcedere:verum est,intellige nõ posse concedere nominationes,quę ab vniuersitatibus cõceduntur graduatis tantũ, quia tantũ data est potestas vniuersitatibus,vt patet in cõcor.in rub.de coll.§.preterea.ibi,per vniuersitates nominatis.& §.volumus autẽ quòd nominati literas nominationis ab vniuersitatibus in quibus studuerint, obtinẽtes,&c. & §.monemus. ibidem postea posui.Imò regem posse nominare eo iure vtimur,videlicet ad episcopatus , archiepiscopatus , & alias dignitates , de quibus supra dictum extitit,& hoc etiam fuerat concessum Carolo regi Frãciæ,vt patet in c.Adrianus.& c.seq.63. dist. & etiam fuerat eidem data potestas eligendi põtificem,& ordinandi Apostolicam sedem , vt ibi dicitur. Sed isti priuilegio olim renunciarunt, vt patet in c.sacrorum. 63. dist. sex tempora scripsi supra.de elect.deroga.in princ.

*Conclusio, Regẽ Franciæ non posse nominationes concedere.*

Quædam sunt aliæ nominationes , per quas rex suos nominat consiliarios Parisi.ad primum beneficium,quas dicunt quidam vtiles & bonas, si per eas nemini fieret præiudicium , & rex suis conferret beneficia,quę iure regali cõfert, & ouẽ vnicam nominatis addictã per vniuersitates non auferret,de his ego fusius scribam in praxi beneficiali,nunc huic primæ quæstioni finẽ imponẽs.

*Secunda quæstio.*

1 SEcundò principaliter quæritur , quo tempore fuerunt istæ vniuersitatum nominationes inuentę? Resp.quòd anno 1438.regnãtibus Eugenio 4.pontifice maximo,& Carolo 7. rege Franciæ,vt licet videre in procemio Prag. sanct. Pluribus tamẽ placet nominationes ligasse à Pascha anni 1439.quia vsque ad illud tempus fuerũt toleratæ gratiæ expectatiuæ. gl. in §. insuper.in verbo vacatura.& tex.in §.illi verò.versi. datum, &c.de colla. in pragma. nam procurante Eugenio concilium generale Basileę fuit cõgregatum, quòd permulta & animæ & corpori salubria statuta fecit,quę Eugenius ad Carolum,tum Franciæ regem per oratores misit , rogauitque regem prędictum vt eadem reciperet,& perpetuò in suo obseruari regno non grauaretur. quibus auditis oratoribus,rex cõcilium apud Bituriges in sacro Sacello congregauit,statutaq; per concilium Basiliens.ecclesia Gallicana cum aliquibus modificationibus approbauit, quas licet videre in prag. & per Guagui.li.10.fol.226.& seq.in vita Caroli septimi.versi.apud Basileam.Et sic nominationes ab ecclesia Gallicana fuerunt inuentæ, licet quidam teneant à concilio Basilien. quod non est verum,vt vides.

*Quo tempore nominationes fuerint introductæ.*

2 Demum pontifex summus Leo decimus cum Christianissimo Francisco rege Franciæ

Bononię,

Bononiæ, anno 1516. Calend. Ianuarij Pragmaticã sanctionem aboleuit, cõcordataque fecit, in quibus nominationes vniuersitatib. regni Frãciæ, Delphinatus, & Comitatus Dien. ac Valẽtinen. reseruauit, vt licet videre in concord. & scripsi in præfatione ad rub. de coll. in eisdem.

*Concordata quando fuerunt facta.* Fuerunt tamen alia cõcordata inter Sixtum tertium, olim Pontificem max. & Ludouicũ 11. Franciæ tum Regẽ, quæ non fuere sortita effectum, vt est tex. in extrauag. 1. de maior. & obed. in communib. & citat Gagui. in vita Ludoui. 11. lib. 10. versi. fama ante hos dies ferebatur, &c. gl. in §. non volumus. in verbo, quatuor. de collat. in pragm. Sequitur Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verbo, si absque. in 2. de fideicommiss. substit. nume. 44. de testa. & patet in concord. rubr. de constit. §. vnde.

*Tertia quæstio.*

*Tertia principalis quæstio quare nominationes inuentæ sint.* TErtiò, principaliter quæritur quare nominationes inuentæ sint, & in hoc regno introductę? Respon. Primò, vt prouideatur ecclesiis Franciæ de viris literatis, quibus & aliç quàm maximè indigent. c. cum ex eo. de elect. in 6. vbi dicit Io. Andr. in nouell. in princ. quod ecclesia indiget viris literatis, & non porcis, vel asinis deferratis: quod fuit originale dictum Io. Monachi. ibi. & in c. sicut. num. 10. de verb. sign. eo. lib. & vtrobique latius D. Probus apud eundem Ioan. Monach. Secundò, vt post studium perfectum (quod est post quinquennium, vt habetur in prœmio ff.) studentes aliquo munere donentur, in compensationem tam laboris, quàm bonorum in studio expensorum. not. in auth. habita. per illum tex. C. ne filius pro patre. vbi plenè scripsi. Tertiò, vt pauperibus scholaribus, qui nullum aut minus sufficiẽs beneficium habent, prouideatur. §. quod si quis. de collat. in prag. Quartò, vt vniuersitates regni tueantur, & foueãtur. §. item placuit. de collat. ibid. Quintò, ne prætextu beneficiorum habendorum Galli homines cogantur deserere studiũ, & circa alia inuigilare, vt in prœmio concord. ibi, simul ad ea accedebat deformitas, vt literarum studiosi & disciplinis liberalibus incumbẽtes, aut sacerdotia adipisci nequirent, aut qui adipisci cuperẽt, literarum studium abiicere, aut certè deponere cogerentur, passímque per vrbes errabundi vagari, vt id periculum imminere videretur, ne literarum tandem amor & scientia per incuriam exolescerent. & ibi traduntur aliæ rationes. vide ibi, & in c. pen. de magistris. & quæ scripsi in præfationib. ad rubr. de collat. in concord.

*Quæstio quarta.*

*Quid sit nominatio.* 1 QVartò, principaliter quæritur quid sit nominatio? Respond. quantum attinet ad materiã præsentem, est ius quoddam nominato legitimè qualificato beneficia certo tempore eidem præstituto vacantia petendi & acceptandi competens.

*Reprehendit glo. pragmatica.* 2 Primò, dico ius, quod est nomen generale, teste Christoph. Porco in §. 1. instit. de vsufr. vt comprehẽdat omnes nominatos legitimè qualificatos, habentes ius petendi, & acceptandi beneficia certo tempore vacantia, vt infrà declarabitur, licet glo. in §. volens. in verbo, nominationes, in fi. & in §. quod si quis cuiuscunque. in verbo, irritum, de colla. in prag. tenuerit per nominationes, nõ acquiri ius in re, nec ad rem instar gratiarũ expectatiuarũ, sed cõsequitur tantum quoddam ius præparatorium ad beneficium cadens in turno obtinendo, sicut præsentatus. & illam glos. sequitur Io. de Selua. in tract. de benefic. 3. parte q. 56.

3 Ego verò teneo ius nominato acquiri per nominationes, & illarũ insinuationem. Quod sic probatur, primò per c. vlt. de concess. præb. lib. 6. vbi ex reseruationibus & aliis gratiis acquiritur ius ad rem impetranti illas.

4 Sic ex istis nominationibus quæ sunt gratiæ, vt etiam vult glo. in §. item quod ad dictas, in verbo, nominare, de collat. in prag. & in verbo, poterunt. ibidem. *Nominationes gratiæ an probent.*

5 Secundò, sic suadetur facta iure insinuatione per nominatũ, beneficium vacans tempore eis stato est illis affectũ per illam clausulam decreti appositam in §. si quis verò de coll. in cõcor. nam clausula decreti afficit. c. tibi qui. de rescri. in 6. c. 1. de conces. præben. eo. lib. & c. si soli. ibid. glo. in §. & similiter. in verbo, censeatur. de collat. in prag. & quando afficitur beneficium, dicitur ius quæri ad rem. c. si postquam. de pręb. in 6. ergo per nominationes ius quæretur.

6 Tertiò, per præsentationem etiã à laico factã patrono quæritur ius ad rẽ. c. dilectus. de offi. leg. vbi Bal. dicit quæri potius ius ad factũ. c. cum autẽ. & c. pastoralis. de iure patr. gl. & doct. in cle. auditor. de rescri. adeo quòd præsentatus à patrono, si non fuerit variatum, potest petere confirmationem & institutionẽ: & si episcopus eũ idoneũ nõ admittat, potest ad interesse agere. gl. & doct. in d. c. dilectus. Pan. & alij in c. cum Bertholdus. per illum tex. de re iud. De Ripa in rub. de iud. nu. 70. cum seq. Bal. in marga. in verbo, patronatus. q. 2. Roch. Curt. in tract. de iure patr. in verbo, ius. q. 4. Idem fortè erit in nominato, vt possit beneficium certo tempore vacãs petere sibi conferri, alioqui non posset, nisi haberet ius aliquod ad petendum.

Hoc verũ esse, Io. de Selua. declarat in tracta. de benefi. in 3. parte. q. 11. in 25. qualitate, quando præsentatio fuisset superiori facta, aliàs non, quod sequitur Gomes. in regul. de non tollendo ius quæsitum. quæst. 1. vbi ponit decem modos, quibus ius ad rem quæritur.

7 Quartò, probatur ex literis gratiæ datur ius ad rẽ. c. quãuis. 1. & ibi gl. de rescri. lib. 6. c. in nostra. illo titu. in decreta. Sed appellatione gratiæ venit gratia siue per Rom. Pontific. concessa, siue per alium. glo. in clem. gratiæ. de rescript. nec quo ad hoc video differentiam inter mãdata & nominationes. ergo idẽ ius erit. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Et expressè in mandato de prouidendo tradit Bonifac. in cle. 1. in princi. de elect. & pro hoc est text. formalis in extrauag. vna. versi. nos ibi, ius ad rem expectantibus. de offic. delega. in communibus. vbi expressè Papa dicit expectantes habere ius ad rem, cuius dicto est standum, nisi quis vellet insanire. & ibi est etiam glos. Et *Gratiæ appellatione quid ueniat.*

Imo.in c.literis.in 1.gl.de rescri. dicit quòd non semper quæritur ius ad rem affectiuum beneficij, licet interdum tale ius acquiratur, vt quando in literis est apposita clausula decreti, vel interuenit aliud simile, habens afficere beneficium, sed per concordata sunt affecta beneficia nominatis, ergo per nominationes ius ad rem acquiritur.

8 Quintò, ex contractu etiam conditionali acquiritur nobis ius, quod ad hæredē etiā transmittitur.§.ex conditionali. instit.de verb.oblig. Ioan.de Ana.cons.19.visis instrumētis.facit tex. in l.interdū.ff.de verb.oblig.fortius in nominationibus ius acquiretur. Licet quidā dicant nominationes esse gratiē cōditionalem, quod non est verum, vt probatur in cle.vnic. & ibi per gl. & doct.de offic.deleg.& in c.fin. vbi Felyn. de præscrip.& alibi declaraui.

*Ius rei, in re, & ad rē.*

9 Sexto, bonum est argumentū à sufficienti partiū enumeratione.§.omniū.instit. de act.sed per nominationes nō acquiritur ius in re, ergo ad rē, alioqui nullū. & si nullū ius ex illis acquireretur, non possent nominati vigore illarū beneficia petere, & cōsequi, licet contrarium dicatur in concor.in rub.de colla.vide Bal.in l.sciēdum.in princ.ff.qui satisd.cog.ponētem ius rei, in re, & ad rem. Ius rei dicit directū dominium, vtile, & quasi dominiū, quod vētilatur in publiciana. Ius in re vocat ius hypothecæ, iura seruitutū, vnde vsusfructus formalis, cū sit seruitus, dicitur ius in re, non rei. Ius ad rem traditur in d.l.sciendum.§.diuersa.hæc ille. De iure in re & ad rem, vide gl. in c.eum qui.de prēb.in 6.& gl. in c.fi.de concess.præb.eo.lib.& Dec.cons.147. col.2. Card.consil.62. casus.vbi non dicitur ius quæsitū in re, per quēcunque actū citra collationē, electionem, vel aliam prouisionē, cū effectu factā, nec sufficeret acceptatio cum requisitione, secūdum eos, vide ibid.& sic patet nominatū vel mandatarium habere ius petēdi beneficia eisdem debita.per cle.auditor, de rescrip.& sic ius quoddā ad rem petendā, id est, ad beneficium eisdem debitū petendū, & consequēdum: nō tamē dico illos habere ius spirituale, vt quidam falso asserunt me dixisse. Quia nullum ius spirituale ex literis ad beneficia quęritur. vt vult gl.in verb.renunciantes.c.ad audientiā.2. de rescri.vbi Panor.& Fel.alij autem asserunt nominationes nō tribuere ius ad rem, sed ius implorandi, cum vacat beneficium, officium superioris, sed vellem ab illis scire, vnde prouenit illud ius, nisi à nominationibus, & in quo differt à iure petendi beneficia, de quo superius scripsi, & quis superior debet implorari, debebat dicere saltem ius implorandi collatoris officium, & superioris.per §.si quis vero, de collat.in cōcor. sed cum ista sit in verbis disputatio, eam missam facio: tamen vide Felyn.in c.cum Bartholdus.col.1.de re iudic.

10 Vltimò, facit text.in c. dudum, in vers. nos igitur.de præb. in 6. vbi priuilegio generali de conferendis beneficiis derogatur per specialem gratiā alteri factā, quia in primo priuilegio agebatur de iure ad rē, cui facillimè derogatur. Pan. & alij in c.1.de rescri.cap.veniens.& ibi not. de præscri. Dec.d.consil.147.& pro tenui. col.2.& postquam ex priuilegio acquiritur ius ad rē, ergo & per nominationes. sicut ex aliis gratiis, post insinuationē & acceptationem ius ad rem acquiretur.cogita & cōcorda opiniones ex his quæ Card.tradit.& alij in c.mandatū. de rescri. & in clem.vlt.illo tit. Imo. in c.dilectus.in 2. de prēb.& nominatio alio modo diffinitur in aliis materiis, prout subiecta materia patitur, sed non prosequor nisi nominationes vniuersitatum. Et reliqua definitionis verba satis per se facilia sunt, & in sequentibus declarabuntur. ea igitur non hic prosequar amplius.

## *Quinta quæstio.*

*Quinta, principalis quæstio quibus concedātur nominationes.*

1 QVintò principaliter quæritur, quibus concedi possint nominationes? Resp. graduatis, & debitè qualificatis, qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerint.§. præterea.de colla.in concord.viris & non mulieribus.§.præfatiq; ordinarij.vbi scripsi.illo tit. dum lex loquitur de viro, non comprehendit mulieres.l.1.& ibi not.ff.de legib.l.scripturas.C. qui pot.in pign.hab.Dec.in l.2.ff.de reg.iur.scripsi in l.1.ff.de verb.signif.

*Tēpus competēs quid dicatur.*

2 Primò, quæro quod dicatur tēpus competens? Respon.decenniū in magistris, seu licētiatis, vel baccalaureis formatis in theologia. Septenniū verò in doctoribus seu licētiatis in iure canonico, vel ciuili, aut medicina. Quinquēnium in magistris seu licētiatis in artibus, cum rigore examinis à logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate. Sexēnium in baccalaureis simplicibus in theologia. In iure verò ciuili aut canonico, seu medicina, quinquēnium, quo tempore censetur peritus.§.duabus. in procemio.ff. ex quo est publica lætitia patruus meus Rebuff. in l.vna.C.publicæ lætitiæ.lib.12.

*An debeat in vtroque iure studuisse, vel in altero tantū.*

3 Secundò, quæro quispiā studuit tres annos in iure ciuili, & duos in iure canonico, postea promotus est in altero, quęro an valeat? videtur quòd non, quia tempus quinquennij requiritur in altero, vt suprà dictum est, ergo non sufficit quinquennium, sed requireretur decenium in vtroque. Contrarium arbitror verius: quia in vtroq; studendo, satis in altero iure videtur studuisse, quia vtrūque faciens, bene alterū censetur facere.l.si quis ita stipulatus fuerit decē.ff.de verbo.oblig.Bart.& Soc.in l si is qui ducenta.§. vtrum.de reb.dub.& laudandū est eius propositum, dicit in simili tex.in l.1.C.de repud. Itē hoc probatur per tex.formalē in §.videlicet. de coll. in prag.ibi, vel in vtroque, vel in altero iurium baccalaureis, qui per triennium, si nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere: aliàs autem per quinquennium consimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minus suū studium fecerint. Postquam ergo ibidem est statutum, & non inuenitur correctum per concordatū, ergo illi tex.cur stari prohibebitur? vt dicit text.in l. præcipimus.C.de appellat. hoc etiam probatur in concord.§.tempus autem competēs.ibi, à logicalibus inclusiuè, aut in altiori facultate, vbi magistro

magiſtro artium cõputatur tempus quo ſtuduit in altiori facultate,vtpote in medicina,vel in iure canonico,ſeu theologia.ſic ergo cõiungetur tẽpus,quo quis ſtuduit in iure ciuili & canonico,quæ iura adeò fraternizãt,vt dicã infrà,vt in vno non poſsit quis eſſe perfectus ſine altero.

*Concluſio. Theologi ante ſex an. nominationes iure obtinere poſſint.*

4 Et ſic affixi concluſionem hanc, videlicet, theologi etiam ante ſex annos nominationes obtinere iure valent, quod eſt intelligendum, quando ſtuduerũt in theologia,& iure canonico,poſtea perfecto quinquẽnio ſumpſerũt gradum baccalaureatus in iure põtificio, poterunt vigore illius gradus in quinquennio nominationes impetrare. nam tempus quo ſtuduerit theologiã,cõputabitur ſibi, & cõiungetur cũ tẽpore quo ſtuduit in iure põtificio, & ſic iure obtinebit nominationes ante ſex annos.& iſta eſt notabilis cautela pro theologis,vt celerius aſſumãt nominationes,quòd ſtudeãt ius canonicũ, & in eo ſumant gradũ,tamen non præferentur aliis in theologia graduatis, vt dico infrà. Nec refragatur tex.concord.vbi ſexennium requiritur etiam in baccalaureo ſimplici in theologia, quia hoc intelligendum eſt quando in theologia vellet ſumere gradum,ſecus ſi in iure pontificio,vt dixi.

*Concluſio.*

5 Suſtinui etiam aliam concluſionẽ,videlicet, baccalaurei nõ nobiles, etiam antequam quinquennium in iure canonico ſtuduerint, nominationes rectè impetrãt.quod eſt intelligendum vt prædixi,quãdo ſtuduerat antea in iure ciuili, quòd poteſt ſumere nominationes etiam,antequam ſtudeat per quinquennium in iure canonico,quia illud tempus computabitur,quo ſtuduit ius ciuile, & vtrunque coniungetur ad faciendum quinquennium.

*Studens in uno,an poſſit uariare.*

6 Nec obſtat quòd poſtquam cœpit in vno iure ſtudere, non poteſt variare, quia illuſio & variatio eſt prohibita.cle.vna.de renunc. & vix longiſsima vita hominis ſufficit ad vnam ſcientiam acquirendam.Bald.conſil.412.verba teſtamenti,vol.2.quia vita breuis,ars verò longa, vt habetur in prin.Aphoriſm. Reſpon.quòd non poſſet variare in præiudicium alterius,ſed quãdo nullus haberet præiudicium principaliter, poſſet,vt in caſu in quo cõſuluit Bal. conſ.412. vol.1.vbi concluditur,quòd ſi teſtator reliquerit libros legales alicui,ſi fuerit idoneus ad leges,ſi in medicina libros medicinæ, ſi primò elegerit ſtudium medicinæ, & illius adeptis libris velit variare,& accedere ad ſtudiũ legale,non poterit petere libros legales, quia hæres grauaretur duplici onere,& teſtator in dubio videtur grauare hæredem minus quàm poſsit.l.vnũ ex familia. §.ſi rem tuam. ff.de lega.2. Electione etiam per legatarium facta nõ licet variare. l.ſerui electione.ff.de leg.1.Sed quando nullus haberet præiudicium,poſſet,& ita intelligo concluſionem.

*Medicina parũ cõmune habet cũ iuriſcõſulto,licet iuriſconſultus cũ omnibus participet.*

7 Item etiam dictum Bald. intelligitur quando ad diuerſa volebat accedere,vt de medicina ad leges,quæ nihil, aut parum cõmune habent inter ſe, licet bonus Iuriſconſultus communicet cum omnibus ſcientiis, & cũ omnibus participet,& leges, & canones inuicem communicant ſibi actiones & paſsiones,ſicut vir & vxor, vt infrà fuſius dicam.Et ſic etiam nõ obſtat,qui ad vtrunque feſtinat,neutrum bene peragit. l.fi. C. de aſſeſſ. hoc verum quando ſunt diuerſa, ſecus ſi omnino fraterniſent.vt ius canonicum & ciuile,& ius canonicum cum theologia,quia ius canonicum eſt practica theologiæ, & dirigit animas Deo, ſicut theologia. gloſ.in c.cum contingat.de iureiur.

8 Tertiò, quæro poſtquam tempus coniungitur quod ſtuduit in vtroque iure,vellem ſcire in quo iure,vel in qua facultate poſsit promoueri? Reſp.eſſe in electione vniuerſitatis admittere illũ in facultate, vel in iure,in quo eſt magis idoneus,& benemeritus,quia in alternatiuis eſt electio debitoris.l.3.ff.de eo quod cert.loco. ca.plerũque.de iur.dot. & vniuerſitas debet cõferre gradum benemerentibus.cle.2. de magiſt. Alex.in addit.ad Bart.in l.1.C.de dign.lib.12. & ſcholaris debet ſe præſentare in iure illo,vel facultate,in qua plus præſtat.arg.l.quæritur. ff. de ſtatu hom. Si in neutro præſtat, tunc qualitas perſonæ eſt inſpicienda,iuxta l.plenũ.§.equitij. ff. de vſu & habit. nam ſi habeat beneficia vel vult ſacerdos fieri,ſumat gradum in iure canonico conueniente ſacerdotibus,ſi verò vult ducere vxorem,tunc ſumat in iure Cęſareo,in his tamen libera facultas datur præſentato ob pecunias quas offert,vt ſumat gradum in quo iure vult, & nobilior eſt facultas canonica quàm ciuilis promoueatur, ergo in nobiliori, ſi bonum ſibi videatur.

9 Quartò,quæro quid ſi ſtuduit in altero tãtũ per quinquenniũ,eſt in vtroq;,& ſic ſumpſit nominationes,an valeat vterq; gradus, an neuter? Reſp.ille gradus in quo ſtuduit valebit,alter non,per not.per Barb.& alios in c.clerici.de iud.& per Anch.in c.1.col.2. de paroch. vbi dicunt quòd ille qui ſatis mediocriter ſtuduit in vna facultate,& ſumpſit gradũ in altera ſibi incognita,vt hodie fit cauſa honoris,vt ſunt legiſtæ,qui doctorantur in canonibus,licet prorſus ignorẽt canones,& rubricas,tamen non debent ob hoc pręferri doctoribus ſolis iuris canonici. Sic nec talis promotus in vtroq; pręferri debet, ſi ſolũ ſtuduerit in iure ciuili,baccalaureo iuris canonici,qui bene ſtuduit in illo.

*De eo qui ſtuduit in altero,et promotus eſt in vtroque.*

10 Imò promotus corruptis doctoribus ad doctoratũ,non debet priuilegiis doctorum gaudere.l.1.C.de Athletis.lib.10.& ibi gloſ.

11 Sicut emẽs officiũ priuilegio officij gaudere non debet.tex.ſing.in l.vniuerſi. C. de legat. lib.10.ſecundũ doct.ibi,& Io.de Plat.in l.eã. de excuſ.mu.ciuili.eo.li.10.& in l.1.de prin.agen.in reb.li.12.& l.vna,de perfectiſsima.digni.ibidem. quod eſt notandum cõtra emptores officiorũ.

*Promotus ad doctoratũ corruptis doctoribus non debet gaudere priuilegijs doctorum.*

12 Quintò,quęro quidã ſtuduit in vtroq; iure per quinquenniũ,& effectus eſt baccalaureus in vtroque,an illi proſit gradus?videtur quòd nõ, quia in altero tantũ requirũtur quinq; anni,ergo in vtroq; requirentur decẽ.d.§.prçterea.nam quod noluit, potuit,videlicet adipiſci in altero tantũ, & quod voluit adimplere nequiuit,videlicet in vtroq; iure nequiuit adipiſci gradũ,pro-

batur in l.multū.C.si quis alteri vel sibi.c.cū super.de offi.deleg.Itē facit cle.generalem.de ætа. & qualit.vbi in subdiacono requirūtur decē & octo anni,in diacono viginti,in sacerdote vigintiquinq;. & si quis habeat tēpus ad assumēdum vnū gradum,videlicet diaconatus,vtpote habet viginti annos, nō censetur tamen ob id habere tēpus sufficiens ad vtrunq; gradum,videlicet & diaconatū,& presbyteratū,sic qui studuit quinquenniū,licet in vno possit promoueri, nō tamen in vtroque. Contrariū est verius,quia vtile per inutile non debet vitiari.reg.vtile.de reg. iur.in 6.l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cer.pet. & ibi amplè Bart.maximè in inseparabilibus.gl. in l.pecuniæ.ff.de vsur.vt est hic.

13 Item quę superabundant,non solent vitiare.l. testamentum. C. de testamen. Licet ergo vnus gradus superabundet, tamen non debet vitiare alterum.

*Ius canonicū & ciuile sunt connexa.*

14 Adde quòd ius canonicum & ciuile sunt adeò cōnexa,vt vnū sine altero vix intelligi possit.vnde dicit Bal.in proœm.decreta.quòd iuris canonici sanctitas,iuris ciuilis sublimitate decoratur:& iuris ciuilis maiestas,canonū authoritate firmatur,& qui non sapit in vtroq;, nō habet tantam dulcedinem. Ideo laudandus est is, qui in vtroq; studuit,potius quàm vitio dandus: nā vnum propter aliud coruscat,& magis timetur. Barba.in rub.col.1.de testa.& sicut ex medicina & philosophia fit perfectus medicus, ita & sciēs ius canonicū & ciuile, efficitur perfectus iurisconsultus:& nisi quis sciat canones cū legibus, non potest practicā iudiciorū cognoscere.Bald. in c.cū causam.col.2. de prob. facit dictū Rom. sing.654.habens funē. *Io te dico,ch' el legista senza capitolo vale poco, ma il canonista senza legge, vale niente.* Hinc videmus quòd leges nō dedignantur sacros canones imitari. c. clerici.de iudi. & canones nō dedignantur iura ciuilia adducere. c.1.& per totū.de causa poss.& statuta sacrorum canonū,principū cōstitutionibus adiuuātur.c.1. de operis noui nunc. & in quibus casibus Papa alleget leges,cumulat Rauen.in alpha.in verbo, lex.in 2.Imò audacter dico, quòd ius pōtificiū perfectè nō potest intelligi sine legibus.cum sit medula legum,& ius canonicum est practica iuris ciuilis,teste Barb.in cap.conquestus.col. 3.de foro competen. Et Cicero lib.3. de Orat. dicit, nudos ad gerendam rempublicam eos venire, qui solum legalem habent scientiam, nisi ius pontificium nouerint,quod est coniunctum. Imò tantùm distant sacri canones à legibus, quantū distat perpetuum à corruptibili,& tanto altiores sunt canones legibus,quāto cœli gubernacula distant à mortalibus. teste Bal.in cōsil.464.quædam scriptura.in fi. vol. licet ignari quidam hodie hanc sacratissimam contemnāt scientiam.

*Conclusio. Leges Parisiis posse legi publicè. Lex quādo dicatur canonizata.*

15 Ideo sustinui conclusionē ciuib.Paris. gratissimam hanc, videlicet, Leges Parisiis publicè legi iure non prohibetur.& ideo c. super Spec. de priuil.hactenus nō speculato.nouus dabitur intellectus.Prima cōclusio potest intelligi,quòd leges canonizatæ eas nostri sic vocant, nō prohibentur Parisiis legi,alioqui decretū non posset legi.& dicuntur canonizatę,quando per aliquem Papam sunt approbatæ, & in canonibus insertæ & incorporatæ.sed si Gratian.ex capite suo hoc fecerit, nō diceretur ob hoc canonizata.gl.sing.in c.in primis.in verb.capitali.q.1.

16 Vnde quādo lex est semel canonizata,licet postea tollatur per Imperatorem,tamē adhuc in foro canonico seruabitur,vt tenet Gerard.de petra sanct.sing.28.facit gl.in l.vna,in verbo,anniuersariæ.C.de col.don lib.10.Imò Imperator illam legē canonizatā nō poterit reuocare, sicut nec Papa priuilegia regni in ordinationib. regiis incorporata,& descripta, quia lex regni est effecta. Bened. in repet.c.Raynutius.in verb. si absq;.in 2.de subst.fideic.nu 42. de testa. Quod est intelligendū quando essent incorporata per Regē.secus si per aliū sine volūtate Regis,vt supra dixi.Pan.in c.super eo.2.no.1.de app.Vnde inferri potest,& hoc videtur mirabile, quòd etiam leges digestorum,aut codicis, non est legi prohibitū Parisiis, & hoc intelligendo, vt dixi, vel de his legib.ex quib. decretales sunt elicitæ, vtpote si quis vellet legere & interpretari legem nulli.C.de iudic.antequā interpretaretur c.primum,de caus.poss.dicerem hoc posse,vt melius intelligantur sacri canones.& ita not.doct.in c. nō magnopere.ne cler.vel monac.& d. c.1.alioqui non bene possent intelligi iura canonica: ideo quādo permittitur aliquid, omnia videntur permissa, per quæ peruenitur ad illud. l. ad rem.& l.ad legatū.ff.de procurat. Sed per leges peruenitur ad intellectū canonū.ergo leges permittūtur legi ad intellectū canonū,ex quib. dicit gl.in c.episcopus.37.dist. episcopū posse audire leges, vt sacros canones melius intelligat. & sic permittitur etiamnum publicè legi tit. de verb.sign.ff.& C.de reg.iur.& ego ipse publicè legi,anno 1535.& seq.partem aliquā scholasticis nostris,tit.de verb.sign. super quo multa scripsi, vt aliquando videre licebit, & demum perfeci illum interpretādo reuerendissimis Card.Vindomien. & Gusia. cum quibusdam aliis libris, quod illis feliciter,& ex animi mei sentētia successit,mihi vero minimè hactenus.

*Nouum intellectus ad capitulū super Specul.*

18 Pro intellectu.c.super Spec. de priuil. præmittendū est,quod disposuit Alex.3.in Cōcilio Turon.in c.nō magnopere.ne cler. vel monac. vbi prohibetur cuilibet post votū religionis, & post professionē factā ad physicā legésve mundanas audiendas exire. si verò exierint, & ad claustrū suū intra duorū mēsium spatium non redierint, sicut excōmunicati ab omnibus euitentur,& in nulla causa (si patrociniū præstare voluerint) audiātur.reuersi autē in choro,capitulo,mēsa,& cæteris vltimi fratrū existāt,&(nisi fortè ex misericordia sedis apostolicæ) totius spē promotionis amittāt. Ratio assignatur ibi, ne occasione sciētiæ, spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluātur. Superuenit Honorius 3.qui edidit decretalē super Spec. ne cle. vel monac. & decret.super Spec.de magistr.& c. super Spec. de priuil.in prima citauit Conciliū Turon.cōtra regulares,& voluit quòd ipso

facto sententiam excõmunicationis incurrant, sic dicens,quia nõnulli ex talibus, videlicet regularibus,propter quorũdam opiniones diuersas excusationes aliquid sumebant,ideo statuit vt studiũ theologiæ amplietur. d.c.nõ magnopere,extendi ad archidiaconos,decanos, plebanos,præpositos,cantores,& alios personatus habentes, necnon presbyteros. Verumenimuero, quia Parisiis quidam ex prædictis docebant leges,& audiebãt, ideo idem Honor.3.edidit decretalem super Spec.de priuil.in hæc verba,super Spec.& infrà.Sanè licet sancta ecclesia legũ secularium non respuat famulatum, quæ æquitatis & iustitiæ vestigia imitantur,quia tamẽ in Francia & nonnullis prouinciis laici Romanorum Imperatorum legibus non vtuntur,& rarò occurrũt ecclesiasticæ causæ tales,quę non possint statutis canonicis expediri,vt plenius sacræ paginæ insistatur. & infrà, firmiter interdicimus,& districtius inhibemus,ne Parisius,vel in ciuitatibus proximis quisquam docere, vel audire ius ciuile præsumat: & qui contra fecerit, non solùm à causarum patrociniis interim excludatur, verumetiam per episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur. Ecce ergo verba d.c.super Spec.de priuileg.

*Text.c. super Spec. de priuileg.*

Primò, secundum est quòd hæc constitutio super Spec.de priui.est pars decreta.super Spec. ne cler.vel monac.& sic vna constitutio ab vno eodemq; edita,tamen duæ partes fuerunt factæ per conditorẽ, eo quia duobus titulis cõueniebãt.primò cõueniebat rubr.ne cleri.vel monac. quia interdicitur ne monachi sacerdotes & religiosi leges audiãt seculares,ne immisceãt se negotiis secularib. Itẽ quia cõueniebat etiã rub.de priuil.eo quia datur speciale priuilegiũ theologiæ,vt amplietur,ne religiosus, vel secularis sacerdos,vel quiuis alius dignitate vel sacerdotio curato præditus,leges doceat,vel audiat.

19 Et sic non dicitur illud superfluũ, licet bis repetatur,etiã ad verbũ,quãdo materia cõuenit duobus titulis, & in duobus titulis lex fuerit sita.glo.& ibi patruus meus Rebuf.& alij in l.mulieres. C.de digni.lib.12.& in l. mulieres. de incol.lib.10.idẽ probatur in l.si quis in cõscribendo.C.de episc.& cler.& in l.si quis.de pact.

*Aliquid nõ dicitur superfluum licet bis repetatur ad uerbum.*

20 Secũdò,prẽmittendũ est quòd vna pars legis vel cõstitutiõis debet intelligi & interpretari secũdũ aliã partẽ prȩcedentẽ vel sequentẽ.l.hȩredes palã.§.sed si notã.ff.de test.l.si seruus pluriũ.§.fi.de leg.1. ergo hæc decretalis super Spec. intelligetur secundùm præcedentẽ partẽ decret. super Spec.ne cler. vel monac. & ad illas personas tantùm ibi expressas referetur. Nam præcedentiũ quadruplex est virtus, scilicet declarãdi. d.l.si seruus pluriũ.Secundò supplẽdi.l. item. §. idem Iulianus.ff.de pact. Tertiò ampliandi.l.regula.§.fi.ff.de iur.& fact.ignor. Quartò præcedentia habent potestatem restringendi.l.si cum fundum.ff.de verb.signific.Bald.consil.357.not. pro duce, &c. & in 5.volu.ergo illa præcedens pars cap.super Spec.ne cler.vel monach.restringet hanc decretalem ad personas ibidem expressas, quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de impo. lucra. descript. libro 10.

*Quadruplex uirtus præcedẽtiũ.*

21 Item cõstitutio noua ad interpretationem antiquæ facta habet locũ in eisdem casibus, in quibus lex interpretata, & non in aliis.text.in auth.de filiis ante dota.instr.natis.coll.3.circa fi. ibi,cum omnibus manifestũ sit,oportere ea,quę adiecta sunt, per interpretationẽ in illis valere, in quibus & interpretatis legibus sit locus.& ibi Bart.not.quòd omnia quæ habent locũ in lege interpretata,intelliguntur repetita in lege interpretante.gl.in c.is qui cõtra.& in c. procurator. de elect.in 6.igitur personæ positæ in cap. non magnopere. & in c.super Spec. ne cler.vel monac. censebuntur esse repetitæ in c. super Spec. de priuil.& illæ tantùm personæ erunt prohibitæ iura ciuilia interpretari, vel audire Parisiis, non aliæ. Nam clausula adiecta in lege interpretata,videtur repetita in lege interpretante.Bart. in l.nihil.per illum tex.ff.de coniun. cum emãc. lib.etiã si essent diuersæ constitutiones. Bart.in l.prętor.§.erítque hæc differentia.ff.vi bon.rapt. & vna clausula legis declarat aliam ambiguam. l.vtrum.& ibi Bald.& Angel. ff.de petit. hæred. Soc. in l.vlt.in fi. ff.de reb.dub.imò præcedens clausula est maioris potentiæ ad determinationem sequentium,quàm sequens ad determinationem præcedentium. Bart. in l.quisquis. ff.de legat.3.facit l.filium ff.quando dies lega.ced. ergo clausula posita in cap.super.ne cleric. efficacius transibit ad istud cap. quàm si in hoc cap. fuisset clausula apposita. quanuis dicta in præcedentibus non censeantur repetita in sequentibus ex interuallo, tamen ex ill s sumitur declaratio sequentium.Imol. in l.si quis cũ aliter. ff.de verb.oblig.refert Soc.in d.l.fi.Barb.cons.4. scribitur.col.5.in fi.vol.1.& consil.seq. col.2.igitur in hoc tantùm cap. repetet personas in alia parte expressas:& sic Parisiis tantùm prohibentur audiri,& legi iura ciuilia à religiosis, & aliis in dict.c.super Spec.ne clerici expresssis,& non aliis per prædicta.

*Lex noua ad interpretationẽ antiquæ refertur.*

*Clausula adiecta in lege interpretata, uidetur repetita in l. interpretãte.*

22 Tertio præmittẽdum est, quòd ratio legis limitat,restringit,vel ampliat dictum præcedẽs ad eum casum tantùm, ad quem extenditur ratio legis.l.si is qui animo.& ibi Alber.& alij. ff. de acquir.poss.l.1.de author.tut. C. quæ sit longa consuet.Ias.in consil.2. col.8.versic.7.prædicta.in 2.vol.sed in c.non magnopere.ne cler.vel monac.assignatur ratio,ne spirituales viri occasione scientiæ mũdanis actionibus inuoluãtur. Igitur ratio loquitur tantùm de viris spiritualibus, & sic de religiósis, & aliis viris ecclesiasticis,& non de laicis,qui non sunt spirituales viri.ergo ad laicos non extendetur prohibitio,vt censeantur prohibiti audire vel legere leges Parisiis. nam in d.c. super Spec.ne cler. assignatur alia ratio, quia nõnulli ex talibus propter quorundã opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant.& ideo quia cupit studium theologiæ ampliari,extẽdit disposita in c.non magnopere.ad sacerdotes, & alios clericos, dignitates vel personatus habentes.verũtamen quia Parisiis (quò ex omnibus mundi partibus homines

*Ratio legẽ limitat & restringit.*

confluunt)hoc non seruabatur, igitur fecit cõstitutionẽ specialem.c.super Specu.de priuil.ne quisquam Parisiis docere leges,vel audire præsumat,eadẽ ratione motus, vt scilicet theologiæ studio plenius insistatur.& sic istos tatũ expressos noluit hic Parisiis profiteri posse iura ciuilia,vel audire,nec ampliaretur propter cõmunẽ prohibitionẽ legũ, studiũ theologiæ, quia laici non audiũt,nec docent theologiã,ergo cõstitutio generaliter prohibẽs ne audiantur leges,videtur referri ad illos,qui nõ poterãt,& tamẽ volebãt,quia nitimur in vetitũ.cle.in plerisque. de elect.imò putarem theologiã melius fulgere, si hic leges interpretarẽtur,quàm nunc,quia quælibet facultas vellet suam præcipuam esse, & sic quilibet legeret : ideo illa mater theologia semper excelleret,quia opposita iuxta se posita magis elucescũt.l.fi.ff.de leg.3.& est dictũ Philoso.

23 His præmissis probatur cap.super Spec.de priuil.intelligi debere tantũ de sacerdotibus, & aliis expressis suprà in c.super Spec. ne cler.vel monac. Primò,dũ dicitur in d.c.super Spec.de priuil. sanè licet sancta ecclesia legũ secularium nõ respuat famulatũ,quę æquitatis & iustitiæ vestigia imitãtur,tamẽ in supra expressis personis prohibet.alioqui si generaliter prohiberet Parisiis, & in locis circunuicinis leges interpretari, respueret legũ famulatũ,& esset sibi contrarius, quia dicit se nolle respuere.nam sic arguit,postquam ecclesia non respuit leges seculares,ergo nec nos debemus respuere,tamẽ vt studiũ theologiæ magis vigeat,Parisiis maximè, interdicimus ne aliquis ibidẽ ex prædictis supra docere, vel audire iura ciuilia præsumat,& sic in his respuimus legũ famulatũ,non in aliis.alioqui Papa reprobaret leges, quas in adiutoriũ inducit. c.1.de no.oper.nunc.& in aliis infinitis locis.

*Galli non vtuntur legibus.*

24 Secũda ratio tex.est, quia tamẽ in Frãcia, & nõnullis prouinciis laici Romanorũ Imperatorũ legib.non vtuntur.ideo & fortius sacerdotes,& alij viri spirituales non debẽt vti,& sic nec legere,nec audire. & ita cõcludit hæc ratio. cum ab ecclesiasticis viris non sit secularium literarum quærẽda peritia.c.legimus.37.dist.alioqui ratio non concluderet.nam Pictauis & Aureliæ non vtuntur legibus Romanorum, ergo ibidem non deberent legi leges secũdùm illam rationem, nec in tota Francia. cum non vtantur legibus, nisi tanquam rationabilibus. Ias. in l.illam.C.de collat.dixi in 11.not.repet.l.vnicæ. C. de sent. quæ pro eo quòd interest. ideo intelligi debet vt dixi.

Tertia ratio posita in d.c.super Spec.de priuil.est, quia rarò occurrunt ecclesiasticæ causæ tales,quæ non possint statutis canonicis expediri. Igitur ecclesiasticæ personæ cum rarò habeant alias causas,quàm ecclesiasticas, non debent legibus insistere.hoc vult dicere,vt referat causas ecclesiasticas ad personas easdẽ. laici verò cum habeãt alias causas,quàm ecclesiasticas, & quæ non possent expediri per ius canonicũ, debẽt leges etiam publicè Parisiis audire & docere,vt causæ ipsorum decidi possint. alioqui si Papa voluisset generaliter prohibere hic Parisiis iura ciuilia interpretari, dixisset, quia occurrunt rarò causæ. non dixisset ecclesiasticæ. quare voluit tantùm intelligere de personis ecclesiasticis, aliàs quomodo potuissent aliæ causæ contractuum,tutelarũ, legatorũ, & aliæ infinitæ decidi per ius canonicũ? certè esset tollere iustitiã & æquitatẽ in causis non ecclesiasticis. Igitur nõ sic debet intelligi,sed tantũ,vt dixi,in illis personis quæ habẽt rarò alias causas quàm ecclesiasticas,& de his quæ rarò eueniunt,nõ fit lex.l.ex his.& l.nam ad ea.& l.iura. ff. de legib. Imò ego legi in quibusdam decretalibus antiquis ista verba,occurrunt rarò ecclesiasticæ causæ talium, quæ non possunt canonicis statutis expediri.Et sic clarius esset exprimere,quòd intelligatur tantùm de talibus. in d.c. super Spec. ne cler.vel monac.expressis.quia ibi etiam dicit, quia nonnulli ex talibus.

*Non est ita fauendum studio theologiæ, vt legũ studium destruatur.*

Quarta ratio traditur ibi, & vt plenius sacræ theologiæ studio insistatur, debet intelligi quã legibus. Igitur si leges nullo modo Parisiis legerẽtur,non insisteretur plenius theologiæ, sed in totum,& malè esset facta comparatio de verbo plenius,cum cõparatiuum debeat sapere naturã positiui.l.iubere.& ibi not ff.de iurisd.om. iud. Itẽ hæc ratio refertur ad aliã rationẽ positã in d.c.super.ne cler.vbi dicit velle studiũ theologiæ ampliare,& tamẽ nõ extẽdit nisi ad sacerdotes,& ibi nominatos, ergo nec hic:quia non debemus ita fauere studio theologiæ, vt studiũ legũ destruamus,arg.c.ex tenore.de foro cõpet.

*Geminata verba quid operentur.*

Quinta ratio potest sumi in secũda parte,ibi, firmiter interdicimus , & districtius inhibemus. nam hic prohibet geminatè, quod simpliciter prohibuerat. Et verba geminata multũ operantur.l.balista.ff.ad Trebellia.& Corset. in suo tract.de geminatis inserto,in tract. de potestate regia. ideo denotans hic Papa quod aliàs prohibuerat sacerdotibus & aliis nominatis, ibi,audire iura ciuilia, tamen contrarium fiebat Parisiis maximè : ideo statuit ne quisquam audire vel docere Parisiis, vbi maximè cõtrarium fiebat, præsumat.

*Parisiis quare in textu ponetur.*

25 Nec obstat quòd ibi nominat Paris. ergo non debent ibidem leges interpretari seculares. Resp. per rationes supra expressas restringi debet ad illas personas,& ideo expressit Parisiis ratione frequentioris vsus,quia frequentius sacerdotes legebant leges Paris.quàm alibi.ideo Paris.expressit, licet idem seruari debeat Aureliæ, Tholosæ, & alibi. Et regula est, quòd quando persona exprimitur ratione frequentioris vsus, quia hoc frequentius accidit in ea, non tamen per hoc videtur excludere alias personas.glo.in cle.1.in verbo,præsidentes.de rescrip.& l.vna.in verbo,sponsam.C.de rapto. virgi.vbi dicit mulierem puniendam esse si rapiat virum , etsi tex. non loquatur nisi de viris,quia in eis frequẽtius accidit,quòd rapiant mulieres,quàm contrà.

26 Vnde si dominus feudi fecerit pactũ cum colono,quod haberet quartã partẽ vini de vitibus per eũ plantãdis in fundo,si plãtet alias arbores,debet habere ex illis quartam quia de vitibus fuit expressum propter frequentiam.Istud

not-

not.Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de locat.§.1. refert Corset.in sing. incip. frequentia. vbi addit alia iura.vltra eum addo text.iuncta glos.in l.2. in verbo, filio. ff. de vulg.& l.in facto. ff.de condit.& demonstr.l.3. de public. in rem actio. Barb.in c.abbatem.not.1.de rescrip.& in rub.de reb. eccles. non alien.col.42.nu.172. & seq. Ias. consil.149.in ista.col.vlt.vol.2.Item, quando in lege vel cõstitutione est expressus locus propter frequẽtiam, tunc nõ excluditur alius locus.tex. in l.1.C.de Nili aggeri.non rumpen.& ibi dicit gl. idẽ in aggeribus aliorũ fluminũ. melior tex. in auth.cassa.C.de sacrosanct.eccle.vbi dicitur, cassa & irrita esse, & denũciari per totã Italiam præcipit statuta cõtra libertatem ecclesiæ.& ibi dicit gl.Italiam ideo dixit,quia ibi maximè fiebant.si tamen alibi fiant,idem ius & ęquitas est. ecce ergo licet ibi nominetur Italia, tamen idem erit in aliis locis. facit gl.in proœmio decretal.in verbo,Bononiæ.quæ dicit,& si text.dicat Bononię propter frequentiam studij,tamen illa constitutio ad omnes vniuersitates extenderetur.Ias.consil.166.punctus.in fi.volu.4. Sic & licet hic nominet Parisiis, tamen etiam habebit locum alibi, vt sacerdotes & alij expresi non possint audire nec legere iura ciuilia Parisiis, nec alibi,per supradicta: nec voluit plus Paris. ligare quàm alios. Itẽ quæ maximè digna sunt, nisi specialiter exprimantur, videntur quasi neglecta.l.item apud.§.hoc edictum. ff.de iniur.

*Ciuitatis Pariensis egregia collaudatio.*

27 Sed Parisiorum ciuitas est maximè digna, vtpote mundi totius præcipua, tam in scientia, quàm in aliis bonis,ergo fuit bonum exprimere eam,sicut facit Papa,cum intendit cardinales cõprehendere,eos specialiter nominat,propter eorum amplam dignitatem,& prærogatiuã.c.1. de schismat.in 6.& c.1.& c.fœlicis.de pęnis.in 6. Barb.cõsil.23.scripsit.col.8.in 1.vol.sicut etiã dicitur in Euangelio:Dicite discipulis eius,& Petro.Item in tex.prohibet etiam in ciuitatibus & locis vicinis iura humana legi, non quòd velit in aliis locis sacerdotes & alios iura humana docere posse,sed ne fiat fraus per istos religiosos,vt legãt in ciuitatibus proximis,& sic fieret fraus,vt not.in c. si ciuitas.de sent.excom. in 6. alioqui mirandũ esset de summo Pontifice,cur prohiberet leges interpretari Paris.& tamẽ Romæ, vbi maximè debet theologia vigere. Dicit velle habere studiũ generale iuris diuini,& humani,canonici videlicet,& ciuilis.c.2. de priuil. in 6.& hoc statuit,quia de diuersis mũdi partibus multi cõfluunt ad sedem Apostolicam. sic multò maiores nunc ad ciuitatẽ Paris. ergo ibidem debet esse studium generale, & vtrunque ius legi,vt sit mora fructuosa habitantibus, nec quod Papa in sua ciuitate admittit, debet in alia reprobare.

*De dictione quisquam.*

28 Nec refragatur text.ibi,dũ dicit,nec quisquam,qui videtur tam laicos quàm clericos cõprehendere. Resp.quòd tantùm videtur cõprehendere illos,de quibus in prima parte locutus est.sed in c.super.ne cler. locutus est de religiosis,& sacerdotibus, & aliis ibi scriptis, ergo de illis intelligetur tex.etiam si vsus sit verbo quisquam text.in c.sententiam.ne cler.vbi in princ. dicit de clericis. in fine verò suggerit, ne quisquam, &c. & tamen vult intelligere de clericis. sic & in hoc text. & ille text.bene facit. & in c. dura.§.fin.de crimi.fals.

*De uerbo præsumat.*

29 Item tex.vtitur verbo præsumat,quod debet intelligi propria authoritate, ergo non excludit habitam licentiam à superiore.Ita loquitur tex.in c.decernimus.de iud.& ibi glo.tex.in cap.fin.9.q.3.ibi, non simpliciter dictum est, nil agat,sed cum determinatione, nil præsumptiuè assumat absque episcoporum consilio. & facit c.primum.& cap.monasteria. de vita & honest. cler.c.precariæ.1. ibi, sine licentia & regio consensu facere præsumat. 10.q.2. quando quis facit authoritate superioris, nõ dicitur præsumere.c.fi.de elect.c.cum laici.de iure patr.c.omnis. de pœnit.& remiss. Barba.consil.29.illud. col.8. vol.3.& consil.123.scripsit.nume.17.inter consil. Alex.in 4.vol.Fel.in c.Iudæi.in fi.de testib.ergo tex.locum non habebit.

*Quis poterit dispẽsare ad audiẽdas uel legẽdas leges Parisiis.*

30 Quæret quis,cuius authoritas requiratur? Videtur quòd Papæ,quia eius est soluere,cuius est ligare.l.si puellæ.ff.de sponsa.

Secundò,inferior non potest tollere legẽ superioris.cle.ne Romani.de elect.c.1.& 3.10.dist.

Tertiò,constitutio c.nõ magnopere.ne cler. vel monac.est conciliaris.& contra constitutionem concilij non dispẽsat inferior à Papa. glo. in c.cum dilectus.in verbo, in ætate. de electio. quam sequitur Fel.& alij in d.c.at si clerici.§.fi. col.2.de iud.& in c.nonnulli.col.3.de rescr. etiã legatus.gl.pen.in c.dilectus.in 1.de præb.Pan.in c.dilecto.ibid.Ias.consil.98.col.2.vol.4.

Quartò,in casibus à iure expresis est permissum episcopis dispensare, ergo in aliis est prohibitũ.arg.l.1.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur. & instit.illo tit.in princ.& pro hoc est text. formalis in c.dilectus.de temp.ordin.

Quintò, episcopus tenetur canones seruare. c.ego N.de iureiu.& 4.dist.c.fi.in fi.& c.hac cõsona 25.q.1. & sic non debet facere cõtra canones,nisi expresè sibi cõcedatur. sed in hoc casu hoc non conceditur.ergo non poterit.

Sextò, qui de vno exprimit, de alio negat.c. qualis.25.dist.c.nónne.de præsump.l.cũ prætor. ff.de iud.sed dispẽsatio in aliquibus casib.exprimitur, vt posit fieri ab episcopo, ergo in aliis non expresis negatur,quòd ab eo posit fieri.

Septimò, episcopus vel alius inferior nõ potest facere contra canones,nisi sibi expresè cõcedatur.not.in c.vno. de natis ex libero ventre. c.dudum.in 2.de elect.

*Quæ ad cõmunẽ utilitatem inducta sunt, perpetuò remanere debent.*

Octauò, quæ ad cõmunem vtilitatem inducta sunt,perpetuò remanere debent.c.1.2.& seq. 25.q.1. & secundùm illam episcopi & inferiores iudicare debent.c.in istis.4.dist. Sed non legere leges Parisiis,inductum est ob vtilitatem theologiæ, ergo istud debet perpetuò remanere, & sic episcopus non poterit dare licentiam legendi iura ciuilia ibidem.

In cõtrarium videtur illa regula generalis ex c.nam concupiscentiam.extra de constitut. vbi omnia videntur concessa, nisi sint prohibita.l.

necnõ.§.quod eis.ff.ex quib.cau.maio. ſed non inuenitur à iure prohibitũ quin Epiſcopus Pariſ. det licentiam legendi iura ciuilia, ergo erit eidem permiſſum,facit c.milites.23.q.5.

Secundò, tranſlato ſacerdotio in epiſcopos, neceſſe fuit vt fieret legis tranſlatio.cap.tranſlato.de conſtit.

Tertiò, facit dictũ Apoſtoli, in cuius locum ſunt epiſcopi inſtituti,dicẽtis:omnia mihi licẽt. c.aliud.11.q.1.& 1.ad Cor.6.c.ergo omnia licent epiſcopis. & ſic licebit epiſcopo Pariſienſi dare facultatem legendi iura ciuilia hìc Pariſiis.

*Epiſcopus poteſt diſpẽſare, niſi à iure prohibeatur.*

31 Quartò, quando conditor canonis ſpecialiter ſibi non retinuit, eo ipſo videtur facultatem aliis dediſſe.text.formalis in cap. nuper. de ſent.excom. & ibi glo.dicit epiſcopos poſſe diſpenſare, vbi ſpecialiter diſpẽſatio non eſt prohibita.tex.in c.cum apud.de ſponſa.c.ſunt nonnulli.16.q.1.c.at ſi clerici.§.de adulteriis.de iud.c. minor.50.diſt.& iſta eſt cõmunis opi. quã not. doct.in c.dilectus.de temp.ordi.& c.excõmunicamus.1.§.ſanè. de hæret. vbi dicitur quòd epiſcopus poteſt diſpẽſare vbicũq; nõ prohibetur, niſi immutaret vniuerſum ſtatũ eccleſiæ,vt ibidem dicitur.ergo in hoc caſu poterit,cum text. videatur eidem permittere,tũ quãdo dicit præſumat,tum etiam quia tex.pœnã excom. eidem cõmittit,ergo & abſolutionem concedere videtur,vt infrà dico,& ſcripſi in §.1.de colla.ſuprà.

32 Quintò,probatur hoc c.ſuper Spec. vbi epiſcopo Pariſ.relinquit pœnæ impoſitionẽ. ibi, per epiſcopum loci excõmunicationis vinculo innodetur,ergo & abſolutionẽ.& intelligo epiſcopum poſſe innodare clericos ſacerdotes legentes iura ciuilia hic ante duos menſes, quia poſtea ſunt à iure excommunicati. cap. ſuper. ne cler. vel monach. & hoc probatur in hoc c. dum dicitur,interim innodetur:& ſic ante duos menſes. Nec obſtat primum quòd eius eſt ſoluere,cuius eſt ligare: quia hoc eſt verum regulariter,attamen,vt dixi,quando ſpecialiter Papa ſibi non reſeruat,aliis cõcedere videtur. d.c.nuper. Nec obeſt quòd non poſsit tollere legẽ ſuperioris,quia inferior diſpẽſando non videtur eam tollere,arg.c.excõmunicamus. 1.§. ſanè.de hæret.& ſic ſolutũ eſt quintũ,quòd canones ſeruare teneatur.quia ex cauſa diſpẽſare, & etiam modificare poteſt.d.cle.ne Romani. Nec refragatur quòd contra cõſtitutionem concilij non poteſt epiſcopus diſpenſare, fac eſſe, & ſic non poterit diſpenſare quòd religioſus audiat leges, vel doceat, quia hoc prohibetur in d.c.nõ magnopere.ſed quia aliç cõſtitutiones nõ ſunt cõciliares,ideo poterit diſpenſare. Nec me mouet aliud, quòd in aliquib.tantũ caſib. ſit epiſcopis permiſſum,diſpẽſare,quia imò diſpenſare in omnib.niſi à iure prohibeatur poteſt,vt prædixi. Nec debet quis cõturbari propter octauũ,quod ea quæ inducta ſunt ad vtilitatẽ,debẽt perpetuò remanere, quia hoc eſt verũ, niſi epiſcopus viderit maiorem vtilitatem, quia tunc poterit diſpenſare.tex. ſingul.in l.ſi hominem.ff.mand. & ibi multa addidi.

*Papa cũ ſacerdotib. & ... ſt ẽſat, ut ... grs audiant*

33 De cõſuetudine tamẽ additur curia Rom.vt diſpẽſet,tam cũ ſacerdotib. quàm cũ religioſis. Archi.in c.nõ dicatis.12.q.1.Peruſ.in c.2.ne cler. vel mona.& eſt tutius tenere ſtylũ & conſuetudinem curiæ Roma. licet de ſtricto iure præcedens opinio poſsit quoad intellectum c. ſuper Spec.ſuſtineri,& diſputando tamen communis opinio eſt,vt Papa tãtùm hoc poſsit,nil tamen dicũt de diſpẽſatione,vt Pariſ. legãtur leges. nã hoc poteſt epiſcopus facere,vt dictum extitit.

*Nouitates pariunt diſcordias,& reprehẽdendus eſt qui nouitates inducit.*

34 Inſtit.D.Floretus,in vtroq; iure florẽs,de l. minime. ff.de legib. minime mandata ſunt quæ ſemper certã interpretationẽ habuerũt. Item in rebus nouis cõſtituẽdis euidens vtilitas eſſe debet.l.pen.ff.de conſtit. princip. Adde etiã quòd nouitates pariũt diſcordias.c.cũ conſuetudinis, de cõſuet. & reprehendendus eſt qui nouitates inducit.c.fi.11.diſt.& ſic is nouus intellectus nõ eſt ſequendus ſecundum eum nouitates reprobantẽ. Reſpon.non eſſe mutanda niſi ex cauſa. nam ſtatuta ab Apoſtolis ex cauſa mutata fuerunt.c.cor epiſcopi.68.diſt.& ibi Archid.c.non debet.de cõſang.Vel non mutãda ſunt,quæ habuerunt interpretationẽ veram, non errore inductam,ſecus ſi illa interpretatio fuerit erronea, vt hic Alber.in d.l.minime. per l.quod non ratione. ff. de legib.ſed intellectus doctorum fuit erroneus,vt quilibet doctus videre poterit,ergo mutari debet ſecũdùm pręcedentẽ intellectum.

*Vtilitates ut Pariſiis leges interpretentur.*

35 Præterea euidens eſt vtilitas,vt hìc Pariſiis legãtur leges,primò,vt iuſtitia ſeruetur,& ęquitas augeatur, vt patet in hoc text. & tolle leges Imperatorũ in ciuitate Pariſ.quas Deus per Imperatores & Rectores ſeculi diſtribuit humano generi, & nemo audebit dicere, hæc villa eſt mea. Si autẽ vt teneãtur iſta ab hominibus. regũ iura fecerũt,vultis vt reticeamus leges,vt gaudeatis.c.quo iure.8.diſt.vbi ſunt hęc verba Aug.& c.fi.10.diſt. Veſtrã flagitamus clemẽtiam,vt ſicut hactenus Romana lex viguit abſq; diuerſis procellis, & quæ pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta,ita & nunc ſuũ robur, propriumq; vigorẽ obtineat.& ſic nõ debẽt prohiberi legi,niſi certis perſonis.Item euidens erit vtilitas ex ſtudio legũ, tã in vniuerſo,quàm in particulari.In vniuerſo,quia per leges quę legẽtur hic,totus mũdus illuminabitur.auth.habita. C.ne filius pro pat. Et hęc ciuitas replebitur ſapiẽtibus & doctiſsimis iuriſcõſultis.Etiã in particulari erit vtilitas,quia quilibet poterit audire illos legẽtes leges tã procuratores, ſolicitatores, quàm alij:quod nõ facerẽt ſi nõ hic legerẽtur, imò erit amiſsio tẽporis valde homnib.dãnoſa. Hoſt.in ſum.de fer.§.fi.verſic. quid ſi magiſter. Pan.& alij in c.fi.de iud.Proh dolor quot euaſiſsẽt in magnos iuriſcõſultos,ſi hic leges interpretatæ fuiſsẽt qui fuerũt deſides, nil audiẽtes, ſed toti voluptatibus addicti fuerũt,quas ſuſtuliſſet ſcientia legalis.c.nunquam, de conſecrat. diſt.5.& minorib. expẽſis fierẽt doctiores ciues hic, quàm alibi, quia ſtudium non poteſt continuari extra vrbem magnis ſine ſumptibus l. fina. C.de alimen. pupil. præſtan. & ibi Bald. ad quas ciues quidã nõ ſunt pares extra ciuitatẽ,& tamen in dicta ciuitate eſſent. & etiã quia

alibi

alibi extra parẽtes scholastica ferula liberati, voluptates, & hæreses potius sequuntur, & malos mores, quàm studia, quod non facerent, si hic leges interpretarentur.

*Ciuitas nobilitatur & locupletatur per leges.*

36 Item ciuitas per leges efficeretur locupletior, & nobilior. l. quis tã inueniri. vbi gl. & doct. C. de decur. lib. 10. & alia multa cõmoda inter priuilegia scholarium inserui. Præterea dixi publicè in conclusione, quia leges apud vrbes regias publicè legi debẽt. §. hæc autẽ tria. in prooe. ff. & c. tuæ. de cler. non resid. Vide Archid. in c. saluator. 1. q. 3. vbi quærit si monachus clàm audiat leges, & alij prohibiti, an sit excommunicatus, & cõcludit quòd sic, quia istæ scientiæ religiosis non congruunt. Item in dubio decretalis, vel lex debet intelligi, vt minus obliget, quàm magis. c. ex parte. 1. de verb. sign. Georg. Nathan. post Anch. in §. fi. col. 3. cle. sæpe. illo tit. Neuisa. in silua nuptia. fol. 25 col. 4. in magno vol. Sed minus obligabit intelligendo tãtum de religiosis, & suprà nominatis, ergo iste intellectus debet recipi. Item sensum delicti exclusiuum recipere debemus, sicut est iste. Barb. consil. 12. col. 2. in 2. vol. & sic intellectus tamdiu sepultus ad dictũ c. super Spec. de priuileg. excitatus est. Cogita, lector doctissime, quia ista sunt valde subtilia, & nõdum per Doctor. adducta. Laus Deo optimo maximo.

### *Sexta quæstio principalis.*

*A quibus dentur nominationes.*

1 SExtò, principaliter quæritur, à quibus cõcedi possint nominationes? Resp. quòd de quibus loquimur, ab vniuersitatibus regni, Delphinatus, & comitatus Dien. ac Valen. vt patet in rubr. de electio. in princip. & in §. præfati. 1. de collat. ibid. & in versic. beneficia verò. & alibi, per totum titulum. Nec curret præscriptio cõtra vniuersitatem, licet non sit solita concedere, quia contra priuilegium cõsistens in voluntate priuilegiati, non currit præscriptio, si non fuerit vsus priuilegio, dum tamen alij sint vsi. vt not. in c. vt priuilegia. de priuil. Calder. consil. 1. rub. de præscript. hodie ex Regis pręcepto concordatum in Delphinatu seruatur.

*Quare ab vniuersitatibus dẽtur.*

2 Quæret quis, quare potius ab vniuersitatibus quàm ab aliis dẽtur? Resp. quia cũ vniuersitates habeãt graduatos ab eisdem notos, vtpote quia eos approbarũt ad gradum. l. nemini. C. de aduoc. diuerso. iudi. l. magistros. & ibi Bar. & patruus meus Rebuff. C. de profes. & medic. lib. 10. conuenientius ergo fuit, vt ipsi doctores eos ad beneficia approbẽt, qui dignos ad honores iudicarũt, nec est verisimile quòd indignos tã vniuersitatũ doctores excellẽtes nominent, & hoc ex reuerentia studiorum. l. quicquid. C. de aduoc. diuerso. iudic.

3 Nec has passiones affectionis tãtas, nec alias præsumuntur habere viri literis præditi sicut ignari. c. fi. de præsump. licet multa ab amica earum paupertate patiantur: & gens ignara boni nescit succurrere doctis. Item, sicut vniuersitatis causa expẽsum est, vt quis studeret, & postea efficeretur graduatus: ita vniuersitas gratia cõpensationis studij debet esse, videlicet concedendo nominationes. arg. §. fi. in prooe. instit. & sic placuit cõditori, vt in simili dicitur in §. furtiuę. instit. de vsucap. & non omniũ quæ à maioribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest. l. non omniũ. ff. de legib. vel etiam concessum est vniuersitatibus, vt nominationes concedant, ne res diuerso iure censeatur. l. eũ qui. ff. de vsucap. sed diuerso iure censeretur, si vniuersitas concederet gradus, & alius nominationes, ergo vniuersitatibus concessum est nominare, postquam ad gradus admittere poterant. Ex his elige cui dicas, tu mihi sola places, vel inuenias meliorem rationem, & ego facilè illi acquiescam.

4 Primò, quęro quæ vniuersitates? Resp. vniuersitates regni Francię, Delphinatus & Comitatus Dien. vt suprà dictum est. quod probatur in §. 1. de regia ad præl. nomina. facien. suprà, & in rubr. de pœna temerè venient. contra cõcord. & alibi sæpe per concord.

*Vniuersitas Codomensis nominationes cõcedit.*

5 Hoc tamen anno 1534. in magno Consilio fuit pronunciatũ arestum, per quod cõceditur vniuersitati Codomẽsi in Normania nominare, & nominationes cõcedere, licet concordata de ea non loquerẽtur. tamen quando prouincia vel villa adiicitur regno vel comitatui accessoriè, ita quod sit vnum regnum, debet regi secũdùm regulam regni cui accedit, & eisdem legibus & priuilegiis est gubernãda, quibus regnũ. Bar. in l. si cõuenerit. in 2. §. si nuda. ff. de pig. act. per illum tex. Panor. in c. quia monasterium. de relig. domi. Curt. consi. 57. Item quia regnum est quid vniuersale, ergo omnes accessiones sibi contingẽtes sequẽtur regni naturã. l. peculium. in princ. ff. de leg. 2. Et beneficiũ concessum regno, tãquam principali, trahitur ad eius augmẽtũ. c. quia circa. de priuile. facit l. fi. C. de alluuio. multa tradit Albert. Brun. in tract. de augmẽto. in 9. conclus. princip. in princip. Et bonum esset quòd vniuersitates prouinciæ etiam concedere possent nominationes, & his iuribus in concordatis expressis vterentur, ac his prærogatiuis gauderent. dum tamen electiones secundùm iuris dispositionem retinerent.

*Vniuersitates extra regnũ an possint nominationes dare.*

6 Secundò, an vniuersitates extra regnum, vt Auinion. Aquen. Dolana, Italiæ, Britanniæ, vel Angliæ, possint nominationes concedere suis graduatis? Resp. cum sit tãtùm hoc priuilegium nominandi concessum vniuersitatibus supradictis, non extendetur ad alias, sicut priuilegium personale. regula, priuilegium. de regul. iur. lib. 6. Et sic affixi cõclusiones, nominationes, vniuersitates concedere prohibentur. Item, vniuersitates extra regnum, vel etiam vniuersitates regni prohibentur concedere incapacibus, vel ad beneficia extra regnum. arg. l. fina. ff. de iurisd. om. iud. quia limitatum est priuilegium, cui nil debet addi. arg. l. in agris. ff. de acquir. rerum dom. Idem si vniuersitas esset suspensa, iuxta §. monemus. de collat. in concord. Posui aliam conclusionem, videlicet, concedere posse etiam iuris est explorati, intellige vt suprà.

*Conclusio. Nominationes ad beneficia extra regnum non dantur.*

7 Tertiò, dubitatur an vniuersitates regni possint concedere nominationes ad beneficia, sita extra regnũ? Resp. nõ, tũ quia extra territorium illarum

illarum præceptum non habent, nec authoritatē.arg.l.fin.ff.de iurisd.omn.iud.c.fin.de consti.lib.6.not.in l.1.C.de summa trini. & territorium quoad hoc est illis datum:ergo extra non possunt,tum etiam quia eisdem non est cōcessum, nisi limitate, vt habetur in prœmio concord. ergo illi priuilegio limitato, nil addi debet.l.in agris.ff.de acquir.rer.domin.

8 Facit quòd not.Anch.& Perus.in c.fi.not 1. de verb.sign.vbi dicit quòd episcopus nō potest concedere indulgentiam subditis porrigētibus manus adiutrices operi, in alterius diœcesi cōstruēdo.ex quo cōcernit opus faciēdū extra diœcesim,licet eius effectus deriuetur in subditos.

9 Sic debet dici in nominationibus, vt non possint concedi ad beneficia extra regnum sita, etiam si illorum perueniret collatio iure deuoluto ad Episcopum,vel Archiepiscopum in regno existētē, etsi D.Chassa.in catal.cōsidera.32. part.10. reliquerit cogitādum,quia prima causa inspicitur per cle.1.de suppl.neglig. prǣl.poterit tamen vniuersitas Franciæ nominare ad beneficia sita per totam Franciam,& in Delphinatu, & vniuersitates Delphinatus nominare ad beneficia Franciæ econtrario,& ita seruatur.

*Bonū est argu.de personis ad locū.* Item quia est bonum argumētum de personis ad locum.& econtra.l.2.ff. ne quis eum qui in ius voc.est,vi exi.Ias.in l.vinum.not.1.in fi.si cert.pet. Sicut ergo exteris non possunt nominationes concedi, ita nec ad beneficia exterorum,& sic extra regnum.

*De vniuersitate de nouo erecta.* 10 Quarto,quæro, quid si erigeretur vniuersitas de nouo in regno Franciæ,an nominationes cōcedere posset? Videtur quòd sic,quia vniuersitatibus regni hoc est concessum, & ipsa est de regno, ergo eidem videtur esse concessum. Itē quando eriguntur vniuersitates,cōceduntur eis priuilegia talia, qualia competunt aliis vniuersitatibus regni Francię,& quòd in omnibus & per omnia gaudeāt priuilegiis aliarū vniuersitatum, sic ergo priuilegiis aliarū gaudere poterunt,per l.2.§.furiosi.ff.de iur.codic.not.doct. in l.1.ff.de leg.1.ergo & nominationes cōcedere possent.& huic opinioni starem si sic esset constructa, & à Papa & à Rege vniuersitas erecta, vt dixi.secus si terra de nouo acquisita,quia tūc extensio à Papa requireretur,vt eadem iura obseruentur ibi,quæ in regno. & ita fuit nuper factum.vide Curt.senio.consil.57.Item si concessum fuerit priuilegium quòd in regno Francię non soluatur pedagium, & contingat comitatum accedere regno,quòd tale priuilegiū competet etiam comitatui regno adiuncto. Alber. Brun.in tract.de augmento, in 9.conclus. prin. per ea quæ tradit Bar.in l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pign.act.& l.senatorū.C.de dignit.li.12. Sic & illa vniuersitas addita aliis,nominationes concedere posset,& priuilegia aliarum haberet. tum quia esset regni vniuersitas, de quibus loquitur concordatum, & vniuersitatibus regni concessum est, vt nominationes dent. Vide tamen quæ tradunt Doct.in clem.fin. de rescript. & quæ superius dixi.

*Facultates* 11 Quintò,quæro,an facultates possint nominationes concedere? Resp.non,etiam si omnes essent congregatæ sine rectore.d.§.præfati.1.ibi, per vniuersitates nominatis.sequitur gl.in prag. sanct.rub.de colla.§.ita tamen,in verbo,vniuersitatibus.vbi dicit quòd facultates post denegationem factā ab vniuersitate,non poterunt dare nominationes,quia non videtur vniuersitas, etsi omnes facultates essēt cōgregatæ,ac omnes consiliarij vniuersitatis,nisi rector adsit. *non dant nominationes nec tempore studij.*

12 Nec tunc sine rectore esset formosa, sed Acephala,quia caput est de esse corporis.c.nulla ratione.93.dist.Bal.in auth.habita.col.10.nu.42. C.ne filius pro pat.Dec.& alij in c.ex literis.not. vlt.de constit.imò caput est principale mēbrum corporis.l.cum in diuersis. ff.de relig.& sumpt. fun.ideo caput debet in nominationibus adesse. Idem puto in tēpore studij, vt etiā vniuersitas debeat attestari,nec sufficeret quòd rector & facultas attestarētur,quia nō est vniuersitas,à qua debent certificatoriæ literæ emanare. §. præfati. ideo bonū esset quòd vniuersitates quę hūc habent stilū,& Tholosana,& Cadurcen. hoc corrigerent,& ponerēt, rector vniuersitas & facultas,& hoc fuit factū Biturigib.me instigante,& ibi regente.vide quæ dico infrà q.11.& quæ dixi in §.præfatique graduati,in glo.manu scribæ.de collat.vbi dixi apud Parisios non seruari,nec in hoc concordata recepta. *Acephala est vniuersitas sine rectore.*

13 Sextò,quæro,aliqua vniuersitas non habet omnes facultates, vt hæc Parisien.& Aureliana.an possint nominationes concedere? Videtur quòd nō,quia nō videtur vniuersitas. Contrarium est verum, cum doctores & scholares faciant vniuersitatem, vt habetur in prœmio decret. & in prœmio 6. alioqui vniuersitates Parisien.& Aurelian. non possent eas nominationes concedere,cum non habeant omnes facultates,quod cōtrarium obseruatur.nec requirit cōcordatum quòd vniuersitas omnes habeat facultates,ideo nec ego requiram:& non minus dicitur vniuersitas,etiā si omnes facultates non sint concessæ ibidem. *De vniuersitate quæ [non] habet omnes facultates.*

14 Septimò, an vniuersitas possit nominare graduatum in illa facultate,quam non habet,vt baccalaureum in iure ciuili hæc vniuersitas Parisiensis? Respon.non,quia non potest attestari illum studuisse in iure ciuili in hac vniuersitate,cū non ibidem legatur. Item esset extra suam iurisdictionem, quod est reprobatum in c. fi.de consti.in 6.Item,quia nō potest nominare graduatum alterius vniuersitatis, ne causæ continentia diuidatur,contra legem nulli.C.de iudi. gl.in §.item quod ad dictas.in verbo, suorū. de coll.in prag.& dicā infrà. & in hac vniuersitate nullus sumit gradū in iure ciuili,ergo baccalaureum,vel alium in iure ciuili graduatū non potest nominare,nisi illi conferret gradum in iure canonico.Vide tamen quæ dixi suprà in 5.q. *Vniuersitas nō nominat in illa facultate non concessa.*

*Septima quæstio principalis.*

1 SEptimò principaliter quæro, quo tempore cōcedantur nominationes?Resp. (quia vulgata est,paucis finietur.l.1.ff.pro dote)de cōsuetudine nominationes conceduntur tantùm tempo *Quo tempore dentur nominationes.*

tempore quadragesimæ.gl. in §.statuit.in verb. quadragesimæ.de collat.in pragm.vbi dicit esse triplicem quadragesimam. & has bene sciunt

2 Cordigeri & Carthusiēses. Quadragesima propriè illa dicitur, quæ est ante Pascha, de qua C. de feriis.l.quadraginta. & cap.quadragesima. de consecr.dist.5. Extra tamen cōsuetudinem non video quòd sit prohibitum vniuersitatibus eas concedere etiam extra quadragesimam instar aliorum rescriptorum, quæ omni tempore cōcedi possunt, vt not.in rub.de rescript.

*Triplex quadragesima.*

3 Primò quæro, an diebus festis quadragesimæ concedi possint? videtur quòd non, quia omnis iudiciorum strepitus in illos dies cessare debet.l.fi.C.de feriis.c.1.illo tit. Contrariū arbitror verius, quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt etiam diebus festis exerceri.l. actus publici.C.de feriis. Spec.eo.tit. §.sequitur. vers.quid si in feriis. Ang.in disput.incip. duo. col.2. sicut sunt nominationes, ideo etiam diebus dominicis vidi in aliquibus vniuersitatibus eas cōcedi. Quippe etiam festis quędā exercere diebus Fas & iura sinunt, dicit Virg.in Georg.

*Diebus festis an distribuantur nominationes.*

4 Secundò quæro, an in ecclesia concedi possint? Respon.cum sit bonum argumentum de tēpore ad locū, gl.in cle.ad nostrū.in verbo, regularem.de censib. sicut possunt diebus feriatis concedi, vt suprà conclusum fuit, ita & in loco sacro, videlicet in ecclesia. Ias.& alij in l.vinum. ff.si cert.pet. Tutius tamē est quod diebus profestis & extra ecclesiam concedantur.

*In ecclesia cōcedi possunt nominationes.*

5 Tertiò quęro, Parisien.vniuersitas erat consueta cōcedere nominationes in ecclesia S.Maturini, alibi tamen concedit: an valeant? videtur quòd non, quia consuetudo est seruanda. l.de quibus. ff.de legib. Contrariū sentio, quia concordatum non astringit, nisi vt concedantur ab vniuersitatibus regni, vt suprà probaui: ergo in quocunq; loco fuerint cōcessæ, nō vitiabuntur, dum tamē sint vniuersitates regni quæ concedant. Nec obstat quod in vno loco erant solitæ cōcedi, quia hoc nō astringit in futurū, nisi fortè statutum esset in illa vniuersitate, videlicet, vt cōgregationes alibi nō fiant, quàm apud Prędicatores, vel in ecclesia S.Ioannis, vt est apud Bituriges, tunc quia venirent cōtra statuta alibi faciendo congregationē, fortè non valerent, quia dicit concordatū statuta vniuersitatum esse seruanda.in §.monemus.de collat.in concord.

*In quo loco dentur.*

6 Quartò quęro, an vniuersitates possint cōpelli dare nominationes? Respon.non, vt habetur in prag.sanct.§.item quod ad dictas.de coll. in verbo, poterunt. quia verbum potest, liberam tribuit facultatem, non necessitatem. l.sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentē, hac rescriptione, eum qui prouinciæ præest, adire potes, non imponi necessitatem proconsuli, &c.ff.de offic. præsi.Bart.& alij in l.Gallus.in princ.ff.de liber. & posth.c.faciat.22.q.2.

*Vniuersitates dare nominationes, an debeant.*

7 Præterea nominationes dicuntur gratiæ, vt sæpius dicit gl.& maximè in verbo, nominare. d.§.itē quod ad dictas. Et illa dicitur gratia quę gratis datur.c.gratia.& ibi Archi.1.q.1. nec propriè dicitur gratia, si necessitati occurrat. Anch. consil.295.pro clariori euidentia.col.pen. & in necessitatibus nemo liberalis existit.l.rem legatam ff.de adim.leg. nec de suo cogitur quis beneficium facere.c.precariæ.1.10.q.2.

*Gratia quādo dicatur.*

8 Malè tamē facerēt vniuersitates si eas denegarent graduatis benemeritis.c.vt cōstitueretur. & ibi gl.50.dist.instar dispēsationis, quę licet nō possit peti nisi precibus.arg.c.quāto.2.q.5.tamē peccat prælatus eā denegās causa vtilitatis existente, vel necessitatis, seu alia iusta causa. c.alligant.26.q.7.Fede.cons.40.super eo. ideo affixi conclusionem hanc, videlicet, Parisien.vniuersitas nominationes denegare non debet, etiam legū studiosis, cum leges ibidē publicè legi, iure non prohibeatur, vt suprà dixi, q.5. imò posset implorari officium iudicium iudicis cōtra vniuersitates nominationes denegātes.ar.gl.in rub. ff.de interrog.actio pōderatur tex.in d.§.monemus.de coll.ibi, non habeāt aliquos nominare, nisi eos qui secundum pręfata tempora studuerint. ergo si studuerint per præfata tempora, habent eos nominare.& hoc sumendo argumentum à contrario sensu, quod est validum in iure.l.1.ff.de offi.eius cui mand.est iurisdict.

*Conclusio. Paris. vniuersitas nominationes denegare nō debet.*

9 Et si iudex denegaret suum officium, diceretur inferre iniuriam parti, si iustè petatur.l.1.§. permittitur.& ibi Bart.ff.de aqua quot.& æstiu. & potest ab illa negatione appellari.l.1. C.si sæpius in integrum restit.postu.not.in l.1 ff.de iurisdict.omn.iudic.l.non quicquid.de iudi.Bart. in l.4. §. hoc autem iudicium. de damno infect. Felyn.in cap.super his.col.4.cum seq.de accus. Ias.instit.de actio.in princ.nu.66.col.9.ideo potest haberi recursus ad superiorem. per c. nullus.& ibi Pan.de iure patro.Archid. in c.primates.in fi.71.distinct.Panor.in c.tuæ.de cleri.non resid.& consil.44.& 84.in 2.vol. & ita appellauit facultas decretorum Paris.à denegatione facta per vniuersitatē.& fuit prolatum arestum in hoc venerabili Senatu hoc anno 1535. ante Pascha, in mense Martio, pro d.facultate, quo dictum fuit quod vniuersitas teneretur nominare & recipere graduatos in facultate decretorum, licet aliquibus de vniuersitate durū visum fuerit practicantibus. Rub.de lege fusia, &c.

*Iudex denegās suū officium dicitur inferre iniuriam parti.*

*Arestum facultatis decretorū Parisien.*

10 Hodie non oportet ista inquirere, quia sicut ecclesia nemini claudit gremiū, ita nec vniuersitas afferenti pecunias, nisi per inuidiam quandoque contrarium fiat, vt dixi. nec obstat c.precariæ.10. q. 2. vbi nemo cogitur de suo facere beneficium. quod intelligit ibi gl.non procedere, quando aliquis alij prodest, & sibi non nocet, vt in hoc casu per l.in summa.ff.de damno infecto.

*Vniuersitates nemini claudūt gremium.*

Nec refragatur quòd nominationes dicātur gratiæ, & gratia dicitur quæ gratis datur, c.gratia.& ibi Archi.1.q.1.Ancha.cons.95.dico quod & si gratis non detur, nō minus dicetur gratia, eo quòd dari gratis debet.

Nec obest, quòd nemo dicatur liberalis in necessitatibus.l.rem legatā.ff.de adim. leg. quia ibi gl.resp.vel possum dicere, quod saltē est liberalitas in cui conferendo.gl.in c.relatū.de pręb. & c.quanuis.illo tit.in 6.de hac q.hactenus.

Octaua

*Octaua quæstio principalis.*

*Quibus dirigatur nominationes.*

1 OCtauo, principaliter quæro quibus dirigi poſsint nominationes. Reſpon. collatoribus ordinariis, & patronis eccleſiaſticis. §. præterea. & alibi ſæpè in illo tit. de coll. in concord. & intellige collatores illos, qui quoquo modo iure poſſunt conferre beneficia, ſiue per electionem, extra tamen confirmationem: ſiue per prouiſionem, ſiue alio modo: vt not. in cap. cum in illis, §. 1. de præb. in 6. Et ſic generaliter illis poſſunt dirigi nominationes, ſicut mãdata apoſtolica. not. in c. mandatum. de reſcri. & habita notitia iſtius articuli quibus dirigi poſsint, intelligetur alius, quibus dirigi non poſsint, vt not. in l. 1. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

*Qui ſint collatores ordinarij.*

2 Primò, quæro qui dicantur collatores ordinarij? Reſpond. omnes clerici, qui à Papa, vel lege ſeu conſuetudine, habent poteſtatem conferendi beneficia eccleſiaſtica, arg. c. à iudicibus. 2. q. 6. no. in c. fin. de offic. leg. lib. 6. & in c. ordinarij. de offi. ordi. eo. lib. & c. ſi ſoli. de conceſſ. præb. ibidem. clem. 1. vt lite pend. & ibi Cardin. q. 14. & ſic in dict. §. præfatique ordinarij. & §. præterea. dicuntur ordinarij nedum epiſcopi, etiam ſed alij, tam ſuperiores quàm inferiores, ad quos beneficiorum collatio, ſeu alia prouiſio ſpectat, etſi non habeant iuriſdictionem, per glo. in d. cle. 1. vt lite pend. Dec. in c. poſt ceſsionem. in 1. not. de prob. Card. in cle. 1. §. ad hęc. & cle. 2. de ſtatu monach. & dixi in §. 1. in gl. ordinarius. de collat. ſuprà.

*Ad quos ſpectare poßit collatio beneficiorum.*

3 Notandum eſt quòd infrà ſcriptis perſonis poteſt collatio beneficiorum, ſeu prębendarum ſpectare. Primò, ad epiſcopum & capitulum ſimul de iure communi. c. poſtulaſtis. de conceſſ. præben. Feder. conſil. 1. & aliàs amplè conſului. non hic repeto.

Secũdò, ad ſolum epiſcopum, vel ſolum capitulum de conſuetudine. c. cum eccleſia vulterana de elect. & ibi glo. & doct.

Tertiò, ad vnum canonicũ ratione ſuę hebdomadæ. c. mandatum. de præb. in 6. vide Rot. deciſ. 383. not. in diœceſi. in antiq. qui vice capituli confert. Fel. in c. eam te. col. 9. verſi. mandatum factum. d reſcri. & c. cauſam. col. 11. ibi.

*Non conſtitutus in ſacris, an poßit conferre.*

Vnde conſului canonicum etiam non cõſtitutum in ſacris cõferre poſſe per hebdomadas, ſicut alij, nec obſtat clem. vt hi qui. de ætate & qualit. quia ibi priuatur tantum ſuffragio, & ſic electione, non autẽ nominatione, vel collatione, ſeu præſentatione, cum inter iſta ſit longa differentia. c. cum in illis. §. 1. de præbend. in 6. & quia clem. eſt pœnalis. & ſic non extendenda. l. interpretatione. ff. de pœnis.

Quartò, poteſt ſpectare ad capitulum & epiſcopum alternis vicibus. cle. plures. de iur. patro. c. cum in illis. §. fin. de præb. in 6. & ſi vnus impediatur conferre ratione mãdati vel nominationum in ſuo turno, an poterit poſtea cõferre liberè, tradit gl. in §. item quòd omnia, in verb. faciendæ, in fi. de colla. in prag. per Io. Andr. & alij in c. cũ in illis. de præb. in 6. Rota deciſ. 190. not. quòd vbi. in antiq. Io. de Ana. cõſil. 43. ſtãte dico in tit. de mand. apoſt. in verbo, quinquaginta.

Quintò, pertinet collatio ſiue inſtitutio facta præſentatione. c. 1. & per totum tit. de inſtit.

Sextò, poteſt competere ad aliquem clericũ authoritate Apoſtolica. c. cum aliquibus. de reſcri. lib 6. c. is cui. de præben. ibidem.

Septimò, ſpectat collatio ad laicum ex priuilegio Apoſtolico. c. dilectus. in 3. de præben. Et tunc laicus non poteſt dare duas prębendas, vel duo beneficia incompatibilia vni ſine Papę diſpenſatione. Collecta. in c. dudum. 2. col. vlt. de elect. Et his fermè omnibus, demptis laicis, poſſunt nominationes dirigi, vt infrà latius deducetur. Rota deciſ. 190. nota quòd vbi ex ſtatuto. in antiq. quando collatores ſunt ordinarij, vt hic dicitur.

*Legatus [...] ferre debe[t] graduati[s].*

4 Secundò, quæro an cõprehendatur legatus à latere? videtur quòd non, cũ authoritate Apoſtolica procedat. gloſ. & doct. in c. ſi abbatem. de de elect. in 6. Sed Rom. Põtif. non cõprehenditur, ergo nec ipſe. Reſpon. legato nõ habẽti epiſcopatũ, vel abbatiã, ſeu alias collationes in regno, nõ poſſunt dirigi nominationes, vt habeat prouidere, ſed licet illi non ſint directè, tenetur tamen qualificatis prouidere iuxta ſtatuta in cõcordatis: tum quòd ſolus Papa voluit vt ipſe & ſucceſſores iure præuentionis liberè cõferre poſſent, vt patet in §. declarãtes. de mand. apoſt. ergo alij non habent poteſtatẽ illam. tum etiam quia Papa hanc facultatẽ pręuentionis nõ conceſsit: & ſi cõceſsiſſet, regnicolę non paterentur legatũ alteri quàm nominato conferre: quia regnicola leges regni ſeruare debet, & ſemper recipitur in Francia cum modificationibus regni, & reſtrictionibus, & non aliàs, vt patet in ſua receptione. Item concordatũ fuit inter Papam & Regem, quòd concordatum habet vim contractus, vt ſuprà in princ. dixi. & cõtractus ligat etiam legatum & principem. c. 1. de prob. & ibi plura addidi. Præterea §. ſi quis verò cuiuſcunque ſtatus. de coll. videtur legatũ à latere ſubiicere his legib. regni, & ita tenetur. Conſequens eſt etiã quòd d. §. ſi quis verò. exprimit cardinales debere conferre nominatis, ergo & is ipſe, cùm ſit cardinalis, & etiam quia d. §. ſi quis. exprimit aliud verbum, vel alterius cuiuſlibet dignitatis. Item dicitur ordinarius in c. 2. de offi. leg. lib. 6. tamen eius poteſtas eſt extraordinariè inuenta, vt tenet gl. in cle. fi. de offi. ordi. gl. in §. viſum. in verb. legatorũ. in fi. de colla. in prag. Et ſic ei nõ diriguntur nominationes ratione ſuæ legationis, ſed ſi habet epiſcopatum, vel archiepiſcopatum, ratione illorum poſſunt eidem dirigi, & etiam tanquam legatus tenetur graduatis, & legitimè qualificatis beneficia eis pręſtituta conferre.

*Cardina[les] dirigu[ntur] nomina[tio]nes.*

5 Tertiò, quæro an cõprehendantur cardinales? videtur quòd non, nempe qui ſunt ſpeciali nota digni, ſi non exprimantur, non cõprehendũtur. l. item apud. §. hoc edictũ. ff. de iniur. tex. in c. 2. de offi. deleg. in 6. vide Fely. in c. cum in iure. de offi. deleg. c. quod ſuper. de fide inſtrum. Tamen in d. §. ſi quis verò, exprimuntur: cuius verba inſero, ſi quis verò cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi cardinalatus, patriarchalis, aut põtificalis, vel

*Tex. [...] in §. ſi quis verò.*

lis,vel alterius cuiuslibet dignitatis,contra prædictũ ordinem , & qualificationes superius ordinatas,de dignitatibus, personatibus , administrationibus,vel officiis,seu quibusuis aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi,aliter quàm modo prædicto disposuerit,dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ , collationésque & prouisiones ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur,qui eisdem personis modo pręmisso qualificatis prouidere teneatur,&c.

6 Alioqui non comprehenduntur cardinales, nisi exprimantur,vt pulchrè consuluit Petr. Ancha.consi.295.pro clariori.vbi dicit quòd dispositio quantuncunque generalis si sit odiosa, non cõprehendit superlatiua,vel maxima,aut maiora expresis.cap.sedes.de rescr.alioqui frustra essent ibi expresi.Itẽ exprimuntur in c.vno.§.omnem. de schisma.in 6.Sic consuluit Barb.consi.23.scripsit propheta.col.8.in 3.q.vol.1. ac in c.in nostra. num.6.& seq.de rescr.& Rom.consi.498.in casu quo.col. 1. & sic cardinalibus possunt dirigi nominationes , si collationes in regno habeant , & ipsi tenentur nominatis sic prouidere & graduatis,prout statutum est eod.tit.in concor. etiam si haberent indultum,quod non potest tollere iura regni,vt dico in d.§.si quis verò.

*Minores episcopi cõprehenduntur in concordatis.*

7 Quartò,an comprehendantur episcopi ætate minores?videtur quòd non, quia per verba generalia cuiuscunque sexus conditionísve sit,non comprehenditur minor,nisi exprimatur tex.iuncta glo.in l.promittendo.ff. de iure dot. sequitur Alex.& Ias.in l.1.§.nunciatio.col.5.ff.de oper.noui nunc.vbi dicunt quòd verba generalia restringuntur ratione ætatis,quia defectus iuris naturalis nunquã censetur sublatus, etiam si lex loquatur cum termino vniuersali,& geminatione verborum.Ias.in l.2.§.prætor ait.ff.qui satisd.cog.facit l.emptor.§.fi.de pact.Contrarium teneo,quia tertia pars beneficiorũ est affecta nominatis & graduatis.§.præfati.in 1.de coll.in concord.Ideo siue collatores sint minores, siue maiores , tertia pars beneficiorum remanet affecta,ad quemcunq; veniat collatio.arg.l.vẽditor.ff.de iud.Itẽ hic ligantur episcopi,& postquã minor habet illam dignitatem, ergo debet in hac cõstitutione cõprehendi.nã ligantur collatores ordinarij , ergo quicũq; sint,siue maiores,siue minores,imò potius debet hi adstringi,quàm maiores ex mente concordatorum,vt conferant graduatis & nominatis.

8 Alioqui cum nil sciant, aut scire præsumantur.l.fi.ff.de iur.& fact.ignor.suis similibus ignaris & iuuenibus omnia beneficia conferrent,etiã si haberent præceptores doctos. Memini me legisse,quod quidã Necromanticus habebat discipulum nobilem , qui sibi maria & montes promittere solebat: quem volens tentare præceptor Necromanticus,per artem fecit,vt discipulus videretur electus in imperatorẽ.Magister id tempo ris rogabat eum,vt sibi daret bona iamiam toties promissa : at ille discipulus suo præceptori non erubuit dicere,nescio quisnam es.tunc magister, ego sum ille,inquit,qui tibi omnia dedi,& etiam tollam. Præterea qui habet nomen , & effectum debet habere.l.à nullo.C.de feriis.sed minor scopulus habet episcopatum.ergo comprehendetur. insuper minor ætate factus cum dispensatione episcopus poterit beneficia conferre,vt not. in c cum nobis olim.de elect.& plenè Io.de Selua in tract.de beneficio in 2.parte.q.6.ergo & ei dirigi poterũt nominationes, alioqui episcopuli (vt ita loquar) cum suis nucibus essent melioris conditionis,quàm sapiẽtes.contra c.eum qui.de præb. 6.de quibus dicitur ecclesię,Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Psalm.44. quod dictum exponit beatus August.in c.fi.68.dist. sic inquiens:Patres missi sunt Apostoli,pro Apostolis filij nati sunt, & constituti episcopi,&c.pro hoc bene facit tex. in l.3.iũcto §.pupillus.ff.de neg.gest. vbi edictum generaliter loquens comprehẽdit pupillum.Nec obstat glos.in d.l.promittendo.quia potest intelligi , quando materia non caderet in minorem, vtpote in delicto. tunc minor non comprehenderetur,alioqui sic tex.in extrauag.ad reprimendum.in verbo cuiuscunque status, dignitatis,vel conditionis. vbi dicit minorem comprehendi, dum tamen sit in tali ætate , in quam delictum cadere posit.c.1.de delictis puero.c.fi.de reb.eccl. non alien.lib.6. extra. cum detestabile. de simo. in communib.Corne.consil.152.licet in hac.col. 1.volu.1.

*Not.de Necromantico.*

9 Quintò,quæro,an comprehendatur fœmina habens collationem beneficiorũ ? videtur quòd non, quia hoc expresisset concordatum , si voluisset.c. ad audientiam.de deci.& potius faceret se Sarracenam quàm vt voluptati suæ non obtemperaret, pulcher text.in c.tua nos.de iureiur. Tamen contrarium credo, per illa verba in d.§. si quis verò. in verbo cuiuscunque status. & ibi cuiuslibet dignitatis,siue sit masculus,siue fœmina.exponit glos.in d.extrauag.ad reprimendum. in verbo conditionis.Barba.consil.23.sapientissimus.col 4.in 2.volum.Facit etiam verbum quis, quod comprehendit,tam masculos quàm fœminas.l.si quis id quod. ff. de iurisd.om.iudic.l.1.de verb.sign.& ibi plenè dixi. c. si quis suadente.17. q.4.& dixi in tract.de pacifi.posses.in princ.Ideo quando abbatissa confert beneficia , ex priuilegio,eidem poterũt nominationes dirigi.& quòd abbatissa conferat beneficia,est text.in c. dilecta. de maior.& obed. & in c.dilecto. de testi. Ita tenet in propriis terminis Card. in c.cum dilectus. 3.q.col.5.de consuet.doct.in c.fi.de concess.pręb. Maleret.in tracta.de elect.in 5.limita.fol.21.col.3. Roch.de Curte in tract.de iure patr.q.1.in verbo competens. vbi pulchrè concludit etiam meretrici posse competere iuspatronatus rationibus multis,quas ibi videre licet.

*Fœminæ an nominationes dirigi poßint.*

Hodie in Francia quædam matres istorum scopulorum,& rabatum,regunt,& recipiũt redditus episcopatuum,& abbatiarum,& inter claustra religiosorum resident, & mala quæ non audeo exprimere ibidem committuntur , quibus Deus Opti.Maxi.prouidere velit oramus, de insatiabilitate prælatorum regni,& eorum pesimo regimine,alibi abundè tractabo.

10 Sextò , an capitulo dirigi posint nominationes? & breui respon. quòd sic, quando collatio beneficiorũ ad illud spectat , quia & manda-

*Capitulo an nominationes dirigantur.*

tum poteſt dirigi.c. eam te.de reſcr.c.ſi capitulo. de conceſſ.præb.in 6. dixi in §. præfatiq; ordinarij.in glo.quicunque.de colla.

*Iure deuoluto conferens nominatis et graduatis tenetur prouidere.*

11 Septimò, quæro an comprehendatur is qui confert iure deuoluto?text.in dict.§.ſi quis verò. hoc exprimit,ibi, prouiſiones ac diſpoſitiones illorum ad immediatum ſuperiorem deuoluantur, qui eiſdem perſonis modo præmiſſo qualificatis prouidere teneatur:& ſi contra venerit,ad alium ſuperiorem deuoluatur prouiſio & præſentatio huiuſmodi gradatim, donec ad ſedem Apoſtolicam fiat deuolutio,&c. Ecce ergo quomodo ſuperior iure deuoluto tenetur eiſdem conferre perſonis, quibus tenebatur inferior ante deuolutionem. igitur ſi beneficium erat conferendum regularibus per primum cõferentem, religioſis cõferri debebit per ſecundum ad quem eſt facta deuolutio, ſi nominatis conferre debebat primus,& ſecundus tenebitur eiſdem prouidere,alioqui non valebit collatio in contrarium facta.text.elegans in clem.vna.de ſupplen.negligen.prælato.gloſſ.in §.ſi quis. in verbo ſimiliter. de colla.in prag. quia res tranſit cum ſuo onere. l.alienatio.ff.de contrah. empt.c.ſi quis laicus.& ibi glo.16.q.1.tum quia ſubrogatum debet ſapere naturam eius in cuius locũ ſubrogatur.l. ſi eum. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.tum quia ius eligendi tranſit cum eadem qualitate.Rom. ſingul. 478.pone quod arbitrium, quod facit pro cõſulibus Montiſpeſſulani, qui intra certum tempus habent eligere doctorem licentiatum, aut nobilem in primum conſulem:vt ſi intra id temporis non elegerint,deuoluatur collatio ad proximum ſuperiorem,id eſt ad gubernatorem, qui debebit eligere eoſdem,quos cõſules tenebantur, videlicet doctorẽ,aut nobilẽ,licet grauatè hoc faciant.

*No.pro conſulibus Mõtiſpeſſulani.*

12 Item qui in alterius locũ ſuccedunt, eo debent iure vti,quo ille vti debebat. Regula,is qui. de reg.iur.in 6.vtpote ſi monachi de gremio eligere debebant,& non eligant ad ſuperiorem fiet deuolutio cum eadem qualitate.Io.And.in mercuria.in regula cõtra eum.de reg.iur.in 6.Alber. in l.in contrahenda.ff.illo tit. Roma. in repet.l.ſi verò.§.de viro.fallent.20.ff.ſol.matri.

*Res tranſit cum ſuo onere.*

13 Facit quòd ſi alicui eſt relicta res cum hoc onere, vt non poſſit eam alienare, ille poſtea ad quem tranſibit per ius accreſcendi,etiam non poterit eam alienare.l.vna.§. ſin autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.Iaſ.in repet. l. re coniuncti. col.2.nu.3.ff.de leg.3.

14 Item ſi poſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit, eo iure vtetur quo is vſurus erat, cui ſucceſſit.l.non intelligitur.§.ſi poſteriori.ff.de iure fiſci. facit lex 1.§.is etiã. vt legato. ſeu fideicom.nom. cauea. Præterea ſi quis habeat expedire actum cum conſilio alicuius, & ille delegauerit actum, delegatus tenebitur requirere conſiliũ ſicut primus tenebatur.tex.in cap.cum in veteri.notab.3. de elect. Pan.idem dicit in iudice, ibi, quem ſequitur Felin.in cap.cum dilecta.col.12.amplia.7. de reſcri. vbi iudex eccleſiaſticus ſupplens negligentiam iudicis ſecularis, debet procedere ſummariè,ſicut ſecularis tenebatur. Adhæc ſubdelegatus eiuſdem debet eſſe qualitatis, ſicut delegatus.c.ſtatutum.§.in nullo.de reſcr. in 6.& eadem tempora concedi debent ſubdelegato, quæ delegato vel ordinario, qui delegauit.l. ſi iudex. cui certa.ff.de iudi.

*Refectio ponte an uectigal impositũ debeatur.*

15 Conſequens eſt,quòd ſi nobilis colligat pedagium ſupra pontem, & eo deſtructo alius reficiatur,idem vectigal poterit exigi,cum pons cenſeatur eſſe conſtructus cum eadem qualitate, ſicut primus erat.Bal.in l.ſi plures,col.4.verſi.vidi dubitari.C.de condit.inſert. & in l.3.in fi. de priuileg.fiſci.Maleret in tract.de elect.fol.47.in 5.q. Vlterius res tranſit cum ſua cauſa ſuiſque vitiis. l.Pomponius.§.cum quis.& ibi Io.Crotus plenè in 1.notab.ff.de acq.poſſeſ.

16 Non abſimile eſt,quòd ſi patronus propter negligentiam perdat poteſtatem præſentandi,tamen ſuperior conferens non poteſt aliter conferre,quàm natura beneficij requirat,vtpote ſi ſacerdos debeat præſentari per patronum, epiſcopus ſacerdoti conferre debebit. Ioan.de Selua in tract.de benefic.in 3.parte.q.49 & Boer.in addit. ad Mendag.in tracta.de elect.cap.1. in fin. primæ partis.

17 Et idem ſi patronus tenebatur præſentare aliquem de familia fundatoris.Poſtremò ſi teſtator dederit formã diſtribuendi bona ſua ad cauſas pias, & executore negligẽte deuolutio fuerit facta ad epiſcopum,is debebit exequi ſecundum formam à teſtatore traditam,quia licet ſit à perſona receſſum, nõ tamen à forma.ita expreſsè tenet Bald.in l.ſi puella.C.ſi mancip.ita fuerit alie. vt manu.Barb.in c.venerabili.col.3.de offi.deleg. & in c.poſſeſsiones.col.2.de reb.eccle.non alien. Corſet.in ſing.incip.conſiliũ.& ſic epiſcopus,vel archiepiſcopus etiã iure deuoluto beneficia conferens,tenetur conferre iuxta concordata.faciunt multa alia quæ hic poſſem congerere, quæ adduxit Fel.in c.1.verſi.declarat.nu.9.de reſcript.

18 Fallit quando ille, à quo deuoluitur, tenebatur,aliàs nõ, ideo ſi ab epiſcopo extra regnum ſit deuoluta poteſtas ad archiepiſcopum regni, non tenebitur conferre graduato vel qualificato:quia cum beneficium extra regnum non habeat onus nominationum,nec archiepiſcopus in illis habebit aliquod onus, quia res tranſit cum ſuo onere,quãdo habet, alioqui ſine. l.alienatio. ff.de contrah.empt. Initiũ enim eſt ſpectandum. gl.in c.dudum.1.de electio. & poſtquam primus conferens non eſt grauatus, nec ſecũdus. probatur in §. ſi quis verò. de collat. in concord. facit quòd legatus non poteſt cõferre beneficia extra prouinciam vacantia,etiam deuoluta ad prælatũ ſuæ prouinciæ.glo.in §.viſum.in verbo legatorũ. de collat.in prag.& latius Brunel.in tracta.de dignita.legat.in 19.concluſ.in 2.declarat.

*Declaratio §.fi. de collat.in concorda.*

19 Octauò,quæro an is ad quem collatio iure deuoluto ſpectat,alteri quàm nominato vel graduato conferat,puniri debeat pœnis contentis in d.§.fi.de colla.in cõcord.vbi ſuſpenditur à collatione beneficiorum per octo menſes? & videtur quòd nõ,quia d.§. loquitur de collatoribus ordinariis,& ſic videtur intelligẽdus,de his qui primo loco conferũt.cum omnis actus debeat regulariter intelligi de primo.l.boues.§. hoc ſermone.ff. de verb.

de verb.sig.c.non potest.de præb.in 6.& vtrobiq; dixi.& quia pœnę sunt restringendę. l. cũ quidã. ff.de lib.& posth.l.at si quis.§.D.Marcus.ibi,pœnam tamen in eum statutam non esse.ff.de relig. & sumpt.funer. In contrarium videtur d.§.fi.qui omnes collatores astringit ad eandem pœnam. etiã in §.si quis verò,præcipitur vt sic conferant, & cum ista qualitate.Ideo clausula in fine posita ad omnia referetur.l.talis scriptura.§.fi.ff.de leg.1. dixi in repet.l.vnic.in gl. & non ex quibusdã. C. de sent.quę pro eo quod interest.Nec obstat si dicatur quòd est secundus collator,quia eidẽ conferre debet sicut primus, vt supra dixi.ideo cũ sit collator,eadẽ pœna astringetur,cum tex.non loquatur de primo,nec de secũdo potius quàm de alio, ideo omnes comprehendentur:quia indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elect.in 6.Item quia dispositio §. fin. redderetur frustratoria, si non comprehenderentur illi qui iure deuoluto conferunt,& nunquã conferrent graduatis, ergo pœna ad illos extendetur,quia etiam in pœnalibus licita est extensio, quando dispositio legis vel statuti posset reddi illusoria.l.1. §. pecuniã.& l.seq.ff.de calum.sequitur Ias.in d.l.cũ quidam,in fi.huic tamen opinioni cõtradicit dictus. §.fi. ibi,quibus graduati & nominati debitè &c. cui standum est,posset tamen altera opinio sustineri,quando nullus esset nominatus,vel graduatus,vel si nõ insinuasset,tunc collator alteri conferendo non puniretur,per ea quæ not. Bonif.in d.cle.vna.in fin.prin.vbi dicit,quando non inuenitur aliquis idoneus ad regimen ecclesiarũ vacantium,tunc recipietur alius,vtpote si religiosus S. Benedicti debebat eligi, & nullus inuenitur idoneus, ibi, tunc ex alio monasterio assumi debet alius,arg.c.ne pro defectu. de elect. & not.in c.cum singula.in fi.de præb.in 6. Nam deficientibus idoneis inhabiles admittuntur. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & honor. & hoc procedit tam in primo collatore,quàm in eo qui iure deuoluto confert.c.graue.de præb.& ibi not.

20 Secundò, fallit in Papa.is sibi retinuit in §. declarantes. de mandat. apostol. in concord. & quia plenã in beneficiis habet potestatem.c.2. de pręb.in 6. & si Papa nollet conferre qualificato, posset quis impetrare tacita qualificatione.glo.in §. quod si quis, in verbo pontificem. de coll. in prag.sequitur Io.de Selua in trac.de benefic.in 3. parte.q.50.in fi. Istud tamen est superuacaneum, quia non solet papa recusare collationes idoneis peritisque,cum sit liberalis.c.sedes.de rescr.

*Patronis laicis an possint dirigi nominationes.*

21 Nonò, dubitatur an nominationes possint dirigi patronis laicis? videtur quòd sic,per d.§.si vero. vbi vult omnes teneri cuiuscunque status aut dignitatis sint:sed ista verba comprehendunt tã laicos quàm clericos.glo.in l.promittendo. ff. de iure dot. quàm ad hoc not. Barb. consi.23.sapientissimus.col.4.in 2.vol. & consil.21.clementissimum.col.4.in 4. vol. & consil.41. immortalem deum.col.2.eod.vol.glo.in verbo conditionis. in extrauag. ad reprimendum. quomodo in læsæ maiestat.crimine proceda.Item ponderatur verbum cuiuslibet dignitatis, in d.§.si quis verò positum,quod exponit glo.in dict.cle.1.in verbo quibuscunque, de iud. vbi exponit cuiuscunque dignitatis ecclesiasticæ, videlicet vel mundanæ, etiam si imperiali,vel regali prefulgeat dignitate. ecce ergo & illustres & non illustres clericos, & laicos comprehẽdi sub hoc verbo cuiuscunque dignitatis,& illam gl.sing.not.Bar.cõsil.1.col.22. in 1.volum.& dict.consil.23.col.4.in 2.volum.& consil.87.illud.col.5.& consil.seq.in 3. volum.ac consil.41.illud.col.2.in 4.vol.& consi.18.col.pen. in eo.vol. Curt.in tracta. de feud.in 3.parte.in fi. Hippol.consil.80. qui cuncta.nu.37.& sequen.& consi.84.nu.29.facit tex.in l.1.§.1.ff.vt lega.vel fideic.not.caue.l. raptores.in fin. C. de episcop.& cler. Tertiò facit cle.dudum. versic. huiusmodi. ibi,quibuscunque & quomodocunque.de sepul. Quartò, facit text.in §.fin.in authen. de hære. & falcid. colla.1. vbi sic dicit, hæc omnia obtinere sancimus in omni persona,& postea declarat, siue priuata, siue militari, siue sacerdotali,siue imperiali, siue alterius cuiuslibet. cõmunem namque in omnibus hominibus hanc legem imponimus,quem text. ad hoc ponderat.Barb.consil. 88.illud referam.colum. 5. in 3. volum. Quintò, facit glos.sing.in clem.1.de re.iur.vbi dicit quòd hæc dictio quæuis causa, includit spirituales, vel quasi criminales,ciuiles,& mixtas.sequitur Barb. consil.21. clementissimum. colum. penult. in 4. volum.& consil.41.immortalem.colum.2. volu. eodem. Sextò,succedit clem.1. ibi, cuiuscunque ordinis & cõditionis existant.de senten. excom. sequitur Barba.consil.47.clementissimum.col.3. in 4.volum.cap.ne aliqui.de priuil. in 6. In contrarium me inclinant sequentia.primò quia dict. §.si quis verò.& §.præterea. exprimuntur patroni ecclesiastici, ergo patronos laicos non videtur comprehendere, sed excludere.arg.cap.qualis.25. distinct.l.cum prætor. ff. de iud. ne laici à fundatione ecclesiarum retrahantur. cap. decernimus.16.q.7.

*Quis dicatur patronus ecclesiasticus uel laicus.*

22 Et dicitur patronus ecclesiasticus, quando ius patronatus spectat ad ecclesiam,seu ad personam ecclesiasticam intuitu ecclesiæ, not. in cap. dilectus.de offic.leg.si verò spectet ad laicum,siue ad personam ecclesiasticam ratione personæ, vtpote quia clericus successit patri, vel consanguineo, dicetur patronus laicus, vt not.in c.1. & c.ex insinuatione. & cap. dilectus. de iure patro. & cap.1.illo tit.in 6.Imol.in c.dilectus 3.colum.2. de præben.& si patronus laicus donauerit iuspatronatus ecclesiæ, efficietur ecclesiasticum, teste Dec.consil.542.præsupposita.nume.8.per not.in cap.vno.de iure patr.lib.6.

Secundò probatur,verba generalia non comprehendunt patronum laicum, nisi exprimatur. cap.2.ibi, quacunque authoritate munitus sit. de præben.in 6.licet gl.ibi contrarium teneat,quam communiter reprobant doct. ibidem, & Lappus allega.96.beneficia. Felin. in cap.in nostra. correla.38.de rescr.& in tra. quando literæ apostolicæ.Roch.in tracta.de iur.patro.in verbo competens alicui.q.24.

Tertiò, papa potest ritum iudiciarium & ordinem quoad suum forum tollere. glo.in cle.dispendiosam,in verbo vsuris.de iud.ergo etiã po-

terit grauare patronos suos, videlicet ecclesiasticos, non laicos: & quia ista non fuit intentio papæ nec regis, cum tantum voluerint grauare patronos ecclesiasticos: ideo illos expresserunt, aliàs expressissent laicos. c. ad audientiam, de deci.

Quartò, reseruatio facta generaliter per papam de beneficiis, non trahitur ad beneficia iurispatronatus laicorum. c. 2. de præb. in 6. Roch. in d tract. de iur. patr. in verbo competens.

Quintò, præcedentia declarant sequentia, & contra l. hæredes palam. §. sed & si notan. ff. de testa. sed in præcedentibus §§. & in seq. in d. tit. de collat. fit mentio de patronis ecclesiasticis tantum, ergo non comprehendentur patroni laici.

Sextò, legatus nō potest conferre beneficium spectans ad præsentationem patroni laici. c. cum dilectus. & ibi plenè not. de iur. patro. multo minus vniuersitates hæc grauare beneficia poterunt, nec nominationes ad dictos patronos laicos dirigere. hoc enim esset falcem in alienam messem apponere, contra c. nouit. de iud. & istud est verius. Fallit quando patronus donasset ius patronatus ecclesiæ, tunc naturam aliarum rerum ecclesiæ assumeret. text. in c. dilectus. in 3. & ibi not. Panorm. de præb. & eo casu diceretur patronus ecclesiasticus, non laicus. cap. vno. de iure patro. in 6. Item non possunt dirigi clerico habenti collationem cum laico, vt plenè declaratur infra q. 15. vers. 3. non, &c.

*Prælato habēti priuilegiū ne alius sua beneficia conferat, nominationes an dirigi possint.*

23 Decimò, quæro, an prælato habenti priuilegium ne quis possit cōferre sua beneficia, possint dirigi nominationes? videtur quòd nō. quia frustra dirigerentur, si beneficia nominatis non teneretur conferre. Contrarium est verius, quia & si priuilegiū hoc à papa concessum fuerit post concordata, debet tamen restringi & modificari secundum concordata, videlicet vt nullus possit conferre beneficia, quorū collatio libera est. secus ergo in beneficiis iā affectis gruduatis, & nominatis, & ita recipitur hoc priuilegiū in parlamentis Francię, saluis qualificationib. & regni restrictionib. ac modificationib. concordatorum, vt vidi recipi quędam à senatu isto, quod facit contra cardinales Franciæ talia habentes indulta, vt nominatis & graduatis iuxta concordata prouidere habeant, vt superius dictum extitit.

*Commendatariis an possint dirigi nominationes.*

24 Vndecimò, quæro, an illis qui habent ecclesiam in commendam, possint nominationes dirigi? Resp. cum habeant canonicum titulum. c. dudum in 2. de elect. possunt illis dirigi nominationes, sicut habentibus titulum maximè in hoc regno, in quo omnes commendæ dantur ad vitam, vt dico in tract. de pacifi. poss. in 5. amplia. & & hęc commenda cum libera potestate maximè solet fieri Cardinalib. secundum Pan. in c. cū nobis olim. not. vlt. de elect. ideo dicebat Alc. in l. pactum curatoris. C. de pact. quòd potest Cardinalis dissipare fructus beneficij dati in cōmendam, sed hoc reprobaui in repet. c. postulastis. de cler. excommuni. ministr. & nouissimè D. Probus apud Io. Mo. in cap. nemo. de elect. in 6. & hodie multi habent beneficia ad comedendum tantum, non vt ecclesiæ seruiant.

*Qui est in possessione an teneatur cōferre nominatis.*

25 Duodecimò, quæro, nominationes directæ sunt episcopo Magalonē. eo mortuo aliquis possidet episcopatum de facto, alter verus episcopus non est in possessione. an ille, qui est in possessione, teneatur conferre beneficia qualificatis? videtur quòd non, quia non est collator ordinarius. de quo in §. præfatiq; ordinarij. de coll. Contrarium dicerē, quia hic nō debet esse melioris conditionis, quàm verus collator. c. qui eū. de præb. in 6. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. Item si imponatur onus episcopo Bononien. & aliquis sit in possessione episcopatus de facto, is idem tenetur ad onus, Paul. in propriis terminis, in l. inter quos. §. si dominus. ff. de damno infect. vbi plus dicit, quod si cōmittatur causa episcopo Parisi. videtur commissa illi, qui est in possessione. allegat Ant. de but. in c. per venerabilem. in 6. not. per illum text. qui filij sint legi. vide in decisio. Rotæ 7. duob. &c. in rub. de iud. Et an prælatus, qui iurauit soluere nomine prælaturæ, teneatur facta renunciatione episcopatus. tradit Bald. in c. venerabilem. col. pen. de elec.

*Coadiutores an nominationes possint dirigi.*

26 Decimotertiò quæro, an coadiutori possint dirigi nominationes, & is nominato prouidere teneatur? Resp. aliquādo datur coadiutor demēti, furioso aut alij in totū impedito: & tūc cum ipse coadiutor possit cōferre beneficiū propter diuturnam vacationē, quia nescitur quando resipiscet episcopus, vel morietur. l. ambiguitatē. C. de vsufruct. arg. l. inter bonorū. ff. de adminis̄t. tut. & tūc possent dirigi episcopo & suo coadiutori. nā licet coadiutor non possit alienare. cap. 1. in fi. de cler. ægro. lib. 6. tamen cū collatio beneficiorū sit alienatio necessaria, poterit per hunc coadiutorē fieri, quia volūtaria tantū prohibetur, inter quas multum refert. l. alienationes. ff. familiæ hercis. l. 1. de fundo dot. nō alien. Oldr. cōsi. 44. quæritur si episcopus. gl. in §. ordinariis. in verbo iurisdictio. de colla. in prag. Aliquādo coadiutor datur suspecto de dilapidatione, vt in c. venerabili. de offi. deleg. vel leproso. c. tua. de cleric. ægro. vel datur alteri impedito exercere officiū propter infirmitatem, aut senectutem. c. ex parte de cleri. ægro. & debet esse perpetuum impedimentū. c. 1. de cleri. ægro. lib. 6. Et dicitur perpetuū, licet tolli possit per diuinum miraculum. c. fraternitatis. de frigid. & malefi. & tunc si coadiutor datus est ad spiritualia & temporalia, videtur habere generalem & liberam potestatem. c. 1. in 7. q. 1. & c. quamuis sit triste. & c. petisti, ibidem. cap. grandi. de supple. negl. præla. in 6. & hoc casu non confert beneficia. sed episcopus confert cū consensu coadiutoris. arg. c. ecclesiæ. §. fi. de supplen. negl. pręl. in 6. Archi. & Philip. in d. c. 1. sicut nec curator adulti nuptias contrahit. argu. l. in copulandis. C. de nupt. & aduerte quòd ex causis supradictis datur episcopis inuitis, & aliis superioribus à solo Papa. dict. cap. vnico. de cleri. ægro. in 6. inferioribus verò datur coadiutor ab eo, qui habet potestatem instituendi, & destituendi. c. 1. & 3. de cleric. ægro. episcopus tamen vel archiepiscopus potest cum consensu capituli assumere sibi coadiutorē, vel cum assensu maioris partis, non capitulo inuito. dict. c. vno. de cler. ægro. lib. 6. vbi vide. & licet his coadiutoribus non essent directæ nominationes, tamen

*Quid perpetuū dicatur, licet tolli possit diuinum miraculum.*

*De coadiutore uide hic multa remißius.*

tamen ipsi tenerentur prouidere iuxta mentem cõcordatorum. Primò, quid sit coadiutor. secundò vnde dicatur. tertiò quis detur. quartò cui detur. quintò qualis detur. sextò per quem. septimò, quod sit eius officium. octauò quæ potestas. nonò an expiret potestas coadiutoris mortuo illo cui datus fuit. decimò an inuito. vndecimò cuius expẽsis alatur. duodecimò an plures vni, vel vnus pluribus dari posit. has quæstiones vide lucidè tractatas per Cardin. in d.c. fi. de cler. ægro. vbi etiam Io. And. & alij tractant. vide ibi, si lubet.

*Vicario an nominationes dirigi poßint.*

27 Decimoquartò quæro, præsuli ab hostib. vel schismaticis capto, vel exuli, datur vicarius à Papa in temporalibus & spiritualibus vsquedum durat impedimentum. cap. si episcopus. de suppl. negli. præla. lib. 6. cle. 1. de foro cõpet. nónne huic vicario generali posint dirigi nominationes. Respon. sic copulatiuè, videlicet episcopo Aurelianensi, & eius vicario. & is etiam tenetur nominatis prouidere, & graduatis, sicut episcopus si esset, tum quia tertia pars est affecta, vt dixi supra: tum etiam quia collator est, & quia omnem curam debet gerere quam ageret prælatus si pręsens esset. cap. 1. & c. quamuis. 7. q. 1. sic consuluit Old. consil. 208. quoniam ex tempore. col. 2. dicens posse beneficia conferre, quando esset à Papa constitutus. secus si ab alio. per c. ecclesiæ. §. fi. de suppl. negli. præla. lib. 6. quia procurator Cæsaris potest hæreditatem adire, quod non potest alterius procurator. l. 1. §. vltim. ff. de offic. procur. Cæsar. l. per procuratorem. de acquir. hær. & sic iste vicarius tenebitur etiam secundum formam concordatorum prouidere, licet eidem non essent directæ nominationes, sed episcopo tãtum, dummodo insinuatio eidem facta fuerit, instar eius qui successit in episcopatu, qui etiam tenetur prouidere nominatis, cum sit episcopus, & episcopo fuerunt directæ nominationes, quæ dignitas transit in successorem. c. quoniam abbas. de offic. deleg. & non moritur. cap. si gratiosæ. de rescrip. lib. 6.

*Vicarius quãdo episcopo beneficia cõferre poßit.*

28 Et hic vicarius bene potest conferre beneficia etiam episcopo. secus in vicario ab episcopo constituto, quia iure episcopi conferat, non posset eidem episcopo conferre. c. per vestras. de iure patro. inter enim institutum & instituentem debet esse discrepantia. c. fi. de instit. Soci. in l. 1. §. si autem. ff. ad Treb. sic consuluit de Ripa, consil. 23. Iulius. col. 2. lib. 2. resp. sed substitutus à vicario habente potestatem substituendi potest vicario conferre, quia substitutus capit potestatem ab episcopo, non à vicario. c. non indiscretè. de procur. vbi gloss. dicit, quod substitutus censetur esse à domino datus. text. in cap. 1. de offi. vicar. in 6. & ibi doct. Auriol. in addi. ad de monte lauduno, in c. super eo. de præb. in 6. doct. in cle. religiosus. post glo. ibi, de procurat. dixi in glos. conferre. in §. præfatiq; ordinarij de coll. vide ibi. & plenius quam alius istam vicariorum episcoporum materiam tractaui in praxi beneficia. post principiũ.

*Visitatori an dirigantur nominationes.*

29 Decimoquintò dubitatur, quia ecclesiæ cathedrali vacanti datur quandoque procurator cum libera potestate administrandi in spiritualibus & temporalibus, & hic solet à Papa dari, & dicitur visitator. c. is cui. de elect. lib. 6. Alex. per illum tex. in c. obitum. 61. dist. & is potest conferre beneficia spectantia ad collationem episcopi, secundum Perus. & alios ibi, an huic posint dirigi nominationes? Et breui respõ. quòd sic, quia omnibus collatoribus ecclesiasticis possunt dirigi, sicut est hic not. Pan. in c. cum nobis. vlti. not. de elect. & is visitator & administrator tenebitur conferre secundum qualificationes prædictas, etiam si nominationes essent directę episcopo suo prædecessori. & ita seruatur.

*Capitulum uacante sede cõfert no minatis.*

30 Aduertendum est quòd licet capitulum vacante sede non posit beneficia cõferre. c. illa. ne sede vacan. quia in fructibus computatur collatio. gloss. in cap. cum olim. de maior. qui debent reseruari futuro successori. c. quia sæpe. de elect. in 6. & cle. penult. illo tit. nec potest recipere resignationem alicuius beneficij animo permutandi, quia recipere resignationem gratiosum est, & episcopale. c. admonet. de renun. cap. quæsitum. de rerum permu. & ea quæ sunt gratiæ & dispensationis, non deuoluuntur ad capitulum. Inno. & Bald. in c. cũ olim. de maior. facit quod not. Pan. in c. verum. col. 2. de foro compet. Nec poterit capitulum sede vacante recipere professiones. vt doct. scribunt in c. licet, & c. porrectum de regula. tamen ne diutina vacatio contingat, poterit facere administratorem seu vicarium, qui poterit prouidere de beneficiis, quorum collatio est necessaria. Pan. in d. c. cum nobis olim. col. 3. qui tenebitur prouidere iuxta qualificationes positas in concordat. videlicet nominatis, vel graduatis simplicib. prout est ibi expressum. Io. Andr. in c. vno. ne sede vacan. lib. 6. Et isti administratori poterit fieri insinuatio, vt infra dicam: & quãdo ecclesia patitur defectum ministrorũ, vel alia subest causa rationabilis, poterit etiã capitulum beneficia dare in commendam. Card. in d. c. illa. in fi. hoc plenè tracto in praxi benefic. faciendo regulam cum limita. in rescrip. deuolutio. Hoc simpliciter tenet Præpos. in cap. presbyteri. in fi. 24. dist. Imò etiam sine alia causa poterit capitulum sede vacante beneficia vacantia commendare, & œconomum ponere, donec per superiorem fuerit prouisum, quod est singul. secundum Pan. & Perus. in c. bonæ. de appellat. & miror quòd non seruetur. Et an taciturnitas beneficij faciat collationem huius visitatoris nullam sicut legati, dicitur in cap. fin. de offic. leg. lib. 6. quòd non, tenet Auriol. in addit. ad Guillel. de monte laudu. in d. c. is cui. vide ibidem. & archiepiscopus an posit dare hunc visitatorem, quòd sic cum causæ cognitione, & vocatis quorum interest. in c. fi. de suppl. neglig. præla. in 6.

*Capitulum commẽdare beneficia potest.*

*Nominationes directæ capitulo an comprehendant singulos canonicos.*

31 Decimosextò quæro, an nominationes directæ capitulo, comprehendant singulares canonicos? Et in hac quæstione facias casus seq.

Primus est, quòd nominationes directæ capitulo, non comprehendunt singulares canonicos, nisi vice capituli conferrent per tex. elegantem. in cap. cum in illis. §. fin. & c. fin. de præb. lib. 6. quia aliud est capitulum, aliud singuli. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. vbi libertus vniuersitatis potest vocare in ius sine

venia singulos de vniuersitate, licet non vniuersos, & actor vniuersitatis, non dicitur actor singulorum, l.2.ff.quod cuiusque vniuersi. nec procurator vniuersitatis dicitur procurator singulorum, nec vnius facultatis solius dicetur procurator, per supradicta, quia etiam quod vniuersitati debetur, non debetur singulis.l.sicut.ibidem.

Secundus casus est quando nominationes diriguntur capitulo singulisq; canonicis cum clausula coniunctim vel diuisim, tunc comprehenduntur singuli canonici, qui conferunt vice capituli per menses vel hebdomadas, per dict.c.fin. Idem si non conferant vice capituli, sed vt antiquior canonicus ex fundatione beneficij collationem habet, tunc etiam adstringitur, quia ratione canonicatus de capitulo est. Pan. in c. pro illorum. de pręb. in gl. vlt. per c.eam te.de rescrip. in 6. ibi. de capitulo ipso esses, &c.

32 Tertius casus, quando collatio spectat ad canonicum iure speciali, ratione fortè dignitatis, aut alia, nō vice capituli, tunc nominationes capitulo etiam cum clausula coniunctim vel diuisim directæ, non adstringunt illum singularem canonicum. glo.& doct. in d.c.fi. Domi. de Rota decis.583. nota in diœcesi, in antiq.& decisio.10. sub rub. de concess. præb. quia non intendit Papa grauare alteram dignitatem extra capitulum, per c. cum in illis.§.si verò illo titul. lib.6. Ideo est necesse quòd nominationes expresse illi dignitati dirigantur, vel mandatum. gl. in tit. de colla. in §. statuit. in verbo spectat. Nam habentes dignitatem in ecclesia de iure non sunt de capitulo, nisi aliàs sint canonici, soli enim canonici faciunt capitulum, & vnum corpus cum episcopo. c. nouit. & c. quanto. de his quæ fiunt à præl. Pan. in 3. nota. c. auditis. de elect. & in d.c. dilecti. not. primo. de maiori. Dec. in cap. eam te. 2. not. de rescr. nam ratione illius dignitatis non est de capitulo, sed ratione canonicatus, vel dicit Pan. in cap. auditis. de elect. glo. in §.1. in verbo collegium. de elect. in prag. quare solent dirigi nominationes decano & capitulo, singulisq; canonicis, & personis ecclesiæ, ac dignitatibus, vt vidi fieri. ideo si alicubi reperiantur habentes dignitatem sine canonicatu habere vocem in capitulo, illud est iure speciali. quare si nominationes dirigantur capitulo, etiam communiter vel diuisim, non comprehendetur iste habens dignitatem. gl. in d. §. statuit. quia episcopus potest esse vt canonicus in capitulo, & tunc antiquior canonicus cum præcedit, quia nō censetur ibi tanquā episcopus. gl. in c. à collatione de appel. in 6. igitur insinuatio (vt infra dicam) facta capitulo non ligat istum episcopum canonicum, nisi fiat illi sub episcopatus qualitate, & singulariter D. Blas. Auriol. in repet. c. eam te. nu.1545. cum seq. de rescrip.

*Not. bene quomodo debent dirigi nominationes.*

*An sufficiat dirigere nominationes capitulo, nō exprimendo caput.*

33 Vltimò, quæro an sufficiat dirigere nominationes capitulo, non exprimendo caput? Respondeo non, sed sic debent dirigi, decano & capitulo in suprascri. c. cum inter. de consue. in suprascriptione, ibi. decano & capitulo, vel præposito & capitulo. c. bonæ. in 2. ibi præposito & capitulo. de postulat. prælat. vel Archidiacono & capitulo. cap. cum nobis olim. ibi, Archidiacono & capitulo Capuano. de elect. Et hoc verum est, quando istæ personæ sunt capituli caput. c. eam te. & c. ex parte decani. de rescript. vbi Ant. Pan. & alij notant, quòd appellatione capituli non potest comprehendi caput principale ipsius, nisi specialiter nominetur. per cap. post electionem. de conces. præben. vbi probatur contra, vide ibi Imol. & in rub. de his quæ fiunt à præla. sine consensu cap. facit cap. inter corporalia. ibi, decano & capitulo Andegauen. de transla. episcopi. cap. constitutus. de rescript. cap. proposuit. in suprascriptione, de conces. præbend. cap. dilectus 3. de præb. c. fi. §.1. de rebus ecclesi. non alienand. in 6. Ideo si quis impetret beneficium ad collationem capituli spectans, non comprehendetur, si spectet ad prælatum, quia prælatus non comprehenditur sub capitulo, vt nota. in cap. fin. de simo. cap. post electionem. de concessio. præb. hoc pulchrè prosequitur Collecta. in cap. ecclesia. col.6. versi. quid si quis impetret. de sortileg. tamen si sit expressus episcopus & capitulum, valebit rescriptum, vel mandatū, quia caput & membra sunt expressa. cap. nouit. de his quę fiunt à præla. & sic putarem valere mandatum & nominationes, si dirigantur capitulo. Vel episcopo & capitulo, seu abbati & capitulo, licet non exprimatur alius, quia non possunt esse duo capita in vna ecclesia, ergo sufficit exprimere episcopum & capitulum, & ista ratio scripta est in antiq. in dict. c. post electionem. facit cap. dilectus. de præben. Imol. in procemio decre. Greg. col.2 & ibi plenè Feli. sed beneficia quæ decanus confert ratione suæ dignitatis, vel altera, quę est caput capituli, nisi conferat coniunctim cum capitulo, non comprehenduntur: secus si caput exprimeretur, vt decano & capitulo Pictauen. communiter & diuisim, &c.

34 Et sicut appellatione capituli non venit prælatus, per iura prædicta. ita appellatione vniuersitatis non venit rector, nec appellatione ancianorum venit vexillifer iustitiæ, qui est caput ipsorum, & ista est communis doctrina secundum Barba. in 1. nota. in dict. cap. ex parte. vbi limitat in fauorabilibus appellatione capituli & large prælatum venire. per glos. singu. in cle. vt hi qui. in verbo, in eisdem. de æta. & qualit. facit c. cum consuetudinis. ibi, capitulo Parisien. & cap. cum venerabilis. ibi, conuentui Corbiensis monasterij. de consue. cap. ecclesia vestra. ibi. Rothomagensi capitulo. & cap. Cumana. ibi, Cumanensi capitulo. & cap. vt præteritæ. & cap. cum inter vniuersas. de elect. vbi in suprascriptionib. patet, & per Pan. & Felin. in procemio decreta. & per Barba. in tract. de præstan. Card. in q.7. partis 1. col.2. & in cap.1. col.10. de iud. & cle.2. col.31. de cle. cap. dilectus in 2. de præb. Etiam dicerem in receptione facti sufficere exprimere capitulum. licet caput non exprimatur per tex. in d. cap. post electionem. vbi est casus expressus. Et sic patet quib. dirigi possint nominationes, quia collatoribus ordinariis habentibus collationem trium beneficiorum ad minimum. aliis verò collatoribus non habentibus collationem trium beneficiorum non dirigentur. d. §. præfatiq; ordinarij. nec patronis laicis, vt dictum extitit.

*Rector vniuersitatis [...]*

35 Postre

35 Postremò quæro, si collatio spectet ad episcopum cum consilio & consensu capituli, an no minationes dirigi debeant, tam capitulo, quàm episcopo? Respo. episcopo tantum esse nominationes, vel mandatum dirigendum. per tex. in ca. vno. §. 1. ne sede vacan. in 6. nam quando collatio spectat ad vnum cum consilio, & assensu alterius ad illum solum spectat collatio, & non ad consentientem. per illum tex. vbi hoc etiam docet Dom. & Peruſ. & in cap. cum in illis. in fin. de præb. in 6. glo. in verbo decem. in fi. §. non tamen. de colla. in Prag. nam aliud est conferre, aliud consentire. l. aliud. ff. de reg. iur. Ioa. And. in cap. à collatione. de appellat. plenè Fel. in cap. eam te. col. 13. vers. si papa. ibi, præterea. de rescr. plus dicēs non videtur spectare communiter cum illo, qui habet consentire, sed est propria episcopi, vt consului. Item nominationes diriguntur collatoribus, & patronis ecclesiasticis, & hi grauari tantum possunt. §. præfati. 1. de collatio. in concord. & consentientes non sunt collatores, ergo non diriguntur eis mandata, nec nominationes. alia in sequentibus dicentur. de his hactenus.

*Quæstio nona principalis.*

*Quæ sint in nominationibus exprimenda.*

1 NOnò principaliter quæritur, quæ sint in nominationibus exprimenda? Respon. sex, quæ inferius annumerantur. primò beneficia per nominatos possessa. §. volumus. rubr. de collat. supra. Ratio est, vt vniuersitates instruantur, an impetrantes nominationes habeant duas prębendas in ecclesia cathedrali, collegiata, aut metropolitana, seu dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia vsque ad ducentos florenos auri de camera. nam his casibus nō debent vniuersitates nominationes istis concedere, nec collatores eisdem prouidere. ordina. regiis, Ludoui. 12. primò publicatis, ita cautum est articulo 7. quæ est in aliis ordinationibus in rub. des graduez simples, artic. 5. & probatur in cap. ad aures. & cap. si proponente. de rescript. vbi quis tenetur in impetrationibus apostolicis exprimere beneficia, quę habet, etiam si vnum minimum haberet d. ca. si proponente. & cap. si motu. de præb. lib. 6. & ca. non potest. ibidem. nam hoc non est tacendum, quòd posset mouere concedentem ad non concedendum, vel is ipse concedere nollet, si sciret. cap. super literis. & cap. postulasti. & ibi plenè doct. de rescrip. De hac expressione in impetrationibus Apostolicis facienda, multa tradit Fel. in c. in nostra. de rescrip. quę reassumit de Selua, in tract. de beneficio in 3. parte. quæst. 11. & seq. dico in forma mandati Aposto. in glo. pro expressis. vbi trado triginta quę debent exprimi in impetrationibus, & in mandatis Apostolicis. ibi plenè licet videre.

*Beneficia in nominationibus exprimi debent.*

2 Primò, quæro an teneatur exprimere beneficium, si habeat tantum vnum? videtur quòd non, quia text. in d. §. volumus. loquitur in numero plurali, beneficia, &c. Ergo in vno non habebit locum, quia pluralis locutio, duorum numero, & non minori contēta est, regula pluralis. de reg. iur. in 6. cap. is cui. de præb. eod. lib. l. falsa. §. fin. ff. de conditio. & demonstratio. Item mandatum papæ de prouidendo alicui de beneficio spectante ad collationem quorumcunque, non habet locum in beneficio spectāte ad collationem vnius, puta episcopi, sed in eo quod spectat ad collationem plurium, puta episcopi cum capitulo. Sic consuluit Bal. consil. 242. factum tale. in 3. volu. Item iuri exosum est habere plura beneficia. cap. quia nonnulli. de cler. non resid. cap. quia in tantum. de præb. & facilius prouidetur habēti vnum tantum, quàm duo. c. is cui. de præben. lib. 6.

*Constitutio loquens in plurali an habeat etiā locum in singulari.*

3 Contrarium teneo, quia quando est eadem ratio in vno, sicut in pluribus. tunc lex vel statutum loquens in pluribus, habet locum in vno, vel si loquatur in plurali, habet locum etiam in singulari. & contra. l. ait prætor. §. negocia. sic accipere debemus, siue vnum siue plura. ff. de neg. gest. l. 1. §. item hoc edictum. licet singulariter scriptum sit. si tamen plures interuenerint, qui tutores non erant, tamen locum habere debere Pompo. scribit, quòd falso tut. l. singularia. ibi, quod in duabus personis recipitur, hoc & in eadem persona recipiendum est. ff. si cert. petat. facit l. hęredes. §. cum ita. ad Trebel. l. prætor. §. homines. vi bono. rapt. Iaſ. in l. Gallus. §. quid si is. in 1. lectura. ff. de libe. & posth. plenè Felin. in cap. omnes leges. 1. distinct. ca. accepta. de appellat. Item facit quòd si papa mandat prouideri de beneficio in ecclesia Parisien. si pro aliis non scripserit, non habebit locum mandatum, etiam si pro vno tantum scripserit. text. & ibi Bald. & Imol. in c. mandatum. de rescri. Archi. & Domi. in cap. quanuis. 1. de prębe. lib. 6. dico in forma mandati Apostolici in glo. si pro alio. facit text. iuncta glo. in ca. quia propter. de electio. Et sic satis per supradicta respondetur ad contraria, quòd regulariter pluralis locutio non verificatur in vno, per iura adducta pro prima parte, nisi identitas effectus & rationis aliud inducat, & sic intelliguntur iura nouissimè allegata. Ita cōcludit Iaſ. in d. l. Gallus. §. quid si is. col. 2. ff. de li. & posthu. Deci. consil. 471. iuridicā. col. vlt. & consil. 484. æquitati. Nec obstat verbum beneficia in d. §. Volumus positum. quia potest referri ad plures nominatos, videlicet quòd quilibet nominatus teneatur in suis nominationibus beneficium quod habet, vel beneficia si habeat plura exprimere. & hoc innuit verbum nominati, & verbum per eos, & verbū teneātur, posita in d. §. vol. & sic singula singulis referemus, vt testatur gl. faciendū esse, in c. si quis pecunia. 79. dist. & ca. cum singula. de præb. li. 6. gl. in l. qui in futurum. ff. de pact. vel expone, vt infra dicetur.

*An nominati teneantur exprimere dignitates.*

4 Secundò, quæro quid si nominatus obtinuerit dignitatem, vel pensonatum, officium, seu administrationem, an teneatur illa exprimere, vel vnum illorum? Videtur quòd non, quia tantum exprimit tex. beneficia, ergo non intelligetur de dignitate, vel præbēda. arg. c. nónne. de pręsumpt. quia tex. expressisset si voluisset, vt expressit in §. præfati. in 1. de colla. Item quod non dicit concordatum. nec nostrum est dicere. l. si seruum. §. prætor. ff. de acquir. hæred.

*Beneficij nomine continetur præbenda, & quodcunque aliud beneficium.*

5 Respond. verius esse beneficia in dicto §. volumus. largè accipi, vt comprehendat omnia supradicta, & quodlibet aliud beneficium, sicut dicit glo. in regula, beneficium. de reg. iur. li. 6. gl. &

doct.in cap.si gratiose.& c.si propter.de rescr.eo. lib.& cap.vno.de rer.permu.eod.lib. glos.in cap. postulastis.de rescrip.text. & ibi doct.in cle.vna. de renunc. etiam comprehendere potest altaria. Barb.in clem.gratiæ.col.pen.de rescript.quando essent spiritualizata,vt nostri dicunt.secus si tantum sonarent in vim legati pij, distributiones tamen quotidianæ appellatione beneficiorum ecclesiasticorum non comprehenduntur.Domi. consil.85.super 1.dubio.col.3.glo. in extrauagan. execrabilis. in princ. in verbo beneficiorum. de præb.in extra.Ioan.22.Et quis de iure in mandatis apostolicis,& in aliis impetrationibus tenetur exprimere dignitates.cap. ad aures. de rescri. Sic & in nominationibus,& nomine beneficij etiam continetur præbenda,per tex.in ca.si quis dator. ibi, ecclesiastica beneficia, quæ quidam præbendas vocant.1. quæst.3. cap. pro illorum.de præb. cap.tua.de verbo.signifi.& decisio Rotę 247.habens gratiam.in no.plenè Domi.in ca. alienationes.col.2.in 12.quæst.2.& etiam appellatione beneficij venit dignitas.glo.in clem.auditor.in verbo beneficio.de rescr.& Barba.plenè in d. cleme. gratiæ,ibidem.Felin. & Deci.in d.cap.postulasti. Ideo vicarius generalis,cui est data potestas conferendi beneficia, potest conferre etiam dignitates.de Rota deci.437.nota vtrum vicarius.in antiq.Fel.in ca.causam.col. 10.versi.similiter.de rescript.& doct.in c.dudum.de præb.in 6.

*Procurator constitutus ad acceptandum beneficia, etiã curata, acceptabit & gnitates.*

6 Et procurator constitutus ad acceptandum beneficia,poterit acceptare curata,& non curata, etiam dignitates.Imol.in cap.accedens.colum.3. de prębend.quia talis constitutio tanquàm fauorabilis est ita intelligenda, secundum eum. Ideo sufficit nominato constituere procuratorem ad acceptandum beneficia, licet alia non exprimat, quod not.Fel.in cap.postulasti.col.16. versi. facit etiam.de rescr. Nec obstat quòd tex. non exprimat in specie.nam esto sanè,tamen in genere sic, cum appellatione beneficij veniat(vt dixi)omne beneficium : ideo tantum expressit genus. nam tantum valet expressio generis in suo genere, quantum speciei in sua specie. l.si duo. ff.de admi.tut. alioqui dixissent conditores qui omnia iura in scrinio pectoris habent.l.omnium. C. de testa.cap.1.de constitutio. li.6.& non vsi fuissent verbo generali beneficia,nisi sciuissent omnia illa sub illo verbo includi. per adeptionem tam secundi beneficij factam per istum procuratorem non vacabit primum.de Rota decis. 143. habens, in no.

*Error in nominationibus an eas vitiet.*

Quæro quid si nominatus errauerit in sui beneficij expressione, vtpote habebat beneficium sancti Pãcratij,dixit se habere beneficium sancti Paneratij, an vitientur nominationes ? Breui respondeo quòd non,quia error in syllaba non nocet.l.qui habebat.ff.de manum. test. nec error in litera.cap.ex parte. & ibi Panorm. & alij de fide instr.dummodo sensus non mutetur.ca.inter dilectos. de fide instru. & idem dicerem in literis tonsuræ, & aliis per prædicta. Tutius tamen est, quod reficiatur literæ,& sic vitabis processus,sed si refectæ non fuerint, non nocebunt. Si tamen erraret in nomine sancti, non etiam vitiarentur nominationes. per glo.in cap. quamuis.1. in verbo non extendit,de pręb.in 6.Cardi.in c.cum secundum.illo tit.Fel.in c,significauit.colum.2. de rescrip.

*Vicaria an sit exprimenda.*

7 Tertiò, an comprehendatur vicaria perpetua, ad hoc vt nominatus teneatur exprimere eam in nominationibus, si eam possidet ? Breui respon. quòd sic, quia continetur appellatione beneficij,vt nota.supra.& Fel.& alij c. postulasti. & Nicol.Milius in reperto.in verbo beneficium. §.6.Dominic.& Philip.Perus.in cap.fin.de offic. vicarij,libr.6. vbi dicit quòd potestas conferendi beneficia data vicario generali, comprehendit dignitates, & alia quæcunque beneficia, quum materia non sit ambitiosa.& quę dicuntur in beneficio curato, habent locum etiam in vicaria perpetua.tex.in clem.vna.de offi.vicar. latè Pan. in cap.extirpandæ.in repetitio.§.qui verò.de prębend. & ibi dixi hoc anno in interpretatione illius §.

*Hospitalia an sint exprimenda in nominationibus.*

8 Quartò, quæro an nominatus in sua nominatione teneatur exprimere hospitale quod habet ? Videtur quòd non,quia hospitalia non veniunt appellatione beneficiorum. clemen.2. de præb.contrarium concludit glo.in §. item quod vniuersitates.in verbo beneficiorum.de collat.in pragm.dicēs quòd si nominatus exprimeret hospitale, non sic de leui obtineret nominationes, vel fortè non obtineret, vtpote si valeat ducentos aureos.& hoc tenet Brunel.conclu.19.tractatu.de dignita.leg.4.decla. vbi dicit impetrantem beneficium à papa,vel à legato,teneri facere mētionem de hospitali,quia de omni eo, quod posset mouere papam ad negandum, vel concedendum gratiam facienda est mentio in literis gratiæ.Sic concludit Nicol.de milis, in verbo beneficium.§.9.vide glo. in clemen. dispendiosam.in verbo beneficiis.de iudic.vbi dicit quòd licet appellatione beneficij non veniat hospitale, tamen quando parificantur ecclesiæ & hospitalia, quod in beneficiis statuitur,habet locum & in hospitalibus.probat tex.iuncta glo.in verbo beneficium. in cle.vna,de rerum permu.vbi glo.extendit tex. loquentem in beneficiis ad hospitalia quæ conceduntur in titulum.& ibi sequitur Cardin.q. 6. vide Fel.in cap.de quarta.col.3. & seq.de præscr. multa tradētem de hospitalibus.facit tex. iuncta doctrina doct.ibi in cap.1. de eo qui mittitur in possess. vbi extendunt illum tex. loquentem in beneficio, ad hospitalia. & quando materia in qua profertur beneficium est proportionabilis ad hospitale, tunc comprehendetur hospitale, Barb.in cap.ex literis.col.3.& seq.de consuet.Fel. in cap.in nostra.in 23.correla.de rescr.& in hanc opinionem facilè descenderem, quando daretur in titulum & esset ecclesiasticum, non temporale, quia beneficia ecclesiastica tantum sunt exprimenda in nominationibus,vt patet in d. §. volumus. Multa hic possem effundere de hospitalibus, quæ licet videre per doctores supra allegatos : & ego ipse multa congessi in d.clem.2. de præb.

*Leprosaria an sit exprimenda.*

9 Quintò, quæro an leprosariam vel eleemosynariam teneatur nominatus exprimere ? Breui

per su

per supradicta conclude quod non, quando non erat beneficium ecclesiasticum, alioqui contra cle. quia contingit. de religio. domi. vide quę plenè dico infra q.15. nu.15.

10 Sextò, quæro si nominatus possideat beneficia, de facto sine titulo, an teneatur exprimere in nominationibus? Videtur quod non, quia videtur cessare ratio tex. ergo & dispositio. l. quod dictum. ff. de pact.

*Poßidere & tenere quid significent.*

11 Item iste qui de facto tenet, non dicitur propriè possidere: quia verbum possidere, ad ius refertur, tenere ad nudum factum. l. possessio. ff. de acqu. possess. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. de verb. oblig. Petrus Ferra. in prac. in prima forma libel. verbo. 1. an dictus Io. &c. Alex. consi. 35. in fi. in 6. vol. l. 1. §. quod ait. ff. quorum leg. allego tex. vltra eos. in l. 2. ibi possessores non conuenit appellari, qui ita tenent. C. de præscr. triginta ann. & l. penul. §. 1. ibi tenuerit ibidem. vide glo. in l. in rebus. C. de iure dot. nisi addatur quod de iure tenere possit. gl. in ca gratia. de rescrip. in 6. Contrarium arbitror verius in odium violenti. c. eum qui. & ibi glo. de præb. lib. 6. Fel. post Ioa. And. & alios. in cap. in nostra. versic. spoliatus. de rescrip. Prouinciale omnium ecclesia. fol. 55. quia non interest vtrum iure legitimo possideat, an non. tex. in l. 1. §. non quærimus. ff. si quis omiss. cau. testa. Alioqui stultus & intrusus esset melioris conditionis, quàm peritus. contra d. cap. eum qui. de præb. lib. 6. Nec obstat quod non possideat, quia largè & in odium suum dicitur possidere, nec refert iusta vel iniusta sit possess. argum. d. cap. eum qui. l. 2. ff. de interdict. gl. in verbo possidebunt. de colla. in prag. §. item quod vniuersitas. hoc etiam tenet Cardi. in cle. 2. q. 5. vt lite pend. & quod tenere aliquando accipiatur pro possidere, est text. in cap. si beneficia. de præb. in 6. ibi, quæ illi tenebant antea. l. cum proponas. in 2. C. de pact. D. Paulus Parisius in ca. causam. col. pen. de præscr. ideo dicit solennis glo. in §. si tres, de pace tenen. & eius viola. Beatus qui tenebit. hoc refert gl. in regula cancel. 15. l. fi. C. de rei vend. vide Lucā de penna in 1. col. 3. de desert. lib. 12. igitur si vniuersitates sciuissent hunc scelestum alios spoliantem, eidem non concessissent nominationes. ideo illa taciturnitas vitiabit eas.

*De poßeßis non pacificè, an fit mētio faciēda.*

12 Septimò, quæro an de his quæ non pacificè possidet teneatur in nominationibus facere mentionem? glo. in propriis terminis in §. item quod vniuersitates. in verbo possidebunt. de colla. in pragma. tenet quod non, argu. cap. licet. de præb. in 6. c. cōmissa. de elect. eo. lib. cle. si plures. de præb. & in extrauag. execrabilis, §. qui verò. Ioa. 22. quia verba sunt intelligenda cum effectu. l. 1. ff. quod quisque iur. c. relatum. de cler. non residen.

Ex quo infert quòd nominatus non tenetur facere mentionem de beneficio, cuius recredentiam habet, & pendet adhuc lis super plene possessorio, quia per credentiam non efficitur quis pacificus possessor, sicut per primum decretum in realibus non consequitur missus veram possessionem sed custodiam, aut, vt alij volunt, possessionem commutabilem, quia intra annum venienti, & cautionem præstanti de parendo iuri, debet restituere fructus perceptos. l. si quis in emptionis, in fin. C. de præscr. 30. vel 40. ann. ca. pastoralis. §. præterea. de offic. ordi. cap. 1. & 2. de eo qui mittitur in possession. hæc ille. Ego contrarium teneo, quia postquam de eo, quod possidet de facto, tenetur facere mentionem, vt supra dixi, à fortiori & de illo, quod non possidet pacificè. Item tex. tantum dicit possessa, ergo siue fuerint possessa pacificè, siue non, oportet ea exprimere. Nam si voluissent tantum beneficia pacificè possessa esse exprimenda, hoc dixissent conditores. cap. ad audientiam, de decim. & quia non hoc dixerunt, nō est nostrum addere ad tex. illud verbum pacificè. Imo addens peccat in sanctum spiritum. Porcus, & ibi Ias. in §. 1. instit. de patria potest. & in l. gallus. ff. de lib. & posth. Item indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa. de elect. lib. 6. l. si pluribus. ff. de leg. 2. Et sic dum dicit possessa, debet intelligi quomodocunque siue pacificè, siue non. Præterea potest ea per sententiam declarari ad se pertinere & pacificè postea possidere incipiet, & tunc haberet vltra ducentos florenos auri de camera, & tamen impetraret nominationes, quod est prohibitū. Insuper fieret fraus legi, quia habentes beneficia vsque ad valorem ducentorum aureorum, facerent sibi moueri litem super illis, & postea impetrarent nominationes, & acceptarent alia beneficia, quod est prohibitum. Nec minus dicuntur possessa in effectu, licet sint litigiosa. not. per Card. in c. de multa. §. 1. col. 1. de præb. & sic teneo, nec iura pro glo. allegata probant suam opinionem, nisi intelligas gl. in eo cui mouetur lis super possessorio, quia licet obtinuerit recredentiam, siue vt dicunt, tenutam, adhuc non dicitur in hoc regno maximè possidere simpliciter, sed sub manu regia, ideo non tenetur illud quod non possidet, exprimere secundum quosdam, nos autem etiam dicimus teneri exprimere per supra allegata, & quando staret per eum qui habet recredentiam, quominus possideret, vtpote quia nō prosequitur litem super pleno possessorio, tunc potest dici possessor. hoc expressè tenuit gl. in §. item quod vniuersitates. in verbo possidebunt. de collat. in pragm. quia paria sunt possidere, vel stare, quominus possideatur. ar. c. commissa. de elect. in 6. & tutius est exprimere. vide Alb. in tract. stat. in 1. parte. q. 177. item quæritur, &c.

*Beneficia de nouo collata nō possessa exprimuntur.*

13 Octauò quæro, cuidam collatum est beneficium, cuius possessionem nondum adeptus est, vult nominationes impetrare, an teneatur exprimere illud beneficium? Respondeo breui, non, quia illud non possidet, & beneficia possessa tantum debent exprimi, quanuis per solam collationem ius quęratur absenti in beneficio. cap. si tibi, de præb. in 6. Inno. in cap. inter cætera. de præb. glo. in §. item quod vniuersitates, in verbo possidebunt. de colla. in pragm. nisi in fraudem hoc faceret, & tutius & æquius est, vt mentionem facias, ne postea processibus inuoluaris, & hoc si sciueris, alioqui diuinare non teneris. arg. l. si putator. ff. ad leg. aquil. facit. cap. gratia. de rescr. in 6. nam qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum

dum tempus verbi. l. in delictis.§. 1.ff. de noxal. actionib. sed ista qualitas, videlicet possessa, est iuncta verbo exprimere,ergo oportet quòd sint possessa tempore nominationis impetratæ. Nec refragatur, quod in beneficialibus non consideratur possessio.cap.1.& per totum.de eo qui mittitur in possess. sed solus titulus.ca.si tibi absenti.de præbend.in 6.quia respon. hoc esse verum, nisi lex figat pedem super possessionem,vt in ca. si à sede,de præb.in 6. & licet in mandatis & impetrationibus de iure ad rem sit facienda mentio,vt patet per Feli.in cap.in nostra.de rescr.per illum text.tamen secus est in nominationibus,in quibus est expressum, beneficia possessa tantum esse exprimenda, & sic nondum acceptata non, nisi fraus esset vt supra dixi.Quicquid dicant iuniores in hoc dicentes eandem esse rationem, & quia vniuersitates potuissent à concedendo retardare, & ista potuissent allegari conditoribus, sed tex. iam facto volenti possessa tantum esse exprimenda non est addendum,& non possessa. & in certis non est nunc opus coniecturis.l.con tinuus.§.cum ita.in fi.ff.de verb.oblig.

*De beneficio unito an sit faciēda mentio.*

14 Nonò quæro,an tam de beneficio principali,quàm de vnito sit facienda mentio in nominationibus?Resp.non de beneficio vnito.argum.c. super eo.de præb.lib.6.Ita expressè tenet Io. Brunel.in tract.de dignita.leg.in concl.19. post gl. in §.item quod vniuersitates,in verbo qualitates.de collà.in pragm.vbi limitat quando vtraque ecclesia esset æquè principalis,tunc vtraque debet exprimi,argum.clem.1.de præb. cap.1. de consecra. eccle.vel alta. Ancha. consil.114.pro impetrante. Item nec beneficio ignoranter sibi collato.c.gratia.de rescr.lib.6.nam is non possidet, qui ignorat.l.3.§.Neratius.ff.de acqui. poss. vt supra dixi.

*Negans se possedisse quis probare debeat.*

Et aduertendum est,quod si nominatus neget se possedisse id temporis,videlicet dum nominationes impetrauit, asserens contrarium probare debet.l.2.ff.de prob.

16 Tamen si probetur nominatum alicuius agri fructus illius ecclesiæ ante recepisse, præsumitur quòd illo anno possederit illud beneficiū. sing.est dictum Bald.in addit.ad Spec.in titu. de prob.versi. sed quæro qualiter. quod est notandum teste Francisc. Cremen. singu. 132. si probo. nil tamen interest, siue possideat ecclesiam existētem infra terram,siue supra terram.l. peregre. ff.de acq.poss.siue per se, siue per alium, quia is possidet cuius nomine possidetur. l. quod meo. ff.de acqui.possess.

*Spoliatus an teneatur illud beneficium exprimere quo fuit spoliatus.*

17 Decimò quærò, an spoliatus suo beneficio in nominationibus teneatur exprimere id beneficium quo fuit spoliatus: videtur quod non per §.volumus.de colla.in concord.vbi tantum tenetur exprimere beneficia possessa, sed non possidet illud quo fuit spoliatus.cap.in literis.de resti. spol.ergo illud exprimere non tenetur. Secundò facit, qui de vno dicit,de alio negat.l. cum prætor.ff.de iud.cap.nónne.de præsump.cap.qualis. 25.dist.Tertiò est text. in cap. si tibi concesso.de præb.in 6. vbi quando quis non recipit fructus, nō dicitur habere beneficium,ad hoc vt primum dicatur vacare per adeptionem secundi.c.si propter. de rescri.in 6. & hanc opinionem tenuit gl. in §.item quod vniuersitates. in verbo possidebunt.de colla.in prag. Quartò, in concord.dicitur quòd beneficia possessa exprimere beneficiatus tenetur,ergo non tenetur exprimere non possessa,& illa quibus est spoliatus.

In contrarium facit,quod qui habet actionem ad rem,ipsam rem habere videtur.l. qui actionē. ff.de reg.iur.Et id apud se quis habere videtur,de quo habet actionem. habetur enim quod peti potest.l.id apud.ff.de verbo. signific. sed istud est per fictionem. Secundò per spoliationem non perditur titulus,nec beneficium. Panor. Imol.& Fel.in cap.in nostra.de rescr.Tertiò in mandatis apostolicis,& aliis literis impetrationis spoliatus suo beneficio tenetur facere mentionem sui beneficij spoliati,quando intēdebat illud prosequi. docto.in d.cap.in nostra.Pan. & alij in cap. cum teneamur.de pręb.ergo & in his nominationibus cum ratio diuersitatis non assignetur. Quartò, habenti beneficia vsque ad valorem ducētorum aureorum,non dātur nominationes.§.volumus. eod.titu.in concorda.sed is qui est spoliatus, habet saltem titulum,ergo,&c.Quintò, auferri debet materia delinquendi.l. conuenire. ff. de pact. dota.sed posset nominatus procurare vt spoliaretur suo beneficio,vt postea impetraret nominationes.& vigore illarum haberet beneficia, ergo, &c.tamen quando stat per aliquem, quo minus possideat,dicitur possidere.cap.licet canon. & c. commissa.de elect.lib.6.Sextò, vbi spoliatus primo beneficio accepit secundum incompatibile pacificè.dicitur primum vacare.Inno.& alij in c. de multa. de præb.ergo ante adeptionem secundi illud primum habebat?Respondeo, aut quæris an spoliatus suo beneficio teneatur in nominationibus exprimere beneficia quibus, vel quo fuit spoliatus, & dic quod non per supradicta in 1.parte,quia non sunt possessa. & beneficia tantū possessa quis tenetur exprimere secundum concordatum, à cuius verbis non est recedendum.l. non aliter.ff.de leg.3.& quoquo iure possessa sint non quærimus,dicit text.in l.1.§.non quærimus. ff.si quis omissa causa testa. vbi etiam dicitur, si forte quasi prædo possideat, teneri, fingens sibi aliquem titulum possessionis quocunque modo lucrifacturus quis sit.Si tamen postea illud recuperet. & velit nunc petere beneficium vacans in vim nominationis,hoc non poterit, per d.§. volumus. vbi dicitur quòd si nominatus obtineat beneficium, quod ad valorem ducentorum florenorum auri de camera ascendat, tunc beneficium petere,seu consequi non potest. Ecce ergo quòd licet impetrauerit nominationes tempore spoliationis,ei non proderunt, si tempore vacationis obtineat beneficia vsque ad prædictum valorem,etiam si in nominationibus illud beneficium expresserit.Et sic est concludēdum quod nominationes valent, etiam si non fuerit facta mentio de beneficio,quo fuit spoliatus:tamen si illud recuperauerit post impetrationem nominationum,aliud beneficium ratione illarum consequi non poterit, si illud beneficium vsque ad valorem pręstitutum ascenderet,alioqui contra, per

per prædicta, & sic vidēs opiniones conciliatas, notes perpetuò, quia etiam hoc casu vellem exprimere ad vitandum processum.

*An sufficiat exprimere beneficia in genere.*

18 Vndecimò quæro, an sufficiat in nominationibus exprimere beneficium in genere, vt nō obstante quòd alia beneficia habeat? videtur quòd sic in cap.non potest.§.vlt.de præb.in 6.& quia tantum valet expreſsio generalis in suo genere, quantum specialis in sua specie.l. si duo. ff. de admi.tut. Contrarium arbitror verius, quia in concordat.§.volumus. dicitur quòd nominatus tenetur exprimere beneficia quę habet, & verum eorum valorem. quod non faceret, si in genere exprimeret.& hoc tenuit glo.in §.item quod vniuersitates.in verbo qualitates, de collatio.in prag. pro hoc facit tex.in clem.1.de præb. vbi non sufficit expreſsio ista generalis, vt animarum cura non negligatur. Et quòd non sufficiat in genere exprimere, tradit Panorm. & Dec. in c.ad aures. de rescript.& clem.vltim.de offic.ordi.Fel. in ca. in nostra.de rescript.Nec obstat d.ca.non potest, prout ibi doct.declarant. Et vide sexdecim limitationes ad illam regulam.d.l. si duo.per Bal. in l.sed & si quis.§.quæsitum. col.2. ff. si quis caut. imò tenetur exprimere, etiam si motu proprio nominationes impetrarentur, vt differit gloss. in d.verbo qualitates. & Brunel. in tracta. de dign. leg.19.conclusi. 4. decla. non tamen solent vniuersitates sic nominationes concedere.

*De eo qui dolo desiit poßidere.*

19 Duodecimò, quæro quid si dolo desiit possidere aliquod beneficium, an illud teneatur exprimere? videtur quòd non, quia non possidet, & beneficia possessa tantū quis tenetur exprimere. Res. imò etiā si dolo desiit possidere, quia is pro possessore habetur, qui dolo desit possidere. l.is qui.ff.de rei vendi. & l. quòd si dolo possessoris fugerit, damnādum eum quasi possideret. ibidē. regula, qui dolo.& reg.parem.ff.de reg.iur.Ias.& alij in §.1.instit.de act.c.pro possessore.de reg.iur. lib.6. & dispositio loquens de possessore, habet locum in eo qui dolo desiit possidere. Bart. in l. vna.C.de alien.iud.mut. causa facta Alber. in 1. parte statuto. quæst. 154. Ioan And. in d. regula pro possessore. Et Alber. ad verbum refert in l. qui dolo.ff.de reg.iur.& non minus delinquit is, qui non incipit possidere, quàm is qui desinit.l.1. §.sanè.ff.si quis omissa causa testa. Et quid si lata culpa desinat quis possidere, an comprehēdatur. vide Ioan.Fab.& Ias.in §.omnium.institu.de act. Tenetur tamen dolum probare is qui illum allegaret.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de prob.

*Beneficium de nouo possessum an sit exprimendum.*

20 Decimotertiò quæro, an beneficium de nouo possessum, per sex mēses fortè, vel per aliud modicum tempus, sit in nominationibus exprimendum? Respond. quòd sic, dummodo tempore nominationum possideat, siue possederit longo tempore, siue non, siue possederit per annum, siue minus: tum quia in concordat. tantum requiritur, vt beneficium possessum exprimatur, non distinguens de tempore: tum quia ratio concordato.locum habet, siue possederit per annū, siue minus, vtpote vt vniuersitates instruantur, an ille qui impetrat nominationes habeat vsque ad ducentos florenos auri de camera: sed ille qui de recenti possidet beneficium, habet id temporis vltra ducentos aureos, ergo oportebit illud beneficium exprimere. Non obstat quòd posit molestari intra annum super possessorio, quia fac esse, attamen hîc non consideratur ille euentus. l.inter stipulātem.§.sacram.ff.de verb.oblig. nam de iure potest quis in beneficio perpetuò molestari, regula beneficium.de reg.iur.in 6.cap.cura. de iur.patr.gl.in verbo triennio.de pacifi.posseſſ. in pragm. Et etiam in hoc regno Franciæ quis potest molestari intra triennium, ergo ante triennium beneficium possessum quis non teneretur exprimere, si cōsideraretur quod quis posset molestari. Nec refragatur gl.in verbo pacificè.de pacifi.posseſ.in prag.vbi dicit quòd multi nō reputāt illum beneficia pacificè possidere, nisi per annum possederit sine lite: cum intra annum possit inquietari super possessorio retinendæ in casu saisinæ, & nouitatis, & beneficium sequestrari ex stilo Franciæ, per iura ibi allegata: quia ibi recitat opinionem aliquorum, quam non approbat.vel ibi quo ad tit.de pacific.poss.non quo ad nominationes.vel dic vt statim dicetur per gl.in c.commissa. de elect. in 6. vbi oportet quòd aliquandiu possederit antequam dicatur pacificè possidere, quia hoc est verum in casu illius ca.& ca.licet canon.ibidem.nam posset quis ordinari, & postea auferretur ei beneficium, & cogeretur postea mendicare.ca.diaconi.in 5.93.distin. secus est in impetratione nominationum, quia si impetrat nominationes, & in eis exprimit beneficia quæ nunc possidet, si ascendant vsque ad ducentos aureos, vniuersitas recusabit. expectet ergo an beneficium euincatur, & postea nominationes impetrabit. Si verò non ascendat vsque ad summam taxatam, impetrabit & obtinebit nominationes. igitur expreſsio in nominationibus nullius aut parui est nocumenti, secus in promotione vel adeptione secundi beneficij.

21 Decimoquartò, quid si possideat vnam rem beneficij, an beneficium dicatur possidere? respo. non, nisi omnia bona, vel maiorem partem rerum beneficij.ca.1.de restit.spol.lib.6.& sic spectatur possesio rerum corporalium, & non tantum spiritualium.argume.1.quæst.3.ca. si quis obiecerit.cum spiritualia non possideantur. cap. conquestus.de foro compet.Cardi.in clem.fi. quæst. 11. vt lit. pendent. Nec obstat l.& si non totam. cum ll.seq.ff.si quis omis.causa testa.quia hoc habet locum quo ad illum titulum, secus quo ad concord. & mediocriter etiam doctus rationem diuersitatis luculenter ex his eliciet, alia nunc missa facio.

*De poßidēte unā rem beneficij.*

22 Secundò, requiritur quòd numerus beneficiorum exprimatur, vt in d.§.volumus. ibi, beneficia, alio modo ponderando quàm supra, vbi si habeat beneficia, & sic plura, vt probatur in ca.is cui.de præb.in 6.ea debet exprimere, cum sit maior ratio in pluribus, quàm in vno. cap. quia nonnulli. de cler. non residen.cap. quia in tantum. de præb. nam plura possunt ascendere vsque ad ducentos auri florenos facilius, quàm vnum.

*Numerus beneficiorū exprimēdus est in nominationibus, etiā si extra regnū sint.*

23 Primò quæro, pone, nominatum habere

vnum

vnum beneficium in regno, aliud extra regnum, an teneatur vtrunque exprimere? Videtur quòd non, quia postquam non potest ad illa, quę extra regnum sunt nominari, ergo nec exprimere ea tenebitur. Idem de his quæ foris sunt, quid ad vniuersitates? argu. ca. gaudemus. de diuor. Contrarium videtur verius, per illam rationem, vt vniuersitates sciant, an is qui vult nominari, habeat vsque ad ducētos ducatos, siue ergo habeat extra regnum, siue intra, interest vniuersitatis nō concedere nominationes illi habēti beneficium, ergo oportet illud exprimere, cum sit eadem ratio, & eadem erit iuris decisio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. & quia concordatum non distinguit, nec nos. l. de precio. ff. de publi. in rem act. Item text. dicit exprimenda beneficia; ergo vbicunque sint, dum tamen possessa sint à nominationes impetrante. quia beneficium est, ideo posui conclusionem. Beneficia etiam extra regnum possessa in nominationibus exprimenda sunt, & si ad beneficia extra regnum nominationes concedi non valeant. Nec obstant in contrarium adducta, quia non est eadem ratio concedendi nominationes, & exprimendi. nam potestas limitata data est vniuersitatibus regni, vt nominent, ergo non debet extendi ad beneficia extra regnū. l. in agris. ff. de acqu. rer. domi. Sed habenti beneficia prohibet concordatum concedere nominationes, nisi ea exprimat. d. §. volumus. si ergo habeat extra regnum, & non exprimat, non satisfacit concordato, volenti beneficium exprimi. ergo suæ nominationes non valebunt. Nec obstat dicto cap. gaudemus, quia loquitur de his quæ sunt extra ecclesiam, & non in casu isto, & ista opinio est tutior.

*Conclusio. Beneficia etiam extra regnum possessa, in nominationibus exprimi debent.*

24 Secundò, quæro, an nominatus teneatur exprimere beneficia quę in commendam habet? & videbatur quòd non, quia ea videtur detinere, cum sit tanquam depositarius. gl. in cap. nemo. de elect. lib. 6. Videtur contra, quia non potest negari, quin ea possideat, siue in titulum habeat, siue in commendam, siue vnum in titulum, & alterum in commendam. nam commenda est titulus canonicus. ca. dudum. in 2. de electio. dixi in tract. de pacificis possesso. in 5. extensio. nam non quærimus quo iure possideat, sed an possideat. Ita dicit tex. in l. 1. §. non quęrimus. ff. si quis omissa causa testa. Et sic tenetur nominatus exprimere beneficia quæcunque, siue ea habeat iure nominationum, siue mandatorum, vel alio modo: cum text. generaliter loquatur in d. §. volumus. vbi plenius scripsi.

*An nominatus teneatur exprimere beneficia, quæ habet in commendam.*

25 Tertiò quæritur, quid si ad nutum abbatis monachus vnum beneficium habet, & possidet, an teneatur illud exprimere, eo quòd non est perpetuum? non videbatur, quia beneficia perpetua esse debere testatur. ca. præcepta. 55. distinct. Item facit cap. postulasti. de rescri. vbi fit differentia inter titulum temporalem, & perpetuum, & alia multa quæ possem allegare, quæ tamen seriò omitto.

In contrarium me trahit, cum hoc possit esse perpetuum, pro perpetuo iudicabitur, argum. l. sufficit. ff. de condi. indeb. imò si abbas ex malitia remoueret monachum, is ipse posset supplicare superiori abbatis, & ipsum superior debebit tueri. instar serui. l. 1, C. de precib. imper. offer. Innoc. in cap. insinuante. qui clerici vel vouentes. gloss. in §. & idem ordo. in verbo perpetuis. de colla. in pragm. vbi concludit, hæc manualia etiam posse permutari. citat Feder. in tract. permutat. benefic. quæst. 16. vide quæ dixi in tractatu de pacifi possess. in 6. limit. Item hic non exprimit perpetua, ergo etiam non perpetua tenetur quis exprimere, quia de beneficio quod quis obtinet in titulum, debet facere mentionem de iure. ca. si proponente. de rescr. c. si motu. de præb. in 6. nec hoc casu ius distinguit, an sit tēporale an perpetuum. nec etiam nos distinguemus. l. de precio. ff. de publi. in rem act. ius ergo considerat an detur in titulum vel nō, sed manuale datur in titulum. cle. quia regulares. de suppl. negligen. præla. cum ibi notat. ergo de eo debet fieri mentio, & ita concludit in impetrante, apostolico. Calder. consil. 9. an impetrans. & idem in nominationibus puto concludendum.

*Beneficia quæ quis obtinet ad nutum superiori, an sint nominationibus exprimenda.*

26 Nec obstat primum, quia iam est ei responsum. nec ca. postulasti. quia ibi fit differentia inter perpetuam & temporalem vicariam, non ratione temporis, sed respectu tituli, quia in temporali non datur titulus, secus in perpetua. not. in cap. cum ex eo. de elect. in 6. & in cap. si gratiosè. de rescri. eo. lib. non tamen tenetur facere mentionē de loco collegiali, vbi in singulos annos datur victus tantum vsque ad decem annos, vel aliud tempus, non perpetuo, vel si darentur fructus alicuius altaris vsque ad decem annos. Calder. consil. 6. an si episcopus. rub. de præben. quia non est beneficium ecclesiasticum. Idem Cald. ibidem, consil. 30. an si sacristæ. secus si perpetua, vt dixi supra quando essent (vt dicunt) spiritualizata.

27 Quartò quæro, quid si habeat Capellanias pauci valoris? Respondeo, tenetur exprimere per c. si motu proprio. de prǣb. in 6. quia hic dicit beneficia, ergo intelligit quæcūq; beneficia, siue maiora, siue minora. Et quæ dicantur maiora vel minora, arbitrarium esse dicit Geminia. consi. 85. super primo dubio. circa fi. sequitur de Ripa in cap. ad aures. col. 1. de rescr. licet aliqui contra teneant. Item paruum & magnum in iure differentiam non inducunt. l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plusquam per legem falcid. l. quanuis minima. vt in possess. lega. l. si proprietarius. de dāno infect. Et quia beneficium etiam modici commodi requirit residentiam. c. conquerente. de clericis nō resident. Oldrad. consi. 140. in ecclesia. col. 1. cum singula officia in ecclesiis assiduitatem exigant personarum. c. ad hæc. de præben.

*Capellaniæ modici valoris an teneatur quis exprimere.*

28 Quintò quæro, quid si impetrans nominationes tempore impetrationis habebat beneficium, quod in nominationibus non expresit, postea consultus resignat id, vel per sententiam amisit illud beneficium, quod non expresserat, demum aliud vacans beneficium acceptat vigore nominationum, an valeat? Videtur quòd sic, quia in nominationibus attenditur tempus vacationis, vt in concord. §. volumus. vbi potest prouideri ei, qui non habet ducentos florenos auri in bene

*Tacenti beneficium quod habebat tempore impetrationis nominationes non succurritur, si postea illud resignauerit.*

in beneficiis tempore vacationis.ita tenet glo. in prag. in §. quòd si quis.de collat. in hac sententia permanebo nunquam, quia quod semel vitiosum est, tractu temporis non conualescit. regula est iuris. Sed nominationes ab initio fuerūt nullæ propter beneficium non expressum, ergo illa resignatio nil facit, quo magis nominationes valeant, maximè quãdo est defectus in substantialibus, vt hîc. Deci. in regula, quod in initio. ff. de reg. iur. facit c. primum. & c. si eo tempore. de rescr. in 6. c. 1. de despon. imp. ibid. tradit Spec. in tit. de rescr. præsenta. §. ratione autem impetrantis. col. 3. versi. quid si impetrans. Nec obstat quòd tempus vacationis attendatur in nominationibus, verum est quando nominationes semel valent: tunc enim inspicitur tempus vacationis beneficij, an nominato sit competens beneficium, néce, id temporis, scilicet vacationis, sed quando sunt nullæ, non conualescunt postea, nec inspicitur tempus vacationis. facit quod si archi presbyter non valens habere copiam episcopi, resignauit in articulo mortis in manibus presbyteri recipientis resignationem nomine episcopi, & canonici statim elegerunt. post duos dies vita functus est archipresbyter, demum episcopus electionem canonicorum confirmauit, quòd non valet electio de beneficio non vacante, & sic nec confirmatio. Io. And. in regula non firmatur. de reg. iur. in 6. in mercurial. & ibi Philip. Perus. Item speciale est in c. is. de præb. in 6. vt quis possit dimittere beneficium, & postea erit idoneus. secus erit in aliis casibus. l. ius singulare. ff. de legi. & pro hoc est text. in c. dudum. §. nos igitur. de præb. in 6. & Ioan. Monac. in d. c. is cui. hoc expressè tradit Archid. in c. si motu. in fi. de præb. in 6. & idem in mandatis apostolicis concludit Compost. in c. in nostra. col. 2. de rescr.

*Verus valor in nominationibus debet exprimi.*

29 Tertiò, exprimitur in nominationibus verus valor beneficiorum. d. §. volumus. Oldra. consi. 216. circa. Barb. c. ad aures. nu. 40. de rescri. vbi dicunt in impetrationibus apostolicis valorem beneficiorum exprimendum. sic ergo erit in nominationibus, vt hic dicitur in textu. ratio est, vt vniuersitates instruantur an is qui velit obtinere nominationes, habeat vltra ducentos aureos, vel vsque ad illam summam, & tunc idem denegare poterunt, & debebunt nominationes, si non exprimeretur valor verus, hoc nō possent scire vniuersitates, nec diuinare tenentur, cum nullus hoc debeat. l. si putator. ff. ad leg. Aqui. Imò punitur pręsagus. l. nemo. C. de malefic. & mathe. & c. contra. 26. q. 5. Rom. singul. 660. tu scis, &c. & hæc ignorantia est probabilis, cum sit in facto alieno. l. fin. ff. pro suo. Secundò, etiam interest collatoris hoc scire, ne etiam impetratis nominationibus habenti summam ducentorum florenorum auri de camera prouideat, cum non teneatur, sed non habenti, vt in regula cancella. 61. & d. §. volumus. de colla. in concorda.

Ad hæc, quia hoc præcipitur in concor. vt verus valor exprimatur, & sic hoc exprimere videtur de forma & substantia, quæ debet ad vnguem seruari. l. cum hi. §. si prętor. ff. de trāsact. & l. 1. & ibi doct. ff. de libe. & posth. alioqui nominationes sunt ipso iure nullæ. Pan. in c. vlt. col. 2. de præsumpt. vbi etiam Fel.

*Conclusio. Verus valor quamuis in nominationibus non exprimatur, tamen iure subsistunt.*

30 Ego verò sustinui conclusionem hanc videlicet, Nominationes, quamuis verus valor in eis non sit expressus, iure subsistunt. intellige si eo anno quo impetraui nominationes, propter sterilitatem non valuit beneficium nisi viginti, & ego expressi æstimationem communem, videlicet quod valebat quinquaginta, tūc puto quòd nominationes valebunt, vt infra dico, cum cōmunis valor sit attendendus. l. precia rerum. §. fin. ff. ad legem Falcid. vel si expressit beneficium esse pluris, quàm esset, quia quod pluris est, vtique tanti est. text. expressus. in l. cum furti. ff. de in litem iurand. l. in eo quòd plus. de reg. iur. & ibi Dec. Vide tamen Fel. & alios in c. ad aures. de rescript. & infra q. 7.

31 Et hodie stilus curiæ Romanæ inualuit, vt in impetrationibus beneficiorum exprimatur valor. gl. & doct. in cle. 1. de præb. Barb. & Felin. in d c. ad. aures. Et hoc vt annata soluatur Rom. pontifici, vt patet in rubr. de anna. in prag. & in concord. & ita Vrbanus 6. ordinauit, vt in decisi. Rotæ cauetur decisi. 292. licet impetrans. in nouis. & in regula cancel. 61.

*Stilus gallorum quoad expreßionē valoris beneficij.*

32 Galli hunc verum exprimendi stylum non receperunt: imò licet beneficium valeat mille aureis, non exprimunt valere, nisi 24. ducatos, sic, cuius fructus, &c. 24. ducatorum auri de camera secundum ex. co. an. valorem non excedunt. Dicunt enim bursales constitutiones in regno extirpandas. hæc tamē non est bursalis quo ad nominationes. quia ob hoc non datur annata Papæ, nec vniuersitati, ergo verus valor est exprimendus in eisdem. Idem seruatur etiam in Francia in vnionibus, vt verus valor tam beneficij vniti quàm vniendi exprimatur. de quo in regula cancel. 21. quod est notandum secundum Fel. in cap. ad aures. col. vlt. de rescr. Et per hoc dixi quòd si quis habeat beneficium ducentorum florenorum auri & vltra, deductis tamen oneribus & impensis, non remanent habenti nisi centū, quòd ille poterit nominationes impetrare, quia verus valor est ei ad centum, & ille est exprimendus secundum cōcordata. Et hoc videtur concludere Barto. in eo qui impetrauit à Papa. in l. quotiens. ff. ad leg. Fald. Bald. in 1. col. 2. C. de fruct. & lit. expensis. Fel. in d. c. ad aures. col. pen. conclu. 12. Ias. & alij in l. nō amplius. col. 2. ff. de lega. 1. & in l. illud. in princ. C. de colla. l. cum quædam. §. fin. ff. de iurisd. om. iudic. Dec. consi. 156. statutum. Fel. in c. ad nostram. 1. post gl. ibi. colum. 2. de iureiur. quia peruenire & habere propriè dicitur, quod deductis oneribus ad aliquem peruenit. l. venisse. ff. de verb. sig. vbi scripsi. l. cogi. §. 1. ff. ad Trebel. intellige tamen vt dico infra eo. in 5. q. vt hic intelligamus de alio onere, videlicet necessario quàm ibi. Item bona dicuntur ære alieno deducto. l. subsignatum. §. 1. ff. de verb. sign. sic & verus valor deductis necessariis oneribus dicitur. vide Cassad. decis. 19. de præb.

*Bursales cōstitutiones galli reprobant.*

*Pēsio exprimenda est.*

36 Primò, quæro an de pensione teneatur facere nominatus mētionem? Videtur quòd non, quia non venit appellatione beneficij. cap. quam-

L

uis.1.de præb.in 6.c.ad audientiam.in 2.de rescr. Item pensio est quid mere temporale, quæ non potest permutari cum beneficio. cap.vno.de rer. permu. li.6.& ibi not.doct. & dixi in tract.de pacifi.posses.in 18.amplia. Respon. quòd si data est in titulum, tenetur eam nominatus exprimere, alioqui non. Io.And. & alij in cap. postulasti. & c.ad audientiam.2.de rescr. Do.in cap.si pauper. de preb.lib.6.gloss. in cle.2. in verbo quodcunque. de vita & honesta. cler. vbi concludunt in impetrationibus apostolicis exprimendã. idem ergo & in nominationibus dicetur. Et hodie quælibet pensio succedit loco beneficij, quia ad vitam recipientis frequentius datur, ideo tenetur habens eam facere mentionẽ, etiam in mandatis apostolicis. glos. in regula cancella. 61.in fi.Ioan. Brunel.in tracta.de dignita.leg.conclu. 16.declara. 4. & istud est æquitatis plenum, inspiciendo mentem concordatorum, in quibus pauperibus volunt conditores scholaribus prouideri, & non habentibus ad ducentos florenos beneficia. Et parum refert an habeant in beneficiis, aut in pensionibus perpetuis. constitutio enim ex limite rationis debet ampliari, vel restringi.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de lega.2.Lanfran.in tract.de interpr.statutorum, in interpretatione extensiua. in 2. conclu. & ibi dixi in addi. ad eum. gl.in.§. item quòd vniuersitates. in ver.beneficiorum.de colla.in prag.dicit hoc esse æquum, licet pensiones non dicantur beneficia ecclesiastica, quæ qualificatus tenetur in nominationibus exprimere: ideo dicerem ante factum supradicta procedere.vide in decis.capellæ Thol.q.472.& Rotam decisi. 11.rub.de præb.vbi dicit titulum super aliquibus bonis datum non debere exprimi, quia non est beneficium ecclesiasticum.

*Valor tẽporis caritatis non inspicitur.*

37 Secundò quæro, beneficium valuit hoc anno propter caritatem frumenti ducentis aureis, vel plus, aliis tamen annis non tanti valuit: quæritur quid debeam exprimere? Resp.quod communiter valet, exprimendum est per tex. in §.fi. ibi, secundum communem æstimationem. de mandat.apostolic.supra. facit cle.vlt. de deci.nec inspicitur, quòd plus valuit vno anno. l. precia rerum.§.fi.ff.ad legem Falcid.not.in l.2.C.de rescin. vend.dixi in repet.l.vnicæ. in glos. subtilitatem, in probatione interesse. C.de sent. quæ pro eo quod interest.not.in cap.1.de empt.& vend.& in cle. si beneficium.de deci. Ideo posui conclusionem. Etiam habenti beneficia valoris ducentorum aureorũ nominationes iustè dantur. hoc casu prædicto, quia de his quæ raro veniunt, non fit regulariter lex.l.ex his.ff.de leg.vel etiam intellige, vt supra eadem q.dixi, nu.35.vide ibi.

*Conclusio. Habenti beneficia vsq; ad ducentos aureos dantur nominationes. Distributiones cõputantur in valore.*

38 Tertiò, quæro an distributiones quotidianæ sint cõputandæ in isto valore? Videtur quod non, sed fructus tantum qui sunt soliti percipi de corpore beneficij, vt tenet expresse Anch. in clem.2.de deci.

39 Et illi grossi (vt vocant) fructus computantur, qui veniunt in portatis, vt in propriis terminis est text.in regula cancellar.60. & quia distributiones quotidianæ non percipiuntur de corpore beneficij, sed ratione personalis seruitij, ideo non computantur in valore, teste Oldrad. consi.118.ex virtute.de Bella mera consil.34.supposito:in 4.dubio.Rota decisio.134.in nouis.Anchar.in clem.vna.q.5.de concess.præbend. Felin. Deci.& alij in dict.cap. ad aures.per cap.licet.de præben.vbi appellatione fructuum & redditiuum non veniunt distributiones quotidianæ. vide tamen text. in extrauag. cum nonnullæ.1.de præb. in communibus.

40 Ideo decima papalis non est soluenda ex illis.gl.in extrauag.suscepti.in verbo consueuit. de electio.in extrauag. Ioan.22. sequitur Gemin.in consi.85.super 1.col.penul.Item mortuaria anniuersaria & quæstæ non computantur in valore, teste Oldra. cõs.216.circa primum.nisi tales redditus soleant quotannis locari pro certa pecunia. Fel.& Moder.in d.c.ad aures.Gomes in tract.expectat.in 9.forma.in fi.Sed ista licet sint iuris, tamẽ nominatus tenetur exprimere verũ valorem etiam cõsistentem in distributionibus quotidianis, vt habetur in d.§.volumus.in cõcor. vbi hoc præcipitur, & sic hoc casu distributiones cõputantur, licet regulariter cõtra per supradicta. vide Ioan.Andr.in addit.ad Spec.in rubr. de concess. præbend.col.6.versic.demum quærebatur, &c.

*Decima papalis nõ soluitur ex distributionibus.*

41 Quartò, quęro, quidam impetrauit nominationes, & expressit in eis certum valorem sui beneficij obtenti: tamen id temporis non erat verus valor, tempore tamen vacationis alterius beneficij reperitur verus valor ille expressus, an nominationes valeãt? Videtur quòd sic, nec ob hoc vitiantur. nam gratia per vacationem, & realem prouisionem sortitur effectum.arg.l.quotiens. & seq.ff.de verbor.oblig. & l.si Calendis.de re iud. item dicitur habere conditionem. arg. l. vnum ex familia.ff.de legat.2. circa princ.& l. cum ita. de optio. leg.l.3.qui & à quib. manu. liber. & in conditionibus tempus extantis conditionis attenditur.l.eas.ff.de condit.& demonst.l.si deportati.de legat.3.& per ista sic consuluit Oldr. consil.168.ad primam quęstionem.Sequitur Barb.in d.c.ad aures.nu.38. Tamen contrariũ tenet Bald. ibi, quòd inspiciatur valor tempore impetrationis. qualitas enim iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxa.act.sic tenet gl. in §.item quòd vniuersitates. in verbo præsentationis.de collat. in pragm. Ipseq; huic sententiæ subscribo, quia nõ esset satisfactum tex.volenti verum valorem exprimendum, nec poterat præsagire nominatus ad tempus futurum.arg.l.si putator.ff. ad leg.Aquil. Et ideo tempus datæ nominationum quo ad hoc attendi debet: sicut in aliis rescriptis.c.eam te.de rescri.c.si eo tempore.illo tit.in 6. Siue ergo fuerit auctus valor, siue diminutus post nominationes, nil obstabit, quia narratio est consideranda secundum tempus impetrationis.Spec.in titu.de rescrip.præsentatio.§.ratione autem causę.col.2. versi.item quid si expressit. per tex.& ibi Pan.in 3.notab. in c.quia circa.de consangui. Plenè disputat Anch.in clem.vna.q. 4. de conces. præb. Nec obstant supradicta, quia loquuntur de gratia ad beneficia certi valoris, vt si varietur valor, attendatur tamen tempus vacationis, sed hic loquitur

*Quãdo est uerus ualor expressus.*

loquitur de eo, qui expreſsit non verum valorem beneficij quod obtinebat. quod ſecus eſt, quia tempus impetrationis debet inſpici, teſte Panor.in dict.c.quia circa.Idem concludit Bald. conſil.491. Petrus de Feſſa in 1.vol.in impetrante beneficium, ac ſi familiaris Papæ eſſet, tamen tempore impetrationis non erat,ſed tempore vacationis ſecus, vt beneficium iſti non debeatur. vide ibi multa allegata per eum, per quæ hic magnos poſſem reddere commentarios, ſed ibi licet videre. Imò ſi beneficium valeret decem, & ego ſolum expreſſero nouem,non ob hoc vitiantur nominationes in modico.arg.l.ſcio.ff.de reſtit. in integ. & ita in gratia in forma pauperum concludit de Bella mera, in deciſio.601. in cauſa.& iſtud eſt æquum, maximè quando dolo non eſt factum.

*Modica omiſsio in nominationibus facta eas non uitiat.*

42 Quintò,quæro ſcholaris habet beneficium in Hiſpania, quod eſt redditus ducētorum ducatorum.ibi, attamen vt pecunia deferatur huc diminuūtur viginti aurei,an debeat exprimi,quòd valeat tantum centum octoginta, an ducenta? Reſp.debet exprimere verum valorem, videlicet quantum valet in illo loco vbi eſt.d.§. volumus. Anch.in clem.vna.q.6.de conceſſ.præb.Et quòd debeat conſiderari locus in quo eſt beneficium. facit l.vinum.in fin.ff.ſi cer.pet.& l.vlt.de tritica. Et ita expreſsè conſuluit Oldra.d conſi.168.& ratio traditur ibi, qui actus cuius expeditio in certum locum confertur in illo loco cenſetur celebratus.l.hæres.§. vlt.ff. de iudic. l. contraxiſſe.de actio. & oblig. & quia in beneficio reſidere quis tenetur.c.1. & per totum.de cleri. non reſid.ideo valor illius loci in quo morari debet,inſpicietur. quod eſt notandum,quia quotidie contingit. Et quid ſi plus valebat aureus in loco beneficij,quā in vniuerſitate in qua impetrauit nominationes. vide Ioan. Andr.in addi.ad Spec.in rub. de conceſſ.præb.col pen.verſi.ad aliam quæſtionem. & doct.in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.

*Exprimendū eſt quantum in loco ualeat beneficium.*

43 Sextò, quæro an nominatus teneatur probare illum valorem quem expreſsit verum, ſi ab alio apponatur, non eſſe verum valorem? Videtur quòd ſic, quia impetrans omnia in ſupplicatione expreſſa probare tenetur, nec opponenti incumbit onus probandi. cap. quia circa. & ibi Panor.in 2.not.de conſang.& affini. Fel. in cap. conſtitutus.col.1.de reſcr.dicenti enim incumbit onus probandi.l.1. ei. ff. de prob. Contrarium teneo, quia ſufficit quòd nominatus dicat beneficium eſſe valoris centum aureorum,& non pluris,iuxta gloſſ.in l.cum de lege.ff.de prob. quam ſequitur Iaſ.in l.fin.§.licentia.col.1.C. de iure delib.Curtius conſi.27.col.8.verſic.ſed contra, &c. Et aſſerens plus valere, oportet quòd probet. l. quotiens.§.1.ff.de prob.plenè Felin.in c.ex literis. col.pen. & ſeq. de prob. & hoc de facto dicit ſe habuiſſe Barb.in d.c.ad aures.& obtinuiſſe ſecundum conſilium Bal. licet ibi Panor. & aliqui videantur tenere contra, videlicet quod quando opponitur quòd impetrās expreſsit falſum, tunc impetrans habet probare narrata, ſicut creditor, quando debitor dicit pecuniam non fuiſſe numeratam,probare debet.l.4.C.de non numer. pecu. Si verò excipitur quòd tacuit verum, tunc excipiens,qui allegat dolum, illam probat. not. in cap.1.de litis conteſt.in 6.l. quoties. §. qui dolo.ff.de prob.& an patronus teneatur probare ſe præſentaſſe intra tempus à iure ſtatutum, tradit Curtius in tracta.de iure patro. in verbo, honorifi um.quæſt.49.allegat. Fel.in c.quod ad conſultationem.de re iud.Aegid.de bella mera conſilio 34.ſuppoſitio.col.2.

*Nominatus an ualorem quē expreſſit probare teneatur.*

44 Septimò,nominatus dubitans ne exprimeret verum valorem,expreſsit maiorem valorem, quia expreſsit ſuum beneficium valere centum, & non valet niſi quinquaginta, quæritur an nominationes ſint nullæ,eo quòd non expreſsit verum valorem? videtur quòd ſic per cap. cui de non ſacerdotali. de præbend. lib. 6. & per dict. §.volumus.de colla. in concord. vbi verus valor exprimi debet.ſed verus non eſt expreſſus, ergo. Imò modicum mendacium expreſſum denigrat totum factum, non enim dicitur modicus defectus,qui ex falſi expreſsione oritur.argu.cap.auxilium. §. in delictis. ff. de minor. Bald.in cap.ſi proponente. colum.1. de reſcript. In contrarium me trahit, quia quod pluris eſt,vtique tanti eſt.l. cum furti.ff. de in litem iur.l. in eo. & ibi amplè Dec. de reg.iuris, ergo cenſetur verus valor expreſſus.l.1.§.ſi ſtipulanti.de verb.oblig.vbi Barto. & docto. Item ſi vniuerſitates ſciuiſſent minoris eſſe valoris, facilius conceſsiſſent, ergo illa expreſsio quod erat pluris,non debet vitiare.abundans cautela non nocet.l.teſtamentum.C. de teſtamen. nam notarij & alij dictantes ſic debent ſcribere ample, vt tollatur malignorum ſpecifica interpretatio, quia adhuc non poſſunt nimis ſpecificare ſpecificanda. ſunt verba Anto. Butr. in cap.nimis. vlt. opp. de exceſ. prælat. Nec obſtat dict. cap. cui.nam ibi non comprehenditur beneficium minoris valoris, quia erat intentio Roma. Pontificis prouidendi de beneficio illius valoris tantum, ideo alius valor, etiam minor, non comprehenditur. hic verò agitur de excludendo à nominationibus illum, qui habet vltra ducentos aureos: ſed quoniam expreſsit maiorem valorem, ob hoc non habet, ergo non excluditur, nota.Dom.& Philip.in dict.cap.cui de non ſacerdotali. vide ſuprà eod. verſic.3. exprimitur,&c. & Cardin.conſil. 31. cum inter. Quid ſi taceat impetrationem nullam,vide Domi.conſilio 140.caſus talis.

45 Quartò, exprimitur in nominationibus qualitas beneficiorum, videlicet an ſit dignitas. c.ad aures.de reſcrip.Rota deci.202.& deci.257. in antiq. & deciſ. 610. ibidem. & ita in propriis terminis declaratur in ordin.reg.rub.*des graduez*. artic.3 & in pragm.§.item.quòd vniuerſitates. in verbo qualitates. licet concordatum non dicat qualitates beneficiorum exprimendas, attamen iuxta ordinationes regias & iura exprimendas quidam putant.

*Qualitas beneficiorum in nominationibus exprimenda.*

46 Item oportet exprimere an beneficium obtentum ſit curatum,per cap.cum in illis.de præb. in 6.& clem.1.& ibi not.illo tit.& gloſſ.in regula cancella.63 alioqui gratiæ ſunt nullæ.Rota deci. 292. licet impetrans. in nouis. Nicol. Milius in

repet.in verb.gratia.q.5.& licet iure cautum non esset,stylus tamen hoc vult.Imol.& Felin.in cap. in nostra.in fin.de rescr. de Selua in tract.de benefic.in 3. parte. quæst. 11. in 23. qualitate. Ratio est:quia sicut hæ qualitates possunt mouere Papam ad non concedendum. cap. quamuis. & in c.is cui.de pręben.in 6.ita etiam vniuersitates ad non concedendum nominationes,vel collatores possunt moueri ad non cōferendum beneficium isti nominato, sed alteri nullum habenti beneficium,vt habetur in d.regu.cancella.15. vbi ponit has prærogatiuas. Limita, nisi illud beneficium haberet curam de iure annexam, vt archidiaconatus. Fel.in c.in nostra. correla.4.de rescrip. & decisio Rotæ 202.nota quòd quis.in antiq.

47 Secundò, fallit nisi cura accessorie annexa sit, quia tunc non reputatur beneficium.c.super eod.de præb.in 6.& ibi dicit Domi. Ad iudicandum curatum non attenditur illud quod ex accidenti competit, sed eius natura consideratur. Oldr.consilio 102.factum tale,per tex.in l.si quis nec causam.ff.de rebus credit.

Tertiò, intellige præmissa, quòd talis mentio fiat in specie,non in genere,cle.fi.de offic.ordin. Panor. & alij per illum tex. in dict.cap.ad aures. ideo non sufficeret si diceretur, cura animarum non negligatur.clem.1.de præben.quia generalitas obscuritatem parit.l.ita fidei.ff.de iure fisci.& propter generalitatem & verborum inuolucrum effugitur mens deliberata pontificis.Bald.in cap. cum dilectus.de rescrip.& dixi supra eodem.

*Quando dicatur beneficium curatum.* Item dicitur curatum beneficium, siue habeat curam fori contentiosi, vt archidiaconi, & alij inferiores prælati.c.1.de offic.archi. siue fori pœnitentialis,vt curati.not.Inno.& Panorm.in cap. dudum.in 2.nota.9.de elect. & cap. de multa. in vlt.col.de præben.& glo.in extrauag.execrabilis. in verbo curam animarum. in extra. Ioan. 22. Propriè tamen & strictè cura animarum est in foro pœnitentiali, & nulli conuenit, nisi sacerdoti. Innoc. & Anto. in cap. cum satis. de offic. Archi.Cardin.consil. 48. at dubia. & vtra sit dignior, disputat Card.& Imo. in dict.cle.1.vbi licet videre.vide glo.in verbo impendant.in clem. dudum. de sepul. Item aliæ qualitates beneficij notabiles beneficio de facto inhærentes debent exprimi,secundum glo.in dict.§.item quod vniuersitates. in verbo qualitates. de colla. in prag. Quod est notandum, & prædicta procedebant tempore prag. sanct. sed quia conditores remouerunt verbum qualitates, noluerunt esse exprimendas, quia duntaxat rationem habuerunt ad verum valorem beneficiorum, & non ad qualitates, vt patet in d.§. volumus. & sic sufficit exprimere beneficium, & eius verum valorem, licet non exprimatur qualitas. Vbi dicit, alioqui nominationis literę nullę sunt,ergo si exprimam beneficia,& eorum verū valorem, non sunt nullæ nominationes,sumendo argumentum à contrario,quod est validum.l.1.ff.de offic.eius.c.cum apostolica. de his quæ fiunt à præl. non obstant verba prag.quia sunt correcta per tex. in §.volumus nouissimū. nec refragatur ordinatio regia. quia fuit facta causa declarandi pragm. vt patet in ordin. rub. *des graduez simples.* art.5.& in modum prouisionis,donec aliter fuerit declaratum, vt ibidem art.vlt.dicitur, ergo est declaratum in d.§.volumus. igitur non potest allegari ordinatio.& faciunt quæ dixi in seq. requisito. Nec est verisimile quòd si rex voluisset cum Papa exprimendam qualitatem,quòd non expressisset,sicut expressit in ordinat. ideo dicerem nominationes valere etiam si qualitas non sit expressa. ante factum tamen consulerem exprimendam, ad vitandos processus.

48 Quintò, non esset inconueniens exprimere diœcesim illius, cui nominationes conceduntur,vt vniuersitates instruantur,an eidem concedere possint, vtpote si Germanus homo, Hispanus,vel alius exterus velit in regno suscipere nominationes,non potest ei vniuersitas concedere, cum non possint beneficia in hoc regno habere sine literis naturalitatis à rege concessis.glo.in verbo exterorum, in proœmio prag. Benedic.in repe.c.Raynutius. in verbo & vxorem. nu. 144. de testa.& d.Bonaud.in panegyrico post tract.de terra rubea contra rebelles regum. & ita disponitur in stylo parlamenti.rub.de præben. ordina. 3. nec sufficeret exprimere diœcesim, in qua habet domicilium,vel beneficium : sed oportet exprimere diœcesim originis, licet contra teneant do. de Rota decis. 628. si aliquis est oriundus. in antiq. Alioqui vniuersitas in his exteris non esset certa, cum eisdem concederet nominationes, & hic exterus, licet habeat domicilium in regno,tamen non desinit esse exterus,quia etiam bona acquiruntur regi. teste Benedicto vbi supra, quamuis quo ad ordines conferendos episcopus domicilij dicatur illius superior.cap.cum nullus.de temp.ord.in 6. sed non quo ad nominationes concedendas,vt dixi. Ideo regnicola,licet non exprimeret diœcesim originis, si exprimeret diœcesim domicilij, non malè faceret. sic est intelligenda.dict.decis.Rotæ.628.secus in extero,& nominato in regno.& sic intelligatur hęc opinio,vt dixi in glo.pro expressis.versi.21.in forma mandati.in concor.

*Diœcesis sit exprimenda.*

*Exterus non debet in regno promoueri.*

Imò etiam de iure facilius prouidetur oriundis,quàm exteris.l.in ecclesiis.C. de episc.& cler. c.neminem.70.dist.glos.in cap.si proponente.de rescrip.quam sing. dicit Corset. in sing.incipiēte subreptio.Rom.in repet.l.si verò.§.de viro.fallen. 14.col.14.ff.solu.matri.Barb.in c.eam te.num.28. de rescr.& consi.26.scripsit.col.5.in 1.vol.ac cōsi. 57.præclare.eod.vol.& consil.30.bene.in fi.vol.3. Et ita disponitur in reg.cancel.19. videlicet vt oriundus non oriundo pręferatur. Non tamen ob non expressam diœcesim vitiarētur nominationes impetratæ per regnicolam,quia text.concordati non adstringit nos eā exprimere, ideo non debemus dicere vltra quàm concordatum nos adstringat,nec iustiores lege nos oportet esse.

49 Sextò,exprimantur alia,quę consueuerunt exprimi per vniuersitates,vel ea quæ statuta vniuersitatum cogunt exprimere. nam §.mouemus. de collatio. in concordat. dicit quòd vniuersitates non debent nominare nisi illos, qui promoti fuerunt secundum statuta vniuersitatum.si ergo

*Consuetudo seruanda.*

ergo in statutis vniuersitatis aliquid erat exprimendum in nominationibus, dico illud nõ esse omittendum, vt statuta seruentur. alioqui nõ valeret gradus, nec nominationes, nõ seruatis statutis, per d. §. monemus. Alia verò non sunt exprimenda, quia in rescriptis ad beneficia non debet fieri mentio nisi de his qualitatibus, quæ à iure expressę reperiuntur, vt de eis fiat mentio. glo. in clem. si dignitatem, de præb. quòd gratia sit nulla, est pœna. & vbi ius non imponit pœnam, eam imponere non debemus. glo. in c. fin. de iur. patr. not. in regu. in pœnis. de regu. iur. in 6. & sic consuluit Cald. consil. 10. in rescriptis, sub titul. de rescript. & consil. 1. col. 2. de filiis presby. Item non debemus requirere plusquam requirãt verba legis vel statuti. l. gallus. §. videndum. ibi, nihil enim addidit quo significaret tẽpus. ff. de lib. & posth. vbi dicit Bald. in 5. not. quòd quando verba legis vel statuti non requirunt certum tempus, nec nos requirere debemus. & sic non debemus esse iustiores lege, sed in concordatis expressa tenere debemus, & vltra non adiicere.

*Exprimẽda etiã si collator nõ redderetur difficilior.*

50 Notandum est tamen quòd ea quæ hic reperiuntur esse exprimenda, necessario exprimi debent, etiam si essent talia, quibus superior non redderetur facilior vel difficilior ad concedendum, vel denegandum, per text. in c. si motu. ibi, quantumcunque modicum. de præben. in 6. & l. prospexit. ff. qui & à quib. vbi lex licet dura sit seruanda est. ita Dom. in c. dudum. col. penul. de præb. in 6. Fel. in cap. postulasti. col. 4. versi. declara. & in c. in nostra. corrolario 3. & 20. de rescrip. dixi in glo. pro expresis.

*Minor an posšit acceptare beneficia curata & sit idoneus tẽpore vacationis.*

51 Quæro, quidam minor 25. annis obtinuit nominationes ad beneficia etiam curata, ad quæ ratione ætatis erat inhabilis, & antequam vacaret beneficium, reperitur in ætate legitima ad curatum, an illi vigore nominationum possit prouideri? videtur quòd non. cap. si eo tempore. de rescr. lib. 6. vbi si mãdetur prouideri de beneficio cum cura, vel sine, si ille impetrãs erat minor, & sic inhabilis ad curatum tempore impetrationis: licet sit habilis tempore vacationis, non tamen eidem debebitur curatum ratione illius subreptionis, sic nec per nominationes videtur.

52 Secundò, nominationes sunt gratiæ quasi expectatiuæ. glo. in §. item quod vniuersitates. in verbo gradus. de collat. in prag. Et sic per eas expectant quidam tandiu, vt sine beneficiis moriantur. ergo debet secundum ius expectatiuarum interpretari. c. causam. de rescr. sicut aliæ gratiæ interpretantur.

Tertiò, facit glo. in §. illi verò. de coll. in prag. in verbo religiosis. vbi gl. tenet regulari non deberi beneficium regulare, si tempore nominationis erat secularis, licet tempore vacationis sit regularis, si dixerit in nominationibus, ad secularia, & regularia. idem tenet Brune. in tract. de dignit. leg. concl. 19. declaratio. 6. quæ clausula hodie non apponitur per vniuersitates, cum sit per concordata prohibitum ad regularia secularem nominari, etiã prætextu dispensationis apostolicæ, & contra §. volumus. eo. tit. in concor. Contrarium tenet d. Auriolus ille miles Tholosanus in repet. c. eam. de rescrip. tum quia potestas nominandi data vniuersitati censetur esse data à lege, cum sit perpetua, & ideo dicitur ordinaria, & non delegata, secundum eum. per gloss. in cap. si contra. de offic. delegat. gloss. in l. quia. ff. de iurisdict. omnium iudic. text. iuncta glos. in l. 2. C. de offic. eius qui vicem alterius gerit. ideo non cadit in nominationum literas surreptio, secundum eum. per gl. in cap. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ordin. in verbo super hoc, nisi in his quę posui supra.

*Potestas nominandi ordinaria.*

Secundò, is nominatus non dicitur impetrans apostolicus. ergo surreptio in eum non cadit. vt not. in cap. fin. de offic. leg. lib. 6. & clem. de offic. ordin. vbi gloss. & in §. non tamen. in verbo effectum. de collat. in prag. Rota decis. 55. in antiq. vbi ex priuilegio Papæ potest quis ad vacatura nominare, & ille nominatus per tale priuilegium non præfertur impetranti apostolico. alioqui si primo impetraret nominationes, præferretur secundo impetranti etiam à Papa. cap. tibi qui. de rescript. in 6. quod non videtur verum, vt in rubr. de mandat. aposto. dicitur, videlicet, quod apostolicus impetrans nominato etiam antiquiori præfertur.

Præterea in nominationibus debent exprimi illa quæ supra in proxima quæst. dixi, ad alia exprimenda non astringit. §. volumus. & §. statuimus. de colla. in concord. ergo ad alia non erit surreptio, licet dicatur in nominatione ad beneficia curata & non curata. si Papa voluisset aliud exprimi, dixisset. Item mens Papæ fuit viris literarum studiosis & disciplinis liberalibus incumbentibus prouidẽdi, vt attestatur in prooem. concordat. sed iuuenes student ante 25. annos. nam postea non præsumitur quòd bene addiscant. l. 1. & ibi Bar. C. qui ætat. lib. 10. ergo illis potest prouideri de nominationibus etiam ad curata, dummodo fuerint ætatis perfectæ, quãdo beneficium vacabit. nam cogitauit Papa, quòd simulatque quis est nominatus non adipiscitur beneficium, sed oportet quòd expectet se esse antiquiorem. ergo bene cogitauit quòd illa impetratio nominationum fieret ante 25. annos, & sic antequam essent ad curata habiles. alioqui sequeretur quòd iuuenes studiosi haberent suas nominationes ferme elusorias, quia tantum ad simplicia beneficia, & sic grauarentur multis expensis, vt aliàs impetrarent ad curata post ætatem perfectam, quod non fuit mens Papæ vt interim senes, qui non ita bene addiscunt sicut ipsi iuuenes, eos præcederent, etiam in data antiquiores, & sic beneficiis principum & suis nominationibus deciperentur in curatis: quod non est dicendum, vt not. Imperator in l. 1. C. de his qui veniam ætatis impet. Item facit cap. ei cui. de præbend. lib. 6. vbi attenditur tempus vacationis. sic & in nominationibus. §. si quis verò ex dictis. ibi, tempore vacationis. eod. tit.

Præterea facit l. fin. C. de testa. mili. vbi si princeps pupillum creet tribunum, non ob hoc poterit testari, sed expectabitur ætas. sic quando nominationes conceduntur graduatis minoribus 25. annis, nõ poterit eis durante minori ætate

prouideri de beneficiis curatis, sed post legitimam ætatem sic.nam suspenditur prouisio in curatis vsque ad legitimam ætatem, sicut dicimus in minore ordinato ad presbyteratũ,vt non possit celebrare ante legitimã ætatem 25. annorum: post sic,etiam sine alia ordinatione.cle.si.de ætate & qualita.sic in nominatis.&·ita tenet in propriis terminis Auriol.in d.repe.c. eam te.nu. 218. cum seq. vsq; ad 332.de rescr.vbi multa alia fundamenta adducit.illa videto,nõ addo alia nunc, sed quando operępreciũ fuerit,amplius discutiã.

53 Vltimò,pone quòd minor est dispẽsatus ad obtinendum beneficium curatũ intra quod tempus teneatur promoueri? Resp. quòd in 18. anno ad subdiaconatum.in 20. ad diaconatum. in 25. ad presbyteratus ordinem.per clem.fin. de ætate & qualit.ita concludit Petrus Ancha.consil.293. vltra.& consil.304.ista.nisi in dispensatione esset adiecta clausula, quod ad nullos ex sacris ordinibus teneatur promoueri ante 25.annos.ita concludit Ioan. de Ayma, dicens se habuisse ter de facto, in rubr.de electio. regia ad prælaturas nomina.in verbo scientia, in concor. quia dispensatus de non promouendo ad sacerdotium, non censetur,dispensatus, vt non teneatur promoueri ad ordinem subdiaconatus.cap. cum ex eo. de electio.in 6.scripsi in praxi.benefi.in dispensa. de non promouend.

*Gradus ante primam tonsurã habitus an prosit.*

54 Postremò, quidam fuit promotus in magistrum artium, vel fuit effectus baccalarius, sed non habebat tonsuram id temporis, quæro an valeat gradus? Resp. ex suprascriptis sic,cum inspiciatur tempus vacationis, vt dixi supra per c. ei cui.de præb.in 6.Quid si nominationes impetrauerit ante tonsuram,an valeant? cogita, & vide Imol.& alios in c.2.de instit.& Perus.in cap.si eo tempore.de rescrip.in 6.Fede.consi.290. quia in præsenti.colum.5.versic.videatis, &c. Felin. & alios in cap.cum adeo.de rescrip.& Paris.consil. 125.in 4.vol.

*Quæstio decima principalis.*

*Requisita in nominationibus.*

1 DEcimo,principaliter quæro,quę in nominationibus requirãtur? Respon.primò requiritur gradus.§.præfatique ordinarij. & §.præterea.& per totum de colla.suprà.Et sic scholaris quantocunq; tempore studuerit, est incapax nominationum,nisi habeat gradum.§.teneantur.de collat.ibidem.hoc tenet gl.in §.insuper.in verbo graduatis. de collat. in prag. & in hoc conuenit omnis prope turba regnicolarum.

2 Primò quæro,qualis gradus requiratur?Resp. gradus doctoratus,licentię vel baccalaureatus in theologia,in iure canonico,vel ciuili. In medicina requiritur gradus doctoratus, vel licentiæ, in artibus verò magisterium.d.§.preterea.de collat. in concord.Et in his quæ iuris sunt positiui,licitum est dicere quod not.gloss.in §.furtiuæ.instit. de vsucap.Sic volo, sic iubeo,sit pro ratione voluntas. & inter istos graduatos quidam dicitur graduatus simplex, alius graduatus nominatus, de quibus infra dicetur.

3 Item requiritur quòd gradus sit habitus in vniuersitate famosa §.præfati.1. & §.præterea. de colla. suprà. vel quòd in aliqua vniuersitate priuilegiata gradum adeptus fuerit.§.statuimus.ibidem in concordat.& in ordinat.reg.rub. *des graduez simples.* art.9.ibi, *& qu'ils ont estudié en vniuersité priuilegiee,&c.*

*Gradus debet sumi in uniuersitate famosa & non sub bulla.*

4 Ex quo infertur quòd graduatus sub bulla, non potest obtinere nominationes, nec beneficia virtute gradus, quia bullati doctores in hoc regno non sunt habendi pro doctoribus,nec priuilegiis aliorum doctorum gaudẽt tanquam per saltum promoti.l.nemo.C.de aduoc.diuer.iudi. Guido Papæ quæst.388. in decis.Delphi. Roma. in repet.l.si verò.§.de viro.colum.9. fallen.ea. ff. soluto matrimonio. Ias.in l.si quis maior. in fin. C. de transactio. & Thom. Parpaliæ in repet.l. placet.col.20.C. de sacrosanct. eccles. Dec. post alios in cap. clerici.de iudic. nec sunt maioris momenti quàm bulla.glo. in regula cancell. Iulij secundi, in 6.parte. & asini, qui non possunt sumere gradum ratione ignorantiæ in vniuersitatibus famosis,recipiunt à comitibus Palatinis.

*Contra doctores bullatos.*

In Hispania etiam nullus debet sumere gradum, nisi ab vniuersitatibus, aliàs non reputabitur graduatus, nisi fuerit examinatus in dictis vniuersitatibus,& remissus postea ad commissarium,& hoc concessit Alexan. Papa,anno 1493. 6.Calen. Augusti,pontific.sui, anno primo,vt in constitutionibus Hispan.est,vide.

*Graduatus in uniuersitate extra regnum an beneficia ui gradus obtinere possit.*

5 Quæro, quidam Gallus sumpsit gradum in Italia,quem insinuat cum tempore studij episcopo Aurelianensi, vacat beneficium in mensibus graduatorum,quod episcopus gratificando confert isti promoto in Italia. graduatus in vniuersitate Franciæ,qui etiam insinuauerat,illud requirit, & acceptat, cui debeatur? videtur quòd graduato in Italia possit conferri beneficiũ in mensibus graduatorum vacans, per §. statuimus. de coll.supr.vbi collator in mensibus deputatis graduatis potest gratificare vnum ex eis, quem voluerit,ergo istum graduatum in Italia,& aliàs extra regnum. nam dispositio generaliter loquens, generaliter debet intelligi.l.1.§. generaliter. ff. de leg.prestan. Sed concordatum generaliter loquitur de graduatis, ergo vbicunque sint promoti, non refert, dum tamen modo in vniuersitate famosa,& priuilegiata,vt in d.tit.de collat.in concor.sed vniuersitates extra regnum sunt famosæ, & priuilegiatæ,ergo ibi graduatus priuilegio sui gradus frui debet. Item ratio & mens concordatorum conuenit isti graduato extra regnum, videlicet vt prouideatur peritis, sed hic istam qualitatem habet,ergo non erit reiiciendus, arg.not. in auth. habita. C. ne filius pro patre. vbi aliqui doct. dicunt priuilegia scholarium concedi tantum studentibus alibi quàm in patria. ibi dixi in priuilegiis scholarium,an sit verum.

Præterea actus iure factus in vno loco, habet vires etiam extra illum locum in quo est factus, vnde si notarius creatus in ciuitate fecerit instrumentum extra,valebit.Bart.Bald.in l.nec ei.§.satisdatio.q.5.ff.de adop.Bar.& alij in l.1.C.de summa trin.sic & gradus assumptus in Italia habebit vires etiã in Frãcia,sicut legitimatus Romæ,vbique est legitimatus, & hoc tenet gloss. in regula cancel.Iulij secundi,in 3.parte.& hoc in propriis terminis

terminis tradit Ioa. Dayma doctor Tholosanus in rub.de elec.in verb.in vniuersitate famosa.vbi hoc expresse firmat.Mihi tamen videtur contraria opinio verior,quia graduatis tantum in vniuersitatibus regni concessit priuilegia nominandi, & gradum dandi quo ad beneficia habenda in vim illorum.probatur in proœ. concor. & in §.monemus.ibi,vniuersitates regni,ergo aliàs extra regnum exclusit,arg.c. nónne. de præsumpt. Hoc etiam probatur in ordin. Regiis.rub. *des graduez simples.* artic.1.vbi sic dicitur, *Item enioignons aux vniuersitez de nostredict royaume, & Daulphiné.*& postea semper ad easdem vniuersitates se refert,maximè artic.5.ibi, *esdictes vniuersitez*,&c. & in §. præfati.ibi, huiusmodi graduatis,&c.

Secundò, quando priuilegia sunt specialiter concessa alicui vniuersitati vltra alias, tunc aliæ non vtentur illo priuilegio. notatur in l. 1. ff. de lega.1.sed speciatim vniuersitatibus regni est concessum, vt possint regnicolas ad gradus promouere quo ad beneficia habenda in regno, ergo hoc priuilegio non vtentur aliæ vniuersitates extra regnum,quæ non habent hoc concordatum, nec priuilegium.

Tertiò,bonum est argumentum de personis ad locum, & econtrario.l.1.& 2. ff. ne quis eum qui in ius vocat.est,vi eximat. Ias. & recentiores in l.vinum.si cert. peta.Claud.Cantiun.in topica iuris,fol.68.sed personæ exteræ non possunt etiā in vniuersitatibus regni sumere gradum ad habendum beneficia in vim illius in regno, ergo etiam regnicolæ non poterunt gradum sumere extra regnum quo ad hoc priuilegium regni.

Quartò,cui prohibetur consequens, videlicet nominare,& antecedens ad illud, videlicet gradum dare.l.illud.ff.de acq.hęre.cum similibus allegatis in l.1.per Claudi.Seycel.ff.de iusti.& iure. Sed prohibetur vniuersitatibus extra regnū dare nominationes regnicolis,saltem non est concessum illis, ergo nec poterunt concedere gradum quo ad beneficia regni.

Quintò,vna res non debet diuerso iure censeri.l.eum qui ædes.ff. de vsucap. nec duplici iure. cap.congnouimus.12.q.2. sed vniuersitates extra regnum non possunt concedere nominationes etiam regnicolis. §. monemus. de colla. in concord.ergo nec etiam gradus quo ad beneficia habenda in vim illius.

Sextò,hæc priuilegia data in concordatis sunt eo concessa,ne res nummaria Galliæ exhauriretur,vt patet in primis literis regis positis in princip.concord.Franciscus,&c.versic. ideoque. Sed respublica Franciæ nummis exhauriretur,si quilibet scholasticus Gallus studeret extra regnum, & ibi sumere gradum posset,ergo,&c.

Septimò, Papa in suis primis literis ad concordata dicit fecisse concordata pro communi & publica vtilitate regni. Communis & publica vtilitas regni est, ne regni Franciæ scholastici extra regnum promoueantur,tum vt sciamus an per saltum promoti sint, quod solent facere vniuersitates Italiæ: tum etiam propter collatores, vt sciant an tales promoti sint literis præditi & moribus,ac sint tales, quibus possint collatores sacerdotia committere:ad hæc etiam, vt vniuersitates habeant commoda illius gradus, vt sequitur.

Octauò,vult papa(vt dicit)ingenti hominum regni dispendio obuiare, versicu. postremo. sed ingens dispendium est vniuersitatibus regni, & quodammodo vilipendium,quòd homines Galli relictis tam famosis & excellentissimis Franciæ vniuersitatibus,alibi sumant gradum, ergo non debet permitti saltem quo ad priuilegia concordatorum.

Nonò,prohibetur ibi ne per vrbes errabundè vagentur scholastici Galliæ:quia si concederētur hęc priuilegia promotis extra regnum,scholastici vagarentur,& præberetur istis materia vagationis,quæ summopere à iure improbatur. cap. quia in tantum.de præb.

Decimò, sicut attestatio nobilitatis debet fieri à iudicibus regni.§.cum verò.de colla.supra. dico infrà quæstio.12.nume.17.ita & attestatio gradus, & ipse gradus debet assumi in vniuersitate regni.

Vndecimò,quædam requiruntur in literis gradus in Francia per concordata,& ordina. regias, quæ non requiruntur in Italia, de quibus infra dicetur in eadem quæst. & seq. & illa requisita non seruarent vniuersitates Italiæ.quia non solēt aliquem facere baccalaureum,sed licentiatum & doctorem.ergo is sic promotus in hoc regno,per saltum promotus censetur.

Duodecimò,instrumentum sigillatum sigillo regio factum in Montepessulano, non habebit executionem hîc, quanuis sit consuetudo vt habeat,tamen in hoc respiciemus celebrati contractus loci consuetudinem.Bald.in l.vna.in fin.C. de confes.Ias.in l.penult. in fin. princ.ff. de iurisdict. omn. iudicum. Sic iste graduatus in Italia, vbi non sunt hæc priuilegia concordatorum, non habebit ea in hoc regno ratione sui gradus.

Vltimò,hæc priuilegia dantur vt studia & regni vniuersitates foueantur,& augeantur.§. item placuit.de collat. in pragm. vbi sic dicitur, Item placuit ipsi congregationi, vt tanto magis studia & vniuersitates regni & Delphinatus cum scientiarum augmento foueantur, quòd suppositis vniuersitatum prædictarum conferantur duæ partes prębendarum,&c.ergo suppositis & graduatis in aliis vniuersitatibus nō debentur beneficia in vim gradus, argumento à contrario sensu,sed concordata successerunt in locum pragmaticæ, ergo in eisdem terminis debent intelligi in his,in quibus non est immutatum per ea.

Non refragantur supra in contrarium adducta.

6 Primum,quòd generaliter dantur priuilegia graduatis in vniuersitatibus famosis. Respond. dari priuilegia non simpliciter graduatis in vniuersitatibus, sed graduatis in vniuersitatibus regni.probat d.§.monemus. & ordinationes regiæ supra allegatæ.ideo non loquitur generaliter, & si loqueretur generaliter, tamen deberet intelligi secundum præfationem,in qua tantum loquitur

de graduatis in regno. & quia est regni & localis: ideo ad alios non extendetur. Non obstat secundum quòd sit eadem ratio in promotis extra regnum, quia sunt literis præditi, sicut in regno promoti. Respondeo, etsi haberet locum vna ratio, tamen aliæ (quas supra dixi) refragantur. ideo non habebit locum, argum. §. affinitatis. instit. de nupt. Minus obest quòd dispositio ritè facta in vno loco, vbique sortitur forum. Respond. hoc esse verum, vt sit doctor vbique, non tamen habebit priuilegia illorum qui promoti fuerint in Gallia, sed iuris communis priuilegia habere poterit. de quibus in authen. habita. C. ne filius pro patre. Vide q. seq. 12. Et quanuis D. Dayma hoc tenuerit, quia erat in vniuersitatibus extra regnum promotus, hoc fecit vt suam defenderet promotionem, ideo ei non puto credẽdum, cum causam suam ageret. Ex his concludo episcopum non posse gratificare promotum extra regnum, nec ei esse conferenda beneficia in vim gradus.

*Scriptura in nominationibus requiritur.*

7 Secundò, in nominationibus requiritur scriptura. §. præfati. ibi, per literas patentes. & §. volumus. ibi, in nominationum literis. de collation. in concord. alioqui quomodo posset dare literas duplicatas collatoribus nominatus, si eas nõ haberet? Certè non posset, quia non dat, qui non habet. l. traditio. ff. de acqu. rer. domin. dicit Bart. in l. si vniuersæ. C. de lega. etsi ad hoc adstringantur in §. teneantur. de colla. in concord. ibi, literas duplicatas dare, &c. Licet regulariter ad validitatem actus non requiratur scriptura. l. pactum quod bona fide. ff. de pact. quod fallit quando ex lege vel statuto requireretur scriptura, vt in emphyteosi. l. prima. C. de iure emphy. & aliis casibus traditis per glo. meliorem iuris, in c. 1. de cen sib. li. 6. & Berta. in verbo scriptura de substantia. Et in hoc regno Franciæ propter concorda. man data etiam requirunt scripturam, vt patet in rub. de manda. apostoli. vbi dixi in §. 1.

*Scriptura in gratia apostolica non requiritur.*

8 Licet de iure in gratia apostolica non requiratur scriptura, quia statim habet effectum dispositionis. c. inquisitionis. 25. q. 2. l. contrahitur. ff. de pign. & in gratia apostolica quòd scriptura requiratur, hoc expresse tenet Archid. & alij in proœmio. 6. lib. circa fi. Bal. in l. si qua. col. 2. C. de episc. & cler. doct. in rub. de constit.

9 Quæro, quidam nominatus acceptauit beneficium quod sibi ratione suæ nominationis per episcopum fuit collatum. perdidit suas nominationes, quæro an posit beneficium cum sola collatione retinere? tradit Ant. in ca. in nostra. in princ. de rescr. & ibi Fel. in versi. spoliatus. in fin. vbi dicunt quòd sic, quia collatio conseruatur si ne literis nominationum, per c. cum olim. in 1. de priuileg. glo. in c. sanè. de renunc.

10 Tertiò, requiritur, quòd is cui conceduntur, sit actu residens in vniuersitate, in qua vult sumere nominationes, vt habetur in ordin. Reg. rub. *des priuileges des escoliers*, articul. 5. & etiam in alia ordinatione dicitur quòd scholares non gaudent priuilegiis si sint vltra sex menses absentes ab studio, quandiu sunt absentes: quòd fusius tractaui in priuilegiis schola. sufficit tamen quòd fuerit residens tempore, quo eidem conceduntur. & sic per procuratorem eas non posset impetrare obstantibus illis ordinationibus, licet de iure secus. glo. in c. nonnulli. §. fi. de rescr. & si doct. eas concedere velint, nil obest. adeò quòd nominationes non essent ob hoc nullæ: quia iure hoc non est cautum, nec per concordata.

*Literæ gradus & nominationis manu scribæ vniuersitatis signari debent.*

11 Quartò, requiritur quòd illæ literæ tam gradus, quàm nominationis sint manu scribæ vniuersitatis (quem secretariũ vniuersitatis, in Montepessulano vocant) signatæ. d. §. præfatique graduati. ibi, manu scribæ. l. diuus. 2. ibi, literas inclusas atque obsignatas. ff. de custo. reorum. nam sicut acta iudicis non faciunt fidem, si non habeant iudicis signum. Dynus in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. sic nec instrumentum sine signo notarij probat. l. fina. §. nec calidis. C. de assesso. Bart. in l. ad testium. §. si quis. ff. de testam. Guido Papæ in statu. si quis per literas. in verbo propria manu. in fin. Felin. in cap. scriptura. col. 4. de fide instrumen. hoc tamen dicunt docto. de consuetudine esse, vt signum sit de substantia in instrumento. Panormitanus & Dec. in cap. 1. de fide instru. Bart. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. Corne. consil. 22. licet. 3. volu. & consil. 70. duo. col. 1. in 4. vol. & consil. 118. placet. col. 2. ibid.

*Locũ tenens scribæ an posit nominationes signare.*

12 Quid si scriba vel secretario vniuersitatis absente, literæ gradus & nominationis fuerint signatæ per locum tenentem, seu per substitutum scribæ, quæro an valeant? Videtur quòd non, quia text. dicit in d. §. præfati. manu scribæ, ergo non manu alterius: quia qui de vno dicit, de alio negat. cap. nõnne. de præsump. l. cum prætor. ff. de iud.

Item quando aliquid debet fieri per propriam manum, substitutus non potest interuenire. tex. notab. quem ibi ponderant Bar. & patruus meus Iacob. Rebuffus, & alij in l. pen. C. de erogat. militaris anno. lib. 12. c. periculosæ. de pœnit. dist. 1. c. 1. de verbo. signifi. lib. 6. glo. sing. in verbo publicæ. in cle. 1. de vita & honest. cleri. c. licet. & ibi doct. de decim.

Item facit text. in l. singulos. ff. de testa. vbi dicit singulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio chirographo annotare conuenit. dicit gl. ergo vnus pro alio nõ subscribit. c. quicunque. in prin. de hæret. li. 6. & ibi gl. in verbo propriis manibus.

Præterea quando iuramentum requirit quòd propria manu alicuius fiat, non potest iurari per alium. c. licet ex quadam. ibi, proprio iuramento. de testibus. & ibi plenè Fel. colum. 2. & cap. 1. de iureiur. lib. 6. clem. 1. illo titu. quia importat propriam industriam Barbat. consi. 76. sapienter. col. 3. & consil. 88. sapienter. col. 6. in 4. vol. vbi concludit de testamento, quòd non posit signari per alium, etiam nomine illius personæ, quæ signare debebat. Imò quando actus requirit propriam personam, nõ potest illa persona delegare aliam. Aret. in l. 1. §. 1. & ibi Ias. & alij. ff. de acquir. possess. Item quando lex vel statutum mandat, vt certi notarij, vel hominis, subscriptio apponatur, tunc est de

est de forma.l.1.C. de conuenien. fisci debitor.li. 10.Rom.consi.203.quo ad primum.& omissio il lius formæ vitiaret actum.l.1.ff.de liber. & posth.

Veritas in contrarium se habet.nam qui per alium facit, perinde est ac si ipse faceret. regula, qui per alium.de regul.iur.lib. 6. & propriè dicitur facere,qui facit per alium.tex.sing.& ibi mul ta addidi.in l.certè.§.1.ff.de preca.cui nouum dedi intellectum.vide tamen Bart.in l. sed si vnius. §.seruus.ff.de iniur. & Dyn. in d.regula, qui per alium. Alioqui sequeretur, quòd scriba, seu secretario absente, vel valetudine impedito,non possent concedi nominationes, quod esset irrationabile. nam quando notarius non potest propter suam infirmitatem signare protocollum, committit alteri notario.l.quędam.§.is autem.ff. de eden.Bal.in cap.2.col.3.de fide instr. Sic dicemus in nominationibus, vt scriba cuidam committere posit.

13 Non obstant quæ supra diximus, quia in concordato non apponitur verbum propria manu scribæ, ideo poterit signari per alium, etiam si diceretur propria manu. quod sic probatur. Propriis manibus debet leuari infans in baptismo.cap.ad limina.30.q.1. Et tamen compaternitas contrahitur per procuratorem secundū communem opinionem positam in c.veniens.de cognatio.spiritua.Fel.in c.licet.col.3. de test. facit c. si quis suadēte.17.q.4.iuncto c.mulieres.de sent. excom.Panor.in c.fi.de iuramen. calum. hoc tenet Alb.in tract.de forma & solen.actus.rub. ex quibus consistant forma & solennitas.fo.27.col. 3.vbi dicit non importari personalitatem,vel industriam,quando dicitur tantum, manibus, vel manu scribæ,vt in concor. ergo per substitutum poterit fieri.vt plenè tradit Barb. in c. 1. nu.25.& seq.de libel.obla.

*Cōpaternitas etiā per procuratorem contrahitur.*

14 Item etiam si in concordato esset propria manu, adhuc posset fieri per alium, per regulam quam tradit Card.in clem.1.de iureiur.vbi dicit, quando actus non est præiudicialis, vel non est electa industria personæ,potest fieri per alium,licet dicatur propriis manibus,Bald.in l.vna.§. ne autem.C.de caduc. tollen.probatur per Felin. in cap.licet ex quadam. col. 2.& sequen. de testim. Item valet actus non seruata forma, quando imminet necessitas.Alex.& Soci.in l.1.ff.de liber.& posthu.Bal.in propriis terminis in rub.C.de fide instr.col.8.nu.23.

*Actus quando per aliū posit fieri.*

Præterea statuto Delphinali cauetur, quòd propria manu debent subsignari literæ à iudice, tamen valebunt si fuerint signatæ à locum tenēte,secundum Guido. in statuto si quis. in verbo propria manu signatas,versicul.sed quid si dictę.

15 Oportebit tamen quòd ille qui sic subscribit,protestetur se facere nomine scribæ.Bart.in l. ad testium.§.si ab ipso.ff.de testa.vbi dicit testem signantem annulo alterius,debere protestari.Ratio est, quia si vteretur signo alterius tanquam proprio,incideret in falsum.l.eos. & l. Cornelia. ff.de fal.§.item lex Cornelia. insti. de publi. iud. moder.in §.possunt.insti.de testa.

*No. tu qui subscribis pro aliquo.*

16 Primò, quæro in qua parte debent signari? Respon.in fi.arg. l. hac consultissima.ibi, finem autem testamenti subscriptiones.C.de test.l.subsignatum.ff.de verbo.sign. Spec. in tit.de instru. edit.in fin.nam scriba subscribere debet nomen suum & cognomē in nominationibus,vt in aliis instrumentis ibidem dicitur, & Guido Papæ in d.verbo propria manu.in prin.Spec.in §.vt autē. versicu.notarius.rub.de sentent.in 2. parte. Paul. in l.cum antiquitas.in fin.C.de testam.Bart. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. circa fin.ff.de eden.licet Bald.in l.non enim aliter.ff. de adopt. dicat non esse determinatum locum à iure, in quo debeat apponi signum notarij. plus dicit in l.ad testium.§.si quis.de testib. ff.de testam. non esse curandum an signum notarij apponatur in principio,vel in fine instrumenti, tamen subscriptio in fine debet poni,& etiam ex consuetudine signum:& ille locus est magis conueniens.Baue. in §.possunt.col.3. & sequen.instit.de testa. & sic de consuetudine seruatur, ita quod si contrà fieret, non valeret instrumentum, nec nominationes. quia minimè mutanda sunt,quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff.de legib.

*Quo in loco debeant nominationes signari & alia scriptura.*

17 Secundò quæro, quid si fuerint duo scribę, an vterque debeat subsignare? Videtur quod sic, quia cum duo notarij,recipiūt vnum instrumentum, non sufficit quod vnus illorum signet, sed requiritur vtriusque signū,nisi instante necessitate.Albe. per illum text. in l.1. ff. de offic. consul. Guido Papæ decis.122.Et quilibet in sua subscri ptione debet facere mentionem alterius.Rebuff. in l.nulli.in fin.C.de nume.& actuar.li.12. quod non seruatur. & talis consuetudo vt instrumentum non prosit,nisi sint duo notarij,valet,vt not. Dec.in c. 2.nu.6. de prob. & quando conficiunt varia instrumenta,neutri creditur,quia sibi inuicem derogant.l.scripturæ.C.de fide instr.sic consuluit Bald.consil.392.in primis. ver. vltimus. Si tamen tempore pestis, vel alterius necessitatis non reperiretnr nisi vnus, ille solus posset conficere instrumentum adhibitis duobus testibus & valebit, non obstante consuetudine contraria. Angel.per illum tex.in §.quod autem.in authen. de non alien.rebus eccle.colla.2.allegat.l. fin. C. de testa. Idem arbitor in nominationibus, quia §.præfati.2.dicit manu scribę.ergo sufficiet vnus, & ita seruat vniuersitas Tholosana,quia quilibet censetur esse datus in solidum, ideo valet sine subscriptione duorum. secus si essent duo collegæ electi.patruus meus in d.l.nulli.Bald. in l. iurisiurandi.col.3.C.de testib. Si tamen ex consuetudine vel statuto requiritur signum scribę & Bidelli generalis in nominationibus,vt apud Bituriges, tunc non valebunt nisi signum vtriusque interuenerit,ita tenet Guido in d.q.122.an instrumentum. Sed hoc est plus quàm sit à concordatis expressum,requirere,& ex causa valet,vt quan doque in vniuersitate Bituricen.dum ibi procisiterer dixi.

*Signum duorum an requiratur.*

*Consuetudo ut duo notarij conficiāt instrumentum valet.*

18 Tertiò quæro, quo signo debeat scriba seu notarius vti in nominationibus? Respon. signo consueto,aliàs si mutauerit signum suum,falsi tenetur.Bal & alij in l. constit.C.& in l. comparationes,col.vlt.C.de fide instr.& c. significauit.de appel.&

*Notarius quo signo uti debet.*

appel.& ibi Peruſ.& alij.Lanfranc.in c.quoniam contra.in verbo inſtrumentorum.col.2.de prob. per l.fi.C.de aſſeſſo.& §.item lex Cornelia.inſti. de pub.iudic.Fel.in c.1.de fide inſtru.Ratio eſt,vt poſtmodum ex iſtis inſtrumentis ad alia fiat facilior comparatio.§.oportet.in auth.de inſtr.cau tel.& fide.colla.6.gl.in d.§.itē lex cornelia. quod rectè fieri non poſſet, ſi diuerſis vteretur ſignis notarius.gl.in §.ſed ſi inſtrumenta.in verbo adiiciatur. d.auth.de inſtru.cautel. & fide. Bauer. in d.§.poſſunt.not.2.inſti.de teſta.

*Nominationes per ſigna incognita non ſignētur.*

19 Ideo vitiarentur nominationes ſi ſcriba vniuerſitatis eas ſignaret per duas literas.vt P.R.volens dicere Petrus Rebuffus,vel per duas ſyllabas incognitas,vel per literas aut notas,quia tales notæ nec literæ ſunt.dicit text. in l. ſed cum patronos.§.fi.ff.de bon.poſſ.& ibi glo. & hoc intellige quando ſcriptura de ſubſtantia erat, vel de forma, alioqui quando eſſent tales literæ, licet non probent,tamen non vitiant, ſed perinde eſt ac ſi ſcriptura earum rerum non eſſet facta.argu.l.1.ff. de iniuſto rupt.l.ſed ſi pupillus.§.proſcribere. de inſtit.act.Bal.& Imol.in l.quoties.§.1.ff.de hęred. inſtit.Alber. Brunus in tract. de forma.Rubr. ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas, verſ. 44. ibi,quædam verò ſunt &c.

*Sigillo vniuerſitatis ſigillari debent nominationes.*

20 Quintò,requiritur quod ſigillo vniuerſitatis ſint ſigillatæ.d.§.præfati.ibi,ſigillo vniuerſitatis,&c.nec valerent,niſi eſſent munitę ſigno ſcribæ, & ſubſcriptione,ac ſigillo vniuerſitatis.Spe. in titu.de inſtrum.edit.§.inſtrumentum ergo publicum.verſ.item quod nō eſt ſignatum, & verſ. item quod non eſt ſigillatum.vbi ſigillum & ſubſcriptionem requiri dicit.idem tenet Guido Papæ.q.175.literæ.& 481.literis.in ſuis deciſ. Bar. in l.ſi procuratorem.ff.de procurato.Doct.c.2.de fide inſtr.Pan.& alij in c.poſt ceſsionē. de probat.

21 Item inſtrumētum ſigillatum ſigillo regio, ſine notarij vel notariorum ſubſcriptione non habet executionem paratam, niſi conſuetudo aliud habeat,vt dico in tract.meo de literis obligatoriis regio ſigillo vel alio authen. ſignatis,artic.1.& ſeq.in 1.tomo conſtitu.regia. vide text. in l.fina.§.ſinautem hi.C. de bonis auctoritate iud. poſſeſſ.

*Literis epiſcoporū an & quando credatur.*

22 Facit quod nec creditur literis epiſcoporū ſigillatis ſine teſtibus & ſubſcriptione notarij,circa prouiſiones factas de beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus,in præiudicium apoſtolicorum impetrantium.Rota deciſ.201.not. quod non creditur.Panorm.& alij in d.ca. poſt ceſsionem.facit tex.in c.cum à nobis.ibi,nec ſcriptum eorum niſi teſtium adminiculo fulciatur de teſt. Quid in aliis caſibus,tradunt doct.in di.&c.poſt ceſsionem.Cal.conſil.vlt.rub.de fide inſtr.& Bal. in conſil.319.ſuper 1.& conſil.ſequen. in 3. volu.

*Quæ in ſigillo requirantur.*

23 Quia impetrantes apoſtolici ſunt ordinariis exoſi.ideo ordinarij facilè vti ſolent antidatis, & ſigillum eorum apponūt ad libitum,teſte Bonif. in cle.vlt.col.fi. de ſenten. excommunicationis. ſcripſi in præfa.ad rub.de collatio.in concord.Et in hoc ſigillo requiritur actus, aptitudo, voluntas & character.Bald.in cap.2.col.3.de fide inſtru mentorum.

*Multiplex eſt ſigillum.*

24 Primò quæro,Quotuplex eſt ſigillum?Reſpondeo,multiplex.quoddam eſt ſigillum auctoritatis,vt ſigillum papę,regis,epiſcoporum,& dominorum temporalium.c.nobiliſsimus.96.& ibi notant.& cle.vna.in fin. de iureiur. Aliud eſt ſolennitatis, vt ſigillum teſtium in teſtamentis. §. poſſunt.inſtit. de teſta. & quod ius ciuile annulum vocat,ius canonicum ſigillum appellat,teſte Innoc.& Imol.in c.2.de fide inſtr.Eſt tamen tex. egregius loquens de ſigillo.in l.videamus. §. qui vinum.ff.locat.& in l.æquiſsimum.§.ſed ſi ædiū. de vſufru.& l.cætera.§. Item hoc prohibetur. de lega.1.Aliud eſt ſigillum teſtimoniale.vt l.ſi qua per calumniam.C.de epiſcopis & cleric.l.Caius. ff.de pigno.actio.vt eſt iſtud quod in nominationibus apponitur,ideo in eis ſolet apponi,in quorum fidem & teſtimonium, &c. Aliud eſt ratificatiuum.l.2.C. de rebus alienis non alienand. & ibi Bal.& in margarita.in verbo ſigillum. quæſt. 2.Aliud ponitur in ſignum conſenſus.c.1.de pro cura. & quando agitur de præiudicio ſigillantis. Bal.in d.c.2.col.3.Aliud ſigillum datur in ſignum confirmationis.c.inter dilectos.§.1. de fide inſtr. Imol.in ca.2. col. pen.de fide inſtru. Alia ſigilla ſcripſi in tract.de literis oblig.in gl.6.in ordi.reg. in 1.tomo.

*Sigillū quid debeat continere.*

25 Secundò quæro, quid debeat continere ſigillum. Reſpon. debet continere quandam impreſsionem.l.1.verſi.ſinautem ſocius. ibi, ſigillo impreſſo.C.de communi ſeruo manu.& ibi Bal. notat illum text. facit l. decernimus. C. de aquæ duct.lib.11.§.ſi pecunia.l.prima.ff.depo.c. inter dilectos.de fide inſtru.c.præſentata.de teſt. gl. in c. nobiliſsimus. 96. diſt. in qua impreſsione debet eſſe imago principis,ſeu rectoris,vel arma regis, aut ſigillantis,vel eius imago,ſeu alicuius ſancti, ſicut in moneta.l.fi.C.de veter.numiſma. poteſt. lib.11.Bal.conſil.376. caſus talis eſt, domini de la ſcala.in 3.vol.

Item debet continere characteres ſeu literas circum,vt ſigillum vniuerſitatis, vel ſigillum regis, vel alias literas aptas & conuenientes ſigillo. tex.in c.ſignificauit.de appel.& ibi.doct.ca. inter dilectos.de fide inſtru. Et ſigilla debent apparere orbita,& characteres.vt in forma.gl.in d.c. inter. in verbo dimidia.& nomen ſigillantis.d.l.decernimus.C.de aquæ ductu.lib.11.ideo ſi quis vellet ſigillare cum re non habente characteres, vel literas legibiles. puta cum corrigia, non poſſet.§. poſſunt.vbi Io.Fab.inſtit.de teſta.l.ad teſtium. §. ſignum.ff.illo tit.

26 Ex quo infertur quòd defectus formæ impreſsionis ſeu characteris impedit rei eſſentiam, vt non valeat actus factus ſine illis,imo defectus vitiat, vtpote ſi figura, ſeu imago amplius non appareat,vel character ſigilli,vt habetur in dicto cap. inter dilectos. vbi ſi ſigillum frangatur pro ea parte,vt non dignoſcatur imago, vel tantum atteratur,vel caſſetur, vt non cognoſcantur literæ,nec cuius ſit ſigillum,non faciet fidem,& vere non eſt ſigillum, propter formæ omiſsionem. Spec.in tit.de inſtr.editio.§.inſtrumentum. verſ. itē quod imago.& in tit.de proc.§.ratione autem formę.verſ.item quod nō ſunt ſigillo &c.Guido

Papæ

Papæ in statuto si quis per literas. in verbo propria manu.vers.sed quid si in,&c.Sequitur Albe. Brunus in tract. de forma & solennitate actus. rub. ex quibus consistant forma & solennitas. vers.48. dicens quando actus requirit sigillationem,tunc sigillum est de forma.Bal.in l.si duos. §.si quis iurauerit. ff. de iureiuran. ideo cum hic sigillum in literis nominationum & gradus requiratur,non valebunt tales literæ non sigillatæ, nec literæ attestatoriæ temporis studij.vt infrà dicetur.

*Sigillo ad nominationes destinato sigillētur.* 27 Tertiò quæro, an sufficiat quocunque sigillo vniuersitatis sigillare nominationes? Resp. non:sed oportet quòd sigillo destinato ad nominationes sigillentur,si aliquid sit: & non valeret si esset sigillum destinatum ad nominationes & gradus,& alio diuerso sigillo sigillarentur, per d. c.significauit.ibi, sigillum capituli ad citationes tantum.de appel.quod est notandum,quia vtendum est qualibet re ad eius vsum destinata.ca.ad nostram.& c.suggestum.de appel.Bald. & Perus. in d.c.significauit.Et per hoc dixi,quod si nominationes consueuerant sigillari magno sigillo,& rector apposuit paruum sigillum, quod non valent per supra adducta. nam sigillum ad vnum actum deputatum, non facit in alio actu fidem, per d.c.significauit.nam limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris.ff. de acqui. rerum do.Aret.in d.c.post cessionem.& Dec.in d.ca.significauit. Imò nominationes redderentur suspectæ,si figura apposita in sigillo esset valde difformis sigillanti,vtpote si episcopus, doctor, vel vniuersitas haberet sigillum,in quo esset impressa figura hominis armati. idem si capitaneus vel miles haberet sigillum in quo est impressa imago doctoris,aut episcopi, nam illud sigillum debet esse, vt in notionem sigillantem deducat. l. stigmata. C. de fabric.lib. 11. hoc tenent expressè Porcus & Bauer.in d.§.possunt.instit.de test.quia nomen rei conueniens esse debet. §. est & aliud. insti.de donat.sic & sigillum.

Si tamen vniuersitas promiscuè vteretur magno & paruo ad nominationes, tunc essent validæ,& sic possent saluari contra opponentē non esse rectè sigillatas,secundum doct.in d. cap. inter dilectos.In Montepessulano sigillantur magno sigillo cum retro impressione minoris.quod si non fiat,non valent, quia ita solitum est fieri, argume.l.certi condictio.§.si nummos.ff. si cert. pet.& ibi Ias. multa ad hanc rem facientia adducit.Et idem fieri cōsuetum in vniuersitate Parisi.

Ideo in nominationibus solet apponi,in quorum omnium fidem & testimonium, sigillum nostrum cōsuetum apponi iussimus,&c.nam in literis debet exprimi ad quid sigillum apponatur.Et si non exprimatur, videtur apponi ad id, quod natura causę desiderat,quia ex natura actus datur intelligi voluntas.l.si stipulatus.ff. de vsur. Bal.in ca.2.col.3.de fide instru.

*Sigillo facultatis nominationes sigillatæ nō valent.* 28 Quartò, quæritur, an valeant nominationes,si sigillo tantum facultatis legalis, vel canonicæ seu theologiæ,sigillentur?Clarum est quod non,quia text.dicit sigillo vniuersitatis,& facultas non est vniuersitas.nam diuersitas nominum inducit diuersitatem rerum.l.si idem.C.de codicil.etiamsi sigillarentur sigillis omnium facultatum & omitteretur sigillum vniuersitatis: quia forma omissa redderet actum nullum.l.1.ff.de li. & posth. Et ista opponi possunt contra nominationes, nec possunt euitari si probētur. Si tamen per inuidiam vel malitiā rector recusaret sigillare nominationes alicuius facultatis,posset instante necessitate facultas suo vti sigillo, per l.1.ff. de offic.consul.& c.si quis propter.de furt.& vt malitiis hominum obuietur.c.sedes.de rescr.

Nec etiam valerent nominationes si sigillo rectoris priuato sigillarentur, cum non sit sigillum vniuersitatis.Ideo hæc qualitas.videlicet vniuersitatis debet interuenire,per ea quę probat Io. Andr.in ca.1.de homicid.lib.6.in nouel.vbi dicit si probatum fuerit aliquem occidisse hominem, qui occidens accusatus fuerat occidisse tāquam assassinus,si illa qualitas non fuerit probata,non debet condemnari.Bar.in l.1.per illum text.ff. ne quid in flu.public.& Bal.in l. si quis non dicam. C.de episc.& cler. Et quando sigillo authentico debent sigillari instrumenta, debet probari illud esse authenticum.Dec.in c. post cessionem. col. 3.de probat.Sic in nominationibus debet probari esse sigillum vniuersitatis.& hoc probabitur, si in nominationibus fuerit expressum, vt solet apponi. In quorum omnium fidem, & testimonium has nostras nominationum literas sigillo vniuersitatis communiri iussimus,&c.Posset tamen probari contrarium, sed esset difficile, & oporteret eas falsas probare,ad quod est ante cogitandum.

29 Quintò, requiritur in nominationibus annus,ad hoc vt antiquior quis sit appareat,qui debet præferri.§.statuimus.de collat.in concord.& infra dicetur.& in instrumentis regulariter requiritur annus, & alia quæ tradit gloss.in l. generali.C.de tabula.lib.10.& docto. in l. si quis ex argentariis.§.si initium.ff.de eden.plenè Barb.in repe.rub.de fide instru. *Annus in nominationibus apponi debet.*

30 Sextò,dies & mensis, vt appareat quo tempore concessæ sint, & an extra tempus permissum. nam de consuetudine non conceduntur extra tempus quadragesimæ, licet nullum tempus sit præstitutum,vt concedantur per concordata,vt supra scripsi q.7.ideo consuetudo, quæ est optima legum interpres, erit attendenda.l.de quibus. cum.l. seq.ff. de legib.ideo poterunt ista opponi contra nominationes: sic data sententiæ in sententiis est scribenda.c. tum ex literis & ibi not.Imol.de restit.in integ. *Dies & mēsis in nominationibus apponi solet.*

31 Alia etiam quæ adhibentur in instrumentis publicis,vtpote locus,& alia tradita per gl.in d.l. generali.C.de tabul.lib.10.ferme solent in nominationibus interuenire,quæ magis per stilum inducuntur, vel per consuetudinem vniuersitatis, quàm scripto possint declarari.

32 Item not.Bal.in rub.C.de fide instru. col. 5. nu. 15. quod ad hoc vt notarius possit conficere instrumentum,requirūtur quatuor. Primò, facti commissio,id est,quòd sit rogatus,vt in auth. de tabel.colla.4.Secundò,rei cognitio,id est,vt qualitatem apprehendat per sensum corporis. Tertio,requi *Quatuor requisita in instrumentis.*

tiò, requiritur iuris permisſio, id eſt, quòd instrumentum conficiatur de permiſsis non de prohibitis. l. iubemus. §. his tabellionibus. C. de ſacroſa. eccl. §. ſcriba. de prohibit. feud. alien. per Federic. Quartò, teſtium præſentia, & rogatio, quę proſequitur Bal. in dicta. rub. ibi videre licet, vt nunc claudam hanc vtilem quæſtionem, & aliam proſequar.

*Vndecima principalis quæſtio.*

*Quæ requirantur in literis certificatoriis temporis ſtudij.*

1 VNdecimò, principaliter quæritur quæ requirantur in literis certificatoriis temporis ſtudij? Reſp. ſcripturam, ſigillum, ſubſcriptionem ſcribæ vniuerſitatis, & illa ſex quæ ſupra in proxima quæſtione dixi in nominationibus requiri, vt eſt tex. in d. §. præfatique graduati, & ſic non valerent atteſtationes quando rector & facultas certificarent, quia non eſt vniuerſitas quæ requiritur, vt ſupra dictum eſt in nominationibus.

*Duo teſtes atteſtari de tempore ſtudij debent.*

2 Item requiritur quod duo teſtes ad minimũ de tẽpore ſtudij atteſtentur vniuerſitati vel facultati, quia vbi numerus teſtium nõ adiicitur, duo ſufficiunt. l. vbi numerus. ff. de teſtibus. c. licet ex quadam. illo tit. vbi dicitur quod vnus non ſufficit etiam ſi præſidiali fulgeret dignitate, quia regulariter non facit plenam fidem l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & nominati & graduati teneantur plenam fidem facere de tempore ſtudij. d. §. pręfati. ibi, fidem facere teneantur, quod non eſſet ſi per vnum tantùm probarent, nec vniuerſitates certificarent quendam ſtuduiſſe, niſi prius audirent teſtes, & ſic vidi ſeruari.

*Probatæ uitæ debent eſſe teſtes de ſtudij tempore deponentes.*

3 Primò, quæro, quales debent eſſe tales teſtes de tempore ſtudij deponentes? Reſpon. probatæ vitæ, & opinionis. cap. licet vniuerſis. cum ſeq. de teſti. l. 3. in princ. ff. e. Ideo ſolent Tholoſates apponere in literis certificatoriis hæc verba, prout nobis fides facta extitit per teſtes fide & teſtimonio dignos. licet hæc non debeant apponi, quia non ſtatur ſcripturę referenti, niſi producatur ea, ad quam fit relatio. tex. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. ideo ſimpliciter vniuerſitates Franciæ certificant quem ſtuduiſſe, nulla habita mentione teſtium, & iſtud eſt tutius. Requiritur etiã quod ſcholares pro ſcholaribus deponant, non faber, vel cerdo: nam quę in ſcholis aguntur, non poſſunt facilè aliter probari, quàm per ſcholaſticos ibidem exiſtentes, ſicut nec illa, quæ fiunt in capitulo poſſunt probari aliter quàm per canonicos. c. veniens 2. in fin. de teſti. Idem de his quæ domi fiunt, dicitur in l. conſenſu. §. ſuper. C. de repud. ſi tamen omnes ſcholares cauſa peſtis, vel belli, ab vniuerſitate diſceſsiſſent, poterit tempus ſtudij probari per bidellum, vel vicinos, qui in dies viderunt illum ſcholarem ingredientem ſcholas: vel per ſuum hoſpitem, in cuius domo habitabat, arg. d. l. conſenſu. §. ſuper. & ibi addidi, vel doctores poterunt concedere literas, ſi notitiam habeant ſcholaſticorum, & Pariſiis quælibet facultas literas concedit certificatorias ſuis ſcholaſticis, ſi ſint matriculæ adſcripti illius facultatis.

*Iurare teſtes & adiũctum debent.*

4 Requiritur etiam quòd illi teſtes ſint iurati, nam teſti non iurato non adhibetur fides. l. iuſiurandi. C. de teſtib. c. tuis, illo titu. etiam ſi fuerit religioſus obſeruantię. c. nuper. de teſtib. etiam ſi eſſet ſanctæ vitæ. Barb. in tract. de præſtan. Car. in 2. q. 2. partis, in fin. Sic vidi iudicari de adiuncto qui datur conſiliario vel alij commiſſario, vt iurare etiam debeat, vt fuit in ſenatu deciſum anno 1534. die 4. Martij, per tex. in l. hac edictali. §. his illud. vbi Sali. C. de ſecun. nup. ſcripſi in tract. de adiunctio. in 2. tomo conſti. reg. *Areſtum.*

Intellige quo ad præſumptionem, quam bene faceret, ſed non probationem plenam regulariter. gl. in c. cum olim 1. de priuil. Iaſ. in repet. l. admonendi. col. 70. nu. 189. ff. de iureiur. Alex. conſ. 131. perſpectis. & conſil. 237. in 6. vol. Ideo ſolet apponi in literis certificatoriis, teſtes iuramento medio examinatos. Si iſta non apponerentur, præſumeretur falſitas contra has literas, maximè apud Tholoſates, & in Montepeſſulano, vbi hoc vtuntur ſtilo: quanuis ſufficiat vniuerſitatem certificare ſtuduiſſe tali tempore, nulla facta mentione teſtium, vt ſupra dixi.

Non poſſum tamen probare, vt literæ certificatoriæ temporis ſtudij concedantur ex ſchedula, ſeu quadã papyro ſcripta nos ſubſignati, &c. quia datur materia falſum fabricandi. nam vnus poterit diuerſis literis illam papyrũ ſignare, vel facere ſignare ab his, qui in doctorum præſentia iurare non auderent, vnde fit, vt is qui nunquam ſtuduit, inueniat ſæpius ſe ſtuduiſſe tanto tempore, quo vult, ob id ſæpius dixi doct. Pariſ. ſed non potui obtinere, hoc tamen eſt dignum reformatione, & non debet concedi tempus ſtudij niſi teſtes à doctore recipiantur, & iurent, deponantque coram illo præſente ſcriba vniuerſitatis, vel bidello facultatis, qui poſtea conficiet ad mandatum doctorum literas.

*An poſſit probari cõtra literas temporis ſtudij.*

5 Secundò quæro, vniuerſitas certificat iſtum Titium ſtuduiſſe per quinquennium, vt facta fides extitit eidem per teſtes, ego volo probare contrarium, videlicet, quòd non ſtuduit quinquennium, & quod teſtes non ſunt fide digni, nec omni exceptione maiores, vt teſtes eſſe debent. gl. in §. item verborum. inſti. de verb. obl. c. 1. de conſang. & affini. an poſsim probare? videtur quod ſic, quia de veritate ſemper debet inquiri, vt fides veri conſtare poſsit. l. 2. & l. non eſt nouũ. C. de eden. Item quando lex vel ſtatutum dicit ſtandum eſſe iuramento alicuius, poterit tamen contrarium probari per legitimas probationes. tex. & ibi Panor. & alij in c. propoſuiſti. de prob. c. continebatur. de deſponſa. impub. Bal. & Sal. in l. 1. C. de reb. cred. Item quando dicit ſtandũ dicto alicuius, intelligitur niſi probetur contrarium. gl. & doct. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. agat.

In contrarium videtur, quia vili ſeruienti creditur in his, quæ eidem commiſſa ſunt ratione officij. cap. quoniam contra. & ibi Lanfranc. & alij, de prob. Bartol. in extrauag. ad reprimen. in verbo per nuncium. quomo. in læſæ maieſtat. crimin. procc. cap. ad audientiam. de præſcrip. Fortius creditur toti vniuerſitati atteſtanti de tempore, quia non eſt verſimile quod vniuerſitas admitteret teſtes viles, & falſum deponentes. Ideo illis debet ſine ſtudio ſtari.

Item

*Literis episcoporũ uniuersitatis & apparitoris creditur.*

Item, creditur literis episcoporum sigillatis, in his quæ ad suum spectant officium cap.post cessionem.de probat. Item creditur literis examinatorum.c.cum secundum. & ibi Cardi. 21. notab.de præb. ergo & fortius vniuersitati credetur,alioqui quotidie sic nominationes impugnarentur,& via fraudibus pateret. contra l. in fundo.ff.de rei vendic.c.sedes.de rescrip.nisi eas literas falsas allegaret & probaret, quòd maximè vitare debet: nisi hoc facilè probare possit, quia difficile cõmissum esse falsum probari potest, & indago acerrima fieri debet ad probandum illud. l. vbi. C. ad leg.Cornel.de falsis. & quando testes hoc modo allegantur in literis, illæ literæ non probant:nisi testes relati producantur auth.si quis in aliquo. C.de eden. quod maximè vitandum est.

*Testes ut debeant deponere.*

6 Tertiò,quæro,quomodo debeant illi testes deponere?Resp.de quinquẽnio vel de triennio in nobilibus,& requiritur quòd sint concordes in tempore,alioqui non probant. Vnde si vnus deponeret de quinquennio, alter de quadriennio, non valerent literæ certificatoriæ nisi in quadriẽnio,quia in alio sunt singulares, qui nõ probant.c.bonæ.in 1.de elect.not.in cap.licet.de probat.l.ob carmen.§.fin.de testib.dixi plenè in tractatu meo de reprobationib. & saluationib. testiũ,in verbo,singulares.Tamen si testes tantùm deponerent de quinquennio, valeret:quia licet non sit dictũ continuum,tamen præsumitur.l.si vsusfructus in biennium.ff.de vsufruct. leg.& l.si cũ Hermes,vbi Bald.C.de locat. vide Alex.in l.si procuratori.in fi.ff.de verb.obli.vbi quãdo fit mentio de tempore, in dubio intelligitur de continuo.not.in l.cum qui calendis.ff. de verb.obli. & sufficit quod maiori parte temporis studuerit.vt tradit Bal.in l.mutianæ.§.1. ff. de condit. & demonst. declaro inter priuilegia scholasticorum quomodo intelligatur.

*Non est necesse de tempore continuò deponere.*

*Tẽpus studij an debeat coniungi.*

7 Quartò,quæro, pone duos deposuisse Titium studuisse per bienniũ, & alios duos deposuisse eundem alio triennio studuisse, an valeat ipsorum depositio? videtur quòd non, quia quinquennium requiritur,& non frustatim, sicut lupus comedit frustatim agnũ.c.1.§. nos sumus.13.q.1.Inn.in c.qualiter.in 2.col.1. de accus. Vnde dicit Bal.in l.obseruare.col.fi. C.quorum appel.non recipiũtur.quòd si statuto caueretur, quod si quis iuerit de tali loco ad talem, pede mulctetur. & duo testes dicunt, quod viderunt ire vsq; ad dimidiam partẽ, alij vsque ad aliam dimidiam,hæ probationes non coniunguntur, nec perfectum accessum probant, nisi deponãt quòd viderint principiũ & finem. sequitur Ias. in repet.l.admonendi.nu.253. cum seq. ff.de iureiur.Refert Catellia.Cotta in 2.parte memora. in verbo,indicia.Ias.consil.25.col.5. in 3.volum. Resp. depositionem testium valere,& coniungentur tẽpora. arg.l.vnicæ. & ibi multa addidi. C.qui numero tutel. plenè Præpos.in c.quorũdam.23.dist.facit quod diuersitas simul quæ iũgi potest,nõ facit testes singulares, vtpote volo probare præscriptionẽ decennalem. probo per duos testes de primo quinquennio, per duos alios de sequẽti quinquennio,optimè probo ex coniunctione testium,ex quo resultat probatio continui tẽporis decennalis ex cõiunctione testificationũ,sic in tẽpore studij. Bal.in l.testium. nu.12.C.de testi.Anch.cõs.276.visa.Nec obstãt suprà in contrariũ adducta,quia debent intelligi in probationibus imperfectis,quæ non coniunguntur.secus quãdo probationes per se sufficienter sunt probatæ,& ita vnumquodque indicium, per se sufficiẽter probatum potest cum altero coniungi.Bald.in l.si quis ex argentariis. §.1.ff.de eden.Barb.in tract.de præstan.Cardi.in 2.q.1.part.col.vlt.Fel.& alij.in c.causam. nota.1. de offic.deleg.Alex.consil.13.ex his. col.vlt.in 1. vol.Cotta vbi suprà in verbo,probationes Hippol.cons.20.digneris.nu.47. cum seq.siue longum tempus intermediũ fuerit,siue breue.cum tex.tantũ requirat quinquenniũ,& eadem ratio militat in eo qui duos annos studuit,anno 1512. vsq; ad decimũquartum, & postea obrutus negotiis intermisit studiũ vsque ad annum 1527. & postea studuit tres annos.dico posse coniungi per supradicta,& infra dicetur.& probãt doctor.per illum text.in c.fin.de success. ab intest. & cap. præterea. de testib.vide Collect.in c. ex parte.de cler. non resid. vbi in pœnis dicit non coniungi, vt si religiosus audiuerit leges per vnum mensem,& postea destiterit,demum audiuerit per alterum mensem, non erit excommunicatus,vt not.in c.non magnopere.& c.super Spec.ne cler.vel monac.quia ibi in odiosis, secus in fauorabilib. pro hoc est text. in l.Paulus.§.fin.ff de libe.cau.vbi seruus, qui continuo triennio seruire debebat, antequam consequeretur libertatem, si fugiat ante triennium completum,& postea reuertatur, & seruiat: dicitur continuò seruisse, & obtinebit libertatem. sic scripsit Ias.in l.si idẽ.nu.7.ff.de iurisd.om.iud.

*Quibus certificatorijs stetur.*

8 Quintò,quæro,quidam habet literas certificatorias temporis studij de triennio, quo studuit Tholosæ,& de biẽnio quo studuit hic Parisiis. In literis tamen gradus dicitur quòd studuit per quinquennium in hac nostra Parisi. vniuersitate, & tamen non studuerat nisi per biennium.Quæritur quibus literis stabitur? Videtur quòd nullis, quia quãdo testes sunt contrarij,omnes repelluntur.l.eos. & ibi Bart.ff. de fals.l.qui falsa.de testib.c.licet.de probat.& scripturæ repugnantes,& contrariæ non probant.l. scripturæ.C.de fide instr.Contrarium dicerem, standum esse,videlicet literis certificatoriis temporis studij, quæ sunt factæ principaliter ad hoc vt certificent: literæ verò gradus,vt probẽt gradum:ergo si incidenter faciant mentionem de tempore studij, non debent derogare alteri instrumento super tẽpore studij confecto,cum prolatum sit enunciatiuè,& sic non probat.l.ex hac.ff.de dona.cle.vna.de proba. & plenè in tit. de subla.cle.literis.in concor. Et istæ literæ gradus debent intelligi secundùm alias literas certificatorias,videlicet.quòd studuit per quinquẽnium in nostra vniuersitate, cõputato tempore quo in altera studuit. & sic partem pro toto sumendo.Et hic error vniuersitatis non debet no-

cere graduato ritè qualificato, quin posit corrigi. arg. l. 1. & per totum. C. de erro. aduoc. & demonstratio falsa, non vitiat. l. demõstratio. ff. de condit. & demõstr. & ibi Bar. & Soc. & fuit hoc à me in palatio sæpe petitum, & ita respondi.

*Vniuersitas nõ tatestatur de tempore studij alterius uniuersitatis.*

9 Sextò, quæro, pone quòd studui triennium Tholosæ, & biennium in Montepessulano, & nominatus sum in Montepessulano, an vniuersitas Montispessulani posit certificare de tempore studij Tholosæ? Videtur quòd sic, quia illud cẽsetur permissum, quod non est prohibitum. l. præcipimus. C. de appel. Item omnia potest vniuersitas, sine quibus nominationes haberi non possent. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi. c. præterea. de offic. deleg.

Itẽ iudex testes alterius prouinciæ audit, etiã de eo quod est in alia prouincia factũ. l. iudices. C. de fide instr. Itẽ cui cõceditur consequens, & antecedẽs, vnde si cui cõcedatur aquæ haustus, videtur esse cõcessum iter ad illum fontem vel puteum. l. 2. §. fi. ff. de seruit. rusti. præd. Pan. in c. cum liberum. col. 2. de sepult. l. olympico. ff. de seruit. vrb. prædio. Sed vniuersitatibus regni est concessum, vt nominationes posint dare, ergo & tempora studij poterunt facere, sine quibus non valerent nominationes.

Veritas in cõtrarium se habet, quia vna vniuersitas non certificat de tẽpore studij alterius. nam confunditur ordo, quando vnicuique sua iurisdictio non seruatur. c. peruenit. 11. q. 1. alioqui præeminentiam & vtilitatem vnius altera vsurparet, quod iure prohibetur, quia quilibet suo debet esse contentus, non aliena quærere. l. fin. C. vnde vi. Nam in his vniuersitatibus Frãciæ scholastici debẽt viginti duos solidos cum dimidio singulis annis suis doctoribus, vnde si quis studuerit quadriennium Paris. & Aureliæ vno anno anno, si postea Aureliç sumat gradũ, vniuersitas metet, quod nõ seminauit, & exiget quinque libras cũ duodecim solidis pro tẽpore studij, licet quatuor libræ cum decẽ solidis sint debitæ vniuersitati Paris. quod non est faciendum, imò soluẽs ei cui non debet, non est liberatus, maximè soluens inuito creditore. l. inuito. C. de solut. l. soluendo. ff. de nego. gest. & l. verò. cum aliis. de solut. Item quis debet habere literas certificatorias ab illa vniuersitate in qua studuit. si ergo studuit in pluribus, à qualibet debet habere literas certificatorias. d. §. præfati. 2. Igitur cũ istud pro forma datũ sit, debet seruari, & eius omisio vitiabit. c. cum dilecta. de rescri.

Item verisimile est quòd tẽpus studij melius poterit probari in loco vbi scholaris studuit, quàm in alio. l. 1. §. 1. ff. de flumi. §. si res. & ibi Aluaro. vlt. not. de pace tenen. & eius violat. c. scriptum. ibi, per Venetias. & ibi expresè Bald. de elect. per l. 2. C. vbi. de ratiocin.

Nec obstat quòd non sit prohibitum, quia imò est prohibitũ in concord. sed non iudicio, ideo conceditur ei. Nec refragatur quòd omnia sunt concessa, sine quibus, &c. Nam vniuersitas potest certificationis literas facere de tempore, quo studuit in eadem vniuersitate, nõ in alia. Et sic illud antecedẽs censetur esse cõcessum qualificatiuè, & per hoc non obstant in cõtrarium adducta, & ita seruatur.

*Nota quãdo una uniuersitas posit de tempore studij alterius attestari.*

10 Fallit quando illa vniuersitas esset vacans ob bellum, vel pestem, vt fuit Papien. tunc credere aliam vniuersitatẽ posse certificare etiam de illo tempore necessitate instante, quę nõ habet legem. l. vna. ff. de offi. consul. alioqui pauper scholaris nõ posset obtinere nominationes, ac ex causa subueniri debet scholaribus. l. 1. ff. ex quibus cau. maior. Et bonum est quòd hoc inseratur in literis temporis studij.

Secundo fallit, quando ab vtraque parte haberet literas studij certificatorias, tunc illa adiectio credo quòd nõ vitiaret, siue habeat ante, siue post, per regulã, vtile. de reg. iur. in 6. Itẽ si studuisset quinquenniũ Tholosæ, & apud Bituriges per annum, non vitiantur literæ, si apponat Biturigibus dummodo habeat literas certificatorias ex vtraque vniuersitate. quod est notandum. per l. testamentum. C. de testamen. vbi superflua non vitiant.

*Generalis attestatio, puta quòd studuit tempus legitimum & statutum, an sufficiat.*

11 Sextò, quæro, vniuersitas exprimit nominatum studuisse per tẽpus præstitutũ requisitum, tam per concordata, quàm per ordinationes, an sufficiat? Videtur quòd non, quia testes nõ possunt deponere per verba iuris. Anchar. cõs. 296. visis, cum multis ibidem adductis. Contrarium dicerem, quia paria sunt dicere certum tempus, vel se referre ad certum. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudic. ideo paria sunt dicere per quinquẽnium, vel per tempus competens & præstitutum, quia concordatum dicit opus esse probare tempus studij, non dicit quinquẽnium, ergo. Item vniuersitas non fungitur vice testium, sed superioris. nam potest esse quod testes deposuerunt de quinquennio, & vniuersitas dicit studuisse per tempus requisitum, & sic non debet scholari esse fraudi. Probatur, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. cum seruus. ff. de verb. oblig. l. si mater. C. de instit. & substi. & in æquipollentibus idem est iudicium. l. mulier. in prin. ff ad Trebell. c. in his. de verb. signific. ista sunt ęquipollentia per tempus requisitum in cõcordatis, vel per quinquẽnium, ergo valebit. ita dixi in palatio. plena manu scribam, si operæpretium fuerit. Poterit vniuersitas etiam ex interuallo declarare intẽtionẽ suam, videlicet, quòd sensit de quinquennio, & istud declaratum habetur, ac si à principio fuisset dictum. Paul. ibi, per illum tex. in l. hęres palam. §. sed si notam. ff. de testa. vbi qui declarat, nil noui dat, quod est verum, nisi ex tali obscuritate redderetur dispositio inutilis, tunc declaratio illius obscuritatis, quæ redderet dispositionem nullam, non poterit fieri, quia qui declarat, censetur de nouo facere, quod nõ esset permissum in præiudicium tertij. gl. & doct. in d. §. sed si notam. Fel. in c. edoceri. col 5. de rescrip. Refert Albert. Brun. in tract. de forma & solennita. actus. fol. 90. col. 3. & seq. & ideo non posset collator postea in sua collatione addere ista verba tanquam graduato, per supradicta.

*An tempus quo quis fi*

12 Octauò, quæro, nominatus studuit Auenione, vel in Italia triennium, & Valentiæ per

bien

*duit extra regnũ poßit cõiungi cum eo quo studuit in regno.*

biennium, vult nominari Valentiæ, quæro an illud tempus, quo studuit Auenione, & sic extra regnum ei suffragetur? Videtur quòd non, quia sicut vniuersitas Auenionen. non potest concedere nominationes, ita nec literas temporis studij, quia prohibito vno, videtur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. l. oratio. ff. de sponsa. dixi in repetit. cap. postulastis. in princ. de cler. excom. minist. Contrariũ videtur: nam omnes vniuersitates tã regni, quàm extra regnum possunt certificare de studio sui scholaris. l. nemini. §. 1. C. de aduoc. diuer. iudic. Et licet plus sit concessum vniuersitatibus regni, videlicet nominare, aliis tamen non est detractũ, quo minus posint de tempore deponere, vt in d. §. 1. dicitur. Iurisperitos etiã doctores eorum iubemus iuratos sub gestorum testificatione depromere esse eũ qui postea subrogari voluerit, peritia iuris instructũ. Nec obstat quod prohibito vno, &c. quia vniuersitatibus extra regnũ non est prohibitum nominare, nam eis nunquã fuit concessum, sed est de nouo cõcessum vniuersitatibus regni nominare, & ob illam concessionem non videtur prohibitum aliis vniuersitatibus non cõcedere tẽpus, quo quis ibi studuerit, & certificare, & hoc videtur conueniens cõcordato, in quo sufficit certificari studuisse in vniuersitate famosa & priuilegiata. Sic excluditur is, q̃ studuit domi, vel ruri, vbi nulla erat vniuersitas. c. tuæ. de cleri. nõ resid. Et sic posui cõclusionem, q̃ nominato tempus studij ex vniuersitate etiam extra regnũ habitum, prodest. vide tamen quæ dixi suprà quæst. 10. num. 6. vbi dixi certificari posse quoad priuilegia iuris, sed non quoad priuilegia concordatorum. Si tamen in forma authen. concederetur, arbitror in practica & in forensi iudicio, etiam quoad concordata tempus studij prodesse posse, quia praxis supradictas subtilitates non recipit quoad tempus studij, de gradu autem nil vidi decisum contra prædicta.

*Conclusio.*

*Studiũ medicinæ an possit coniungi cũ studio legum.*

13 Nonò, dubitari vidi in Montepessulano, quidam studuit in medicina per bienniũ, postea conuolauit ad secunda vota, videlicet ad ius ciuile, vel cõtra, in quo studuit triẽnium, sumpsit nominationes, an ei suffragari posint? Breui videtur quòd sic, inspiciendo rationem cõcordati, quæ est vt ecclesia viros habeat literatos, & de eisdem ecclesiis prouideatur. sed hic qui studuit in medicina, est literatus, ergo eidem potuit prouideri in nominationibus.

Secundò, hoc probatur in concordato. in §. tempus. vbi computatur tempus quo quis studuit in artibus à logicalibus inclusiuè, fortius computabitur illud tempus quod consumpsit in medicina, & vtrunque cõiungetur ad quinquennium peragendum, & istud videtur æquũ, licet contraria opinio posset tueri, quam probaui suprà q. 5. Etiam concordatum vult, vt studium medicinæ prosit. in §. præterea. de collat. in concord. si separatim prosit, ergo & cum alio coniunctum, nec est diuersa ratio, & hoc est tenendum.

*Studiũ domi factũ an cõputetur.*

14 Decimò, quid si biẽnium domi studuerit, vbi nulla erat vniuersitas, & trienniũ in vniuersitate, an posit nominationes habere? Resp. nõ. quia studens extra vniuersitatem, non gaudet priuilegiis. c. tuæ. de cler. non resid. doct. in auth. habita. C. ne filius pro patre. & ibi dixi. item cõcordatum dicit in vniuersitate, ergo studendo domi, non est studere in vniuersitate, imò sufficeret studere in vniuersitate non famosa, vbi nullæ essent lectiones, vt in quibusdam contingit vniuersitatibus, vt dixi in d. §. præterea. & in priuilegiis scholarium.

*Tẽpus lecturæ, an cõputari poßit.*

15 Vndecimò, quæro, studuit quis Tholosæ triennio, & postea legit bienniũ, an tempus quo legit, debeat eidem computari? Videtur quòd non, quia tex. dicit, studuit, non dicit, legit, quod dixisset, si voluisset. cap. ad audientiam. de deci. Alibi dicitur, Multo tempore disce, quæ postmodum doceas. c. sic viue. 16. quęst. 1. alioqui culpandus est, si dux esse voluit, qui tyro adhuc esse non meruerat: & docere, qui discere debebat. c. si officia. 59. dist. ideo dicit tex. in c. qualis. 8 q. 1. Qualis erit ædificatio discipuli, si intelligat magistro se esse maiorem? & ibi dicit glo. quòd quidã discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedrã, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt aliis authores ruinæ. cap. quoniam, 48. dist. Præterea culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. Regula, culpa. de reg. iur. in 6. ergo ex sua culpa non debent lucrum sentire. Et contra illos qui nimis festinant ad legendum in illa facultate, in qua non audiuerũt, vel parum, clamat gl. in d. c. qualis. 8. q. 1. & ibi not.

Contrarium teneo, quia concordatum concedit illi, qui studuit quinquennium, vt posit nominationes sumere. sed is qui legit, dicitur studere. l. vna. C. de excu. artifi. li. 10. vbi gl. dicit,

*Discere si quæris, doceas, sic ipse doceris.*

& alibi traduntur alij versus,

*Versus.*

*Condita decrescit, vulgata scientia crescit,*
*Crescit & augetur, minuitur si retinetur.*

Alber. & moder. in §. nos verò. in proœm. ff. Ideo dicitur quod Bar. legendo & docendo optimus factus est. Bal. in l. 1. col. 8. nu. 39. C. qui accu. nõ poss. ideo sunt qui legunt, vt discant. Pan. in c. 1. de fer. Et hic non est culpandus, quia omne artificium per exercitium recipit incrementum. l. seruis legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3.

Item vbi est verisimile quod statuens in casu omisso statuisset id quod statuit in casu expresso, si de eo cogitasset, tunc casus omissus habetur pro expresso. text. iuris melior. in l. mulier. 1. in prin. ff. ad Trebel. & ibi moder. Aquen. gl. sing. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. sed si conditores fuissent interrogati de hoc casu, sic respondissent, ergo & nos respondebimus.

*Legentes dicuntur studere.*

Præterea appellatione studentium veniunt legentes, & comprehenduntur etiam propriè, quia legens intendit studio. §. illud. in proœmio ff. & hoc in fauorabilibus sicut hic, & inspiciendo menten conditorũ. Anton. Pan. & alij in proœ. decre. & in c. nõ magnopere. ne cler. vel monach. nã verbũ studere, est indifferẽs ad docendũ, & audiendum, seu discendũ: & determinatur & specificatur secundum materiam

cui adiungitur, vt Barba.not.in addit.ad Pan.in procem.decret.in verbo, studium.

*Magistro artium regenti, an illud tempus computetur.*

16 Duodecimò, quidā studuit in artibus per trienniū cum dimidio, & effectus est magister artiū, postea rexit in artibus per biennium, docēdo pueros, an illud tempus debeat eidem cōputari? Videtur quòd sic, vt proximè dixi, quia docens gaudet eodem priuilegio quo discens.

Præterea erat pauper, qui non valebat cōuolare ad altiorem facultatem sine libris, nam dicitur, Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. & sine libris non poterat fieri doctior, vel in altera facultate altiori studere. l.penul.ff.ad exhib. Et ratione necessitatis hoc debet ei permitti, vt pleraque alia, quæ not.doct.in l.vna.ff.de offi.consul. Gerard.sing. vlt. Resp.si docuerit à logicalibus suprà, vel in altiori facultate, tum quia humi non repit, sed ascendit ad altiorē scientiam, & mens cōcordatorum est, vt ad altiora hos in artibus studentes pelliciat, cum sint semper circa infima soliti residere, tunc gauderent nominationibus, & illud tempus computaretur, alioqui dicerem quod non prætextu defectus concedentis, arg.ca.cuide non sacerdotalib. de preb.li.6.& quia Rom. pontifex non erat eius intentionis.c. cum in illis. in princ.illo tit. Postquam ergo non intendit priuilegium concedere discentibus artes à logicalibus infrà, ergo nec docentibus, cum ista sint correlatiua, & vno prohibito, & alterum censetur etiam prohibitum.l.2. C.de indict.viduit.alioqui omnes sic docerent, & sub spe modici lucri non ascenderent ad altiorem facultatem theologiæ, vel aliam. & quia docēdo etiam videntur studere, vt proximè dixi. & si studerēt grammaticæ, non gauderent hoc priuilegio, sic quando regunt. Non obstat ratio paupertatis, quia difficultas non excusat.l.cōtinuus.§.illud. ff.de verb.obligat.nam alternis horis docere, & aliis horis in altiori facultate discere poterit, & sic suis necessitatibus succurrere. nam quidam philosophi laborabāt interdiu, noctu verò studebant, vt postea possent viuere. Textor in sua officina testis est. Et pro hac parte interuenit arrestum ad vtilitatem magistri Michaëlis Bellenger, contra magistrum Ioannē de l'Espine, qui sic rexerat, licet vniuersitas Paris.iuncta cū isto Ioanne de l'Espine, plures rationes deduxisset, tamen curia minimè habuit respectum ad dicta per vniuersitatem. & fuerunt hæc prolata anno 1537. die 18. Maij.

*Arrestum.*

*Matricula an attestari debeat.*

17 Vltimò requiritur, quòd certificatoriæ literæ, certificēt de matricula: quia scholaris non matriculatus nō gaudet priuilegiis scholarium. l.si duas.§.decet.ff.de excus.tut.l.matriculam. & ibi patruus meus Rebuff. C. de agentib.in reb. lib.12. Bauer.in §.sed hactenus.col.2.instit.de testa.mili.glos.2.§.item quod ad dictas.in verbo, vniuersitates.de colla.in prag.

Sic miles nō descriptus in matricula militū, nō gaudet priuilegiis militū.l.ex eo. ff. de testa. milit.l.scriniarios.C.eo.gl.in rub.inst.eo.& in l. eos.C.de offi.magist.mil.sing.secūdùm Barb.in procem.cle.in verbo, salutem.col.1. in 2.lectura.

18 Ita nec ciuis gaudet priuilegiis ciuitatis, nisi sit in libris ciuitatis descriptus, nec consul creari debet, seu scabinus aut capitularius, vel ad aliud officium ciuitatis vocari. Lucas de Pen.in l.vna. C.nō licere habitatoribus metroco.lib.10.quod obseruatur Tholosæ, vt licet videre in consuetud. Tholosan.rub.de elect.c.Tholosæ.art.2. & Caturci, vt vidi ibidem, dum illic doctor regēs eram, & ibidem iura tam ciuilia, quàm canonica profitebar.

19 Item tabellio nō descriptus in aliorum libro, non potest suum officium exercere, sed loco priuatæ personæ habetur. Bald. in d.l. ex eo. Porcus & Baue.in rub.instit.de testa.milit.

20 Idē in aduocato disponitur in l.iubemus. C.de aduoc. diuers.iud. quod bene seruatur in hac suprema curia. Sic non debet gaudere nominationibus, qui non est in matricula descriptus, & à die matriculæ oportet quòd studuerit quinquenniū. & hoc seruat egregia Mōtispessulani vniuersitas. Hodie parū momenti habetur hæc matricula, adeo quòd si probetur aliquem quinquennium studuisse sine matricula, sufficit vel ante vel post, cū in concordato non exprimatur, sed tantū tēpus studij, ergo sine ea valet studium, & sic seruat sacratissimus iste Senatus.

*Literæ non designantes tempus, an ualeant.*

21 Postremò quæro, quid si in literis certificatoriis dicatur quempiam studuisse quinque annis, non exprimēdo à tali tempore, vsque ad tale, an valeat? videtur quòd non, per ea quę firmat Bart.in l.Celsus.ff.de vsucap.in fi.vbi dicit, quòd si testes deponant Titiū possedisse decem annos, non probant præscriptionem, quia vnus potuit deponere de vno tēpore, alter de altero, & nisi testes de eodem tēpore certo & limitato deponant, dicuntur singulares. & sic non probant.c.licet.de prob.gl.in l.ob carmen.§.fin.ff.de testi.Bal.in l.fi.15.oppos. C.de edict. diui Adria. tol.Aret.consil.122.in præsenti.col.2.Fel.in cap. inter.col.3.de fide instru. Imò plus dicit Bart. & alij post eum in d.l. Celsus.quod si testes dicāt, quod Titius possedit istis decem annis proximis, non probant, quia possent intelligi, etiam si vna die dicti temporis possedisset, ideo debet dicere, quod possedit à decem annis citra, & per ipsum tempus.

In cōtrarium inclino, quòd sufficiat vniuersitatem attestari studuisse per quinquennium, tum quod in §.præterea. de collat.in concord. sufficit aliquem studuisse quinquennium, non dicit ante gradum vel post, vt ibi dixi.ergo sufficit quod ante nominationes studuerit, & perfecerit illud quinquenniū. Nec debemus requirere vltra quàm concordatū requirat, & onerare graduatos, vt probēt de proximo quinquēnio, vel de remoto, cum ad id nos non astringat cōcordatum, sufficit igitur nominato probare se studuisse ante nominationes quinquennium, quandocunq; fuerit, non requiro aliā expressionē extra tex.nam in dubio debemus cōcludere, quòd actus valeat potius, quàm pereat. l.quoties.ff.de reb.dub.& fauere graduatis, & intellectū fauorē regni & graduatorū respiciētem recipere, vt non semel dixi in procemio cōcord.

Nec

Nec refragantur iura suprà adducta,quia intelliguntur de præscriptione probanda per testes, hic agitur de tempore iam probato vniuersitati: longa est differentia inter probationem probādam,& probatā:nā vniuersitati datū est attestari de studio sui scholaris,quod nō certificaret vniuersitas,nisi sic esset,ergo non potest reprobari. arg.l.cum precibus.C.de prob.nisi de falso velis agere,quod est periculosum.Imò quando tēpus est simpliciter insertum, videlicet,certificamus Titiū studuisse per quinquenniū, & vltra, non datur tāta materia aduersariis calumniādi tempus:nam quidam suapte natura maligni intendunt probare scholasticum tali tēpore fuisse in tali loco, quod potuit esse,quia fortè tēpore vacationum iuit ad patriam causa quęrendi pecunias, vt postea in hyeme melius studeret, & ob hoc non tollitur quinquēnium,vt inter priuilegia scholarium, priuileg. 23. plenè scripsi in repet.auth.habita.C.ne filius pro patre.Non tamen valeret tempus studij,si diceret studuit per quinque annos seu circa,quia tempus debet esse completum.§.præterea.de collat.in concord. & tamen illa dictio,circa,est ambigua.glo.& doct. in c.cōtinebatur.& in c.attestationes. de despōsa. impub. scripsi in verbo,circa.in tract. de reprob. testium & salua. & ita fuit iudicatum in hoc Senatu,nec etiā valeret, si diceret studuisse per quatuor annos,& vltra,per text. in c.literæ. de dilatio.quia tempus quinquennij expressum & completum esse debet. vide Paul. consil. 26. certum est.col.2.in 1.vol.

*Nō ualet tēpus studij, si dicatur studuit per quinque annos,seu circa.*

*Duodecima principalis quæstio.*

*Que requirātur in nobilibus.*

1 DVodecimò,principaliter quæro,quæ requirātur in nobilibus? Resp.nō omnia quæ in ignobilibus,imò in multis defertur nobilibus. Primò in tempore , vt post triennium gradum baccalaureatus iuris canonici,aut ciuilis , & nominationes assumere possint. §. præterea.§.cum verò.de collat.in concord.

*Ratio cur nobilibus defertur.*

2 Primò, quæro,quæ sit ratio cur citeriori & breuiori tēpore nobiles possint assumere prædictū gradum quàm alij ? Resp.ratio vulgo iactatur , quia in nobilibus non requiritur tanta scientia, sicut in ignobilibus,cum nolint viuere ex scientia,vt dicūt,sicut procuratores & aduocati faciunt.Barb.cons.34.præclarè.col.18.& cōs. seq.sapienter.col.2.in 2.volu. dicit in nobilibus non requiri tantam scientiam,sicut in ignobilibus , quia sola gloria & nobilitas reddunt eos satis elatos.vnde dicit glo.sing.in cle.2. in verb. excedunt de magistris. quod nobilitas supplet defectū scientiæ. & derisiue loquitur secundùm Card.ibi.Ego verò rationē assignarē,quia conditores voluerunt fauere nobilibus.Et istud est priuilegium nobiliū,vltra quinquaginta sex tradita per Bonū de Curtili, in tract.nobilita.in 5. parte.per totum.& hoc probatur in §. cū verò. de collat. suprà, ibi,vt nobiles gaudere possint beneficio minoris tēporis,ergo hoc datur eis in beneficium & priuilegium,hoc statuerūt cōditores,vt nobiles alliciant ad studium,quod suapte natura contemptui multi habent.

Nempe hi nobiles electi fuerunt, vt custodirēt patriam,& plebem,ob id tot priuilegiis honestati sunt,vt videmus.

3 Aliam rationem assignant quidam,dicentes nobiles habere melius ingeniū. ideo breui addiscere possunt , & citius quàm alij. Nam nobiles bonas escas, vtpote perdices, fasianos , & alias id genus carnes comedunt, quæ generant bonum sanguinem & intellectum, vt dicit Rasis ad Almansor.& not.Platea.in l.1. C.de erogat. milit. anno. lib.12. Rustici verò vescuntur caseo,fabis,& cepis.glo.in l.seruis vrbanis. ff.de legat.3. Ergo breuiori tempore, si velint studere , poterunt nobiles esse perfecti & docti in scientiis , quàm alij , & etiam quia ferè semper nobiles habent præceptores,ideo breuiori tempore possunt addiscere, & vti diplomate, vt de Barb.dicitur in l.continuus.§.1.ff.de verb.oblig. Sed hanc rationē vidi reprobari, tum quòd filij diuitum comedunt aliquando meliores escas, quàm nobiles pauperes,& habent præceptores sicut nobiles,ideo hoc priuilegium deberet illis impartiri,si supra dictam rationē sequaris. ideo tene rationem quam supra dedi, vel meliorem assignes. Tamen requiritur quòd sit nobilis ex vtroque parente.d.§.tempus. quod potest probari in c.venerabilis. ibi, ab vtroque parente illustrem. de præb. hic non apponitur illud verbum,prag.& ordin.videlicet ex antiquo genere.

*Cibus nobilium perdices,rusticorū uerò fabæ.*

4 Et an in hoc tex.sufficiat noua nobilitas,cōcludit D.Probus, quòd nō in c.nullus,de elect. in 6 in Ioan.Monac.addi.vbi vide fusius.tamen ego teneo contrarium in §.cum verò.in glo.ex vtroque.suprà, de collat.licet quanto plus veterascit,tanto nobilior habetur.l.tam dementis.& auth.seq.C.de episc.audien.Bonus de Curtili in d tracta.nobili.in 3.parte. ideo affixi conclusionē hanc,Nobilibus tamen ante quinquennium nominationes frustra conceduntur, intellige quando non est nobilis ex vtroque parente.

*Conclusio. Nobilibus ante quinquenniū nominationes frustra dantur.*

5 Quæret quis,quomodo potest dici nobilis ex vtroque parente ? cum nobilitas non causetur ex parte matris.l.nullus.in 2. C.de decur. gl. de collat. in pragm.in §.insuper.in verbo,vtroque. dicit impropriè dici nobiles ex vtroque parente , cum ad hoc sequantur conditionem patris , non matris , licet ex hoc quòd mater sit nobilis , magis honestentur. hæc ille. Attamen ego puto etiā dici propriè nobiles ex vtroque parente,quando tam pater,quàm mater est nobilis,per tex.in d.c.venerabilis. ibi ab vtroq; parente illustrem,de præb.& Oseæ 9.c.Gloria eorum à partu,ab vtero, & à conceptu. vnde dicit Bal.in d.l.fin.C.de seruit.fugit. quod loquendo simpliciter & præcisè, non dicitur quis nobilis respectu matris, sed bene secundum quid, quia omne compositum participat de forma & materia,ideo natus ex vtroque nobili, poterit dici nobilis ex vtroq;. sic concludit Bonus de Curtil.in d.tracta.nobilita.in 4.parte,nume.29. alioqui sequeretur,quòd par esset is,qui nasceretur ex patre nobili,& ( vt vulgò dicitur) ex villana, illi qui nasceretur ex patre nobili , & ex matre etiam nobili, quod non videtur verum. Nam

*Nobilis ex utroq; quomodo dicatur, & reprehenditur glo.prag.*

duo vincula sunt vno fortiora. c. vno. de treuga & pace.

*Mulieres an sint nobiles.*

6 Item sequeretur quòd nulla mulier esset nobilis, quod esset peccatum à mulieribus irremissibile, sic tenere, sicut dicitur de peccato cõtra sanctum spiritum, vt habetur in Euangelio. Et quod mulieres sint nobiles, donec nubant ignobilibus, est tex. in l. fœminæ. ff. de senatorib. ibi, Parentes verò, donec plebeis nuptiis fuerint copulatæ, clarissimam dignitatem tribuunt. Ergo si fuerint copulatæ clarissimis, & nobilib. sunt nobiles. facit text. in l. 1. ibi, clarissimis nupseritis, claritatem generis retinetis. C. de digni. lib. 2. Postquam ergo sunt nobiles, si nubant nobilib. nobilitatem filiis suis dare possunt. facit text. sumendo ibi comparatiuè, in l. 1. ibi, maior est dignitas ex sexu virili. ff. de senator. Et magis decorus redditur filius ex matris nobilitate. teste Francisco Mingon in consuet. Andeg. rub. *des douaires*. art. 300. num. 11.

*Nobilis ex matre an aliquis dici poßit.*

7 Nec obstat, quòd hactenus doct. tenuerunt nullum dici nobilem ex parte matris, verum esse dico ex sola matre, quia postquam nupsit plebeio, perdidit nobilitatem. d. l. fœminæ. quam non potest dare, cùm non habeat, quia nõ dat, quod non habet. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. & priuatio præsupponit habitum. l. decem. ff. de verb. obli. §. seruus. insti. de cap. dimi. & loquitur tex. in d. l. nullus. 2. ibi, nullus solius materni sanguinis vinculis illigetur, sed quando nupsit nobili, non perdit, ergo natus ex illis dicetur etiam propriè ex vtroque parente nobilis, & ita debet intelligi, quicquid doctores hactenus tenuerint.

*Consuetudo an valeat ut quis ex parte matris sit nobilis.*

8 Imò nõ valere statutũ nec consuetudinẽ, vt quis ex parte solius matris sit nobilis, tenet Bar. in d. l. exẽplo. C. de dec. lib. 10. & ibi hoc sequũtur patruus meus & de Platea. quòd reprobat Fely. in c. super eo. col. 2. de testi. & in c. nouit. de iudi. & ibi Dec. & in reg. fœminæ. ff. de reg. iur. & Bened. in repet. c. Raynutius. in princ. de test. Bon. de Curti. in tract. nobilita. in 4. parte. col. 6. nu. 28. Chassa. in catalo. gloriæ mundi. in 8. cõsideratione octauæ partis. Ego tamen sustineo opin. Bar. quòd non possit cõsuetudo facere, vt quis sit nobilis ex matre, quia nõ ex ante fieret, sed bene potest cõsuetudo facere aliquẽ nobilem, etiã si pater non sit nobilis, si tamen mater sit nobilis: non tamẽ facit eum nobilẽ, ex matre, sed consuetudo eum facit nobilem, quod potest facere, & sic doct. hactenus satis perperã intellexerũt, etiam Curt. in repet. c. fi. col. 16. vers. 7. infertur. de consuet. vbi dicit valere consuetudinem, cum sit iuris positiui. & statutum valere firmat Dec. in c. nouit. 6. not. de iudic. attamen intellige, vt dixi, quia si faceret nobilem ex parte matris, esset quædam contrarietas, videlicet, quod ex ignobili quis esset nobilis, quod non potest esse. & ita conciliabuntur iura. Notẽt nobiles, quia non viderũt iura sic intellecta, & hic germanus videtur intellectus, & dic quod omnibus nobilibus nobilior est sapientia. c. 7. Sap.

*Cõciliantur opiniones à Bar. dißidẽtes nouusq; datur intellectus.*

*Beneficia villæ muratæ an debeãtur tantùm nobilibus.*

9 Item quæro, an hæc temporis abbreuiatio cõcessa nobilibus quo ad gradũ & nominationes, procedat quo ad ecclesiã villę muratæ? Nam omnes qui studuerint per trienniũ in theologia, vel in altero iure, deficiẽtibus graduatis sunt capaces illorũ beneficiorũ. §. statuimus. de colla. in cõcord. nõ exprimit de nobilibus. quid iuris? & videtur quòd tantùm nobiles possint habere beneficia villarũ muratarũ. quia statuẽdo triennium videtur se ad eos retulisse, qui per triennium sunt capaces. Cõtrarium credo verius, & & arbitror hunc text. generaliter loquentẽ, generaliter debere intelligi. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de public. in rem act. Itẽ hæc temporis abbreuiatio fit tãtùm quo ad gradum & nominationes, ergo in illis tantùm intelligetur, quia priuilegia nõ sunt extendenda, sed strictè interpretãda. Fel. & alij per illum tex. in c. causam. de rescri. c. olim. de verb. sign. Bart. & alij in regu. beneficium. de constit. prin. Præterea nobiles in casibus tantùm à iure expressis sunt priuilegiati, vt suprà dixi. & hìc non inuenitur expressus, ergo iure aliorũ vtentur. nam in §. præterea, exprimit tãtùm in baccalaureis iuris canonici, & ciuilis, ergo ad alios casus non extendetur. Nec obstat, quòd se referat ad tempus triennij, ergo ad personas. nõ sequitur, quia ex diuersis non fit bona illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & separatorum separata est ratio. l. fin. ff. de calum.

*Nobiles luxuriosi & superbi.*

10 Imò dicebãt quidã nobiles nõ esse capaces ecclesiarũ parochialium villarũ muratarũ, cum sint superbi, luxuriosi, gulosi, & inimici popularium, ergo eorum rectores esse non debent. Bal. in l. per adoptionem. ff. de adopt. Benedict. in repet. c. Raynutius. in princ. de testa. tamen in contrariũ est tex. in l. 1. ibi, nobilis prudẽs, &c. C. de conditis in publi. horreis. lib. 10. vbi nobiles debent ad officia eligi. nec obstat quòd in villis muratis debẽt esse periti, qui illos doceant, arg. c. statutum. de rescri. in 6. Respon. nobiles etiam sunt magis capaces, quàm ruricolæ. l. scire. ff. de excus. tut. nec refragatur quod nobiles cõmuniter nõ sunt docti, vt dixi suprà. Resp. quod imò sunt docti, sicut alij: ideo docti admitti debent, ignari non, & quandoque nobiles sunt aliis ignobilibus doctiores, vt vidi in multis.

*Tempus an sit abbreuiatũ in omnibus gradibus iurium.*

11 Quæro, an hæc tẽporis abbreuiatio procedat in nobilibus quo ad alios gradus, vt in quinto anno possint gradum licentiæ & doctoratus adipisci. Videtur quòd non, tum quia hic non est expressum, tum etiam quia qualitas in vno posita, in alio non debet repeti. l. doli clausula. & ibi Bart. ff. de verb. oblig. & dispensatio in vno, non extẽditur ad aliud, nec priuilegium. c. 1. de filiis presby. lib. 6. & quia duo specialia non debent concurrere, in idem. l. 1. C. de dot. promiss. & hoc reperi tenere D. Probum in addit. ad Io. Monach. in c. vno. de æta. & quali. in 6. qui idem repet. in addit. ad prag. in §. insuper. in verb. nobiles. de collat. quãuis non respondeat his, quæ hic scripsimus. Contrarium de iure videtur verius per illam regulam, quando duo se habent inuicem gradatim, ita quod vnum cõmensuratur alteri, tunc facta mutatione in vno, censetur etiam facta & in altero: vtpote determinatũ est certum

certum tempus ordini subdiaconatus, & aliud tempus ordini diaconatus, & certum tēpus ordini presbyteratus. nunc si fiat mutatio in vno, etiā in aliis facta videtur. gl. in cle. generalem. de æta. & quali. Ant. in c. fi. de consuet. Lanfranc. in tract. de interpreta. statut. 8. conclus. interpreta. extensiue. Idem ergo erit in hoc casu. nam certum tempus, videlicet quinquēnium est præstitutū baccalaureis vtriusque iuris. Certū tempus, videlicet biēnium post gradū est concessum licentiatis & doctoribus iurium. nunc fit mutatio temporis in nobilibus in vno gradu, videlicet in baccalaureatu, vt, videlicet triennio cōpleto possint promoueri. ergo etiam poterunt post bienniū ad gradum licentiæ doctoratus aspirare per illam regulā iam dictam. & hoc sequitur D. Chassa. in 17. conclus. in fi. consuet. Burg. glo. & doct. in l. illud. C. de sacrosanct. ecclesi. vbi de iure antiquo licebat donare certam quātitatem laico sine insinuatione, & duplum ecclesiæ, & nunc lex noua auget donationem quę fit laico, & statuit vsque ad quingentos solidos posse donari sine insinuatione. sic etiam ampliabitur summa quæ donari potest ecclesiæ. Hoc sequitur Io. Crotus in repet. l. omnes. in interpre. exten. concl. 13. ff. de iust. & iur. Barb. in cle. 1. col. 52. versic. 22. de elect. Nec debent esse deterioris cōditionis nobiles quàm alij, qui post biēnium à gradu baccalaureatus licen. gradū sumere possunt. nam quod fauore illorū introductum est, non debet in illorū odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. Item, hoc est introductum in priuilegium nobilium. §. cum verò. de colla. ibi, vt nobiles gaudere possint beneficio minoris tēporis studij, sed si oporteret expectare vsque ad septennium in licentia, non vteretur beneficio minoris temporis quàm alij, & sic nullum ferè consequerentur priuilegium, quod esset contra concordata.

Præterea, quando lex prouidet aliquibus in plus, vt nobilibus, & aliis in minus, vt ignobilibus per nomina respectiua, tunc eo ipso quod augetur vel minuitur in persona vnius, fiet etiā augmētum vel diminutio in persona alterius. l. si ita. in princ. ff. de liber. & posthu. l. clemens. de hæred. insti. Bart. in d. l. fi. & quia etiam studium legale perficitur quinquēnio, in proœ. ff. §. duabus. glo. in c. cum ex eo. de elect. in 6.

Nec obstant in contrarium adducta, quia conditores exprimendo vnum gradum, satis expresserunt alium per supradicta. & dispositio ad consecutiua necessaria extenditur. gl. sing. in c. quia in tantùm. de præb. & gl. in c. non potest. illo tit. glo. in c. si quis in clero. 7. q. 1. nec repetetur qualitas in alio, sed in eodem, vt patet, quod non est prohibitum: imò priuilegium, licet sit strictè intelligendum, tamen quando vnū venit consecutiuè ad alterum, & est connexum, tunc immutatio in vno, etiā ex iure stricto ad aliud extenditur. Verba sunt Imol. in d. cle. fin. de æta. col. 3. nu. 9. qui allegat cap. translato. & ibi not. de cōstit. & prouidendo de primo gradu, tacitè videtur prouidisse de aliis, c. cum nostris. & ibi Panor. 1. not. iuncto c. nulla, de concess. præb.

12 Quæro, an hæc temporis abbreuiatio procedat in aliis facultatibus? Videtur quòd sic, saltem in theologia, quæ alias scientias excedit, vt infrà dicam, & est nobilior, ideo magis debet esse priuilegiata. *Abbreuiatio tēporis data nobilib. an procedat in alijs facultatibus.*

Contrarium teneo, quia in d. §. tempus, sic dicitur, in quibus baccalaureis iuris canonici, aut ciuilis, si ex vtroque parente nobiles fuerint, triennium esse decernimus. en ergo quòd tēpus tantùm abbreuiatur in iure canonico & ciuili, secus in aliis facultatibus, quia lex suū aliis denegauit auxilium, vt dicit in simili glo. in l. siue apud. C. de transact. & in l. 1. si aduersus vend. Et ideo licet in aliquib. sit magis priuilegiata theologia, non tamen in hoc casu, quia hic nō exprimitur, & priuilegia non debēt extēdi, vt not. in c. causam. de rescr. & l. fi. ff. de constit. princ.

13 Aduertendum est tamen, quia aliquis non debet admitti vt nobilis, nisi probet se talem. l. nō ignorat. C. qui accus. non poss. & vbicūque aliqua priuilegia conceduntur actui vel personæ, oportet primò constare illum actum factum fuisse, vel illam personam esse. l. diuus. ff. de testa. milit. vbi testamentis militum cōcessa sunt priuilegia, tamen constare debet à milite factum esse. §. planè. institu. de testa. milit. Vnde dicit ibi Platea. & moder. quòd si causa mercantiæ debeat tractari summariè, debet prius constare eam esse talē, & causa prouisionalis debet mitti executioni, non obstātibus oppositionibus vel appellationibus, vt est cernere in ordinationibus regiis, rub. *des sentences executoires.* & ibi dixi. debet tamen prius constare esse prouisionalem. Et si quæstio inter consanguineos est compromittenda, debet constare eos esse cōsanguineos. Bal. consil. 362. multum. in 2. vol. Ias. in l. non solùm. §. sciendum. ff. de oper. noui nunc. & in l. si quando. C. vnde vi. Vnde alleganti se nobilem, incumbit onus probandi. §. si miles. & ibi Cardin. de pace tenen. argu. l. verius. ff. de probat. l. actor. C. illo tit. Bonus de Curti. in tract. nobilitatis. in 6. parte. in prin. Et hoc voluit Bal. in §. si rusticus. de pace tenen. & eius viol. Nempe vsurpans sibi indebitum honorē & dignitatem, sacrilegij pœnā incurrit. Bart. in l. 1. C. vt dignit. ord. seruet. lib. 12. asserēs se doctorem, cum non sit, pœna falsi coërcetur. Bart. in l. eos. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de fals. Petr. Anchar. in c. vt apostolicæ. de priuil. in 6. & infamis efficitur. Rebuf. in l. vna. col. 1. C. de profes. qui in vrb. Constan. comit. meruer. lib. 12. mentiens se clericum, cum non sit, punitur pœna extraordinaria officio iudicis relinquēda. Bal. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccl. si tamen fecerit actus clericales. falsi pœna punitur, vt not. Bon. de Curt. vbi suprà. quod est notandum contra asserentes se nobiles, vt pœna falsi puniri possint, si aliquos actus nobilium fecerint, alioqui arbitrio iudicis. Fel. in c. tertio loco. col. 1. de probat. vide glo. in c. nullus presbyt. de consecr. dist. 1. *Nobilitatē probare oportet.* 14 *Mentiens se clericum uel doctorem quomodo puniri debeat.*

15 Imprimis videndum est quot testes requirantur ad probationem nobilitatis? Resp. quatuor. §. cum verò. de collat. in concord. licet in ordina. regiis Ludouici duodecimi, publicatis

anno 1512. sufficerent tres. Et quales testes dic vt suprà dixi in probatione temporis studij, & in d. ordinat. dicitur, *personnes dignes de foy.*

16 Secundò, requiritur vt testes deponentes de nobilitate in iudicio deponãt, in d. §. cum verò, quia propter calorem iudicij omnis dispositio fortificatur. text. singu. & ibi Bart. in l. rura. C. de omni agro desert. lib. 11. secundũ Corset. in sing. incip. confessio. in 5. vbi si rem meam confiteor in iudicio esse tuam, mihi præiudico.

*In iudicio deponũt testes de nobilitate.*

17 Sic confessio in iudicio facta, valet, etiam sine causa, quæ extra iudiciũ non valeret. gl. solennis in l. 1. §. fi. ff. de interrog. act. glo. in l. sicut. C. de repud. hær. facit l. cùm ostẽdimus. §. fi. ff. de fideiuss. minor. Hippol. in rub. C. de prob. fol. 12. col. 4. versic. intellige etiam prædicta. vbi dicit, quòd si actus requirat subscriptionem duorum notariorũ, vt hic Parisiis, sufficiet si ille actus in iudicio fiat, & conscribatur apud acta. quod est notandum. Dec. in c. sicut. & ibi addidi. col. §. de prob. & contra mandatum factũ apud acta, non potest aliquid opponi. Ang. in §. si autem. col. 2. instit. de satisda. per tex. in l. 1. C. de satisda. Ideo consulit quòd facias procuratorẽ tuum coram iudice sedente pro tribunali, & præsente aduersario tuo, quia postea nil poterit opponi. Septem effectus iudicij tradit Ias. in l. pacta nouissima, in 4. notab. C. de pact. & Guido Papæ in sing. 342. pactum nudum.

*Nota quãtũ prosit aliquid apud acta fieri.*

18 Ex quo infertur quòd siue fiat hæc probatio in iudicio plenario, siue summario quòd valebit. cum tex. tantùm requirat vt fiat in iudicio. & de his iudiciis vide Alex. & Ias. in rub. C. de iudic. moder. in decret. in exordio tit.

Secundò, infertur quòd nõ valeret hæc probatio nobilitatis, si fieret extra iudicium, domi, vel alibi, sicut renunciatio iuris de futuro extra iudicium facta, non valet. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæred. & l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de leg. 2. Tamen in iudicio valet gl. in l. 1. ff. de curat. bonis dando. gl. vlt. in l. in pluriũ. ff. acquir. hæred. Bart. & alij in l. 1. & l. postquã. C. de pact. Ias. in d. l. siue apud acta. sequitur Bened. in repet. c. Raynutius, in verbo, si absque. 2. de fidei. substitu. nume. 116. de testa. vide tex. in l. eum pro quo. ff. de in ius voc.

Tertiò, infertur quòd valet hæc probatio, siue fiat parte vocata, siue non: dum tamen modo in iudicio fiat, vt patet in tex. d. §. cum verò. ibi, etiam in partis absentia.

Quartò, infertur quòd illis diebus quibus iudicia non exercẽtur, vtpote diebus festis, non posset fieri hæc examinatio, quia prohibito iudicio censetur prohibitum quod in eo fit. not. in l. 2. ff. iurisdict. omn. iud. per illum tex.

19 Tertiò, requiritur quòd fiat coram iudice ordinario loci, in quo natus est ille, de cuius nobilitate cõstare debet. §. cũ verò. de coll. in cõcor.

*Corã iudice ordinario probatur nobilitas.*

Primò quero, corã quo iudice? Videtur quòd corã iudice ecclesiastico, cũ sit loci ordinarius. c. quãquam, ibi, ordinario loci. de vsur. in 6. c. ordinarij locorũ. de offi. ordi. ibid. c. post cessionẽ. de prob. c. 1. de relig. domi. lib. 6. cum aliis simil.

*Corã iudice ecclesiastico non potest probari nobilitas.*

Contrarium arbitror verius, videlicet, vt fieri debeat corã iudice seculari ordinario illius loci in quo natus est ille, de cuius nobilitate tractatur. & hoc declaratur in ordinatio. Reg. rub. *des graduez simples*, artic. 11. ibi, *Deuant noz iuges ordinaires.* Ecclesiastici non sunt ordinarij iudices Regis, ergo coram illis non debet fieri hæc probatio nobilitatis, tum quòd insinuationes testamentorum coram seculari fieri debent. l. repetita. C. de episco. & cler. l. consulta diualia. de testa. Aufrer. in tracta. de potesta. seculari super eccles. & perso. in 2. regu. Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 420. & seq. de testa. tum etiam quia Roman. pontifex constituit protectorem, defensorem, ac executorem Regẽ Frãciæ, vt licet videre in rub. de protecto. concord. ergo suis iudicibus videtur etiam cõmisisse, cum hæc potius concernant seculares, quàm ecclesiam.

20 Et quia dominus loci dicitur princeps secularis nõ episcopus, vt dicit Helias Raynier. in c. cum episcopus. de offic. ordi. lib. 6. dicens episcopos malè vocari dominos talis loci, sed bene episcopos illius loci. facit tex. in c. esto subiectus. 95. dist. ibi, episcopi sacerdotes sciãt se esse, non dominos, &c. licet in cõtrarium inualuerit cõsuetudo, vt episcopi loci in quo præsunt, domini dicantur, cuius meminit de Bellamera cõsil. 3. circa. col. 2. & quando verbum, ordinarius, profertur à Papa, intelligitur de episcopo: & ita intelligitur rub. de offi. ord. quãdo à rege, de ordinario regis. Soc. in c. nullus, de foro compet. col. 2. vbi dicit appellatione iudicum venire seculares, per illum tex. maximè quando materia subiecta patitur, vt hic, quia ecclesiastici potius dicuntur prælati vel officiales quàm iudices, & hoc ex communi vsu, qui attendi debet, vt habetur in proœ. decre.

*Episcopi nõ debẽt vocari domini locorum.*

21 Secundò quæritur, quid si sint duo iudices ordinarij, vel plures, coram quo debet fieri ista probatio nobilitatis? Resp. scholaris poterit eligere quem velit. arg. auth. habita. C. ne filius pro patre. ibi, quando quis habet plures iudices potest eligere. gl. in l. fi. C. vbi in rem actio exerceri debeat. quod est verum, quando erant duo iudices, inter quos erat locus præuentioni. l. si quis postea. ff. de iudi. secus si vnus post alterum deberet adiri, quia tunc coram primo fieri deberet. not. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. & c. non potest. de præb. in 6.

*Quãdo sunt duo uel plures iudices, eligit scholaris.*

22 Tertiò, quid si vnus est tantũ ordinarius, qui vult delegare causam alicui, an possit? Videtur quòd sic, tũ quia hæc non sunt indelegabilia, ideo poterũt cõmitti. auth. apud. C. de fide instru. tum qui mandatã iurisdictionẽ suscepit, nihil proprium habet, sed eius qui mãdauit, iurisdictione vtitur. l. 1. §. fi. ff. de offi. eius. & quia in locum iudicis ordinarij subrogatur, videtur fieri potestate ordinaria. arg. l. filia. §. 1. ff. de cond. & demonst. Bal. in l. apertissimi. C. de iud. D. Ioan. Saynxon. in ordin. Turon. art 10. in fine.

*Ordinarius causam delegat.*

Nec refragatur §. cum verò. dum dicit coram ordinario loci fieri debere. nam licet fiat coram delegato ordinarij, cum delegatus nil proprium habeat,

habeat.vt dixi,non minus dicetur fieri ab ordinario,& ita in hoc resideo.

Idem putarem si fieret hęc probatio in iudicio coram aduocato antiquiore,qui in Francia solet sedere pro iudice ordinario,vt vidi sępius in Castelleto Paris.

*Corã cõmissario non fit probatio nobilitatis.*

23 Quartò , an valeat probatio nobilitatis facta coram loci commissario deputato ad recipiendos testes?Resp.non,quia cõmissarius non est loci ordinarius,quod requiritur in d.§.cum verò.& quia nõ potest fieri in iudicio per commissarium,vt requirit cõcordatum:sed oportet quòd fiat coram iudice ordinario,& commissarius non est ordinarius, nec iudex:ideo coram eo facta attestatio nobilitatis, non valet quo ad hoc, nec facta coram duobus notariis, aut aliàs quàm hic sit expressum.

*Corã arbitro non fit probatio nobilitatis.*

24 Quintò quæro , an valeat coram arbitro? Videtur quòd sic, quia quandoque arbiter vocatur iudex.l.si ab arbitro.ff.qui satisdá. cogant. cum multis similibus.

Mihi videtur non valere , quia non censetur facta in iudicio , prout requiritur , & hoc dicit Petr.& Cyn.in l.vna.q.5. C.de confes.& in l.1. de arbit.vbi dicunt quòd licet cõfessio facta in iudicio valeat,etiam sine causa.gl.sing.in l.1.§.fi. ff.de interrog.act.& suprà dixi.tamen quãdo fit coram arbitro,non valet, quia non cẽsetur esse facta in iudicio , sed extra iudicium. sic consuluit Alex.cons.13.ex his quæ,in col.3.in 1.vol. & consil.19.in his.col.3.in 4.vol.

Item non dicitur ordinarius loci arbiter , & probatio nobilitatis debet fieri coram ordinario loci.vt d.§.cum verò.ergo,&c.

Quæro,quid si pater nominati vel graduati, vel frater est iudex ordinarius loci , vel dominus,& habet suum iudicem, an poterit fieri coram isto ? videtur quòd non , per l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdi.omn.iud.& C.ne quis in sua causa iudicet.contrariũ videtur verius, quia ista est iurisdictio quasi voluntaria,quæ etiam inter suos potest exerceri,vt ibidem dicitur.& in l. si consul,& seq.ff.de adopt.& etiam propter calorem iudicij,vt dixi suprà.& quia publicè fit, nõ pręsumitur fraus.l.non existimo.ff.de administ. tut.& istam opinio. pro vera amplectitur egregius ille consul D.Arnol.Ferron.in cõment.ad consuetud.Burdegal.§.2.in fi.rubr.1.

*Rege mortuo , an iudex probationem nobilitatis admittat.*

25 Sextò quæro, an rege mortuo possit seneschalus vel alius regis iudex ante confirmationem hanc probationem nobilitatis admittere? Videtur quòd non, quia mãdatum videtur expirasse morte mandantis.l.mandatũ. C. manda. Ego teneo contrariũ,per ea quæ not.in l.hactenus.ff.de cõsti.pecu.& l.si quis.§.si impubes. de instit.& ita tenet expresè Iaco. de Bellouisu,in sua pract.rubri.de sentent.crimin.in fi.vbi dicit hæc scripsisse,cum erat iudex Arelaten.Item sicut sedes Apostolica non moritur , in c. si gratiosè.de rescrip.in 6. ita nec sedes regalis Franciæ,& etiam quia officia à rege habita sunt perpetua ad vitam recipientis.

*Rex an cõfirmare officia teneatur.*

26 Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo,duas habens filias,nume.38. & sequen.testam. vbi dicit quòd nouus rex semper consueuit confirmare officia habentibus ea, nisi fuisset causa legitima destituendi:& tunc ante nouam institutionem exercere possunt , & continuare pristinam iurisdictionem,donec nouiter creati aduenerint,& in prouincia habitauerint, instar proconsulis.l.meminisse.ff.de offi.proconsul.

*Officia quæ emanant ab illis qui sunt de sanguine regio , sunt perpetua.*

27 Itẽ quia decet à principe cõcessũ beneficiũ esse mãsurũ.reg. decet.de reg.iur.in 6. Et nedũ illa quæ à rege vel regina emanant officia sunt perpetua , sed etiam ex consuetudine illa quæ dantur ab his qui sunt de sanguine regio,& ita seruatur, & posset illorũ officialis petere se manu teneri,si destitueretur,vt sępius seruatũ extitit in hoc regno. Et sic extra mortem, renũciationem,& delictum destitui nõ solent,& in lingua occitana & in Delphinatu sunt priuilegia, quod officiales , nisi in tribus casibus prædictis reuocari non possint,vt asserit Francisc. Marc. in decis. Delphin.q.19. partis 2.hodie est figura histeron proteron,alia conticeo,dicens nunc ô tempora,ô mores,ô homines maligni.

Item qui est institutus ab habẽte potestatem, à rege institutus esse censetur.l.item eorum. §.1. ibi,parui enim refert,an ipse ordo elegerit,an is cui ordo negociũ dedit. ff.quod cuiusque vniuersit.nomin.

*Testes quãdo debeant super nobilitate deponere.*

28 Septimò quæro,quomodo debeant testes deponere super ista nobilitate?Bart.& alij in l.1. C.de dignit.lib.12.circa fin.multa dicit.Ego verò paucis expedio sic:primò,quòd ille testis qui deponit de nobilitate,debet deponere, quòd ille scholaris est nobilis,& pro ratione debet dicere , se cognouisse patrem,auum , & maiores eius omnes nobiles , & nobiliter viuentes , qui pro talibus se tenebant,& reputabant,nobilium actus,mores,status,& conditiones facientes,gerentes,& exercentes, & pro talibus sunt habiti, & reputati inter omnes de eisdem cognitionem habentes, & hoc probatur ex his que not. Innocent.& alij in c.de multa. de præbend. vbi dicit illam dici dignitatem , quæ pro dignitate in illa ecclesia reputatur, vel in illo loco.not. in cap.1.de consuetud.lib. 6.cap. cum accesissent. de constitut.& habetur 1.ad Corinth.4.cap.Vos nobiles , nos autem ignobiles vsque ad hanc horam.Ioan. Raynaud.in comprehenso. feud. in tracta.nobilitat.quæstio.8.facit text.in cap.licet ex quadam.ibi pro consanguineis se habere. de testibus.

Potest etiã testis addere,quod non extat memoria in cõtrariũ,quòd parentes,& eius maiores sũt habiti & reputati nobiles,& hoc propter ordina.Lud.12.rub.*des graduez simples*.art.2.& 3. quæ dicit requiri nobilitatem ex antiquo genere. Et quia illud tempus de cuius initio memoria non extat,obtinet vim priuilegij.c.super quibusdam.§.pręterea.de verb.sign. l.hoc iure. §.ductus aquæ. ff.de aqua quotid. & æsti. Et vicem legis obtinet vetustas. l. 1. §. fin. ff.de aqua pluuia arcen.

Item potest testis dicere , quòd ille scholaris est natus de tali domo de Claromonte , ergo est nobilis , & etiam est pro nobili habitus,

& reput

& reputatus,& adhuc habetur.Socin.conf.246. eleganter.col.1.in 2.vol. vbi dicit non sufficere, si dicat de tali nobili domo esse natum, nisi addat, & pro nobili reputatur, quia potest esse à nobili natus, & tamen non est tāquam nobilis à populo acceptus.facit quod not.Bar.in l.1. C. de testa.Bonus de Curtili in tract.nobilita.in 6. parte.vbi vide latius.

Præterea ad probandum quem esse in possessione officij,non sufficit probare quòd se gerat pro tali, quia fortè non reputatur talis, nec est re vera. ideo oportet probare quòd se gessit & gerit pro tali,& ab aliis tenetur & reputatur, per ea quæ not.Innoc.in c.fina.de eo qui furtiuè ordines recepit. Imol.in cap.in nostra. col.1. de procurat.

*Pro consuetudine ut natus ex matre nobili sit nobilis.*

29 Octauò, quæro, stante tali consuetudine, quòd natus ex matre nobili, sit nobilis, testes deponunt coram ordinario loci talem N. scholarem nobilem, & pro ratione dicunt, cognouisse patre & matrem istius nobiles,& nobiliter viuentes.Insuper dicunt cognouisse auiam,hoc est matrē patris nobilem.& sic ex consuetudine partus erat nobilis. & etiam dicunt cognouisse patrem matris nobilem, & nobiliter viuentem, ac pro tali reputatum,& se tenentē,& gerentem pro nobili. an valeat hæc attestatio? Videtur quòd nō,quia probatio quæ nō necessariò cōcludit,nō valet.l.neque natales.& l.ad probationem.C.de prob.c.in pręsentia.illo tit.sed deponendo cognouisse patrem matris nobilem,non concludit matrem fuisse nobilem,cum consuetudo faciat nobilem ex parte matris, quia semper certa est.l.quia.ff.de in ius voc.

In contrarium videtur attestatos rectè fuisse de nobilitate, cum dicāt patrem & matrem nobiles,& in hoc cōueniant, ergo scholaris ex eis natus est nobilis. arg.l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

Nec obstat quòd deponant de patre, qui nil ex consuetudine facit ad nobilitatem,quia esto sanè,tamē satis probata est nobilitas, postquam probatur patrem & matrem nobiles.& concordatum non adstringit probare nobilitatem ex antiquo genere,ergo hæc sufficiet. si tamen requireretur probatio antiquæ nobilitatis, tunc crederem non sufficere has dispositiones. Alia scribam, si operæpretium fuerit. nam ista quæstio mihi fuit in palatio petita: & ex tempore ista scripsi.

30 Item requiritur quòd depositiones illorum testium registrentur, seu describantur per iudices,seu scribam illorum,quos Galli dicunt graferios.sic dicitur in d.ordi.art.11.ibi,*Et d'icelle affirmation sera faict registre par nosdicts iuges ordinaires,ou leurs greffiers.*

*Monachus tanquam nobilis nominationes impetrat.*

31 Vltimò,quidam religiosus vult tanquā nobilis impetrare nominationes, opponitur contra eum quod non est nobilis, tum quia nobilitas perditur per ingressum religionis.gl.vlt. in c.1.de purga.cano.& c.vlt.de sta.monac.quas sequitur Rom.sing.37.vtrum nobilis.gl.in c.scripsi.27.q.2.dicit,primo quoque tēpore quo quis efficitur monachus,desinit esse rex,vel imperator,vel episcopus. per c.hoc nequaquam.7.q.1. gl.in verb.comite.20.q.3. tū quia censetur mortuus.c.placuit.2.in 16.q.1.no.in auth.ingressi. C. de sacrosanct.eccl.Fel.in c.inter dilectos.col.2. de fide instrum.

Cōtrarium teneo, quia ius sanguinis est immutabile. l.ius agnationis. ff.de pact. l.iura sanguinis.de reg.iur. & sic fuit decisum per Rotā, vt refert Rom. sing.37.ideo ipsi religiosi ferunt testimonia.c.nuper.de testi.iurādo ad pectus de consuetudine,teste Guid.decis.615.religiosi.

Item possunt religiosi obtinere beneficia regularia,vt nemini non patet.clem.ne in agro. §. cæterum.cum aliis similibus.de statu monac.c. cum singula. de præb. in 6. Et si quis impetret beneficia illorum per annum possessa,debet exprimere eorum nobilitatem,quod non fieret,si eam perdidissent,alioqui non valet impetratio. reg. cancellar.32. Si tamen nobilis impetret rescriptum apostolicum, non solet dici nobilis, nec nobilitas generis pro eo exprimitur. sed in prosecutione ponitur,qui (vt asseris) de nobili genere, &c. procreatus existis, Prouinciale, fol.62.versic.nullus.

Nec obstant suprà adducta:quia intelligūtur quo ad Deum.Hierony.in epist.ad Cellantiam: Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas,nec obscuriores quasque & humiliore loco natas te inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed animas respicit singulorū. sequitur Corset. in tract.de potesta.reg.q.29.col.vlt.& in repet.c. grandi.nu.21.de supplen.negl.prælat. lib. 6. Benedict.in repet.c.Raynutius.in verbo,& vxorē. nu.210.& seq.de testa.

*Monachus perdit nobilitatem quo ad spiritualia.*

Facit quod in simili dicit Fely. in c.cum deputati.col.1.de iudic.vbi dicit per ingressum religionis perdi irregularitatem quo ad actus spirituales,secus in temporalibus.per glos.ibi,ergo etiam quo ad actus spirituales nobilitas perdetur. quia repugnaret statui monachorum perfectorū,nec esset secundùm Lucam,quòd vnus alio diceretur nobilior in monasterio, & quo ad diuinum seruitium nobilis diceret missam maiorem,& omnes alios præcederet.hæc sustulit Christus,dum dicit Marc.10.cap. & Luc. 22. cap. Qui maior est in vobis,fiat sicut minor:& qui præcessor est, sicut ministrator, &c. ergo si loquamur in aliis actibus, nobiles per ingressum religionis cōsequuntur priuilegia, quæ citat Fel.in d.cap.cum deputati. & alia priuilegia aliorum nobilium. alioqui si nobiles ingrediētes religionem non possent obtinere nominationes,essent deterioris conditionis, quàm alij non nobiles:quod non est dicendum. Imol. §. volumus.de collat.in concord.dicens, Regularia regularibus, intelligitur etiam de religiosis nobilibus nominatis. Vide nouem ex quibus causatur nobilitas, per Lucam de Penna in l. mulieres.col.1.& seq.C.de dignit.lib.12.vbi latè prosequitur.

32 Postremò, quidam nobilis studuit triennio in artibus, vel in theologia, aut medicina, an posit suas nominationes habere? Videtur quòd

quòd sic, quia triennium in nobilibus sufficit. Contrarium est verum. nam triẽnium est præstitutum tantùm baccalaureis iuris canonici, & ciuilis.secus in aliis,vt §.præterea. ibi,in quibus baccalaureis iuris canonici aut ciuilis triẽnium esse decernimus.de collat.in concorda. secus in aliis facultatibus.

33 Idem dicerem si studuerit biennium in artibus,& annum in altero iure,vt non possit obtinere nominationes,quia postquã dicit triennium,intelligitur completum in iure canonico, vel ciuili.glo.in reg.cancella. Iulij secundi in 4. parte.& superius dixi.

34 Quid in legitimato, an his gaudeat prærogatiuis? videtur quòd sic,quia nihil à legitimis differt.§.& quoniã.& §.illud. in auth. quib. mod.natu.efficiun.sui.collat.7.& §.oportet.ibidem.& hoc expressè in prærogatiua regulæ cãcellar. tenuit de Vbald. in tracta. de successio. ab intesta.in vlti.modo legitimandi. facit quod not.Bald.in l.fin.C.de his qui veniam ętatis impe.& ibi Angel.& l.2.C.de iure aureo. annulo. Contrarium tamen videtur, quia non sunt nobiles.c.si gens Anglorum. 56. distinct. l.vna. C. de mulier. quæ propriis seruis se iunxerunt. Item legitimatus non habet ius primogenituræ,vt plenè tradit egregius Senator Dom. Io.le Cirier, in suo tracta. de iure primogenit. lib.1. quæst.13.doct.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff. de liber.& posthu.Dec.consil.258.in casu.Curt. in consil.74.super memorata.col.2. & plenissimè Albert.Brun.in tracta.de statu.excludentib. fœmin.q.4.arti. per quos poteris decidere hanc quæstionem,si ea indigeas,videto illos.

*Decimatertia quæstio principalis.*

Collatores an sint uocandi quãdo nominationes conceduntur.

1 DEcimotertiò,principaliter quæritur,an illi quibus dirigũtur nominationes,sint vocandi,quando conceduntur,vel quando audiuntur testes tam pro tẽpore studij,quàm nobilitatis? Videtur quòd sic, quia omnis cuius interest, vel interesse potest, est vocandus antequam actus fiat,alioqui actus nõ valebit. l. nam ita.ff. de adopt.l.de vnoquoque.de re iud. Sed collatores possunt lædi, quia perdunt fructum collationis liberę,quam collationẽ liberam habent.glo.in c.relatum.de præb.& c.quanuis.illo tit.lib.6.& dicitur fructus illa collatio,per gl. in c.cum olim.de maior.& obed.

Collatores nominatos nolunt uidere.

2 Imò audeo dicere, quòd collatores gratius intuerentur fulgura extra illos cadentia, quàm nominatos, nisi aliquos suos propitios habeãt, qui polliceantur eisdem reddere beneficia illis collata,sicut de auaris dicit tex.in c. sicut hi.47. dist.& quidam episcopus mihi retulit nominatum nunquam habuisse beneficium ab eo,nec à prædecessore.Crede mihi,res est iniuriosa sibi. Tu tamen nobilis ac doctissimè pręsul,eis prouides,foues,& diligis, ignarósque profligas, vt fieri debet.

Secũdò facit c.licet episcopus.de præb.lib.6. c.inter quatuor.de maior.

Tertiò,quando producuntur testes cõtra aliquem,debet is citari, alioqui non valet productio.l.si quando.C.de testibus.cap.2.illo tit.

Contrariũ deciditur.nam quando Papa cõcedit beneficia ecclesiastica, vel scribit vt alicui conferantur,nullus citatur. cap.cum secundùm apostolum de præb.not.in c.dudũ.de præsump. & c.cum olim.de re iudic.Alber.in d.l.nam ita. col. vlt. Sic ergo est dicendum,quando concedũtur nominationes ab vniuersitatibus,vt nulli collatores sint vocandi.

Examinatio an fieri possit absente eo cuius interest.

3 Item, quando fit examinatio super idoneitate nominati,vel alterius, potest fieri in absentia.Inn.sing.in c.fina. in fi.de translat.episco.vbi dicit, si mandatur alicui vt prouideat Petro, si est idoneus:executor nõ debet vocare aliquem ad opponendum, si velit eum dicere non idoneum, sed examinabit an sit idoneus, vel non, antequã prouideat,absente eo cui dirigitur mãdatũ.idem tenuit glo.sing.in cle.1.de offi.deleg. & ibi Card.col.3.& cons.132.archipresbyter.col. vlti. sufficit enim in his extraiudicialibus probationem concludere soli examinatori. videlicet vniuersitati. not.Bald.in l.neque natales. in fi.C.de probat.& in l.fin.colum. 2.vnde legiti. Alexan.consil.218.visis verbis. col.2. in 2.volu. quod est repetitum consil. 45. visis verbis.in 6. vol.Panor.& alij in c.2.de testi. Felyn.in c.fina. col.6.de præsumpt.Rota decis.297.purificatio. & decis. 443.fuit dubitatum.in nouis. & decis. 134. not. quod vbi.in antiquis.Vitalis in tracta. clausula.in clausula,si ita tibi constiterit. fol. 15. cum sequen. Hippolyt. in l.de vno.4.fallen. ff. de re iudic.

Ad hæc si scholaris aut alius acceperit equũ locatum, & is fortuitu moriatur, poterit facere examinari testes de casu illo, & illæ attestationes etiam parte absente factæ, facient fidem coram iudice competente. Barto.& patruus meus Rebuffus in l.2. C. de naufrag. lib. 11. per illum text.& l.scire.§.sufficit.ff.de excusa.tutor. Corset.in sing.incipien.testis in loco,quod est sing. notandum.

No.tu scholaris.

4 Insuper quo ad nobilitatem decisum est in dict. §. cum verò. ibi, etiam in partis absentia probari possit. Sed in alio nobilis grauatur, vt quatuor testes debeat adhibere, & si in aliis actibus communius sufficiant duo. l. vbi. ff. de testib. & duo de patris nobilitate, alij duo de matris, vel promiscuè deponent. vbi dixi in d. §.cum verò.

Sine citatione impetrantur rescripta,ac beneficia conferuntur.

5 Item in impetratione rescriptorum,priuilegiorum,indulgentiarum,&aliarum concessionum,non est necesse citari aliquem quãdo conceduntur,vt latè explicant Panor.Felyn. & alij in c.cum olim.de re iudic.&c.causam.de rescri. vt dixi in praxi.benefic.

Vacãs beneficiũ confertur sine uocatione.

6 Poterit etiam ordinarius collator conferre beneficium vacans non facta alicuius vocatione.cap.de multa.de præbend. cap.cum ecclesia. de elect.not.glo.in cap.fin.de electio.in 6.ita in propriis terminis tenuit Anto.Nicellus in concordantia 52. fallen. 85. vbi fusius tradit. ibi videre licet.

Superest insinuationum materiam explicare, vt sequitur.

Decima

*Decimaquarta quæstio principalis.*

*De insinuationibus nominationũ, & aliarum hic plenè traditur.*

DEcimoquartò, principaliter quæritur de insinuationibus nominationum.

Et primò, quid sit insinuatio, dicitur infrà n.1.

Secundò, cur insinuationes inuẽtę sint, nu.2.

Tertiò, quo tempore nominationes insinuentur, nu.5.

Quartò, intra quod tempus debeãt insinuari num.20.

Quintò, quo in loco debeãt insinuari, n.24.

Sextò, quæ debent insinuari, & quæ in insinuationibus requirantur, nu.31.

Septimò, quomodo debent nominationes insinuari, & gradus, ac aliæ literæ, nu.48.

Octauò, quibus præsentibus insinuandum sit, num.56.

Nonò, quibus nominationes insinuentur, num.58.

Decimò, per quos fiat insinuatio, nu.92.

Vndecimò, quoties insinuentur, nu.115.

Duodecimò, an collatoribus scientibus insinuentur, num.117.

Decimotertiò, an insinuans debeat literas, quas insinuat, aperire. nu.120.

Vltimò, quomodo puniantur non insinuantes, num.124.

Et super qualibet quæstione tangentur obiter aliæ illi conuenientes.

*Quid sit insinuatio.*

1 Primæ quæstioni, quid sit insinuatio, respõdet Lucas de Pen. in l.2. in fi. C. de petitio. bon. subla. lib.10. sic, quòd insinuatio est alicuius scripturæ editio. hec tamen est nimis generalis quo ad materiã nostram, ideo Ant. de Cana. in tract. de insinuat. q.1. sic diffinit. Insinuatio est donationis pręexistentis in scripturã redactæ, eodem tẽpore, vel diuerso apud competẽtem iudicem facta publicatio. sed non deseruit proposito nostro, cum tantũ donationis insinuationẽ deffinire velit, de qua in l. sancimus. C. de donat. & in ordi. reg. rub. *que toutes donations serõt insinuees,* art.1. vbi scripsi in 2. tomo ad constit. reg. Ego verò quantum ad præsentem nominationum materiam attinet sic definio, Insinuatio est literarũ gradus nominationis, certificationis temporis studij, ac attestationis nobilitatis, seu nominis & cognominis, vel alterius rei necessariæ, ordinariis collatoribus, vel patronis ecclesiasticis, seu eorum vicariis, legitimè per graduatos, vel nominatos, & qualificatos facta exhibitio. & probatur in §. præfati. in 2. & §. teneãtur. de collat, in concord. insinuare demonstrare est, l. iubemus. iuncta gl. C. de emanc. lib. hæc definitio declarabitur satis supérque per totam hanc quæstionem infrà. ideo venio ad secundam quæstionem.

*Authoris noua definitio de insinuatione, de qua hic.*

*Insinuationes cur sint inuentæ.*

2 Secundò quæro, cur insinuationes istæ inuentæ sunt? Resp. quia gradus & nominationes absentibus collatoribus conferuntur, vt suprà dixi, quorũ ignorãtiam possent collatores prætendere, si non exhiberentur.

*Actus factus in partis absentia debet eidẽ intimari.*

3 Nam omnis actus factus in absentia partis, debet ei insinuari. c. si tibi absenti. & ibi Peruf. de præb. lib.6. vnde quando actus potest fieri in absentia partis sine citatione, eo perfecto debet parti intimari. Bart. in l. pen. ff. de iureiur. Bal. in l. eos. §. Apostolos. col.2. nu.6. C. de appel. per gl. in cle.1. de appel. vbi quando termini asignatio facta parte nõ citata, potest aliquẽ lædere, debet ei terminus solẽniter notificari. Et ideo si arbitri ex potestate eisdẽ data possint prorogare cõpromissum absentibus partibus, tamẽ nisi post prorogationẽ notificetur partibus, videntur arbitri dolosè processisse, nec talis prorogatio adstringit litigatores: quia ita demũ valet, si insinuetur. Bal. cons.101. lex. & cons. seq. in 3. vol. Idẽ in l.1. col. pe. C. de sent. ex libel. recit. auth. ei qui. coll.2. C. de temp. appel. Alex. cons.34. viso themathe. col. pe. in 1. vol. & cõs.63. in causa & lite. col. vlt. in 3. lib. & consi.87. viso themate. col. vlt. vol.5. Rom. cons.336. circa propositã. in fi. Dec. cons.39. col.1. & cons.632. quòd suprà. col.2. Fel. in c. cum olim. col.8. vers. not. tertio. de re iud. & in c.1. nu.52. de const. Ias. in l. nec quicquã. §. vbi decretũ. col.9. nu.56. cum seq. ff. de offi. procons. Nathan in repet. clemen. sæpe. in prin. col.53. de verb. sign. Hippoly. in l. de vnoquoque. nu.63. & seq. de re iud. facit tex. vltra doct. in l. si quis per. ibi, intimare debet. C. de aquæduct. lib.11. & l. pe. in §. nullo. ibi, postquam fuerint ei intimata. de reb. cred. Lãfran. in verb. dilationes. col.2. c. quoniam. de prob. Curt. cons.31. factum tale. & seq. Sic solet Senatus dicere, respondendo supplicationi partis, fiat, & significetur parti, datum, &c. quod limitat Dec. cons.169. & diligenter. col.2. vers.3. non obstat quando actus non potest absenti præiudicium inferre.

Secundò, fallit in vnione quæ non est insinuanda illis, qui beneficia possident. doct. in cle. fin. de reb. eccles. non alien. hoc expressim tradit Io. Gall. in q. per arresta. q.147. vide alias limitationes per Ias. & alios suprà citatos.

*Insinuatio nominis cur fiat.*

4 Item exhibitio nominum & cognominum fit vt collator ordinarius cognoscat diligentes, & qui non diuerterunt ad matrimonium, vel ad alios actus per quos possint nominationes amitti, vt dicam infrà quæstio. vlt. ideo eidem fieri debet.

*Quo tẽpore debeãt fieri insinuationes.*

5 Tertiò, quæritur, quo tempore literæ gradus, & alię insinuentur? Resp. tex. in concord. in §. teneãtur. de collat. quòd tempore quadragesimæ. Idem disponitur in ordina. reg. Lud.12.1. publi c. art.8. quæ est in rub. *des grauez simples.* art. eo. cui standum est, nam multa vno tempore licent, quę alio prohibentur. l. furẽ. ff. ad leg. Cornel. de sica. c. capellanus. de feriis. c. si peccauerit. 2. q.1. c. decreuit. 22. q.5. c. ad honorem, de auctor. & vsu pallij. tamen ille §. teneantur. secundùm quosdam, loquitur de nomine & cognomine, quę debent in quadragesima insinuari. secus in literis, vt in d. §. præfatiq; graduati. & hoc tenuit gl. in §. qui de prædictis. in verbo, facere. de collat. in pragm. sed dico d. §. teneantur. etiam debere intelligi de literis gradus & aliis necessariis, ne diuerso iure censeantur. l. cum qui. ff. de vsucap. & quando vna determinatio respicit plura determinabilia, ea debet vniformiter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & ibi Ias. & alij. & clausula posita in d. §. teneantur. etiam

refertur

refertur ad literas gradus & alias, per cap.inquisitionis.& cap.secundo requiris.de appel.dixi in repet.l.vnicæ.in glo.in verbo, & non ex quibusdam.C.de sent.quæ pro eo quod interest. etiam de consuetudine & literæ & nomina & cognomina tempore quadragesimæ insinuantur.

*Tēpus expressum in lege inducit formam.*

6 Et sic consuetudo interpretatur insinuationem fieri debere tempore quadragesimæ, quæ est optima legum interpres.l. si de interpretatione.ff.de legib.& etiam assignari potest ratio,quia quādo tempus est in lege vel statuto expressum, prout est in concordatis, tunc censeri debet appositum pro forma.tex.in auth.quæ supplicatio. ibi, sub hac forma.C.de precib. impera. offe. & ideo necesse est custodire constitutū tempus. dicit tex.in l scire oportet.§.consequens.ff.de excu. tut. latè Alber. Brunus in tracta. de forma & solennita.actus. rub. quando aliquid censeatur esse tradi.pro forma.fol.43.col.3.in 16. conclu. & qui non obseruat tempora, non dicitur seruare formam & per consequens actus est nullus. Bald.& Sal.in d.auth quæ suppli atio.Pau.in l.si in lege. in prin.ff.loc.Ias.in l.qui Romæ.§. Callimachus. col.4.de verb.obli.& consi.53.circa.col.1.vol.3.& consi.132.statuto.in prin.vol.4.& qui recedit à tēpore,recedit à forma actus. Bal.in l.obseruare.§. fi.q.3.de offi.proconf.& l.liberti.col.5.C.de oper. libe.& alibi dicit Bal.in l.ordo.circa medium.C. de execu.rei iu.quòd si statuta disponunt aliquid in tēpore, quòd sunt seruanda ad vnguem.& si contra fieret,esset irritum ipso iure.Ias.consi.166. videretur.col.4.versi.7.ibi. confirmatur.in 2.vol. & idem dicit in consil.seq. col.vlt. & consil. 191. placet, col. 2. in 2.vol. Sic etiam collatio sacrorum ordinum facta extra tempora à canonibus præfixa, licet tempus non sit de substantia, caret debito effectu. cap.1.& 2.& cap.penult. de temp. ordi.Feli.in c.cum dilecta.col.8. versic. octauum signum.de rescript. & ideo quando statutum requirit tempus, & tu require tempus. Bald. in l. omnes populi.colum.pen.versic.item nota.ff. de iusti.& iure.

*Cur insinuationes fiant tēpore quadragesimæ.*

7 Si quæratur, cur statutū est vt fiant insinuationes tempore quadragesimæ? Resp. fortè quia necessariò id temporis quis tenetur confiteri, & omnia peccata sacerdoti exhibere.cap.omnis.de pœn. & remis. sic illo tempore exhibitio nominationum, gradus & aliarum literarum, debet fieri. Vel quia præsumitur, quod tempore quadragesimæ bonus pastor oues pascet, & non erit ab ouili absens, licet omnes ferè hodie absint. Quæ malum tanta absentia & prælatorum voracitas? hodie nostri nisi habeant duos vel tres episcopatus,cum duodecim abbatiis, & prioratibus,quiescere non possunt, nec tunc quidem,sed miserè & superbè viuunt: orabo pro illis, vt videant: cæci sunt, & cæcorum duces qui hæc agunt. Vel potest dici, quia sic voluerunt conditores, nam hæc sunt iuris positiui. in quibus voluntas pro ratione sufficit. §. furtiuè.instit. de vsuca.clem.fi.de senten.excom. & non omnium quæ à maioribus nostris statuta sunt, ratio reddi potest.l.non omnium. ff. de legi.not. in cap.si quando.de rescript.literas tamen duplicatas collatori dare poterit quocunquē tempore, cum in textu tantum teneantur dare literas duplicatas, & sufficit collatori eas habere ante vacationem, tutius est tamen in prima insinuatione literas duplicatas dare,& sic obseruatur.

*Triplex est quadragesima.*

8 Primò quæro, de qua quadragesima loquatur?cum triplex sit.c.1.22.q.5.Prima est ante pascha. Secunda, ante festum S. Ioannis Baptistæ. Tertia,ante festum natiuitatis Domini. & quando textus in cap.accusasti.de accus. dicit per tres quadragesimas debet pœnitere,intelligitur de his tribus quadragesimis, & non de quadragesima trium annorum,secundum Archid.post glo.1.in d.c.1.quam sequitur Corset.in verbo quadragesima in sing.Resp. intelligi de ea quæ est ante pascha,quia illa propriè dicitur quadragesima. cap. quadragesima.de consec.dist.5.& etiam appellatur illa quadragesima secundum communem vsum loquendi, qui debet attendi.l. Labeo.ff.de supel.leg.c.ex literis.de spons.& in l.1.ff.de operis noui nuncia.per doct.gl.in verbo quadragesima. in §.statuit.de coll.in prag.gl. tamen in extra.1.in extra.communibus. de pœn. & remis. tradit duplicem tantum,vnam deletiuam mali, vtpote illam quæ est ante pascha.alteram, quæ operatiua boni,quæ est post pascha.vide ibi.

Tamen ego intelligerem per tres quadragesimas propriè, videlicet per tres quadragesimas trium annorum,scilicet ante pascha,cum d.c.accusasti.de accus. loquatur de annis, & postea de quadragesima, ergo de quadragesima cuiuslibet anni,vt alibi fusius explicabo.

*Quis teneatur probare insinuationē tēpore quadragesimæ factam.*

9 Secundò quæro, an negans insinuationem esse factā tempore quadragesimæ teneatur probare,vel nominatus? Videtur quòd negans,quia actus in dubio presumitur iure factus,arg.l.sciendum.ff.de verb.oblig.

*Actus præsumitur tēpore habili factus.*

10 Item actus in dubio præsumitur celebratus tempore habili.gloss.singul.in verbo creatum.in clem.fin.de rescrip.vbi ille qui negat beneficium creatum fuisse tempore datę rescripti,debet probare,quia illa negatiua habet resolutam affirmatiuam quæ probari potest. consuluit Ias. consil. 178.in causa.in 2.vol.

Tertiò, facit quòd si per statutū prohibitum sit nobilibus intrare palatium, nisi tempore consilij,& accusatur nobilis intrasse in mense Maio, ipse probauit eo mense esse factum consilium, debet absolui, quia in dubio debemus intelligere factum esse tempore quo licuit. argumen. l. merito.ff.pro soc.Bartol.in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de operis noui nuncia.Pan.& Felin in c.auditis. de præsc.Soc. consil.67. in causa.col.3. vol.3.& quando vnus insurgit contra alium ratione temporis, ibi oportet probare tempus. Bal. in l.de rebus. C.de dona.ante nup.

*Qui se fundat in tempore probare debet tēpus.*

11 Contrarium videtur verius, quia vbi certum & limitatum tempus, vel certa pars loci,vel alia qualitas est fundamentum intentionis siue actoris, siue rei, oportet quòd illud tempus & illa qualitas probetur per eum, qui se fundat in illa.Bar.in dict.§.sed vt probari.vbi dicit,quòd si vsq; ad mediū mensem Martij licebat tenere bestias in pratis,post non,& aliquis accusatur quòd

in mense Martij sua animalia pascebant in pratis, non debet sequi condemnatio, nisi probetur illa pars temporis quo erat prohibitum. Sic nominatus & graduatus fundat se in tempore. ergo debet probare tempus. tex. in l. matrem. C. de proba. l. eum actum. ff. de neg. gest. l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur Feli. in c. auditis. col. pe. in versic. secunda conclusio. de præscript.

*Tempus depositionis probetur.*
12 Hippol. consi. 7. summi cœli. nu. 60. & seq. l. 2. C. de petit. hæred. Barb. in consil. 29. illud. col. 14. vol. 1. & in repe. rub. C. qui admi. col. 2. vbi dicit quòd si opponatur contra testem quod erat infamis, debet probari quod tempore depositionis, aliàs non repellitur. hoc probat Calca. consil. 79. licet dubia. nu. 12. Ias. cons. 178. in causa. vol. 2.

*Furiosus tẽpore cõtractus probari debet.*
13 Item probans quem furiosum, non obtinet, nisi probet quòd tempore contractus erat furiosus. Card. cons. 56. casus, & doct. in l. furiosum. C. qui testa. facere possunt.

*Idem in fornicatore.*
14 Præterea si probetur contra electum, quòd est notorius fornicator, tamen non obtinebit excipiens & probans, nisi probet quòd tempore electionis erat. Oldr. consil. 286. in electionis negocio, sequitur Felin. in dict. cap. auditis. col. vlt. de præscript.

*De filio sacerdotis.*
15 Adhæc non sufficit probare quem esse filiũ sacerdotis, nisi probetur quod tempore sacerdotij eum genuerit. Io. And. in addi. ad Spec. in rub. de fil. presb. Pan. & alij in c. inter cęteras. de resc.

16 Insuper, si quis dicat se excommunicatum post appellationem, habet hoc probare. glos. in c. venerabilibus. in gl. pe. de sent. excõ. quam sing. nota. Fel. in c. cum tu. col. 3. de testi. & c. apostolicæ, col. 8. in versi. adde etiam. de except. & in c. in præsentia. col. 6. de proba. Præposi. in c. super eo. 2. col. 1. de appel.

17 Nec obstant in contrarium adducta, quia intelliguntur quando quis non fundat se in tempore, vel quando est præsumptio pro eo qui se fundat in tempore, tunc non opus est, quod is qui habet præsumptionem, probet, vt in delictis docet Bar. in d. §. sed vt probari. vbi dicit de nobili, qui non poterat intrare palatium, & istud latè examinat Dec. in d. c. in præsentia. notab. 12. de probat. & ibi Parisius. sed pro nominato vel graduato nulla est præsumptio quòd tempore quadragesimæ insinuauerit, ergo is ipse debet probare insinuationem tempore quadragesimæ factam. & hoc probatur ostendendo instrumentum insinuationis, quod cantat tali die Martij factam fuisse, & illo die erat quadragesima. & ita vidi fieri. nec vitiatur instrumentum, licet in eo non dicatur tempore quadragesimæ, dummodo contineat tempus quadragesimę, quia paria sunt aliquid exprimere per se, vel per relationem ad aliud. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. Leuis etiã probatio insinuationum admitti solet, vt fuit conclusum, & (vt fertur) in mente curiæ retentum. anno 1513. die vltima Aprilis, licet multotiens in eis falsum committatur.

*Quomodo probatur factum tẽpore quadragesimæ.*

*Arestum.*

*Diebus festis an insinuatio fieri possit, & qui actus.*
18 Tertiò quæro, an possit intimatio fieri etiã diebus festis quadragesimæ sicut diebus profestis. Resp. sic, tum quòd sit actus iurisdictionis voluntariæ, qui quolibet tempore fieri potest. l. actus. C. de feriis, & supra dixi in 7. q. princip. tum quòd non exigat causæ cognitionem, ideo quolibet tempore expediri potest. l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bono. possess. seru. & idem in insinuatione donationis, quod etiam diebus festis possit fieri, tenuit Alber. in l. illud. col. 3. versicul. circa testium. C. de sancrosanct. ecclesi. Oldr. consil. 253. factum tale. in 3. q.

Item ea quæ iudicij indaginem non requirunt, possunt omni tempore expediri, vt collationes, dispensationes, transactiones, & similia: vnde curia Ro. facit solennes processus, vt plurimum diebus solennibus. cle. 1. de iudic. & executores gratiarum omni tempore suos faciunt processus generales sententiam latam continentes, & contrafaciens incidit in sententiam. Feder. cons. 11. quæritur. col. vlt.

Item nunciatio omnibus diebus fieri potest etiam feriatis. tex. iuncta glo. in l. 1. §. item nunciatio. ff. de ope. noui nunc.

Præterea, libellus quolibet tempore offerri potest. l. miles. §. sexaginta. ff. de adult. Spec. in ti. de libello. concep. §. nunc videamus. & ibi Io. And. in addi. ad eum. & Bal. in Margar. in verbo libellus. q. 7. Sic & insinuationes istæ. Itẽ visitatio per episcopũ festis diebus fieri potest, cum ad correctionem pertineat, & ad eleemosynam spiritualem, & plerunque fiat pro pace & concordia inter clericos & religiosos, ac etiam laicos inducenda. per c. fi. de fer. Soci. in tractat. de visita. libr. 7. Et hæc opinio consuetudine recepta est, licet melius esset, quando inuenimus in singulos dies episcopum vel collatorem diebus profestis intimare, tamen in contrarium factum tenet.

19 Quartò quæro, an de nocte facta insinuatio valeat? Breui resp. quòd sic, quia omnia possunt noctu fieri, quæ specialiter non sunt prohibita. l. non minorem. C. de transact. Dec. in c. consuluit. col. 4. de offic. deleg. & quia non inuenitur prohibita, censetur permissa. argumen. l. præcipimus. C. de appellat. doct. in l. non solum. §. morte. ff. de operis nou. nuncia. Item sicut beneficij collatio potest fieri de nocte. cap. vno. vt ecclesiastico. benefic. licet contra talem collationem præsumatur. Hostien. in §. fi. de concess. præbend. in sua summa. ergo & fortius insinuatio valebit. Non tenebitur tamen collator de lecto surgere, & relinquere suam, vt huic insinuationi sui copiam faciat. argum. l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit. Iacob. in l. more. ff. de feriis. attamen instrumentum insinuationis de nocte confectum, est suspectum, licet valeat Bald. in cap. 1. col. 2. de fide instrũm. Felin. in cap. ego. de iureiur. Sed notarius conficiens instrumentum non dicet noctu factum, sed tali die, &c. vt docto. scribunt in d. l. non minorem. C. de transact.

*Insinuatio an de nocte fiat.*

20 Quartò, intra quod tempus nominationes debeant insinuari? Videtur quòd intra decem annos, alioqui amittuntur, quia priuilegium perditur decem annis non vtendo. l. 1. ff. de nundinis.

*Nominationes intra quod tẽpus insinuari debeant.*

Secundò, res intra decem annos præscribuntur inter præsentes. §. 1. institut. de vsucapion. & ideo in hoc regno post decem annos non potest

peti

peti rescisio contractuum, vt est statutum in ordina. regul. super qua plenè scripsi in tracta. meo de rescisio. contractuum, & intra quod tempus peti debeat. in 2. tomo ad consti. regias.

Tertiò, facit l. sancimus. C. de test. vbi si quis condiderit testamentum perfectum, & postea declarauerit nolle illud testamentum stare, & decennium elapsum fuerit, tollitur prius testamentum iure perfectum: sic & nominationes debent tolli per decem annos, quia non insinuans, eas videtur habere pro derelicto. facit quod nota. Guido Papæ in decisio. Delphinat. quæst. 200. Eymardus, &c.

Contrarium tenetur, quia priuilegium de sui natura debet esse perpetuum. c. decet. de reg. iur. in 6. sicut rescriptum. l. falsa. C. de precib. imper. offer. Archid. in c. priuilegia. 25. q. 2. facit text. in l. seruus. C. de pœnis. etiam priuilegiũ non faciendi. Alex. consi. 33. ponderatis. col. 2. in 5. vol.

Secundò, probatur in §. teneantur. ibi, & eo anno quo præfatam insinuationẽ omiserint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiusmodi petere non possint. facit ordina. Regia Lud. 12. rub. *Des graduez simples.* art. 9. ibi, *Ils seront seulement priuez de pouuoir requerir ou accepter les benefices qui vacqueront esdictes annees, qu'ils n'auront insinué, sans autrement perdre les priuileges & prioritez de leursdits degrez & nominations.* Ecce tex. clarum quo probatur nominatum vel graduatum, licet non insinuauerit per viginti annos, non perdere gradus, nec nominationes. nam dictio *seulement*, significat tantum, & est dictio taxatiua, & idem est dicere quod solum siue solummodo. l. idem Pomponius. ff. de recep. arbit. l. 2. de vsu & habit. l. cum notissimi. & ibi glo. & docto. C. de præscript. 30. vel 40. anno. natura dictionis taxatiuæ est restringere. Bald. in l. 1. C. de bono. posses. contra tab. & ibi Ias. & alij. Barto. in l. 1. in princ. ff. si quis ius dicent. non obtempe. & l. 3. §. cum Titio. de adim. leg. ergo tantum restringet, vt puniatur quis eo anno quo non insinuauit, & non vltra.

Item, non debet quis duplici pœna puniri ex vno & eodem actu. c. ac si clerici. in fi. & ibi glo. alleg. plena. de iud. Sed si quis perderet nominationes per non insinuationem, puniretur duplici pœna, ergo, &c. nec priuatur quis nisi in casibus à iure expressis. glos. sing. in c. fi. de iure patro. hic casus non est expressus, ergo, &c. Imò in contrarium est statutũ quòd non priuetur nisi illo anno quo non insinuauit fructus nominationum, ergo sua nominatio aliis annis valebit.

21 Nec refragantur in contrarium adducta. & l. 1. ff. de nundinis. loquitur in priuilegio de faciendo, quod per decem annos non vtendo amittitur, quando eo vti potuit. secus si non potuit vti, quia occasio se non obtulit, tunc nõ perditur priuilegium, etiam per centum annos. l. & Attilicinus. ff. de seruit. rust. præd. glo. in c. abbate S. Syluani. in glo. vlt. de verb. signifi. probatur per Barto. in l. in filiis. C. de decur. lib. 10. vbi si ciuitas tenetur facere exercitum quando princeps faciet: si princeps non fecerit per centum annos, quia non fuit necesse, per hoc non perdit princeps ius suum. Bar. in l. cum scimus. C. de agrico. & censit. lib. 11. Felin. & alij in d. c. cum accessissent. & Ias. in l. beneficium. circa fin. ff. de constit. princ. & in l. falso. C. de diuers. rescrip. vbi confirmat per quinq; similia, nam qui nequit vti, non est in mora, nec culpa: & vbi non est petitio, ibi non est mora. l. lecta. ff. si cert. petat. sed nominatus simul atq; est nominatus, non potest vti suo gradu vel nominatione acceptando beneficium, quia alij sunt eo antiquiores, quibus primò oportet prouidere. ergo illis nõ debet (si non insinuauerint) imputari. Io. Francis. in tract. de præscript. in 4. parte quintæ partis princip. q. 4.

Item dum incertum est quando casus eueniet, vt quis possit vti suo priuilegio, tũc priuilegium non perditur per decem annos. glo. in c. vt priuilegia. de priuileg. quam sic intelligit Claud. de Seycello. in l. fin. col. penult. ff. de consti. princ. sed quando nominatus habet suas nominationes, incertum est quãdo veniet casus vacationis beneficij, & quando erit antiquior, ergo si non insinuauerit per viginti annos, non eis priuatur.

22 Præterea nominationes non dicuntur priuilegia ad aliquid faciendum, quæ bene tolluntur per decem annos, sed dicuntur rescripta gratiosa, quæ perpetua sunt. c. si super gratia. de offi. deleg. in 6. Ias. in d. l. falso. C. de diuers. rescri. Et literæ beneficiales difficilius expirant quàm aliæ. Io. And. & alij in c. capitulum. de rescri. quia maius est præiudicium eas perdere, quàm rescripta ad lites, secundum Feli. ibi. col. 3. Imò postquam est vna apposita pœna, alia cẽsetur sublata. l. cum prætor. ff. de iudic. sed in concordat. est apposita pœna, vt illo anno non possit habere beneficium in vim nominationis, ergo in aliis annis quibus insinuauit, poterit, & hoc est notorium. *Nominationes non dicuntur priuilegia, sed rescripta gratiosa.*

Item postquam non est præstitutum tempus ad insinuandum, residet in facultate nominati, vt statim possit insinuare, si velit, vel quando voluerit, & sic facultati nunquam præscribitur. l. viã. ff. de via pub. & ita fuit in hoc senatu supremo iudicatum in magna attestationum camera, pro magistro Ioanne Sanson subrogato in locũ D. Michaelis Morisset, theologiæ doctoris, contra magistrum Petrum Riotte, Anno 1541. die 5. Aprilis ante Pascha. debet tamẽ intra triginta annos insinuare, alioqui fortè nominationes amitterentur, quia actiones per id tempus expirant. l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. anno. nam sic negligẽdo, videtur illis renunciare. arg. l. licet. C. de iur. delib. not. in c. tibi qui. de rescri. in 6. Latè Fel. in c. capitulum. illo tit. Si tamen postea insinuaret, cessaret illa præsumptio, & obliuio. & aliud est amittere possessionem, & aliud proprietatem: quia possessio facilius perditur. Barto. & alij in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acq. poss. *Arestum.*

23 Fallit quando nominatus quis esset ad tres episcopatus in eisdẽ nominationibus, quia tunc insinuando in vno, nunquam perduntur nominationes in aliis, nam tunc apparet insinuando vni, quòd non vult renunciare dictis nominationibus, donec fuerit eidem prouisum ad summam taxatam in §. volumus. in concorda. hoc etiam probatur per tex. in l. is qui vsumfructum.

ff.quib.mod.vsusfruct.amitta.vbi per vsum partis ius in totum conseruatur.tex.in l.voluntariç. C. de excusa. tutor. vbi qui vtitur priuilegio in vno actu,non perdit in aliis.

Idem in priuilegio dato toti populo Parisi. quia si aliqui contrauenian priuilegio, non per hoc alij perdunt priuilegium, argu. eorum quæ nota.Innoc.in cap.accedentibus.de priuileg.vbi quis potest renunciare iuri & fauori quatenus tangit personam suam, non alterius. sic docet Pan.in consi.61.factum super quo.vol.2.& Dec. consi.271.superiori anno.num.17.nam si in aliis diœcesibus perderet suas nominationes ob non insinuationem ibi factam, perderentur pro parte,& pro parte non.

Item non posset eidem prouideri vsque ad summam taxatam, & sic esset dispositio illusoria, contra l.si prætor.ff. de iudic.nam si habuerit beneficium ab vno valoris centum aureorum,accedet ad alium episcopum,qui adhuc eidem prouidebit vsq; ad summam ducentorũ aureorum, quod non posset facere si perderentur nominationes per non insinuationem. Item est introductum in fauorem nominatorũ, & retorqueretur in eorum odium,contra l.quòd fauore. C. de legib. nam fortè ob paupertatem non potuerunt in singulis episcopatibus insinuare per viginti annos, vel 30.ideo eis succurri debet.arg. c.cum Romana. de appel. Nec obstant alia iura in contrarium adducta, quia in diuersis casibus loquuntur, vt patet si bene intelligantur. Licet quidam iudices contrarium iudicauerint.

*Insinuatio quo in loco fieri debeat.*

24 Quintò quæro,quo in loco insinuatio nominationum & gradus fieri debeat? Resp. sicut insinuatio donationis potest vbique fieri,in loco tamen honesto.l.voluit.in fin.& ibi not.ff.de interrog.act.& de manum.vindict.l.non est.Alber. in l.illud.col.2. C. de sacrosan.eccle.ita insinuatio nominationis,& gradus, quia iurisdictio voluntaria non circunscribitur loco.Bal.in l.emancipari.ff.de adopt.Ant.de Cana.in tract.insinuatio.q.6.Item extra territorium exerceri potest.l.2. ff.de offi proconsul.Iacob. de bello visu in repet. §.contrahentes.nu.85.de foro comp.in 6.

25 Ex quo infertur,quòd hæ insinuationes nominationũ, ac nominum & cognominum, possunt fieri collatoribus, seu eorum vicariis etiam extra diœcesim.glo.in §.item voluit.in verbo vicario. de collat. in prag. Brunel. in tracta. de dignit.leg.conclu. 20.in fin. hoc in propriis terminis concludit. Imò etiam extra regnum,cum nihil obsit, & non inueniatur prohibitum, ergo permissum.arg.l.percipimus. C. de appella. ideo valeret insinuaito facta Paduæ, si episcopus regni ibidem ageret.

*Legatus existens extra legationem potest cõferre beneficia uacantia in sua prouincia.*

26 Sicut legatus existens extra terminos suæ legationis potest beneficia conferre,quæ vacauerunt in prouincia sibi commissa. Alber in dict.l. emancipari.ff.de adopt.

27 Et episcopus extra diœcesim.gl. & doct. in c.nouit.de offi.leg.de Selu. in tract.de beneficio. in 3.parte.q.40. & 63. Sic & vicarius generalis.c. fin.de offi.vica.& ibi Perus.& alij.de Rota decis. vlt.de offic.vicar.quòd vicarius non possit extra diœcesim conferre, probat Iacob. de Bello visu in §.contrahentes.nu.86. de foro compe.sed prima opinio seruatur,& est vera per cap.statutum. arg.à speciali.de præb.in 6.

28 Immo possunt beneficia cõferri ab ordinariis etiam in curia Romana,dummodo non vacent ibi.Io.Francis.in tract. de offi.& potestate c. sede vac.in 1.q.2.partis.col.3.tamen communiter episcopi vadunt extra vrbem ad conferendum, ad hoc vt dicatur in aliena diœcesi & sic practicatur Romæ,vt habetur in Prouinciali omnium eccle.fol.56.versicul.an episcopus. Fallit quando collatio competeret de iure speciali.text. sing. in c.statutum.in fin. de præb.lib.6. secundum Rom. sing.48.tu habes.Dom.& Philip.Perus.in d.c.si. glo.& doct. in c.nouit.de offi.leg. scripsi abundè in praxi beneficia.

*Episcopus tonsurã suis in alieno territorio cõcedere potest.*

29 Item præsentatio potest fieri vbicunque fuerit instituere debens.Roch.Curt.in tract.de iure patro.in prin.versi.sed circa hanc quæstionem.

Sic episcopus tonsuram suis subditis in alieno territorio concedit. Alber.in d.l.emancipari. multo fortius insinuatio fiet vbique, quod est vtile pro residentibus Parisiis,quia multi episcopi solent ibi tempore quadragesimæ residere, vt vidi, relictis propriis ouibus,quas saltem prædicationibus & exemplo in quadragesima instruere debebant, sed væh illis,qui non possunt relinquere mulierum consortia, & ad inferos eas, si non resipiscunt sequentur.

*Insinuationes in ecclesia possunt fieri.*

30 Secundò infertur quòd potest fieri in ecclesia.c.decet.de immu.eccle.Anto.in d.q.6.tract.de insinuat.multo fortius in domo episcopali,& loco priuato, etiam dum episcopus audiret missam, dum tamen non diceret.arg.l.2.ff. de in ius voc. debet. tamen nominatus expectare opportunitatem, & in missa non molestare collatorem. alioqui posset collator præcipere vt expectaret post missam,& ipse tunc respondebit.Imò dicit Matthæ. de afflictis in tracta. de iure proto. §.vt infra.colum.5. quòd consanguineus habens retractum ex consuetudine potest denunciare se velle retrahere vbicunque inuenerit emptorem, etiam si inueniret eum in popina,vel lupanari.l. si cum dies.§.fin.ff.de arbit. sumendo arg.à contrario. nam in iudiciis & arbitriis est prohibitum, ergo in aliis est permissum. Sic ergo insinuationes poterunt vbique fieri, cum collatores eas non grattanter videant. Et audiui per senatum Tholosanum abbatem quendam condemnatum ad magnam summam pecuniæ, eo quòd virga percusserat nominatum insinuantem, ac si vellet eum vindicta manumittere, qui iamiam erat liber. quod perbelle factum extitit, ne tanta temeritas inuadat collatores.

*Temerarius abbas ad mulctã cõdẽnatus,qui percusserat nominatum.*

*Quæ debeat insinuari.*

31 Sextò videndum est, quæ sint illa quæ debent insinuari. text.in §. præfatique graduati. de colla. suprà, tenet literas gradus, certificationis temporis studij,& literas nominationum per nominatum exhibendas:& si fuerit nobilis, præter hæc literas attestationis nobilitatis. Idem dicitur in ordin.regis Lud.12.primò publ.articu.8 & in rubr. *des graduez simples*.art.3. si fuerit graduatus non nominatus, debebit exhibere literas gradus,

gradus, & certificationis temporis studij, & sic declaratur diffinitio supra posita in 1. quæst. quid sit insinuatio.

Item debet in singulos annos exhibere nomẽ & cognomen tempore eodem, scilicet quadragesimæ, vt in dict. §. præfati. & legitimè, quia quotiens vitiosè facta est insinuatio, pro non facta habenda est. l. quotiens. ff. qui satisd. cog. Cautela igitur notabilis est, quòd insinues primo literas, & illam insinuationem consilio tuo ostendas, super qua si dubitet, aliã etiam literarum facias, etiam tertiã, donec plenè insinuaueris. nam si prima iure impugnetur, secundam ostendes, si secunda, tertiam, ob id obtinebis, & semper literas duplicatas asseras, & facias, vt in instrumento inseratur insinuationis, quod dedit literas duplicatas, vel obtulit, sed episcopus recipere noluit, tunc cum per te non stet, insinuatio valebit l. in iure. ff. de reg. iur. *Cautela pro insinuantibus.*

32 Nec sufficeret probare collatori gradum per vnum testem, licet aliàs sufficiat. Ias. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. nec per duos, quia in cõcord. requiruntur literæ dari duplicatæ, quę aliàs non possent dari, vt in concord. dicitur.

Item clericatus potest probari per vnum testem, quia talis actus de se & sui natura inspecta qualitate nemini, aut parum præiudicat. Bal. & Feli. in cap. licet vniuersis. in fi. de testib. Guid. Papæ in decisio. Delphina. q. 474. Ias. in repet. l. admonendi. col. 71. nu. 198. ff. de iureiur. & consi. 120. iuridicam. colum. 2. vol. 4. Matthæ. de afflict. in constit. Neapol. Rubr. de aposta. fol. 27. quod verum esse intelligerem, quando nemini præiudicaret, & extra iudicium, secus in iudicio quando litigatur super aliquo beneficio, tunc saltem per duos testes probatio fiet, qui regulariter in quolibet actu necessarij sunt. cap. in omni. de testib. cap. nuper. isto tit. ideo non potest presbyter se talem probare, nisi per literas, quia semper solet de eo fieri scriptura, nisi probaretur impedimentum, quare illa scriptura haberi non possit. Nicolaus Milius in verbo probatio capellanatus. valeret tamen probatio, si instrumentum ordinum diceret episcopũ vltra montanum, quem vocant portatilem de licentia & mandato episcopi illi ordines contulisse, quia potuit tunc in actu ordinum interuenisse, maximè si sigillatæ sunt literæ sigillo episcopi, qui mandauit vt solet fieri. Cardin. in d. c. Albericus. de testib. & Fel. in c. sicut. col. 12. de re iudic. *Clericatus per unum testem probatur.*

Et anno 1414. die 27. Martij ante Pascha fuit remissus Ambrosius Mabrisset tanquam clericus ad episcopum Parisi. licet non ostendisset literas tonsuræ, sed per informationes & testes de illa apparebat, alioqui de praxi & stilo curiæ Franciæ est, quod si beneficiatus non probet se clericum à iudice repellitur, etiam parte non opponente, vt asserit Boeri. in decisio. suis. quæst. 171. si super. col. penul. vbi etiam dicit partem negantem aliquem esse clericum non teneri probare, sed is, qui se dicit clericum. cap. si fortè, de elect. in 6. *Arestum. Remissus clericus ad episcopũ licet non ostendisset literas tõsuræ.*

33 Quomodo debeat insinuari nomen & cognomen? Respon. sic vidi insinuari, Vobis reuerendo patri D. Episcopo Parisi. insinuo & exhibeo nomen meum, & cognomen, quod est Petrus Rebuffus, requirens mihi prouideri de beneficio, vt in mea prima requisitione continetur. & extense debet suum nomen scribere, & cognomen, non per literas sic. Pet. Reb. vt supra dixi. *Nomẽ quomodo insinuetur.*

34 An sufficiat exhibere per æquipollens, videlicet alicui est impositum aliquod nomen ab euentu, per quod melius dignoscitur, quàm suo nomine & cognomine, videlicet aliquis lusit per ciuitatem sub nomine Male bouche, nunc semper vocatur eo nomine: vel repetit in carnispriuio inhonesta, apud omnes vocatur Repetẽs, seu Nasardus apud Bituriges, is exhibet sic, vobis insinuo nomen & cognomen quod est Repetens, vel Male bouche, vel Nasardus, quæro an sufficiat? Videtur quòd sic, per tex. in l. hac consultissima. C. qui testam. facere poss. vbi cæcus tenetur exprimere nomen hæredis. *An sufficiat exhibere agnomen in insinuatione.*

35 Et ibi gl. communiter approbata tenet quod sufficit exprimere æquipollens, vt Golopressum, & sic nomen notorium. nam nomina sunt inuenta ad recognoscendos homines. l. ad recognoscendos. C. de ingen. & manumis. c. 2. & ibi glo de rescrip. in 6. & satis recognoscitur per hoc nomen elegans, ergo videtur sufficere.

Secundò probatur rei demonstratæ frustra adhibetur demonstratio. l. 1. in fi. ff. de dote præleg. & notoria expressione non indigent. l. emptorem. in princ. ff. de actio. empt.

Tertiò, sufficit mandatum per æquipollens impleri. l. fi. in fi. ff. mand.

Quartò, quando habemus certitudinem personæ, non curamus de modo. l. quid sit nominatim. ff. de lib. & posth. in l. 2. in verbo vocabula. C. de constit. pec. Quintò, hoc expressè tenuit gl. in §. statuit, in verbo nomina. de colla. in prag. vbi tex. dicit nominatos & graduatos teneri ad exhibendum nomina, gl. dicit, & cognomina, vel æquipollentia demonstrationi, taliter quod cognoscantur à collatoribus, arg. l. certum. ff. si certum pet. per l. si in rem. in fi. de rei vendit. c. significante. de rescript.

In contrarium me mouent sequentia. Primò, quòd quando lex vel statutum, vel alia dispositio requirit nomen & cognomen pro forma, tunc non sufficeret nomen elegans & notorium sine cognomine. Alexan. & alij in l. hac consultissima. per illum tex. C. qui testa. face. possunt. & docto. in l. 1. ff. de lib. & posthum. Sed exprimere nomen & cognomen est de forma, ergo non valet expressio per æquipollens. Et quod sint de forma patet, quia concordatum & ordinatio regia procedit vltra annullando, vt est videre in d. titul. de colla. & in rub. de firma & irreuocabili concord. stabilit. versic. necnon irritum & inane quicquid secus super his, vel eorũ aliquo à quoquam quauis authoritate contigerit attentari. & quando actus in contrarium factus annullatur, tunc dicitur de forma, vt in propriis terminis tenet Feli. in c. cum dilecta. col. 13. amplia. 10. de rescript. & sic insinuare nomina & cognomina, est de forma, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse. l. Iulia. §. si quis. ff. ad exhibend. & non est no- *Nomẽ & cognomen exprimere de forma est.*

ſtrum mutare formam.l.conſtitutionibus.in fi.ff. ad municip.Bal.in l.1.ff.de lib.& poſthu.

Vnde ſi ſtatutum requireret quod in inſtrumento debeat apponi nomen proprium & cognomen, item nomen patris, aliàs contractus ſit nullus, tunc & ſi nomen ſingulare apponatur, non ſufficeret, poſtquam pro forma ſtatutum, ita requirit. Angel.& Imol.in l.quotiens.§.ſi quis nomen.ff.de hæred.inſtit.Alexan.& Iaſ.in dict.l. hac conſultiſsima. Albert. Brunus poſt Bald. in tracta.ſtatuto. in verbo inſtrumentum. quæſt. 15. Alexand. conſil.98. viſo & conſiderato.colum. penul.in 4.volum.& conſi.27.viſo themate. col. 1.in 6.volum.& Socin. conſil.24.viſis.col.7.in 1. vol. omiſsio enim formæ vitiat actum.l.cum hi. §.ſi prætor. ff. de tranſact. ergo ſupradicta inſinuatio, in qua eſt omiſſum cognomen vel nomen,ſeu vtrunque,& eſt adiectum nomen notorium, non valebit. ita tenet Feli.in c.cum acceſſiſſent.col.4.nu.8.de conſti.

Non obſtat d.l.hac conſultiſsima.quia ibi aſſignatur ratio, ne ſola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat.ſed quando fit per æquipollens,non parit ambiguitatẽ.ergo illi legi ſatisfactum eſt,quod ſecus eſt in nominationibus & inſinuationibus illarum quæ fiunt ad alium effectum,vt ſupra dixi.& ita reſp.ad Iaſ. in d.l.hac conſultiſsima. in fi.& etiam nomẽ & cognomen inſinuatur, nedum vt collator ſciat illum eſſe nominatum, ſed & vt illi prouideat. Non refragatur ſecundum & quartum, quia reſpondetur,niſi lex pro forma requireret denunciationem, & inſinuationem, vt concordatum facit. Vel reſp.vt d.glo.vlt.dicit in dict.l.1.& Soci. conſi.2.in princ.in 4.vol.

*Mandatum poteſt per æquipollens impleri.*

36 Nec obeſt quòd mandatum poteſt per æquipollens adimpleri, quia fateor, quando non eſt de forma ſubſtantiali,ſed ſufficit ſeruare mandatum in effectu, licet non in forma ſubſtantiali.l.ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. & ibi Bald.ff.de acquir.hæred.& ita intelligitur d.l. fin.quam Bald. not.in cap. cum veniſſent. col.3. de iud.c.1.in fine,vt lite non conteſta. Et is dicitur fines mandati obſeruare, qui facit aliquid quod non multum differt à mandato.glo.in cap. innocens.in verbo clementior.22.q.4. Imò dicitur ſeruare mandatum, qui facit illud quod eſt proximum mandato.l.iam tamen.§.in hac.ff.iudica. ſolui.ibi, quaſi iuxta mandatum, & ſi non mandatum fuerit.gloſ.in cap.cum olim.in verbo protinus.de offi.deleg.Iaſ.conſi.202.magnificus. col.pen.in 2.vol.per quæ patet glo.in d.§.ſtatuit. procedere ſecundum tex. quem declarat,non ſecundum concordatũ, quia in prag. nomina tantum expreſsit,hîc & cognomina, & annullantur in contrarium facta.

*Inſinuatio nominis & cognominis de quibus in literis nominationũ conſtat,non valet.*

37 Et per prædicta patet non valere inſinuationem, ſi quiſpiam diceret,exhibeo & inſinuo me ipſum,vel nomẽ meum & cognomen, quod non ignoras, tunc non eſſet ſatisfactum textui volenti nomina & cognomina exhiberi.Idem ſi diceret,exhibeo nomen meum & cognomen,de quibus in literis nominationum cõſtat, & prout in illis continetur.& hoc ſic probatur,quia ſicut in appellatione ab interlocutoria requiritur pro forma, quòd cauſa appellationis nominatim exprimatur.c. 1. de appel. in 6. & non ſufficit quod exprimatur per relationem ad acta. vt allego omnes cauſas de quibus in actis. Alex. & alij in l.1.ff.de lib.& poſth.& in l.vbi.§.illud. ff.de verb. oblig.& conſi.80.viſo.col.4.lib.1.Ioan. Maria.dictus Riminal.in l.hac conſultiſsima.C.qui teſta. facere poſſ. & quamuis demonſtratio facta per relationem ad aliud tantum valeat,quantum expreſsio nominis proprij quo ad demonſtrationem.l.certum.ff.ſi cert.pet. nõ tamen in inſinuationibus nominationum ſiue nominum & cognominum. & ratio ſupra ſæpius fuit dicta, ratione formæ,niſi diceret, inſinuo nomen meum & cognomen,quod eſt Petrus Rebuffus. de quibus latius continetur in prima inſinuatione,tunc valeret,& hæc crederẽ ex ſtricto iure procedere.

38 Secundò,infertur non valere etiam inſinuationem, ſi quiſquam dicat, ego inſinuo nomen & cognomen iſtius, oſtendẽdo eum digito, quia pro forma, vt dixi, requiritur expreſsio, licet demonſtratio facta ad digitum faciat rem certã, & maior videatur certitudo,quæ ad oculũ demonſtratur.§.fi.ibi,oculata fide.inſtit.de gradi. Azo in ſumma.C.ad leg.aquil. Io.Andr. in declaratione arbor.conſanguinit.ideo error nominis appellatiui non vitiat, quando res digito demonſtratur. gl.ſing.in l.quę extrinſecus.ff.de verb.obli. doct. in l. ſtichum qui.de lega.1.tamen quando forma data eſt,hoc non procedit,vt hic.

39 Tertiò, infertur non valere inſinuationem ſi quiſpiam exprimeret nomen & agnomen, omiſſo cognomine, quia requiritur nomen & cognomen,in dict.§.teneantur. Et idem ſi exprimeret alterum & non vtrunque,quia forma non eſſet ſeruata,nam ad veritatem copulatiuę vtrunque requiritur.l.ſi hæredi.ff.de condi. inſtit. cap. 2.& cap.inter. de reſcript. Ex iuris rigore ſupradicta procedunt.

40 Primò, non procedit quando iamdudum conſanguinei mutaſſent cognomen,vtpote propter ſucceſsionem relictam, ſi deferat nomen & arma domus, vel propter turpe nomen, quod eſt licitum dummodo non in fraudem, vt patet in l.vna.C.de muta.nomi. Benedic.latè in repet. cap.Raynutius.in princ.de teſta.tunc ſi illud cognomen inſinuaretur, valeret,quando vulgò ſic vocaretur. Sed ſolet exprimi & cognomen proprium,& adiunctum.

*Quid ſit inſinuandum ſi mutatum ſit cognomen.*

Secundò,fallit ſi haberet duo nomina,vel cognomina,tunc ſufficeret ſi inſinuaret vnum.arg. l.forma.in princ.ff.de cenſib.

Nec obſtat quòd in dicto §. teneantur, dicatur quòd nomina & cognomina exprimere tenetur,quia verũ eſt in pluribus nominatis, vt ibi dicitur,tenẽatur nominati nomina & cognomina exhibere. hoc eſt dicere, quilibet nominatus & graduatus teneatur exhibere nomẽ & cognomen,ſingula ſingulis referẽdo.c.cum ſingula. de præb.in 6.Tutius eſſet omnia cognomina exprimere, ne poſtea per hoc inſinuatio impugnetur.

*Literæ matriculæ inſinuantur.*

41 Secundò, ex honeſtate inſinuantur literæ matriculæ,vt inſtruantur collatores quòd is non eſt per

est per saltum promotus,& quia non matriculatus non gaudet priuilegiis , vt dixi supra q .11. in fi. Ideo consulerem scholaribus , vt primo quoque tempore quo ingrediuntur studia, faciant se in matricula describi,& proderit eisdem , vt dico in priuilegiis schola.& an simul debeant insinuari,vide in §.teneantur,in gl.tempore.rub. de colla.suprà.

*Literas tonsuræ insinuare bonũ est.*

42 Tertiò, bonum est insinuare literas tonsuræ, quia non tonsurato non debent conferri beneficia.c.cum adeo.de rescri.c.ex literis.de transact.& quia est qualitas extrinseca,quę non præsumitur nisi probetur.gl.in c.si fortè.de elect.lib.6. doct.in l.sciẽdum.ff. de verb.obl.Item si fuerit ei prima sua tonsura collata à non suo episcopo sine literis dimissoriis , illa ordinatio est nulla si alienus episcopus eum tonsurat tanquam suum, quia nititur eum vsurpare à plebe aliena.c.priuatus.71.dist.& ibi Io.de turre cremat.quod cognoscitur ex literis tonsuræ,si dicant,Petrum Rebuffum nostræ diœcesis oriundum charactere clericali insigniuimus.nec talis gaudet priuilegio clericali,prout vidit iudicari D.Chassaneus in consuet.Burgun.in rub.*des iustices.* §.6. gl. *sont creux.* in fi.alioqui contra.c.nullus.& ibi in addi.ad demonte Laud.de temp.ord.lib.6.& in c.1.de temp. ord.in 6. requiritur vt dispensetur cum promotis : sic & prohibet aliis papa ne his promotis dispensetur : ergo sunt inhabiles & incapaces ante papæ dispensationem, quomodocunque fuerit ab alio episcopo ordinatus.

*Tõsura ab altero episcopo data an valeat, & quæ practica seruanda sit.*

Nec obstat quod nõ inuenitur canon qui annullet,vt dicit Guido Papæ in decisi.Delphin.q. 449.laicus.quia quando lex vel canon prohibet actum fieri,licet non annullet,tamen si actus fiat est nullus,tanquam factus contra canonem,& legem.per l.non dubium.C. de legib.& ibi docto. sed d.cap. priuatus.prohibet.& c.primum.& per totum de tẽp.ordi.ergo,&c.quod est notandum. nam multum instruitur collator ex hac insinuatione tonsuræ.

*Cautela promoto à non suo episcopo.*

Et is qui tonsuram accepit ab alieno episcopo,debet à papa impetrare literas vocatas perinde valere , vt impetrantis ordinatio perinde valeat , ac si à proprio episcopo recepta fuisset , & sufficiet signatura,nec tunc poterit ei quicquam opponi,quod poterit fieri antequam beneficium acceptet.nam postea in præiudicium alterius nõ valeret.per no.in c.quanuis. de rescrip.in 6.

An protocollum notarij mortui probet clericatum.quod non cõcludit Aegid.de bella mera, consil.10.factum.col.2.quia protocollum nõ habet omnia substantialia necessaria in instrumento,& maximè quando caret subscriptione notarij, & quia protocollo notarij mortui non creditur , donec de mandato iudicis per alium notarium publicum,cui commiserit protocollum notarij, redactum fuerit in formã publicam secundum eum,per no.in l.contractus.C.de fide instr. & in authen.de tabel.colla.4.ergo ex auctoritate ordinarij probabit.

*Dispensatio an insinuari debeat.*

43 Quartò , si nominatus habeat beneficium curatum , vel dignitatem incompatibilem cum secundo beneficio,bonum esset quod ostenderet dispensationem ad aliud incompatibile, alioqui ordinarius conferre eidem aliud beneficium nõ tenetur.c.ordinarij.§.in cõferendis.de offic.ordi. lib.6.dixi in §.statuimus.1.gl.antiquiorem.de colla.suprà.tamen hæc tria poterunt insinuari quolibet tempore, cum in eis non assignetur tempus. nec concordatum astringit ad hæc insinuãdum. Ideo si non esset istorum facta insinuatio , non ob hoc irritaretur sicut alia facta de requisitis ex necessitate.

44 Nec obstat tex.concordato. in d.§.præfati. ibi,seu nominationis. volens innuere quod literas nominationis alternatiuè , non coniunctiuè, debeat nominatus insinuare.Quia respon. quòd non stat disiunctiuè,sed ampliatiuè , vt in simili ponitur in cap.ego Ludouicus.63.distin. gl. in §. videlicet.in verbo seu.de collat.in prag.text.in l. si quis ita.de auro & argen.lega. Perus.in c.licet. de offi.vica.lib.6.Sic consulit Ias. consil.64. facti contingentia.col.3.vol.1.Iacob.in l. plerunque in fin.ff.de iure dot. quia sæpe compertum est vt coniuncta pro disiunctis, disiuncta pro coniunctis , soluta pro separatis ponantur. l. sæpe. ff. de verbo.signi.& ibi dixi,& in forma manda.apost. in gl.seu.

45 Quintò quæro , quid si studuit in pluribus vniuersitatibus, & habet certificatorias temporis studij ex qualibet vniuersitate, an debeat omnes illas certificatorias exhibere collatoribus ? quod videtur,quia indefinita æquipollet vniuersali. c. vt circa.de elect.lib.6. & indefinitè loquitur concordatum in d.§.teneantur,ergo,&c.

*Omnes literæ certificatoriæ an debeant insinuari.*

Contrarium arbitror,sufficit enim exhibere literas illas,ex quibus constat graduatum & nominatum esse habilem ad illum gradum, quemadmodum quando plura remedia, seu exceptiones peremptoriæ competunt , sufficit proponere vnam,quæ sufficit ad victoriam causæ , licet plures non prohibeatur proponere.regula,nullus.de reg.iur.in 6.si ergo nominatus studuerit per quinquennium Tholosę,& habeat literas certificationis temporis studij,si postea apud Caturcum studuerit per duos annos , licet non insinuet literas vniuersitatis Caturcen.non minus valebit , cum primæ literæ sufficiant, & reddant eum habilem ad gradum baccalaureatus. Secus si tanquam doctor vellet admitti, vt infra dicam. vel si non studuerit nisi Tholosæ per tres annos , & apud Montẽpessulanum per duos annos,tunc oportet vtrunque insinuare. quia vtrunque requiritur antequam sit habilis.dixi in §.pręfatique graduati.in gl.vniuersitatis.de colla.

46 Sextò quæro,quid si est doctor?an sufficiat præsentare literas tantum doctoratus cum certificatoriis temporis studij? Resp. crederẽ quod sic, per ea quæ not.Panor.in c.1.col.2.in fin. de cler. pereg.vbi dicit sufficere sacerdoti ostendere literas ordinum superiorum, etiam si non ostendat alias literas de inferioribus ordinibus, quãdo ille qui ordinauit,est tantæ discretionis,quòd non sit præsumendum illum ordinatum fuisse presbyterum,nisi constitisset ordinanti de aliis prioribus ordinibus,quia tunc omnia pręsumuntur solenniter acta.c.nobilissimus.96.dist.ca. in nostra. de

*Literas doctoratus an graduato sufficiat exhibere.*

procur.l.sciendum.ff.de verb.obli. Sic est dicendum in vniuersitatibus Galliæ.nam non est præsumendum quod promoueant ad doctoratum sine inferioribus gradibus per saltum. cum sint maxime discretionis, & quia venirent contra §. monemus.de colla. in concor. Ego fui in tribus vniuersitatibus Franciæ regens, & in aliis ferme iura profitens, & tamen nunquam vidi aliquem admitti per saltum, & hoc maximè habent exosum vniuersitates Franciæ, ergo sufficit exhibere literas doctoratus cum literis certificatoriis, vt dixi in gl.de literis.§.præfatique graduati.de col. dummodo tempus sufficiens ad doctoratum insinuet, vt dictum fuit superius.

*Literæ omniū graduū an sint insinuandæ.*

47 Septimò quæro, quid si habeat omnes gradus, an literas omnium graduum insinuare debeat? Et breui resp. quod non, sed sufficit exhibere literas gradus illius quo vult se iuuare: si sit doctor iurium, sufficit exhibere literas baccalaureatus, vel licentiæ, seu doctoratus, cum literis certificatoriis temporis sufficientis illius gradus. vnde si tanquam baccalaureus velit obtinere beneficium, sufficit sibi exhibere literas gradus baccalaureatus cum certificatoriis, licet nō exhibeat literas doctoratus, quia non quasi doctor hoc facit, sed quasi baccalaureus, vt in simili dicit text. in l.item eorum.in princ. ff. quod cuiusque vniuersi.nomi.& quādo quis venit vt baccalaureus, debet se probare baccalaureum.arg.l. non ignorat. C. qui accus.non poss. & se studuisse quinquennium, vel aliud tempus competens, vt supra dictum extitit. Et si insinuauerit literas baccalaureatus & licentiæ, tamen non insinuauit nisi quinquennium de tēpore studij, valebit insinuatio quo ad baccalaureatū, non quo ad licentiam, & literarum licentia superflua vitiabit insinuationem.per l.testamentum.C.de testa.

*Quomodo debeant nominationes & gradus insinuari.*

48 Septimò supra quæsito, videlicet quomodo insinuari debeant nominationes & gradus? Resp.receptis nominationibus, & aliis literis necessaris debet nominatus & graduatus adire episcopum humiliter, non superbè. Deus enim superbis resistit.1.Pet.cap.vlti.& Salomon.Humilis sermo, & humilis homo triumphant in domo. Spec.in tit. de aduoc.§. hic dicendum, quia nec superbi ab initio placuerunt tibi domine, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.Iudic.9.

*Nominatus salutare episcopum debet, & honorem impendere.*

49 Et primo ingressu, vt ineat gratiam ab episcopo, salutare eum debet.l. publia.§. fin.ff. deposi.l. Nesennius.de nego.gest.sæpe enim quidā prælati salutationes quærunt in foro, ac Rabbi vocari.Matth.23.c.l.1.C.de senten.pafsis.l.1.de vete.numisma. potestate. lib. 12. & pileo deposito. reuerentiam & honorem eidem impendere debet, tum propter dignitatem, & ratione excellentiæ, ob quam constitutis in dignitate honor debetur, vt declarat beatus Thomas in secunda secundæ. q.81.dist.4.& quæst.102.dist.1.& tex.in l.fin.C.de off.diuers.iud.tum quia minores debent præbere honorem maioribus.ca. statuimus.de maiori. & obed.& ibi glo.vlt. & in l. potioris. C. de off. recto.prouinciæ.gl.in l.1.§.sicut. in verb. seruitutē. ff. de aqua pluuia.arcen.gl.in l.ciues.C.de incolis.li.10. maximè si episcopus sit in sua diœcesi, quia tunc etiam dignior impendere honorem inferiori debet.gl.in l.apud. ff. de manumis.l. nihil.C.de pala.sacra largi.li.12.quas gl.not.Gaspa. Portugallen. in repet.l imperium. col. 2.ff. de iurisd.om.iud.D.Chassa.in catalogo glor. mundi. in 11.parte, consideratione 13.Etiam si essent canonici exempti, adhuc suo archiepiscopo vel episcopo honorem & reuerentiam præstare debent. c.conquerente.de offic.ord.Bal.in l.liberti. col.3. versi.honorificentia C.de oper.lib. & in l.fi. in fi. de bon.lib.Ro.sing.480.episcopus.Fel.in c. cum non liceat.col.1.de præscr.Deci.in c.vlt.in 3.not. de confirma.vti.Io Francis.in tract.de præscr. in 5.parte princ.q.12.in fi.Henri.Boer.in tract.de synodo episcopi.in 3.parte.nu.54.cum seq.

*Canonici exempti episcopo reuerentiam debent.*

*Honor quatuor modis exhibetur.*

50 Qui honor exhiberi potest quatuor modis. Primò verbo, vt dixi: & iste multum prodest ei cui infertur, licet parum grauet honorantem. Nā dicitur communi adagio, *Honneur de bouche vaut assez, & peu touche.*

Secundò, exhibetur honor edicto, & dicitur honor edictalis, siue decretalis, & est quādo quis dedicat alicui opus suum, vel eum nominat in opere suo, tunc ille honor est perennis propter famam, quia postea arbitrabitur fuisse talis, qualem scripta declarant.argu.l. cum precibus.C.de probat.l.fi.de re iud.licet hodie hæc dedicatio parum vtilis sit dicantibus, vt expertus fari possum, sed Deus (vt spero) erit noster retributor.

51 Tertiò, exhibetur honor literis, vtpote quando mittitur epistola. sed hic honor non est ita perennis sicut præcedens.not. in cle.fi.de senten.excom.facit auth.qui semel.C.quomo. & quando iud.Alius est honor realis, siue actualis. & iste est pinguior, quàm verbalis, inquantum plus æstimantur facta quàm verba. iuxta illud, vbi opus est facto, verba non sufficiunt.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.emp.Bonif.in d.clem.fi.col.3. expresse declarat.

*Commēdandus est collator de fide & aliis.*

52 Postea debet insinuans habere modicā orationem.nam magna virtus est in linguę complacentia, & multas dirimit quęstiones, si alter alteri loquatur verbis discretis, & pacificis, & in hoc nunquam sunt feriæ.Bal.in rub.de iudi.in decre. col.1.in eaque ratione commendet collatorem, primo de fide, sine qua non potest superædificari.c.cum Paulus.1.q.1.& nihil est quod in pręsule magis præfulgeat, quàm recta fides.epistola, inter claras.C.de summa trinit.

Item debet commendare collatorem de timore dei Psal.217. Beatus vir, qui timet dominum. & alibi, Initium sapientiæ timor domini. Ecclesiast.25.c. Timor Dei per omnia te superposuit & ibi.c.25.Nihil melius est, quàm timor dei.

Preterea de sapientia & prudentia.sapiēs enim nunquam inanis est, sed semper in se habet amictum prudentiæ.c.sapiens.de pœni.dist.2. Ecclesiast.24.c.Sapientia laudabit animam suam, & in deo honorabitur, & in medio populi sui gloriabitur. & c. seq. Quàm magnus dominus qui inuenit sapientiam, & scientiam.& Sapi.7.ca. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia.

De scientia etiam commendari debet, quæ

episcopis & collatoribus est valde necessaria. ca. cum in cunctis.in princ.de elect. Vilissimus com putandus est,qui alios honore præcedit,nisi præcellat scientia,moribus,& sanctitate.cap. Vilissimus.1.q.1.

Ad hæc,quòd sibi similes,videlicet literis prȩditos diligit,eos fouet illisque prouidet, (prout tenetur)c.ad decorem.de instit.indignos & ignaros profligat.In aliis etiam virtutibus,quibus collator insignitus est, breui eum commendare poterit, dicens se non posse alias virtutes (quibus est honestatus)lingua nuncupare.Caueat tamen à superfluitate.l.fi.§.in refutatoriis.C. de appella. Breuitas enim locutionis gratiam parit,& molestias, sinistramque suspitionem fugat, immensitas contra,argum.c.diffinimus.18.quȩstio.2.l.1.ff. quod met.cau.Spec.in tit.de aduoca. §. nunc de exordiis.Si vera sint, dicat superiora:alioqui auribus collatorum seruire erubescat. Tristitiam enim pariunt quando ea apud nos non inueniũtur, quæ de nobis iactantur.c.inter verba.11. q.3. Famȩ etiam detrahitur alicuius,dum plus quàm expediat commendatur.c.ecce.99.dist.

*Armis & lapidibus nominatus uti potest.*

52 Debet ergo nominatus prius vti verbis. c.1. de iud.herbis,deinde,postea lapidibus : & vbi nõ sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium.Bal.singulariter in cap.olim.in fin.de rescrip.

Primò ergo verbis vtatur in prima insinuatione,de quibus supra. Secundò herbis, nam sicut herbæ sunt virides, ita in singulos annos nominatus debet insinuare nomen & cognomen. Tertiò lapidibus.nam sicut lapides mittuntur in alterum, ita nominatus debet mittere literas duplicatas ad episcopum:& vbi ingenium nominati ista facientis non sufficit erga collatorem,tunc valeat armorum præsidum.nam arma sunt actiones.§.1.instit. de excep. Et sic nominatus producet arma & actiones contra prouisum per ordinarium. sic potest intelligi dictum Bald. quo ad hanc materiam no.quia in verbis,herbis, & lapidibus est virtus.tex. & ibi expresse Archid. in ca. non liceat.26.q.5.

*Forma insinuationis.*

53 Insuper literas collatori præsentare debet sic dicens: Alma Parisi.vniuersitas tuam R.dignitatem salutat, & has nominationis literas gradus, & alias mittit,supplicatque & ego ipse, vt digneris mihi prouidere de beneficio tempore præstituto in concordatis vacaturo,protestãs in casum contradictionis & negligentiæ (quod absit) de pœnis tam in concordatis quàm in ordinatio regiis contra inobedientes statutis, & de habendo recursum ad superiorem,& tunc ostendat ei literas gradus,& alias,quas tenetur eidem exhibere, de quibus supra dictum extitit,vide Spe.in tit.de rescr.præsenta.in princ. petatque instrumentum nominatus de hac insinuatione à notario, quam debet secum ducere, vt postea possit probare fecisse insinuationem.c.quoniã.de prob.gl.in verb. beneficio.in cle.causam.de elect.

*Episcopus quid agere debeat quando insinuantur sibi nominationes*

54 Demum episcopus,vel alius collator humiliter salutare illum debet,pileo etiam parum leuato,quia nihil in episcopali ceruice splẽdidius fulgeat oportet,quàm ipsa humilitas.c. contra morem.100.distin. Debet enim prælatus seruare prȩcepta Philoso.sic inquiẽs, cũctis esto benignus, cũctis familiaris,omnibus æquus,ad iram tardus, ad misericordiam pronus,in aduersis firmus, in prosperis cautus. omnibus prodesse debet, nulli nocere.hęc Archi.in c.hoc habet.col.2.dist.46.Et dicitur ad Ro.13. Reddite omnibus debita:cui tributum,tributum:cui vectigal,vectigal:cui honorem,honorem: nam imperator Antoninus salutatus à præfectis,aliquantulum procesit,& eis mutuam salutationem dedit.l.1. C. de sent. pass. etiam maior minori salutem porrigit.c.1.de feud. cognit.& adagio dicitur,Par pari referto, & gratia gratiam parit.Hiero.ad Nepotia.episcopi honorent clericos quasi clericos, ipsis episcopis à clericis quasi episcopi honor deferatur.Cur ergo (inquit) te habeam vt principem,tu me non habeas vt senatorem?& si prælatus non seruet reuerentiam subdito, nec subditus seruare eidem tenetur.c.cum beatus.45.dist.c.significasti.de elect. c.ad decorem. de instit. & si mariti ab vxoribus honorati velint,eas tanquam vxores reuereri nõ grauentur. Hoc eleganter & pulchrè more suo tradit doctissimus Dom. And. Tiraquel.in 11.lege connubiali,fol.144.versic.igitur.

*Episcopus insinuanti quid respondere potest.*

Item reuerenter eas recipere debet, & quod mandatur,exequi.c.si quando. de rescr. cum sint emanatæ tam authoritate apostolica quàm regia,saltem mediate.vt patet in cõcord.& est tex. in l.item eorum. §. 1.ff. quod cuiusque vniuer. nom. cuius verba sunt, si decuriones decreuerunt actionem per eum mouẽdam,quem duumuiri eligerent, is videtur ab ordine electus, & ideo experiri potest. parui enim refert, an ipse ordo elegerit,an is cui ordo negocium dedit. Et illas literas sic oblatas poterit collator inspicere, si velit,& legere,petens literas duplicatas,promittens se facturum,prout eidem prȩcipitur,& quod iuris fuerit. & non debet excandescere in nominatum, quia nil est laudis turpia verba loqui. Si tamen nil dixerit nominato insinuanti,non minus valebit intimatio, quia verba episcopi in insinuatione non sunt de substantia, sicut sunt in matrimoniis,in valentibus loqui gl.in l.fi. C. de præscript. 30.vel 40.& c.tuæ.de sponſ.vt inferius describitur.nu.101.

*Instrumentum insinuationis debet nominatus retinere.*

55 Aduertat nominatus, vt instrumentum insinuationis à notario recipiat, & penes se retineat.quia fortè, si pòstea eo indigeret, inuenire non posset, vt not. in ca. significauit. de testib.d. Boer.in addit.ad Mandago.in vlt.parte.in forma 4.qualiter appellans denunciare habet appellationem. & in illo instrumento faciat inscribere insinuationem factam tempore quadragesimæ, quia quando tempus (vt supra dixi) in aliquo actu requiritur, non sufficit probare actum factum, nisi probetur quòd illo tẽpore fuit factus. l.eum actum.ff.de neg.gest. Fel. in cap. quòd ad consultationem.col.antepen. in 2. conclu. de re iudi. vbi dicit non sufficere probare appellasse, nisi probetur appellatum intra decem dies. & si in insinuatione fiat mentio de literis gradus,non creditur quo ad gradum ritè datum, nisi ad verbum literę fuerint descriptę.Ro.consil.336.circa.

Ideo

Ideo debet dicere, talis insinuauit literas gradus vniuersitatis Parisi.incip.vniuersis,&c.& sic finiẽte,datum anno 1540.die tali,vsque ad finem scribat.& idem in aliis literis faciat.

*Quibus sit insinuandũ presentib.*

56 Octauò quæritur,quibus presentibus sit insinuandum?Resp. notario præsente, & duobus testibus. nam notario sine testibus non crederetur.c.quoniam.de prob.vel presentibus duobus notariis in illis regionibus, vbi de consuetudine requiruntur, vt hic. & valet illa consuetudo, de qua Dec.in ca. 2. col.5. de prob.Et plus creditur notariis quàm aliis testibus.glo.in verbo tabellariis.in §.si verò absunt.in auth. de hæredi. & falcid.colla.1.

*Insinuatio coram notariis apostolicis, an ualeat.*

57 Nec distinguo quo ad hoc,siue sint notarij regij, siue apostolici, licet in aliquibus materiis distinguatur,vt dixi in art.2.tract.de literis oblig. sigillo regio signatis.in 1.tomo constitutio.regia. Vide Bal.in proœmio decreta.Greg.nu.20.& an valeat si fuerit notarius imperialis, tradit Bellamera in consil.42.dominus.col.1.quod sic,sed reprobo in d.art.2. per ordin. regiam hoc expressè prohibentem, quam insero in d.art.2.

*Episcopo an credi debeat quo ad insinuationem, & an gallicè, uel latinè fieri debeat.*

Nec crederetur episcopo, vel alteri collatori asserenti sibi factam insinuationem, si aliàs non probaretur, quia fortè volebat ei gratificare, & multi collatores in præiudicium eorum, qui insinuauerunt, hoc possent dicere; & fraus fieret, quæ est tollenda.per glos.nota.in cap.si qui sine. 81.dist.vbi episcopo dicit non credendum,quando dicit se dispensasse,multò fortius,nec quando dicit sibi insinuatum fuisse,nec distinguo in hoc an insinuatio conscribatur verbis latinis,vel gallicis,seu idiomate communi patriæ, quia sufficit quòd intelligatur. vt scripsi in repetitio.l. quod iussit.in gloss.mag.numero 44.ff.de re iudic. per l. iudices. C. de sentent. & interlocut. omnium iudic. & ordinatio illa vt omnes actus gallicis conscribantur verbis,non includit actus ecclesiasticos,& beneficiales, vt dico in 2. tomo constit. regia.in illo tracta.& doct.probant in c. ecclesia. de constit.

*Insinuationes quibus fiant.*

58 Nono quæro,quibus fiant insinuationes de quibus loquimur?Resp.his, ad quos beneficiorũ collatio spectat, seu præsentatio, siue conferant, aut eligant, aut de beneficiis alio modo prouideant,siue sint cardinales,archiepiscopi, episcopi,abbates,capitula ecclesiarum,vel quiuis alij ecclesiastici collatores.tex.in §.teneantur. de colla. in concord.& in ordi.regiis iam citatis.art.10. & art.8.& seq.siue ius conferendi spectet ad aliquẽ de iure,siue de consuetudine,seu ex præscriptione,quod potest esse,vt tradit Pan.in c. cum contingat.de foro compet.Fel.in c.auditis.de præsc. de Selua.q.8.partis.2.idem in mandatis arbitror. c.tibi.& c.duobus.de rescr.in 6.ca. si capitulũ. de concess.præb.eo.lib.

*Insinuatio an uicariis fiat.*

59 Primò quæro, absentibus collatoribus an hæc insinuatio possit fieri eorum vicariis? Respondet tex.in d.§.teneantur.quod sic,in absentia collatorum,& hoc declaratur in ordina.reg.& in prag.in §.statuit. in verbo vicariis. vbi dicit episcopos teneri ad constituendum vicarios generales, vt in eorum absentia possint nominationes insinuari,& alia fieri coram eis.cap. quoniam.de offi.ord.c.quia in quibusdam.89.dist.c. in nona. 16.q.7.Nam domino absente,procuratori potest fieri litis motæ denunciatio.l.si dictum.§. si præsente.& ibi gl.in verbo procuratori.ff.de euict.facit l.procuratoris.de tribut.actio.tex.in ca. si soli. ibi,ordinario ipsi factam.de concess.præb. in 6.& ibi Io.And.dicit non sufficere quando præsentia episcopi facilè haberi posset,per l. item.§. petitã, ff.de petit.hæred.l.mora.ff. de vsur. Si verò episcopus esset multitudine astantium impeditus,vt vidi in cardinali,valeret insinuatio facta vicario, & vbicunque reddit se difficilem episcopus, vt plenè de hoc constitui. Et in absentia vicariorum poterit fieri officialibus,vel assessoribus, vel prioribus,claustralib.aut subprioribus,ordi. reg. art.9.rub. *Des graduez simples*. facit gloss.& quod ibi not.doctor.in cle.vna.in verb.diœcesanis. de foro competen.

*Insinuatio uicario facta, an liget episcopum.*

60 Et talis exhibitio facta vicario ligat episcopum,in tantum quòd si postea episcopus conferat alteri,non valebit, licet dicat se ignorare insinuationem vicario factam, alioqui nil operaretur.De Rota decisi.432. nota vtrum.in antiquis. gl.in §.item voluit. in verbo vicario. de colla. in pragma. plus dicens sufficere etiam mandatum vicario insinuare in episcopi absentia.ca. eam te. de rescrip.& ibi doct. glo.in §. qui de prædictis. in verbo collatori.de collatio.in prag.facit quod not.Archid.in ca. Reatina.63.distinctio.vbi dicit fuisse obtentum, quod quando requiritur consensus regis vel episcopi, si sint absentes extra prouinciam,sufficit consensus eorũ vicariorum, qui aliàs non sufficeret.sequitur Bal.in c.cum venerabilis.de consuetud.per c.cum nullus.ibi,episcopo autem in remotis agẽte.de temp.ord.li. 6. Licet contrarium teneat Ro. consil. 693. ex longæua.Primã tenet Ias.in l.in prouinciali.§.si ego. col.pe.ff.de operis noui nũc. Præsenti ergo episcopo,vel alij collatori est insinuandum.Barb.plenè in ca.volentes.nu.12.cum seq.de offi.leg.

*Episcopus extra ciuitatem non est quærendus.*

61 Et dicitur præsens,qui est in ciuitate, vel in continentibus ædificiis,quia illi qui in continentibus ædificiis sunt, in ciuitate esse intelliguntur. l.qui in continentibus.ff.de verb.signifi. non tamen tenetur nominatus collatorem adire, vel quærere extra ciuitatem.argu. illius, qui tenetur adhibere medicum alicui, vt non teneantur extra ciuitatem quærere.nota.in l. si ab hostibus.ff. sol.matr.Alex.consil.91.nu.5.in 7.vol.cum teneatur creare vicarios, & eos in ciuitate relinquere, si tamen episcopus sit in tali loco, qui de facili possit adiri (quod boni viri arbitrio relinquitur) fortè non esset omittendus.gl.in d.§.item voluit. in verbo absentia.de colla.in prag.Isto tamen iure non vtimur,si fiat vni,sufficiet.

Nec me mouet d.§.teneantur.ibi, aut eorum vicariis, quia ibi dictio,aut,est alternatiua ordinis,vt in l.cum pater.§.pen.ff.de legat.2.& ita ponitur in d.§.statuimus.2.de colla.suprà,licet regulariter non sic accipiatur gl.in ca.cum plures. de offi.deleg.in 6.& ibi Domi.& Philip.Perus.

*Quãdo sunt plures uicarij cui fit insinuatio.*

62 Secundò quæro, quid si sint plures vicarij, an sufficiat vni insinuare? Videtur quod non per l.fin.

l.fi.ff.in ius voca.vt eant. & l.sed & si. qui satisd. cog.vbi si quis promiserit duos sistere,non liberatur si alterum sistat.

Item quia sunt ordinarij.Ioa. And.& alij in c. tua.de offic.vicar.& cap.2.eo. tit. lib.6. & habent iurisdictionem insolidum, & quilibet potest separatim procedere, nisi aliter fuerit in constitutione expressum.arg.l.1.ff.de offi. consul.l. imperatores.ad municip.gl.in c.2.de arbit.lib.6. & ibi Panorm.in l. si vni. ff. de re iud. Ex quo tamen causa est coram vno inchoata, alter non potest se immiscere,nisi primus sit impeditus, per d.l.si vni. igitur cum vnus sine altero posit procedere,omnibus est intimatio facienda,ad hoc vt omnium impediatur collatio, instar procuratorum. ca.si duo.de procur.in 6.

Contrarium est verum, quia omnes vicarij, etiã si essent quinque vel sex(vt apud Bituriges) repræsentant vnam personam, videlicet constituentis,à quo est eorum potestas.c.2. de consuetudi.vnde sicut insinuatio facta vicario ligat dominum,multo magis debet ligare alterum vicarium.

Nec me mouet d.l.fi.nec l.sed & si.quia est casus diuersus, & loquitur in debitore qui duo debet copulatiuè: hic contra,quia insolidum constituti sunt regulariter.nempe cùm duo sunt constituti,insolidum constituti censentur.c.2.de offi. vica.in 6.

Nec refragatur aliud, quia loquitur quando plures habẽt potestatem conferendi insolidum, nec vnius potestas dependet ab alio, nec repræsentant personam vnius.hic cõtra.gl.in d.§.item voluit.in verbo vicario.

*Deuolutio fit de uicario ad archiepiscopum.*

63 Tertiò quæro, quid si vicarius conferat inhabili, an potestas deuoluatur ad constituentem,vel ad superiorem episcopi, videlicet ad archiepiscopum? Videtur quod ad constituentem, per §. si quis verò. in verbo immediatum superiorem deuoluantur.de col.in pragm.vbi deuolutio fit ad immediatum superiorem, sed immediatus superior vicarij est episcopus, ergo ad eum fiet deuolutio.

Contrarium verius arbitror,tum quia non fieret deuolutio ad immediatum superiorem, sed ad eundem.c.2.de consuet.in 6.Et concordatum vult vt ad immendiatum superiorem episcoporum,vel archiepiscoporum, & id genus collatorum deuoluatur potestas,ergo sic fiet.Item quando delegatus in totum delegat,ad primum delegantem appellatur.c.super quæstionum.de offic. deleg.c.duo ex tribus.& c.si is cui.illo tit.in 6. & episcopus de se queri debet, qui talem vicarium sibi elegit.§.fi.inst.pro socio.

*Quãdo sunt plures uicarij,cui sit insinuandum.*

64 Quartò quæro,cui istorum vicariorum intimatio fieri debet? Resp. poterit nominatus eligere vnum ex istis,cui exhibebit nominationes, & alia requisita,arg.auth.habita. C. ne filius pro patre.vbi quando cui dantur plures iudices, habet optionem. gl. in l.fi. C. vbi in rem act. sic & hic videtur.Item in alternatiuis est electio debitoris.l.3.ff.de eo quod cert. loco.l. plerunque. de iure dot.reg.in alternatiuis. de regu. iur.in 6. Sic & in pluribus quibus est facienda insinuatio. si tamen fieret collatio ab episcopo & vicario eodem die,nec de prioritate appareret, valebit collatio facta per episcopum propter eius maiorem prærogatiuam.c. dudum. & c.si à sede. de præb. lib.6.dico plenè in tract.de pacific. possess. in 17. limita.

*Insinuatio facta uicario extra diœcesim ualet.*

65 Quintò,quæritur an valeat insinuatio facta vicario extra diœcesim? Videtur quod non.c.statutum.de præb.lib.6. extra enim territorium ius dicenti non paretur impune.c.fi.de constit.li.6.l. fi.ff de iurisd.omn.iudi.

Contrarium videtur verius, quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt etiam extra territorium exerceri.l.2.ff.de off.proconsul.posset vicarius extra diœcesim conferre,sicut episcopus.c.nouit.de offi.leg.& ibi not. & de Rota decisio.vlti.de offi.vicar.c.post electionem.de concess. præb. nam vicarius legati potest extra limites suæ iurisdictionis & legationis beneficia conferre, dummodo vacent in territorio suæ legationis Bertrand.consil.205.quæsitum.in 1. volu. secundum nouam impresionem, ita & vicarius episcopi.

Item sacerdos parochianum suum extra parochiam, & vbicunque confitebitur, absoluere potest,cum sit voluntariæ iurisdictionis.Hostien.in summa.de pœnit. & remiss. §. cui confitendum. versic.& nunquid extra territorium.Potest etiam episcopus extra territorium conferre suis subditis ordines. Barb.d.cap.nouit.dicens episcopum Asten.multis scholaribus sua memoria contulisse Bononiæ,vt dixi supra num.29.

Nec obstat d.cap. statutum. quia loquitur in beneficiis vacantibus in curia, in quibus est speciale,& d.ca.fi.loquitur in actibus iurisdictionis contentiosæ,hic voluntariæ.Quanuis D.Probus in §. Item voluit. in glossa, vicario. de colla. in pragma. voluerit contrarium,videlicet quòd extra territorium vicario fieri non posit,nihil allegat, nisi quòd vicarius datus est in subsidium, id est in absentia prælati, certè si in constitutione vicarius esset datus in absentia prælati, etiam posset ei fieri insinuatio. nam vicarius est,& vicario potest fieri insinuatio, & postquam text. non distinguit vbi fiat, sed episcopo, vel vicario, ergo nec nos distinguere debemus.l. de precio.ff.de publi.in rem actio.Item dicit,non debet vicarius tale territorium habere, sicut prælatus, nil adducit.Respond. si in creatione vicarij territorium nõ fuerit limitatum,vbique erit vicarius. sicut excommunicatus in vno loco, vbique erit excommunicatus, adducit etiam quod text. dicit in absentia,hoc salua pace dixerim text. concordatorum hoc non dicit,sed in §.teneantur.dicitur insinuationem collatoribus aut vicariis faciendam. ergo cum ille tex. hoc non dicat. text. prag.cum decepit,qui hoc habet, vt plenè scripsi in prag.benefic.in materia vica.episc.& hæc opinio seruatur in curiis.vt refert Boer.in decis.Burdeg.q.30.quæritur an vicarius.col.vlt.vbi sic fuisse iudicatum in parla.asserit: nam vicarius extra diœcesim regulariter potest cõferre,vt dixi. ergo & quod minus est,videlicet insinuare illi potest, & cui committitur consequens,vt collatio, ergo

& ante

& antecedens, videlicet insinuatio.l. ad rem.& l. ad legatum.ff.de procura.

*De insinuatione facta episcopo qui est alterius episcopi uicarius.*

66 Sextò, quæro, quidam episcopus est vicarius archiepiscopi, vel alterius episcopi. quidam eidem insinuauit, quæro an censeatur illi insinuasse, & vt episcopo, & vt vicario? Videtur quod sic, si nominationes dirigebantur vtrique episcopo, vt res valeat.l.quoties.2.ff.de reb.dub. c.inter.§.cæterum.de fide instr.

Contrarium arbitror verius, vt tantum censeatur eidem facta insinuatio tanquam episcopo,& non tanquam vicario, nisi dixerit, etiam tibi tanquam vicario insinuo.per tex.in l.de pupillo. §.nunciationem.ff.de oper.noui nuncia.ibi,& generaliter ei nunciari nouum opus potest, qui in re præsenti fuerit domini operisve nomine.Ecce ergo quod requiritur vt nomen vicarij exprimatur, alioqui in dubio censetur insinuatio facta eidem tanquàm episcopo, vt omne analogum in sua famosiori stet significatione.§.sed ius quidem ciuile.instit.de iure natural.

67 Item in mandatis apostolicis si collatio spectet ad archidiaconum separatim, non sufficeret insinuatio facta publicè, sed oportet quod illi separatim fiat.c.si.de præb.in 6. quod est verum, si ratione suæ dignitatis conferat: secus si tanquam vicegerens capituli conferret, vtpote quia est in turno suæ hebdomadæ, vt supra dictum est, & sequitur D.Ruseus in tract. de mand apostolicis. 3.parte.

*Insinuatio facta capitulo non ligat uicarium episcopi.*

68 Ideo si insinuatio fuerit facta capitulo, & vnus canonicus erat vicarius episcopi, per hanc insinuationem capitulo factā non litigatur episcopus, nisi illi canonico intimatum fuerit tanquam vicario episcopi.

*Duæ literæ duplicatæ an dari debeant.*

69 Et an teneatur dare duas duplicatas literas, videlicet vnas tanquam vicario alterius episcopi alteras tanquam episcopo?& crederem quod sic, quando hoc requireret.alioqui si tantum literas duplicatas daret, non vitiaretur insinuatio facta sub duplici qualitate vni personæ, quia per eas solas literas ita certus est, ac si duas haberet.quod sufficit,& videtur satisfactum concordato.fusius aliquando dicam.

*Insinuationes factæ uicario reuocato quando ualeant.*

70 Septimò, quæro, episcopus reuocauit tempore quadragesimæ, vicarium, vt deciperet nominatos, quæro an insinuationes eidem vicario postea factæ, viribus subsistant? Respon.subsistere, si nominati & vicarius ignorant istam reuocationem: nam gesta per vicarium valent si ignorat reuocationem.tex.sing.in l.si fortè.ff.de offi.præsid.cuius verba insero, Si fortè præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit priusquam cognouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata.& per illum tex.sing. dicit Rom.singu. 57.fuit quæstio Romæ.

*Collatio beneficij facta per uicariū reuocatum quando ualeat.*

71 Quòd valet collatio beneficij facta per vicarium reuocatum antequam sciat, quia sicut antequam sciat, non dicitur habere iurisdictionem: ita etiam non censetur reuocata antequam sciuerit.Innoc.in ca.ex conquestione. de restit. spoliat.Perus.in c.super eo.2.vlt.not.de appel.Et sententia lata à primis iudicibus reuocatis, ante notitiam reuocationis valet: c.audita.de resti.spolia. Panor.& alij in cap.cæterum. de rescrip. consuluit Dec.consi.395.in causa istorum.col.2. Debet etiam quis habere salarium quandiu ignorat successorem aduenisse.Rom.in l.diem functo. ff. de assesso.Et priuilegium tandiu durat alicui, quandiu sciuerit successorem aduenisse.text. & ibi gl. 1.in l.tribunus.ff.de testa. mili. quam Ias.no.in l. more maiorum, num.8.ff.de iurisd.omnium iud. & Roma.singu. 566. quod.l.si fortè.& facta post euocationem non sunt nulla, antequam is à quo euocatur, sciuerit euocationem, & ei fuerit intimata.cap.ecclesia.in 2.vt lite pēden. Vnde etiam fit, vt non valeat reuocatio procuratoris ante intimationem. clement. vna. de renuncia. cap. ex parte Decani.de resc.Imò etiam si vicarius sciuerit, & dolo tacuerit, valebit insinuatio, ne via pateat malitiis.l.in fundo.ff.de rei vendi.

*Cautela pro insinuātibus uicariis, & ad quid teneantur.*

Aduertendum est quòd is qui insinuat vicario, debet quęrere instrumentum vicariatus.nam si negetur vicarius, ille qui dicit eum vicarium, probare hoc tenebitur. l.actor.C.de prob. & l.2. ff.illo titu.Et si non posit instrumentum constitutionis vicarij habere, quia non solent facilè illud exhibere, sufficit probare, quòd ille erat habitus & nominatus vicarius, & talis reputatus communiter.iuxta l.Barbarius.ff.de offi. prætor. hoc expresim scribit Felin. in cap. sicut. col. 16. nu.31.de re iud.& doct.in l.sciendum.ff. de verb. oblig.mandatum enim non præsumitur.Bald.in l.1.C.de reb.alie.non alienand.vide Ludou.sing. 634.nunquid per productionem,& vidi condemnari ad interesse illos, qui non ostendebant instrumentum vicariatus, quia sunt in culpa se gerendo pro talibus, nisi dicant se non esse vicarios, alioqui si nil dicat is, cui insinuaui, præsumetur vicarius,& si non sit, ad id quod interest cōdemnari debet,& eidem si conferat tāquam vicarius, & postea non ostendat instrumētum vicariatus, vt alibi plenè scripsi.

*Insinuatio an conductori fructuum fiat.*

72 Octauò quæro, an conductori fructuum episcopatus posit fieri insinuatio? Videtur quod sic, quia conductor omnes fructus habere debet, si sic conuentum est,& collatio est fructus. gl. in c.cum olim.de maior.& obed.ergo illi debet fieri insinuatio ad hoc vt teneatur conferre.

Item ius præsentandi transit cum vniuersitate ad locatorem.c.ex literis.de iure patr. ergo postquam potest præsentare ad beneficia, si il debet fieri insinuatio.

Contrarium est verū, quia in conductorem, etiam si coduceret spiritualia & temporalia, non transit ius conferendi, nisi specialiter sit concessum vt conferat.c.si.de offi.vica.in 6.ita tenet de Selua.in tracta.de beneficio.in 2.parte.q.11.

*Simoniacus collator est qui plus locat propter collationem.*

Quod solent quidam simoniaci episcopi facere, vt pluris locentur fructus episcopatus, quod est abominandum tam episcopo, quàm conductori,& illis lepra Naamam adhærebit,& semini illorum in perpetuum, nec ob hoc tenentur nominati suas exhibere nominationes isti conductori simoniaco, sed sufficit episcopo intimare, vel vicario:& tenebitur hic conductor conferre nominato, quia auctoritate episcopi confert.c. si. de præb.in 6.dixi superius.in 8.q.princ.

Nec

Nec obstant in contrarium adducta, quia esto quòd fructus temporales transeant in conductorem, non tamen collatio, non concessa, quæ est ius spirituale, licet sit in fruct. & si præsentatio transeat cum vniuersitate bonorum, tamen non collatio. not. in c. quanto. de iudic. c. querelam. de simon. nec præsentatio transit in conductorem ad modicum tempus. Panorm. in d. c. ex literis. & Fel. in c. Bertoldus. col pen. de re iud.

Coadiutori an sufficiat insinuare.

73 Nonò, an sufficiat insinuare coadiutori dato episcopo, vel episcopo sit facienda insinuatio? Et breui resp. quòd coadiutori potest fieri, quando habet collationem beneficiorum. gl. in §. item voluit. in verbo vicario. de colla. in prag. & tunc habet collationem beneficiorum, quando datus est illi, qui perpetuo impedimento est detentus, vtpote mentis alienatione, vel intellectus, quia episcopus est demēs, vel furiosus. alioqui ecclesiæ diutius vacarent, si expectaremus, quod moreretur, vel resipisceret. l. ambiguitatem. C. de vsufru. aliàs coadiutori non potest fieri, vt dixi supra in 8. quæst. prin. ibi. q. 10. & gl. in tit. de colla. in verbo iurisdictio. in prag. nisi episcopus esset lepræ morbo percussus, tunc etiam putarem, quod coadiutori insinuatio esset facienda propter periculum communionis. c. de rectoribus. & c. seq. de cler. ægro. c. 1. de coniug. seruo. Idem si peste esset infectus, contra quā non valent medici, nec medicinæ. Paul. in l. si ab hostibus. ff. solut. mat. De Ripa in tract. de peste plenè tradit. ibi videre licet multa ad hanc rem facientia. Et quāuis hoc non placeat Philip. Probo in §. Item voluit. in verb. vicario. de colla. in prag. sed cum nullo iure, nec quidem ratione in contrarium moueatur, saltem nullam adducit, ei ideo non resp. nam esto quod conferre non possit illi, saltem episcopo absente, vel impedimento detento, poterit insinuari, quia saltem tanquam episcopi vicarius erit, si alius non sit ab episcopo constitutus, & mortuo episcopo succedit capitulum, & finitur potestas coadiutoris. Bal. in l. quæsitum. ff. de tute.

Et quamuis nominationes non sunt directè coadiutori, tenebitur tamen prouidere illis, quibus episcopus. per cle. vnicam. de suppl. neglig. prælat. vt superius scripsi. q. 8.

De insinuatione facienda capitulo.

Decimò, quando diriguntur nominationes capitulo, tunc debent insinuari capitulo congregatis canonicis vel monachis, non autem valeret insinuatio, si separatim in domo cuilibet literæ præsentarentur, arg. cap. in Genesi. de elect. glo. & doct. in cap. si capitulo. de concess. præbend. in 6. nam quando dispositio tangit plures in vniuerso, tunc requiritur quòd congregati illum actum faciant, aliàs actus non valebit. c. pisanis. de resti. spolia. l. 2. C. de decu. lib. 10. etiam quando maior pars præiudicat minori, debet fieri in vniuerso non sigillatim. Istud tradit Barto. in l. omnes populi. in 3. q. 2. q. prin. ff. de iusti. & iur. facit etiam quod not. idem Bartol. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. text. in l. semper §. si in sepulchro, quòd vi aut clam.

Mandatum quomodo insinuandū sit capitulo.

75 Et sic etiam debet mandatum præsentari. si tamen duobus competeret ius conferendi, qui non facerent collegium, vel capitulum, tunc sigillatim potest illis fieri exhibitio. Panor. in cap. 3. de iur. patro. Et quid si canonici non sint congregati? debet expectare nominatus vel mandatarius diem, quo solent congregari, cum bis in hebdomada soleant de consuetudine congregari, vel debet requirere illū, qui habet potestatem congregandi, vt congreget: quòd si recuset congregare, vel canonici nolint quòd mandatarius seu nominatus ingrediatur: tunc facta illa diligentia habebitur, ac si præsentatio facta fuisset capitulo. Feder. consil. 190. & doct. in d. c. si capitulo. & sufficit facere tunc insinuationem in loco vbi capitulum consueuit cōgregari, Decano, Archidiacono, vel Præposito, seu maiori parti illorum canonicorum, qui ibidem inueniuntur: nec oportet quòd nominatus probet quòd maior pars interuenerit, teste Collecta. in cap. dilectus. 2. col. vlt. de præb. per not. in cap. bonæ. 1. de electio. & si mandatarius non dederit duplum, seu copiam mandati si non fuit petitum, valebit præsentatio, cle. causam, de elect. & si capitulum petierit, non est necesse si tunc non detur copia, vt postea congregatum sit capitulum, sed sufficit dare vni canonico, vel scribæ, seu notario: quia ius non adstringit, ideo iustiores lege nos non sumus, & prædicta iura loquuntur de præsentatione, non verò de exempli traditione: si tamen poteris eo momento des copiam, ne tibi duo instrumenta fiant. Et si decanus nolit conuocare capitulum, vel conuocet ad tempus longum, poterunt canonici, vel maior pars illorum conuocare, & decano nolente capitulum ad breuius tempus congregare, & possunt terminum mutare, vel abbreuiare, vt consuluit Aegid. de bella mera, consil. 7. factum. col penult.

76 Vndecimò, an sequestro sit insinuatio facienda? Videtur quòd non, quia sequester maximè necessarius, id est, authoritate iudicis positus, non possidet. l. interesse. ff. de acquir. poss. l. vna. C. de sequestra. posses. & fruct. Anto. & Panor. in cap. examinata. de iud. & ibi Henric. dicit quòd manus regis apposita rei contentiosæ non priuat aliquem possessione sua, & talis sequester colligit fructus nomine alieno, quos habet restituere victori. c. 2. de sequest. poss. & fruct. sic non potest præsentare nec conferre. ergo nec illi insinuare debebit. cum non sit collator vel patronus, quibus tantum insinuari oportet. Sequestro an possint insinuationes fieri.

Contrarium tenet Innoc. in dict. c. examinata. vbi dicit sequestrum posse præsentare, & conferre. Idem tenet Felin. in cap. cum Bertoldus. in fin. de re iud. quem sequitur Do. Ruse. in tract. iuris regalio. in 10. priuilegio, quia fructus colligere potest, inter quos est præsentatio, & collatio. glo. in cap. cum olim. de maior. & obedien. & pro hac opinione latum fuit arrestum, vt eidem insinuari possit, vt citat gloss. in §. item voluit. in verbo, vicario. circa fin. de collat. in pragma. Quod est intelligendum quando sequester esset voluntarius, id est, de consensu partium electus, vel voluntarius & necessarius, id est, datus per iudicem de partium consensu, vt communius fit: & ille poterit & conferre, & præsentare. Roch. de Curte. in tractat. de iure patro. in verbo, ipse Arestum.

vel is.quæst.36.Ioan.de Selua in tract.de benefic. in 2.parte.q. 9. ego vidi sequestrum voluntatem cui conferendum esset requirentem amborum litigantium:& si conueniebant in vnum,illi conferebatur à sequestro si disconueniebant, idoneior eligebatur ex duobus nominatis per litigantes,& istud est tutius.

*Lite pẽdente uter litigantiũ conferat.* Vel pars quælibet hodie solet lite pendente præsentare, & postea patebit vter illorum præsentatorum debeat obtinere: nempe ab eo præsentatus,qui obtinebit,super iure patronatus etiã obtinere debebit, nisi alter probasset possessionem se habere,per cap. consultationibus.de iure patro.c.pen.de causa poss.

*Lite pẽdente cui sit insinuandum.* 76 Duodecimò, dubitatur lite pendente cui contendentium possit insinuatio fieri? Breui dicerem quòd si alter esset in possessione, illi posset fieri, quia conferre potest. nota. in cap. cum ecclesia sutrina.de causa posses.& dict. cap. consultationibus. de iure patronatus. Ioan. de Selua in tracta.de benefic.in 2.parte quæst. 7. & ibi declarat quando dicatur esse in possessione post Cald. in consil.12. in rubr. de iure patro. si neuter possideat,vel vterque dicit se possidere, tunc ante sequestrum factum ego insinuarem vtrique propter dubium,per not.in l.de pupillo. §.si plurium dominorum. per illum text.ff.de oper. noui nuncia.

Quando electio vel præsentatio fieri possit lite pendente,vide per glo.& doct.in cap.2.de in integr.restitutio.c.ex literis.de iure patro.

*Episcopo mortuo cui sit insinuandum.* 78 Decimotertiò, cui fiet insinuatio episcopo mortuo? Respon. capitulo, cum ad illud deuoluatur collatio, quæ fit ex necessitate, secus ex voluntate. cap. illa. ne sede vacante. & collatori debet fieri insinuatio, ideo capitulo fiet. & hoc probatur in cap.eam te de rescrip. Quod verum dicit glos.in §.Item voluit.in verb.absentia.in fi. de colla. in prag. si electus episcopus erat de capitulo. per d.c. eam te.sed ego etiam dicerem siue esset, siue non, quia capitulum repræsentat episcopum,& succedit in his quæ ad episcopum spectant.c.1.ne sede vacan.c.cum olim.de maior. alioqui si nullus esset episcopus in quadragesima,nominati illo anno beneficia petere nõ possent, nec consequi, & necessitas legem non habet.l.1.ff.de offic.consul. & facit ordina.reg.rubr. *des graduez simples* artic.9.

*Capitulum gratificat in mensibus graduatorum.* 79 Et potest fieri collatio per capitulum, siue beneficia vacent in mensibus nominatorum, siue graduatorum, quia dicuntur de necessitate conferri, licet sit quædam liberalitas in cui conferendo, videlicet gratificando.glo.in c.relatum. de præb.non tamen est mera liberalitas,sed quædam necessitas. vt ibidem dicitur in §. præfatiq;. 1.ibi,conferre teneantur.probat tex.in cap.penul. in fi.ibi,alterum quem voluerint eligere teneantur. de rescript. in 6. vbi gratificatio est necessaria,ita hic alioqui dispendiosa contingeret vacatio.c.quam sit.de elect. in 6.facit text. in l.vnum ex familia.§.1.ff.de legat.2.ibi.non enim facultas necessaria electionis propriæ liberalitatis beneficium est,&c.

Item ista collatio nominatorum & graduatorum non debet diuerso iure censeri. l. eum qui. ff.de vsuc.& quia habet conferre graduatis,dicitur esse necessitatis,sicut illa quæ habet conferre nominatis.nam licet antiquiori debeatur nominato, poterit esse quòd non erit idoneus, & sic alterum nominatum gratificare poterit sic graduatum, quia non videtur differentia inter eos, vel admodum parua.

Item qui facit illud, ad quod per legem obligatur,non dicitur conferre beneficium.Ias.in l.si arrogator.in 5.not.ff.de adopt.

Adhæc quãdo collatio spectat ad episcopum & capitulũ simul,episcopo mortuo collatio spectat ad capitulum.c.vno, ne sede vacante.in 6.& tunc rectè fit insinuatio eidem capitulo. vt concludere videtur Franciscus in tract.de offi.& potestate.c.sede vacante.in 2.parte. q.1.insuper collatio quę graduatis fieri debet,non minus dicitur necessaria, & si gratificari vnus ex graduatis possit,vt nota.in l.legato generaliter.ff. de lega.1.vbi si relinquatur optio seruorum, nõ minus dicitur necessariũ legatum. l.seruo.ibi, teneri.ff.de optio lega.paria sunt deberi vni Titio,vel vni ex pluribus.not.in l.si ita.ff.illo tit.quia totũ necessarium est.sic & collatio facienda graduatis,& illa optio etiam transit ad hæredes.l.illud.ff. de optio.lega. quod est notandum, quia vidi dubitari in palatio.Et hoc casu potest graduatus requirere capitulum, & postea habere collationem iure deuoluto à superiore,licet habuerit collationem à capitulo,& hoc erit securius.

80 Decimoquartò,quid si collatio vel præsentatio spectat ad duos simul, videlicet ad episcopum & capitulum, an sufficiat vni illorum insinuare? Resp.sic,argu.l.de pupillo.§.si plurium.ff. de operis noui nunc. qui sic dicit, si plurium res sit, in qua opus nouum fiat, & vni nunciatur, & rectè facta nunciatio est, omnibúsque dominis nunciatum videtur. nam quotiens potestas vni adimitur, sine quo collatio facta non valet, alij etiam adempta videtur, cum collatio ab altero facta non valeat,vt concludit Federic.consil.1.& consi.232.casus.in fi.sic ipse consului.& de Selua in tracta.de beneficio.in 3.parte.q.7. Sic in mandatis apostolicis tradunt doct.in c.si capitulo.de conces. præb.in 6. tutius est tamen vtrique insinuare,ne processibus inuoluaris. *Quando collatio ad duos spectat an sufficiat uni insinuare.*

81 Item si fiat interpellatio vni ex duobus reis debendi,nocebit alteri.l.pen.ff.de duo.reis.l.fi.C. illo tit.& si vnus ex pluribus iudicibus vel arbitris impediatur,alij non possunt procedere.l.si in tres.& seq.ff.de arbit.l.duo ex tribus. ff. de re iud. c.vno delegatorum.de offic.deleg. Idem in procuratorib.c. si duo.de procur.lib.6. facit l.ædiles. 2.§.si fortè.ff.de ædil.edict. quod intellige quando coniunctim ad eos spectabat collatio,& vnus sine altero non poterat conferre.

Si verò collatio spectaret ad duos insolidum, qui conferebant alternis vicibus,tunc insinuatio alteri facta alterum non impediret, quo minus conferret,& valeret collatio, per ea quæ not. Io. Andræ.in clem.vna.de renunc.& expressè gloss. in §.statuit.in verbo spectat.de coll.in prag. Sed quid si ille cui est facta insinuatio,sit valetudine

aduersa

aduersa detentus, & permittit alteri, cui non fuit exhibitio facta, vt conferat, an valeat facta non graduato, vel eo mortuo alter conferat. vide in cap. vno. ne sede vacan. lib. 6. Hæc quæstio in palatio fuit à me petita. ego cum operæprecium fuerit decidam. interim cogita. & ambobus, si sapis, insinua.

*Successori an sit insinuatio facienda.*

82 Decimoquintò quæro, insinuatio ritè facta est vni collatori de omnibus literis, etiam datis duplicatis. eo mortuo, an suo successori sit iterum facienda? Respon. non est dubium quin in singulos annos sit exhibitio nominis & cognominis facienda, vt disponitur in concor. in d. §. teneantur. Sed quid de literis iam insinuatis? Et videtur quòd sic, quia fit exhibitio, ne collatores ignorantiam prætendere possint. cle. causam. §. verum. de elect. & vt videant an literæ gradus & nominationis valeant, & an graduatus sit per saltum promotus: quod non posset successor cognoscere, nisi per literarũ exhibitionem, ergo est facienda. nec posset successor diuinare insinuationem suo prædecessori factã, cum successor habeat iustam ignorantiæ causam. l. 1. in fin. & l. 2. ff. depos. l. qui in alterius. de regul. iur. & istud esse æquius testatur glo. in verbo spectat. in §. & similiter. de col. in prag. Et Brunel. in tract. de dignita. legati. conclu. 19. in fin.

In contrarium facit quod concordatum non ligat nominatum ad insinuandum successori. ergo nec ego, vt habetur in dict. §. teneantur. & §. si tamen, vbi loquitur in singulari, videlicet in insinuatione facienda, & semel tantum.

Item iuramentũ fidelitatis præstitum prælato, transit ad successorem. cap. veritatis. de iureiur. sic & insinuatio semel facta vni ad successorem transibit, qui censetur vna persona cũ defuncto. in auth. de iureiur. à morien. præstit. §. 1. colla. 4.

Idem in delegatione facta sub nomine dignitatis, vt ad successorem transeat, probat text. in cap. quoniam abbas. de offi. deleg. cap. si gratiosè. de rescrip. in 6. Et in concordatis est decretum irritans, quod etiam ignorantes ligat. cap. dudum. de præben. lib. 6. & pro hac parte dicit glo. in dict. verbo spectat. interuenisse arrestum Parisiis. Ego dicerem quòd si vacante beneficio nominati peterent illud beneficium sibi conferri, quòd ille successor posset ab eis petere instrumentum insinuationis sibi exhiberi, cum iustam ignorantiam prætendere possit, vt supra dixi. si tamen non peteret, non teneretur nominatus hoc iterum insinuare. nam iterum ex causa edere prætor iubet. l. si quis ex argentariis. §. fi. cum l. sequen. ff. de edendo. illa tamen editio peti debet, vt ibi.

*Arrestum.*

*In vacatione beneficij episcopo requirenti, an literæ ostendi debeant.*

Si tamen qualificatus ordinario petenti nominationes sibi iterum exhiberi non ostenderit: non ob hoc iure, quod in vim illarum habet, priuatus erit: tum quia concordatum non priuat, nec est aliqua lex eum priuans: vt in simili dicit text. in §. sinautem. in authen. de non elig. secundo nub. colla. 2. tum quod priuatio non imponitur, nisi in iure exprimatur. gl. sing. in c. fi. de iure patro. & nil potest imputari qualificato, qui in lege disposita obseruauit: alioqui collatores semper, vt caperent nominatos verbis. hanc insinuationem in vacatione beneficij peterent: & dolo videntur petere, quod intus habent per aliam insinuationẽ. nec est in potestate collatoris grauare qualificatos altera exhibitione vltra concordatũ, sed episcopus debet recurrere ad libros suorum prædecessorũ, & ibi videbit, vel debet sciscitari à vicario sui prędecessoris, alioqui est in culpa: & si nominatus esset in aliqua culpa, compensabitur cum ista, sicut dolus cũ dolo. l. si duo. ff. de dolo.

Nec refragatur c. cum contingat. de rescri. vbi Papa iubet exhiberi. Resp. ibi loqui in rescriptis, quando vltimum tollit primum, & quando nulla vnquam fuit facta exhibitio, & in iurisdictionalibus, secus in nominationibus, quæ semel fuerunt exhibitæ, nec ibi priuat rescripto per non ostensionem, sed non exequetur mandatum, ita faciet ordinarius, si nominatus, vel qualificatus non ostendat ei nominationes, non conferet ei: sed à superiore qualificatus collationẽ obtinebit, alioqui esset per indirectum priuare nominatos suis nominationibus, nẽpe si litiget, & produxit suas nominationes Tholosæ, vacat hîc beneficiũ: si oporteret eas exhibere quot vexationibus inuolueretur hic qualificatus, quisque videt: ideo æquum est, vt ista nominatis seruentur, & cum non teneantur iterum insinuare, si nolint: sed respondeant insinuationẽ esse factam singulis annis secundum statuta, ideo non debent alia prohibitione grauari vltra concordatum, si tamen liberum esset nominato: consulerem, vt ostenderet, ad conuincendam malitiam petentium, vel ad satisfaciendum bonæ fidei illorum.

Item quando beneficium est affectũ, ordinarius collator dicitur ligatus, etiam ignorans. c. si eo tempore: de elect. lib. 6. c. si postquã. de præb. eo. lib. Sed simulatq; fuit præsentatio facta collatori, affectum fuit beneficium vacans tempore in concordatis præstituto, ergo non requiretur alia insinuatio. Card. & Imol. in cap. eam te. in fi. de rescrip. & licet personæ denunciatio siue insinuatio facta sit, tamen is ad conferendum est obligatus, qui eum locum possidet. argu. l. fi. ff. de oper. no. nunc.

83 Decimosextò quæro, quid si collator nolit ostium aperire nominato volenti insinuare? Respon. dolo facit. l. 1. ff. de eo per quem factum erit. Imò si collator latitet, vel aliàs impediat ne fiat eidem exhibitio, perinde est atque si facta fuisset, quia pro citato habetur, qui se occultat, vel impedit, ne possit citari. cap. quoniam. §. porrò. vt lite non contest. clem. 1. de iud. glos. in cap. capitulum. de rescrip. l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in posses. eatur. ideo si præcluderet ianuam nominato volenti ingredi, habetur, ac si insinuatio facta ei esset. argu. l. vim facit. ff. quod vi aut clam, nec tenebitur nominatus iterum redire ad illum pro insinuatione, quia hoc iterum illi facere posset, & pluries grauaretur nominatus insinuare, quod non est dicendum. vt supra dixi, sed hæc in instrumento insinuationis contineri, & describi debent. & hoc est intelligendum quando loco & tempore congruis vellet nominatus insinuare, vt supra dictum extitit, alioqui contra.

*Quado collator non vult ostium aperire vel claudit, an nominatus redire teneatur.*

*Forma cle. causam, & in mandatis & in nominationibus eruatur.*

84 Hoc tamen casu facienda erit exhibitio secundum formam cle.causam,de elect.gl.in §.statuit. in verbo spectat. de colla. in prag. Seruatur etiam d.clem.causam, in insinuatione mandati. Sunt tamen sex casus in quibus mandata afficiunt immediatè beneficia, adeò quod collatio aliis facta non tenet, quos tradit Do. Roseus in tract.de manda. Aposto.in 3.parte.circa fin.Qui non seruantur in hoc regno, nam ante mensem post præsentationem non est affectum beneficium mandatario,vt supra in forma mandati patet,& ibi dixi in glo.post mensem,& seq.

*Collator discedens ne insinuationẽ audiat, an sibi prosit.*

85 Et si collator statim atque nominatus vel graduatus vult insinuare, discesserit, vt quandoque vidi:quia non est quod imputetur nominato,valebit talis insinuatio per illã regulam quod per me non stat, mihi non est imputandum, regula in iure ciuili.ff.de reg.iur.l.in executione.§.fin. de verbo. obliga. vbi traditur vna limitatio solennis per gloss. facit quod dicit Barbat. post Cardin.in d.clem.causam.vbi dicit quod si dum appellans parat se ad legendum appellationem, & dum appellatus hoc cognoscit, statim discedit,quod habetur, ac si totum legisset in præsentia, cum non possit appellanti imputari quin legerit.l.si fundus.§.fi.ff.de lege commiss. Idem ergo erit in nominato.alioqui quotidie fieret fraus per collatores sic discedendo, & nominatos relinquendo,cui est obuiandum.c.sedes.de rescrip. & quia ius collegij in vno residet.c.1.vbi doct.de elect.scripsi in l.Neratius.ff.de verb.signifi.

*Si nominatus nolit dare exẽplum nominationis, quomodo collatori succurratur.*

86 Item tenetur nominatus, & graduatus simplex dare collatori literas duplicatas,id est exemplum siue copiam literarum, quas insinuat.d.§. teneantur.& si noluerit dare: non tenebitur collator sibi prouidere, nec quod in nominationibus sibi mandatur, exequi.dict.cle.causam.instar eius cui non exhibetur secundum rescriptum. ideo non tenetur exequi quod ei mandatur.cap. cum contingat.de rescript.Et si citato non detur copia citationis,non tenebitur comparere.Nico. Milius in repert.in verbo copia. in vlti.q.& hæc copia debet esse manu alicuius notarij subscripta,vt faciat fidem.Bonifac.in d.cle.causam.in fi. princ.licet secus sit in appellatione. d.c. appellatio.de appel.in 6.hoc si ordinarius petat, alioqui dicam insinuationes non vitiari, quia text. concord.nil dicit de subscriptione duplici siue exempli, ideo non hoc addam. vt etiam dixi in gloss. concord.in verbo duplicatas.

87 Et hanc copiam facere tenetur suis,scilicet nominati expensis. c.cum personæ, de priuileg. in 6.gloss.& Barba.in dict.cle.causam. Geminia. & Philip. in cap. 2. de litis contest. in 6.& dico in gloss.dare.

88 Fallit si collator nollet, vel non requireret, quia sua causa dicitur introductum, ideo potest ei renunciare.l.penult. C.de pact. vt exprefsè dicitur in ordin.regiis,rub.*des graduez simples*,art.2. ibi, *seront tenuz leur laisser les doubles, si lesdicts collateurs le requierent.* quod non video correctum per concordatum,ergo illi debet stari,& hoc seruari,argu.l.præcipimus. C. de appellat.Probatur etiam per text.in l. 2. & ibi Ias.in 5. notab. C. de iure emphy.vbi emphyteota priuati non soluens censum intra triennium, priuatur re emphyteoticaria,ita demum,si dominus hoc voluerit. cap. potuit.de locat.glo.in l.2 ff.si ager vectig.& sponsalia de futuro etiã iurata dissoluuntur per adulterium,volente & petente sponso,non aliàs.Pan. in cap. quemadmodum. de iureiur. Contractus etiam dolo initus est nullus, si contrahens petierit.gloss.in l. & eleganter.in verbo nullam. ff. de dolo.nota. Panormit. & de Burgos, in cap. cum dilecta.de emptio. & vendit. l. 2. ibi, si venditor eum inemptum esse velit, quia id venditoris causa cauetur.ff.de lege commisso. Et sic est prima limitatio, quòd insinuatio non sit facienda successori.

*Nominatus contra aliũ nõ opponit exemplũ nõ esse datum.*

89 Et sic non poterit nominatus contra alium nominatum, vel graduatus contra alium opponere,quod is qui insinuauit,non dedit literas duplicatas,siue copiam,vt dicunt, quia fortè collator noluit.sicut dicitur de canone non soluto,vt tertius non possit opponere antequam dominus declarauerit se velle. Alex.consi.82.in causa.col. 2.vol.7.Barb.plenè in c.mandatum.colum.16.de rescr.licet hodie opponi soleat.sed frustra.

Itẽ quando aliquis ex eligentibus fuerit contemptus,hoc non potest tertius allegare,quia fortè contemptus non vult. sic consuluit Federic. consi.227. si potero. & quando fit ipso iure priuatio,& non cum effectu,tertius non potest opponere.vt in bonis ipso iure in fiscum translatis, quæ non vult acceptare fiscus,& sic cum effectu non inducitur priuatio.l.his consequenter. §.1.ff. famil.ercíscun.Soc.consi.78. Visis actis.in 4.vol. Sed hic fit priuatio ipso iure,non cum effectu, si collator nolit, ergo tertius non poterit opponere.quod est bene notandum,quia vidi doctos in hoc errare,& contrarium tenere.

Nec obstat decretum irritans appositum in d. concord. quia ita demum operatur,si impetrans vti velit.Io.Monach.in c.statutum. de præben.in 6.Alex.consi.173.viso themate.circa fin.in 2.vol. Bal.& Moder.in l.fi.C.de reuoc.donat.Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo,in eodem testamento.in 1.nu.87. cum seq.de testa. dicens se in casu mirabili aliàs consuluisse, vt ibi per eum, vide si lubet.& sic non refert quo tempore duplum seu copia data ordinario fuerit,siue tempore insinuationis, siue postea,cum nullo iure cautum sit:sed sufficit ante beneficij vacationem dare, dict.§.teneantur.& dicto clem.causam. de elect. nil dicit de tempore: ergo quolibet tempore. Tutius erit in tempore insinuationis duplum offerre & dare:& ista vidi seruari.

*Patrono nõ uerò instituẽti exemplum dari debet.*

90 Tertiò fallit,quando primò dedisset exemplum patrono, postea episcopo habenti institutionem: non tenetur aliud exemplum dare, cum sufficiat dare habenti collationem liberam, vel patrono alternatiuè. dict.§. teneantur. de cuius natura sufficit alterum. l. si hæredi plures. ff. de condit.institut. cap. inter. de rescript. & cum exprimat patrono esse insinuandum,videtur negare de instituente. argu.l. cum prætor.ff.de iud. cap.qualis.25.distin.gloss.in §.& similiter.in verbo, dispositio.de colla.in pragm.& sufficit semel

dare

dare literas duplicatas, vt infra dicam, arg.l.bones.§.hoc sermone.ff. de verb. signific. ergo non tenebitur dare patrono & instituenti.

91 Quartò, non procedit in eo qui iure deuoluto confert, cui insinuatio fieri non debet ratione illius qualitatis, quia ad eum deuoluitur collatio qualificatè.§.si quis verò. de colla.in cõcor. cle.vna.de supplen.negli.prælat.& supra dixi.

Decimoseptimò vidi dubitari de nominato, qui insinuauerat vicario episcopi (vt ferebatur) tamẽ in instrumento vicariatus non nominabatur vicarius, sed cõstituebat eum episcopus procuratorem, actorem, negotiorum gestorem, ac sindicum in omnibus negotiis episcopatus, & non erat alius constitutus, ob id dicebatur insinuationem non ritè factam.§.teneantur. de coll. in concord. Sed ego existimarem valere insinuationem, eo quòd non fiat differentia inter hæc nomina.per text.in cap.petitio.de procur.& cap. fin.de voto.cap.accedentes. vbi Panor. & alij.de præscrip.Bar.in l.1.§.1.ff. quod cuiusque vniuers. nam Ias.in l.insulam,de præscr.verb.alioqui fraudis materia daretur.

*Per quos fiat insinuatio.*

92 Decimò quæro, per quos fiat insinuatio? Respon. per nominatos vel graduatos, vel per procuratores eorum.text.in dict.§.teneantur.ibi, per se, vel per procuratorem. facit text.in l.1.§.1. ibi, per se, vel per procuratorem poscere. C. de bonis mater. Nam intimatio in causa appellationis per procuratorem potest fieri.glo.in verb. specialiter.in cle.causam.de elect.& ibi latè doct. sic & ista.Quid si aliquis sit procurator,& tamen non receperit adhuc mandatum, sed affectione ductus insinuat antequã sciat se procuratorem, an valeat talis insinuatio? vide Francisc. Curt. in consi.63.præsupponitur.col.pen.& seq.Quod facit ad quæstionem episcopi habentis indultum, an ante receptionem sui indulti alius conferre beneficia ad suam collationem spectantia possit, non decido, vt partes consilia quærant. vide in l.Iulia.ff.qui satisda.cog.

*Resignans an admissa resignatione cõferre posit.*

Vidi dubitari de eo qui resignauit abbatiam in fauorem alterius in curia Romana, an admissa resignatione, & antequam fuerit præsentata resignanti, possit resignans conferre, quòd sic probat text. in l. si fortè. ff. de offic. proconsul. quem not.Roma.sing.57.& sing. 566. ac Ias.in l. more.col.3.ff. de iurisdictione omn. iud. & Dec. consi.295. num.5. Et quia resignans facit fructus suos, antequam ei intimetur admissio resignationis, cum sit in bona fide. & bonæ fidei possessor lucratur fructus.l.certum.C. de rei vendit.& collatio, ac præsentatio est in fructu.glo. sing.in c.cũ olim. de maio.c.consultationibus. de iure patro. glo.vlt.in fin.in §.volumus.de colla.in concord. vide abunde istam materiam tractatam in praxi. benefic.in 3.parte,tit.de simon.in resigna.

*Nominatus potest eligere, an per procuratorẽ uelit insinuare.*

93 Quæro, cuius sit optio? collator vult vt nominatus per se exhibeat, nominatus vel graduatus vult per procuratorem insinuare, an possit? Resp.sic, quia in alternatiuis electio est debitoris. l.3.ff.de eo quod certo loco.l.plerũq;.de iure dot.

Item hoc beneficium ei à iure conceditur, videlicet vt per se, vel per procuratorem insinuet. d.§.teneantur.ergo ei non poterit auferri per collatorem. reg.indultum.de reg.iur.lib.6. Et sic inuito collatore nominatus insinuabit per procuratorem,& graduatus.quod est notandum.

*Specialis procurator uel generalis an requiritur in insinuatione.*

94 Secundò, quæro an requiratur procurator specialiter ad illum actum deputatus, vel sufficiat generalis? Resp.sufficere generalẽ, cum text. loquatur generaliter de procuratore, ergo generaliter debet intelligi.l.1.§. generaliter.ff. de lega. præstan.& indefinitè loquitur, quæ indefinita æquipollet vniuersali.c.vt circa.& ibi gloss. notab. de elect.in 6.Item nomen habet, ergo & effectum habere debet.l.à nullo.C.de fer. ad hæc procurator generalis omnia potest facere, quæ diligens paterfamilias faceret.l.procurator cui.ff. de procura.facit l.verò. de solut. Bartol. in l.si procurator. de condict. indeb. Procurator generalis potest denunciare.gl.& Bar.in l.1.§.1.ff.de lib.agnos. Et hæc insinuatio non est de casibus requirentibus speciale mandatum, de quibus in cap.qui ad agendum.de proc.in 6.Bal.in §.1.instit. de his per quos agere possum. Barba. in dict.clem.causam. col. 3. Et procuratorem etiam eum accipere debemus, cui mandatum est, siue huius rei tantum mandatum susceperit, siue vniuersorum bonorum.l.3.§.procuratorem. ff. iudic.solui. tutius est tamen, quòd procurator constituatur etiam ad insinuandum, ad requirendum collatorem,& ad acceptandum, & ita solet fieri per cautos nominatos, beneficium tamen non poterit acceptare sine speciali mandato. §. statuit. in verbo procuratorẽ.de colla.in prag. Licet contrarium teneat Card.in clem.vna.§.quem etiam.q.3.de concess. præben.& Perus. in c.si tibi absenti.de præbend. in 6. & sufficit quod sit constitutus ad acceptandum quæcunque beneficia, licet non sit expressum ad tale beneficium acceptandum. Ant.Imol. & alij in c.accedens.de præben.

*Procurator laicus an posit insinuare.*

95 Tertiò, dubitatur, an debeat constitui laicus, vel clericus? Videtur quòd debeat esse clericus, quia per laicos causæ ecclesiasticæ non debent tractari.c.decernimus.de iud. Secundò, facit, quòd capitulum non potest compromittere in laicum, vt eligat prælatum nomine capituli. Panorm.in cap.causam.quæst.1.de elect. Tertiò, laicus non potest constitui procurator ad eligendum, quia deducere negocium spirituale de non esse ad esse, non potest laicus. Dom. in cap.1.de procur.lib.6.

96 Contrarium dicerem verius, nam laicus potest constitui ad resignandum.gl.not.in cle.vna. in verbo procuratorem. de renunciatio. Barb.in c.olim.nu.13.cum seq.de rescrip.

Itẽ potest constitui laicus procurator ad acceptandum beneficiũ certum, vel incertum. Pan.& alij in c.accedens. de præb. quia talis procurator in illo actu acceptationis se habet vt nudus minister,& vt pica, declarãdo voluntatẽ domini. Ideo censetur factum ab ipso constituente, vt not.in l. multũ.C.si quis alteri vel sibi.glos.in §.statuit. in verbo procuratorẽ.de coll.in prag. Fel.in c.apostolicæ.col.3.de excep.plenè Card.cõsi.1.de prębend.

Potest etiam laicus constitui syndicus.c.vno. de synd.& ibi not.doct.

O 3

Nec obstat quòd non possit causas ecclesiasticas tractare. hoc verum suo nomine, sed nomini clerici non prohibetur: sicut filiusfamilias non potest esse in iudicio suo nomine contra patrem. l. lis nulla. ff. de iudic. tamen nomine alieno, & sic procuratorio potest. Idem in liberto contra patronum. l. quæsitum. ff. de in ius voc. Ioan. Andræ. plenè in regula, quòd alicui. de regulis iur. in 6.

Nec alia obstant, quia si laicus habet nudum ministeriũ exhibere, nec habet reducere ius spirituale ad aliquod esse, & tunc poterit esse procurator. ratio est, quia spiritualia transeunt per manus laici, tanquam aqua per canale lapideum. cap. si iustus. 1. quæst. 1. aliàs contra. not. in dict. c. decernimus. per moder. Tutius tamen esset constituere clericum secundum Io. And. in d. c. accedens. & ibi Card. q. 3. & seq. Si tamen laicus sit fidelior, tibi cum eligere poteris.

97 Quartò, an ille qui insinuat tanquam procurator, debeat ostendere literas procuratorij? Videtur quòd cautio de rato sufficiat. l. 1. C. de procu. & sic quod non teneatur exhibere.

Contrarium dicerem, nam qui aliquid facit nomine procuratorio, debet ostendere procuratorium. argu. l. hæres. ff. ad Treb. l. si fundum. vbi Bal. 3. opp. C. de rei vend. Bart. in l. si quis inficiatus. ff. de possess.

98 Vbi dicit quòd quando tu protestaris mihi tanquam procurator, vel tanquam hæres, vt ego soluam tibi, debes mihi facere fidem per instrumentum, quòd sis procurator, vel hæres, alioqui ego non constituor in mora. & hoc sequitur Alex. consil. 78. viso & diligenter. col. 3. in 5. vol. Fel. in c. cum contingat. 6. conclusio. de rescript. D. Boer. in addit. ad Mandagot. in tract. de elect. vlt. parte in forma 6. & qualiter per procuratorem appellatio ignorantibus denuncietur, quia reus non tenetur excipere de mandato in extraiudicialibus, sed actor tenetur ostendere. Bald. in rubr. C. deposi. & in decisi. Neapolit. quæst. 316. Galiotus, &c. col. 1.

Item procurator promittens indemnitatem, tenetur ostendere se esse procuratorem. Barto. in l. pater. ff. de dot. præleg. Socin. consi. 29. visis puncto. colum. 2. in 3. volum. quia qui dicit se talem, tenetur hoc probare. l. non ignorat. C. qui accus. non poss. & ibi addidi alia ad hanc rem pertinentia, & sic non sufficeret ratihabitio, quia quando requiritur consensus certo & determinato tempore pro forma actus, ratihabitio postea superueniens non ratificat actum. cap. auditis. de elect. sed hic requiritur mandatum ab initio, ergo postea approbatio non valebit, & quia hic debet esse procurator verè, non fictè, de quo plenè Felin. in c. nonnulli. §. fin. col. 3. versi. amplia 3. cum seq. de rescrip. vbi etiã videbis in versi. amplia quartò, an sufficiat si in instrumento insinuationis dicatur, talis N. procurator insinuauit literas nominationum, & alias pro tali, &c. vide ibi. Si tamen postea de mandato appareat, insinuatio erit valida, quia à iure non amittatur, nec concordatis: ergo non dicemus eam nullam. & ita consiliũ Alex. consi. 77. viso. nu. 8. & seq. in 5. vol. secus forte esset in requisitione & acceptatione. per l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de noui. oper. nunc. quia acceptatio & requisitio potest obligare dominum: quod non facit insinuatio. & in d. §. remittitur nunciatio. sed per concordata annullatur collatio facta, contra ibi statuta. ergo non valet collatio facta, si procurator postea ostenderit procuratorium. Et per hoc patet quòd quãdo procurator requirit beneficium intra sex menses, debet ostendere literas sui mandati, si petatur, aliàs non valebit requisitio, sicut non valet præsentatio facta per procuratorem, qui non ostendit literas intra tempus, quo poterat præsentare. sic in propriis terminis scribit Lappus allegat. 22. an sufficiat.

*Ratihabitio an sufficiat in insinuationibus.*

Nam mandatum non præsumitur etiam ex temporis diuturnitate. l. fi. ff. de vsucap. pro empt. Bald. & Salic. in l. 1. C. de reb. alie. non alienand. etiam lapsu mille annorum. Bald. in l. 2. C. si ex falsis instru. refert Fel. in cap. sicut. col. 16. nu. 31. de re iudi. docto. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Et ideo cautus nominatus in instrumento insinuationis facit describere instrumentum procuratorij, sic instrumentũ insinuationis dicet, Talis procurator, talis nominati, cuius procurationis instrumenti tenor talis est, & describetur instrumentum procuratorij ad verbum, demum quomodo insinuauit, & quæ in insinuatione gesta sunt. ista vidi sic dictari, quæ docti notarij extendere sciunt. Vide tamẽ Auffre. in stylo parlamen. arresto 129. Item nota quòd certa & requisita in instrumento insinuationis, scripsi in glo. insinuare. de colla. in §. teneantur. Inno. in cap. quoniam. num. 4. de proba.

*Practica insinuationis à procuratore faciendæ.*

99 Quintò quæro, quidam insinuat nominationes præsente nominato nihil dicẽte, an valeat insinuatio? Videtur quòd non, quia per se oportet quòd faciat, vel per procuratorem, quod hic non facit, ergo non valebit. Vnde dominus cõparendo cum aliquo in iudicio, quẽ dicit esse suum procuratorem, non videtur eum cõstituere procuratorem, nisi expressè eum constituat. Salic. in l. non ideo minus. C. de proc. & Guido Papæ in decisio. Delphi. q. 40. quæritur.

*Præsente nominato potest per aliũ fieri insinuatio.*

100 Contrarium est verum, nam præsentia personæ cum patientia inducit tacitum mandatum. l. 1. §. magistrum. ibi, cæterum si scit, & passus est eum in naue magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur. ff. de exercito. actio. l. 1. vbi Aret. C. de errore aduoc. glo. notab. & ibi Bal. in l. 1. in princ. de neg. gest. Innoc. & alij in cap. ex parte decani. de rescri. decisio. Neapol. 308. Franciscus. Bartol. & alij in l. sæpe. ff. de re iudic. Alexand. consil. 157. viso. col. 3. in 2. vol. licet tacitum mandatum non sufficiat ad hoc: sed quia insinuatio fit eo præsente, dicitur ipse facere, etiam propriè. per text. in l. certè. §. 1. ibi. proprie habere dicor. ff. de preca. & sic præsentia sufficiet, licet viderim multos dubitare. Et fuit latum arrestum valde huic materiæ accommodum anno 1534. die verò vlt. Iunij.

*Arrestum.*

Præterea licet textus dicat, per se, aut per procuratorem, tamen poterit fieri mixtim, id est per se, & per procuratorem simul. glossa in

l. certi

l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.peta. & ibi plenè docto.Bal.in consil.270.ad euidentiam.in 1.vol.& alibi dixi.

*Insinuatio ualet, & si episcopus nihil dicat.*

101 Idem si episcopus nihil dicat quando fit insinuatio, non enim minus valebit, instar eorum quæ nota.Bart.Bald.& alij in l.omnium. C. de testa.per illum tex.ibi,nihil de eadem voluntate responderunt. vbi dicit Bar. Nota tu Perusine, quòd sufficit vt testamẽtum producatur coram iudice causa insinuandi, licet iudices nihil dicant.& ita practicant aduocati Perusini.& ibidem dicit Bald.idem esse in omnibus, in quibus ex forma statuti sufficit sola productio, satis est facere quod dicit statutum. statuta enim tantum disponunt quantum loquuntur, & nõ plus. Bald.in l. testamentum non ideo.in fine. C.de testam. Ias. consil. 51. tota dubitatio. col. 3. in 1. volu. ideo sufficit facere quod dicit concordatum,videlicet insinuare, licet collator nil dicat. vt supra dixi.

*Nuncius an posit insinuare.*

102 Sextò, an possit fieri insinuatio per nuncium? Videtur quòd non, quia non est procurator,& per se vel procuratorem debet fieri insinuatio.Sed videtur quod sic,quia nuntius procurator dicitur per gl.sing.in l.multum interest. C. si quis alteri vel sibi.secundum Bald.in Margari. in verbo procurator 55.quæst. qui actus factus à nuncio postquam est in esse deductus,verè videtur à domino, & non per fictionem celebratus, l.pater.ff.de manum.vindict.Bartol.& alij in l. si is qui pro emptore.ff.de vsucap. Barto.in rub.C. de exercito.actio.col.3.

*Procurator dicitur tripliciter.*

103 Vnde dicit Bal in d.l.multum. col.5. quod procurator dicitur tripliciter,large, vt contineat omnes administratores,prælatos,& syndicos.nil allegat.adduco tex.in c.2.de donat.ibi.cum episcopus & quilibet prælatus ecclesiasticarũ rerum sit procurator,& non dominus.c.fi.12.q.1. Lucas de penna in l.2.col.2.C. de præd. curial. sine decreto non alienand.lib.10.

Secundò,dicitur procurator, vt strictè contineat & procuratores & nuncios, vt d.l.multum.

Tertiò,strictissimè,vt contineat procuratores prout differunt à nunciis, nedum à prælatis & syndicis secundum eum.& quis dicatur nuncius, declarat gl.in d.l.multum.& ibi doct.Ias.in l.qui Romæ.§.Callimachus.col.pen.ff.de verb. oblig. Imo fortius dico in his quæ ad ius referuntur, gesta per nuncium dicuntur per dominum verè & propriè fieri,non fictè.l.1.§.omnia.C.de veter. iur.enuclean.l.pater.in fi.ibi,cæterum ipse manu mittit.ff. de manumis. Item in his quæ per actus naturales acquiruntur,nil,vel admodum parum differt procurator à nuncio, quia acquisitio dominij & possessionis verè fit mediante procuratore.l.quod meo.§.procurator.ff.de acq possess. in his verò quæ acquirũtur per actum ciuilem,gesta per procuratorem,censentur esse gesta per dominum ex quadã fictione.l.si pater.ff.quæ in fraud. credit.Io.Crotus in repe.l. si is qui pro emptore. ff.de vsuc.col.49.& seq.

Tamen quia verè procurator nõ est,in forensi iudicio insinuatio nuncij vix reciperetur, nisi à domino mandatum haberet, & ostenderetur, quia text.per se vel procuratorem dicit, & nuncius propriè non est procurator. vt in d.l.multum.Quanuis contrarium teneat Probus in §.statuit.in verb.procuratorem,de colla.in prag.dicẽs ratihabitionem etiam sufficere,quod non est verum.vt supra probaui nu.98.& ipse nihil probat, ideo illi non respondeo.

104 Septimò,quæro an per substitutum possit insinuatio fieri? videtur quòd non, text. loquitur tantum de procuratore,& non de substituto pro curatoris,ergo substitutus non poterit, quia hoc non dicit prætor.tex. ita loquitur in l. si seruum prætor.ff.de acq.hær.

*Substitutus procuratoris an posit insinuare.*

Contrarium teneo, quia substitutus à procuratore,censetur procurator.c.1.§.1.c.is qui.& ca si duo.de procur.li.6.& censetur à domino constitutus, quando procurator à domino habebat speciale mandatum substituendi,alioqui non. de Rota decis.146.substitutus,in nouis,per text.in l. item eorũ.§.si decuriones.ff. quod cuiusque vni. nomi.& decis.414.si aliquis in eisdem.& decisio. 454.fuit dubitatum.ibidem.Sic dicerem si procurator non haberet potestatem substituendi à domino,quod nõ valet insinuatio facta ab isto substituto, cum non possit substituere ante litem contestatam.d.c.1.& etiam quia non esset procurator,vt requirit concordatum.

105 Et an inhabilis possit constitui procurator ad substituendum habilem? Super hoc facio sex conclusiones,quarum prima est,Potest constitui nuncius inhabilis,vt constituat & substituat procuratorem habilem,quia tantum præbet nudum ministerium. vt pica & organum.l.qui autem.§. fi.ff.de consti.pecu.Bar.in l.1.§. item acquirimus. in fi.ff.de acq.poss.& quis potest facere per alium quod potest facere per seipsum. regula, potest quis.de reg.iur.in 6.

*Quando inhabilis posit constitui ad substituẽdũ habilem.*

Secunda conclusio, quando quis constituit procuratorem inhabilem ad substituẽdum habilem,& in constitutione dicitur ex nunc prout ex tunc dominus eligit substituendũ:tunc cõstitutio etiam ab inhabili valebit, quia inhabilis tantum præbet nudum ministerium.ita Ioan.Cald. in c. post cessionem. in fin. de probat. inferens quòd substitutio facta hoc casu per excommunicatum,valebit,quia est nudus minister, & fungitur vice nuncij,& non procuratoris, quod non est prohibitum.Moder.in d.l.si is qui.per c.iudex.de offi.deleg.lib.6.

Tertia conclusio,inhabilis procurator constitutus ad substituendum certũ & habilem, potest illũ substituere, & ille substitutus à procuratore, censetur à domino substitutus. l. vnum ex familia.§.si de falcidia ff.de legat.2.l.pater ex prouincia.in fin.ff.de manu.vindi.no.in d.cap.post cessionem. Domi.in cap.si gratiosæ.col.3. de rescri. li.6.nam licet quis in codicillis non possit hæres institui,tamen si instituatur in testamento is qui nominabitur in codicillis,valet institutio, quasi censeatur in testamento nominatus & institutus. l.institutio. ff. de codi.instit. & vicarius creatus cum potestate substituendi, si substituat, substitutus censetur vicarius episcopi,nõ vicarij.Arch. & Anch.in d.c.1.& sic substitutus poterit cõferre

beneficia substituenti, cum nullam ab eodem habeat potestatem, sed ab episcopo, per supra adducta, per c. non indiscretè. de proc. Auriol. in ad di ad montem Laudunum, in c. fi. de off. vica. lib. 6. & c. super eo. de præb. eo. lib.

Quarta conclusio, procurator habilis constitutus cum potestate substituendi. si postea fiat inhabilis, vt pote excommunicatus, poterit tamẽ alium substituere. Aret. in d. cap. post cessionem. quia procuratoris constitutio est quidam actus extraiudicialis, qui excommunicato non est interdictus. c. si verè. de senten. excommunic. Inno. & alij in c. veritatis. de dolo. Dixi in repet. ca. postulasti. in 1. not. de cleric. excom. ministran. Ista etiam conclusio procedit in alio inhabili. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2.

Quinta conclusio, quando quis constituit procuratorem inhabilem ad substituendũ alium in locum suum, tunc non valebit substitutio, si alius penitus erat inhabilis, secus si habilis, licet per exceptionem potuisset inhabilitari. gl. in cle. religiosus. de procur. Bar. in d. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. possess. quia substitutio videtur radicata in persona procuratoris. ideo cum non sit habilis, non potest habilem facere in locum suum d. clem. religiosus. probatur per gl. in l. eam quam. C. de fideicom. vbi incapax non potest hæres institui, vt restituat habili, ex quo institutus semper remaneret hæres. l. 1. ff. ad Trebel.

Sexta conclusio, Procurator inhabilis constitutus simpliciter cum potestate substituendi alium poterit substituere illum, & valebit substitutio. Antonius & Aretinus, in dicto cap. post cessionem. Soci. in d. §. item acquirimus, quia electus ab isto à domino censetur electus, & habere mandatum, non à substituente. l. item eorum. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. gloss. in c. 1. de procur. in 6.

*Persona cõiuncta an poßit insinuare.*

106 Octauò, an persona coniuncta possit insinuare? Videtur quòd sic, quia eas impetrare potest. gl. in c. ad aures. & c. nonnulli. de rescript. gl. in §. statuit. in verbo procuratorem. de colla. in pragm. & quia non inuenitur prohibitum, ergo permissum. argum. l. præcipimus. C. de appel. & coniunctus procuratori æquiparatur. l. exigendi. C. de procurator. & summa est æquitas, vt hoc possit.

Contrarium teneo, cum tex. in d. §. teneantur, & etiam ordina. regiæ supra allegatæ velint, vt per se vel per procuratorem insinuet. ergo excludit coniunctum, quia lex non facit hunc procuratorẽ. imò sicut in nominatione est diuersitas, sic & diuersitatis effectus. Bal. in c. ex parte decani. col. 3. de rescr. l. si codicilli. C. de codicil. & licet coniuncta persona admittatur ad agendum pro coniuncta. l. exigendi. C. de procur. non est tamẽ procurator. l. 3. §. 1. ff. iud. solui. vbi Bar. & Pan. in c. pen. col. 2. q. 4. de re iudi. quia non vult lex eam coniũctam personam facere procuratorem, quoniam procurator à solo domino cõstituitur. Bal. in l. 1. col. 2. C. quib. res iud. non noc. sed insinuatio debet fieri per procuratorem. ergo non poterit fieri per coniunctam personam. cum non sit procurator, & coniunctio sanguinis non supplet speciales defectus mãdati. l. patri. ff. de minor. Inn. & Pan. in c. accedens. de præb. Fel. in c. nonnulli. §. fi. col. 2. & 12. de rescri.

Item lex loquens in vna persona, non extenditur ad aliam gloss. & ibi. doct. in l. pen. ff. de in ius vocan.

Præterea hoc dixissent conditores, si voluissent. c. ad audientiam, de decimis, & quia tantum expresserunt per se vel per procuratorem, ergo illi expressioni stabo. Fallit quando consuetudo vel statutum vellet & statueret, quòd coniuncta persona esset procurator: tunc quia habet mandatum à lege, posset. Bal. in d. l. 1. quod dicit esse valde notandum. vide eundem Bal. in c. insuper. nota. 2. de testib.

*Amicus pro amico non insinuat.*

107 Idem dico in amico, etiam si maxima amicitia esset cum amico nominato iunctus, vt non possit insinuare, quia non habet mãdatum, nec est procurator, quod requiritur in d. §. teneantur. licet amicus multa possit facere sine mãdato, quæ tradit Alex. Iaco. & Ias. & alij in d. l. exigendi. & in l. cum alienam. C. de legat. Fel. in c. coram col. 2. de off. deleg. quę scripsi in scholastic. priuil. 104. etiam si diceret se insinuare tanquam procurator, quia per cautelam verborum non potest rerum natura immutari. Bal. in c. licet. de vitãda. de elect. Ias. cõsi. 136. pręsupponitur. col. 3. in 4. vol.

*Negotiorũ gestor an insinuare poßit.*

108 Item dicerem de negotiorum gestore, quia non est procurator, qui negotia mandato domini administrat. l. 1. ff. de procur. Feli. & alij in cap. cum M. de constit. negotiorum gestor mandatum non habet, & licet in spiritualibus possit interuenire. glo. in verbo, petere. in ca. quàm sit. de elect. lib. 6. & dominus poterit habere ratum suo nomine gestum intra tempus, intra quod actus poterat fieri. l. bonorum. ff. rem rat. hab. Pan. in d. c. accedens. de præb. tamen hic non sufficit ratihabitio nominati vel graduati post insinuationem per supradictas personas factam, quia vbi requiritur mandatum præcedere, ita quod hoc sit statutum pro forma actus ibi ratificatio nihil operatur. l. si verò non remunerandi. §. si verò post creditam. ff. manda. quia est præposteratio quæ vitiat. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hær. Bal. in c. ex parte decani. col. 3. de rescr. Item forma non procedit in casu ficto. ideo licet ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur. reg. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. non tamen est mandatum quod requirit tam concordatum, quàm ordinationes regiæ. & quando est aliquid pro forma introductum, vel quando sunt expressæ certæ personæ, non procedit casus fictus. Alb. Brunus in tracta. de forma & solennita. actus, rub. ex quibus consistant forma & solennitas. q. 45. licet de æquitate fortè posset contraria opinio sustineri, sed non quo ad insinuationem.

*Habens literas sine mãdato non insinuat, licet mandatum censeatur habere.*

109 Nonò, ego tradidi literas gradus, & nominationis alicui, qui insinuat sine alio mandato, an valeat? Videtur quod sic, quia traditio literarum habet vim taciti mandati: ideo qui habet literas gradus, & nominationum, præsumitur habere mandatum. gl. sing. in l. fi. C. de pact. conuen. vbi maritus habens instrumentum bonorum paraphernalium vxoris, præsumitur eius procurator: & qui

& qui habet instrumentum causæ penes se, præsumitur procurator. Barto.in l. vulgo. per illum text.ff.de administ.tutor. Guido papæ.consil. 68. circa processum.col.1.vbi cōcludit, quòd si quis dederit rescriptum regium alicui,videtur dedisse potestatem petendi interinationem illius, ac verificationem & executionem, maximè quando probat instrumenta ab ipso domino tradita. nam illa probatio traditionis inducit probationem mandati Rom.consil.446.primus propositæ.in 2.q.

Contrarium teneo, quia non sufficit tacitum in insinuationibus istis mandatum, sed requiritur expressum:& quia is qui habet tacitum mandatum,non est procurator,ergo non potest insinuare. & licet traditio instrumentorum præsumat tacitum mandatum, vt supra probatum extitit,tamen illud non sufficit.

*Literas deferens præsumitur is de quo loquitur.*

110 Bene fateor quod si procurator constitutus à nominato deferret instrumentum procurationis,& obiiceretur eidem,quod non esset is,de quo instrumentum loquitur,certè præsumeretur esse ille,de quo cantat instrumentum,postquam defert literas nominationis,& aliàs.argu.l. si qua per calumniam.& ibi Bal.in fi.C.de episc.& cler. sicut quando nuncius literas iudicis portat,præsumitur nuncius illius.Soc.in tract.de citationib. art.24.q.5.in fi. ad hoc vt non possit contra eum opponi, quod non sit seruiens illius iudicis. ita loquitur gl. prædictæ l.fi.& doct.supra allega.Cepola consil.11.casus.in 2.q.Boer.in decis.Burdeg. q.54.aliud ortum fuit.in fi.

*Procurator an cēseatur nomine procuratorio insinuare.*

111 Decimò, an procurator insinuans videatur suo,aut procuratorio nomine insinuare?Resp. si semel ostenderit literas procurationis, censetur procuratorio nomine intimare,licet non dicat,se facere nomine alterius.Nam si dico, ego procurator insinuo, sequitur quod procuratorio nomine.vt not.in l. qua ratione. ff. de procur. hoc docet Bal.in c. edoceri.nu. 2. de rescrip. Idem si dicat,insinuo pro tali.l post dotem.in verbo filię voluntate.& ibi Imol.ff.sol.mat.l.1.§. nunciatio. & ibi Bartol.& alij,de oper.noui nunc.& l.si tibi stipulatus.§.Grysogonus.de verbo.obliga.Soc.in c.1.in 7.att.q.7.de libelli oblat.Alber.in l.1.in fin. ff.de administ.tut.Bald. in l. si patruus. col.2. C. commu. vtriusque iudi. vbi concludunt docto. quod quando actus potest intelligi gestus duplici nomine, tunc præsumitur gestus eo nomine, secundum quod poterit valere, vt actus potius valeat,quàm pereat.l.quotiens.ff.de reb.dub.Fel. in c.cum ex officij.de præscr.post Pan.in ca nisi. de præb.& si possit valere pro vtroque,in dubio inspiciemus literas duplicatas, vel nomen & cognomen quod dedit. si non appareret, nomine suo videtur insinuare.arg.l.de eo.ff. de iure fisci. Guido Papæ sing. 700. agendo. vbi dicit quod agendo simpliciter dicitur nomine suo agere. vide text.sing.in l.fi.ff.quando ex facto tut.l. Titium.§.præfectus.ff.de admi.tut.& Signorel consil.190.in nomine,&c.& Alc. in tract. præsumpt. fol.280.in 24.præsump.2.regulæ 3.partis vbi tractat,& istud probatur.instar legati,qui si cōferat, in dubio vt legatus,& legationis authoritate videtur conferre.c.hi qui.& ibi Philip.Fran.de præb. in 6. & item probata insinuatione facta per procuratorem, præsumitur facta expensis facientis. Bal.in l.fi §.in computatione.no.2.C.de iure deli.Guido sing.702 probato.& ad vtilitatem constituentis,l.pe.ff.si quis caution.

*De procuratore dato ad acceptandū & resignandū ut facta acceptatione nō possit resignare.*

112 Vndecimò,nominatus constituit procuratorem ad præsentandum literas gradus & nominationis,& ad acceptandum & ad resignandum. postea collatum fuit isti nominato beneficium, an illud possit procurator ratione huius procuratorij resignare? Et breui respondent dom.de Rota decisio. 529. vtrum possit, in antiq. quod non, dicentes non valere procuratorium ad acceptandum,& postea permutandum,quia constituens non erat dominus beneficij tempore constitutionis. Ideo non firmatur, quod de iure ab initio non subsistit, reg. non firmatur, de regulis iur.in 6. & non potest quis priuari beneficio, quod non habet l.traditio.ff.de acq.rerum dominio.Bar.in l.si vniuersæ.C. de leg. priuatio enim præsupponit habitum.l.decem.ff.de verb.obli.§. seruus.insti.de cap.dimin. Et etiā quia ad renunciandum debet interuenire speciale mandatum certi beneficij clem.vna de renunciatio. facit l. si quis mihi bona.§.sed vtrum.ff.de acq.hæred. vbi iussus debet esse specialis de adeundo certam hæreditatem: sic in repudiando. Ita in propriis terminis tenet Io.Dayma supra in procemio cōcord.in verbo, adiunctum.fol. 104.col.4. & fol. sequen. & ibi plus dicit, non valere constitutionem procuratoris,si est constitutus ad acceptandum,vel præsentandum ad beneficium viuentis, ne captandæ mortis occasio præbeatur.c. ne captandæ.de concess.præb.in 6. nam sicut non valet repudiatio hæreditatis superstitis.l.qui superstitis.ff. de acqu. hære. Et is potest repudiare qui potest acquirere.l.is potest.ibidem plenè Ias.in l. is qui hæres. ibidem. ita non valet constitutio procuratoris, vt quis repudiet, quod non habet: & sic postea habito & acceptato beneficio requiritur aliud speciale mandatum ad resignandum, vel permutandum. Et sicut hæres constitutus sub conditione, si repudiat, interim nil agit, ita & iste procurator, sine nouo mandato. l. is qui hæres.in princ.ff. de acqui. hæred. & si sub conditione vel ex die certa nobis legatum sit, ante conditionem, vel diem certum, repudiare non possumus: nam nec pertinet ad nos, antequam dies veniat, vel conditio existat.l. si ita scriptum. §.1.ff.de leg.2.gl.& doct.in c.3. de deci. nec valet concessio religioso facta ad consentiendum electioni faciendæ.cle.fi.de elect.

Nam sicut non posset resignare de præsenti beneficium sibi acquirendum,ita non potest constituere procuratorem,vt resignet illud,quod nō habet,nec potest fieri verè,nec per fictionem,quę requirit duo extrema habilia.Bartol. in l.si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & extremum à quo non est habile, ideo non potest fingi, & secundum hanc opinionem fuit iudicatum in magno consilio in præsentia domini cancellarij, & plurium magistrorum libellorum relatore domino Molinerio cōsiliario Tholosę,anno 1536.die 20. *Arrestum.*

Ianuarij,

Ianuarij, pro præbenda Agenen. & ita etiamfuit iudicatum in supremo Burdega. senatu, vt testatur Boer.in decis.suis, q. 308. vtrum quis posset. nempe quod quis, si velit habere non potest, id repudiare non potest.l. qui non potest facere. in fin.ff.de reg. iur. Item si procuratori conferatur beneficium, & is petat sibi fieri instrumentum, non ob hoc videtur acceptare,quia contradicens potest petere sibi fieri instrumentũ. Calder.consi. 2.de præb.nec probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.l.neque natales.C.de probat.& pulchrè tradit D. Bonet.in repet. illius legis. sed an valeat constitutio procuratoris facta ad imponendum pensionem beneficio quod quis non habet,decidit Paul.Parisius consil.43.in 4. volu. valere.vide ibid.

*Excõmunicatus an pro se vel alio insinuare posit.*

Duodecimò, an excommunicatus insinuare posit literas gradus & alias? Videtur quòd non, quia communio prohibetur cum eo.ca.2.de except. Contrarium respondeo, quia per insinuationem nihil iuris quæritur graduato aut nominato in certo beneficio, ante vacationem, ergo nominatus poterit insinuare, tam per se quàm pro alio, & talis insinuatio valebit, per ea quæ scripsi in §. si quis verò. in verbo disposuerit. de collat.in concor.imò fortius poterit nominatus, vel graduatus vacans beneficium acceptare, & valebit hæc acceptatio facta per excommunicatum, cum non sit nisi quædam voluntatis declaratio,quam excommunicatus non perdit,vt concludit de Rota decis.vlt.de sent.excom. & Card. in consil.103.casus super quo.col.4.plenè dixi in repet.c.postulastis.2.not.de cler. excom.ministr.

Decimotertiò quidam constituit procuratorem ad insinuandum literas gradus, & nominationis,non expressit literas temporis studij, an valeat insinuatio facta per istum procuratorem? breui dicerem non valere,quia non est constitutus ad hoc,nec est procurator, nisi ad insinuandum duas literas expressas,ergo ad alia non reperitur constitutus:nihil enim limitato & expresso addi debet. l.in agris. ff. de acqui. rerum dom.& constitutus in vno non est in alio constitutus, imò vnum exprimendo, aliud prohibere videtur.arg. l. cum prætor. ff. de iud. nisi dixisset, & alias literas ad hoc necessarias, quod semper debet conscribi à notario.

*Asserens se habere mandatum quod non habet, falsi tenetur.*

113 Vltimò quæritur, quidam asserit se habere mandatum præsentandi nominationes, & alias literas,cum nullum mandatum habeat, qua pœna veniat plectendus? Resp.pœna falsi.text. & ibi do.not.in l.si autem.§.item si fundum.ff. de neg. gestis.hoc expressè decidit Rom.consil.446. primus.col.1.

114 Nota vnum singulare dictum,quod si statutum dicat quod aliquis puniatur tanquam falsarius, tamen non debet puniri pœna legis Corneliæ de falsis,sed alia pœna arbitrio iudicis.Bal. & Felin. in c.nonnulli.§.sunt & alij.de rescrip.& Felin.in cap.solitæ.col.2. de maior. & obed. Refert & sequitur Hippol.singu.236.dictio tãquam. & ita intelligitur ord.regia.rub. *des notaires*,artic. 12.ibi, *comme faussaires*,& ibi plenè dixi asignando rationem.

*Semel insinuandũ est.*

115 Vndecimò,videndum est quotiẽs insinuandum sit.Respon.semel tantum literæ gradus,nominationum, certificatoriæ temporis studij, & nobilitatis.tex.in §.præfati.2.ibi,semel ante vacationem.de colla.in concord.facit text. in l. Titia Seio.§.vsuras.ibi,quam sufficit semel interuenisse.ff.de leg.2.l.cum procurator.§.1.ibi,nam & ipsi domino,cum semel nunciauit, non permittitur iterum nunciare.de ope. noui nunc. l. 3. §. illud sciendum.ibi, sed semel inter initia facta, quod vi aut clam.l.fi.§.& hæc quidem.in fin.ibi, semel enim & non sæpius eam peti concedimus.C. de iure deli.& si hæc non sufficiãt, alia tradit Matt. de afflictis in tracta.de iure protomiseos.§.vt infra triginta.col.5.& Ias.in l. si duobus. §. si ei qui. & l.qui per salutem.ff. de iureiuran.& l.prætor.§. deinde.de oper.noui nunc.omitto l.boues.§.hoc sermone,de verb.signifi.& ca.non potest.& quæ ibi vtrobique addidi,de præb.in 6.& l.videamus. ff.quòd met.caus. & quæ tradit Geor. Natam in repe.cle.sæpe.in princ.col.53.de verb.sign.& quæ dixi in 1.not.l.vnicæ.C.de sent.quæ pro eo quod interest.Et quod sufficit semel profiteri in vna religione,nec tenetur iterum facere professionem, si ad aliam religionem transfertur, vt concludit Feder.in consil. 5. quidam monachus.q. 1. quòd est intelligendum quo ad hoc vt monachus fiat alterius monasterij,secus quo ad substantiam regulæ.Dec.in c.præterea.de præb.

Amplia quod nisi semel non est insinuãdum etiam successori, in ord. regiis rubr. *des graduez simples*.art.3. in fin.ibi, *en faisant vne fois apparoir ausdictz collateurs, ou patrons d'icelle noblesse.* & quanuis loquatur de instrumento nobilitatis, idem tamen est in aliis, nec debet diuerso iure censeri.l.eum qui.ff. de vsucap. & supra dixi, & an si canonici qui elegerũt,moriantur antequam electus per eos confirmetur, successores teneantur electum confirmare,vide Rofred.in q.sabbati.q.5.

*Casus in quibus ultra semel insinuãdum est.*

116 Primò,fallit quando prima insinuatio non est ritè facta,vtpote extra tempus quadragesimę, tunc iterum debet ritè fieri, quia quod nullum est, habetur ac si factum non esset. l. quotiens.ff. qui satisd. cogan. & quando testes non sunt ritè examinati,potest peti iterum eos examinari, licet sint publicati.tex.sing. in l. veluti.ff. de edendo. secundum Bald.in Margar. in verbo testis, in 8. q.& additio non ritè facta,habetur pro nõ facta. Ias.consi.127.dubitatur.in 4.vol. multa dixi in l. 4.§.condemnatum.ff.de re iudica.

Secundo fallit ex causa.nam edi iterum iubet prætor ex causa,vtpote si dicat collator perdidisse literas duplicatas.l.si quis ex argentariis.§. fin. cum l.seq.ff.de eden.l.fi.de bonis auctor.iudi.possi.& ibi Bar.Dec.in c.1.col.30.de prob.versi.circa prædicta duo no.

Tertiò limitatur, quando plures impetrarent nominationes,vtpote in singulos annos,vt fit in hac patria consuetudinaria, tunc etiam in singulos annos post impetrationem tenetur eas exhibere collatoribus, etiam semel tantum: & hoc probatur in d.§.teneantur.

Quartò, non procedit in nomine & cognomine,

mine, quòd in singulos annos debeat insinuari. d.§.teneantur, vt collator videat diligentes, & illos qui non renunciauerunt suis nominationibus, vt sunt multi, tam per matrimonium, quàm per alia, de quibus in vlt.q. dicetur inferius.

*Collatoribus scientibus an insinuãdum sit.*

117 Duodecimò, an collatoribus scientibus insinuentur nominationis gradus, & alię literę? Videtur quòd non, quia certus non debet certiorari. l.1. in fi. de act. empt. Regula, eum qui certus. de reg. iur. in 6.

Contrarium est verius, quia quando insinuatio est de forma, non sufficit scientia. d. regu eum qui. Bart. in l. denunciasse. ff. de adult. sed ista insinuatio est de forma: quia vbicunque decretum annullatiuum est positum, ibi est data forma. Bal. & alij in l.1. ff. de libe. & posth. Anch. in reg. ea quæ fiunt. de reg. iur. in 6. sed decretum annullatiuum est positum in d.§. teneantur, in fi. videlicet vt nominatus non possit acceptare beneficium illo anno, quo insinuationem omisit, & si acceptauerit, acceptatio nullius est momenti: & ideo consensus partium nihil operaretur. glo. in verbo committatur. c. statutum. de rescr. li. 6. Fel. in c. cum dilecta. col. 7. in 5. signo, illo tit.

*Denũciatio quando sciẽti sit facienda.*

118 Nec obstat quod denũciatio in dubio non præsumitur esse de substantia, sed de sciẽtia, quia denunciationes & insinuationes fiunt ad certiorandum. l. item veniunt. §. petitam. ff. de petit. hæred. l. aut qui aliter. §. & si fortè. quòd vi aut clam. & ideo in dubio sola scientia sufficit. Dyn. in d. regula eum qui certus est. Cyn. in l. emptor. C. de euict. hoc tamen non procedit, quando lex requirens denunciationem procederet vltra: dicens actum factum aliter non valere, vt in concord. quia tunc denunciatio erit de substantia. & non sufficiet scientia. Bald. in l.1. ff. de liber. & posthu. & in c.1. col. 2. si de feudo vassalus ab aliquo interpella. fuerit, vt refert Alex. consil. 27. viso themate. col. 1. in 6. vol. vbi dicit, quod quando lex exigit denunciationem, non sufficit sola scientia, quia tunc est de forma: secus si requirat tantum scientiam, quia tunc scienti non est denunciandum. vide plenius consi. 138. viso puncto. in 7. vol. Colle. in c. dilectus 2. col. 2. de pręb. quia vbicunque denunciatio fit non ad certiorandum modò, sed vt aliquid fiat vel non fiat, tunc debet etiam fieri scienti. Bar. & alij in l. non solum. §. morte. ff. de oper. noui. nuncia. Panor. & alij in c. cum M. de constit. Fel. in c. cum contingat. col. 5. conclu. 4. cum sequen. de rescri. Sed ista intimatio fit non solum vt collator sciat nominationes, sed vt in tempore conferat. ergo debet fieri etiam sciẽti. hoc tradit expressè gl. in verbo exhibere. in §. statuit, de col. in prag. Do. & Fran. in c. si capitulo. & seq. de concess. pręb. li. 6. vbi requiritur quod fiat præsentatio ei cui mandatum dirigitur, etiam si sciat.

*Presbytero est confitendum, etiam si is uiderit peccata cõmitti.*

119 Et quando presbyter scit peccata sui parrochiani, vtpote quia vidit committi, tamen adhuc requiritur confessio, not. beat. Thomas. in 4. sent. dist. 17. q. 3. artic. 2. ante medium. per ca. si sacerdos. de offi. ordi. dixi in c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remis. Sic dicitur de iudice, quando scit vt priuatus, adhuc est eidem probatio facienda. c.1. de offi. ordi. & c.1. de re iudi. in 6. Alex. consil. 27. viso. in 6. vol. & sic licet collator apponeretur testis in gradu, vel nominationibus, adhuc esset eidem faciẽda insinuatio, per prædicta. facit gl. in l. nomen. C. quæ res pign. obl. possunt. vbi dicit debitori esse denunciandum, etiam si esset certus.

Fallit quando scirent per scientiam insinuationis, quæ fuisset facta vicario collatoris, tunc non teneretur collatori iterum insinuare, nisi in casibus quos in proxima quæst. supra scripsi.

*Literæ nominationum an corã collatore sint legendæ.*

120 Decimotertio, an insinuans debeat literas gradus & alias aperire & legere coram collatore, dum eas illi insinuat? Videtur quod sic, vt patet in dicto §. præfati. ibi, per patentes literas. de collat. in concord. & glos. videtur innuere in §. statuit. in verbo exhibere. de collat. in pragma. vbi dicit exhibere, id est præsentare, vt legant & videant. & tex. in cle. causam. de elect. ibi, vel perlecto.

Contrarium videtur verius, & sic tenendum. arg. tex. in c. appellatio. de appel. lib. 6. vbi sic dicitur, Appellatio, quam in scriptis iudici à quo appellare volebas, te porrexisse proponis, non potest ex eo, quod coram ipso lecta non fuerit, rationabiliter impugnari. & text. in d. cle. causam. ibi, in princ. porrecto, vel perlecto. de elect. vbi gl. in verbo perlecto, dicit, per hoc patet, quod primo casu cùm porrigitur, non est legi necesse, per illam alternatiuam, vel in text. positam, sic nec in hoc casu.

121 Idem crederem in mandato de prouidendo, cùm iisdem ferè regulis determinetur. nam sufficit quod detur exemplum mãdati, vel quod legatur. & quando non traditur exemplum, tunc debet legi, vel non debet stare per mandatarium quo minus legat, quod probat Soci. in tract. fall. regul. 79. vbi dicit quod cessionarius exhibens instrumentum debitori, debet illud legere. not. in d. l. non solùm. §. morte. ff. de oper. noui nunc.

*Literæ patentes quæ dicantur.*

Nec obstat d.§. præfati. 2. ibi, per patentes literas, quia debet exponi id est publicas. nam quod publicum est, omnibus patet. §. consequens. instit. de suspect. tut. literæ publicæ & authenticæ, licet sint clausæ, patentes dicuntur, & faciunt fidem, quando sigillum non est fractum, vel remotum. Io. Andr. post Host. in c. patentibus literis de priuileg. Card. in cle. vna. §. nos itaque 6. not. de iureiur. & patentes literæ principis probant. clement. vna. §. porrò. & ibi Imo. colum. 2. de iureiurando. sic & patentes literæ episcopi. cap. 1. de tempor. ordinando. in 6. ad hęc canonicorum patentibus literis creditur. cap. si canonici. de offic. ordin. in 6. sic & patentibus literis vniuersitatis stabitur.

*Non ualet insinuatio de exemplo facta.*

122 Et per hoc dicerem non valere insinuationem de exemplo, siue transumpto nominationum, & aliarum literarum, cùm non sint literæ patentes, nisi originale insinuetur. l. sancimus. vt authẽtica ipsa, atque originalia rescripta, non exempla eorum insinuentur. C. de diuers. rescr. & illa lex est canonizata in c. dicenti. §. sancimus. 25. q. 2. sequitur patruus meus Rebuffus. & Platea in l. probatorias. C. de diuers. offi. lib. 12. Alexand.

consil.

consil.95.visis processibus.col.penul. in 2.volu. versi.superest.nam vbicunque aliquid intimatur præcessisse alicui propter quod tenetur ad alicuius actus explicationem,tunc semper ei cui fit intimatio , debet fieri per originale,& authenticum instrumentum , alioqui insinuatio censetur illegitima. Ista est regula tradita in d.§.morte.per doct.& expressè per Roma.consil.336. circa,in fi.Præterea fidem nominati & graduati collatoribus de suis literis facere tenentur.d.§. teneantur. quam non facerent per transumptum, siue exemplum.l.2.ff.de fide instr. quia intelligitur,fidem,scilicet plenam.tex.iuncta gl. in clem. constitutionem.de elect.Alex.consil.147.visis. in 6.vol.Dec.& alij in rub.de prob.in decreta.

Vel potest exponi patentes , id est apparentes quia si nominatus eas insinuaret, non debet eas aperire,sicut nec monachus suum habitum:alioqui dicitur apostata.gl.sing.in cle.2.in verbo,extrinseci.de vita & honesta.cler.

*Insinuatio literarum, prout in sacco continetur,non valet.*

123 Ex hoc infertur , parum valere insinuationem factam per nominatum vel graduatum sic, insinuo literas gradus , nominationis , & alias, prout in hoc sacco continentur , nisi eas postea ostenderit collatori. & hoc per doctrinam Bart. in l.cum seruus.ff.de condi.& demonst. vbi dicit non valere oblationem pecuniæ factam clauso marsupio.Bal.& alij in l.acceptā.C.de vsur.Barb. consil.8.scribitur.col.pe.in 1.vol.vbi dicit non valere productionem à parte factam,si saccum scripturarum producat. & hoc verum si pars opponat.& si pars cōfiteatur positionem,prout in tali instrumento continetur , si in illo instrumento non sic continetur,illa confessio nō valebit.tex. in l.2.C.de errore aduoc.& ibi Bald. sic pulchrè consuluit Alex.consi.8.visis col.4.nu.13.in 3.vol.

Item si quispiam habeat terminum ad excipiendum,& producendum iura sua,& postea ea producat,prout in sacco continētur,in illis punctis quæ pro eo faciunt,non valet.Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de instr.editio.§. videndum restat.versi.item non exhibeas Ant.& alij in c.imputari.de fide instr.Ias.in l. Titiæ textores.col. 2. ff.de leg.1. sic nec insinuatio nominationum vel gradus, quod est notandum. igitur non sic insinues.

*Qua pœna puniantur non insinuātes.*

124 Vltimo , quomodo puniantur non insinuantes?Breui respon.tex.in d.§.teneantur,quod eo anno,quo præfatam insinuationē facere omiserint,beneficium in vim gradus,aut nominationis petere non possunt.& idem dicitur in ordina. regiis, rub. *des graduez simples.* artic.3.& 9.quod ob insinuationem omissam in vno anno , non perditur prioritas,vel alia priuilegia, si sequentibus annis insinuet. nam sicut si statuto dictante insinuatio donationis debeat fieri intra mensem, & non fiat,donatio caret effectu.l.fin.C.de don. ante nupt.Bal.in l.vniuersa. de precib. imper.offer.Anto.de cana.in tract.de insinuatio.q. 28. sic & gradus & nominationum insinuatio si nō fiat tempore quadragesimæ , illo anno quo non est facta,caret effectu,quia non satisfit iuri requirenti insinuationem, & concordatis factis inter papam & regem.

125 Idem si insinuauerit,sed non tempore quadragesimæ , quia sicut agri sator obseruare anni tempora debet,aliàs perdit semen suum, & ager non fructificat,verba sunt nor.Bal.in c.1.col. pe. de postul.prælato Sic & nominatus:alioqui nominationes eidem non afferunt fructum. Item sicut medicus obseruat tempora , sic & iurisperitus.Bal in l.vna.in prin.in 2.colum. C.de cadu. tollen.Et quando lex vel dispositio apponit tempus, qui non obseruat tempus , non seruat formam.Bal.in auth.quæ supplicatio.circa fin.C.de precib.imper.offer per tex.in l.scire.§.consequēs. ff.de excu.tut.ibi,non aliter audiri , si non fuerit conseruatum constitutum tempus.Fel.in c.cum cōtingat.col.8.de rescr.Paul.in l.si in lege.in fine prin.ff.loca. Alber. Brun.in tract.de forma & solenni actus, rub. ex quibus consistant forma & solennitas.versi.27.& superius fusius scripsi.

*Iurisperitus & medicus obseruant tempora.*

*Pro villis muratis habendis an sit insinuādum.*

126 Quęro an idem sit in graduatis,vel his qui volunt obtinere villam muratam seu beneficia in villa murata? & glo.in §.statuit.in verbo hoc, de collatio. in pragma. tenet quod sic , alioqui quomodo sciret collator aliquem graduatum esse,nisi eidem insinuaretur?vide quæ dico infra q.16.& in §.statuimus.2.de colla.in concord.

127 Quæro, beneficium vacauit in mense Iulio,is nominatus qui insinuauerat,non requisiuit intra sex menses, quare per ordinarium cuidam graduato,qui non insinuauerat , fuit facta collatio,an valeat?Breui respondeo quod sic,quia paria sunt non esse insinuatum , & non apparere.l. duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.sed is qui insinuauit,non apparet,cum non veniat intra sex menses,ergo collatio alteri facta valebit.

Nec obstat quod quandiu est aliquis qui insinuauit, non debet alij non insinuāti beneficium conferri,quia hoc fateor , quando alius qui insinuauit,requisiuisset,aliàs secus.nam sicut post sex menses potest conferri beneficium vacans in mensibus præstitutis nominatis non nominato, sic & multo fortius in hoc casu.

### *Decimaquinta quæstio principalis.*

*Quæ beneficia in nominationibus comprehendantur.*

1 DEcimoquintò , principaliter quæritur, quę beneficia in nominationibus comprehendantur , & quæ non ? quia cognito vno contrariorum,cognoscetur & reliquum.l.1.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.& instit.illo tit. in prin.doct.in rub. ff. de acq.poss.Barb. consil.23. scripsit.q.3.vol.1.

Ideo videamus quæ beneficia non afficiantur nominatis,nec graduatis,vigore nominationum vel gradus,&c.

*Beneficia patroni laici non debētur nominatis nec graduatis,nec mandatarijs.*

2 Primò , dico non comprehendi beneficium spectans ad præsentationem patroni laici , quia tex.in d.§.præfati.1. de collat. in concord.loquitur tantum de patrono ecclesiastico.ideo laicum patronum videtur excludere,argum.c.nónne.de præsump.Ita tenet gl.in §.item quod ad dictas.in verbo,ecclesiastico.& in §. statuit. in verbo præsentatio.de colla. in pragma. Facit quod notant doct.in c.2.de præb.in 6.vbi beneficia spectantia ad patronos laicos in curia nō dicuntur vacare. Pan.in

Pan.in c dilecta.de maiori.& obed. Barba.in c. dilectus.de offic.lega. quia laici retraherentur à fundationibus ecclesiarum. Archidiac.in c.2.de præb. in 6. Imò ex consuetudine Franciæ receptum est,vt etiam Papa hæc beneficia non conferat,per rationem supradictam.

3 Idem in mandato Apostolico,vt non comprehendat hęc beneficia.not.in c.cum dilectus. de iure patr.D.Rufæus in tract.de mand.Apost. in 2.parte.vide quæ dixi suprà q.8.nu.22.

*Mādatarius notarius nominato præfertur.*

4 Secundò, non comprehēditur beneficium affectum mandatario, nam vacante beneficio etiā in mensibus nominatis pręstitutis,debetur mandatario excluso nominato.in tit.de mand. Apost.in concord.vbi ita fuit inter sanctissimū Papam & Regem nostrum Christianissimum cōcordatum, quia hi qui authoritate Apostolica veniunt, vt sunt mandatarij, omnibus aliis sunt præferendi.c.cum cui.& c.hi qui.de præb. in 6.Itē certa forma in hoc Francię regno constituta fuit ad mandata impetranda. quia de iure plures sunt formæ. vt dixi in rubr.de mand. in verbo,in forma.

*Mandatum omissa forma est nullum.*

5 Ideo si quis impetrauerit mandatū non seruata forma concordati,mandatum erit nullum. ita affixi conclusionem,& sustinui.de qua dico in forma mand.Apost.suprà.

*Beneficium sub patronatu laici nō comprehenditur.*

6 Tertiò, non comprehenduntur beneficia quorum præsentatio spectat ad clericum & laicū simul,sicut nec in mandatis Apostolicis,quia clericus habēs præsentationē cum laico,gaudebit priuilegio laici, arg.l.si cōmunem. ff.quemadmodum seruit.amit. vbi nō præscribitur maiori propter minorem.facit glo.c.1.in fi. de iure patron.lib.6.vbi si laicus habeat ius patronatus cum clerico,habebit sex menses ad præsentandum ratione clerici.Pan.in c.transmissæ.& in c. eam te.de iure patr. Roch.Curt.in tract.de iure patro.in verb.ius.in 7.q. D.Sainson in consue. Turon.in rubr.*des successions des roturiers*,artic.5. facit c.per tuas.de arbitr.Bauer.in §.testes.col.6. instit.de testa. & sicut vniuersitates non possunt grauare beneficia spectātia ad præsentationem laici tantùm, sic nec quando spectant ad clericum & laicum simul, quia non debet fieri deterior conditio laici propter clericum. cap. sacris.de sepult.

7 Sic nec legatus poterit illud conferre. cap. cum dilectus.de iure patr. Pan.& Bart.in c.dilectus.de offic.leg. Et hoc tenet expressè Maleret. in tracta.de electio.fol.16.versi.4.amplia.& quia nominationes respectu collatorum sunt odiosæ, sicut gratiæ expectatiuæ, & sic restringendę. regula,odia.de reg.iur.lib.6. gl.in §. item quod ad dictas. in verb.ecclesiastico.& in §.itē quòd omnia.in verbo,faciēdæ.de coll.in prag. ita expressè tenet Brunel.in tract.de digni.lega.in cōclu.23.in 3.declar.ratio est vltra eum,quia pręiudicaretur pręsentationi laici & clerici simul,sed mixtum & compositum assumit naturam illius speciei, secundùm quam iuri minus derogatur. Pan.in c.super quæstionum.§.si verò.vlt.notab. de offic.delega.ergo ista assumetur. videlicet,vt non comprehendantur beneficia ad præsentationem laici,& clerici simul spectantia.

8 Quartò, non comprehenduntur beneficia iure regali conferenda. glos. in §.item quod ad dictas. in verbo, ecclesiastico.de collat.in prag. & in §.item quod dicta.in verbo,regaliæ.de annat.ibid quia regi tanquam laico competit collatio.in c.generali.not.de elect.lib.6.& suprà dixi beneficia laicorū in nominationib. non cōprehendi. facit quod habetur per Ioan. Gallum in quæst.per arresta.q.113.item inter.

*Beneficium quod iure regali confertur, non comprehenditur in nominationib.*

9 Vbi beneficia quæ sunt sub iure regaliorum, non confert Papa, etiam si vacent in curia.de Selua in tract.de benefic.in 2. parte q.23. Maleret. in tracta. de electio. fol.23.versic.3. infertur.& istam declarationem habuit rex anno 1339.vt citat Dom. Rufæus in tracta. de iure regalio.in 9.priuileg. nec in mādatis Apostolicis comprehenduntur,vt in d.cap.2.de prębend.& propter Regis prærogatiuam, qui est ecclesiarum regni protector,teste Ioan.Feral in tracta. de iuribus & priuilegiis Regis Franciæ in 8.priuilegio.

*Papa non confert hæc beneficia.*

10 Et quando fuerit cōcessum istud ius regaliorum,vide per Gaguin.in vita Philip. pulchri. fol.123.& seq.vers.eodem tempore. Benedict.in repet.c.Raynutius.in verbo,& vxorem.nu.370. cū seq.de testa.Aufre.in repet.cle.1.de offi.ordi. nec habet rex illud ius regaliorum in omnibus ecclesiis regni, sed in illis quas fundauit, & in ecclesiis quæ sunt citra Ligerim, *Loire*, loquēdo apud Parisios, ita à quibusdā notæ viris accepi esse declaratum in camera cōputorum Parisi. Not.tamen quòd quāuis laicus habeat ius conferēdi beneficia ecclesiastica ex priuilegio papę, iuxta c. Adrianus.63.dist.tamē cōferendo beneficiū,nō tribuit aliquod ius spirituale,quia ipse non habet,sed inuestitutus cōsequitur ius spirituale à cōfirmatore,vel ab alio ministro ecclesiastico,quod est not.pro Rege Franciæ secūdùm Bonif.in cle.vna.col.pe.de cōces.præb.Io.And. in c.accedens.col.1.de præb.an quando episcopus promouetur in cardinalem,vacēt sua priora beneficia in regali.tradit Collect.in c.fi.col.1. de cōces.præb.quòd sic,& idem quādo eligitur ad summum pontificatū, vt dicit euenisse tempore Clementis sexti.quod est notandum.

*De iure regaliorū, & in quibus ecclesiis cōsistat.*

*Episcopus promotus in cardinalem, facit iure regali ut uacent beneficia, & aliis modis ut hic.*

Idem,quando habet prouisionē alterius episcopatus.arg.c.nisi cum pridem.de renūc.Idem dicunt si hostis sit & rebellis Regi,& regni inimicus, in illis ecclesiis in quibus ius regaliorum datur Regi.

11 Quintò,non comprehenditur officium vel beneficium,quod cadit in laicum.de quo per gl. in c.cum M.in verbo,receperunt,de constit.vel si per laicum est regi cōsuetum,quia postquam scribitur pro clerico,præsumitur mādari de beneficio ecclesiastico.in §.insuper.in verb. beneficia ecclesiastica.de coll.in concord.Fel.in c.in nostra correla.22.de rescript. Barba.in cle. causam.col.51.de elect.vbi declarat quando dicatur beneficium ecclesiasticū,& dico in tract. de pacific. posses. in limit.10.nam hæc non comprehenduntur in aliis gratiis. Io.And.& alij in d.c. quia sæpe. de præbend.lib.6. de Rota decis.320.

*Beneficium laico debitū nō comprehendunt nominationes.*

nota quòd vbi, in antiq. gl.in verbo, officium. de pacifi. poss.in pragm. nam exprimuntur beneficia ecclesiastica,ergo alia non comprehendũtur,nec officia tex.in §.præfati.& in §.si quis verò.in verb.beneficiis ecclesiasticis.de colla.in concord. text. in c.si quis episcopus. ibi, aliqua officia ecclesiastica.1.q.3.c.saluator.ibidem. glo. in §.in dignitatibus.in verbo,officiis. de collat. in pragmat.

*Hospitalia nominatis nõ debẽtur.*

12 Sextò, non comprehenduntur hospitalia. clem.per literas.de præbend. quia non sunt beneficia ecclesiastica,licet sint religiosa. cle. quia. de relig.dom.& ibi Bonifac.not.17.nam hospitalarius dicitur habere officium,non beneficiũ, instar tutoris.l.orphanotrophos. C.de episcop. & cler.gl.in verbo,beneficiis. in cle.dispendiosam.de iudi.Bal.in l.beneficium.col.vlt.ff.de cõstit.prin.& quia bona eorum sunt deputata pauperibus:& sic ad aliũ vsum nõ debent trãsferri. l.1.ff.de admin.rer.& laicis debent cõmitti.d.cle. quia. ergo non sunt administrationes ecclesiasticæ.c.bene quidem. 96.distinct.c.decernimus. de iud.Calder.consil.vno.de suppl.negl prælat. hoc expresse tenuit glo.in c.si pauper.de præb. in 6.& glo.in §.si autem illi,in verbo,beneficiorum.de colla.in prag.sequitur de Selua in tract. de beneficio.in 3.parte.q.57. Dom.Tiraquel.in tract.de legib.connub.in verbo, *expres.*limita.8. Brunel.in tract.de digni.leg.conclus.19.in 4.declarat.Fel.in c.de quarta. de præscri.etiã si in eis esset clausula,non obstãtibus.Dec.cons.165.viso tenore. vbi concludit habentem hospitale non teneri ad soluendum decimas papales, si mandentur solui de beneficiis ecclesiasticis.licet hodie exactores neminem respiciãt in animarum suarum perniciem.itaque hospitalia non comprehẽduntur,etiam si esset clausula motus proprij.gl.& ibi doct.in d.cle.2.de præb.dicentes, idem in mandato apostolico, & literis datis in forma pauperũ secũdùm prædictos.Vide Barb. in c.nulli.col.2.de reb.eccl.non alien. & Franc. Curt.consil.20.præsupponitur.in fine.

*Hospitalia ad decimas nõ tenẽtur.*

Primò,fallit quãdo hospitalia cõcederentur in titulũ,quia tunc vt beneficia reguntur,& beneficia sunt.Io.Franc.in tract.de offi.& potesta. ca.sede vac.in 1.q.2.partis.& tex.in d.cle.quia.§. vt autẽ.tamen vt melius prouideatur istis locis, statutũ est ex speciali prouisione,vt non cõprehendantur per literas generales.d.clem.2. & ita tenet Bonifa.ibi,col.2. post Paulum & alios. & sic nisi expressa facta esset mentio in mandatis, vel nominationibus,non deberentur etiam hoc casu,per glo.in d.cle.2.in verbo,prouideri.

*An præsumatur hospitale.*

14 Secundò, fallit quando ecclesiæ esset vnitũ.arg.c.super eo.de præb.in 6.de Selua in tract. de beneficio.in 1.parte.q.4.nu.9. & Ioan.de Pauinis in d.q.1.2.partis.col.3.vbi dicit quòd quãdo non apparet an sit hospitale,vel beneficium, præsumi debet hospitale. glo.in clem. si de beneficio.de præbend. vel attendetur vltimus status arg.c.consultationibus.de iure patro.c. cum de beneficio. de præbend. lib.6. vel si appareat possessio & denominatio, præsumetur hospitale, quia sic nominatur, secus si ecclesia denominetur.glo.& doct.in cle.2.in verbo, ecclesias. de præbend. vide plenè Franc.Curt. consil.20. præsupponitur,&c.

Limita quãdo essent vnita ecclesiæ iure principalitatis, hoc est, quòd vtrunque esset principale,& vnum non accederet alteri.argu.l.generaliter.ff.de fideiuss.not.Bonifa.in d.cle.2. col.2. & ibi dicit impetrantem teneri ad probandum esse vnitũ iure accessionis.Vide Feder.cons. in. quæstio talis est, an diœcesanus, & consil. 280. casus talis,&c.Barb.in c.ex literis,col.3.cum seq. de consuet.& quæ addidi in d.clem.per literas. multas quæstiones tradit Archiepiscopus Floren. in 3. parte summæ.tit.11.c.2. & de Selua. in 11.q.3.partis, in 11.qualita.& q.57.

15 Septimò, non comprehenduntur leprosariæ nec eleemosynarię quę ad hoc fundatę sunt, vt pauperes lepra infecti ibidem recipiantur,& de prouentibus alantur.text.in cle.quia contingit.de relig.domi.& quia nomine beneficij non veniunt. De Rota decisio.265. nota quod vbi. & decis.584.quidam,in antiq. not.in clem.si.de deci. Sed instar tutoris & curatoris sunt gubernatores illorũ locorũ.d.cle.quia.§.1. nec faciunt fructus suos, sed tenentur de eis reddere rationem.Card.in cle.per literas.col.2.& scripsi in d. cle.quia contingit. hodie multi viuunt ex lepra pauperum,& eos fame perire patiuntur, vt vidi in multis ciuitatibus, quibus lepra Naaman adhærebit,& semini eorum inæternum.

*Leprosariis nominati nõ acceptant.*

Fallit quando esset vnitum officio vel beneficio ecclesię cathedralis,aut alteri beneficio ecclesiastico,vt proximè dixi.& tenet de Bellamera in decis.387.si contra petentem.

Secundò, limitatur quando essent consueta conferri religiosis in titulũ,vel aliis,tunc etiam nominatis deberi possent.Rota decisio.265.nota quod vbi.sequitur de Selua in tract.de benefic.in 1.parte q.4.nume.9. & in 3.parte q.57.per c.cum de beneficio.de præbend.in 6.& dict.cle. quia.§.vt autem.

16 Octauò, non veniunt in nominationibus Præceptoriæ S.Ioan.Hierosolymitani, licet dicantur beneficia ecclesiastica. Barb. in cle. causam. col.51.de elect. vide eum in c.in nostra.de rescrip.nu.80.& in istis militibus non habet locum c. auaritiæ.de elect. in 6.quia priores electi in administrationibus sine cõfirmatione administrant, teste Domi. consil.15.reuerende. col.3. & 6.Doct.in c.transmissam.de elect.nec præceptoriæ sancti Spiritus, vt audiui sæpius à multis,licet parum iure fundetur, si essent fratres illius ordinis, alioqui non, quia regularibus sunt conferenda.§.volumus.de colla.in concord. facit cle.quia contingit.§.præmissa.de relig.domi. vbi ista excipiuntur ab aliis.

*Præceptoriæ S. Ioãnis nominatis non debentur.*

17 Nonò, non comprehenduntur altaria seu capellaniæ non spiritualizatæ, vt dicunt nostri. de Selua in tract.de beneficio.in d.3.parte q.57. cle.2. de iudi. cle.vlt. de deci.nec beneficia propriè dicuntur ecclesiastica, sed legata pia ante approbationẽ episcopi.Fel.in c.ex parte S.col.1. de rescrip.vide tradita per Petrum Subertum in tract.de cultu vineæ domini.4.parte,artic.12. de

*Altaria & legata pia nõ debẽtur.*

Butrio

Butrio consil.3.& consil.51.supposita.& doct.in cle.fi.de deci.vide Fel.in c.cũ venerabilis. col.11. & seq.de except.de Milis in verbo,beneficium. §.49.& plenè Paul.de Citad.in tract.de iure patron.in 3.parte q.32.dicent m idem in oratorio. Bonif.in cle.fi.col 1 de rescrip.& quando capellania possit conferri in titulum, vide per Dec. consil.135.ad iustificationem.

*De operaria ut non comprehendatur, uide hic.*

18 Decimò,non venit operaria.in quibusdam enim ecclesiis præficitur vnus,qui vocatur magister operariæ, & hoc officium non est nominationibus subiectum,quia in hac eadem ratio est,sicut in hospitali,& in eleemosynaria:& quia ad nutum traditur, & beneficia sunt perpetua. c.præcepta.55 dist.& mẽs põtificis summi & regis fuit prouidendi graduatis & nominatis, de beneficiis quæ perpetuò durent. Io.And.& Petrus.in c.quia sæpe.de præb.in 6.

Item, operarius tenetur reddere rationẽ instar tutoris & curatoris.glo.in cle.2.de iudi nec datur operaria nomine beneficij,sed diligẽs paterfam.eligitur. Card.in d.cle.2.col.pe.& potest esse quod nominatus vel graduatus non esset eiusdẽ qualitatis,& sic eisdem nõ debebitur,per ea quæ infrà dicã.& not.in c.ei cui.de prǽb.in.6.

*Laicus potest esse ecclesiæ operarius.*

19 Item, laicus potest esse operarius ecclesiæ. Dec in c. decernimus. nu.11.vers.2.quæritur. de iudi.& si cõsuetum fuerit in ecclesia per quinquaginta annos,vt laicus sit operarius vnius ecclesiæ,an clericus possit eligi,quòd sic.not.Calder.consil.1.rub.de consuet. & consil.12. rubri. de cõcess.præb.idem in fabricis ecclesiæ, etiam vt non comprehendantur.declarat glo.in cle.2. in verb.eleemosynariis.de præb.

*Loca collegialia nominatis non sunt affecta.*

20 Vndecimò, non comprehẽduntur in nominationib.loca collegialia,quę ad tẽpus scholaribus dãtur ratione studij,vt audiãt iura,sicut fit in Montepessulano, Tholosæ, Auenione,& Caturci,& hîc Parisiis vt studeant grãmaticam. & in sciẽtiis primitiuis, quia nõ sunt perpetua, sicut beneficia ecclesiastica.c.præcepta.55.dist. c. 1.de capell.mona.lib.6.& mens cõditorum fuit, vt suprà dixi,prouidendi graduatis & nominatis de perpetuo beneficio,postquã amore scientiæ exhauserũt totum suum patrimonium,tam in victu quàm in libris,& aliis expensis. de quibus dico in priuilegiis scholarium. Item, quia non dicuntur beneficia ecclesiastica, de quibus loquitur concordatum,vt proximè dixi.

Fallit in locis collegialibus,quæ dantur in titulum,quæ sunt perpetua,vt in ecclesia S.Saluatoris in suburbiis Montispessulani sita,& in ecclesia S. Trinitatis Maguelonæ, & aliis similib. si aliud non sit quod repugnet, si nominatus qualitates habeat requisitas, quin comprehendantur.arg.l.si quæramus.ff.de testam.

*Beneficia regularia non cõprehenduntur in nominationibus secularium.*

21 Decimò, non comprehẽdi beneficia regularia in nominationibus clerici secularis, etiam prætextu dispensationis papalis, receptum est, quia regularia regularibus sunt cõferenda.§.volumus.de collat.in concord. facit c.cum de beneficio.de præb.in 6.plenè Fel.in cap. in nostra. correlar.vlti.de rescript.de Selua in tract.de beneficio.3.parte.q.58.& idem contra,vt in regula cancella 41.glo.in propriis terminis in §.visum. in verbo,leg.torum, de collat in prag. Idem in mand.apostol.d.c.cum de beneficio.& tradit D. Rusæ. in tract. de mand.apostol. in 2.parte.nu. 29.nec etiam in d.§ volumus, prohibetur, quia vnus non potest à cõtractu inuito altero discedere.l.1.& per totum.C.quando liceat ab empt. disced.& per hoc respõdi cuidam,qui habuerat nominationẽ à rege cuiusdam abbatiæ regularis in cõmendam vsq; ad annũ, & intra annum debebat sumere habitum, & postea abbatiã habebat in titulum, non valere dispensationem à solo Papa, vt non teneatur sumere habitũ. alia multa dixi, quæ cum operæpretium fuerit tradam.si tamen tempore nominationis erat secularis,& tempore vacationis regularis, vide glos. in §.illi verò,in verb.religiosis.de colla.in prag. & in c.ei cui.de præb.in 6.

*De beneficio consueto regi per seculares.*

22 Decimotertio, non comprehẽditur beneficium cõsuetum regi per seculares in nominatio..ibus regulariũ,vel contra. c.cum de beneficio.de præb in 6.vbi in mãdato de prouidendo concesso secularibus, non veniunt beneficia consueta regi per regulares,vel contra.

*Quæ beneficia dicãtur regularia.*

23 Et dicuntur beneficia regularia illa,in quibus in fundatione dictum est, ac statutũ quòd regantur per religiosos, vel sunt consueta regi per religiosos, per quadraginta annos.d.c. cum de beneficio. glos.in §.& idem ordo. in verbo, regularibus.de collatio.in pragmat.Fallit si idonei non reperirentur.ca. inter quatuor. de religio.do.Pan.in c.relatum. ne cler.l.vt gradatim. ff.de muner.& honor.

24 Decimoquartò, non cõprehenduntur beneficia causa permutationis vacãtia.§.volumus. de colla.in concord. quia aliis extra permutantes conferri non debent. c. vno, de rer. permut. lib.6.gl.in §.itẽ quod omnia.in verbo,permutationis.de collat.in prag.vbi id limitat si permutatio esset fraudulenta.c.fina. de renunc.in 6.& c.vno,de rer.permut.eo.lib. vide Io.de Selua in tract.de benefic.in 3. parte.q.54.

Secundò,si Papa mandet prouideri alicui de certo beneficio,si vacat,vel quamprimum vacabit, certè si beneficiatus, de cuius beneficio est scriptum, resignet, etiam causa permutationis, nihilominus poterit prouideri impetranti, cum vacet,& sit affectum,& sic ius quæsitum est impetrãti,quod nõ debet auferri per permutationem istius.arg.glo.in c.quanuis.2.in verb.in genere.de præb.in 6. hoc expressius not. Staphil. in tract.de liter.gratiæ, fol.64.quod non obseruaretur in Francia,cum sit excepta permutatio, & resignatio.vide clausulã quę solet in permutationibus apponi,in reg.cancell.38.& scripsi in praxi beneficiali in rescripto permutat.

Item, beneficia permutata nõ possunt optari. Feder. consil 62.verius.quod declara,vt per Imol.in c.fin.nu.40.vers 2.quæritur.de rer.permut. & si collator præsumat vacare simpliciter, & cõferat nominato,non valebit collatio.Fede. consi.164.licet semper.quia sunt affecta permutantibus.d.c.vno.de rerum permut.in 6.

25 Nec requiritur quòd permutans habeat ti-

tulum illius qui secum permutauit: sed sufficit de permuta ne fidem facere, cũ sit canonicus titulus.c.1.de rer. permut. in 6.clem.vna. illo tit. Cald.cõs.10.an sufficiat.rub.de rer.permu.quod est verũ,quando compermutãs fuerit in possessione pacifica beneficij, & habitus, & reputatus pro vero beneficiato.Panor.& Fel.in c.illud.de præsum. Auffre.in decis.Thol.q.467.Itẽ,&c.an agenti. Rom. consil.465.in re præsenti.Boer.in decis.Burdeg.q 265.tractatus de permutandis.

Electiua nõ debẽtur nominatis.

26 Decimoquintò, non cõprehenduntur beneficia vere electiua. §. monasteriis.de regia ad prælat. nomi.faci.in concord.facit c. cũ in illis. §.cum autem.de prӕb.lib.6.cle.1.illo tit.glo.in §. in dignitatibus.in verbo, dictarum.de collat. in prag.dicẽs expresè non cadere sub nominationibus, vel sub gradu, quia de beneficiis collatiuis intelligitur concordatum velle prouideri,& nõ de illis ecclesiis,in quibus electiones canonicæ,& seruata forma.c.quia propter.de elect.fieri debẽt.Fel.in c.in nostra.correla.32.de rescr. Tamẽ ad præbendas quibus prouidetur etiam per electionẽ, absq; cõfirmatione nominationes ac mandata bene referũtur,per quarũ vacationem ecclesia non dicitur viduata, quia potius collatiuæ quàm electiuæ dicendæ sunt. tex.in c.cum nostris.de cõcess.præb.vbi episcopo & capitulo Lausan. ecclesiæ spectabat electio præpositurӕ in illa ecclesia, & tamẽ Papa mãdat vt cõferant. glo.in cle.quia contingit,in verbo,electionẽ.de relig.domi.gl.in d.§.in dignitatibus.in verb. dignitatibus.de colla.in prag. Oldra.cons.146.factum tale.col.2.vnde gl.in d.cle. quia cõtingit. in §.vt autem.de relig. domi.quam sequitur de Ripa in lib.2.Resp.de rescri.c.34.vbi etiã firmat quod beneficia dicũtur propriè electiua, quãdo proceditur in eis per electionẽ,quæ requirit cõfirmationem superioris,per gl.in d.cle.quia cõtingit.& illa nõ cõprehenduntur in nominationibus.Alia beneficia dãtur per viam electionis, non tamen requiritur confirmatio, & tunc dicuntur collatiua, & in nominationibus cõprehenduntur & gradu. Rota decis.124.not. quod vocetur. in antiq. Ioan. Dayma in procemio concord.in verb.electiua. fol.78. & ibi ego ipse etiam scripsi. declarat Fel. in d.c.in nostra, correlat.31.de rescript.

Idem in mandatis, vt non cõprehendant beneficia electiua per supradicta, quia in electiuis contrahitur matrimonium. c.inter. de translat. episcopi, & sicut ex rescripto principis non fit matrimonium carnale.l.1.C.si nuptiæ ex rescripto petantur: ita nec spirituale,ne inuitæ detur sponsus.cap.nullus.61.distinct. ne deterius inde contingat.c.2.de sponsal.

In curia uacãtia nõ debentur nominatis.

27 Decimosextò, non comprehendentur in nominationibus.beneficia vacãtia in curia,quia illa solus Roma.Pontifex confert.c.2. de præb. lib.6.propter reseruationem factam ibidem.& si reseruationes regulariter in Francia sunt sublatæ,vt in cõcord.in tit.de reseruatio. Tamen illa reseruatio.c.2. nõ est sublata:& ideo nominatis beneficium non est affectũ sic vacans,sed liberè Papa confert,etiã non graduatis,vt dico in tit. de mand.apost.vbi videre licet.Et tunc cẽsentur vacare in curia, siue ibi moriatur is,qui obtinet beneficiũ,siue non moriatur,sed remanẽs in dicta curia non est promotus intra annũ. Collect. in cap.fi.in fi.de sortileg.Imò si decesserit is cui absenti facta est collatio, antequã veniat ad suã notitiã beneficiũ,adhuc dicetur in curia vacare, quia nõ prouenit cũ effectu. Collect.vbi suprà. col.3.Secus si contulerit etiã inhabili,qui acceptauit,tũc redit potestas ad ordinariũ,tum quia suum est sortita effectum.c.si tibi. de præb.in 6. quantũ ad Papã attinet in effectu dicitur cõtulisse per acceptationẽ,& reseruatio illa est odiosa, vt collatio Papæ reseruetur, & reseruationes in regno sunt odiosæ.vt dixi in rub.de reseruatio.in concordatis, huius sententiæ est Ioan.de Selua in tract.de benefic.in 3.parte.q.72.& glos. in verbo,causa.de elect.& reseruatio.in pragm. & Ruseus de iure regalio.in 3 priuileg.

28 Fallit, quando ordinarius post mẽsem cõferret beneficium,quod tempore præstituto nominatis vel graduatis vacasset,quia tunc illis esset conferendum. c.statutũ.de præb.in 6. iuncta cle.1.de supplẽ.negl.præl.quia is qui cõfert iure deuoluto,tenetur conferre cũ illis qualitatibus, quæ illi beneficio inhærebant,per d.clem.& §.si quis verò cuiuscunque gl.in §. item quod omnia.in verbo,scilicet.de collat.in pragm.

Item, quia in d.§.præfati.& d.§. si quis verò. omnia beneficia spectantia ad collationem ordinariorum collatorum sunt affecta illis, si vacent tempore præstituto eisdem.

Secũdò,fallit in c.si apostolica. de præb.in 6. vbi ordinarius potest conferre beneficia vacantia in curia sede vacante.& si non fuerit prouisum ante Pontificis obitũ.sed illa decretalis debet intelligi, vt conferre teneatur qualificatis,si vacent in mensibus illis prӕstitutis,quia non est nouum vt priores leges ad posteriores trahantur.l.non est nouum. ff. de legib.& quia hic casus non est exceptus in cõcordatis, imò omnia beneficia tempore præstituto vacantia, eisdem nominatis & graduatis sunt conferenda per §. præfati primum. & §.si quis verò cuiuscunque. de collat.in concor. & etiam si vacarent alio tẽpore, & hoc si erat ecclesia parochialis sita in villa murata,vt in d.§.statuimus.

Tertiò fallit,quando in curia vacarẽt in fraudem,quia tunc etiã ordinarius potest conferre, vt concludit Oldra.consil.324factũ.col.4. vers. nec obstat quòd dicitur.asserẽs d.c.2.debere intelligi,quando vacant in curia sine fraude.arg.l. res quæ.§.lites.ff. de iure fisci. nec calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportet.l. pen.ff.de hæred.instit. pulcher text.in l.idem.§. fin.de excus.tut.

29 Decimoseptimò,nõ veniũt beneficia qualitatibus annexa,vel ex statuto,vel ex cõsuetudine,vel alio quouis modo,quia habenti tantum illam qualitatẽ debẽtur.c.cũ in ecclesia.de prӕb. in 6.nam non intẽdit concordatũ huic priuilegio vel consuetudini seu statuto derogare.§.per præmissa.de reg.ad prælat. nomina.faciend. in d.concor. vbi non intendit derogare statutis & consuet

Annexa nominati non possunt acceptare.

consuetudinibus ecclesiarum,quo ad ius eligẽdi,secus tamen est in aliis,vt in rub.de firma & irreuoc.concord.stabili.

30 Ideo si ex statuto ecclesiarũ præbendæ,seu alia beneficia debeantur nobilibus,non debentur nominato ignobili, non habenti illam qualitatem, per supradicta:nec potest episcopus dispensare contra institutionem. ideo non posset vna ecclesia etiã cum authoritate Papæ afficere certa beneficia cantoribus, aut aliis in præiudicium qualificatorum. vt scripsi in verb.dispẽsationis.§.volumus.de collat.in concor.& ita fuit iudicatum in magno consilio contra ecclesiam Thol.pro domino de Sarta. Fallit quando nominatus esset doctor,quia doctor iudicatur nobilis.Bat.in l.iudices.de dignit.C.lib.12. Bonus de Curti.in tract.nobili.in 3.parte.nu.97.facit l. prouidẽdum. C.de postul.gl.in l.societas.ff.pro socio.& quę ibi addidi.dixi in priuilegiis scholarium.Et ista sunt notãda,quia sępius vidi dubitari in palatio.

*Arrestum.*

Idem si sacerdotalis præbẽda vacet,& nominatus non sit sacerdos. si tamen hoc ex fundatione requiritur,tunc non debebitur nisi sacerdoti.c.cui.de non sacerdotali.de præb.in 6.

Idem puto in mãdato apostolico,intelligendum, vt not. Fel.in c.nonnulli.col.26. versic.9. conclusio.de rescr.quia propter officium datur beneficium.c.fi.de rescr.lib. 6. & iste non potest exercere officiũ presbyteri,ergo non dabitur ei beneficiũ nisi per clausulas mãdatorũ esset fundationibus derogatũ , nec posset episcopus cõtra institutionẽ beneficij dispẽsare,vel eã immutare,vt tradit Fel.post Cald.in c.cũ accessissent. col.7.nu.17.de constit.Rochus Curt.in tract.de iure patr.in verbo,honorificum.q.4.in fi.

*Vnita mẽsæ nominatis nõ debẽtur.*

31 Decimooctauò, non comprehẽduntur beneficia vnita mensę episcopali,vel capituli,quia mortuo vicario non vacant,cle.vna.versic.quidam etiam.de excess.prælat.Idem si alio modo vnita sint,quia debẽtur ei,qui beneficium obtinet,cui sunt vnita de iure,vel de consuetudine, nec dicũtur vacare,ideo acceptari non possunt, vel requiri per nominatum. c.cum accessissent. de cõstit.gl.in verbo,vacauerint.in §.item quod omnia.de collat.in prag.Feder.consil.187. casus talis est,dominus.& consil.200.quod permutatio.nam vbi beneficium est vnitum alteri perdit nomen beneficij,& exemptionis,si vniatur non exempto.Domi.in c.cum personæ. §.fi.col.vlti. de priuileg.in 6.sequitur Fel.in c.in nostra.correl.33.de rescrip.Si tamen fieret vnio de beneficio, quod vacauit in mẽsibus præstitutis nominatis, adhuc posset nominatus vti suo iure, per glo.in d.verbo,vacauerint,quia ius erat iam nominato acquisitum,saltem affectum erat illi beneficium, ideo non poterat vniri per episcopũ. Idem si non erat legitimè vnitum. Vide tamen quæ dixi in c.sicut vnire. de excess. prælat. & in praxi beneficiali in rescripto,vnionibus. & Petrum de Perus.in tract.de vnio.beneficio. Item, quando vacaret beneficium per mortem rectoris,in cuius fauorem est facta vnio in mensibus nominatorum , posset nominatus illud requirere,& veniret vtrunque.glo.singul.in c.gratia. in verbo, de iure. de rescript.in 6.glo.in regula cancell.11. & etiam vicaria perpetua posset acceptari,vt suprà dixi.

32 Decimononò, non debẽtur beneficia post datam nominationum creata. clem. de rescript. quia non erat intentio mandatoris , dixit text. in cap. mandatum. de rescript.cap.quia sæpe. & c.cum in illis.de præb.in 6. Nam forsitan fundatores ab illis creandis retraherentur, si simul atque creata essent,deberentur,vt dicit glo.in d. cle.fi. & quia non erant in rerum natura tẽpore nominationum.l.si à colono.in fi.ff. de verbor. oblig.l. Aurelius.§.testamento. ff.de liber.legat. nec erãt beneficia tempore datæ nominationũ. Ideo non entis nullę sunt qualitates,& qualitas iuncta verbo debet intelligi secundùm tempus verbi.l.in delictis,§.1.ff.de noxa.Imò etiã si tempore nominationũ erat ordinatum per testatorem vel aliũ,& nondum confirmatũ, & approbatũ per episcopũ,adhuc non deberetur nominato vel graduato ante confirmationem.ita expresse tenẽt D.de Rota,decis.545. quidã patronus.in antiq.arg.l.cum Syllanianũ.C.ad Sylla. quia ante confirmationẽ episcopi nõ potest dici beneficiũ ecclesiasticũ.c.nemo.1.de cõsecr.dist.1. c.ad hæc. de relig.domi. Fel.in c.cũ adeo.col.3. de rescrip. de Rota decis.17. quidam patronus. rub.de præb.Præterea rescriptum non extenditur ad lites futuras.c.fin.de rescr.nec alia rescripta ad beneficia futura, sicut nec priuilegiũ cõcessum monasterio vel ecclesiis , extenditur ad ecclesias postmodum acquisitas.c.cum capella. de priuil.Alex.consil.178.in occurrẽti. in 2.col. vol.2.& si Papa concedat alicui, vt cõferat primum beneficium vacaturum, non poterit conferre beneficiũ de nouo creatũ.Collect.c.in nostra,col.1.de rescri. Nec in donatione omnium bonorũ veniũt futura.Bart.& alij in l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.obli.& l.fi.C.de pact.facit l.nã & Seruius.§.si viuo. ff.de neg.gest.cle.1. in fi.de censi.Geminia.consi.69.Dominus noster.

*Post nominationũ datam creata nõ sunt nominatis affecta.*

Sed postquam beneficium fuerit auctoritate episcopi approbatũ,debebitur his, qui postea nominationes sument , quia beneficium est, & tertia pars beneficiorum est affecta graduatis & nomiuatis. §. præfatique graduati. de collatio. in concord.

33 Item nominationes bene comprehendunt beneficia,quæ vacauerãt in mensibus statis graduatis & nominatis , si erant vacantia tempore quo nominationes concessæ fuerunt.glo.in §.si autem.in verbo,inane.de collat.in pragm.Brunel.vbi suprà declarat.vlt.conclus.19.Alexan.& Ias.in l. Titius. §. Lucius.nume. 11.ff.de liber. & posthum.Socin.in l.si iam facta.ff.de condit. & demonst. tum quia non desinit vacatio , & sic verificatur verbum, vacantia, vel vacatura , seu dum vacabit, quia verbum futuri tẽporis includit præsens & præteritum. l. verbum oportebit. ff.de verb.signific.quia vacãs nunc,etiã vacabit de futuro,nisi conferatur. tum etiam quia gratia facta de beneficio vacaturo , comprehendit etiam beneficium id temporis vacans, quod fa-

*Beneficium vacans tempore nominationis, an debeatur nominatis.*

cilius Papa concessisset, quàm ius daret ad vacatura.gl.not.in c.si postquã.de præb.in 6.& ibi Perus.eam not.& glo.in c.si capitulo.in verbo, capitulo.de concess.præb.eo.lib.glos. est alia in cle.vna.in verbo,notitia.de concess.præb.

*Dispẽsatio an prosit in iam obtẽtis.*

34 Imò si habens beneficium curatũ obtineat aliud simile, & postea à Papa impetrauerit dispensationem, vt duo curata possit tenere, talis dispensatio proderit etiã in beneficiis obtentis ante datam dispensationis.Paul.in propriis terminis.in l.& militibus.C.de test.mil.per l.si quis filio.§.irritũ.ff.de iniusto rupt.testa. de quo plenè Spec.in tit.de lapsis.§.dicendum.vers.sed pone.de quo Ias.dubitat,licet plures decisiones tradat in l.quo minus.in 21.q.Bart.ff.de flu.Ego sic conciliarem,quòd dispẽsatio simplex non facta mentione illorum beneficiorũ,quæ habet, non extenderetur ad illa beneficia iam obtenta per scripta à Pan.& aliis,in c.ad aures.col.pe. & per Fel.in c.postulasti.circa fin.de rescrip.nam legitimatio sobolis non firmat electionem illegitimè electi aliàs nati,nec purgatur vitium eligentium.quia non trahitur retro.Bald.in Marga.in verb.legitimatio.q.15. probatur in c.si gratiosè. in verbo,retinere.de rescrip.in 6.

Si autem verba dispensationis etiam habeãt mentionẽ de obtentis,& non obstante quòd illa habeas,tecũ dispensatur,tunc dispensatio etiam prodesset super obtentis,& ita intelligitur opinio Paul.Cast.in l.si iam.ff.de cõdit.& demõst. Anch.in c.non potest.de præb.in 6.& sic respõdendum erit secundùm verba dispensationis & illis visis, quia si de futuris tantùm intelligãtur, vtpote quia in dispensatione dicitur, quod deinceps,vel postea possit duo recipere beneficia, & ea retinere,tunc ad obtenta non extendetur, aliàs secus, si mens Pontificis possit elici, vt etiam super obtentis dispensauerit,quod est notandum. Intelligo tamen quando nullus alius erat graduatus, vel nominatus: alioqui alteri qui insinuauit, debebitur per §. præfatique ordinarij. & ibi dixi in glos. ante vacationem. de collat.in concord.

35 Et quid si beneficium tempore datæ nominationum erat suppressum, & postea fuit reparatum,an debeatur nominato? vide Barba.in c. cum accessissent.nu.89.vers.circa istud.de constit.& Bonifac.in d.cle.fina.col.3. concludentes quòd sic.per d.c. cum accessissent. quia reficere nõ est de nouo facere.l.1.ff.de riuis.l.3.§.reficere.de itiner.actúque priuat. intellige prout not. Bart.& alij in l.1.§.si quis ædificium. ff. de noui oper.nũc.& Fel.post alios in c.consuluit.de Iudæis.Ias.in d.l.quo minus.in fi.Allego glo.in c. de monachis.18.q.2.dicẽtem in reparatione ecclesiæ non requiri consensum Episcopi,sicut si de nouo construatur.faciunt not.per Soci.in d. l.si iam facta.col.vlt.& quod tradit Do. Ruf. in tract.regalio.in 8.priuilegio,vbi concludit sufficere tempore vacationis beneficiũ esse, ad hoc vt sub iure regaliorum comprehendatur.

*Beneficia quæ optari possunt vigore cõsuetudinis nominatis minimè sunt affecta.*

36 Vigesimò,non comprehendũtur beneficia quæ possunt optari per antiquiorem vigore cõsuetudinis,vel statuti.c.vlt.de consuet.lib.6.quia in nominationib.non tolluntur consuetudines aut statuta ecclesiarum,nec in eis dicitur,nõ obstantibus statutis, vel consuetudinibus, sicut in mandatis, in quibus etiã non cõprehenduntur, vt ibi,& in c.cũ ecclesia.de pręb.in 6.Rota tamẽ decis.300.si mandetur.in not.dicit per clausulas derogatorias tolli consuetudinem optandi. Vltima tamẽ non optata remanebit affecta nominato,vel graduato.gl.in §.item quod omnia.in verbo,vacauerunt.de collat.in prag. sicut est in mandato de prouidendo,vt in d.c.fi.de cõsuet. Sic est dicendũ in resignatione simplici,vt non impediat optionem.c.fi.de præb.in 6.ibi, cũ dicit tex.dum vacãt.sed vacare dicũtur etiam per resignationẽ. text.expressus in c.susceptũ.de rescri.in 6.gl.in c.si propter.ibidẽ,etiã si fuerit admissa per legatũ,quia nõ potuit derogare statutis ecclesiarum à Papa confirmatis.glo. & doct. in c.pro illorũ.de præb.quia inferior non tollit legem superioris. cle.ne Romani.de elect. nam quando fit resignatio causa permutationis ad vtilitatem partium, adhuc optio procedit, teste Perus.in d.c.fin.post Imol.in c.fin.nume.40.de rerum permut.secus si ad vtilitatem ecclesiæ,vt ibi,si tamen duo beneficia conformia nihil differentia in illa ecclesia, in qua est ius optandi, vacarent, non poterit tunc antiquior optare. Roman. singul. 487. legat testator. vbi dicit se lucratum fuisse plusquam sexaginta ducatos,& hoc per tex.mirabilem,& sing.in l.cum aurum. §.sed si argenti.& ibi glo.& Bartol.ff.de auro & arg.leg.multa addidi in d.c.fi. ibi videre licebit, vbi istud non passim approbo.

*Beneficium quod cõfert unus canonicus non cõprehẽditur.*

37 Vigesimoprimò, nõ cõprehenditur beneficium, quòd vnus canonicus confert ratione suæ præbendæ speciatim, nisi nomine capituli cõferret, vel nisi in nominationibus apponatur R. decano & capitulo Paris. singulísque canonicis,& personis ecclesiæ,tam cõiunctim,quàm diuisim.sicut in mandat.apostol.dicit text. in c. mandatum.de præb.lib.6.gl.in §.statuit. in verbo,spectat.de collat.in pragm. Bald.consil.242. factum. in 3.volu. vbi si mandetur prouideri de beneficio spectãte ad collationem capituli,non cõprehenditur is qui iure speciali confert:quia quæ sunt vniuersitatis,non sunt singulorũ. l. in tãtum.§.vniuersitatis.ff.de rer.diuis.l.2.& l.sicut. quòd cuiusque vniuersi.no. Et tunc etiam non comprehenderetur beneficiũ in nominationibus,si collator tria nõ habebat beneficia.§.præfatique ordinarij.de colla.nec in mandatis nisi haberet decem.§.1.de mandat.in concord.

*Dignitates ecclesiarum cathedraliũ nominatis obstãte cõsuetudine nõ debẽtur.*

38 Vigesimosecũdò, non comprehenduntur dignitates ecclesiarum cathedralium, quia ex consuetudine huius regni debentur tantùm canonicis illarũ ecclesiarum. gl.in §. quòd si quis cuiuscũque,in verbo,similiter. & in §.item censuit.in verb.requireret.de collat.in prag.de Selua in tract.de beneficio.in 3.parte.q.49. Bened. in repet.c. Raynutius. in verbo,si absque.2.nu. 10.in substitutio.fideicommissa.de test.Extra tamen consuetudinem,vel statutum à Papa confirmatum,deberentur graduatis,& nominatis,si vacarent in tempore illis præstituto: vt tenet glos.

glos.in §. item placuit.in verbo, parochialibus. de collat.in pragm.

39 Fallit,quãdo esset creatus canonicus à Papa,ad illum effectum,scilicet obtinẽdi dignitates.& istud fit à cautis nominatis, vt possint dignitates consequi.& hoc sibi retinuit Rom.Põtifex,vt patet in cõcor.in rub.de reseruatio.§.in cathedralibus. & ibi dixi quid facere possit ille canonicus.sic Papa etiam de iure potest,in cap. duobus. de rescr.lib.6.c.eum cui. & c.hi qui. de præb. illo lib. Etiam potest creare canonicum in ecclesiis, vbi rex iure regali confert, quia ita cõcordatum est in d.§.fi.de reserua. & quia hoc tendit potius in cõmodum regis,quàm in præiudicium, vt plures habiles & idoneos habeat, quibus conferat.adhæc licet Papa non intendat illa conferre, tamen ad illa habilitare potest. & magna differentia est inter hęc,vt dico in simili repet.l.quòd iussit.in 6.q. Bart.ff.de re iudic. & postquã hic erit canonicus ad effectum creatus à Papa,Rex nõ tenebitur ob hoc eidẽ prouidere.sed si velit,plurium habebit optionem.sic dicũt doct.in c.1.de filiis presby.lib.6. quod Papa possit legitimare naturalem tantũ, vt possit habere beneficia etiã spectãtia ad præsentationem laici,quia laicus non ob hoc tenebitur illum sic legitimatum præsentare,& sic erit potius commodum patroni,quàm præiudicium. Benedict. in repet.c.Raynutius.in verbo,& vxorẽ.nu.198. de testam.quod est notandum.

*Papa in ecclesiis ubi Rex habet ius regaliorum,an possit creare canonicum.*

40 Et valet illa cõsuetudo, vt canonicis tantùm conferantur dignitates in ecclesiis cathedralibus.Perus.in c.si is cui.per illum tex. in vlt. not.de præb.in 6.Barb.in c.cũ consuetudinis.in princ. de consuet.imò si simpliciter mandetur prouideri in ecclesia cathedrali,non cõprehenduntur canonicatus,si alia sint beneficia,& non sit in literis expressum de canonicatibus,& hoc propter honorem illius.c.quãuis. de præb. in 6. Fel.in c.1.col.4. & seq. de rescript.de Selua q.3. primæ partis sui tractatus de beneficio. & sic in mandatis apostolicis concessis secularibus ad beneficia secularia & dignitates, solet creari à Papa mãdatarius canonicus ad effectum,vt patet in forma mãdati aposto.alioqui idem esset, vt suprà dixi, nec valeret ibi impetratio dignitatis,nisi illius statuti vel cõsuetudinis effectum exprimeret. Io.Colo.in c.si is cui.de præb.in 6. quod est notandum.

*Valet consuetudo, ut tantũ canonicis conferãtur dignitates.*

41 Vigesimotertiò, non comprehẽditur vnicum beneficium,quando tantùm quis illius solius habet collationem. §. præfati.1.de collat.in concor.vbi dicitur quòd tertia pars beneficiorũ debetur nominatis & graduatis, & in vno non dicitur tertia pars,ergo vnum non debetur.

*Habẽs unicũ beneficiũ in sua collatione nõ potest grauari nominationibus.*

Item non est verisimile conditores voluisse priuare illum qui tantùm vnius beneficij habet collationem,seu præsentationem, quia fortè in in vita semel tãtùm vacabit.glo.in §.item quòd parochialis.in verbo,trienniũ.de colla.in prag. Domi.consil.36.casus talis.Nicol.Milius in verbo,gratia.q.48. Fel.in c.1.nu.9.& in c.in nostra, correla.24.de rescript. Archi.& alij in c. si pro clericis.de præb.in 6.gl.in cle.1.in verbo, incerta.illo tit. Et ibi Bonif.dicit sic fuisse iudicatum in audientia sua memoria,licet multa in cõtrarium allegata fuissent: ne tenuis vitæ homines vnico lumine priuentur.l.illicitas.§.ne tenuis.ff. de offic. præsid. licet Catellia. Cotta. in 2.parte memoraliũ,in verbo,limẽ,dicat ibi legẽdum limine. Si tamen habenti tria beneficia, vel decẽ, directæ fuerint nominationes,vel mandatũ, licet postea vnum illorũ sit vnitũ,tamẽ non nocebit impetranti, quia tempus datæ debet inspici in hoc.c.si eo tempore.de rescri.in 6. & factum legitimè non debet retractari.regula,factum. de de reg.iur.in 6. sic concludit Imol.in clemen.1. in fi.de pręb.Et ita iudicauit Senatus anno 1514. die 2.Iunij, pro Renato du Voirie, contra Stephanum Boisrond, super ecclesia parochiali de Haubert,Cenoman.diœces.

*Arrestum.*

42 Quid si vnũ tãtum habeat in regno,plura extra regnũ,an nominationes possint dirigi ad illud? Videtur quòd sic,quia plura habet beneficia,nec curãdum est vbicunq; sint. In contrariũ tamen videtur,tũ quia duplici onere grauaretur.nẽpe in regno grauatur nominationib.& in beneficiis regni,& in illo quod est in regno, censetur monoculũ:& si in illo grauaretur, duplici onere grauaretur.Item cumulatio summarum non fit,quando agitur de exclusione iurisdictionis,& sic quãdo est odiosum.l.si idem.in prin.ff.de iurisdict.om.iud.sed istud esset odiosum,ergo nõ fiet cumulatio. Hæc quæstio fuit mihi petita in Palatio.& ita respõdi,dũ erit operæpretiũ,decidã.Interim cogitãdũ est,quia sicut grauamẽ videtur rẽspicere totũ patrimoniũ.l.si fideicõmissum.§.1.ff.de iudi.sic & hoc grauamẽ beneficiorũ respicit omnia beneficia,& sic illud beneficiũ regni non cẽsebitur monoculum.Videtur contrarium tenere gl.in §.placuit.in verbo,tollerentur.de collat.in prag.vbi dicit nominationes nõ posse cõcedi,quando gratiæ expectatiuæ, nec cõtra,ne nimiũ grauẽtur ordinarij: & sic requiritur quòd collator habeat saltẽ beneficia in regno tria,vt sit tertia pars.§.pręfatíq; ordinarij. de collat. Et sic licet abbatia vel episcopatus sit extra regnũ,dũmodo beneficia sint in regno,poterũt grauari collatores,quia affecta est tertia pars beneficiorũ,quę in regno est,pręfatíq; ordinarij.de colla.& ideo nõ curo vbi sit collator,dummodo beneficia in regno sita sint: tẽdant ergo retia sua nominati, id est,nominationes ad quoscunq; collatores etiam extra regnũ,dum tamen modo in regno sita sint beneficia:nã qui in vno alleuiatur,in alio grauari potest, vel econtrario. l. eum qui.ff.de iureiur. sed hic collator est alleuiatus expectatiuis. ergo nominationib.grauari poterit.Et per prædicta putarẽ nominationes posse dirigi abbati habẽti collationes decẽ beneficiorũ,inter quę sunt duo regularia,& octo secularia,vt regularis nominatus dirigere possit illi nominatiões,licet nõ habeat tria regularia,quia postquã habet vltra tria,tã regularia quàm secularia, poterit nominationib. grauari tã à regularib.quàm à secularib. vt dixi in mãdatis, in verb.decẽ.in 9.1.de mand. apost. cum tex.in d. §. præfati.non distinguat,& quia

*Si unũ habet in regno,& plura extra,an nominationibus possit grauari.*

*Grauari nominationib. potest collator etiã extra regnum existens ad beneficia regni.*

tertia pars quæcunque sit afficitur, tam nominatis, quàm graduatis, quando vacat in tempore illis præstituto, ideo si illa regularia vacet in tempore eisdem statuto, illis conferri debebūt, quod est notandum.

*De beneficijs extra regnū sitis.*

43 Vigesimoquartò, nō cōprehenduntur beneficia extra regnū sita, cū cōcordata ad ea non extēdantur, & nominationes ad ea non possint dirigi. vt dixi suprà q. 8. etiam si beneficia eis annexa essent in regno cū omnibus parochianis, nā postquā principale est extra regnū, non debetur nominatis nec graduatis in vim nominationū vel gradus. hoc expressè tradit D. Chass. in cōsuet. Burg. rub. *des censes*. §. 1. gl. *retenue*. nu. 6. vide Rom. in cons. 361. in casu. vbi concludit legatū Franciæ posse conferre beneficia in Frācia sita, etiam si collatores essent in Hispania. Item, quia bonū est argumentum de personis ad locum. l. 2. §. eadem. ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi exi. Ias. in l. vinum. in notab. in fi. ff. si cert. pet. & consil. 185. in ista. col. 4. vol. 2. sed persona extra non potest habere beneficia in regno. sic nominationes regni non cōprehendunt beneficia extra regnum, & extra locum limitatum.

*Beneficia per mortem unius ex collitigantibus vacātia, nominatis, an debeantur.*

44 Vigesimoquintò, nō cōprehenduntur beneficia quæ per mortem vnius ex colligantibus vacant, quia lite pendente cōferri non possunt. c. si hi. vt lite penden. in 6. cle. 1. illo tit. & ibi Bonif. de Rota deci. 582. vtrum. c. si hi qui. in antiq. Hodie crederem deberi, cum lite pendente cōferri possint in Francia, nec seruantur illa iura, vt sæpius vidi: & ideo si ille collitigās mortuus sit in tempore graduatis præstituto, vel nominatis, & habebat ius in illo beneficio, debet nominato conferri, si requirat, & euentus litis demonstrabit, qui est dubius. l. quod debetur. ff. de pecul. Vide quæ dixi in glo. comprehensa. §. declarantes. de mandat. apostol. in concord. videlicet, an beneficium litigiosum sit affectum mandatario.

*Quādo collatio spectat ad duos, uni tantùm non sunt nominationes dirigendæ.*

45 Vigesimosextò, non cōprehenduntur beneficia spectātia ad collationem duorum, si vni tātùm nominationes directæ sint. c. cum in illis. §. fi. de præb. in 6. Rota decis. 271. not. gl. in antiq. quia nominationes quando diriguntur episcopo Magalon. nolunt grauare alium episcopum: ideo si collatio spectet ad episcopum Magalon. cum alio non comprehenditur illud beneficiū. facit l. legatis. ff. de leg. 2. vbi legatum factū vxori, de his quæ parata erant ad ipsius vsum, non intelligitur de paratis ad cōmunem vsum ipsius & viri. Idem in mandatis apostolicis. per d. §. fin. Doct. ibi tenent. Tamen si mandetur prouideri de beneficio spectante ad collationem episcopi Parisiensis, poterit prouidere de beneficio quod ipse confert cū consensu capituli. not. in c. vno. ne sede vacante. in 6.

*Ecclesiæ cui non est certus præbendarū numerus, nō diriguntur nominationes.*

46 Vigesimoseptimò, non comprehēduntur præbendæ, quando in ecclesia non est certus numerus. Bald. consil. 472. in causa. in 2. vol. not. in c. constitutus. de rescript. text. in c. ex parte. de cōcess. præb. Domi. in c. si propter. col. 3. vers. sed an habeat locum. de præb. in 6. quia in illis non datur vocatio. c. dilecto. de præb. Item quando aliquid impetratur, vel conceditur, quod in rerum natura non habet formam esse, nec speratur habere, dispositio est pro non scripta, quia non habet subiectū in quo fundetur. l. non moriturum. C. de contrahenda & commit. stipul. & not. Bald. in d. consil. 472. At communius in regno præbendarum & canonicorum est certus numerus constitutus, alioqui fatuus esset nominatus tēdere sua retia in illa ecclesia, cum obtinere ibi præbendam non possit. vnde melius faceret, si se sumptibus inanibus nō vexaret, cum obtinere spem non laboret. l. 1. ff. de inoffi. testa.

*De beneficio ad archiepiscopū liberè deuoluto.*

47 Vigesimooctauò, non debētur nominatis beneficia per negligētiam ad episcopum deuoluta, quæ in suis mensibus vacauerunt, & nunc liberè ad eum deuoluuntur. nam liberè cui vult potest cōferre. gl. in §. item quod omnia. in verbo, conferenda. de collat. in pragm. quia postquam nominati illa in suis vacantia mensibus non requisiuerunt, perdiderūt ius quod habuerūt, & libera dispositio deuoluta est ad superiorem, ac si nullus esset nominatus. nec obstat §. si quis verò, quòd fiat deuolutio similis qualitatis, quia hoc verum est quādo nominatus primum requisiuit, sed quando non requisiuit, liberè poterat primus collator cōferre, sic & is ad quem deuoluta est potestas. An secundus nominatus habeat alios sex mēses, intra quos denuò possit petere, infrà dicetur q. 17. nu. 15.

*Vicariæ temporales non subijciuntur nominationibus.*

48 Vigesimononò, non comprehenduntur vicariæ temporales, licet in perpetuis sit secus. cle. vna. de offic. vicar. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. temporales in titulum non dantur. d. c. G. perpetuus. de fide instr. Ant. de Butr. cōsil. 3. in facto. alioqui duorum esset ecclesia. quod reprobat tex. in c. cum non ignores. de præb. & de his vicariis vide d. c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. Et quæ plenè dicit D. Aurioli, in addit. ad Guillel. de Montelaudu. in cap. super eo. illo tit. in 6. vbi plenè discurrit ille miles Tholosanus, & Aegid. Bellamera, consil. 38. scripsi in tract. de congrua portione.

*Pēsiones nō possunt impetrari uigore nominationum.*

49 Trigesimò, non comprehenduntur pensiones, quæ cum persona habentis extinguuntur. not. in c. ad audientiam. 2. de rescript. c. nisi. de præb. c. quanuis. illo tit. in 6. dixi in tracta. de pacific. posses. in 8. amplia.

*Per simplicē resignationē uacātia non comprehendunt nominationes.*

49 Trigesimoprimò, non debētur beneficia vacātia per simplicem resignationē, sed per ordinariū liberè cōferri possunt. §. volumus. de collat. in cōcord. & in prag. in §. item quòd omnia. & hoc quia expressum est non comprehendi.

50 Secus ergo in mādato apostolico, vt etiā beneficium vacans per resignationem simplicem debeatur mandatario. c. dudum. de præb. in 6. c. vno. de rerum permut. eo. lib. c. susceptum. de rescript. eod. lib. Collect. in c. ex tenore. col. vlti. de concess. præb. quod est intelligendum nisi tales resignationes fierent in fraudem. c. vno. de renunc. in 6. & ibi declaratur quomodo probetur illa fraus. vide quæ plenè dixi in gl. vacātia. §. volumus. de collat. suprà. bonū esset tamen & æquum, ne etiam in mādatis cōprehenderentur propter fraudes, quas indies faciunt ordinarij.

Et ita

Et ita declarauit Leo 10. quòd beneficia per obitum dun taxat, & non aliàs vacantia, mandatariis affecta sint anno Domini 1504. 13. Kal. Octobris, pontificatus sui anno 2. & arresto fuit decisum pro collatione legati facti facta alij quàm mandatario de beneficio vacante per resignationem pro præbenda Carnoten. anno 1337. in vigilia Pentecostes.

*Arrestum.*

*Beneficia curialium curialibus reseruantur.*

52 Trigesimosecundò, non veniūt beneficia curialiū etiam extra curiam vacantia, cū dicātur esse reseruata collationi Papæ, extrauag. ad regimen. de præb. in communib. & reg. 5. Innoc. 8. & regula 1. Clem. Papę moder. & regula 62. & si desierint esse curiales, an comprehēdantur, vide Philip. Perus. in c. statutum. col. 2. de præb. in 6.

53 Trigesimotertiò, non debētur oratoria nominatis, ita quòd sint eis per cōcordata affecta, quia non dicuntur beneficia ecclesiastica. c. authoritate. de priuileg. in 6. siue sint publica, siue priuata. de quibus per Card. consil. 11. quædam societas. col. 2. dixi in tracta. de pacifi. possess. 10. limita. nume. 286.

Trigesimoquarto, non comprehenduntur quādo vacassent in mēse Iunio, vel alio libero: nam si collata fuerint absenti, qui in mense Iulio recusauit, non debebuntur nominatis, cum de nouo non vacent recusando acceptare, text. & ibi doctor. in c. si tibi absenti. de præben. in 6. glos. in verbo, comprehensa. §. declarantes. de mandat. apostol. in concord.

Trigesimoquintò, non debentur beneficia, quæ per cessum canonicorū, vel decessum supprimi deberēt, vt si ex viginti prębendis statutū fuit quod fierēt quindecim, tunc nominatus illas prębēdas nō acceptabit, quia sunt suppressæ, & quod nō est, non debetur. c. dilecto. de præb. c. ad dissoluendum. de sponsat. impub. Nec illa beneficia impetrari possunt. Tamen si in fraudē nominatorum hoc fieret, deberentur illa beneficia, vt scripsi in §. volumus. in fi. de collat.

*Reseruata per extrauag. execrabilis. nominatis nō afficiuntur.*

54 Vltimò, non comprehenduntur beneficia reseruata per extrauag. execrabilis, vel alia reseruatione. Rom. consil. 342. quo ad primum. in primo dubio, vbi dicit beneficia vacantia in curia, vel alia reseruata non comprehendi sub gratiis expectatiuis. dicerem in nominationibus, & sub gradu etiam non cōprehendi. alia multa inuenies, quæ hic addere poteris, hęc tamē sunt vtilia & principalia.

*Decimasexta quæstio principalis.*

*Quo tēpore uacantia graduatis et nominatis affecta sint.*

1 Decimosextò, principaliter quęritur quo tēpore beneficia vacantia nominatis vel graduatis affecta sint? Resp. breui, si vacēt in mēsibus Ianuarij & Iulij, nominatis debētur. si verò in mensib. April. & Octobr. graduatis simplicib. & hoc habetur in cōcor. rub. de regia facult. &c. Dixi in repet. l. vnicę, not. vlt. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Et hæc est optima & clara prouisio quā optauit gl. prag. sanct. in §. itē placuit. in verb. ordo. in fi. de collat. nam turnus turbabat & collatores, & nominatos, hodie verò ista tertia pars temporis est clara, inter nominatos tantùm & graduatos controuersa.

2 Et hoc tēpus computatur à media nocte vltimi diei Decēbris vsque ad mediā noctem vltimi diei Ianuarij. l. more Romano. ff. de feriis. & quod vacauit ad mediam noctem vltimæ diei Aprilis, debetur graduatis simplicibus. not. in c. consuluit. de offi. deleg. & Bal in c. 2. de feriis. & sic qui iurauit soluere die Dominica, potest soluere vsque ad mediam noctem. Bal. & Fel. in c. ego N. de iureiur. Vide Catellia. Cottā in 2. parte memoralium. in verbo, diem. Tamen solutionē de nocte poterit recusare creditor, si damnum aliquod prætenderet, & fuisset paratus dilationem prorogare in diem crastinum. gl. sing. in d. l. more. secundùm Bal. in Marga. in verbo, oblatio quæst. 2. & Ias. in l. non solùm. §. morte. nu. 43. ff. de noui operis nunc.

*Quomodo computetur tempus mēsium nominatorum.*

3 Fallit in præbenda theologali, quæ est conferenda theologo, quocunque tempore vacet, cum §. primus. de collat. in concord. non præfigat tempus, sed afficiat præbendam. ergo quocunque tempore vacet, quia ecclesia cathedralis debet semper habere theologum. c. super Spec. de magist. quem non haberet si præbenda liberè posset per ordinarios conferri.

*Ecclesiæ parochiales in villis muratis sitæ qualificatis debentur.*

4 Secundò, fallit in ecclesiis parochialibus, in ciuitatibus existētibus, aut in villis muratis, per §. statuimus. 2. de collat. in concord. qui non repetit qualitatem mensium. ergo quocunque tēpore vacent, nominatis, seu graduatis, aut illis qui saltē per triennium in theologia, vel in altero, aut in vtroque iurium studuerunt, vel magistris artium debentur. Item hæc decisio §. statuimus, est negatiua, videlicet, vt non conferantur nisi graduatis, & supra expressis, quæ totum negat. glos. in l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstr. nam quando lex vel statutum loquitur vniuersaliter negatiuè, tūc omnia excludit, etiā actum pium, & aliàs fauorabilem. l. obligari. ibi, ex hoc autē quod pupillus nullam rem sine tutoris auctoritate alienare potest, apparet, nec manumittere eum sine tutoris authoritate posse. ff. de auctorit. tut. Ias. consil. 182. in præsenti. col. 1. volu. 2. ergo à contrario illis est conferendum, quocunque etiam tempore vacent.

Tertiò, subrogatū debet sapere naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eū. §. qui iniuriarū. ff. si quis cautio. sed concordatū est subrogatū in locū prag. sanct. vt patet in proœm. cōcor. Frācíscus ibi, saltem vice illius. & postea ibi, prag. sanct. vicē. & in fi. ibi. Ita vt sanctionis vicē, instarq; plenū habeāt. & rub. de approbatio. conuentorum, ibi, loco prag. sanct. & in aliis locis: sed in pragm. præbenda theologalis & ecclesia parochialis non faciebant turnum, sed vltra tertiam partem conferri debebant graduatis. gl. in §. insuper. & in §. item placuit. de collatio. in prag. Sic vltra tertiam partem temporis in concord. graduatis præstituti eis debent conferri hæc beneficia, & sic quocunque tēpore vacent. Tertia ratio d. §. statuimus. est vt prouideatur literatis de hac ecclesia parochiali, & vt instruatur populus, qui est maior & idoneior in ciuitatibus & villis muratis, quàm ruri. ideo debēt eis præfici viri sciētia & morib. præditi, qui possint

eos

eos instruere: & tales præsumuntur esse huiusmodi qualificati. & si non cōferrentur quocunque tempore graduatis, cessaret ratio cōcordatorum. nam præfici possent ignari in illis ecclesiis, ergo. &c. ita tenet glo. in §. in ecclesiis. in verbo, parochialibus. de collat. in pragm.

5 Ideo affixi conclusionem, & defendi sic, beneficia quocunque tēpore vacēt, nominatis aut graduatis debētur. intellige vt proximè dixi, videlicet sita in villis muratis, & quando sunt ecclesiæ parochiales, vel præbendæ theologales.

Item episcopi & alij collatores tenentur conferre beneficia idoneis c. graue. de præb. & idoneus dicitur, qui est idoneus moribus, sciētia, & ætate. c. cum in cunctis, in prin. de elect. vt maximè sunt graduati, ergo eis debentur beneficia de iure quocunque tempore vacent, non tamen sunt illis affecta per concordata, nisi vacēt in quatuor mensibus suprà designatis. & sic potest intelligi cō lusio illa. vide tex. iuncta glo. in c. 1. de spons. impub.

*Regula de beneficio villæ muratæ.*

6 Regula ergo est, quòd ecclesiæ parochiales in villis muratis, seu ciuitatibus existentes, debētur viris qualificatis, seu graduatis, aut saltem qui per tres annos in theologia, vel altero iurium studuerint, vel magistris artiū. d. §. statuimus. quocunq; tēpore vacent, quia ibidē cōmorantes, sunt maioris intellectus capaces ad instruendum, quàm alij rusticani: ideo habere debent peritiores, qui eos instruere possint. c. statutum. in princ. de rescrip. in 6. vt suprà dixi.

7 Sciendum est, quòd ecclesia parochialis dicitur, quæ habet parochiam ad eius curā deputatam. Pan. in c. extirpandæ. 9. qui verò de præb. in repe. col. 3. vers. venio nūc ad aliquas. Vel parochiales dicuntur, id est, curam habētes. Card. in c. quia. col. 2. q. 3. de cler. non resid. quod non est verum simpliciter, vt dico in d. §. statuimus. 2. in glo. parochiales.

8 Et cognoscitur, quando quis in ea tenetur ministrare, vel recipere sacramenta ecclesiastica, vt baptizare, confiteri, sepelire, & alia. Pan. in c. de multa. col. pen. de præb. per glo. in verbo, impēdant. in cle. dudum. de sepult. Et vt parochiani diebus dominicis missam audiāt. c. vt dominicis. de parochiis. & ex aliis quæ doct. tradūt in rubr. illius tit. & Rom. consil. 356. circa primum consultationis. col. 1. Et fuerunt diuisæ per Dionysium Papam, anno 266. c. 1. 13. q. 1. c. pastoralis, de his quæ fiunt à prælat.

*Ciuitas quæ dicatur, uel uilla murata.*

9 Idem dicitur ciuitas, quæ habet episcopum. c. episcopi. 80. distinct. c. 1. de priuileg. & villa murata accipitur pro loco populoso muris circundato, vt glo. tradit in d. §. in ecclesiis. in verb. villis. & sic beneficia municipiorum, & vt vulgò dicitur, villagiorum, etiam muris circundatorum, non debentur graduatis. vt ibidem dicit glo. quia in eis cessat ratio tex.

*Graduati extra regnū non possunt has parochiales ecclesias habere.*

10 Amplia, siue sit graduatus in regno, siue extra, cum d. §. statuimus. tantùm requirat gradum, studium vel qualificationē, & lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. l. 3. de offi. præsid. glo. in regul. cancellar. Iulij 2. in 3. parte. dummodo sint promoti in vniuersitatib. secus si sub bulla. Item, quia vna & eadem est ratio in illo, ergo & iuris decisio procedet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. vt dico suprà in quæst. 10. princip. vbi licet plenius videre. circa finem.

11 Secundò, extende siue dictæ ecclesiæ parochiales sint intra ciuitates, siue extra in suburbiis, quia est eadem ratio, & quia appellatione vrbis & suburbia continentur. l. 2. ff. de verb. signif. not. in c. si ciuitas. de senten. excom. in 6. & glo. in §. in ecclesiis. in verbo, existunt. de coll. in pragm. dicit interuenisse arrestum pro ecclesia sancti Laurentij in suburbiis Parisiorū existente. facit quod statutū ciuitatis simpliciter disponens extenditur ad totum comitatum. sic permulta cōsuluit Pan. cons. 52. in quæstione. col. 2. vol. 2. quia ecclesiæ quæ sunt in continentibus ciuitatis, in ciuitate esse videntur. l. ædificia. ff. de verbo. sign. siue resideāt vel maior pars intra ciuitatem siue extra. dum tamen iuxta ciuitatē in continētibus ædificiis, quia rationes supradictę in istis habent locum. nam sunt capaces doctrinæ illi qui residēt in suburbiis ciuitatis, ita sicut ciues: secus in rusticis longè distantibus à ciuitate, & ita respondissent conditores, si de hoc fuissent interrogati, insequendo rationem legis, ita & nos debemus dicere. gl. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & ista etiam tendunt in commodum episcoporum. vt graduatis idoneis conferant, & animabus suis prouideant.

12 Tertiò, amplia, etiam si muri essent bello vel alia ex causa iniusta destructi, quia tūc non cessat ratio, nec dispositio legis cessabit: secus si authoritate superioris fuerint destructi ob delictū. Luc. de Pen. in l. fi. C. de quib. muner. lib. 10. vbi videbis 26. quęstiones in materia murorum publicorum notabiles. Vide glos. hoc expresè decidentem in d. §. in ecclesiis. in verbo, existūt. vbi dicit, quòd quando facto tyrāni, vel hostiū, muri ciuitatis destruūtur, non perdit priuilegia, secus si per delictum destruantur. Idem si muri ceciderunt, vel maior pars ob vetustatē, vt Melgorij iuxta Montempessulanum, quia istud priuilegium non cōceditur propter muros, sed ob frequentem populum ibidem inhabitantem: & dicitur quod locus non facit villam muratam, sed materia, arg. l. vrbana. 2. ff. de verb. sign. & bonū esset quòd declararetur expresè de villa murata. quia sæpius in lingua Occitana dubitatur propter municipia muris vallata.

*Quādo muri sunt ob bellum destructi.*

In dubio debet potius iudicari villa murata, vbi muris est circūdatus locus, & numerus magnus populi, quàm non, quia: hoc fauorabile est, vt doctis committantur & idoneis ecclesiæ parochiales. c. graue. de præbend. & suprà in proœmio concord. & in dubio fauendum est tam graduatis, vt fieri debet. authent. habita. vbi scripti. C. ne filius pro patre, quam parochianis, vt dixi in d. §. statuimus.

*In dubio an uilla debeat murata iudicari.*

13 Quartò, extende etiam in vicariis perpetuis ecclesiarum, cùm regantur eodem iure quo parochiales, & illis æquiparentur. clem. vna. de offic. vicar. glo. in verb. parochialibus. d. §. in ecclesiis. facit quod nota. Rota decisio. 273. fuit dubitatum

tatum in nouis, vbi dicit quòd ſicut epiſcopus non diſpenſat cum rectore ſuper ætate, ita nec cum perpetuo vicario.

Item per adoptionem ſecundæ vicariæ, vacat prima.d.cle.vna.de offi. vicar.etiam ibi dicitur,quod ætas requiritur in curato,& in vicario requiritur. & hic tenetur intra annum promoueri.iuxta c.licet.de elect.in 6. etiam tenetur reſidere.c.fi.de offi.vicar.Nec poteſt deſtitui mortuo priore.c.ad hęc.de offi.vicar.& cum illis poteſt epiſcopus diſpenſare ſecundùm formam c.cũ ex eo.de elect.in 6.Fel.in d.c. G.perpetuus. de fide inſtrum.& debetur eis quarta canonica. Card.in cle.dudum.§.verum.q.22.de ſepult. & poteſt ordinari ad titulum ſuæ vicariæ.c.poſtulaſtis.de reſcrip. Card.in d.cle.vna.q.8.& æquiparatur vero rectori.c.conſtitutus.& c.Michaël. de filiis presby.ſed an rector vel vicarius ſit fundatus de iure communi ſuper decimis & oblationibus.vide c.ex tranſmiſſa.de reſcri.c. in noſtra.de ſepult.gl.in conſtitut.Angliæ.rub.de inſtit. vicar. in 1. glo. & Aegid.conſil.30.col.13.& an prior dicatur habere curam.cle.ne in agro.§. cæterùm.de ſtatu monach.de Rota deciſio.28. in antiq. plenè nota. in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. ſcripſi in tracta. de congrua portione.q.vlt.

14 Tamen nõ requiritur, quòd ille qui habet prioratum, ſit graduatus, vel qualificatus, quia non habet curã niſi habitu.Pan.in c.extirpãdæ. in repet.§.qui verò.col.4.verſ.quęro penes quẽ. de præb.& infrà in 5.limita.dico eccleſiam habentẽ curã habitu,non cõprehendi.vide tamen Fel.in c.poſtulaſti.col.2.& ſeq.de reſcrip.

*Prioratus an requirat qualificationem.*

15 Quintò, amplia etiã in oppidis muris circũdatis,cum ſit eadem ratio.de quibus in l. pupillus.ff.de verb.ſign. Alex.in l.1.§.ſiue autem.de noui oper.nunc.gl.in verb. Lombardiæ. in extrauag.qui ſint rebelles.& Fel.in c. Rodulphus. de reſcr.quia ex cõmuni vſu loquendi etiã villa murata dicitur qui debet attendi. l.librorum.§. quod tamen Caſsius.ff.de leg.3.l.Labeo.de ſuppel. leg. & d.§.ſtatuimus. loquitur de villa & de ciuitate. aliqui tenent nõ dici villam muratam, niſi ſint ibi nundinæ,aut mercatum. quod non eſt verum,ſed frequentia populi cum muris facit villam muratam.

*De plebania.*

16 Sextò, amplia etiam in plebania. Federic. cõſil.80. factum eſt tale, legatus. vide eum conſil.86.caſus talis eſt,prior.in fine allegat text. in cap.1.ne cleri.vel monach.in 6. vbi ſicut habens eccleſiam parochialem non poteſt audire iura ciuilia,ita nec plebanus.cap.ſuper Speculat.nec cleric. vel monach. quod intellige quando illa plebania eſſet intra ciuitatem,& eſſet parochialis,& curata,vt plebania ſancti Firmini in Mõteſpeſſulano. alioqui contra, quia §. ſtatuimus. loquitur de parochialibus eccleſiis tantùm, & plebania dicitur, quæ ſub ſe habet capellas, in quibus inſtituũtur clerici perpetui.text.in c.1. in fi.ne cler.vel monach.in 6.plenè Paul.de Citad. in tracta.de iure patron.in 3 parte.q.32.in 1. cauſa acquirendi.

17 Septimò, procedit, ſiue ille qui ſtuduit trienniũ,ſit baccalaureus, ſiue non, cum d.§.ſtatuimus.hoc non exprimat, ergo nec ego debeo addere. nam primo dicit quod conferãtur modo præmiſſo qualitatis,ſcilicet graduatis vel nominatis,ſi ſint.ſi verò tales non reperiantur, ſaltem his,qui ſtuduerint per triennium. & ſic dictio,ſaltem ( vt infrà dicam ) diminuit,& etiam quia non repetit gradũ.præterea quia ſuprà ſtatuit quinquenniũ ad aſſumẽdum gradum. in §. præterea.& §.tempus competens : ergo hic non intelligit quod ſit graduatus ante tempus quinquennij competẽs,quia nihil prodeſſet quo ad impetrandum nominationes, vt celerius impetrentur,nec poterit beneficia in vim gradus habere aliis qualificatis exiſtentibus,etiam per gratificationem.d.§.ſtatuimus 2.

Itẽ hoc dixiſſet tex.ſi voluiſſet. tamen cõtrarium tenet gl.in verbo,qui ſi ſit.in §.in eccleſiis. de collat.in prag. quæ fortè potuiſſet procedere per verba prag.ſecus per hæc verba cõcordatorum. Fallit in magiſtro artiũ, qui habere debet gradum. d. §.ſtatuimus. nec ſufficeret ſtuduiſſe etiam per quinque annos ſine gradu.

18 Primò,limita quãdo vnus non inſinuaſſet, & alius ſic:tunc ille qui inſinuauit,præferri debet.d.§. ſtatuimus. ibi, modo præmiſſo qualificatis.& ibi dixi in glo. & ſuprà q.14.in fin.At ſi nulli eſſent qui inſinuauerint, tamen tempore vacationis vnus acceptat, illi dicerem tunc deberi propter illam alternatiuam,aut,& illam dictionem,ſaltem,in d.§.ſtatuimus poſitã,dum tamen probaret ſe triennium ſtuduiſſe, quia melius eſt vt his etiam, nõ graduatis aut qualificatis conferantur,quàm aliis ignaris. Et iſta videtur mens concordatorum,vt literatis prouideatur. quod optimè fiet ſi procedatur, vt dixi. & etiam quia in d. §. non repetit qualificationes, ſed tantùm ſtudium.

*Inſinuatio an requiratur ad habẽda beneficia in uilla murata.*

19 Et ſic affixi concluſionem, Quod epiſcopus & alius collator beneficia nominatis affecta, etiam ſi non eidem inſinuauerint conferre tenetur. Intellige,vt dixi,vel quando inſinuauit prædeceſſori, vt etiam ſuprà dictum extitit, vel quando confert iure deuoluto, quia beneficia deuoluuntur cum illa qualitate, vt graduatis & nominatis cõferantur.§.ſi quis verò.de collat.in cõcor.cle.vna.de ſuppl.negligen.præl.vel intellige in præbẽda theologali nullo theologo exiſtẽte qui inſinuauerit,licet regulariter inſinuare debeant graduati,ac nominati,vt ſuprà dixi.

*Concluſio. Epiſcopus tenetur cõferre beneficia nominatis, etiam ſi non eidẽ inſinuauerint.*

20 Secũdò,fallit quãdo eſſet mãdatarius, quia ille præfertur etiã in eccleſia parochiali in villa murata exiſtẽte ſecũdùm quoſdã.rub. de mãda. apoſt.§.1.in cõcord. quia apoſtolicus alteri præferri debet.c.hi.de pręb.in 6.& hoc probatur ibi, quomodocũq; qualificata.quod ibidẽ reprobaui per multas rationes,quas ibidẽ vide,ſi lubet.

*Papa per mandatũ uel præuentionem cõfert non qualificato.*

21 Tertiò,reſtringe quãdo Papa præueniẽdo confert non graduato,vel non qualificato,quia hoc ſibi retinuit.in d.tit.de mandat.Apoſtol. §. declarantes.ſed ibi in glo.qualificata,reliqui cogitandum, quia videtur peruerti ſtatus eccleſiæ Gallicanæ, quem ſtatũ Papa cũ Rege conſtituit eccleſiis parochialibus villarũ muratarum.Ideò per

per alterum non potest immutari. & istud videtur esse iustum, & æquum.

*Simplex beneficium & præbēda an qualificatis debeantur.*

22 Quartò, limita, quando beneficiū simplex esset intra ciuitatem, aut aliqua capellania, tunc non cōprehenderetur, quia vbi verba & mens non cōueniunt, nō cōuenit eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & tex. in d. §. statuimus. loquitur de ecclesiis parochialib. non de beneficiis simplicib. in quibus cessat ratio d. §. statuimus. Idem in præbendis in ciuitatibus existētibus, vel in villis muratis, vt nō debeātur graduatis, quia tex. in d. §. statuimus, tātùm loquitur in ecclesiis parochialibus, & sic non habet locū in præbendis. Fallit, quādo vna esset deputata curæ, tunc graduato esset conferēda, vt hic patet, cum ratio suprà assignata in hoc casu procedat. quod est verum principaliter, secus si accessoriè. c. super eo. de præb. lib. 6.

*Parochialis actu debet esse antequā debeatur qualificato.*

23 Quintò, fallit, quando esset parochialis habitu, vtpote, quia ibi nullus remansit parochianus. nam tūc cessat ratio d. §. statuimus. ergo & dispositio cessabit. c. cum cessante. de appella. gl. in d. §. in ecclesiis. in verbo, parochialibus. hoc in propriis terminis tenet, & cōmuniter approbatur, quia deficientibus personis collegij desinit esse collegium. Sic deficientibus parochianis, definit esse parochialis ecclesia. not. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. Archid. & alij in c. licet canō. de elect. in 6. vbi cōcluditur, quod habens istam ecclesiam, non tenetur promoueri intra annum. glo. in extrauag. execrabilis. Io. 22. in princ. in verbo, habentia. de præben. Pan. & Dec. in c. pastoralis. §. fin. de rescrip. Barb. in consil. 17. præclarè. colum. 5. in 1. vol. vbi dicit istam opinionem esse communem, per ea quæ notantur per illum tex. in cle. vna. de offi. vicar. inquantum loquitur de ecclesiis curam animarum habentibus, quia illud dicitur haberi, quod cum effectu habetur. l. nomen filiarum. §. habere. ff. de verb. sign. Etiam dicitur quod verba accipi debent cum effectu. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris. de Bellameta consil. 38. supposito. col. 3. vers. nec obstat quòd benedicet, &c. & pro hac opinione facit tex. in l. vinaria. ibi, tandiu in ea causa esse, quandiu vinū haberent. cum sine vino esse cœperint, desinerent in eo numero esse. ff. de verb. signific. Archid. in c. si apostolica. de præb. in 6. nisi esset verisimile quod parochiani breui essent reuersuri, vtpote quia superstites erant in alio loco, & domus eorum remanebāt adhuc constructæ in loco curæ, secus si erant dirutæ. Collect. in c. de multa. col. 1. de præbend. arg. c. pastoralis. 7. q. 1.

24 Sextò, fallit quando esset graduatus sub bulla, quia tex. in d. §. statuimus, dicit in vniuersitate priuilegiata, ergo non possent habere illam ecclesiam hoc genus graduati, quia nō sunt in vniuersitate promoti. Item, quia non sunt promoti in vniuersitate famosa, de qua text. intelligitur. & quia non gaudent priuilegiis aliorum in hoc regno. vt infrà dico. q. vlti. & suprà dixi. q. 10. plenius.

25 Septimò, fallit in licentiato in artibus, vel in illo qui studuerit triēnium in medicina, cum tantùm exprimatur in d. §. statuimus. ille qui studuit in theologia, vel in altero iurium, & magister artium, ergo alij excluduntur, argu. l. cum prætor. ff. de iudic.

26 Octauò, non procedit, quando ecclesia parochialis esset accessoriè annexa alteri non existēti in villa murata, vel in ciuitate, tunc qui est capax principalis, erit etiam capax accessorij, nec conferri debet, vt hic. arg. textus in c. super eo. de præben. in 6. hoc expresè tenet gl. in d §. in ecclesiis. in verbo, parochialibus. in fine. quia accessorium sequi naturam principalis conuenit. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & dicta regu. accessorium.

*Parochialis annexa non debetur.*

27 Facit quòd si episcopus dispensaret cum illegitimo ad beneficium simplex, si illi esset annexum curatum, erit dispensatus capax & annexi. Dom. de Perus. in c. 1. de filiis presbyt. quia vbi beneficium est vnitum alteri, illud annexum perdit nomen beneficij. Rota decisio. 370. nota quòd vbi. in antiq. nec in eo tenetur rector residere, nec ad sacerdotium intra annum promoueri. cap. extirpandæ. §. qui verò. & ibi dixi. de præb. Nicol. Milius in verbo, ecclesia parochialis. vlt. Si tamen vniretur in fraudem nominatorum, posset nominatus post mortem possessoris illam requirere, & acceptare. per not. in c. fin. de reb. eccles. non alien.

28 Nonò, limitatur quando esset ecclesia parochialis collegiata, tunc non procederet quod hic dicitur per c. statutum. iuncto c. licet canon. de elect. in 6. & ibi multa addidi. tum quia sunt diuersa, tum quia nominando minus, non comprehendit maius, siue dignius. cap. sedes. de rescript. glo. in verbo, parochialibus. in fi. in d. §. in ecclesiis.

29 Decimò, non procedit quando vacaret in curia, quia tunc libere solus Papa confert. c. 2. de præb. in 6. limit. vt dico suprà q. 15. nu. 27. & seq.

30 Vndecimò, fallit quando conferretur ex causa permutationis non qualificato, dum tamen modo sit graduatus iure. nam tunc sufficiet, quia vbi est eadem ratio, & idem ius est statuendum. l. illud. ff. ad leg. Aquil. sed eadem ratio procedit in hoc casu, quando confertur graduatis, etiam qui non insinuauerūt, quæ in aliis qui insinuauerint. nam insinuatio nil addit ad doctrinam, ergo sufficiet cōferre beneficium in villa murata ex causa permutationis ritè graduatis. Secundò, beneficia vacantia causa permutationis sunt excepta in §. volumus. suprà de collat. ergo & in §. statuimus. immediatè seq. excipientur, videlicet, vt conferri possint graduatis tantùm etiam non insinuatis.

Tertiò, fortè non maior fauor parochianorum erit habere nō insinuatū, quàm eū qui insinuauit, dūmodo vterq; sit graduatus. nā populum vno tenore, vnus & alter instruere poterit.

Quartò, beneficia non possunt conferri aliis quàm permutantibus. cap. vno. & clemen. vna. de rerum permut. in c. inter. & doct. de præben. si ergo quis permutet cum ritè graduato, illi est conferenda ecclesia parochialis villę muratæ, & maximè à Papa.

Non

Non obstat quòd non sit præmisso modo qualificatus,quia per æquipollẽs potest dici modo pręmisso qualificatus,vt tradit gl.in §.in ecclesiis.in verbo,qualificatæ.de collat.in pragm. vbi exponit tex.vt suprà,qualificatæ,puta magistri,aut doctores,vel licẽtiati in theologia,in iure,vel medicina,& nil dicit de insinuatione. vel etiã potest dici quòd illa qualificatio nõ requiritur in beneficio vacante ex causa permutationis,idem dico in theologo,vt possit permutare cũ licẽtiato vel baccalaureo formato,etiã nõ insinuato,postquã permutat cũ idoneo & capace. vt etiam notatur in §.1.in gl. alteri.de collat.

31 Duodecimò, regula perdit officiũ suum, si dicta parochialis ecclesia vacaret in mẽsibus ordinariorũ:quia tunc poterit ordinarius cõferre graduato,etiam nõ insinuato per §. præfatique ordinarij.ibi,liberè cõferantur.de collat.alioqui non diceretur ordinarius liberè conferre quod cõcedit eidem tex.Item ibi dicit possint liberè: ergo illa potestas omnino non videtur sublata.

Secundò,conferendo graduatis etiã non insinuatis, satisfit rationi legis, satisfit & graduatis,& parochianis,& ordinariis:ergo iste intellectus cõformis omnibus,debet teneri. Tertiò,per hæc concordata intendunt conditores grauare ordinarios minus quàm possunt, argu.tex.in l. vnum ex familia.§.si rem.ff.de leg.2. Ias.consil. 109.in 2.volu.sed minus grauantur in hoc casu, quando in suis mensibus vacant.vt liberè cõferant,graduato tamẽ,& eligere ex pluribus possunt vnũ.Quartò,in §.statuimus.primo.de collat.dicitur,quòd ordinarius poterit cõferre his qui insinuauerint, quoad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia. ergo in mensibus ordinariorum poterunt conferre idoneo, & capaci: licet non insinuauerit, quia capax est istorum beneficiorum graduatus.

Vltimò, fallit quando non appararet beneficium vacasse tempore stato nominatis & qualificatis,paria enim sunt non esse,& non apparere.l.duo.ff.de testa.tutel. & nominatus qui fundat se in tempore, dicens beneficium suo tẽpore vacasse,debet hoc probare.l.eum actum.ff.de neg.gest.& suprà dixi in 14.q.num.9.& seq.nisi fuerit ecclesia parochialis,quæ,vt suprà dixi,debetur graduatis quocunq; vacet tẽpore.Ex quo infertur, quòd si negaretur beneficiũ vacasse in tẽpore nominatis & graduatis præstituto, tunc qualificatus hoc tenebitur probare, & sic cũ in recredentia non admittãtur probationes,sed ex titulis adiudicatur, nominatus non obtinebit recredentiam, nisi probaret literatoriè,vt docet ordinatio regia ex publica.1539.art.50. quod est verũ,quando collationes factę fuerũt,& requisitiones in tẽpore libero,tunc præsumitur quòd eo tempore vacauerit,vtpote in mẽse Maio,vel alio non affecto qualificatis:secus quãdo nominatus requisiuit beneficium sibi conferri vacãs in mense eis affecto, & collator respõderit prouidisse,tũc qualificatus plures habet pro se pręsumptiones,quàm non qualificatus : ideo probare nõ tenebitur quo ad recredentiam. Prima præsumptio qualificati est requisitio, non enim

*Recredẽtia an debeat adiudicari nominatis, etiam si negetur beneficiũ uacasse tempore eisdem affecto.*

præsumitur delictum. l. merito. ff. pro socio.& sic nõ præsumitur quòd nominatus deliquerit requirendo beneficiũ viuentis.Secunda est pręsumptio scientiæ, non enim est malum præsumendum in graduato , quis enim de facili crederet,quòd vir præditus sciẽtia literarũ proprię salutis oblitus ad eam passionis ignominiam se conuerteret, vt beneficium viuentis requireret? tex.in c.pen.de præsump.c.in nostra.de procur. Tertia præsumptio est confessio Episcopi,quæ dicit prouidisse,non debemus pręsumere,quòd Episcopus dixisset,si non esset verum, cùm viri sint prouidi & honesti.c.nisi essent.de præb. licet contrarium soliti sint aliquid facere.Quarta præsumptio est,quãdo collatio facta est in tempore affecto qualificatis,non præsumetur quòd Episcopus cõtulerit beneficiũ viuẽtis,& nõ vacans,cũ à iure sit prohibitũ.c.1.de conceß.præb. Nec ad recredentiam adiudicãdam nominato, vel graduato , requiruntur omnes istæ præsumptiones,sed sufficit vna vel duę pro arbitrio iudicis.arg.l.1.ff.de iure delib.Alioqui si contrariũ diceremus , daretur materia delinquendi , quia prouisus ab ordinario semper negaret beneficiũ vacasse tẽpore affecto nominatis, & semper recredentiã haberet:ideo iudices super hoc debẽt aduertere,& in dubio literatis fauere,per ea quę dico in gl.nominatis.in vers.8. differunt suprà. de mand.apostol.Imò acceptatio beneficij præsumitur facta intra tempus debitum, quia præsumptio est , quòd quilibet velit sibi acquirere. arg.l.si defunctus.C.arbit.tutel.iuncta l.cum de indebito.ff.de prob.hoc expresim sentit Roch. Curt.in tract.iuris patr. in verbo,honorificum. q.49. Et ad regulam, quod quis semper præsumatur viuere.facit l.2.§.si dubitetur. ff.quẽadm. testa.aper.vbi glo.quam limitat Soc.in l.si inter virum.& l.pen.ff.de reb.dub.vbi videbis multa. & in praxi benefic.quam edidi.

*Decimaseptima quæstio principalis.*

1 DEcimoseptimò principaliter quæritur, quid agere debeant nominati , vel graduati,dũ beneficia vacãt in tẽpore eisdẽ assignato?Resp.debẽt requirere illa beneficia sibi conferri intra sex menses,à die vacationis cõputandos,& vt dicũt,summare collatorẽ,vel eo absente suũ vicariũ,vt eisdẽ conferat tale beneficium vacans.§.teneãtur.in fi.de collat. qui si conferre recusauerit,ad superiorem immediatũ debet accedere , & ab eodem collationẽ petere sibi fieri iure deuoluto.hanc practicã tradit glos.non ita planè tamen in §.quòd si quis cuiuscunque, de collat.in verbo, eo ipso.in prag. Et si ille superior recusauerit conferre , accedat gradatim ad alium proximũ superiorem , & postea ad legatum,vel ad Papã.hoc tradit tex.in §.si quis verò cuiuscunque.de collat.in concord.vbi dixi Papam posse adiri omni tempore iure concursus.

*Nominati quid agere debeãt, dum beneficia uacant in tempore eisdem aßignato.*

Aduertendum est tamen,quòd si nominatus requirat sibi cõferri iure deuoluto, licet nõ sic vacaret,& Archiepiscopus sic cõfert,nõ valebit collatio , etiam si ex alio capite illam collationẽ facere potuisset.tex.not. & ibi Pan. & alij in

c.ex parte.de conceſſ.preb.Dec.conſ.129.& pro tenui.col.3.vbi dicit quòd quādo epiſcopus facit actum ex iure ſibi deuoluto,& illud non ſit verum,ille actus erit nullus, etiam ſi ex alio capite illum actum facere potuiſſet.vide tamē ibi: quia hodie in ſingulis collationib.ſolet apponi clauſula, vel aliàs quouiſmodo vacet, & ſic ceſſat dubium.

*Intra quod tēpus nominatus uel graduatus debeat petere ſibi conferri beneficium.*

2 Quæro,intra quod tempus nominatus vel graduatus debeat petere ſibi conferri beneficiū? Videtur quòd ſimulatque ſcit vacare. argu.l.in omnibus obligationibus in quibus dies nō apponitur,pręſenti die debetur.ff.de reg.iur.Et ſic ſtatim debet acceptare & requirere,ſaltem intra menſem,cle.vna.de conceſſ.præb.

Item,quia eccleſiarum vacatio diutina eſt diſpendioſa.c.quàm ſit.de elect.

Cōtrarium eſt verius, quòd poſsit requirere & acceptare intra ſex mēſes,intra quos ordinarius poteſt conferre,vel patronus pręſentare.c. vno,de iure patr. in 6.c.2.de conceſſ.præb. quia poſtquam in concordatis tēpus requirendi non eſt ſtatutū,erit arbitriū.arg.c.ſi clericus.de præb. in 6.gl.in verbo,ſcilicet.§.item quòd omnia. de coll.in prag.Et ita debet arbitrari,vt infra tēpus quo poteſt per ordinarium conferri,requiratur. Brunel.in tract.de dignit.leg.19.concluſio. in 6. declara. alioqui collatio ad ſuperiorē liberè deuoluitur.Et ita cōmuniter tenetur. nā ſicut bonorum poſſeſsio competens alicui, debet intra tempus à iure ſtatutum peti,alioqui repellitur is qui vult petere. l.pen.ff.quis ordo.in bon. poſſ. ſeruet.& l.2.C.qui admit.ſic erit in requiſitione. nominati & graduati. nec obſtat quòd in contrarium allegatur,videlicet d.l.omnibus.quę loquitur in contractu,in quo aliquis promiſit decem,vel aliam rem : tunc enim videtur voluiſſe dare ſtatim,quia in poteſtate ſua erat exprimēdi aliud tempus,ſi voluiſſet.l.veteribus. ff.de pact. nec obſtat d.cle.vna.quia loquitur in expectāte apoſtolico,cum clauſulā,acceptādi. nam illi datur tantùm menſis.hic de alio expectāte,vtpote de nominato vel graduato.Nec obeſt quòd vacatio ſit diſpendioſa,quia permittitur vſque ad ſex menſes, poſtquam illud tempus eſt præſtitutum à iure ad conferendum.

Quid in exemptis? vide glo.in d. §. quòd ſi cuiuſcūque.in verbo,gradatim,in prag. & in c. cupiētes.de elect.& ibi no.plenè dixi in §.ſi quis verò.in verbo,ad aliū ſuperiorē.de collat.ſuprà

*Collatio ab archiepiſcopo facta nō requiſito prius epiſcopo nō ualet.*

3 Secundò,quęro,pone quòd nominatus iuit ad archiepiſcopum, nō facta requiſitione primi conferentis,& facta eſt eidem collatio, ordinarius contulit alteri,vtra collatio valeat? Videtur quòd ſuperioris propter eius prærogatiuam. c. ſi à ſede.de præb.in 6.Item quia in collationib. attenditur tempus datæ.c.eam te.de reſcr.c.ſi eo tempore.illo tit.in 6.

In contrariū me trahit tex.in d.§.ſi quis verò, cuiuſcunque.vbi primò requirendus eſt primus conferens,quia non dicitur facta deuolutio ad ſuperiorem,antequam primus recuſet, vel malè conferat, vel tempus ſex menſium ſit elapſum. Sed non recuſauit qui non fuit requiſitus; nec malè contulit,ergo non fuit intra ſex mēſes facta deuolutio : quia ibi nō eſt mora,vbi nec petitio. l. eius qui.ff.ſi cert.pet. hîc non erat mora per ordinarium primū,quia non fuit ab eo petitū.ergo non valet,nec poteſt dici deuolutum. Facit quod dicit Bal. in l.1.§.magiſtratibus. ff.de magiſt.cōuenien.vbi dicit,quòd ſi per ſtatutum puniatur poteſtas non inquirens, excuſatur tamen ſi nemo eidem denunciauerit.ſequitur Iaſ. conſ.168.ſtatuto.col.1.in 2.vol.hoc etiam eſt introductum in fauorem ordinariorum,vt cōferant antiquiori,& ei qui inſinuauit, quòd non perquirit is qui iure deuoluto cōfert,ſed primo petenti regulariter confert, & ſic anfractibus & expenſis onerātur nominati,quod ius reprobat in c.diſpēdia.de reſcr.in 6.imò etiam ſi notoriè conſtet, quòd epiſcopus contulit alicui, adhuc debet requiri,vt tenet glo. in §.quod ſi quis cuiuſcunque.in verbo,eo ipſo.de coll.in prag.dicens ita teneri de conſuetudine,quæ eſt optima legū interpres.l.ſi de interpretatione.ff.de legib. ſequitur Brunel.in tracta.de dignit.lega.19.concluſ.in 6. declara. quia ſi contulerit indigno, & non nominato, poterit nunc cōferre nominato,ſecundùm eos.

*Excuſatur magiſtratus non puniens delictum nō ſibi notificatum.*

Sed contrarium infrà dicam, ergo eſt requirendus. Non eſſet tamen os ponere in cœlum, dicere,quando notorium eſſet collationem eſſe factam à primo collatore qualificato indigno, vel quando probatur fuiſſe factam, ante archiepiſcopi requiſitionem, collationem archiepiſcopi valere, & requiſitionē primi non requiri, tum quia in notoriis non requiritur citatio,ergo minus requiſitio. Dec.in l.fi. ff.de iuriſdict. omn.iudic.& c.cum ſit Romana.de appel. poſt Bal.in margar. in verbo,citatio.q.69. & Nicol. de Milis,in verbo,citatio.q.86.Barba.conſil.70. col. 5. in 4.vol.tum etiā quia ſi primus collator conferret iſti ſecundo nominato requirēti, iſta collatio eidē non prodeſſet,ergo fruſtra requireret:ideo nō eſſet malum in notoriis adire ſuperiorem,etiam ſine requiſitione primi collatoris.nam cōcordatum non aſtringit nos ad hoc faciendum, ſed requirit tantùm quod primus diſpoſuerat,ſufficit, quia deuoluta erat poteſtas ad ſuperiorē,& ſic potuit cōferre iure.& hoc in his caſibus,in quibus nō poteſt variare:alioqui contra, vt proximè ſequitur.tutius eſt ante factū,ne proceſsibus inuoluaris, vt primū requiras collatorē.poſt factū nō annullarē collationem habitam ſine requiſitione,ſi iam erat facta collatio à primo,quia hoc eſt æquum.

*In notoriis requiſitio non requiritur.*

4 Tertiò,quæro, quid ſi epiſcopus beneficiū vacans in tēpore debito nominatis vel graduatis,conferat non nominato, vel non graduato, an poſtea nominato,requirenti poſsit conferre, vel graduato? Videtur quòd non.variatio enim eſt prohibita,maximè epiſcopis & perſonis eccleſiaſticis.cle. vna.de renunc. ergo non variabit alteri conferendo.

*Ordinarius conferēs non nominato, an poſsit uariare.*

Secūdò,facit,quia nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam.reg.nemo poteſt mutare.ff.de reg.iur.ſed per collationem eſt quæſitum ius illi,cui eſt collatio facta etiam abſenti.

ſenti.c.ſi tibi.de præb.in 6.ergo in præiudicium illius non mutabitur collatio illi facta.

Tertiò,collator conferẽdo incapaci functus eſt officio ſuo,ſicut iudex quando iudicat,ſiue benè, ſiue malè iudicet.c.in literis,de offi.deleg. dixi in repet.l.quod iuſsit.ff.de re iud.

Quartò, prima collatio impedit ſecundam, donec prima ſit irrita & annullata. c. poſt electionem.de conceſſ.præb.ergo & hic c.noſti. & c.conſiderauimus.de elect.

Quintò,collatio facta poſt deuolutionẽ poteſtatis ad ſuperiorem,vbi deuolutio fit ipſo facto,vt in hoc caſu,eſt nulla.c.licet.& c.fi.de ſupple.negl.præl.ſed deuolutio fit ipſo facto,per §. ſi quis verò.de collat.in concor.igitur,&c.

Sextò, per collationem confertur ius ei, cui confertur beneficium. probatur per locũ à ſpeciali,in c.ſi tibi abſenti.de præb.in 6.c.gratia. de reſcrip.eo.lib.vbi non acquiritur ius abſenti,vt ſuum dicere poſsit ante acceptationẽ:ergo pręſenti ſic,ſumendo argumentũ à cõtrario ſenſu, quod eſt validũ.l.1.ff.de offi.eius, ſic qui cõtulit non nominato, poſtea nominato conferre non poterit.alioqui quotidie ſic variaret,& infinitas collationes faceret: & nominatos proceſsibus inuolueret,quod maximè eſt vitandum.

In cõtrarium videtur c.fi.de iure patr. vbi capitulum Eboracen. cõtulit eccleſiam eligendo, & quia ad eos ſpectabat tantùm ius patronatus poſt appellationem factã,voluerunt pręſentare, quod concedit ibi Papa,ſic etiam hic cõcedendum eſt,vt ſi collatio fuerit facta non qualificato,quòd fiat poſtea qualificato.

Secundò,facit,quòd melius eſt ſeipſum corrigere,quàm ab alio corrigi ſpectare.§.1.in auth. de nup.coll.4.& ſapientis eſt in melius mutare conſilium.gl.in l.nonnunquã.ff.de coll.bon.ac magnæ ſapiẽtię eſt reuocare,quod malè egeris. c.magnæ.22.q.4.dixi plenè in rationibus dubitandi in repet.l.quod iuſsit.ff.de re iudic.

Item non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum. reg.non præſtat. de reg.iur.in 6.ſed hæc prima collatio eſt nulla ratione decreti poſiti in concord. in §.ſi quis verò proſequente nominato. ergo non præſtabit impedimentum ad ſecundam collationem faciẽdam.Probatur etiam in §.fi.de coll.in cõcor. vbi aſtringit collatores ad conferendum nominatis vel graduatis,ſub pœna ſuſpẽſionis,quando ipſi requirent, vel quando conſtat aliquos eſſe nominatos.ſed quãdo primus collator cõtulit,non apparebit eidem eſſe aliquẽ nominatum qui vellet beneficium.ergo quãdo conſtabit, poterit conferre, quia de nouo peruenit ad notitiam ſuam eſſe aliquos nominatos, vel nominatum,& illa notitia multum prodeſt.cap.vt circa.de elect.in 6.c.paſtoralis.de except.

Inſuper quando non eſt adiecta dies, poteſt mora purgari, vel quando eſt adiecta ante diei lapſum.l.Celſus.ff.de arbi.l.& ſi poſt tres,ſi quis cautio.l.ſi inſulam.de verb.obliga.ideo vt euitet pœnam collator, poterit ritè cõferre nunc,licet primò defecerit alteri conferendo, quia executor mandati apoſtolici,ſi contulerit beneficium non debitum mihi, poterit iterum conferre, etiam ſine nouo mandato ei cui debebatur. Ita Card.in c.capitulum.q.18.de reſcript. ſic & collator in caſu iſto.

5 Idem puto dicẽdum, ſi collator contulerit beneficium coram eo reſignatũ, quia ſi poſtea non vixerit reſignans per viginti dies, poterit ordinarius illud beneficium alteri de nouo cõferre,cum alio iure vacet,videlicet per mortem. & quãdo ſine culpa collatoris collatio irrita fit, vt electio,tunc reuertitur ad eoſdem.& poſſunt variare,& eligere alium.tex.eſt expreſſus in c.ſi compromiſſarius. de elect. in 6.ſed iſta collatio prius facta de beneficio coram eis reſignato eſt nulla.per regul. cancellar. diſponentem beneficium vacare per mortem, ſi reſignans ante viginti dies moriatur.ergo,&c.

*Beneficium reſignatum ſi collatum ſit, & reſignãs moriatur ante uiginti dies, poteſt iterũ conferri.*

Præterea facit d.c.præſtat. de reg.iur.in 6. & dicit Domi.in c.ſi tibi abſenti.de præbend.in 6. quod ſi ordinarius contulerit Bernardo beneficium, & is recuſauit, quod ordinarius poterit iterum alteri conferre.ſic & in hoc caſu dico,vt Io.de Selua in tracta. de benefic.in 3.parte. q.33. refert.& ſic ordinarius qui in menſe Iulio contulit beneficium vacãs per reſignationem non nominato,ſi reſignãs moriatur ante viginti dies in dicto menſe Iulio, poterit iterum & debebit conferre nominato.ſi verò contulerit in menſe Auguſti beneficium vacans per reſignationẽ,& reſignans moriatur ante viginti dies,poterit idẽ ordinarius alteri cõferre, vel eidem beneficium illud quod nunc vacat per mortẽ,per prædicta.

Nec refragatur conſil.Dec.224.in caſu.in fi. ſatis leuiter datum,vbi dicit illam regul.cancell. 18.non habere locum in ordinario,quia regulę cancellariæ nõ ſunt leges generales,ſed tantùm ligant reſignãtes coram Papa.nam in pontifice eſt maior præſumptio ſubreptionis, quàm in ordinario.allegat cle.1.de offi.ordin.debet allegare cle.vlt.ibidem.ergo in Papa tantùm habebit locum. Contrarium teneo, videlicet quòd illa regula habet etiam locum in ordinario,quia regulæ cancellariæ extractæ ex rationibus iuris naturalis,ciuilis vel canonici,à populo receptæ, habent vim legis,& ligant omnes,ſicut ratio legis,etiam ſi non eſſet regula: & ſunt ſeruandæ, præſertim viuente earum conditore, vbi non ſunt iuri contrariæ,nec decretis ſanctorum Patrum.Ioan.Andr.in regula,nemo poteſt.de reg. iur. lib.6.in Mercuria. vt refert Aufre. in deciſ. capell. Tholoſ.q.444.an regulæ.& ſapiunt naturam legis. Ioan. Franciſc. in præfatio. ad extrauag.Ioan.22.& ligant omnes. c.1.de conſtitu. ne ordinarius ſit melioris cõditionis quàm Papa,etiam in ordinario procedet d.regula. Ideo concludit de Ripa in c.2.in fi.de reſcript. regulam de veriſimili notitia habere locum etiam in ordinario,quia extracta fuit de corpore iuris,videlicet de c.deteſtanda. de conceſs.præb.dixi in glo.iure pręuentionis,in §.declarantes.de mandat.apoſtol. Item hæc regula de viginti diebus eſt extracta à c.1.de præben.ergo habebit locum etiã in ordinario,ne in beneficiis fiat teſtamentum, & ne ſucceſsio detur in illis, nec aliquid

*An regula de uiginti diebus habeat locum in ordinario.*

facit surreptio, quia non agitur de surreptione in illa regula.& Gomes.in proœm.reg.cancella. quæst.2.vbi multis modis.

Item, si regulæ cancellariæ loquantur de actu expediendo in curia, non habebũt locum extra curiam, sed quando loquuntur simpliciter. sic Fel.in d.cap.2.col.penult. sed ista regula loquitur simpliciter, ergo habebit locum tam in curia, quàm extra, & tam in Papa, legato, quàm in ordinario.

Preterea est facta ad obuiãdũ malitiis & suasionibus illorũ, qui inducũt aliquos semimortuos ad resignandum, & quodammodo ad faciendum testamentum de suo beneficio, quod secum moriendo ferre non possunt, vt tenet gl. in d.regula.& licet curiales dederint causam faciendi, tamen nõ minus habebit locum in aliis. l. 1. ff.de postul. & sic recepta est à Parlamentis. & ad euitandum istas opiniones Papa modernus Paul.3. addidit dictæ regulæ, quauis auctoritate conferatur. Et sic hodie non est amplius dubitandum, quin habeat etiam locum in ordinario, & ita teneo. quanuis multi dubitent. & sic fuit iudicatũ pro magistro Godefrido le Tainturier, contra Peregrinum Roussolet, actorem, anno 1536. die 2. Iunij, pro capellania S. Andreæ Castriduni: & postea pro magistro Frãcisco de Borges, contra Bricon, anno 1539. & in vigilia assumptionis D. Virginis, & prolat in Senatu Paris. ita quòd hodie non est dubium, quanuis multa super hoc scribat D.Gomes.in commẽt. huius regulæ, q.17. & q.26. vbi mecum cõuenit. & ita etiã dicit fuisse in Rota iudicatũ.& Chass. in decis.31. super regul. cancellar. tamen dubitat quando beneficium est sub præsentatione, & dicit non habere locum, sed tamen eadem est ratio in vtroque casu. & sic fuit iudicatũ in hoc Senatu, anno 1536. die 2. Iunij, pro magistro Gofrido le Tainturier, defensore, contra Peregrinum Rosselet, actorem, super capella S. Andreæ Casiduni. Procedit etiã in collationibus factis à Rege, vt fuit in Senatu cõclusum, anno 1495. die prima Decemb. in processu super possessorio pendente super capella sancti Laurentij in ecclesia Melden. vt à quodam fide digno accepi. Non obstant suprà allegata, videlicet, quòd variatio sit prohibita. nam quando tendit ad bonum, non prohibetur. d.c.magnæ. nec dicitur variare, qui à facto quod notoriè non valet, recedit.d.c.cum terra.per l.2.ff.de optio.leg. Panor.in cap.causam.de electio. nec dicitur collator variare in iniuriam non nominati, quia eidem non poterat fieri collatio prosequente nominato. ideo quando apparebit nominatus, & prosequetur, erit collatio irrita: ideo mutabit cõsilium in commodum nominati, lege hoc dictante. & maius esset incommodum non qualificato, si prosequeretur collationem nullam. nam superior etiam conferret, si ordinarius primus recusaret.

*Arrestum.* *Arrestum.* *Arrestum.*

*Prima collatio an impediat secundam.*

Nec obstat quòd prima collatio impedit secundam, quia verum est, quãdo ambæ collationes fierent ab eodem ordinario, & eodem iure. sed prima fit iure ordinario, secunda fit coactè, videlicet respectu nominationis, vel gradus. ideo prima nulla non impediet secundam. glo. in d.c.considerauimus.de elect.& d.c.super eo. vbi etiã collatio nulla non impedit, quin secunda fiat etiam prima non annullata. Pan.in c.auditis.col.2.de elect.tex.in c.dudũ.& ibi Perus.in 4.not.de præb.in 6. & idẽ quãdo collatio secũda fiebat à diuerso collatore.& censetur etiã diuersus, quando vnus diuerso iure confert, quia prima nõ impedit secundam.c.quia diuersitatẽ. de cõces.præb. hoc firmat in propriis terminis. gl.in §.quòd si quis cuiuscũq;.in verbo, eo ipso. de coll.in prag. quam ad verbũ trãscribit Selua in tract.de benefic.in 3.parte.q.47.& infrà dicetur. Vel nõ obstat quòd nõ valeat secunda collatio, vel electio, prima nõ cassata. Resp. verũ esse quãdo nõ cõstabat notoriè primã viribus non subsistere. & ita intelliguntur iura prædicta. secus si cõstaret primã esse nullã, quia tũc electio secunda fieri potest vel collatio, etiã non cassata prima.c.cum terra.in fi.ibi, tandiu in electione, &c.& c.auditis.de elect.cap.illud. & ibi Anchar 1.not.de iure patr. Vnde quando collatum fuit ignoranter beneficium indigno, tunc quia notoriè non cõstat de illa indignitate, & ignoranter conferens non est priuatus potestate cõferendi, vel eligendi, ideo pendente illo dubio non potest iterum conferre, vel eligere, & sic loquitur d.c.inter dilectos. & ibi Panor. col.3. dicit istum esse verum & clarum intellectũ. Sed in hoc casu notoriè constat collationem primam, vel electionem factam per resignationem esse nullã ratione regulæ cancel. quia ius est certũ & notoriũ.l.ornamentorũ.ff.de auro & arg. leg.& etiam extrauagans recepta.c.pastoralis.de fide instr.vbi not.& idem in reg.cancel.recepta. quæ pro iure habetur, vt suprà dictum est.

Ideo si primò præsentatio fiat vicario nõ habenti potestatem instituendi, secũdò fit episcopo, valebit secunda præsentatio, cùm prima sit notoriè nulla. nota. in c.1.de iure patr. Item litis contestatio coram iudice incõpetenti facta, pro non facta habetur. l. si pater. C.ne de statu defunct.& ibi gl.& Barb.in c.Raynaldus. col.35. de testa. Item iudex ordinarius postquam sentẽtia est nulla, denuò cognoscit.l.si vt proponis.1.C. quomodo & quando iudex.l.si accusatoribus. de accusat. Quando cõtractus super vna re initus est nullus, potest super dicta re contractus vtilis & efficax celebrari, etiam in persona eiusdem, & dicitur posidere ex secunda concesione.tex.in c.continebatur. & ibi Anchar. 4. not. de his quæ fiunt à prælat. Et si prima collatio vel electio sit ipso iure nulla, valet secunda electio, non tanquam secũda, sed tanquã sola: quia quod nullũ est, nullius est authoritatis vel ordinis. Bal.in d.c.cõsiderauimus.in princ.& prima collatio non dicitur prima, sed nulla.c.factus.7. quæst.1.ibi, nam non secundus, sed nullus est. dixi in glo.duobus.de mand.apost.§.1.

Nec obest ꝙ functus erat officio suo, quod est verum, quando iure cõtulit, secus si nulliter, qa nõ pręstat, &c.vt suprà dixi. Itẽ patronus clericus potest variare quãdo nulliter præsentauit,

licet aliàs non poſsit. Card. & Imol. in clem. 1. de iure patro. quos refert & ſequitur Roch. Curt. in tract. de iure patron. in verbo honorificum. q. 9. verſi. 3. Sic & ordinarius poterit conferre quando prior collatio eſt nulla.

Vltimò, reſpondetur in gl. diſpoſuerit, & glo. diſpoſitiones. de coll. ſupra. an ſi vicarius epiſcopi vnum inhabilem præſentauerit, & poſtea die ſequenti epiſcopus alterum, valeat ne præſentatio prima, vel ſecunda, decidit glo. in §. Item voluit. in verb. vicario, fol. 101. & ſequen. de colla. in prag. vide Rochum q. 9. in verb. honorificum.

*Si contulit ſecundo, an eidem poßit primo conferre.*

6 Quartò, quæritur, ſi collator contulit ſecundo nominato, poſtea primus requirit, & facit fidem de prioritate, an poſsit conferre idem ordinarius iſti antiquiori nominato? Et breui reſpon. videri quòd non, quia hoc caſu non confert diuerſo iure, ergo non poteſt. vt in c. poſtulaſtis. de conceſ. præb. ideo primo nō debet conferre, niſi appareat de antiquitate & prioritate nominati. Et ſic bonum eſt quòd collator videat omnes nominatos, qui inſinuauerunt illo anno, & collationem in aliquod tēpus extrahat, vt poſtea iuxta antiquitatem eorum illis prouideat. & hoc modo faciunt cauti collatores. vide quæ dixi in d. §. ſi quis verò. in verbo diſpoſitiones, &c.

*Ordinarius non confert ſecundo ſine requiſitione qualificati.*

Fallit etiam quando collator vellet conferre iterum ſine requiſitione qualificati, quia tunc non poſſet, cum collationem ſuam non poſsit reuocare, niſi inſtigante nominato. probatur in c. 2. de preca. & ibi Barb. in fi. dicit per illum text. quod contrahens cum eccleſia non poteſt petere reſcindi contractum inualidum, ſi eccleſia hoc nolit, quia cum eccleſiæ beneficio ſit nullus, non poteſt contrahens vti illo beneficio contra eccleſiam, per l. ſi iudex. ff. de minor. ſic nec ordinarius collator poterit conferre alteri etiam qualificato, non petente nominato, quod eſt bene notandum. & facit l. 2. ff. de lege commiſſ.

*Electione facta uariare non licet.*

Quintò, quæro, quid ſi in menſibus graduatorum ſemel elegit vnum, & gratificauit, ac illi contulit, an poſsit alium eligere, & conferre? Reſpond. non, argu. l. ſerui eiectione legata, ſemel optare poſſumus. ff. de leg. 1. quia ius eſt iam illi quæſitum: ideo nō poterit in illius præiudicium reuocari. Notant docto. per illum text. in cap. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.

Item facit cap. duobus. cum gl. de reſcrip. in 6. vbi ſi duo imperrant eodem exemplo canonicatum in eccleſia Pariſi. & concurrunt in præſentando, capitulum vel alius collator poterit eligere alterum, & ſemel facta electione non poterunt poſtea alterum eligere. & hoc approbant ibi docto. & plenè Ancha. conſil. 214. Franciſcus, & docto. in cap. gratia. de reſcrip. in 6. & qui ſemel elegit vnam actionem, non poteſt habere regreſſum ad aliam. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. actio.

*Refutatio uicarij an ſufficiat.*

7 Sextò, quæro, an ſufficiat requirere vicarium generalem, & in refutationem illius ad ſuperiorem accedere? Breui reſpon. quod non, quia is non debet requiri, qui non poteſt conferre quia fruſtra peteretur ab eo, cum nō poſsit dare quod non habet. cap. quod autem. de iure patron. cap. Daybertum. 1. q. 7. ſed ipſe vicarius etiam generalis non poteſt conferre. c. fin. de offic. vica. ergo refutatio vicarij non habentis ſpecialem poteſtatem conferendi, nō deuoluet poteſtatem conferendi ad ſuperiorem, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & vbi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt refutatio. l. ſi pupillus. ff. de verb. obligat. l. nulla intelligitur, de regul. iur. priuatio præſupponit habitum. l. decem. ff. de verbo. obligat. cap. ad diſſoluendum. de deſponſa. impub. ita tenuit gloſſ. in §. item voluit. in verbo vicario. de collatio. in pragma.

Imò dicerem refutationem vicarij generalis etiam cū poteſtate conferendi, non valere, quando epiſcopus eſſet præſens, vel commodè poſſet eius præſentia haberi intra ciuitatem, vel in continentibus ædificiis, quia prius eſſet collator requirendus, quàm vicarius. nam poteſtas vicarij ceſſat præſente epiſcopo. Ideo non fiet per hanc requiſitionem ad ſuperiorem deuolutio. cum text. in dicto §. ſi quis verò. loquatur de epiſcopis & aliis collatoribus: ideo ad illos primò opus eſt accedere, quādo commodè haberi poſſunt, quia ſunt in ciuitate. cap. cum in eccleſiis. de præben. in 6. Si tamen nominatus requiſierit illum vicarium, & in requiſitione ignorauerit defectum poteſtatis conferendi, & nil eidem fuerit dictum per vicarium, tunc dicerem collationem iure deuoluto factam nominato, poſſe ſuſtineri, ne via detur fraudibus, & etiam illa ignorantia eſt probabilis. l. fin. ff. pro ſuo. ſi communiter habebatur pro vicario habente poteſtatem conferendi, vel ſi alius non erat.

8 Septimò, quid ſi antiquior nominatus requiſiuit abbatem, qui recuſauit conferre, poſtea deuolutio fiebat ad epiſcopum, ipſe adiuit archiepiſcopum, & obtinuit ab eo collationem, an valeat? Videtur quòd ſic, poſtquam primus collator fuit requiſitus. Contrarium eſt verius, quia gradatim debet fieri requiſitio, ſicut deuolutio. dict. §. ſi quis verò. Ideo dum abbas recuſauit, ad epiſcopum immediatum ſuperiorem erat facta deuolutio, & non ad archiepiſcopum. quare archiepiſcopus non potuit conferre, quia ad eum non erat poteſtas deuoluta. igitur collatio ab eo facta, eſt nulla, & quia non eſt ſeruata forma requiſitionis, quæ facit actum corruere. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. dixi in glo. diſpoſuerit. §. ſi quis. de collat. ſuprà.

*Requiſitio gradatim fieri debet.*

9 Octauò, quidam requiſiuit prima die Iulij beneficium ſibi conferri ab epiſcopo ordinario, qui recuſauit. poſtea hic nominatus permiſit labi tempus octo menſium, vt videret an aliquis eo eſſet antiquior. videns neminem, vadit ad archiepiſcopum iure deuoluto, à quo obtinuit collationem. opponitur eidem, quod ſunt lapſi octo menſes à die requiſitionis, & ſic archiepiſcopus non potuit conferre, ſed erat iam deuolutum ius ad ſuperiorem archiepiſcopi. quid iuris? Videtur collationem eſſe validā, nec iſta diligentia nominati tollit, quin epiſcopus habeat ſex menſes ad conferendum. quia indultum à iure beneficium, nemini eſt auferēdum. regula, indultū. de reg. iur.

*A quo tempore fiat deuolutio.*

in 6.nisi episcopus conferat,quia tunc statim erit facta deuolutio ad archiepiscopum, si nominatus voluerit, & collationem ab eo impetrauerit: sed non impetrauit, nisi postquã sciebat ad eum de iure esse deuolutũ ius, videlicet post sex menses, ergo valuit. Item poterat nominatus iterum requirere ordinarium eundem,& ordinarius poterat variare,vt dixi supra.Ideo expectauit nominatus,vt secundò requireret istum collatorem,& vt videret an mutasset propositum. sicut ergo episcopus potuit postea conferre intra tempus iuris,si nominatus nõ iuit ad superiorem:ita ergo nominatus potuit ad illum ire,& sicà die primæ requisitionis nominato nolente non est ius deuolutum, vt dico in §.si quis verò.de colla.supra. Nec ibi dicitur,quòd statim à die requisitionis fiat deuolutio,sed intelligi debet deuoluatur intra terminum iuris. alioqui non posset episcopus variare,nec bis requiri.istud etiam in odium nominatorum &graduatorum retorqueretur,licet in fauorem eorum esset introductum, contra l.quod fauore.C.de leg.& diligentia nominati esset ei nociua, quando requisiuit ante sex menses, primum ordinarium, quod non est dicendum.

Intelligerem prędicta quando vnus tantũ nominatus requisierit, vel graduatus, secus autem si plures, quia deuolutio censetur facta ad superiorem à requisitione primi nominati, aut graduati,aliàs superior haberet decem,vel vndecim menses ad conferendũ,quod non est dicendum.

Item & quando episcopus,qui contulit,posset variare. de quo scripsi in d.§. si quis verò. Nam si primo ordinarius contulisset nominato, vel graduato,postea nõ potest variare,nec requirenti conferre,ergo deuoluta erit tunc potestas ad superiorem, quod est notandum. Fuit enim in senatu iudicatum à tempore refutationis sex menses currere, in vna præbenda sepulchri Pariensi. Etiam inter M. Stephanũ Alard,& Christopho. Guyet appellantes, & Nicol.le Vasseur, intimatum, & idem in magno consilio iudicatum fuit, & hoc obseruatur in praxi. *Arestum.*

*Non prosequente nominato an collatio alteri facta valeat.*

10 Nonò, facta est collatio non nominato de beneficio vacante in mẽse Iulio, nominatus non prosequitur,an illa collatio valeat? Videtur quod non,per l.si seruo.ff.qui & à quib.manu.liber.nõ fiant.vbi si quis dedit libertatem seruo alieno,licet postea succedat domino serui:non confirmatur illa libertas. Sed collatio facta non nominato, non debet confirmari tempore quo debebat nominato conferri.Secundò,nominationes concernunt præbendam nulli de iure debitam, sicut alia gratia.c.si postquam.de præben.in 6.interim ergo cum dubium est an nominatus velit acceptare, conferri non potuit non nominato, quia non erat sibi debitum beneficium, ex quo erat debitum qualificato.

Tertiò,facit c.si tibi absenti, de præb. in 6.vbi si collatio fiat absenti,ius quæritur ei,donec constet, quod non vult acceptare, & tamen si collatio interim fiat alteri, non valet, vt ibidem dicitur,ergo nec hic.

Quartò,facit c.quodam.illo tit.in 6.ibi prima enim collatio post & contra decretum interpositum facta,licet ab ignorantibus,etiam ignoranti,non obtinet firmitatem.

Quintò, collatio est actus legitimus, qui in pendenti non potest esse. regu. actus legitimi. de reg.iur.& ibi docto.c.2.de elect.& ibi gl.nam ecclesia,quæ est sine macula:diu vota sua eludi nõ est passa.l.2.C.de spons. Io. Monach. in d.c.2.de elect. in 6.sed si fiat collatio non nominato, incertum est & dubium,videlicet an primus requiret necne.ergo,&c.

Vltimò est text.in cle.vna. de conces.præb. & ibi doct. vbi dicitur quod collatio facta secundo intra mensem acceptandi non valet. facit l.1. §. quod ait prætor.2.ff.quorum lega.

Cõtrarium tenuit gl.in §. quòd si quis cuiuscunque.de coll.in pragm. in verbo eo ipso:& in verbo irritum. quam sequitur D. Auriolus in addit.ad Guillel.de monte Laudo.in c.si tibi absenti.de præb.in 6.& idem Brunel.in tract.de dignita.leg.conclu.19.in 5.declar.

*Collatio spreto patrono quando valeat.*

11 Quia collatio facta spreto patrono, licet sit nulla eo prosequẽte.c.decernimus.16.q.7.tamen si patronus non præsentet intra tẽpus à iure statutum, vel consentiat collationi, ea valebit.l.1.§. prodest.ff.quorum legat.Fel.in c.cum Bertoldus. col.5.de re iudi.de Selua in tracta. de benefi.in 1. parte.q.6.nu. 10. Latè Dom. Probus in addit.ad Ioan.Monachum.in c.statutum.de præb.in 6.qui contrariũ videntur tenere.& Do. Steph.Bertran. in consi.38. in 3.vol. Aegid.consil.10.in si.dubio. Bertachi.in tract.de episco.lib.4.parte 2.q.26.Tamen prima opinio seruata & approbata fuit sæpius in curia,vt valeat collatio intra tempus quo patronus poterat præsentare, si postea ipse non præsentet,vel inhabilẽ præsentauerit.& fuit conclusum & in mente curiæ retentum in processu moto inter Ioannem l'Espine appellantem à pręposito Paris.& Belangerium intimatum. *Arrestum.*

*Collatio ante deuolutionem an confirmetur.*

12 Secundò,si archiepiscopus contulerit beneficium vni antequam sit potestas ad eum deuoluta,facta deuolutione, non potest alteri conferre,sed illa collatio conualidatur,quando ad eum fuit deuoluta potestas.Panor.& Fel.in c. cum ex officij.col.pen. de præscr.per l.si rem alienam.2. ff.de pig.actio.hoc tamen non firmo,licet adducant ea quæ not.Barto.in l.cum vir.ff.de vsucap. vbi si quispiam vendiderit rem alienam ecclesię, & venditor succedat domino, statim transit vtile dominium in ecclesiam.ratio, quia ibi non requiritur traditio.l.fin.C.de sacrosan.eccles. & intererat venditoris contractum confirmari, cum ex suo contractu obligatus esset,&c.Imò fuit iudicatum in senatu Burdegalen. collationem primam tanquam nullam tractu temporis non ratificari,vt firmat D.Boer.in decis.Burdeg. quæst. 70.quæritur. *Arrestum.*

Tertiò facit quòd si pater legauerit seruum qui in peculio castrensi filij, & postea filius moritur, & ei pater succedit, antequam filius contradixerit, valebit legatum patris. l. seruum filij.1.respon.ff. de legat.1. facit l. proponebatur. §. idem. de castrens. pecu. Item si sit optio seruorum legata alicui, & antequam legatarius opter,

vnus

vnus seruus sit manumissus, si postea alius optatur, remanet ille liber. l. si cum optio. ff. de opt. leg. not. in c. fi. de cõsuet. in 6. facit l. seruus. C. de pac.

Quartò facit quod not. Ioan. Monachus in c. 2. de præb. in 6. vbi si ordinarius conferat beneficium intra mensem, quod fuit specialiter impetratum cum causula decreti, & inhibitionis tenet collatio, si impetrans sua non vtatur gratia, & si habẽs clausulam anteferri, ei renunciet, valebit collatio prius facta, quia eo repulso sublatum est impedimentum, quo ad primum. Ioan. And. in cap. penul. de conceß. præb. in 6. glossa in verbo irritum. in §. quòd si quis cuiuscunque. de colla. in pragma. Soci. consil. 117. in facto. in 3. volumine.

*Emphyteota priuatur iure si dominus uelit.*

13 Quintò, processus iudicis à quo non tenet, si appellans prosequutus fuerit appellationem: at si renunciauerit appellationi, tenet processus. ca. vt super. de appel. li. 6. & emphyteota priuati non soluens canonem intra triennium, priuatur iure suo, si dominus voluerit. l. 2. & ibi Ias. & omnes. C. de iure emphyt. Etiam testamentum in quo filius est præteritus, est nullum, si filius hoc velit & prosequatur. l. filio præterito. ff. de iniusto rupt.

Sextò, si infra decennium fiat executio, licet fieri non deberet, si postea non appelletur, remanet valida. gl. in c. venerabilibus. §. porrò. de senten. excom. li. 6. quam sequitur Fel. in c. quod ad consulationem. conclu. 5. de re iudic. facit l. obseruare. §. fi. ff. de offi. proconf.

Vltimò, extat regula cancel. Bonifacij octaui facta anno quinto sui pontificatus, vbi ordinauit, quòd si sint duo vel plures expectantes in eadem ecclesia, omnes possunt beneficium vacans intra mensem vigore gratiæ acceptare à die notitiæ vacationis beneficij: & sibi de illo prouideri facere, saluo iure prioritatis, scilicet quod ille qui est in iure, prior si acceptauerit, & sibi conferri fecerit, posterioribus in assecutione beneficij præferetur. & hanc regulam nõ viderat Card. qui contrarium tenet in c. dilectus. 2. num. 16. de præb. & vide respon. ad contraria in sequenti quæstio.

*Collatio facta secundo nominato, an ualeat non prosequenti primo.*

14 Decimò, dubitatur vacans beneficium in tempore assignato nominatis, episcopus confert secundo nominato, & tamen debebat conferre primo, & antiquiori, an valeat? Si antiquior non requirat, videtur quod non, quia actus gestus tempore incongruo tali incongruitate, quæ resistit substantiæ actus, est ipso iure nullus, etiam si superueniat temporis habilitas. l. 1. §. fi. & l. vnde. §. si quis. ff. de itinere actuque priuato, sed collatio facta secundo, est facta tempore incongruo, vtpote intra tempus quo poterat antiquior requirere beneficium, & acceptare. ergo collatio est nulla: & sic postquam est ab initio nulla, non potest tractu temporis conualescere. regula, non firmatur. de reg. iur. in 6.

Secundo, gesta pendente aliquo obstaculo, quod postea tollitur, non ex hoc redduntur valida: vnde sententia excommunicationis lata pendente appellatione valida, licet postea deseratur, non propterea redditur valida. cap. licet. de senten. excom. in 6. & tamen per desertionem fingitur appellans retro non appellasse, adeo quod damnatus furti, si appellationem non prosequatur, retro notatur infamia. l. furti. ff. de his qui notant. infa. Sic collatio facta secundo nominato pendente obstaculo primi, est nulla, nec validatur, licet ex postfacto appareat de non prosecutione antiquioris.

Tertiò, sicut hæreditas non conceditur ad tẽpus. l. hæreditas ex die. ff. de hæred. insti. sic nec beneficia. c. præcepta. 55. dist. c. si gratiosæ. de rescrip. in 6. sed si antiquior nominatus intra sex menses acceptet illud beneficium, & petat sibi conferri, collatio facta secundo reuocabitur. post quam ergo tenuit medio tempore, ad tẽpus fuit illi iuniori datum beneficium, quod est prohibitum, vt supra dixi. sequitur Card. consil. 105. super præmisso casu.

Contrarium tenetur, quia quotiens pluribus gradatim competit ius circa idẽ, altero nõ vtente valet, quod interim fit per alium. c. si qua. 12. q. 2. c. Lugdunen. 9. q. 2. cle. sæpe. de appel. l. proinde. ff. si cert. pet. igitur valebit collatio facta secundo, si primus non requirat, nec prosequatur, sicut reuocantur attenta post sententiam intra tempus appellandi, si aliquis appellet: secus si non appellet. c. non solum. de appel. in 6.

Secundò facit cap. si clericus. de præb. in 6. & quod not. Ioan. And. in c. penul. ibidem. vbi dicit quòd si habens clausulam anteferri, non velit ea vti, primus habebit præbendam, etiamsi primo derogaretur per illam clausulam, vt supra dixi. facit l. si iudex. ff. de minor. Anch. in cle. vna. q. 2. de conceß. præben.

Tertiò, facit quod dicit Roma. & alij in l. fi. C. qui admitti. vbi dicit qnòd si existens in secundo gradu properantius agnouerit bonorum possessionem intra tempus primi, si contingat primum repudiare, illa agnitio secundi valebit, acsi esset suis curriculis facta, per text. in l. 1. §. quibus. ff. de succeß. nam quando primus repudiat, fungitur, acsi ex eo numero non esset: ergo acceptatio secundi debet conualidari. & ita expresse tenet glo. in d. verbo irritum. de colla. in pragm. Et de mandatariis duobus loquuntur doct. in d. l. fi. sic consuluit Ias. consi. 104. circa quatuor. in 1. volum. Card. consil. 105. super. & Bertran. consil. 38. in 3. vol.

Quartò, quando quis remouetur alicuius contemplatione, illi debet acquiri, cuius contemplatione remouetur. l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. 1. l. post legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indign. l. 2. §. fi. de colla. bono. l. si legatarius. C. de lega. Ias. pulchrè in consil. 61. nobilis. col. penul. vers. confirmatur in 3. volum. Sed hoc in casu primus remouetur contemplatione secundi, qui prosecutus est ius suum, ergo illi acquiretur, si primus non fuerit prosecutus. Ias. d. consil. 104. circa. in fi. vol. 1. facit gl. pen. in ca. si. de consuet. in 6. & Bella mera in decisio. 468. si primus.

Nec obstant iura in contrarium adducta, quia loquuntur in casibus dissimilibus. nam hæ qualificationes sunt introductæ in fauorem nomi-

natorum, ergo illi fauori poterunt renunciare.l. penul.C.de pact.cap. ad apostolicam. de regula. nam clausula decreti apposita in d. §. si quis verò,intelligitur si nominatus ea vti velit.Innoc. in cap. 1. de concess. præb. in 6.glo.in d. verbo irritum. si ergo non vtatur, habetur ac si non esset qualificatus, & sic collatio secundò facta tenuit, quia sublatum est impedimentum quo ad ordinarium,ergo valebit sua collatio, nec requiretur noua collatio, postquàm secundus est exclusus. Vnde dicit Benedict.in repe.c.Raynutius.in verbo,in eodem testamento.1.nu.89.& seq. de testa. de episcopo, cui papa dederat facultatem acceptandi, & retinendi beneficia vacatura vsque ad certam summã in sua diœcesi, & vt ea posset retinere tanquam vnita mensæ suę episcopali propter reparationes, quas fecerat ibidem. prouiso tamen,quod intra sex menses, à die acceptationis annatam soluat camerę apostolicæ.aliàs tempore elapso dissoluta esset dicta vnio,& pro non facta habeatur. contigit quòd episcopus aliqua beneficia acceptauit, & eis pacificè gauisus fuit, in vita tamen minimè soluit annatam, an beneficia vacent per mortem episcopi, vel per priuationem factam,eo quòd non soluit annatam, & respondet per mortem vacare,cùm papa non declarauerat pœnam priuationis,quæ erat in fauorem suum introducta,per ea quæ notãtur in l.fi. C.de reuoc.dona. Nec obstat, quòd beneficium datum erat ad tempus secundo, quia non est verum.nam illud censetur esse perpetuum,quando potest esse perpetuum licet dubitetur an erit temporale,an perpetuum.l.sufficit.ff.de condit.indebit.glo.in d.c. si gratiosæ. vide Ioan. de Selua in tracta.de beneficio.in 3.parte.quæst.9.

*Omnia nomina an simul sex mẽsis habere debeant.*

15 Vndecimò quæro, plures sunt nominati. an omnes ad requirendum beneficium habeant simul sex menses, an verò primus nominatus sex, secundus alios sex menses,& sic deinceps?Respõde,quod tãtum dantur sex menses omnibus nominatis,& non singulis. quod probatur in clem. vna.de concess.præb.vbi quando sunt plures expectantes apostolici cum clausula acceptandi, omnes habent vnum mensem tantum.quod sequitur Ioan.And.in addi.ad Specul.rub. de concess.præb.vbi plenè disputat.& in ca. si pluribus. de præb.in 6.

Item omnes mandatarij vnum tantum habẽt mensem.Do.de Rota decis.323. nota. Paulus. in antiq.plenè Ancha.in cle.vna per illum text.q. 3. de concess.præb.Collecta.in c.cum nostris.in fi. de concess.præb.quod non procedit in Francia. ibi sex menses dantur mandatariis.

Item ad optandum dantur viginti dies, siue sint plures optare volentes,siue vnus.c.fi.de consuet.in 6.

Item consanguineis omnibus ad retrahẽdum datur annus, vel tempus à consuetudine taxatum,teste Domi.Boer.in §. 2.de consuet. retract. in consuet.Biturig.

Insuper annus, qui datur ad petendum tutorem pupillo,currit omnibus, qui ad succesionẽ pupilli vocantur.l.sciant.C.de legit.hæred.Lucas de penna in l.1.col.2.de agent.in rebus.libr. 12.& multa addidi ad dictam l.sciant.Et hoc est ratione diutinæ vacationis,quę esset,si cuilibet darentur sex menses,& esset valde periculosa.c. quanuis.de elect.in 6.Vide Card.consi.103.& seq.quia quilibet potest acceptare,si sibi iure debeatur, vt glo.vlt.in c.2.de rescript. in 6.scribit.

*Collatio facta non requisito primo collatore, an ualeat.*

16 Duodecimò quęro, aliquis nominatus habuit collationẽ à legato, de beneficio vacante in mense Iulio,vel altero mense deputato nominatis, non requisito tamen ordinario, qui ordinarius contulit nominato antiquiori, vel fortè alteri, vter præferri debeat? Respon. videtur quòd prouisus ab ordinario,quia postquam non apparebat de primo nominato, & potuit ordinarius conferre secundo nominato,ac si nullum habuisset qualificatum alium, quia de his quæ non sunt,& non apparent, idem est iudicium.l. duo sunt.ff.de testam.tute.ideo collatio facta à legato contra qualificationes, non valuit: ergo collatio facta ab ordinario tenuit.argumen.l. Pomponius.§. sed & his.ff. de procur.etiam si secundo nominato facta fuerit. nam potestas conferendi non erat deuoluta ad legatum, nulla facta requisitione ordinarij. & legatus in hoc Franciæ regno non habet præuentionem in istis beneficiis qualificatis. nam solam præuentionem sibi in his papa retinuit, vt patet in rubrica de mandat.apostoli. Receptus est enim saluis modificationibus regni: sed non essent saluæ, si sic conferret, nam indies conferret non qualificatis.ergo,&c.

Item valde diminueretur potestas ordinariorum. nam qualificati semper adirent legatum neglectis ordinariis, & sic confunderetur ordo, cum sua iurisdictio cuilibet non seruaretur, dicit. cap. peruenit. 11. q.1. & nunquam antiquiori prouideretur per legatum,sed primò venienti, & sic elusorium videretur concordatum.

*Legatus in mẽsibus graduatorum, an poßit gratificare.*

Item eodem tenore dubitari potest, an legatus posit in mensibus præstitutis graduatis gratificare? Videtur quòd non, quia contra ordinem concordatorum, & ipsorum mentem venire non potest,vt supra dixi q.8.& §.si quis.de col. sed veniret contra ordinem positum supra in §. si quis verò.ergo,&c.

Secundò,requisitio facienda est à primo antequam fiat deuolutio.d.§.si quis verò. & ante requisitionem primi non fit deuolutio,ergo collatio fieri non poterit per legatum.

Tertiò,collatoribus ordinariis datur gratificatio.§. statuimus.1. de collat. sed legatus non est collator ordinarius, ergo gratificare non poterit, quia eorum potestas licet sit ordinaria.cap.2. de offic.lega.in 6.tamen est extra ordinem inuenta. gloss.in clem.vltim.de offic.ordi.Multa ad hanc rem facientia tradit d.Renal.Chandonius, iuris vtriusque egregius doctor,in suo resp.de facultatibus legati.

Quartò,si legatus posset gratificare in his mensibus,semper prouideret suis,& pauperes graduati in suis studiis existentes nil haberent, & sic concordatum quo ad graduatos redderetur illusorium,quod non debet permittere senatus. arg. l.si prætor.ff.de iud.

Quintò,

Quintò, etiam ordinarij collatores priuarentur ista gratificatione, quæ est eis cõmodo, quia dicitur esse in fructu.gl.in c.cũ olim. de maior. & obed.in quãtum possunt prouidere suis graduatis idoneis:quod non facerent.

In contrariũ facit,quia legatus in regno Frãciæ potest cõferre beneficia regni saluis modificationibus, alioqui inanis ferè & friuola esset sua potestas,sed quãdo confert graduatis,debitè insinuatis,& gratificat,confert salutis regni modificationibus,ergo collatio valere debet.

*Legatus cõcurrit cum ordinario.* Secundò, legatus concurrit cum ordinario conferendo beneficia spectãtia ad collationem ordinariorum.cap.si à sede.de præbend.in 6.Intantum,quod dicit Pan.in c.fina.col.2. de confir. vtili. legatum in legatione sua concurrere cum quolibet ordinario suæ legationi, siue ille collator sit Archiepiscopus,siue Episcopus,siue Abbas,siue quicũque alius, ita quòd quicquid isti possunt in iurisdictionibus,tam ex iure cõmuni, quàm ex consuetudine, poterit & legatus.Ergo poterit concurrere conferendo qualificatis, & insequendo leges regni,quia non derogatur legato, nisi in qualificatione, ergo eam insequendo poterit conferre.Bertrand.consi.73. legatus.vol.1.secundùm no.impressionem.

Tertiò,cõcordata ista,videlicet,vt prouideatur graduatis, facta sunt in fauorem graduatorum & literatorum, vt dixi suprà. sed iste est fauor graduatorum regni, quòd eis conferatur, ergo iis poterit conferri etiam per legatum, & etiam est in fauorem regni,ne pecuniæ à regno extrahantur,& ne res nummaria (quibus veluti neruis respublica subnixa est) exhauriatur, vt suprà in procemio patet.

Quartò,quod non mutatur, cur stare prohibetur? l. sancimus. C.de testa.sed non mutatur in legato,nisi vt pręuentiones nõ faciat non graduatis, ergo vt faciat graduatis & qualificatis vel nominatis antiquioribus, videtur æquum, & iuri conforme, ergo & antiquiori nominato, & graduato ritè qualificato poterit conferre tam in mensibus nominatis præstitutis, quàm graduatis, & etiam ecclesias parochiales in villis muratis sitas qualificatis conferre poterit per supradicta. & quòd legatus possit conferre & gratificare graduato qualificato,iudicauit sacrũ regis magnum consilium pro magistro Petro de Polestron,contra Ioannem Pichon,& alios, anno 1540. die 17. Augusti. etiam si prius idem legatus contulisset non qualificato, vt sic fuit cõclusum 22.Februar.1537.in hoc Senatu, inter D.Gouy præsidem inquisitionũ camerę,& Ioãnem Girardum, & idem dictũ fuit eodem anno,die 7.Septembris,in causa præbendæ sanctæ Radegundis Pictauen. pro magistro Germano Cornuto, contra Tristandum Fretart, & quid in Papa,vide in §.statuimus 1.in glo.gratificare. de collat. in concord. Et an legatus facta requisitione primi collatoris, possit omisso medio conferre?dixi in §.si quis verò,in verbo,ad aliũ. de collatio.suprà. *Arresta.*

*Episcopus quid agere debeat quãdo duo nominati simul requirunt.* 17 Decimotertiò,quæro,duo nominati requirũt simul episcopum,is ipse ignorat vter sit antiquior,quid agere debeat? Resp.faciat sibi exhiberi literas nominationum ab vtrisque. Card. in c.mandatum. col.5.q.9.de rescript. vbi dicit, quòd si duo habent mandata de prouidendo eiusdem datæ,& petunt idem beneficium, tunc prouisores facta eis copia de iuribus vtriusque, consulent peritos,& conferent ius habenti, & si est dubium, parebunt mandatis vtriusque cum protestationibus.Imò possunt recipere ad præbendam vnum sine præiudicio alterius, & pro hoc facit c.cum cõtingat.de rescr.sic episcopus facta sibi exhibitione nominationum conferet antiquiori,tamen cum episcopus habeat exemplum omnium nominationum, nõ potest iure prætendere ignorantiam prioritatis, vel posterioritatis:posset tamen supradicta facere.vide tamen quæ dixi superius q.14.nu.82.

*Requisitio iunioris nominati prodest antiquiori.* 18 Decimoquartò, vacauit beneficium tẽpore nominatis præstituto, secũdò nominatus acceptauit, & requisiuit ordinarium, qui contulit non nominato, Papa alteri,demũ Archiepiscopus isti secundo nominato iure deuoluto. Primus nominatus requirit,& ei fit collatio per superiorẽ,quis habeat ius in beneficio? Resp. primus nominatus beneficio requisitionis secũdi nominati poterit venire, sicut filius in potestate beneficio filij præteriti admittitur. arg.l. filium. ff.de bon.poss.contra tab.l.3.§.planè.iuncta glo. ibidem. sicut insinuatio vnius aliquãdo prodest alteri.tex.in l.cũ quidam.§.simili. C.de iure dot. sic & requisitio.vide Auriol.in c.pen.de cõcess. præb.in 6.& ita fuit prolatũ(vt accepi)arrestum Parisiis,per l.si mater.in fi. C.de inof.test.Sic ergo in casu isto dicimus,quia postquã secundus nominatus requisiuerat, non poterat Papa (vt suprà dixi)pręuenire:ideo antiquior nominatus præfertur secũdo nominato, & secundo nominatus apostolico, ergo & primus nominatus pręferetur apostolico,per illam regulã,si vinco vincentẽ te,à fortiori vincam te.c.pe.de conces. præb.in 6.nam vincens,cui prima facta fuit collatio,succedit in ius victi.gl.in l.vsucapio. C.de pign.Refert & sequitur Soc.cõs.28. fuit quidã. nu.4.in 4.vol.& Iurisconsi.ait,cum ego te superaturus sum, multò magis aduersus te obtinere debeo.l.de accessionibus. ff.de diuer. & tempo. præscr. & idem si Papa vni cõtulerit sine derogatione indulti cardinaliũ, & postea cardinalis, demũ nominatus requirat,postquam secundus vincit apostolicũ,& graduatus secundum, ergo graduatus vincet apostolicum per prædicta: & idem si collatio primò fuerit à cardinali facta nõ graduato,& papa alteri, & graduatus vltimò veniens istis etiam pręferetur,vt in seq.dicetur.

Nec obstat quòd collatio prima est annullãda prosequẽte primo nominato, & sic collatio papæ valere debet:nam illud non est verũ,quia in fauorẽ antiquioris nominati est introductũ, vt non valeat prima collatio, & sic non debet retorqueri in eius odium. l. quod fauore. C.de legib.quod fieret si collatio papę valeret. Idem dicerem si primus nominatus inhabilis requireret, & postea aliquis nominatus à papa impetraret,deinde nominatus secundus habilis ab archi

archiepiscopo collationem obtineret, vt ista collatio secundo nominato facta valeat, per supradicta.

*Collatio inualida præuenit Papã.*

19 Decimoquintò, quæro, vacans beneficiũ in mẽse Ianuarij, episcopus cõtulit nõ nominato, Papa alteri, nominatus postea intra sex menses requirit, & obtinet iure deuoluto collationem, quænam istarũ valeat? Resp. collatio facta nominato est præferenda. per illam reg. si vinco vincẽtem te, à fortiori vincam te. in d. c. pen. de cõcess. præb. in 6. gl. in gl. in auth. licet. C. de natur. libe. Nam nominatus vincit primũ non graduatum, nec qualificatum, & primus vincit apostolicum, quia licet Papa possit præuenire, vt suprà dixi, in rub. de mand. apost. in gl. iure præuẽtionis, tamen hic non præuenit, quia collatio erat facta per ordinariũ non nominato, ergo Papa non potuit cõferre iure præuẽtionis, quia locus erat repletus, & ipse erat præuentus per ordinarium. Nam præuẽtio dicitur si fiat collatio ante Papam, vel Papa ante ordinariũ, vt est hîc, sicut fit præuentio per citationem. in l. si quis postea. ff. de iudi. c. proposuisti. & ibi plenè Soc. de foro compet. dico in rub. de mandatis apostolicis, in verbo, iure præuentionis. Itẽ quia collatio facta per ordinarium, erat valida respectu apostolici, sed ratione nominati erat nulla, quod potest esse, vt probatur in l. vir & vxor. ff. ad Velleian.

*Quando dicatur præuentio.*

*Collatio facta, & ab ordinario, & à Papa secundo nominato, valet facta ante collationem primi.*

Si tamen secundus nominatus vel graduatus obtineat collationẽ ab ordinario, & à Papa ante requisitionẽ primi nominati, non excludetur per antiquiorem nominatum postea veniẽtẽ, quia ius habet duplex, & duo vincula sunt vno fortiora. c. 1. de treug. & pace. dummodo vtranque collationem habuerit ante graduati vel nominati requisitionem.

Et quia ordinatio regia dicit isti nominato vel graduato requirẽti non fieri præiudiciũ per præuentionẽ, & sic nõ vult excludere, quòd iste requirẽs nõ possit præuenire, nẽpe quæ inducta sunt in fauorem illius, non debẽt in odiũ retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. Et ita fuit decisum in hoc Senatu, anno 1544. & in vigilia purificationis virginis Mariæ, pronunciatum. vide Boër. in decis. Burdeg. q. 308. vtrum quis, &c.

*Pupillus uel tutor an debeat præsentare.*

20 Decimosextò, quæro, vacante beneficio in mense graduatorum, tutor vult præsentare vnũ, eo quòd omnes fructus bonorũ pupilli ex cõsuetudine lucratur, pupillus alium, quid iuris? Duæ sunt quæstiones, prima, an tutor præsentare debeat, an pupillus. Secunda quæstio est, an stante cõsuetudine quòd tutor lucretur fructus bonorũ pupilli durãte tutela, possit idem tutor præsentare excluso pupillo. Ad primam cõcludit Pan. in c. fi. de concess. præb. quòd tutor præsentabit, si pupillus sit minor septẽ annis. Idem tenet Ioan. Andr. in c. ex eo. de elect. in 6. Panor. in c. 1. de iure patron.

Si verò pupillus sit maior infante, poterit præsentare pupillus. & si tutor & pupillus præsentãt diuersos, præfertur præsentatus à pupillo, per gl. in d. c. ex eo. Archid. in c. decernimus. 16. q. 7. tum quia pupillus potest facere conditionem suam meliorẽ sine tutore. instit. de auctor. tut. in princ. & quando est discordia inter tutorem & pupillum, quo ad illam non habetur pro tutore, quia sua res agitur, ideo datur curator. §. fin. instit. de auctor. tut. Feder. cons. 102. nobilis. De Rota decis. 321. in antiq. Cæsar Lambert. in tract. de iure patron. in 9. art. 2. q. princ. 1. partis. 2. lib. in fi. & art. seq.

Imò etiã poterit hic pupillus maior infante præsentare sine tutoris auctoritate. teste de Butr. cons. 29. visis puncto. in fi. Tum quòd pupillus sit dominus illius iuris patronatus. Tum etiam quia ille pupillus potest contrahere sponsalia. c. literas. & per totum. de despons. impub.

Item potest assumi ad beneficiũ simplex sine tutore. c. fin. eo tempore. de rescr. in 6. c. super inordinata. de præbend. Hoc tenet Roch. Curt. in tract. de iure patr. in verbo, competẽs. q. 3. & seq. vbi plenè videre licet.

Nec obstat c. ex eo. de elect. in 6. vbi nõ potest eligere, quia licet spõsalia cõtrahere possit, non tamen matrimonium. instit. de nup. in prin. sed per electionem contrahitur matrimonium spirituale. c. inter corporalia. de translat. episc. quod est in præsentatione secus. c. quod autem. in verbo, inchoatum. de iure patron. Paul. de Citad. in tract. de iure patr. in 6. parte, art. 3. q. 40.

*Stãte cõsuetudine quod tutor faciat fructus suos an possit præsentare.*

21 Quæro, stante consuetudine quod tutor faciat fructus suos durante tutela pupilli, vt est in consuet. Biturig. in §. 11. de consuetud. iuris & status persona. An tunc possit præsentare? Et videtur quòd non: quia creditor nõ potest præsentare. c. cum Bertholdus. de re iudi. etiam si faceret fructus suos, vt ibi Pan. & in c. contingit. col. 5. de dolo asserit.

Secundò, quia tutor nõ est verus patronus, & qui ecclesias obtinẽt sine patrono, eas restituere debent. c. ex insinuatione. de iure patron.

Tertiò, malæ fidei possessor, qui habet rei alienę conscientiam, non lucratur fructus. c. consultationibus. de iure patr. prout est in isto tutore, & not. in l. quemadmodum. C. de agricolis & censitis. lib. 11. Quartò, cõductor ad modicum tẽpus nõ potest præsentare. c. ex literis. de iu. pat. multò magis hic tutor, qui nil iuris habet, nisi regimen tantùm in bonis pupilli, & persona.

In contrarium videtur, quia quãdo quis lucratur fructus, sicut bonę fidei possessor, vt in d. c. cõsultationibus. & c. cum ecclesia. de cau. poss. tunc non tenetur ad restitutionem, sicut in hoc tutore dicitur. §. si quis à non domino. instit. de rerum diuisio. c. grauis. de restit. spoliat. & tunc poterit præsentare tutor, quia præsentare est fructus iuris patronatus. d. c. consultationibus. & d. c. cum Bertholdus. & c. ex literis. & præsentare dicitur fructus industrialis: quia requiritur industria hominis in eligendo idoneum. c. decernimus. 16. q. 7. & intra præstitutum tempus. c. 1. de iure patron. lib. 6. Paul. de Citad. in d. tract. de iure patro. in 6. parte. q. 38. art. 3. decis. Rotæ 268. collat. in nouis.

*Vxor relicta usufructuaria, an possit præsentare.*

22 Item nil vel parũ prodesset cõsuetudo volens, vt omnes fructus lucraretur tutor, nisi & eos haberet, cum etiam & vxor relicta vsufructuaria hos habeat, & potest præsentare, vt docet Paul.

Paul. Piccus in repet.l. Titia.§. Titia.q.39. ff.de leg.2. & Rochus vbi suprà q.28. ergo & hic tutor,licet contrarium teneat Io. Crotus in repet. l.frater.q.23.ff.de condict.indeb.

*Maritus præsentare potest ratione bonorũ quæ habet ab uxore.*

23 Itẽ ad maritũ spectat ius præsentandi,cum sit dominus rerũ dotalium. l.doce ancillam. C. de rei vend. & quia percipit fructus rei dotalis. c.per vestras.de donat.inter vir.& vxo.c.salubriter.de vsur. Pan. in d.c.si.de concess.præb.lib.6. Fel.in c.quoniam.in fi. de testib. Roch. Curtius in verbo,ipse vel is.q.28.& Io.Lupus in repet.c. per vestras. fol. 76. & 43.de donat. inter vir. & vxo.vide plenè Paul.de Leazar.in q.4.

Præterea, tutor est dominus bonorum pupilli.l.qui fundum.§.si tutor. ff.pro empto.& ex consuetudine lucratur fructus, ergo poterit præsentare,cum præsentatio in fructu consistat, vt suprà dixi.

Nec obstat, quòd ius patronatus sit quidam honor,& non fructus proportionabilis,vel cõmoditas, quam habere debeat tutor, quia cum consuetudo, loquatur generaliter de omni fructu, de isto etiam intelligi debet, cum transeat cum vniuersitate bonorum. d. ca. ex literis. quam habet tutor, & dicitur verus possessor, ergo faciet fructus suos,sicut maritus.

Nec obest de creditore,quia nõ facit fructus suos,sed extenuant sortem, & debẽt in sortem computari. c.1. & per totum,de vsur. c.illo vos. de pigno.sed ratione consuetudinis tutor facit fructus suos,ideo eos non tenetur restituere, & diuersus est à tutore creditor hic.

Nec refragatur quòd nõ sit verus patronus, imò respondeo esse verum quo ad hoc.nam inuenio possessorem bonorum posse præsentare, quando lucratur fructus.sic & iste tutor, vt d.c. consultationibus.& d.c.ex literis.& c.cum ecclesia sutrina.de causa possess.

Præterea nil facit, dum dicitur quod malæ fidei possessor non lucratur fructus, quia hic non potest dici malæ fidei,cum vigore consuetudinis faciat fructus suos.

Nec est æquiparatio bona de conductore ad modicũ tempus,ad istum tutorem: sed sicut ad longũ tẽpus cõductor præsentare potest, ita & hic tutor, vt in d.c.ex literis.Ex his cõcluditur, quòd tutor qui vigore consuetudinis,vt in nobilibus cõmuniter est cõsuetũ,lucratur fructus, poterit præsentare,& nõ pupillus. quod est notandum,quia fuit à me petitũ sæpius in Palatio, & sic respondi.cogitandum tamen relinquo.

Sed an præsentatus suã præsentationẽ ostendere teneatur? Dicebatur quòd non,postquam ostendit institutionem,quia non est verisimile, quòd episcopus instituisset nullo præsentante, imò verius contulisset pleno iure, per not.in c. authoritate.de institut. quod est verũ parti prætendenti habere ius ex impetratione, vel aliàs, quàm ex alia præsentatione patroni: nam si ex patroni præsentatione negantis se præsentasse, eo quòd sua interest,& non alterius,ob id ostẽdere tenebitur patrono, vel alteri instituto. per not.in auth.si quis in aliquo.C.de eden.nec dicitur pars tituli præsentatio: potest enim episcopus conferre sine præsentatione, & valebit collatio patrono non reclamante.c.illud.de iure patr.sicut dicitur de illo,qui dicit procuratorium esse falsum datum ad resignandum, nempe si is qui dicitur resignasse, opponat, & dicat falsum, debet produci, quia sua interest,secus si tertius hoc dicat,quia tunc tantùm sufficiet exhibere protocollum notarij, & non procuratorium,quod Romæ remansit, si tamen illud ostenderit,non tenetur notam & aliud originale producere, vt fuit dictum in Senatu prò Raudim, anno 1531.die 4. Decembris, contra Chiuard,qui dicebat se non resignasse.

*Originale procuratorium quãdo quis teneatur ostẽdere.*

*Arrestum.*

Decimoseptimò,quæro,vacante beneficio in mense nominatorũ,Episcopus confert non nominato, postea nominatus requirit, Episcopus recusat conferre,dicẽs se fecisse quod in se erat, nominatus requirit vicariũ existentem in vrbe, vbi erat Episcopus, qui vicarius ignarus collationis factæ ab Episcopo, confert nominato, postea aliquis impetrat à Papa, quis istorũ præferatur? Videtur quòd primus,quia in collationibus attenditur tẽpus datæ.c.eam te.de rescrip.

Imò videtur quòd apostolicus,quia Papa potest preuenire ordinarios,& cõferre.c.2.de preb. & hic videtur præuenisse, postquã collatio prima non valebat prosequente nominato.

Item nõ valebat secunda facta per vicarium, per l.pen.ff.de offi.proconsul. vbi procõsul deputatus ad regendam prouinciam, simulatque vrbem ingreditur, deponit imperium, propter Principis præsentiam & reuerentiam.facit c.volentes.& ibi gl.de offi.leg.gl.in §.visum.in verb. absentia. de collat. in prag.vbi propter præsentiam Episcopi vicarius non potest conferre,nec alios actus iurisdictionis facere. nam facta collatione per Episcopum, erat facta deuolutio ad superiorem. §. si quis verò.de collat. in concord.ergo non potuit vicarius conferre.

In cõtrarium tamen quod valeat collatio facta per vicarium,patet,quia vicarius authoritate concordatorũ confert, nam vicarij sunt executores concordatorum.§. teneantur.de collat. suprà.ergo bene conferendo poterunt supplere motã domini Episcopi: nam licet vicarius non possit expedire ea quę sunt iustitiæ,& necessitatis.Guil.de monte Laudu.in cle.vna.de offic.vicar.& doct.in c.fin.illo tit. in 6. sed ista collatio nominatis facienda est necessaria, ergo poterit per vicariũ episcopi fieri.glo.in §.visum.in verbo,vicario.de collat.in prag. item quia Episcopus poterat iterum conferre,vt suprà dixi.sic & eius vicarius.

Et huic sententiæ acquiesco. nec refragatur, quòd Episcopus conferendo videatur cum in hoc reuocare, quia esto sanè, licet reuocata sit ordinaria potestas,non tamen apostolica, postquam ergo vicarius authoritate apostolica cõfert,vt in d.§.teneantur.de collat.in concor. valebit sua collatio, habet enim in collatione istorum beneficiorum duplex ius,videlicet ordinarium & apostolicum,quod est notandum.

Idem putarem si ordinarius cõtulisset iuniori nominato, & vicarius antiquiori, vt collatio

tio antiquiori facta à vicario, valeat per prædicta, quia est eadem ratio, & sic eadem debet esse dispositio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Non refragatur quòd episcopus non potest. Resp. verũ esse, quia suo functus est officio, sed vicarius non, quia nemini contulit, igitur quia tanquam concordatorũ executor est superior suo episcopo. arg. c. cum aliquibus. de rescr. in 6. & sic cõferre poterit ad euitandũ tamen dubia, assumas semper à superiore collationem, & hoc erit tutius, vel à Papa signaturam, & bono signaberis iure.

Hæc quęstio in Palatio fuit mihi petita, & nil eius causa recepi, ideo eam cogitanda relinquo. Vide etiam de duplici acceptatione domini & procuratoris, vtra præsumatur præcesisse, per Rom. cons. 353. quo ad primum. in princ.

*Error in acceptatione an uitiet.*

25 Decimooctauò vidi dubitari, nominatus acceptauit beneficium, & requisiuit sibi conferri, dicens vacare per obitum Petri, & tamen vacabat per mortem Ioannis, an valeat illa acceptio? Videtur quod non, quia nõ valet impetratio, si hoc modo fiat, videlicet, quidam impetrauit beneficium vacans per mortem Ioannis, tamen vacabat per mortẽ Petri, etiam si apponeretur clausula, & quouis alio modo vacet, tamẽ non debetur impetranti, quando vacat per alteram personam, quàm expressam, non expresso vno modo vacandi, alius non venit. c. susceptũ. de rescr. in 6. nec expresso vno loco venit alius, vt si dicatur in Montepessulano obiit: nec vna persona expressa venit alia, quia mors vnius nõ est mors alterius, nec mors vno loco & tempore, est mors alio loco & tempore.

*De clausula quouis modo.*

26 Ideo illa clausula, quouis modo, concernit omnes modos, & vacationes, sed nõ qualitates modorũ. Rota decis. 27. fuit dubitatum. in addit. & decis. seq. in nou. quia sicut modus vacationis expressus, & locus, & tẽpus referũtur ad personam expressam. argu. not. in c. abbate sane. de re iud. in 6. ita & illa clausula, quouis modo vacet, refertur ad personã expressam, & nõ ad extrinsecã. l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. ff. de verb. oblig. de Bellame. decis. 610. licet palatium. arg. l. fi. §. 2. ff. de trit. vino & oleo leg. Bonif. in cle. vlt. col. 2. de sent. excõ. Card. cons. 30. in hac. col. 2. & istud seruatur ex stilo curiæ Roman. vt patet in Prouincial. fol. 54. Et ideo inuẽta est practica in curia Romana, ad tollendũ istã dubitationẽ, videlicet, vt in impetrationibus exprimatur, siue alio quouis modo vacet, vel ex alterius cuiuscunque persona, seu loco vel tempore, vel alio quocunq; genere vacationis. Pan. & alij in c. ex parte. col. 3. de cõcess. præb. Ita tradit Perus. in c. susceptum. col. 3. de rescr. in 6. glo. in §. visum. in verbo, aliàs quouis modo. de causis. in prag. Milius in verbo, gratia. §. secũdo. Rota decis. 12. incip. Papa. de præb. dixi in forma mand. apost. in glo. aliam quamcunque dispositionem.

*Practica curiæ Roma.*

Contrarium teneo, videlicet acceptationem nominati, vel graduati, quando constat de corpore beneficij, valere: quia falsa demonstratio, quando constat de corpore nõ vitiat. l. demonstratio. de cond. & demõst. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. §. si quis in nomine. instit. de legat. nam quãdo in corpus, quod traditur consentimus, in causis verò dissentimus, non animaduerto cur inefficax sit traditio. l. cum in corpus. ff. de acquir. rerum domi. & Domi. consil. 119. punctus, &c.

Hanc opinionem tenuit glo. in §. item quod ad dictas. in verbo, nominatorum. de collat. in prag. Rota in decis. 133. error. in not. & decis. 219. licet in not. & decis. 407. si expectãs. in eisdem. & decis. 97. not. quòd. c. susceptum. in antiq. & decis. 413. not. impetrans. & decis. 582. quidam. in eisdem. Fel. in c. significante. col. 1. de rescript. vbi licet videre limitationes, idem tenuit Nicol. Milius, in verbo, beneficium. §. 62.

Non obstant suprà allegata, quia loquuntur in prouisione, secus in acceptatione, quæ non est nisi quædam voluntatis declaratio, & tendit ad executionem gratiæ. Ideo non mirum, si erretur in modo vacationis, quod non impediatur acceptatio, dummodo sequatur postea vera & effectualis prouisio. quæ dat ius. cap. si tibi. de præben. in 6. decis. Rotæ 219. licet impetrans, in nouis. Alioqui si nulla fieret collatio, acceptatio nõ afferret fructum per reg. primam. de reg. iur. in 6. præsertim quando nominatus acceptaret beneficium in certo loco constitutũ, vtpote beneficium vacans in tali ciuitate, vel in tali loco, sic nuncupatum: tunc quia satis constat de corpore beneficij acceptati, cum nullum aliud ibidem vacauerit, dicetur certum, & valebit collatio, per l. certum. ff. si cert. pet. Ioan Monach. in c. si tibi absenti. de præb. in 6. declara. vt per Fel. in d. c. significante. Quanuis Probus in d. glos. nominatorum, dicat me aliud hic scripsisse, tamen si me intellexisset, hoc non scripsisset. quid si in vno die fuerit erratum, vide Calder. consil. 1. rubr. de fide instrum.

27 Decimononò, quæro an teneatur nominatus probare titulũ sui pręde cessoris. Resp. nõ, sed sufficit quod probet illum prædecessorẽ in possessione beneficij decessisse, & quod in vita reputabatur verus beneficiatus. & erat possessor beneficij pacificus. aliàs secus. Pan. & alij in c. illud. de præsumpt. Chassa. decis. 2. & seq. de caus. possess. abundantius suprà dixi. Pan. & Fel. in c. cum venerabilis. de except. allego tex. vltra eos, in cle. 1. vt lite pẽd. vbi Imol. not. quòd ex possessione pręsumitur titulus, nedũ in fauorẽ possessoris, sed & tertij. possessor enim præsumitur dominus. l. fi. C. de rei vend. Feder. cons. 13. clericus. col. 2. vbi pulchrè tradit. illum videto, & glos. in verbo, inquirant. de pacif. poss. in prag. Lappus allegat. 89. in Dei nomine, &c. col. 7. versic. sed quicquid sit. & aliàs fuit in Senatu decisum.

*Nominatus titulum sui prædecessoris probare nõ tenetur.*

28 Vigesimò quæro, quid si nominatus vel graduatus requirat collatorẽ, vt sibi cõferat beneficiũ in præstitutis vacãs mensibus, opponẽdo se ne alteri conferat, vel appellando, an non obstãte oppositione posit collator alteri conferre? Respon. quod sic, quia Episcopus nõ debet priuari sua possessione conferendi propter oppositionem nominati vel graduati, sicut nec lite pẽdente. c. 1. vt lite pendente. nec etiã appellatio extraiudicialis impedit potestatem ordinarij

*Nominatus an posit se opponere vel appellare ne episcopus conferat.*

narij collatoris,vt tenet gl.in cap.non solum,de appel.in 6.docto.in cap.bonæ. illo tit. Expressè Panorm.in c.penul.colum.2.in gloss.1. de causa poss.vbi tenet quod si canonici appellarent ne episcopus conferret,non tenetur episcopus supersedere, quia appellatio non tollit effectum possessionis,vt not.in c.fi.de supplen.neg. præl. vide Pano.& alios in c.significauerunt.de exce. & maximè D.Paris.in 4.not.

29 Et notandum est quòd licet in beneficialibus appellatio deuoluat ad superiorem potestatem cognoscendi, & retractandi grauamen, & irritandi attenta, tamen nunquam deuoluit potestatem eligendi vel conferendi,etiam si pronũtiaret appellationem legitimam.not.Io.And. in c.cum M.de constitu.Inno.in c.dudum 2. de elect.prout refert eos Perus.in c.bonæ.nu.32.cũ seq.de appel. vbi licet videre.fusius dicam in tract.de appel.in consti.reg.3.tomo.

30 Item curia Romana non solet concedere literas facta collatione contra episcopum qui contulit,quia functus est officio suo,sed contra eum cui collatio facta est.sic not.Collecta. in c. pastoralis.in prin.de iure patro.

*Legatus an primo uenienti cõferre debeat et dispensare.*

Vltimò,quid si legatus resignationem factã in mẽsibus graduatis & nominatis,vel aliis, admittere nolit,vtpote quia est episcopus, & suos habet nominatos propicios, quibus vult proui dere:si vacet per mortem,vel habet famulos nominatos & graduatos,quibus vult conferre,vel aliis,vel non vult dispensare regulæ de viginti, vt per mortem suis conferat, quomodo sucurretur.gl.in §.quod si quis, in verbo pontificem. de collatio.in prag.dicit, quòd nominatus obtinebit collationem iure deuoluto tacita quali ficatione,dicendo quòd beneficium tanto tempore vacauit, quòd eius collatio est ad sedem apostolicam deuoluta, vel quòd collator male procedit,aut incapaci, & tunc valebit collatio, sed loquitur in papa,nihil dicit de legato, ideo ego dicerem ex æquitate beneficium esse affectum deferenti resignationem, ita quòd si legatus nolit admittere resignationem, vel derogare regulæ, quòd is facta diligentia de habendo collationem ab eodem,poterit postea ire ad papam.& ista collatio papæ, licet sit vltima, quia forte is,cuius resignationem deferebat, interim sit mortuus,tamen eo quia erat affectum primo deferenti resignationem,ideo alteri non potuit conferri,hoc probo sequentibus rationibus.

Primò,vt obuietur fraudibus & malitiis,quibus maximè est obuiandum.l.in fraudem.ff. de rei vend.c.sedes.de rescr.Et maximè debet obuiare sacratissimus senatus qui abusus reformat in hoc regno,adeo malitiis obuiant iura,vt aduersus malitiam possit quis se defendere etiã cum calumnia.glos.sing.in c. cupientes. in verbo malignantium. de elect.in 6. text. in l. cum pater.§.Titio ibi,nec dolo videtur fecisse,cũ fraudem excluserit.ff.de leg.2. Imò si decẽ mutuasti,quæ tibi secreto restitui iterũ petis,potero iurare me nihil habuisse, quin soluerim. teste de Butrio. in cap. 1. de mutuis petit.multa adducit Hippo.sing.177.malitiis, multò fortius poterit

*Iurare an possit se nõ habuisse, si quis restituit pecuniam.*

suprema curia illis malitiis legati obuiare.

Secundò, videtur legatus quasi contrahere, quia recipiendo legationem & iuramentum in Francia, videtur promittere se executurũ suam potestatem,ergo tenetur ex quasi contractu expedire,quod promisit.arg.l.vnicæ.ibi promissa restituant.C.de suffra.& bonum esset, quando in Francia legati recipiuntur,quod sub ista modificatione reciperentur, videlicet vt omnibus & primò venientibus conferant habilibus, & quòd illud iurarent,aliàs suis reseruabunt.

*Legatus in Frãcia quasi contrahit.*

Tertiò,aliàs daretur materia delinquendi, & resignandi omnia beneficia regni, contra titulũ de reseruat.quas reseruationes Galli tam exosas habent,vt nullam velint, non in corpore iuris clausam admittere:sed si ista paterentur, legatus conferret omnia beneficia viuentium ad eum suis consanguineis & famulis,quæ res est pessimi exempli.

Quintò,multi ad inopiam venirent, qui ad eum magno sumptu currerent, & ipse postea reseruaret illud beneficium, & diceret, Dum tu sectaris apros,ego retia seruo, interest reipublicæ vt subiecti sint locupletes. §.fi. instit. quibus manumittere licet vel non.

Quintò, interest etiam reipublicæ ne quis re sua malè vtatur, vt ibidem scribitur, sed legatus sic faciendo malè vteretur potestate sibi data,ergo senatus debet reseruare, alioqui paruus abusus in principio erit maximus in fine, si non extirpetur antequam alij sic vtantur.

*Abusus legati curia reformat.*

Sexto, prohibentur prælati ad quæstum trahere suam prælaturam.c.irrefragabilis.§. prouideant.de offic. ord. Et super his vidi prouidere per metuendissimum senatum, sic etiam poterit super aliis abusibus legati,alioqui omnia beneficia regni ad quæstum famulorum legati trahentur.

Septimò,constitutio reformatur quando infert grauamen notorium suis subditis. cap. fi. de reb.eccl.non alie.c.cum omnes.de consti.sed ista gesta per legatum inferunt notabile grauamen subditis,ergo sunt reuocanda, nam in bonis beneficiis semper datarius diceret prouidisse,licet non esset prouisum.

Octauo,turbaretur status vniuersalis Frãciç, quia nullus extra famulos legati posset habere beneficia in legatione, & quando turbatur status vniuersalis potest etiam summus pontifex reformari, à fortiori & legatus, & quòd summus pontifex posset,glo.est ab omnibus approbata,in c.proposuit.de concess.præb. & in cap.si papa.40.dist.

Nonò,legatus cõtrarium faciens venit contra mentem papæ,qui eum commisit:nam papa constituit legatum ad conferendum beneficia legationis non expressis personis. igitur noluit quod ipse reseruaret suis famulis.

Decimò, acceptationem in Euangelio prohibitam,& in c.nouit.de iud.papa approbare noluit,ergo voluit vt beneficia petentibus idoneis conferrentur,& ideo putarem dicendum,quòd si legatus nollet conferre primo requirenti, vel regulæ de viginti derogare videtur illud bene-

*Cautela pro petentibus collationem à legato qui recusauit.*

ficiũ sibi reseruare,vel suis,& quasi contractum frangere,nam sic receptus censetur in Francia, ob id si post requisitionem beneficia per legatũ cõferantur famulis suis,vel eodem die pręsumitur facta potius requisitio,& illa collatio annullabitur,& is qui primo requisiuit à legato,cui legatus conferre recusauit, si postea obtineat à papa collationem, præferri debet etiam primo prouiso per legatum per supradicta. &alia quæ dum operæpretium fuerit adducam.

*Resignationes recipere non est mera gratia, et peccat prælatus interdum si non dispensat.*

Dicet quis,non prouidebitur famulis legatorum,nec consanguineis, cui respondeo melius esse non prouidere,quàm si eisdẽ ex rapto, vel cum pręiudicio alterius prouideretur,quod fieret, si supradicta sustinerentur. Nec refragatur quod non tenetur quis facere gratiam,nam nõ est mera gratia resignationes recipere.c.vno.de rerum permu. in 6. imò causa existente peccat prælatus non dispensando,licet subditi non habeant ius cogendi.arg.2.q.5.c. quãto. ita expressè tenet Siluester in verbo dispensatio.q.1.gl. in c.domino.50.dist. Barb.cons.40.col.3.in 4. vol. Perus.in c.licet.3.not.de elec.in 6.alia non scribo,ne excitem crabrones.

*Decimaoctaua quæstio principalis.*

*Collationes beneficiorũ uacantiũ tẽporibus nominatis & graduatis præstitutis factæ alijs extra eosdẽ an ualeant.*

1 DEcimooctauo, principaliter quæritur, an collationes beneficiorum vacãtium temporibus nominatis & graduatis præstitutis factæ aliis extra eosdem valeant?tex.in §.si quis verò cuiuscunque.de coll.in concor.dicit quòd non valẽt ipso iure collationes, prouisiones vel dispositiones illorum, sed ad immediatum superiorem deuoluuntur, qui eisdẽ personis modo præmisso qualificatis prouidere tenetur. vt ibidem patet,& dixi supra 8.q.prin.versi.7.quęro.& si ille superior contrauenerit,ad alium superiorem fit deuolutio,donec ad sedem apostolicam fiat.

*A patrono ad instituẽtem fit deuolutio.*

2 Et si patronus ecclesiasticus cui directę sunt nominationes, præsentet non nominatum, ad instituentem deuoluitur ius instituendi, siue sit diœcesanus, siue alius qui tenebitur instituere nominatum.tex.& gl.sing.in cle.1. in verbo dispositionem. de supplen. negl. præl. quam sing. dicit Card.& Pan.ibi,& Pan.in c. 1.num. 10. de elect.& c.2. de concess. præb. Roch. Curtius in trac.de iure patr.in verbo honorificum.q.33. gl. in reg.cancel.40.ratio est, quia quando lex vel statutum aliquid requirit ad actum, & vlterius procedit annullando, illud censetur esse traditum pro forma, adeò quòd actus est nullus ex defectu eius quod requiritur ad actũ. Bal.Imo. & Alex.in l.1.ff.de lib. & posth. Bal. & Sali. per illũ tex.in l.statutis.C.de sent.ex libel.recit. Alb. Brunus in tract. de forma & solẽnitate act. rub. quid & quando aliquid censeatur esse traditum pro forma.in prin.

*Deuolutio ad quẽ fiat in exẽptis.*

3 Primò, amplia siue fuerit collator exẽptus, siue nõ,quia semper fiet deuolutio ad immediatũ superiorẽ,& non valebit prouisio.d.§.si quis verò.& probatur in cle.vna. de suppl.negligen. præl.& collator immediatus exemptorum quis dicatur,vide quæ dixi in gloss.vlt.§.si quis verò cuiuscunque.de colla.in concord.

*Collatio facta alteri quàm nominato etiã in tempore nõ præstituto, non ualet.*

4 Secũdò,amplia etiam si beneficiũ conferret in mẽse non deputato nominato,vel graduato, quia postquã beneficiũ vacauit in tempore eisdem pręstituto,aliis nõ potuit cõferri,etiam tẽpore permisso.arg.l.quod spõsæ.C.de dona.ante nupt.& quia res transit cum sua causa,& onere suo, vulgatis iuribus. l. alienatio. ff. de contrah.empt.cap.cum non sit.de deci.

5 Fallit in casibus traditis supra in 15. q. quia postquam in nominationibus non comprehenduntur,ideo collatio alteri facta valet.

*Papa iure præuẽtionis confert.*

6 Vlterius fallit,quãdo fieret collatio per papam.nam ipse sibi hoc retinuit,in tit. de mãdat. apost.ideo iure præuẽtionis in præstitutis mẽsibus vacãtia cõfert etiam aliis quàm nominatis, vel graduatis.gl.in §.item ꝙ omnia.in verbo scilicet.de colla.in prag.quæ idem dicit in legato, quã opinionem tãdiu secutus sum,quandiu cõtrariũ verius viderim. & si potuisset procedere tempore prag.nõ tamen hoc tẽpore, tum quia cõcordata ligarent Rom.põtificẽ,nec fortè potuisset præuenire alios nisi sibi retinuisset, cum contractus vim habeant, vt patet in proœmio concord. & contractus ligant etiam papam, & principes,imò Deũ ipsum,vt est tex.& ibi Barb. post alios in c.1.de prob.& dixi in præf.ad rub. de coll. tum etiã quia legatus est receptus modificationibus regni saluis, vt patet in sua receptione. ergo legibus regni derogare nõ potest, nec parlamenta admitterent,vt concordatis derogaret:& sic nõ potest iure præuentionis non qualificato conferre saltem iure,restringe quando papa cõferret beneficium post requisitionẽ nominati seu graduati,cũ eisdẽ cẽseatur affectũ.

7 Et papa iuri iam quæsito non videtur velle derogare.c.quãuis.& c.tibi. de rescr.in 6. & etiã quia non dicitur præuenisse,& non confert nisi iure pręuentionis.d.rub.de mãdat.apost.& concursus.vide in rub. *des preuentions apostoliques* in ordina.reg.& sic debent iudicare iudices regni seculares.Idem de clausula,dũmodo alteri non sit ius quæsitum,vt non tollat ius ex acceptatione prætensum.Rota decis.244.in not.Feli.in c. nostra.correl.18.& c.capitulum.de rescr.

*De clausula de uerisimili notitia quãdo ei derogare possit.*

8 Intellige valere collationem papæ iure pręuentionis, quando erat verisimile quòd impetrans potuit à die mortis vel resignationis accessisse ad papã,aliàs non, vt regula cãcella. 28. & dixi in 6. declarantes. rub.de mãdat. apost.in verbo iure præuentionis. nec admittitur derogatio illius regulæ etiam à papa in Francia, vt aliàs fuit conclusum, & in mente curiæ retentum, vt dicitur tempore legati de Ambasia. die vltim.Aprilis,an. 1513. nisi in vim resignationis Romam iuisset,quia tunc sufficit tẽpus esse verisimile à die resignationis, regulæ derogando: secus si nulla sit resignatio, quia tũc à die mortis cõputabitur,& derogatio nil faciet quo minus tempus debeat esse verisimile à die mortis ad collationem papæ,quod est notandum.

*Nominatus potest beneficium uacãs dimittere.*

9 Fallit, quãdo nominatus nollet vti sua nominatione, vtpote quia beneficium est tenue, & contemnit illud acceptare,tũc collatio alteri, non

non nominato vel graduato facta tenet, glo. in §. quod si quis cuiuscunque. in verbo irritum. de collat. in prag. priuilegio enim in fauorem suum introducto potest renunciare. cap. si diligenti. de foro compet. l. pen. C. de pact. intelligitur enim beneficium esse nominato affectũ, si is ipse velit. §. fin. ibi, nominatis illa prosequentibus. de collat. in concord. & ibi dixi. & in ordina. regiis. rub. *des graduez simples*, art. 14. gl. in §. ordinarij. in verbo, alio. de collat. in prag. Dom. Auriol. in c. si tibi absenti. de præb. lib. 6. inuito enim non datur beneficium. l. inuito. ff. de reg. iur. potest renunciare beneficio iam acquisito. c. admonet. c. quod in dubiis, de renunciat. Fortius & acquirendo. cle. gratiæ. de rescri. de Selua in tract. de benefic. q. 48. partis 3. sic valebit collatio beneficij facta primo, quando secundus habens clausulam anteferri renunciauerit ante collationem factam primo. Ioan. Andr. in c. statutum. de præb. in 6. in not. & in c. pen. de concess. præb. eod. lib. glos. in §. cui rei. in verbo, antelationem. de collat. in prag.

*Translatus an sit à primo monasterio absolutus*

10 Item, si Papa trãstulerit Episcopũ absentẽ, & absoluat eundẽ à vinculo priori, tamen non vacat prior ecclesia, si translatus nolit, quia illa absolutio non est pura, sed conditionalis, si translatus cõsenserit. Io. Monach. in c. in generali. col. pen. de elect. in 6. vbi dicit semper intelligendam conditionẽ si placuerit, seu voluerit, per c. si tibi absenti. de præb. in 6. facit l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de legat. 1. l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere. de reg. iur. sic expressè tenet Dec. in c. cum in cunctis. §. cum verò. col. 2. de elect.

11 Vlterius, fallit quando nominatus esset inhabilis, & indignus, de quibus satis superque dixi in tract. de pacific. poss. in 4. limit. vbi enumeraui triginta personas inhabiles.

12 Fallit etiã quãdo non haberet qualitatem requisitam in beneficio, vt in c. ei cui. de præb. in 6. & dixi suprà. Et an cum non habente eam qualitatẽ possit fieri permutatio, vide gl. in verbo, alio. §. ordinariis. de collat. in prag. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte q. 54. & quę scripsi in §. statuimus. 2. de collat. in concord.

13 Item fallit quando prouisio fieret vigore mandati de prouidendo, quia mandatarij præferuntur nominatis, ideo collatio eisdem facta, valet. rub. de mand. apost. §. 1. vbi dicitur procedere quando mandatarij prosequebantur sua mandata, alioqui contra.

14 Præterea limitatur quando nullus nominatorum eo anno insinuasset, tunc collatio alteri facta valet. §. teneãtur. versic. & si collatoribus. de collatio. in concord. nisi esset ecclesia parochialis in ciuitate, vel in villa murata, vt superius in 16. quæst. dixi.

*Decimanona quæstio principalis.*

*Quibus pœnis collatores nominatis non conferentes afficiantur.*

1 DEcimononò, principaliter quæritur, Quomodo puniantur collatores alteri quàm nominato vel graduato cõferentes beneficia tẽporibus eisdem assignatis vacantia? Resp. Primò, collatio est nulla, vt suprà dixi. & quãdo annullatur actus in odium personæ faciẽtis contra præceptum sibi factũ, dicitur pœna. c. si religiosus. de elect. in 6. tex. iuncta gl. in c. decet. de immu. eccle. in 6. gl. & ibi doct. in c. 2. de cõsti. Bal. & alij in l. nõ dubium. C. de legib. Perus. & alij in cap. fi. col. 1. & seq. de elect. in 6. Maleret. in tract. de elect. fo. 52. col. 2. vers. vtrũ nullitas actus. Ias. & alij in l. non dubium. C. de legi. Soc. cons. 112. quod collatio. in 3. vol. dixi in glo. nullitatis pœnam. in §. monemus. de collat. in concord.

*Conferens euicto beneficio tenetur prouidere ei à quo est euictum.*

2 Secundò, quia remoto beneficio à non nominato cui collatum erat in mensibus assignatis qualificatis, tenebitur is, qui contulit, eidem prouidere de alio, per text. sing. in c. inter cætera. in fi. de præbend. Auffre. in decisio. Tholos. quæst. 71. si Titius. & Ias. in l. si domus. §. de euictione. col. 3. ff. de lega. 1. vbi dicit esse casum mirabilem, in quo donator tenetur de euictione, licet regulariter contra, vt in l. Aristo. ff. de donat. nam vulgò dicitur, equi donati dentes respicere noli. l. ad res donatas. ff. de ædilit. edict. glo. in cle. 2. in verbo, gratiosè. de censib. Ias. in l. quoties. nu. 13. C. de rei vendic.

*Ignorãs non delinquit.*

3 Intellige nisi Episcopus ignorasset, vtpote, quia insinuatio eidem facta nõ fuisset, sed prædecessori, vel vicario in Episcopi absentia, quia tunc nõ teneretur Episcopus prouidere illi, cui contulerat beneficio euicto. Panor. & Imol. d. c. inter. glo. not. in §. statuit. in verbo, inane. de collat. in prag. quia cessaret fraus, quãdo esset ignorans, & scientiam, & non ignorantiam volumus obligari. l. generali. C. de tabulariis. li. 10. & ignorans non delinquit. glo. not. in Lex maleficiis. ff. de actio. & oblig. in verbo, ignorãs. quam aureã not. Bal. in l. 1. C. qui accu. nõ poss. vt refert Ias. in l. si mora. col. 6. ff. solut. matr. & Dec. in c. 2. de except. Barb. consil. 51. illud. col. 2. in 3. vol. & cõsil. 51. illud. col. 1. in 4. volu. ac consil. 62. Paulus. col. 7. ibidem. & consil. 74. scripsit. col. 7. & consil. seq. col. pen. & cons. 77. col. pen. ibidem.

4 Fallit quando ignorantia esset crassa, quia tunc paria sunt scire, vel scire debere. l. quod te. ff. si cert. petat. & semper collatores allegarent ignorantiam: hodie, quia tot sunt nominati & vbique, vt ignorare non possint se habere: nam vulgò dicitur: Gargara quot segetes, tot templum nominatos, atque indoctos doctis prætulit hîc. similis adhuc posset Episcopus ignorare insinuationem factam, quæ etiam vix excusaret eum, & caueat ab ignorantia affectata. cap. 2. de temp. ordinan. in 6.

*Collator de prouentibus tenetur nominato prouidere.*

5 Tertiò, tenetur collator alteri quàm nominato conferẽs beneficia eidem debita, prouidere in singulos annos illi de suis prouẽtibus, donec de beneficio nominato prouideat. cap. dilectus filius. in 1. & 2. de præben. & hoc est iustũ & rationabile vt puniatur in quo deliquit. cap. postulastis, vbi dixi de clerico excom. ministrante. vide latè Feder. consil. 290. quia in parte. in fi. & doct. in d. c. electus. in 2. q. 8. & postquã malitiose idoneum recusauit admittere. tex. in c. pastoralis. in fi. de iure patro. & ibi gl. & doct. tradunt quando præsumatur malitia in Episcopo recusante nominatũ idoneũ, quod vix posset obti-

neri, cum prosequente nominato collatio sit nulla, vt superius dixi. & vide Siluest. de Prierio in sua summa. in verbo, beneficium, in 2. q. 8.

6 Quartò, priuatur potestate conferendi per octo menses, quos liberos ad collationem habebat, §. fi. de collat. in concord. dixi fusius in 4. not. in repet. d. c. postulastis, & in d. §. fin.

*Stellionatus crimine tenetur collator.*

7 Quintò, qui sine causa noluit implere mādatum Papæ, in præiudicium impetrantis, crimine stellionatus tenetur. l. 1. ff. de crimi. stellio. & l. 1. de pign. act. & accusationem criminalem, vel denunciationem ciuilem prosequitur impetrans. Innocen. & alij in d. c. dilectus. 2. in fi. quia pro hoc crimine non est expressa pœna in iure canonico, licet possit ampliari pœna. c. nulli. de reb. eccles. non alien. l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosanct. eccl. ideo relinquetur arbitrio iudicis. l. 1. ff. de effract. declaratur in cōcor. rub. de pœna temerè venien. contra concor.

*De indignationē Papæ incurrente.*

8 Sextò, indignationem summi Pōtificis incurrit, vt patet in concor. rub. de conclusio. Lateran. concilij. in fi. & in aliis plurib. locis, & qui Principis incurrit indignationem, debet feudo quod ab eo tenet, priuari. gl. in §. porrò. vers. sed si delator. in verbo, perdet. quę fuit prima causa beneficij amitten. & ibi Bal. dicit, quòd qui incurrit indignationem Papæ, meretur priuari beneficiis ecclesiasticis. quem sequitur ibidem Aluaro. Idem tenet Bal. ibi, & Io. Baptista in repet. l. cunctos populos. C. de summa trin. Fel. in c. veniens. col 1. de præscrip. Soc. consil. 87. visis inuestitura. col. 3. in 3. vol. tex. in §. item qui dominum. quę fuit prima causa beneficij amittendi. l. 2. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10. clem. fin. de celebra. missa. Iacobus in tract. de feud. in verb. dictique vassalli. in 13. causa. Dom. Ioan. Sainson in consuetu. Turonen. rubr. *des amendes*, artic. 2. vbi extendit ad murmurantes contra indulgentias. ideo hîc non conferēdo nominato vel graduato tempore eis præstituto, collator incurrit indignationem tam Papæ quàm Regis, ergo & beneficiis debet priuari, & feudo spectante ad Regem, licet Bart. in extrauag. qui sint rebelles. in fi. dicat se huius clausulæ, indignationem se, &c. nullum effectum inuenire, quem sequitur Ias. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. not. tamen quæ suprà dixi, est etiam excommunicatus qui non seruat constitutiones Papæ. cap. generali. 25. quæst. 1.

*Periuri an sint infames.*

9 Septimò, sunt periuri. nam veniunt contra iuramentum quo seruare cōstitutiones & præcepta Rom. Pontificis promiserunt. c. ego N. de iureiur. & ibi Fel. col. 3. & periurus est infamis. l. si quis maior. C. de transact. gl. tamē distinguit in l. Lucius. ff. de his qui notan. infam. Bald. in marga. in verbo, infamis. q. 11. Bart. & alij in l. quotiens. C. de dignitat. lib. 12. Paul. in l. iusiurādum quod. §. fin. ff. de iureiur. Domi. & alij in c. generali. de electio. in 6. tex. expressus in c. infames. 6. q. 1. qui sic loquitur, Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt. facit text. in c. si autem. 11. q. 3. cuius verba sunt, si autem nobis Episcopis non obedierint omnes presbyteri, & reliqui clerici tam maioris ordinis, quàm minoris, atque reliqui populi, non solùm infames, sed etiam extorres à regno Dei, & consortio fidelium, & à liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt. Barb. in rub. de iureiur. in cle. col. 5. & propter periurium clericus saltem est suo priuandus beneficio. text. in c. 2. de rescript. c. querelam. de iureiur. sic & collatores qui beneficia nominatis & graduatis debita non conferunt. dixi in tracta. de pacific. possess. in 4. limit. versic. 23. periurus, &c.

*Nō obtēperās mādatis Papæ uel Regis, quomodo puniatur.*

10 Octauò, peccant mortaliter, quia non obtemperant mandatis Papæ, nec Regis, & dicitur ad Rom. 13. c. Qui autem resistūt ipsis, sibi damnationem acquirunt. c. qui resistit. 11. q. 3. c. quod præcipitur. 14. q. 1. Summa Angel. in verbo, lex. §. 3. & ibi Siluest. q. 8. Panor. & alij latè in c. nam concupiscentiam. de constit. Asten. in sua summa. tit. 20. rub. de partib. iustit. artic. vlt. gl. in c. 2. de constit. in 6. Pan. & alij in c. clerici officia. de vita & honest. cler. & c. nulli phas sit sine status sui periculo, vel diuinas cōstitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temerare. 25. quæst. 1. & qui hoc facit, blasphemat in Spiritum sanctum. cap. violatores. ibidem.

*Hæreticus est qui asserit ecclesiā non habere potestatem.*

11 Nonò, qui cōtemneret seruare canones, & Papæ præcepta ex malitia, dicens Papā non habere potestatē statuendi, nec ligandi, puniri deberet tāquam hæreticus. gl. sing. in c. generali. in verbo, inhibemus. de elect. in 6. per tex. in d. cap. nulli phas. 19. dist. sequuntur doct. in c. 1. de constit. glo. penult. in extrauag. execrabilis. Ioan. 22. Barb. in c. quod quibusdam. de fideiuss. clem. 2. col. 41. de elect. tex. in c. sunt quidam. 25. q. 1. Castellio. in disputat. incip. statuto ciuitatis. Ias. in l. 1. col. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ille dicitur contemnere, qui contrauenit sine causa. gl. in c. Metropolitanā. 3. q. 7. Fel. in d. c. ego N. col. 2. Item infidelis est. Hierony. in cap. si apud. 23. q. 5. ibi, quomodo enim potest fidelis esse in substantia Dei, qui carnali domino fidem exhibere non potuit? c. fi. 25. q. 1. & de dolo tenetur. l. 1. in princ. ff. de dolo.

*Deponēdus collator non cōferens nominatis.*

12 Decimò, sine spe veniæ est deponendus. c. omnia. 25. q. 1. cuius verba insero, omnia decreta prædecessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus episcopis ac sacerdotibus generaliter custodiri debere mādamus: vt si quidem in illa cōmiserint, veniam sibi honoris deinceps nouerint denegari.

13 Vndecimò, morte debent plecti. Deut. c. 17. Qui autē superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille. c. absit. 11. q. 3. & qui nō obedierit principi, morte moriatur. c. 2. de maior. vbi dicūt doc. posse etiā excōmunicari. c. si quis omnem. 1. q. 7. Ad quod aduertant collatores ordinarij, & nominatis, & graduatis, vt tenentur prouideant. etiam in hoc recusantes consiliarij animaduertere debent, vt pœna vnius sit metus multorum. l. 1. C. ad leg. Iul. repet. vnde dicit Bald. consil. 271. quæritur. in 2. vol. quod contemptor mandati Regis est

capit

capitaliter puniendus, tanquam violator legis. l. fi. C. de veter. numisma. potest. lib. 11. & gl. in verbo, immortalitate rub. de legib. in lib. placitorũ seu constit. Neapol. Et 1. Esdr. c. 7. in fi. & omnis qui non fecerit legem regis, diligẽter iudicium erit de illo, siue in mortẽ siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem. Incurrit etiam sacrilegij crimen. l. 1. & 2. C. de crim. sacrileg. & idem. Bald. consil. 159. super eo. col. pen. in 3. vol. & consil. 367. venerabilis. col. 2. in eo. vol.

*Collatores ad expensas tenentur, quando non prouidẽt nominatis.*

14 Vltimò, dico collatores teneri ad omnes expensas, damna & interesse, quæ nominatus passus est, vel exposuit, eo, quia nõ est eidem facta collatio, probatur in §. fin. de collat. in concord. vbi dicitur nominatum teneri ad interesse, damna, & expensas, si ordinarium molestauerit. Idem dici debet si collator molestauerit nominatum, correlatiuè, per l. fina. C. de indicta vidui. tollend. hoc etiam suadeo ex d. §. fin. ibi, eodem vinculo collatores, &c. & §. domino. si de feudo conten. sit inter domi. & agnat. vassal. & §. dominus. de forma fidelit. vbi si dominus delictum commiserit, propter quod vassallus, si in dominum cõmisisset, perderet feudum, debet feudo priuari ratione correlationis. d. l. fina. C. de indicta vidui. tollen. & ista decisio est sancta, & iusta. secundùm Bald. & Aluaro. ibidem Barba. consil. 62. illud in medium. col. 13. in 1. vol. text. & ibi glos. in c. de forma. 22. q. 5. Iacob. in tracta. de feud. in verbo, qui quidem inuestiti. col. 4. versic. sed nunquid econtra. facit text. in l. fin. C. de fructib. & litium expensis. vbi si quis habet priuilegium super expensis litis non soluendis, extendetur ad aduersarium propter æqualitatem, facit text. iuncta glo. in cap. 2. in verbo, reus. de confess. in 6. vbi dicit Domi. quòd lex pœnalis loquens in reo, extenditur ad actorem: & qui obtinet aduersarium compelli ad iudicium venire personaliter, idem pariter tenetur. cap 1. de iud. in 6. Rota decis. 2. de dolo. Domi. in c. 1. col. 2. de dolo. lib. 6. c. 2. & ibi Fel. latè de mutuis petitio. l. 1. & ibi doctor. ff. quod quisque iuris.

Ergo sicut nominatus si molestet ordinarium, punietur ad expensas, damna, & interesse, ita & ordinarius molestans nominatum. & hanc opinionem tenet Ioann. Andr. & Imol. in cap. dilectus. 2. de præbend. argumen. cap. sanè. & cap. veniens. de renunciatio. vbi dicunt quòd ille cui non est collatum beneficium sibi debitum, potest agere contra conferentem ad omnes impensas, & maximè in conscientia, in qua damnum quod tua causa patior, teneris mihi sarcire, Exodi 21. cap. & dico in præfatio. ad l. vnam. quæst. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur, si non potuero exigere ab eo cui collatum erat collitigante. Et sic aduertant ordinarij, vt graduatis & nominatis conferant temporibus eisdem præstitutis, & non suis inhabilibus. vide Cardin. in c. mandatum. quæst. 28. & seq. & quæst. 33. de rescript. alias pœnas in præsentiarum missas facio, ne irritem crabrones.

*Vigesima quæstio principalis.*

*Nominatus intra quod tempus beneficiũ petere debeat.*

1 Vigesimò, principaliter quæritur, intra quod tẽpus debeat nominatus, & graduatus petere beneficiũ vacans sibi conferri, & illud requirere, & acceptare? Resp. per gl. in §. itẽ quod omnia. in verbo, scilicet. de collat. in prag. quòd nõ inuenitur à iure tempus præstitutum, ideo arbitrio boni viri relinquẽdum est, arg. l. 1. ff. de iure delib. c. si clericus. de præb. in 6. bonus autẽ iudex arbitraretur quod petere debeat intra sex menses, intra quos ordinarius potest cõferre. c. 2. de concess. præb. & patronus clericus habet sex menses ad presentandum, laicus quatuor. c. vno. de iure patr. in 6. Igitur si nominatus non petat intra sex mẽses, reputabitur negligens quo ad illud beneficium, ideo non poterit illud postea petere, etiã à superiore, ad quem est ius deuolutũ, vt not. in c. tibi qui. in fi. de rescri. in 6. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 64. & Brunel. in d. conclu. 19. decla. 6. & ita se habet consuetudo secundùm eos.

Fallit quando fuisset absens, vel fortè captus per sex menses, & procurator medio tempore, quem dimiserat, mortuus fuerat: tunc cum non dicatur negligens, non perdit beneficiũ sibi debitum, arg. c. quia diuersitatem. de concess. præb. ita expresè tenet glo. in d. vers. scilicet, in fi. quæ est not. & gl. & doct. in c. si clericus. de præben. in 6. dixi suprà. vltra non prosequor. Quia vix eidem hoc casu succurreretur, nisi de industria collator nominatum in carceres detruserit, vel eo procurante factum sit.

*Vigesimaprima quæstio principalis.*

*Inter plures nominatos quis præferatur.*

1 Vigesimaprima principalis quæstio est, pluribus nominatis cõcurrentibus quis preferatur? Regula est quòd antiquior. §. statuimus. de colla. in concor. quia in rescriptis tẽpus datæ attẽditur. c. eam te. de rescr. & c. si eo tẽpore. illo tit. in 6. facit l. si permittẽte. C. ad Maced. & qui prior est tempore, in dignitate debet esse potior, regula. qui prior. de reg. iur. in 6. l. qui balneum. in princ. & l. qui potior. ff. qui potiores in pign. hab. vnde dicit Bal. in l. si plures. col. 1. C. de cõdit. insert. quòd qui habet primũ esse, habeat primum frui, & primum gaudere. refert Ias. cõsil. 192. exorta. col. 4. vers. 3. facit in 2. vol. Et pulchrè Ant. Negusantius in tracta. de pign. & hypoth. in secundo membro quintæ partis.

*Apud antiquiorẽ claues esse debent.*

2 Itẽ valde absurdum est quòd iuuenes antiquis præferãtur. c. statuimus. 61. dist. & apud antiquiorem debẽt esse claues, & remanere. l. procurator. & ibi doct. C. de eden.

Itẽ, antiquior aduocatus præfertur iuniori. l. prouidendũ. C. de postulan. quia dicitur melior in practica. licet sit minoris interdum scientiæ, secundùm Alber. ibi dicentem cauendum esse à medico iuuene, quia est pestis in patria.

*Aduocatus antiquus precedit iuuenem. fallit ut hic.*

3 Si tamen iunior aduocatus fuerit doctor, debet præcedere antiquiorem aduocatum, non doctorem. text. in l. vna. versic. ad istum. ibi, & vir illustris ex magisterio, & iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus, viri etiam disertissimi togati amplissimi fori tuę sublimitatis Diosco-

rus,&c.C.de Iustinia.Cod.confir.vbi sumendo argumentum ab ordine literæ, hoc probatur, quia ibi prius nominatur doctor quàm aduocatus. & hoc expressè dicit Signorel. Homod. consil. 129. col.antepen.per illum text. clamans contra aduocatos antiquos volentes præcedere doctores.

Notandum est,quòd quando confertur antiquiori nominato,vel alteri,debet exprimi,tibi graduato & nominato conferimus.vel tibi tanquã nominato & graduato,aut aliud æquipollens.aliàs nõ valet collatio,quia voluntas & potestas non videntur concurrere, vt ius requirit in c.cũ super.de offic.deleg.sed voluntas conferendi graduato, nominato non apparet, cum quælibet collatio soleat fieri tibi tanquam idoneo,ergo nõ valebit.Item hoc est introductum partim in fauorem aliorũ nominatorum,ne eis per istas collationes fiat præiudiciũ: & vt si videant non sic esse factam collationem,requirãt sibi conferri.partim etiam,vt iudices regij protectores cõcordatorum sciant,an sit cõcordatis satisfactum.nec admittetur probatio istius qualitatis per testes, si nõ esset in literis collationis expressum,argum.text.in c.si motu proprio.de præb. in 6. Alioqui in dies cogitaretur materia fabricandi falsum, & inueniendi testes hoc deponentes.In mensibus tamen graduatorũ, quia Episcopus potest gratificare vnũ ex graduatis, sufficit si Episcopus conferat tibi idoneo, quia alter graduatus non potest queri, licet non expresserit illam clausulam,tibi tãquam graduato, si ille cui facta est collatio,erat graduatus,& ritè qualificatus.& idem si conferatur beneficiũ parochiale in villa murata existens extra menses nominatorum.ita arresto conclusum extitit ab hoc venerando Senatu in causa magistri Guillelmi Esclisson appellantis cõtra magistrũ Leonardum Marin,hoc anno 1536.circa festũ Pẽtecostes.ideo iuribus nõ aliter probabo,quia mihi sufficit tãti authoritas Senatus. Quod est verum nisi collatio se referret ad certũ,vtpote ad instrumentũ refutationis, vel diceretur,prout requisisti, conferimus, vel aliàs, vt iudicauit Senatus, anno 1549.die 7.Decembr.pro Thoma Cuelly, cõtra Beguier, in 2.inquisitionum camera:quia paria sunt aliquid exprimere, vel se referre ad aliud certum.l.ait prætor.§.si.ff.de re iudic.

*Arrestum.*

*Arrestum.*

4 Et antiquior dicitur non ætate maior.§.ordinatione.in authen.de monach.coll.1.alioqui quilibet diceret se antiquiorem,& plures annos quàm haberet.Nec gradu,videlicet vt qui prius sumpsit gradum,is præferatur.sed tẽpore,id est, qui prius fuit nominatus.tex.in c.fi.17.dist.& ibi glo.dicit generale esse, vt qui prius dignitatem receperunt,aliis præferantur.glo.in verbo,antiquiores.in c.fi.de consuet.in 6.c.episcoporũ.74. dist.l.1.& l.pen.C.de dignit.lib.12.l.1. de præpo. sacri.cubicu.eod.lib.Brunel.in tract. de dignita. leg.in conclus.22.quod est verum,si omnes sint præsentes, alioqui ille dicitur antiquior inter præsentes,qui prius institutus & receptus est,licet alius absens fuerit prius institutus quàm iste præsens, & sic fuit declaratum in hoc Senatu, anno 1537.die 26.Iulij,pro Capitulo Carnoten. & inter doctores eiusdẽ professionis ille præferri debet,qui prius fuit effectus doctor.Bart.in l.1.ff.de obseq.& d.l.1.C.de dignit.& l.fin. C.de tyro.lib.12. Et cõuocatio capituli spectat ad antiquiorem de collegio deficiente rectore, vel priore,seu decano.Bart.in l.1.ff.de albo scrib.per tex.in l.2.C.de decur.lib.10.Ias.in l.cũ quid.in 2. lectura.col.pen.& vlt.ff.si cert.pet.

*Antiquior quis dicatur.*

*Arrestum.*

5 Et antiquior consiliarius vel canonicus dicitur, qui primò receptus est, licet sit ætate iunior.Bart.in l.qui ad tempus. ff.de decur. Dec. consil.161.pro domino præposito. Idem in militibus ordinis sancti Michaëlis,vt præferatur is qui prius à Rege habuerit ordinem,quod fallit in Regibus,& Ducibus. hi enim ordinem præteritum ob dignitatis eminentiam habebunt,vt vidi statutum in ordina.ordinis sancti Michaëlis à Rege Ludouico æditis.

6 Amplia etiã si vltimus nominatus esset doctor,primus verò esset tantùm baccalaureus,vel artium magister, quia illa qualitas nil facit nisi in data concurrentibus,arg.c.si à sede.de præb. in 6.gl.in §.ita tamen.in verbo, quibuscunque. de collat.in prag.etiam si esset doctor in theologia,vel in vtroque,quia tex.tantùm præfert antiquiorem,ergo quemlibet, cũ non distinguat. arg.l.de precio.ff.de publi.in rẽ act.gl.in 6.parte regula Iulij secundi. Ideo sustinui cõclusionem quæ est 22.meę secundę repetitionis,quæ sic dicit,Magistri artium theologis, quo ad sacerdotia,pręferri debent:quæ cõclusio debet intelligi, vt suprà dixi, quando magister artium est antiquior: nam ex tẽpore ius est isti acquisitũ,ideo non potest tolli per theologum postea venientem. secus dicerem quo ad honores, in quibus theologus præcedit artium magistrum,etiam si esset centum annorũ.doct.in c.clerici.de iudi.& in l.cũ quid.ff.si cert.pet. Idem in mandatis arbitror,vt antiquior præferatur,c.duabus. de rescrip.Idem si sint eiusdem datæ mandatorũ, sed artiũ magister prius præsentauit ibidem dicitur esse præferendum.& hæc cõclusio mouit bilem quibusdam theologis eam non intelligentibus.

*Conclusio. Magistri artium theologis quo ad sacerdotia præferri debent.*

Postea in conclusione sequenti dicebatur: Imò his præferendos esse medicos iure constat, quæ debet intelligi, quãdo medicus insinuasset illo anno, & theologus non, nec magister artium,tunc medicus præferetur. §.teneantur. de collat.in concord.

Idem etiam dicendum est, quando medicus & theologus impetrassent mandata eodem die: & essent æquales,tunc si medicus prius præsentauerit, erit præferẽdus theologo quo ad sacerdotia,d.c.duobus.

Idem, si theologus erat inhabilis, quia paria sunt non esse, & inhabilem esse. l. quotiens. ff. qui satisda.cog.glo.in l.si plagij. C.ad leg. Flauiam,de plagia.

7 Secũdò,etiam si vltimus prius nominationes præsentasset.c.eum cui.de præb. in 6. c. tibi qui.de rescript. eod. lib. glos.in §.ita tamen. in verbo, præferri. de collat. in prag.quia non attenditur præsentatio,vbi data est potior.

*Præsentatio prius facta non nocet antiquiori, nec receptio.*

Tertiò,

8 Tertiò, procedit etiam si vltimus esset receptus in canonicum sub expectatione præbēdæ. d.c.cum cui.& d.c.tibi.Fel.in c.capitulum.col.3. de rescript.Innocen.in c statuimus. de maior.& obed.vbi dicit iniustum esse, si per secūdos primi ius amitterent.c.duobus.de rescrip.in 6.aliàs quotidie fieret fraus, & antiquiori nunquam prouideretur. Perus.& alij in cap.quia sæpe. de præbend.in 6.

*Nepos collatoris non præfertur antiquiori nominato.*

9 Quartò, auge procedere etiam si posterior esset nepos collatoris filius gallinæ albæ, quod per se magnum est, vel filius Baronis, Comitis, aut alterius Principis.text.& ibi Bal.in l.si fundus.C.qui potior.in pignor.hab.quia tunc omnino excluderetur, quia licet data paritate nobilis præferatur ignobili. Panorm.in c.venerabilis.de præb.Bald.in l.nemini. C. de aduoc.diuers.iudic.Fel.in c.super eo.col.3.de testi.tamen non procedit quando non est paritas, vt ibi per eosdem licet videre. glos.in regula Iulij secundi, in vltima parte.

*Collatio facta posteriori nō nocet antiquiori.*

10 Quintò etiam ampliatur, si collatio esset facta intra sex menses posteriori, quia primo prosequente annullabitur, quatenus de facto processit, vt suprà dixi. nec ius à primo ob illā abortiuam collationem auferetur. alioqui collatores quotidie illam fraudem exercerent. Perus. in c.executor. de concess. præb. etiam si ille primus possedisset quatuor menses. Bald. consil.182.ad euidentiam.in 2.vol.

11 Sextò, extende etiā si iunior esset excellentis doctrinæ, quo casu scholaris præcedit doctorem indoctum.glo.in l.1. C.de anno ciui.lib.11. Panor.& alij in c.clerici.de Iud.Barba.in procemio cle.in 2.lectura.col.12. Fel. in c. pastoralis. col.1.de offic.deleg.& in rub.de magist. col. vlt. Ias.in l.cum quid.ff.si cert.pet.Bonus de Curtili in tract.nobilit.in 3.parte.nu.109.

*Contra doctores indoctos.*

12 Et talis doctor indoctus non debet gaudere priuilegiis doctorum.Pan.& alij in d.c.clerici.& ille dicitur doctus, quē auditores doctum referūt.l.cum scriptum ibi, Seruij auditores retulere.ff.de dote præleg.l.quæsitum.in princ.de fund.instruct.latè dico in interpreta.auth. habita. C. ne filius pro patre. Imò si doctor publicè legens secum facit intrare famulos, vtpote quia non habet scholares, est infamis secūdùm Angel.in l.vna.C.de stud.libera.vrb. Romæ, lib.11. refert Valac.in repet.l.imperiū.col.27. de iurisdict.omn.iud. & tales inutiliter legentes scholaribus possunt reprobari.l.grāmaticus. C.de profess.& medic.lib.10.& vellet Deus quòd iterum examinarentur, & reprobarentur, si idonei non essent, vt vult Barba. in l.sed & reprobari. ff. de excus. tutor. hi enim sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur 2.Petri 2.cap.& asinæ Balaan comparantur.c.secuti.2. quæst.7. Florent. in 3. parte summæ, in tit.5.c.2.§.10. dolorésque dicuntur, vel doctores in culina: tamen in his nominationibus antiquiores, quia præsumitur quod sint doctiores, præferuntur etiam si non sit ita.glo.in reg. cancellar.15. in 2.prærogatiua. Barb.in c.clerici.col.4.de iud.

*Iurans conferre primū non tenetur conferre nominatis debitum.*

13 Septimò, amplia etiam si Episcopus, aut alius collator iurasset conferre primum secūdo nominato, quia tunc illud iuramentum nō ligabit eum quin teneatur conferre antiquiori: nam debet intelligi de primo libero, quod liberè Episcopus poterit conferre, videlicet in beneficio vacante extra menses nominatis deputatos. nam semper intelligitur excepta auctoritas superioris.c.venientes. de iureiur. glo.in l.fi. ff.qui satisd. cog. & auctoritas superioris est in concordatis, vt antiquiori conferantur beneficia in mensibus nominatis deputatis vacantia. ergo illa censentur excepta. alioqui istam fraudem cogitarent, ac fortè collatores exercerent, quibus est obuiandum.

14 Octauò, etiam si secundus esset nobilis, aut diues, etiam si diuitias Midæ vel Crœsi haberet, nempe hoc casu nil vtilitatis afferunt diuitiæ, sed potius nocumento sunt, quia non beneficiatus præfertur beneficiato, & pauper diuiti regula cancel.15.& not.Fel. in c. capitulum. de rescript.& doctor.in cap. cum secundùm. de præb.quod est verum de iure. sed hodie habenti, & diuiti datur.

*Sāctitas viri non derogat antiquitati.*

15 Nonò, etiam procedit si secundus esset presbyter Andreas, & sanctus, quia propter sanctitatem vnius non debet alteri iniuria inferri, & vnum altare non debet euelli, vt alterum cooperiatur. l. assiduis. C. qui potior. in pignor. hab. c.cum olim.& ibi Bald.de consuet. facit c. ex parte.de foro cōpet.c.cum causam. de præb. quanuis in multis casibus derogetur regulis iuris propter viri sanctitatem & honestatem. cap. nisi essent. & ibi dixi. de præbend. multos casus congerit Hippoly.consil.1.circa fin. ibi cernere licet.

*Vna vniuersitas non est quo ad nominationes magis priuilegiata quàm alia.*

16 Decimò, amplia etiam si vltimus esset nominatus in vniuersitate Parisien. primus in alia vniuersitate nō ita famosa, cū nulla sit sub cœlo tam famosa, quo ad Theologiā & artes, tamen cum omnes vniuersitates regni quò ad nominandum sint æquè priuilegiatæ, non fiet aliqua differentia.glo.in §.ita tamen.in verbo, non teneantur.de collat.in prag.sequitur dom. Chass. in catalog. gloriæ mundi.in decima parte, considera.32.istæ enim qualitates non tollunt temporis prærogatiuam.Innoc.in cap. statuimus.de maior.& obed.Bart.in l.1.ff.de obseq. Dec in c. clerici.col.5.de iud.

*Promotus sub doctore famoso præsumitur doctus.*

17 Licet promotus in vniuersitate famosa, & sub doctore famoso, maiorem habeat primo aspectu scientię præsumptionem.Ioan.de Ana. in rubr. de tornea. referunt moder.in procemio ff. & bonum est habere doctorem famosum quem imiteris.

*Filius doctoris nō præcedit antiquiorem nominatum.*

18 Vndecimò, extende etiam si secundus nominatus esset filius doctoris, qui & si alios in data pares præcedere debeat.Bal.in l.iubemus. per illum tex. C.de aduo.diuer.iudic. Alex.in l.1.C. de dign.lib.12.Io.de Platea in l.in filiis.C.de decurio.lib.10.Barba.in proœ.cle. in verbo, salutē. in 2. lectura, col.13. tamen hîc non præcederet antiquiorem.Purp.in d.l.cum quid.ff.si cer.pet.

19 Duodecimò, etiam procedit si vltimus

*Doctor factus à Papa alios præcedet.*

esset factus doctor à Papa, Rege vel Imperatore, qui licet alios debeat præcedere, vt not. Alex. in l.1.ff.de albo scrib. Roman. in repet. l. si verò. §.de viro.49. fallen.ff.sol.matr. Fel.in c.per tuas. col.1.de maior.& obed. Ias.in l.2.§.prius.in 3.cõclusione.ff.de vulg.& in l.si quis maior. col.fin. C.de trãsact. Dec.in c.clerici.de iud.tamen non præcedet hunc antiquiorem nominatum quo ad beneficium, quia ei est iam ratione temporis ius quæsitum, cui princeps nõ videtur velle derogare, arg.l.nec auus.C.de emancip.lib.l. ex facto. ff.de vulg. etiam si omnes supradicti essent postea nominati, per supradicta.

*Papa cõfert iuniori nominato.*

20 Primò, regula illa perdit officium suum, quãdo Papa iure prçuẽtionis nõ nominato, vel nominato iuniori contulisset, quia postquã potest cõferre non nominato, multò magis iuniori nominato, & secũdo nominato, vt not. Ioan. de Selua in suo tract.de benefic.in 3.parte, q.29. per §.1.rub.de mandat.apostol.suprà.

*Priuatus nominationib. & postea restitutus perdit prioritatem.*

21 Secundò, limitatur quando primus esset à doctoribus & ab vniuersitate, gradu & nominationibus, quod rarò euenit, priuatus, & postea per principem fuisset restitutus, tunc nominatus medio tempore, videlicet ante restitutionẽ, prçfertur isti, quia restitutio fit sine præiudicio tertij.c.quãuis.de rescr.in 6. Vnde dicit Bart.in l.2. in princ. ff.de decurio.per illum text.quod doctor de collegio expulsus, & postea restitutus, non recuperat locũ quem habebat, nec primum gradum, vt tanquam antiquior præferatur in dando primum suffragium, sed habebitur vt quidam de nouo veniens ad collegium.& dicit Bononiæ fuisse practicatũ tẽpore Romei.de Papul.& per hæc respõdi canonicis Bituric.ecclesiæ, qui tempore infirmitatis resignauerant suas præbendas, quòd si postea recõualuerint, & easdem præbẽdas obtinuerint per aliã resignationem, quod nõ possunt venire ad loca, quæ primo habebãt in ecclesia, sed tanquam venientes de nouo vltimas sedes habebunt, & tenẽtur soluere pro ingressu, sicut si de nouo venirẽt, quia verè de nouo veniunt. & quia hanc decisionem oculo toruo respexerunt, malè fuit mihi solutum, ideo missas feci allegationes alias, eas cum operæpretiũ fuerit, in medium adducã. interim vide Ioã.de Selua in tract.de benefic. in 3.parte. q.31.& text.in c.quoniam. ibi, de nouo mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis.de symo.de æquitate tamen seruatur contrariũ, quia renunciasse non censetur, quia statim reassumit beneficium, vel nunquam dimisit illud arg.l.diuortium. ff. de diuort. l.quicquid. de regul.iur.

*Arrestum.*

Et ita censuit Senatus Parisien. anno 1549. die 23.Ianuarij, pro dom.Bochetel, canonico in ecclesia cathedrali Bituricen. qui resignauerat in fauorem nepotis, & ipse non acceptauit. Ideo semper resignans canonicus remansit, & quanuis capitulum noluerit illi distribuere fructus, & distributiones, tamen fuit condemnatum ad damna, interesse & expensas. plenius scripsi in praxi beneficiali in rescripto resignationis titul. ratione personæ & rei vitiatur resignat.in fine.

22 Tertiò, fallit quando primus esset inhabilis, quia tunc idem est, ac si nullus esset, ideo sequens nominatus admittetur. arg.c.suggestum. de iure patr.facit l.quotiens. ff.qui satisda. cog. l.4 §.condemnatum.ff.de re iud. & ibi ad hanc rẽ facientia addidi, vel quando primus esset repulsus à suis nominationibus.

*Quibus ex causis repulsus dicatur nominatus.*

23 Et dicitur repulsus, quando quando duxit vxorem.c.1.de cler.coniug.vel habitum clericalem reiecit.l.professio. C.de muner.patrim.lib. 10.vel iuri suo renunciauit. c.audita.de restitut. spol. vel lata fuit sententia contra eum, cui acquieuit.gl.in c.1.de concess. præb. vel factus est miles.arg.c.1.& seq.51.dist.vel aliis modis de quibus per Card.in c.mandatũ.q.1.de rescr.dico in tract.de pacific.poss.vbi trado, quando quis dicatur inhabilis. de hac tamen inhabilitate non debet disputari, antequam beneficium acceptauerit.l.non oportet.ff.de leg.2.

24 Quartò, fallit quãdo primus esset negligẽs. c.tibi.de rescr.& quando sit, dixi in præced.q.& in glo.prosequentes.de mand.apost.

*Optionem habet ordinarius quando eodẽ momento vacãt beneficia.*

25 Quintò, non procedit in beneficiis vacantibus eodem momento, vtpote ab vno qui duo vel plura possidebat, tunc ordinarius conferre poterit melius beneficiũ secundo nominato, & beneficium tenue antiquiori, & valebit collatio, dum tamen modo primo cõferat antiquiori, & postea alteri, arg.c.si pluribus.de præb.in 6. glo.in §.item quo ad dictas. in verbo, nominatorum.de coll.in prag. Dom.in c.mãdato. col.2. de præb.in 6. Brunel.conclusio.22.in vltima declaratione in suo tract.de dignit.leg. Et quia nominationes regulariter ad petitionem, & non motu proprio vniuersitatum conceduntur, vt notoriè patet, licet etiam motu proprio cõcedi possint secundùm eosdem. Sed non est cõsuetum, & nunquam vidi concedi, licet in tribus Franciæ vniuersitatibus fuerim doctor regẽs, & in aliis fermè iura interpretatus fuerim. vide Alber.in l.fi.col.2.& seq.ff de constit.prin.

26 Sextò, flectitur regula quando primo iam fuisset prouisum vsq; ad ducentos florenos auri de camera, etiã per aliam viam quàm nominationum. Card.in c.mãdatum.col.3.in 1.quçst. de rescrip.not.in cle.gratiæ.illo titu.§.volumus. de collat.in concord.vel quando esset ei collatum beneficium curatum.c.ordinarij.§.in conferendis.de offic.ordi.in 6. Tunc sine dispensatione non recipietur ad aliud.cap.ordinarij.§.in conferendis.de offic.ordin.

27 Septimò, restringitur quando primus esset nominatus sub conditione, quæ non esset purificata tempore vacationis beneficij, licet nõ fiat frequẽter, tunc secundus nominatus præfertur, arg.cap.si pro te.de rescrip.in 6. Feder.cons.69. casus talis est.Bindus, &c.col.2.

*Iunior præfertur antiquiori, si nõ insinuauerit.*

28 Octauò, etiam non procedit quando primus non insinuasset illo anno, tunc secundus qui insinuauit, est prçferendus.§.teneantur. de collat.in concord.& suprà latè dixi. Sic dicitur de duobus mandatariis, quòd si secundus præsentauerit, & non primus, is præferatur primo, quia iniustum esset, vt ante receptionem

liter

literarum ligarentur.c.audita.de restit. spol. Innoc.& Card.in c.mandatum.de rescri. intellige tamen secundùm tex.in c.tibi cui. de rescr.in 6.

*Renūciatio primi nominati, an prosit.*

29 Nonò, fallit quando primus acceptaret beneficium, & postea statim renunciaret non nominato, quia videtur facere in fraudem secūdi, ideo secūdus præfertur, arg.c.fi.de renunc.in 6. Sic fuit prolatum arrestum Tholosæ in vtilitatem do.Ioannis Veyrier, canonici Viuarien.pro quo multa scripsi.nec valeret tūc facta permutatio fraudulosa, aliàs cōtra.gl.in §.quòd si quis ex dictis.in verbo censeatur.de collat.in prag.

*Arrestum.*

*Nominationes nullæ nullam prioritatem inducunt.*

30 Decimò, non procedit quando nominationes primi nominati essent nullæ, quia quòd nullum est, nullum debet operari effectū.l.non dubium.C.de legib.Fel.in c.ex tenore.de rescr. Ias.in l.2.§.quòd si in patris.col.5.ff. sol.matr. & l.causas.in fi.C.de transact.Dixi in repet.l.quòd iussit.in 2.notab.fallen.4.ff.de re iudic.

*Antiquior non habens qualitatem excluditur.*

31 Vndecimò, perdit officium suum hæc reg. si primus nō haberet qualitatem requisitā, quia fortè beneficiū requirebat sacerdotem ex fundatione, & secundus erat sacerdos, primus non, nec in ætate 25.annorum, & beneficiū erat curatum, tunc præfertur secūdus.c.ei cui.de præb. in 6.Feder.cons.69.casus talis,&c. Barb.in c.dilectus.nu.19.de offi.leg.alioqui si beneficiū non requirebat sacerdotem, semper præferetur primo receptus.Præposit.in c.fin.75.dist.Item si vacaret præbenda theologalis, & primus nominatus non esset theologus, tunc theologus etiam vltimo nominatus præferri debet in §.1.de coll. in concord.vbi dixi.

Idem si secundus expressit dignitatē, primus non.c.quia sæpe.de præb.in 6.vel secundus erat canonicus creatus in illa ecclesia ad effectum obtinendi dignitatem, antiquior non, tunc pręferetur secundus, per rubric.de reseruat.suprà. & ibi dixi.

*Ordinarius non videtur grauatus, ut bis uni conferat.*

32 Duodecimò, fallit quando primo nominato esset semel prouisum per eundem episcopum, licet non vsque ad illam summam ducētorum florenorum auri de camera, tamen quia non videtur bis grauatus, vt vni conferat, præferetur secundus, quia omnis actus debet intelligi de primo, arg.l.boues. §.hoc sermone. ff. de verb.signi.facit quod nemo videtur bis grauare aliquem.c.mandatum.de rescrip.nec bona fides patitur, vt bis ab eodem exigatur. regula, bona fides.ff.de regul.iur.vide quæ scripsi in §.statuimus.& §.volumus.de collat.in concord.

Idem, si collator modicū dederit beneficium primo, vt renūciaret iuri suo in beneficio, quod vacauerat in mensibus nominatorum, cui iuri renunciauit primus.Card.in c.mādatum. col.3. q.1.de rescript. dicens idem in mandatario primo, qui compulsus miseria, & fatigatus laboribus cessit, vt secundus possit venire.arg.c.fi.illo tit.intellige vt dicunt ibi, & dixi in glos.prosequentes.de mand.apost.in concord.

*Primus nominatus iurāt non acceptare primum, an li[?]getur.*

33 Decimotertiò, fallit quando primus nominatus promisisset, & iurasset non requirere, nec acceptare beneficium primò vacaturum in pręiudicium secundi, tunc illa conuentio valebit, & secundus præferetur primo. Rota decis. 123. nota quòd vbi primus.in antiq.glos. & doctor. in cap.cum inter.de renunc. quia iuramentum potest seruari sine detrimento salutis æternæ, ideo venit seruandum.cap.si verò.de iureiuran. & si semel renunciauit, etiam si sit adhuc intra sex menses non poterit petere, sed secundus sic. l.1.§.qui semel. ff. de success. edict. vbi sic dicitur, qui semel noluit bonorū posse. petere, perdidit ius eius, & si tempora largiantur.vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere. Idem, si primus consenserit, vt conferatur secundo.cap. si tibi.ibi, nisi consenseris.de præben. in 6.quod rarò euenit.

*De impetrante beneficium uiuentis.*

34 Decimoquartò, non procedit, quando antiquior nominatus primò impetrasset illud beneficium nunc vacans, & tamen tempore suæ impetrationis non vacabat, & sic viuentis beneficium impetrauerat. nam tunc est incapax ad illud, quamuis vacet in mēsibus nominatorum, & sic iunior nominatus poterit illud beneficiū habere.glos.in regula cancella. 20. Innoc. 8.per c.1.& ibi not.de concess. præben. & ibi dixi hoc anno interpretando illum titulum. de hac impetratione beneficij viuentis tradit plenè Ioan. Dayma in prooemio concord.in glos. adiunctum. Ego abundantius in praxi beneficiali in rescripto resignationis.

*Nominatus procurans mortē beneficiati.*

Decimoquintò, fallit quando antiquior fuisset causa mortis illius, per cuius obitū vult habere beneficium, tunc enim non posset illius beneficium obtinere.sed secundus veniet, arg. l.si ab hostibus.§.fi.ff.sol.matr.vbi maritus occidens vxorem, non potest aliquid ex dote lucrari, quod intellige, quando hic nominatus fuisset in causa & in culpa:alioquin contra Fel.in c.in nostra, correla.37.in fi.de rescrip.

*Ordinarius gratificare quādo possit in uillis muratis.*

35 Decimosextò, præfertur secundus nominatus quando ordinarius eum gratificasset cōferendo eidem ecclesiam parochialem sitam in ciuitatibus, vel villis muratis, quæ vacauerat in mensibus ordinariorum, quia tunc ipsi liberè possunt conferre, idoneis tamen & qualificatis. §.præfatique ordinarij, de collat.suprà.vbi dixi. & in §.statuimus.2.

36 Decimoseptimò, limitatur quando gradus esset nullus, vtpote quia eo esset priuatus, vt tenet gl. in reg.cancel.Iulij secūdi in 3.parte.in fi. vel si esset quasi per satyram promotus, vt in prooemio ff.habetur in §. & primo quidem. id est, per saltum.in §.monemus. de collat. in concord.c.monachos.16.q.1.

*Saltus quid sit.*

Et dicitur saltus locus densus siluestris & inuius, vbi arbores in altum saliunt.Lucas in rub. de fūdo.rei priua.C.lib.11.lex duobus.ff.de neg. gest. & quidam sunt æstiui, quidam hyberni.l. qui saltum.ff.de leg.3. Et custodes saltus dicuntur saltuarij.l.cū quæreretur.§.fi. ff.de leg.3.l.instrumēta.in fi.de fundo instruct. Item saltus dicuntur actus saliendi à saliendo dicti.gl.in cle. ne in agro.§.porrò.de statu monach.

*Per saltum promotus quis dicatur.*

37 Et tunc dicitur per saltum promotus, quādo gradum licentiæ suscepit ante gradū baccalaureatus, vel doctoratum ante licentiam. nam bene

bene saliuit de baccalaureatu ad doctoratum, quia gradatim ascendendum est.l. vt gradatim. ff.de muner.& honor.l.fi. C.de decur.li.10.& l. 1.& per totum. C.vt dignitatum ordo seruetur. lib.12. c.legimus.92. dist.casum appetit,qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.c.sicut.48.dist.Sic dicitur per saltum promotus qui suscepit ordinem sacerdotij post quatuor minores, vel primum sacrum,vel post subdiaconatum,vt traditur in rubr. de clerico per saltum promoto. & ibi declarat Host. in summa. & Asten.in summa in rub.de collat.ordi.lib.6.art.3.

Item sententia dicitur lata per saltum, quãdo à litis contestatione saltauit ad sententiã omissis mediis. Bal.in l.prolatam.col.pen.C.de sentent.& interloc.omn.iud.& ista propriè dicuntur per saltum fieri.

Item dicitur largè per saltum promotus, qui ante tempus quinquennij sumpsit gradum, vel triẽnij in nobilibus,licet postea studuerit.§. monemus,de collat.in concord.& in 4. parte. reg. cancellar.Iulij secundi. facit text. in l. iubemus. versic.pro sportulis.ibi,nec decætero quẽquam antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse,supradicto consortio sociari. C.de aduoc.diuers.iud.Auriol.in addit.ad Guillel.de monte Laudu.in cap.cum ex eo. de elect.in 6.& dixi in §.præterea.in gl. studuerint. de collat.in concord.

*Vniuersitas an poßit super tempore dispensare.* Nec poterit facultas vel vniuersitas dispensare,quod quis sumat gradum ante quinquennium,vt expresè tenet glo.in verbo studuit. in §.ordinat.de colla.in pragm.

Nec proderit illa dispensatio quo ad nominationes,per ea quæ not.Inno. & Panorm.in c. 2.de eo qui furtiuè ordines recepit. Et quid si senatus decreto cautum sit, vt quis post biennium posit sumere gradum baccalaureatus,an posit sumere nominationes, & an iste gradus prosit, ex supradictis poteris decidere, & ex aliis quæ poteris hic addere, & dixi in §.præterea. in gl.studuerint.de collat.

38 Item etiam dicitur largè per saltum promotus,quando statuta vniuersitatis non fuerũt seruata in sua promotione.d.§.monemus.in cõcord.& vniuersitates tales sic nominantes puniri debent,quia ad tempus debent suspendi. & quomodo debeat intelligi,vide gl.in l.vsuræ.C. de vsur.Barba.in c.ex literis.col.12. de constitu. nu.48.& in cons.19.col.3.in fi.vol.1.& in ord.regiis Ludo.12.primò publicatis.art.14. & dico in d.§.monemus.

Et oportet eum qui dicit statuta,vel solennitatem statutorum non esse seruata,probare, per l.2.ff.de prob.quia præsumptio est pro nominato. Imò sufficere nominato, si illa solennitas esset seruata, quæ id temporis obseruabatur in illa vniuersitate, licet alia esset in statutis quæ per contrarium vsum tolli potuerunt. vt est in proœ.institut.in §.igitur.& doct. in l.de quibus. ff.de legib.

*Quãdo nominati sunt in data pares, quomodo beneficia habere debeant.* 39 Si verò nominati sint in data pares, tunc doctores licentiatis,licentiati baccalaureis,d ptis baccalaureis formatis in theologia, quia licentiatis in iure canonico,ciuili, aut medicina, præferuntur.si verò esset licentiatus in vtroque iure, non præferretur, cum in vno tantum loquatur tex.& non de vtroque vt bacculaureus formatus eidem præferatur. & in simplicibus non venit regulariter mixtum.l.2.ff.de ver.obli. & ibi.gl.Ias.& alij. vide in regula. Cancel. Iulij secundi in 4.parte.& in 6. esset tamen in praxi difficile obtinere.baccalaurei iuris canonici,vel ciuilis, magistris artium præferuntur. §. statuimus de colla.in concor.

*Subiectum theologiæ.* 40 Concurrentibus pluribus doctoribus in diuersis facultatibus, doctor theologus est omnibus præferendus aliis,etiam extra prębendam theologalẽ. quia ratione subiecti dignior reputatur,cum subiectum illius sit Deus,vt theologi asserunt in proœmio quarti sententiarum. & Tho.in 1.parte summæ.q.1.artic.7.quia quæ ibi traduntur,tendunt ad notitiam Dei: ideo dicitur quasi sermo de Deo. Ioan.de turre Crema. in proœmio decret. éstque theologia, omnium artium & scientiarum suprema, teste Bald.in consil.52.literis.col.1.in 5.vol.

*Subiectũ iuris põtificij.* 41 Doctor verò iuris canonici doctori iuris ciuilis præfertur, quia habet subiectũ nobilius, quod est homo dirigibilis ad Deum, & ad bonum publicum. Helias Raynier, in regula possessor.de regul.iur.in 6.vel est bonum ciuilitatis Christianæ.Ioan.de turre Crem.vbi suprà. Vel bonum humanum ecclesiasticum est subiectum canonicę scientiæ,teste Card.in proœ.decret.& finis huius iuris est dirigere animas ad Deum. glo.in c.cum contingat.de iureiur.Barb.cõs.61. scripsit.col.penult.in 2.vol.c.Raynaldus.col.80. & col.113. de testa. Et non minus prodest ecclesiæ,quàm theologia.Fel.in c.fi.de magist. Estq; practica theologiæ, ideo est theologo necessaria.Floren.in 3.parte summæ,tit.5.§.2.gl.in §.ordinat.in verbo,legere.de collat.in prag.& canonica scientia etiam vocatur diuina.cap.peruenit. iuncta gl.de censi.plenè Barba.in c.1.nu.32. cum seq.de iura.calum.

*Subiectũ in medicina.* 42 Doctor iuris ciuilis doctori in medicina, cum etiam subiectum sit nobilius, nam subiectũ iuris ciuilis est homo dirigibilis ad bonum publicum.gl.in §.videlicet. in verbo, medicina. de collat. in prag. Subiectũ verò medicinæ est, non vt quidam dicunt,stercus & vrina,sed homo ægrotus. & quia legalis scientia bonum respicit publicum, medicina priuatum, ideo præfertur legalis,multa tradit D.Chass.in catalogo gloriæ mundi,in 10.parte per totum.

43 Idem in licentiatis & baccalaureis seruari debet,vt licentiati (quos præsentatos dicunt in theologia) aliis cuiuslibet facultatis præferantur licentiatis,& baccalaurei baccalaureis.vt suprà dictum est.

Et si in eisdem gradu & facultate concurrãt, præfertur antiquior graduatis.l.1.ibi antiquissimus quisque prior est.ff.de albo scrib. l.1. C. de consulib. lib. 12. & l.2.vt dignitat. ordo seruet. ibid.& Ioan.de Platea in l.fi.de tyro.lib.eodem. Dec.in c.Nicolao.de appellat.

Fallit

44 Fallit quãdo vnus esset doctor in vtroque, quia alteri doctori in vno tantùm esset prętere͂dus, etiã antiquiori in gradu, quia duo vincula sunt vno fortiora.cap.1.de treuga & pace. & sic præfertur frater ex vtroque coniunctus aliis ex vno tantùm ad succesionem.auth.itaque.C.cõmun. de succes. Dec. latè cons.161.pro domino Præposito.vt suprà dixi.

Intellige quod doctor in vtroque præfertur doctori in altero iure,sed non præfertur doctori in theologia , nec doctor in medicina & in artibus magister, debet præcedere doctorem legum,licet debeat pręcedere doctorem in medicina,qui non est artium magister. glos. in sexta parte regularum cancel.Iulij secundi. Barb.in c. clerici. col. 3. de iud. Roma. consil.333. quo ad primum.in fine.

*Consuetudo ut doctor antiquior præferatur.*

45 Limita quando consuetudo esset vt antiquior pręferretur non habita ratione facultatis, vt apud Biturig. doctor antiquior , siue sit doctor legum,siue decretorum, præfertur, quia in his prælationibus consuetudo attendi debet. Bald.in l.obseruare.§.antequam. ff.de offi.proconsul.c.cũ olim.de cõsuet. Dec.in d.c. clerici. ideo Bituris Augustinen.alios fratres pręcedũt, quia antiquior fuit eorum fundatio apud eosdem , & si de iure fratres prædicatores omnibus aliis præferantur. text.in cap. quorundam. de elect.in 6.

*Gratificare quos debeat collator.*

46 Et si in omnibus cõcurrant,tunc collator eligere,& gratificare poterit.arg.cap.duobus.de rescrip.in 6. glos.in §.insuper.in verbo, medicina.in fine.de collat.in prag.& idoneiorem.arg. l.2.ff.de popula.actio.

Item poterit gratificare in mensibus Aprilis & Octobris,vt dicitur in §.statuimus. 1. de collat. in concord. Non poterit tamen gratificare illum,qui nõ insinuauit illo anno,vt est in ord. reg.iam citatis.rub.*des graduez simples*.art.13. nec graduatum per saltũ, sed habilem & idoneum, quia actus debet intelligi de habili.l.1. C. de sacrosanct. eccles. dixi in tract.de pacifi.posses. in prin.de hac electione & gratificatione.ideo etiã non posset gratificare illum, qui nuper est graduatus.& adhuc non insinuauit,prout etiã dixi in §.præfatique graduati. in glos. ante vacationem.Et potest gratificare in his me͂sibus nominatũ,si velit, quia graduatus est, vel graduatum simplicem sine nominatione,quia tex.loquitur tantũ de graduato,ergo de quocunq; graduato. indefinita enim æquipollet vniuersali. c. vt circa.de elect.in 6.l.si pluribus.ff.de leg.2.

47 Aduertendum est,quòd quamuis prçlatus collator posit gratificare in me͂sibus graduatorum,debet tame͂ non beneficiatũ beneficiato, & minus beneficiatũ , magis beneficiato præferre. gl.in §.ite͂ quod vniuersitates.in verbo,numerũ. de coll.in prag.& in reg.cãcel.Iulij 2.in 8. parte. & in ordinationib.vide latè qui sint præfere͂di. Hodie habe͂ti datur,& ei qui nil habet,vel illud quod habet , aufertur , vt dicitur in Euangelio Mar.4.c.facit c.quantumlibet.47.dist.

Item oriundum non oriundo pręferre debet collator.gl.in d.reg.cancel.15.& 35.bonũ & proui dum,ac honestum peruerso,sicut Dauid prętulit bonitatem,& disciplinam, scientiæ. not.in cap.nisi.de præb.

Item doctum debet pręferre ignaro,cum doctis beneficia sint confere͂da.c.cũ ex eo.de elect. in 6.c.de multa.in fi.de præb.Et ab ignaris auferenda.c.fin.de ætate & qual.alioqui peccat,quia Episcopus debet esse bonus paterfa.& dispensare bona ecclesiastica cuicunque prout opus est. & sic limitatur c.relatũ. de præb. vbi Episcopus habet liberã facultate͂ in electione personarum. nam hoc procedit data paritate personarum secundùm Pan.in c.tuis.in gl.1.de præb.

*Lege͂s gratificandus, & is qui libros composuit.*

48 Præterea debet præferre legentem non legenti.l.2. C.vt dignit.ordo seruet.lib.12.not. in l.cum quid.ff.si cert.pet.

49 Debet etiam præferre eum qui librũ cõposuit,quod vigiliarum plenũ, sudorísque negotium est.Luc.de Penna in l.mulieres.col.pen.C. de dignit.lib.12.qui non solùm sibi laborãt, sed omnibus exquirentibus veritate͂. Ecclesiast. 24. in fi. Et fulgebunt quasi splendor firmamenti, qui ad iustitiam erudiũt multos, & quasi stellæ in perpetuas æternitates. Daniel. c.12. Súntque lumina ardentia super candelabrum in domo Domini.c.1.de reliq.& vener.sancto.in 6.Et de his potest dici, Beati qui seminant super aquas. Esa.32.c.in fi.& c.cum Matthæ.§.verum.in fi.de celebrat.missa. Semen quippe in chartis satum perpetuò manet, & quilibet lector inde metens potest sumere incrementa , sed quod verbo diffunditur,tanquam naturaliter fluidum,non sic de facili germinat , cum interdum supra petrã, & secus viam , & inter spinas cadat , vt est in Euangelio Lucæ 8.

50 Vnde resp. pro D.Arnaldo Cõtadis Narbonen.quòd postquam compilauerat tracta. de bono. posses. non debebat rigorosum examen subire, cum testimonium haberet totius populi.c.nullus.23.dist.Pan.in c.constitutus.2. de appellat. & seruant Tholosates in extraordinariis & commisis,vt remittant eis vnũ examen,licet multi precibus,pecuniis, & non meritis admittantur. Item & si statutis vniuersitatum fermè cautum sit neminem munere regentiæ donari, nisi publicè de iure responderit , si tamen quis composuerit libros,potest admitti,etiã si nõ disputet , quia testimonium totius populi habet, vt dixi : & quia est satis probatus.& ita videtur tenere Vincent.Cigault.in tract.de aliena iusti. Ego verò quãuis repet. in l.diuus.ff.de senatusconsul.Syllan.& in l.quod iusit.ff.de re iudic. ac in l.vnam.C.de sentent.quæ pro eo quod interest , & alia opera in apertum protulissem, iuráque in omnibus ferè Galliæ vniuersitatibus , tam canonica , quàm ciuilia diu interpretatus fuissem , hîc Parisiis tamen de more iuxta Senatus decretum publicè semel & iterum de iure respondere non sum grauatus.

In prima repetitione interpretatus fui caput Raynutius , cui dedi nouum intellectum, septuagintaduas conclusiones in materia substitutionũ sustinui à sexta hora matutina vsq; ad septimã vespertinam , & in secunda interpretatus fui

fui rub.de rescr. & 50.sustinui conclusiones pariter,& multas hîc elucidaui,laus Deo.

*Melior est præferêdus,* 51 In omnibus tamen collator consideret, vt meliorem secundùm quid præferat. Siluester in sua summa,in verbo.restitutio.3.q.12. dist. 2. & dixi in repe,d. c.postulastis. in 4.no.Nã quãuis collator in mensibus graduatis deputatis possit gratificare vnum ex pluribus graduatis, tamen meliorem, & ecclesiæ vtiliorem gratificare debet, alioqui damnationem sibi incurrit, vt dixi, quia magis Deo quàm proximo gratificare debet,dicit Bald.in l.2.col.6.nume.40. C. de seruit.& aqua.

*Bonus uir rarus sicut Phœnix.* 52 Nam bonus vir non vbiq; reperitur,& vix in quingentesimo anno nascitur sicut Phœnix. Bald.in c.quoniam abbas.col.2.de offic. deleg. ita expresse dicit, sed salua pace Baldi quilibet nascitur bonus, castus, pudicus, & sobrius, & ideo hæc qualitas dicitur intrinseca, quæ præsumitur.gl.in l.si verò.§.fi.ff.qui satisd.cog.glos. sing.in c.si fortè.de ele.in 6.& doc.in l.sciêdum. ff.de verb.oblig. dicit etiam Bald.in cap.1.de renunc. quòd forma vnius boni viri est vmbra gratissima, sub qua multi quiescunt. ego ipse multifariam sub tali vmbra quiescere cõcupiui, sed sub vmbra alarum domini Iesu satiabimur.

*Verbum, uo luerit, quid importet.* 53 Nec obstat verbum,voluerit,positum in §. statuimus.de collat.in concord. quod importat liberam voluntatem. l. fideicommissaria libertas.ff.de fideicom.libert.Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verbo,videtur. quomodo in læsæ maiesta. crimi. proceda. doct.in l.si sic.ff.de legat.1.Respon.quod non. ob id poterit iniquè agere, nec censentur remissa ea, quæ iuris sunt diuini.Bart.& alij in l.filiusfamilias.ff.de donat. Georg. Nathan in repet. clem. sæpe.§. non sic. col.17.de verb.signific.& hoc probatur in §. beneficia.in d.tract.de colla.vbi illa beneficia quæ liberè conferre potest, tamen non potest conferre nisi idoneis, multo fortius alia, in quibus habet tantum opinionem personarum. & istud est in conscientia tenendum,quicquid in foro, seculi teneri possit. Vide Decium in c. dilecti. num. 5.de iud.

*Conclusio. Plenaria beneficiorũ dispositio ad Papam pertinet.* 54 Nam & si papa in beneficiis habet plenissimam potestatem.c.2.de præb.in 6. tamen non potest indiscretè & sine causa disponere. vt nota.in c. quæ in ecclesiarum. de constit. Et dixi plenè in illa conclusione,quam nuper sustinui, videlicet plenaria beneficiorum dispositio ad papam pertinet, in qua plenè scribit Pan. in 1. disput.incip.episcopus. col. 1. Imò rex Franciæ in beneficiis habet plenam potestatem. ne quis miretur in intellectu harum conclusionum, declaro.de papa non dubitauit quidam theologus ordinis sancti Dominici vtriusque censuræ, etiam professor Lancelotus Politus (vt dicebatur) nuncupatus,qui vehementibus argumentis mecum congressus est,& pluribus partim iuris diuini,partim canonici,partim iuris ciuilis, cui Deo adiutore,optimè respõdi,quin plenariam papa in beneficiis haberet potestatem per clem. 1.vt lite pend.& dicit gl.in c.consequens.11. dist. papæ potestatem plenam, episcoporum semiplenam.Barb.in c. quod translationem. nu. 92. cũ seq.de offic.leg.Vnde potest præuenire omnes ordinarios.c.2.de præb.in 6.c. quia diuersitatem.& ibi Pan.de concess.præb. Fed. in tract. permuta.q.4.Ioan.de Selua in tracta.de beneficio.in 2.parte.q.1.& in 3.parte.q.46. & q.65.quia papa eisdem collatoribus concessit collationem per vim legis,quã reuocare potest, sicut legem. c.1.de constit.in 6. cum tituli beneficiorum sint de iure positiuo.c.1.22. dist. Pan. in c. constitutus.de relig.domi.Ioan.de Selua.in prima parte tracta.de benefi. q. 4. tam plena potestas est, vt possit reseruare beneficiorum collationes.c.dudum.de præb. in 6.in regno tamen Franciæ nõ reseruat,cum in eo reseruationes sint prohibitæ, vt patet in concor.in rub.de reseruationib. tam generalibus quàm specialibus sublatis.& ibi dixi.Imò sine reseruatione potest concurrere cum omnibus collatoribus.c.si à sede. de præb, in 6. Io.Monach.in c.si eo tempore.de elect.in 6 Bal. in c.1.in prin.de his qui feu.dare possunt, & in rub.quis sit comes, dux vel marchio. Et potest ad tempus & sub conditione beneficia conferre,licet alius inferior nõ possit.c.si gratiose.de rescr.in 6.& ibi gl.& in c.2.de elect.in 6. Potest etiam dare ius ad vacatura.c. mandatum. de rescrip.cle. gratiæ.illo titu. cle. si Romanus.& ibi Bonifac.in prin.de præb.fundationésque beneficiorum ac hospitalium ex causa immutare & declarare potest.tex.in cle.quia contingit,& ibi glo.in verbo sedis apostolicæ.de relig.domi.facit c.significatum.de præb.Dec.in c. cum venissent.col.2.de iudic.

Item in his beneficiis poterit sententiam ferre contra non citatum ratione plenariæ potestatis.Pan.in c.inter quatuor.de maior.& obed. sequitur de Selua in tract.de beneficio. in tertia parte.q.4.nu.13. quod Gallis & cæteris durum esset. Poterit etiam episcopum suo beneficio priuare.glo.in c.per principalem.9. q.3. quia tantũ aufert administrationem. c. 2. de dona. omnes verò non posset,quia esset vniuersalem ecclesiã turbare.Do.in c.in istis.4.dist.c.1.10. dist. col. 3. & in c.si gratiose.de rescr.in 6.Pan.in c.1.de cleric.ægrotan.

55 Hoc tamen sine causa non debet. c. conquerente.de restit.spol.nam licet plenariam habeat potestatem, intelligitur suadente causa. Barb.cons.13.à Ioue.col.5. vol. 3. quia debet esse fidelis seruus & prudens is quem constituit dominus supra familiam suam,vt patet in euange. Et satis peruersum est (inquit Gregorius) quòd voluptatibus quorundam quis suis priuetur officiis,vel beneficiis.c.satis.56.dist. quia beneficia debent esse perpetua.c. præcepta. 55. dist.& plenissimam habet antequam conferat, postea nõ vt auferat.Barb.in d.c.quod translationem. nu. 121.de offi.leg.per c.inuentum.16.q.7. Pan. in c. fi.de confirma.vtili. gl. in verbo reseruationes. de reseruatio.in pragm. *Sine causa non potest quis priuari beneficiis etiã à Papa.*

56 Nec obstat quòd causa in principe præsumatur.gl.in c.relegati.ff. de pœnis. no. & alij in cap.quæ in ecclesiarum,de constit.quia hoc debet intelligi condendo legem generalem,secus quando *Causa in principe præsumitur.*

quando scribit ad alicuius supplicationem. tunc enim per importunitatem videtur emanasse. l.1. C.de peti.bonor.sublat.lib.10. Et quędam est ordinaria potestas, quædam absoluta.de qua Dec. in cap.fin.de confir.vtili. Sustinui etiam conclusionem, videlicet:

*Conclusio. Imò rex Franciæ, in beneficijs habet plenißimam potestatem.*

57 Imò rex Francię in beneficiis habet plenissimam potestatem.intellige quòd aliud est beneficium spirituale, aliud temporale.tex.in cap. fœlicis §.si qua verò. de pœnis in 6. Et in beneficiis spiritualibus Papa habet plenariam potestatem, vt supra dixi.in beneficiis verò temporalibus, vt in ducatibus, comitatibus, & baroniis, & aliis feudis, & beneficiis, rex habet plenissimam potestatem, quia illa vendere potest. Papa verò non spiritualia. Bald.in d.c.1. qui feud. dare poss. Et hæc feuda dicuntur beneficia etiam de iure canonico.cap.ad audientiam.in fin.de præscr.cap.in sacris. ibi, quidam autem laici, qui vel in propriis vel in beneficiis suas habent Basilicas.16.quæst.1. Bal.in cap.ex parte.1.col.2. de testa. ideo rex potest dare ius ad ista beneficia & officia etiam vacatura.& conferre & tollere.Ioan. Fab.in §.cum autem.col.2.insti. quib. mod. ius patriæ potesta. soluit. Bald.in l.rescripta.circa fin. C. de precib. imper.offer.& ideo habet rex in his beneficiis, sicut Papa in aliis spiritualibus plenam potestatem. Moder. in repet.cap.per vestras.in prin.col. 2.de donat.inter vir.& vxor.& verbum istud beneficium, debet intelligi secundum qualitatem personarum, ad quas refertur.l. plenum.§.equitij. ff. de vsu & habit. cap. cum de beneficio. de præben.in 6.facit quod not.Barto.in l.si non sortem.§.libertus.ff. de condict. indeb. Hippolyt.in rubr.de prob.fol.3.Barba.in cap.abbatem colum. penul.nu.17.de rescrip.

*Laicus beneficia non confert.*

58 Vnde non obest tex.in cap.si quis deinceps episcopatum, vel abbatiam, de manu laici susceperit, nulla audientia ei concedatur, & gratiam beati Petri, & introitum ecclesiæ interdicimus. Idem si quis imperatorum vel regum, vel quilibet secularium potestatum inuestituram episcopatus, vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit. cap. si quis deinceps. 16. quæst. 7. nam loquitur quando princeps secularis conferre pręsumit propria authoritate.ita loquitur cap. massana.cap.sacrosancta.& cap.quisquis.de elec. tamen secus est si hoc habeat ex priuilegio, vt rex noster Franciæ, & supra dixi in princ. huius tract.& pulchrè do.Ruse.in tracta. de iure regalio.fol.7.& sequen.vbi idem dicit si in fundatione collationem sibi retinuerit, & illud approbauerit papa.cap.Eleutherius.18.quæst.2.cap.quando.de censib.& ibi Panor. Dom. in cap. cum ex eo.in vlti.not. de elect.in 6.& ista tanquam omnibus nota missa facio.

*Papa beneficia in curia vacantia non potest conferre.*

59 Vnde dixi regē beneficia hæc, videlicet temporalia vacantia, etiam in curia conferre posse:& papa ista beneficia conferre non potest. & si papa contulerit, Rex qui est ordinarius, ea conferre iure poterit, quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare.c.quod autem.de iure patro.vel si papa contulerit inhabili beneficium etiam spirituale in curia vacans, post mensam ordinarius conferre poterit habili. d.c.statutum. Vel etiam potest intelligi, quilibet ordinarius, videlicet in curia existens potest conferre beneficia vacantia, scilicet extra curiam, vt not.Io Francisc.in tract. de officio & potesta.capituli sede vacante, in 1.q.2.partis.& nota.in d.c. 3. Vel post mensem in c.statutum.de præb. in 6. Vel etiam ordinarius vacantia confert in curia litigiosa.clem.1.vt lite pend.Et etiam confert, vacante sede, vt in c.præsenti. & c.si apostolica.de præb.in 6. & an beneficia in curia vacantia conferat papa, si collatio spectaret ad regem. Cassado.quòd sic.decis.3. vt lite pend.quod vix seruaretur in regno, vt alibi scripsi.

*Conclusio. Laicos capaces esse beneficiorū, iuris nōn est ambigui.*

60 Sic etiam potest intelligi alia conclusio, videlicet, Laicos beneficiorum esse capaces, iuris non est ambigui, videlicet temporalium, vt supra dixi. potest etiam habere præbendam consistentem in mera temporalitate, non quando est annexa canoniæ.gloss.& Panor. in cap. cum M.in verbo receperunt, de constitutio.& Panor. in c. maioribus.de præb.

*Conclusio. Imò clerici beneficia habere non possunt.*

61 Et hæc beneficia temporalia, puta ducatus, clerici habere non possunt. c. vno, an mutus vel imperfectus.ibi, quia ipsum seruire non valet, retinere nōn potest: & statim atque efficitur clericus, hoc beneficium amittit.§.qui clericus, si de feudo defun.conten.sit inter do.& agna.vassal.c. 1.de beneficio fœminæ.Alexand. consil.92. in 6. vol.Curt.consi.62. & seq.decisio. Neapol.q.320. Benedic.in verbo, & vxorem.num.522. de testa. Vel etiam intellige clericos coniugatos non posse habere beneficia spiritualia. cap. diuersis fallaciis. de cler. coniug. & per totum. vel clerici inhabiles, vtpote simoniaci & hæretici, non possunt habere beneficia, vt dico in tract. de pacific. poss.in 4.limit. Has conclusiones volui declarare, quia quibusdam videbantur falsæ, & eas non potui plenè inter disputandum elucidare. Igitur hæc scripsi, ne ineptæ & terribiles videantur. tu lector boni consule.

*Vigesimasecunda & tertia principalis quæstio.*

*Opponi quæ poßint contra nominationes.*

1 Vigesimosecundò & tertiò, principaliter queritur, quæ possint opponi contra nominationes & gradus? & quomodo possint illa opposita euitari? Hæ duæ simul quæstiones vno tenore decidentur. Respond. primò præmittendo, quod is qui opponit contra nominationes, debet probare. nam præsumptio est quòd vniuersitas legitimè eas concesserit.cap.vno.in fi.de syndico.vbi Panor.tradit, quod quando actus habet debitam formam, habilitas personæ præsumitur.text.notab.in c.in præsentia. & ibi Panor. Dec. & alij de probat.Baldus per illum text.in l. cum te.col.1.C.illo titu.& l.1.circa finem.de precib.imperat.offe. & omnis contrahens præsumitur esse legitimæ ætatis.text.in l.ab ea parte.ff.de proba. & in l.1.& ibi Bald. C.si minor se maior. dixe. vnde producēs testamentum factum à minore 25. annis, non tenetur probare quòd esset maior 14. annis: ad testamentum enim quilibet habilis præsumitur, nisi probaretur inhabilis. authen.omnes peregrini. C.commu.de succes.&

*Nominationes præsumuntur legitimæ.*

ibi Bald. Panor. in c. cum virum. not. 4. de regula.

*Facultas nō nominat.*

2 Ideo in primis potest opponi ex parte concedentis, videlicet quod nominationes fuerunt concessæ à facultate, & non ab vniuersitate, vt decet, quod probatur in §. pręfati. 1. ibi, & per vniuersitates nominatis. & §. monemus. ibidem. dixi supra in 6. q. princip. & istud non potest euitari, si probatum fuerit.

3 Secundò, potest opponi quod fuerunt concessæ nominationes ab vniuersitate suspensa priuilegio nominandi, vt habetur in §. monemus. de colla. in concord.

Et hoc debet probare opponens. Nec sufficeret probare quod vniuersitas concessit nominationes inhabili. nam & si priuilegium mereatur admittere, qui permissa sibi abutitur potestate. cap. vt priuilegia. de priuileg. tamen vniuersitas non est ipso iure suspensa per concessionem factam inhabili, sed debet suspendi per sententiam. hoc probat verbum suspendemus. dict. §. monemus. quod est verbum futuri temporis, denotans per sententiam. gl. in l. in criminali. C. de iurisd. omnium iud. Fel. & alij in c. Rodulphus. de rescr. dixi in dict. §. monemus. Et hoc non posset euitari, quando verum esset, sed nunquam vidi vniuersitatem sic suspensam, licet comminatio ponatur in concordatis.

4 Tertiò, opponi potest quod fuerunt concessæ ab vniuersitate extra regnum cui non est data potestas, vt dixi supra q. 6. & istud etiam non potest euitari, si hoc probetur. Vel etiam potest opponi quòd sunt datę nominationes ab vniuersitate regni, ad beneficia tamen extra regnum: quod nō potest esse, arg. c. fi. de constitu. Et istud etiam euitari non potest, vt dico q. 6. supra, si probetur. & ibi poteris alia elicere opponēda ex hac parte. Etiam opponi potest quod extra quadragesimam concessæ sunt. ideo non valent. vt plenè supra visum fuit q. 7.

5 Quartò, ex parte eius cui sunt concessæ, opponi potest quòd est graduatus in alia vniuersitate, quàm in illa in qua fuit nominatus, quod non debet esse, ne causæ continentia diuidatur. l. nulli. C. de iud. gl. in §. item quod ad dictas. in verbo suorum. de colla. in prag. Vbi expressè tenet, quòd graduatus in vna vniuersitate, non potest nominari ab alia. & hoc an possit excusari si sit aggregatus, vt dicitur, vel adoptatus. vide quæ dico infra eodem.

6 Quintò, opponitur quòd non est graduatus, & nō graduatus non est capax nominationum, glossa in §. insuper. in verbo graduatis. de collat. in pragm. & text. in concord. in §. teneantur. eod. titul. & istud etiam vitari non potest, si verum sit, & probetur.

7 Sextò, opponitur quòd nominatus non est clericus, & sic beneficium non potuit obtinere. c. cum adeo. & c. capitulum. & ibi. Cardin. in 2. nota. de rescrip. & istud non potest euitari quando est verum, & fuit probatum. vide quæ dico in tracta. de pacifi. possesso. nu. 188.

8 Septimò, opponitur contra primum nominatum quod iam fuit eidem prouisum ab hoc episcopo, ideo debet permittere vt aliis prouideatur, nam dispositio debet intelligi de vno actu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signific. & quia hoc casu collator impleuit mandatum sibi factum. cap. ad audientiam. 2. de rescrip. l. 1. ff. qui satisd. cogan. & quia vno beneficio quis debet esse regulariter contentus. cap. in nostra. & ibi Cardin. notab. 1. de rescrip. sed hodie execrabilis ambitio omnes ferè excęcat. non tamen minus poterit collator isti conferre, quamuis iam ei aliud contulerit, & collatio erit valida, & ita vsus inualuit.

Saluari potest, quia ei fuit prouisum in vim mandati, seu per viam collationis ordinariæ quę nihil commune habere videntur. argu. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. c. mandatum. ibi, per nostras literas obtinente. de rescri. dixi supra. q. 21. limit. 12.

*Exprimi debet beneficiū possessorum.*

9 Sextò, opponitur quòd non expressit beneficia quæ habebat tempore impetrationis, vt debet per §. volumus. de collat. in concord.

Saluatur quando non erat beneficium ecclesiasticum, sed oratorium, vel feudum, vel acquisitum post nominationum impetrationem. tunc ea exprimere non tenebatur in nominationibus, vt dixi in q. 9. vbi vide quæ sint exprimenda, & si illa in nominationibus non sint expressa, opponas: alioqui melius facies si te inanibus expensis & laboribus non vexes, cum obtinere spem non labores. l. 1. ff. de inoff. test. & consulo in conscientia nunquam aliquid opponere, nisi verum esse putes, alioqui periculum animæ incurris. Vel saluatur quando nomine alieno possidebat, vt dico in glo. possessa. in fi. in d. §. volumus.

10 Nonò, opponitur etiam quòd est eidem prouisum vltra ducentos aureos. §. volumus. eod. tit. in concord. & ibi dixi.

Saluatur, quando post acceptationem beneficij vigore nominationum factam, vel gradus, fuerunt sibi collata alia beneficia, quia qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. scripsi plenè in §. volumus. de colla.

11 Decimò, opponitur quod litigabat super alio beneficio incompatibili cum isto, ideo gratiæ suæ renunciare videtur, qui aliud beneficium adeptus est. clem. gratiæ. de rescrip. & ibi dicit gl. & Card. quæst. 3. post Innoc. in cap. in nostra. de rescrip. quod qui recipit vnam ecclesiam, videtur renunciare liti quam habet super alia. quod euitatur, quando illud beneficium secundum potest retineri cum primo super quo litigat, alioqui non. c. ex parte. in 3. de Dec. vide quæ super hoc docui in d. §. volumus.

Item non videtur liti renunciare, si pendente lite super primo beneficio nominatus recepit secundum etiam incompatibile, super quo etiam sibi mouetur lis, cum hoc non sit iure cautum, quia possessio pacifica requiritur. c. de multa. de præb. & d. cle. gratiæ. dixi tamen supra q. 9.

*Ordinatus à non suo episcopo nō gaudet priuilegijs clericorum.*

12 Vndecimò, opponitur quòd erat ordinatus ab alio episcopo quàm à suo, & sic ordinatio nō valebat. c. sanctorum. & c. neminem. 70. dist. nec in beneficialibus gaudebit sic ordinatus priuilegio clericali. c. 1. & seq. de tempo. ordin. in 6. & sic vidi

vidi iudicari Chassa. prout in consuetudinibus Burgun.refert in §.6. gl. *font creuz.* in fin.per tex. & ibi Panor.in c.nullus.de paroch.& in cap. veniens.colum 2.de præscr.licet contrarium teneat Guido Papæ in decis.Delphina.q.449.vide Aegidiũ Bellamerã in c. cum adeo.col.1.de rescript.

Potest euitari quando de licentia sui episcopi hoc fecit.vt scripsi supra in q.14.nu.42.

*An sufficiat esse in possessione clericatus.* 13 Item non sufficit esse in possessione clericatus ad iustificationem.Bald.in c.dudum.in 1.col. vlt.de electio.nec obstat c. si iudex laicus.de senten. excom. in 6. quia non loquitur in isto casu, sed in foro sortiendo, quo casu sufficit, vt quis dicatur esse de foro ecclesiastico,quòd antea fuerit in possessione clericatus, & tempore deprehensionis,vt ibi.

14 Item clericatus potest probari per vnum testem.Bal.& Fel. in cap.licet.in 1.de testib. Guido Papæ,quæst.474. Ias.in repet.l.admonendi. col. 71.num.198.ff.de iureiur.quod est notandum.dixi superius.

*Inhabilis repellitur.* 15 Duodecimò,opponitur contra nominatum quòd est inhabilis,vtpote hæreticus,simoniacus, & alia quæ trado in tracta. de pacifi. possess.in 4. limi.nec potest euitari si probatum fuerit.

16 Decimotertiò,opponitur quòd is qui impetrauit nominationes, erat Italus, vel exterus, & sic non potuit beneficia, vel nominationes in hoc regno impetrare.glo.in verbo exterorum. in proœmio prag.dixi supra.quæst.6.versic.25.Hoc euitari potest quando literas naturalitatis ante nominationes à rege obtinuerat, vt patet in rub. *des Presidens.* in ord. regiis. Adhuc tamen esset cogitandum, quia hæc priuilegia sunt introducta pro oriundis regni, vt patet supra in proœmio concord. tam in literis summi pontificis, quàm regis, ergo aliis non proderunt, videlicet exteris.

17 Decimoquartò, contra nominatum etiam opponitur quod non est graduatus,vel ante tempus, & sic per saltum (vt declaraui supra quæst. 10.& q.21.) vel est graduatus sub bulla, contra ea quæ dixi in 10.quæst.principali.per glo.in §.item quòd ad dictas. in verbo suorum. de collat. in pragm.Et hęc non possunt euitari,si contrarium non fuerit probatum, videlicet quòd post gradum studuit per tempus requisitum in §.præterea.de colla.& ibi dixi.vel nisi fuerit graduatus in ista vniuersitate, in qua obtinuit nominationes. & ista est cautela, vt si fueris graduatus in iure ciuili Tholosæ, & vis hîc Pariliis sumere nominationes, vt suscipias hîc gradum in iure canonico, & postea facilè impetrabis nominationes, & idem in alia vniuersitate dicendum est.

*Cautela notabilis.* 18 Decimoquintò,opponitur quòd licet fuerit matriculatus, tamẽ stetit per quinquennium extra studium, & sic perdidit priuilegium. l.fin. de primicer.& not.C.lib.12.l.3. de domesti. ibidem. Bartol. in l.penult.ff. de testa.milit. & docto.in l. scriniarios. C. illo titul. Aretin.& Bauer.in §.sed hactenus.instit.de testam.milit.& sic non studuit continuò.

Euitari potest si scholaris ante quinquennium fuerit reuersus.& iterum continuauerit studium, quia id tempus quo primò studuit, debet coniungi cum isto tempore nouissimo, per text. in arg. in l.penul. C. de consul. Roma.sing.336.vbi dicit quòd si post quinquennium scholaris reuertatur,debet reponi iterum in matricula,& nil debet soluere,sic etiam illud tempus poterit iungi,vt supra dico,siue venerit ante,siue post,computatur tempus,& coniungitur ex consuetudine seruata in Francia.

Item facit glo.in regula,eum qui certus est.de regu.iur.in 6. vbi si quis ingrediatur religionem, & ibi steterit per sex menses, postea egrediatur, si postea iterum ingrediatur, & stet ibi per alios sex menses, tunc primi sex menses coniunguntur cum vltimis. Specul. in tit.de statu mona. h. in §.1.versic.38.Alexan.consi.54.viso puncto.col. 2.in 4.volum.

Præterea cui conueniunt verba, & dispositio. l.4.§.totiens. ff. de damno infect. sed verba concordatorum conueniunt,cum tantum requirunt quinquenniũ,non dicunt continuum,ergo continuum tempus non requiretur.

19 Decimosextò, opponitur contra graduatũ, & nominatum,quòd non est graduatus in vniuersitate famosa, quod requiritur in §.præterea. de colla.in concord. *Famosa vniuersitas quæ dicatur.*

Euitari potest quòd omnis vniuersitas regni, in qua publicè iura profitentur, est famosa, vt not. d. Ioan.Dayma.in verbo famosa.in rubr.de elect.in concord. & dixi supra in concord. dict. §.præterea.

20 Decimoseptimò, opponitur quòd non insinuauerit illo anno, vt debet fieri, & literas tam gradus quàm nominationum,& temporis studij. §.teneantur.de collat.in concord. & plena manu scripsi.q.14. & istud probatum non potest euitari,nisi probaret procuratorem insinuasse.

21 Decimooctauò,opponitur quòd extra tempus quadragesimæ insinuauit. d. §. teneantur. & hoc non vitatur,si fuerit probatum,vt dixi dicta quæst.14.

22 Decimononò, quòd insinuauit ei cui non debuit,& sic non valet insinuatio.§. præfati.2.de colla.in concorda. Saluatur,vt dixi in d.q.14.vbi elici possunt vltra quinquaginta quæ contra insinuationes opponi possunt.

Vigesimò,opponi potest quòd acceptauit beneficium ante vacationem, ideo factus inhabilis ad illud habendum.c.1. de conces. præb. Guido consi.107. & 389.circa.Dec.consi.398. quod euitari potest.si iusta ignorantia deceptus fuit,vtpote quia fama publica erat illũ esse mortuum. per l.fin.ff.de decret.ab ordi.facien. Gomes.in regula 20.q.3.scripsi in praxi benefic.in 3.parte tit.de reprobata benefic.viuen.impetra.

23 Vltimò,possunt opponi illa triginta quę dixi in 15. principali q. & contra antiquiorem nominatum ea, quæ dixi in quæst. 21. supra. nam postquam illa beneficia in nominationibus non comprehenduntur,si nominatus acceptauerit illa,opponetur contra eum illa sibi non deberi, & vix possunt illa probata euitari. tu vide ibi alia multa. Adderem hic alia etiam sexcenta, quæ possunt opponi, sed ea de industria missa facio,

ne materiam calumniandi & opponendi præbeam. Quicunque viderit quæ supra dixi, poterit rectè opponere, & non rectè opposita vitare. Rogo ne quid contra conscientiam opponas, ne animam perdas, quam Deus Optimus Maximus suo sanguine precioso redemit, eam ergo illi conseruare debemus. Vide quæ possunt opponi contra prouisiones apostolicas. & dispensationes minoribus concessas, per Oldr. consilio 325. thema. & consil. seq. & pro minoribus. vide consil. 329. has allegationes.

*Vltima quæstio principalis.*

*Nominationes quot modis perdantur.*

1 VLtimò, quæritur, quomodo perdantur nominationes vel gradus? Resp. primò si nominatus aut graduatus in mensibus deputatis collatoribus beneficium vacans in processu posuerit, vel taliter molestauerit ordinarium. §. vlt. de colla. in concord. vt puniantur in quo deliquerunt, vt dixi in repet. c. postulastis. in vlti. not. per illum text. de cleri. excom. ministr. licet in ordina. regiis Ludo. 12. primo publica. art. 10. mitius puniantur, tamen quod hic statuitur, tanquam nouissimum tenendum est.

*Quãdo quis dicatur in processu positus.*

2 Dubitaret quis, quando dicatur positus in processu? Videtur quando sententia est lata. c. vt super. de appell. in 6. Respon. tunc dicitur in processu positus, videlicet per citationẽ, & litis contestationem, quamuis sententia non sit lata. Bart. & alij in rubr. ff. de in ius voc. & Paul. in l. libertus. illo titul. vbi dicunt processum non esse inchoatum per citationem, quando actor nõ comparuit, quia citatio est circunducta. l. post edictum. §. quòd si is. ff. de iud. & quia actor non comparendo videtur tali citationi renunciare. Bal. in cap. consuluit, col. 2. de offic. deleg. & quia citatio non habet suũ perfectum esse, secundum eum: si comparuerit, & in causa processerit, tunc processus dicetur inchoatus, not. in cap. si iudex. de sent. excom. in 6. tamen non dicetur in processu positus ad hoc, vt nominationibus vel gradu sit priuandus, & ideo si nominatus in primo termino liti renunciauerit, non perdit nominationes, quia non dicitur posuisse in processu, sed ponere voluisse. l. amplius. ff. rem ratã habe. probatur in l. quidam Hyberus. & ibi dixi. ff. de ser. vrb. præd. vbi si in primo termino quis confiteatur, non debet in expensis condemnari. Felin. in cap. licet Hely. col. 3. de simonia. Ias. in §. sic itaque de actio. insti. & in l. certi. in princ. ff. si cert. pet. & in l. properandum. §. sin autem alterutra. colum. 3. in 7. limit. C. de iudi. Licet appellatione processus veniat tam processus iudicis, quàm partis. Bald. in d. cap. consuluit. col. 3. tamen ante litem contestatam non punietur nominatus vel graduatus. Imò dicit text. puniendos, qui vsque ad finem litis oppugnauerunt testamentum, sic dicemus hic. l. edicto. in fi. ff. de iure fisci.

Nec obstat d. c. vt super. vbi appellatione processus venit sententia diffinitiua, quando profertur in materia, quæ ipsi sententiæ adaptatur. Domi. & alij in d. c. vt super. per glo. in cle. appellanti. de app. c. cũ I. & A. vbi Bald. col. 2. de re iud. Et etiam comprehendit omnia, quę ante sententiam fiunt. Fel. in c. quoniã contra. col. 4. de prob.

Item quando in constitutione est facta mentio processus, non venit sententia, Dec. per illum tex. in c. prudentiam. in vlt. not. de offic. deleg.

*Intellectus ad tex. concord. in ult. de colla.*

3 Item in text. concordatorum habetur, & taliter molestauerit: & intelligerem de molestia, quæ fit per processum, videlicet si nominatus molestauerit ordinarium per processum, quòd fructu suarum nominationum vel gradus priuetur. Et si nominatus vel graduatus molestauerit ordinariũ de facto extra processum, non perdet suas nominationes, secundũ hũc intellectum, quia in tex. dicitur, in processu posuerit, & taliter molestauerit, videlicet per processum, arg. c. 2. de temp. ordin. & c. ex frequentibus. de instit.

*De molestia.*

Item si molestauerit etiam per processum, iure tamen, quia impetrauit beneficium inhabili collatum, non priuabitur suo gradu, vel nominationibus, quia hic text. debet intelligi de molestia facti, & quando nominatus vel graduatus in vim nominationum molestat, vt puniatur in quo deliquit, secus si alia ratione molestaret, quod probatur in cap. in præsentia. de probat. & l. quidam. ff. de verborum obli. per dictum Bal. in l. 1. C. de vsufruct. vbi si testator priuet hæredem, si molestauerit vxorem suam in vsufructu, nihilominus poterit hæres exigere cautionem ab ea de vtendo fruendo arbitrio boni viri, quia testator de molestia tantum facti intellexit secundum eum. Et Alexand. in l. quòd de bonis. §. 1. ff. ad leg. Falcid. Barb. consilio 56. à Ioue. colum. 5. in 3. volum.

Idem si hæres priuetur hæreditate, si molestauerit vxorem testatoris, intelligitur de molestia facti, non iuris. Bal. in l. 1. C. de his quæ pœnę nomine. per gl. sing. in l. si seruum. §. prætor. in verb. abstinet. ff. de acq. hæred. sequitur Corset. in sing. incip. molestia. Sic & in hoc §. intelligitur de molestia facti, ponderando verba d. §. si quis autem. de colla. in cõcord. ibi, in vim gradus, aut nominationis. Ergo si in vim alterius impetrationis, non perdit nominationes, nec gradum: alioqui nullus graduatus posset impetrare beneficia inhabilium, & esset in hoc deterioris conditionis quàm non graduatus. quod non est dicendum, quia in fauorem eorum est introductus gradus. ergo non debet in odium eorum retorqueri. l. quod fauore. C. de legib. Et ideo multa priuilegia confert gradus, quæ licet videre per Barb. in prœmio clem. & per Alex. in addit. ad Barto. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Felin. in rub. de magist. Bologni. in repet. auth. habita. C. ne filius pro patre, & per Petrum de Lesnauderie. in opusculo de docto. per totum.

Alij habent in eodem §. si quis & aliter molestauerit. & tunc intelligetur aliter quàm per processum, quia text. dicit, in processu posuerit, & aliter molestauerit, &c. & ideo si nominatus de facto expulerit eum cui ordinarius contulit in suis mensibus, dicens beneficium ratione nominationis sibi deberi, licet malè, tunc priuabitur fructu suarum nominationum. probatur in c. 1. & in c. cum seculum. de iur. patro. c. prohibemus. de censibus. alia secũdum hunc intellectum

scripsi

scripsi in d.§.fi. Aliquando intelligitur de molestia tam iuris quàm facti.l.vna.C.de nundi. Alex. consil.52.viso testamento.in 2. vol. & consil. 151. viso themate.in fi.eo.vol.& consil.177.viso testamento.in 5.vol.Ias.in l.vbi circa fi.C.de transact. & hoc statutum esse reor, vt audacia graduatorum reprimatur tam in iudicio, quàm extra, quia sæpius perpetrant plurima mala & abusus. Nunquam tamen vidi seruari, vt nominati fuerint suis nominationibus priuati, aut graduati suo gradu per hanc molestiam. posset tamen fieri, si bonum videretur, & hoc intellige si in vim gradus vel nominationum, vel in vim vtriusque in processu poneret ordinarium, per l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cer.peta.& d.§.fi.

*Nominatus an perdat gradũ cum nominationibus.*

4 Dicerem etiam, quod licet nominatus (vt supra dixi) molestando suas perdat nominationes, vel graduatus suum gradum, tamen nominatus non perdet suas nominationes, & suum gradum simul. & si tex. dicat à fructibus sui gradus, & nominationis priuandum esse: quia singula sunt singulis referenda, vt videlicet nominatus sua nominatione, graduatus suo gradu priuetur. gloss. in l.fi.C.de fideicom.c.cum singula. de præb. in 6.& sic postea nominatus suis nominationibus priuatus beneficia ratione sui gradus adhuc obtinere posset, videlicet beneficia in villis muratis, quia pœnæ molliendæ sunt, & restringendæ.l.interpretatione.ff.de pœnis.c.pœnæ.de pœnit. dist. 1.regula, in pœnis.de reg.iur.in 6. Domi. consil. 126.Martinus, &c. & quia duplici pœna non debet quis puniri.c. at si clerici. in fi.de iudic.& ibi gloss.allegat alia iura quæ licet videre. dixi in §. monemus.de collat.in concord.in gloss. suspendemus.nec si habeat plures nominationes, omnibus priuabitur, sed tantum illis quibus abusus est, ne pœna extra delictum extendatur.not.in c. fraternitatis.de hæret.

Item talis molestans est priuandus per sententiam, & non est ipso iure priuatus, per tex. in cõcord.in verbo priuandum, quod denotat sententiam.c.vno.de sagitta.gl.& doct.in l. in criminali.C.de iurisd.omn.iud.Feli.in c.Rodulphus, vers. vlt.de rescri.& dixi in d.§.fi.

*Priuatus semel nominationibus an possit iterũ impetrare.*

5 Quæro an semel priuatus nominationibus (quòd raro euenit) alias possit impetrare? Videtur quòd non, ne ludibrio fiat priuatio. c. commissa.de elect.in 6.cle.ne in agro. §. cæterum. de statu monach.facit l.si prætor.ff.de iud. & ne lex verbis imponatur.l.2.C.communia.de lega.

Contrarium est verius, quod probatur per extrauag.execrabilis.§.statuimus.de præb.in extra. Ioan.22.vbi dicitur, quod si quis fuerit adeptus beneficium secundum incompatibile cum primo, ipso iure est priuatus primo, ad quod nunquam potest redire sine noua collatione.ergo sumendo arg.à contrario, cum noua collatione poterit redire, per c. 2. de renunc.sic & cum nouis nominationibus poterit iterum impetrare beneficia.

Item si quis renunciauerit bonis paternis cum iuramento, poterit illa petere non obstante iuramento, si instituatur hæres.Alexand.& alij in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo. obligat.docto.in l.pactum quod dotali.C. de pact.& de collat. & cap. quanuis. de pact.in 6.Benedi.in repe.cap.Raynutius.in verbo duas, nu.286. cum seq.de test.

6 Adde etiam quod priuatus beneficio in vna ecclesia, poterit ad aliud in eadem promoueri. c. literas.de conces. præb. & ibi Imol. nota. 3. & si quis per subreptionem vel obreptionem priuetur rescripto, tamen postea poterit aliud impetrare, in quo veritatem imprimet.l.2.C.si contra ius.cap.super literis.& ibi not. de rescript. & rescriptum ab excommunicato impetratum, licet sit nullum.cap.1.de rescript. in 6.tamen eo absoluto poterit aliud impetrare, vt ibidem not.Idem ergo in nominato, vt licet suis sit priuatus nominationibus propter molestiã, vt possit alias impetrare, vt vna pœna contenti simus, prout dicitur in cap.at si clerici.§.fina. de iud. & dupliciter puniretur, si annullarentur nominationes, & prohiberentur ne amplius impetrarentur, ideo quia hoc non dicit tex.ergo non extendetur.l.cũ quidam.ff.de liber.& posth.igitur poterit alias impetrare, licet primis sit priuatus.

7 Nec obstat cap.commissa, de elect.in 6.Quia resp.quòd ista priuatio nõ est ludibrio, licet alias nominationes impetret, quia perdet prioritatem temporis, quæ magna est.reg. qui prior. de regu. iur.in 6. & postea vigore nominationum secundo loco impetratarum forte nunquam obtinebit beneficium, tanquam antiquior. Et sic dicerem, quòd licet quis suis priuetur nominationibus, vel gradu, tamen non perdet beneficium, si quod ex illis aliàs consecutus fuerat, arg.cap. tibi.de rescript.in 6.& c.si clericus.de præb.eodem lib.vbi quando clericus priuatur gratia propter negligẽtiam suam, tamen si ratione illius gratiæ fuerit in ecclesia canonicus receptus, illum non perdet, nisi fuerit sibi collatus ad effectum præsentium duntaxat. sic in nominationibus arbitror. facit quod dicit Anchara.in consil. 171. casus est talis, quidam.in fin.vbi concludit feudum posse concedi ei qui semel fuit priuatus, propter inuestituram non petitam, vt ibi per eum.

*Respon.ad c.cõmissa.*

8 Secundò, priuatur quis suis nominationibus, quando habet in ecclesia metropolitana, vel cathedrali, seu collegiata, duas præbendas, seu dignitatem cum præbenda, vel vnam præbendam seu alia beneficia, quorum fructus ascendunt vsque ad ducẽtos florenos auri de camera.§. volumus.de colla.in concord. quia gratiæ tuæ renũciare videris, si beneficium pacificè adeptus es. cle.gratiæ.de rescript. & c.si pauper. de præb. in 6.Nam mens ecclesiæ Gallicanæ, ac etiam papę, & regis fuit, vt prouideretur pauperibus scholaribus, qui exhausto suo patrimonio in acquirendo scientiam sumpserunt nominationes & gradus.Et non dicitur pauper, qui in redditibus habet ducentos florenos auri, siue habeat beneficia in titulum, siue in commendam, & ideo honestè ex illis poterit viuere. not. in cap. postulasti. de rescript.

*Nominationibus priuatur habens duas in ecclesia cathedrali præbendas.*

Intellige tamen, vt dixi in §.declarantes.in gl. prosequentes, de mand.apost.supra.

9 Et intellige quãdo haberet duas præbendas

*Duas modi-*

*eas obtinēs præbendas an aliud beneficium petere poßit.* in ecclesia cathedrali, vel metropolitana, etiam si non ascenderent ad valorem ducentorum aureorum, tamen non poterit is nominationes impetrare, nec impetratis vti, vt tenet glos. in §. quòd si quis ex dictis. in verb. duas. de collat. in pragm. quòd rarò cōtingit. Et hoc procedebat per prag. sed per concordatum posset nominationes impetrare, & eis vti, qui duas haberet præbendas minoris valoris, vt patet in concord. in §. si quis verò ex dictis. vbi se refert ad dictam summam tā in præbendis quàm in aliis beneficiis. & hoc probatur in d. §. volumus. ibi, quorum insimul. & quia ibi est tantum vna clausula. in pragm. secus quod notes, quia multa erāt vera tempore prag. quæ nunc non sunt: ideo non confidas gl. pragma. quæ licet bene dicat secundum sua tempora, & tex. cui addidit glosemata, non tamen nunc: & aliàs fecit me errare, dum sequerer suam doctrinam simpliciter. ideo tu debes videre nunc tex. concordatorum si dissideat à pragm. & secūdum tex. iudicare.

*Habēs quadringentos aureos in bonis, nominationes impetrat.* 10 Notandum est, quòd si quisquam haberet redditus in bonis secularibus vsq; ad quadringētos aureos, vel vltra, poterit adhuc impetrare nominationes, & viuere ex fructibus beneficij, licet habeat amplum patrimonium, quia postquam altari seruit, de altari viuere poterit. cap. cum secundum. de præb. latè Barba. in tract. de præstantia Card. in prima parte. q. 6. hic tantum excludit habentem redditus beneficiorum, secus si in patrimonio, vt patet in d. §. volumus.

11 Tertiò, amittuntur nominationes, si nō sint expressa ea, quæ debent exprimi. de quibus dixi supra. q. 9. & in d. §. volumus. & idem in mandatis asseritur in c. ad aures. c. in nostra. de rescript.

12 Quartò, si nominatus vel graduatus efficitur inhabilis, vel irregularis, qui etiam sic perditur mandatum. Ancha. cons. 58. circunscriptis.

*Contrahens matrimoniū an priuetur beneficio & quando.* 13 Quintò, quando nominatus contraheret matrimonium, aut sponsalia de præsenti, tunc suis videtur renunciare nominationibus. gl. & doct. in c. vno. de cler. coniug. in 6. Pan. in c. 1. illo tit. Aufrer. in suis decisionib. q. 239. Ias. in l. vbi pactū. col. pe. C. de transact. Etiam si sponsalia essent nulla. Quia fecit quod in se est, & contrariū actū clericatui, ob id renunciauit literis, & quia non debet esse melioris conditionis quàm peritus. c. cum qui. de præb. in 6. Ias. in d. l. vbi. Si tamen cōtraxerit matrimonium, & non tenuerit, sed sponsalia de præsenti interuenerunt, tunc dicerem beneficium quod obtinet, non vacare, per regulam non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectū. de reg. iur. in 6. & difficilius perditur acquisitum beneficium, quàm acquirendum, & ius in re, quàm ad rem. cle. gratiæ. de rescri. & ibi hoc firmat Cardin. & sic cōciliari possent opiniones contrariæ. & in l. causas, in fin. C. illo tit. vide Imol. in cle. gratiæ. col. pen. de rescri. imò vxore mortua non licet vti mea gratia. Ioā. And. in d. cap. vnico. Angel. & alij in §. 1. institut. quib. mod. ius patriæ potestat. soluitur. Et his ferè modis amittuntur mandata apostolica, de quibus vide in tracta. de mandat. aposto. in vltim. parte, per dom. Ruseum. dico in rubri. de mandat. apostol. in concordat. §. declarantes. in gloss. prosequentes.

14 Sextò, si ex aliqua causa suo priuaretur gradu, quod potest fieri, vt probatur in c. ex literis. de const. & ibi plenè traditur per Fel. & alios.

15 Septimò, si eas non insinuaret per triginta annos, quia tūc eas videtur habere pro derelicto, & eis renunciare. argumēto. l. licet. C. de iure deliberan. dixi supra in 14. q. principali, vbi amplè videre licet.

16 Octauò, perduntur quando ex causa vniuersitas reuocaret nominationes, quod potest, vt tenet gl. §. item quod ad dicta, in verbo nominare. de colla. in pragm. sed non est solitum fieri, & bonum est argumentum à solitis. l. si quis donaturus. ff. de vsufruct. l. certi condictio. §. si nummos, si cer. pet. Ratio est, quia postulantes re integra à postulatione recedere possunt. c. bonę. in 2. de postula. præl. Si vniuersitates sine causa nominationes reuocarent, posset ab eis tanquam abusu appellari, qui à senatu reformaretur. Item legatus qui reseruauit beneficium pro aliquo, potest reuocare, & alteri prouidere. Host. in c. cum dilectus. de iure patro. Io. And. in c. præsenti. de offic. leg. in 6. & limitatur tribus modis, per Perus. vt ibi cernere licet. & idem si papa reuocaret mandatum concessum, c. pen. de præb. in 6. & c. vlt. de concess. præben. illo lib. vide Hippol. singul. 166. inconstantia.

17 Nonò, quando nominatus eis renunciauit, vt in c. audita. de rest. spoli. facit tex. in l. filio prę terito. ff. de iniusto rup. nam potest quis priuilegio in fauorem suum introducto renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de episcopis. & cler. & C. de pact. c. si diligenti. de foro compet. Io. And. in c. pen. de præb. in clem. gratię. de rescrip. Card. cons. 105. super præmisso. gl. in verbo, irritum. §. si quis cuiuscunque. de colla. in pragm. *Renunciare nominationibus quis potest expreßè & tacitè.*

18 Intellige siue expressè renunciauerit suis nominationibus, siue tacitè, quia hoc casu tantum operatur tacitum sicut expressum. arg. l. cū quid. ff. si cert. pet. & ibi amplè Ias. & aliàs consului pro venerabili viro domino Ioanne de Lausergio sacrista Magalonen. mihi consanguineo colendissimo ac doctissimo, & obtinuit in senatu Tholosano. Et censetur renunciare, quādo est sibi prouisum ab vno quoad illum: quia ille qui semel vni prouidit, non tenetur amplius eidem prouidere. arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. & suprà dixi. Nec potest eum gratificare, alioqui omnia beneficia ei conferret episcopus, & ille ebrius esset, & alij esurirent: & si haberet nepotem graduatum, eidem conferret omnia beneficia, & ille semper ea resignaret, & alij nihil haberent, quod valde est absurdum, vt dico in gl. gratificare. §. statuimus. 1. de colla. supra.

Item tacitè dicitur renūciare, si fuerit effectus miles. arg. 51. dist. c. 1. & 2. c. eos. 20. q. 3. nam tunc si arma militaria exerceat, perdit priuilegium clericorum, quia facit actum contrarium clericatui, quibus conuenit, nobis non licet interficere quenquam. notat Innocent. in cap. 1. de aposta. & c. in audientia. de sent. excom. Chassa. in consuetudin. Burg. in rub. *des iustices.* §. 5. glo. *s'il n'a grace.* *Tacitè quis dicatur renunciare.*

*grace*.nu.52.& seq.versi.4.fallit. vel habitum clericalem reiecit.cap.1. de aposta.l. professio.C. de muner.patrimo.li.10.idem si sententia annullans nominationes contra nominatum lata fuit, cui acquieuit.glo.sing.in c.1.de conces.præb.Idem si colludat cum aduersario super vno beneficio, quod poterat obtinere, sed composuit cum illo, tunc quia per eum stetit quominus haberet illud, ei imputatur.l.in iure.ff.de regulis iur.& qui actionem ad rem habet,ipsam rem habere videtur.l.qui actionem. ibidem. Panormit.in cap. ad audientiam.2.in 4.not.de rescrip.Idem si renunciauerit ius quod per nominationes habet, tunc licet is cui renunciauerit, succumbat, adhuc videtur exclusus. argu.l. quod dictum. §. si compromisero.ff.de euictio.vide quæ scripsi in §.volumus.de colla.in concord.Car.in c.mandatum. col. 3. q.1. de rescript. dicens iisdem ferè modis mandatum amitti,& ideo seruiet ad intellectum tituli de mandatis aposto. in concordatis. vbi scripsi in gl.prosequentes.§.declarantes.

*Forma non seruata corruunt nominationes.*

19 Decimò,perduntur nominationes, quando forma non est seruata quæ est posita in concordatis,quia factum corruit non seruata forma ca. cum dilecta.de rescr.l. cum hi. §. si prætor.ff. de transact.Et illa est,quæ dat esse rei,& eam in esse conseruat.l. Iulia. §.1. ff.ad exhib. Albert.Brunus in tract.de forma & solennita.actus.fol.3.rub. de generali cognitio. formæ. & rub. de potentia & effectu formæ.fol.44.col.3.cũ seq. sic dixi quando quis impetrauit mandatum non seruata forma,vt sit nullum in forma.de manda.apost.

20 Vndecimò, quando moritur nominatus. Anch.consil.58.circunscriptis.vbi tradit sex modos finiendi rescriptum,quia mors omnia soluit. §.deinceps. in auth. de nupt. collat.4. Et si velis videre casus in quibus mors soluit,vide per Hippoly.in l.fi.num.30.cum sequen.ff. de quæst. nec dubitatur hoc etiam casu solui mandatum, per prædicta.

*Papa & rex an nominationes possint reuocare.*

21 Duodecimò,quando papa cum rege eas reuocaret, cum eorum sit destruere, quorum est concedere.l.omni.C.de sacrosanct.eccl.summus pontifex reuocat gratias per eum concessas.cap. pen.& fi.de concess. præb. in 6. Vnus verò sine altero non posset, cum cõcordatum habeat vim contractus,vt patet in rub. de robore & firmita. concord. & vnus altero inuito à contractu non discedit.l.sicut.C.de acti.& obli. & rub. C. ne liceat ab empt.disced.tex.sing.in ca.1.& ibi omnes doct.de probat.vbi Bal.ampliat etiam ad successorem,vt solus contractum reuocare non possit, iam perfectum.Domi.consil.56.inter.Ro. consil. 352.quæritur.col.pen.& seq.& consi.325.col.pen. Ias.consi.1.in 1.volu. & consil. 227.Carolus.in 2. vol.col.5.dico in præfat.ad glo.concord. rub.de collat.vbi licet fusius videre.

*Princeps recipiens pro officio pecunias, nõ potest dantem destituere.*

22 Idem est in principe recipiente pecunias pro aliquo officio, vt non possit dantem destituere.ca. vno. de natura feudi.Bal.in l.qui se patris.col.8.C.vnde lib.Boer.in decis.Burde.q.149. an rex Franciæ.Barb.in c.1.nu.14.de proba.l.3. ff. de obsequiis.Anch.consi.366.Ias.consi.56.in causa.in fi.vol.1.& consi.105.col.3.ibidem. Benedict. in repet.c.Raynutius.in verbo, duas habens. nu. 36.cum seq.de testa. quia recipiendo pecunias, videtur secum contrahere vt amplius eum sine causa non destituat.Et sic prodest dare pecunias pro officio, vt non possit destitui. sed à tali prodesse liberet nos deus,dicit glo.in simili in l. seruus.§.fi.in verbo corij.ff.de condict.furt.l. si quis cum totum.§.planè.de except.rei iud. Sic dicitur de paupertate, quod prodest.l. si quis ad. C. de episc.& cler.§.1.instit.quib.manu.licet vel nõ.sed à tali prodesse liberet nos pater & filius & spiritussanctus.& ab hoc munere vellem esse immunis,cum filiolis meis. Ita in propriis terminis dicit Barba.in c.significauit.nu.22.de offic.deleg.

23 Vltimò,perduntur nominationes si ecclesia regularis erigatur in secularem, vt nuper ecclesia sancti Saturnini Tholosæ, tunc nominationes regularium expirant,& deinceps seculares poterunt illi ecclesiæ nominari.idem econtrario. tex. in c.ad audientiam.2.de ecclesi.ædifi. latè Perus. in tracta.de mutatio.status ecclesiæ.ca.1.Sic tempore Caroli Calui regis Franciæ ecclesia sancti Martini Turon.multis opibus abundans in secularem erecta fuit,cuius temeritatis canonici mox pœnas luerunt.nam missa in eos cœlitus pestilentia omnes(præter vnum Vedastum qui in numerum sanctorum relatus est, & nomini eius ibidem sacellum dicatum) extincti fuere, quo facto audito canonici diui Martialis Lemouicen.relicto seculari habitu se ad monasticam vitam conuerterunt. teste Gagui.lib. 5.paulò post principium, sic hoc anno 1536. ecclesia Magalonensis Regularis redacta est in secularem, & translata ad Montempessulanum, quod faustum felixque viris Pessulanen.sit,& eorum vxoribus. Circa hoc tamen fusius dicendum esset,sed multis obrutus negotiis & lectionibus, non superest latius inuestigandi opportunitas. At dum per ocium licebit,hæc maturius fortè digerentur.Interim lectores,boni æquiq; consulite,vt animum meum ad maiora incendatis, quod fieri facilè poterit,adiuuante Deo,qui in trinitate perfecta viuit in secula.

*De ecclesia Turonen. exemplum mirabile.*

Amen.

# AMPLISSIMO VIRO, DO. FRANCISCO A SANCTO ANDREA, IN SENATV PARISIENSI PRAESIDI MERItissimo, Petrus Rebufus I.V. doctor, S.




*THENIENSES Berosi astronomi sapientiam diu experti, post multa ab eo prædicta, quæ tempus verissima declarauerat, statuam æneam lingua aurea in suo gymnasio ei posuerunt, vt quæ oracula verissima protulisset, ex auro velut emanata sibi quisque persuaderet. Quæ cùm ego mente mea reuoluo, dignissime præses, quanquam vir ille fuerit clarissimus, cum tamen eum tibi conferre statuo, muscam elephanti comparare videor. Ille enim fortuito vaticinabatur, vt Trasyllus & Ascletarion, vel cacodæmonum aliquo suggerente & quæ à se prædicta fuerant, ad euentum perducente. Tu verò non casu, sed diuinis, ac vtriusq; iuris peritia instructus, hactenus vera ex tuis intimis semper deprompsisti. Dicámne à pueris quàm magnam expectationẽ omnibus de te præbebas? Quotusquisq; enim erat, qui te, vel à prima ætate diuina quadam prouidentia genitum, ad hunc dignitatis, & maiorem gradum venturũ nõ iudicauerit? Iudicauerũt & præceptores, qui in dies tot scientiæ fercula vix tibi, quin memoriæ omnia mandares, porrigere sufficientia poterant. Iudicarunt (inquam) doctores iurium Tholosates, quot argumentorum iaculis eos in singulos dies impetebas. Quid referam, cum ad iuris nodos explicandos peruenisses? Non vt Hercules gladio, sed iure optimo responsa prudentum tam facundè, quàm subtiliter, & disertè, omnibus lucida tradebas. Scholasticos veluti quidã Orpheus, ita alliciebas, vt qui te semel audissent, à tuis nemo vnus lectionibus discedere potuisset. Missa faciam quanto cum mœrore pubes scholastica tuum tulerit discessum, & quanto cũ gaudio à Parisien. hominibus receptus fueris. Fuit enim tuus adeò gratus, celebris, & notus aduentus, vt ad aures opt. max. principis nostri celeriter peruenerit, qui te primò quoque tempore senatorio munere decorauit: quo in munere collegis, & aliis ita te probasti, vt omnibus gratissima & admiranda esset tua fides, integritas, atque iustitia. Quibus commotus princeps, ad te non ambientem, neque petentem præsidis officium, (quod inquæstarum dicunt) detulit, demum prospiciens quanta cum industria & peritia id munus gereres, ad præsidatum longè digniorem te extulit, multo maiora tibi debere arbitratus, quæ tempore demonstrabuntur. hoc enim meretur tua singularis atque præclara iustitia, quam si laudandam pro dignitate susciperem, succumberem oneri: id tantum dicam, Alexandrum magnum quidam summis attollunt laudibus, qui cum in capitalibus causis iudex sederet, accusatori alteram aurem occludebat. rogatus quid illud faceret: alteram, inquit, integram seruo reo. Tu verò pro tua sapientia ambas & actori & reo præbes, vt nihil præcipitatum, nihilque non matura deliberatione decretum ex te prolabatur. Asclepiadem medicum alij commendant, commendant inquam, quòd aliquem qui pro mortuo ad funus efferebatur, sistere iussit, veræq; & pristinæ valetudini restituit, quod Erophilo Cleophanti medico etiam contigit. Tu autem quot tua excellenti iuris prudentia pro mortuis habitos restituisti, nemo vnus ignorat, quótve perditos homines pro bonis vulgò habitos profligasti. His igitur impulsus, etsi tua excellens dignitas omnia summa meretur, fretus tamen tua, qua semper erga me vsus es, humanitate, hunc breuem de Pacific. Possesso. tractatum tibi maximè conuenientem, nomini tuo nuncupare non sum veritus: quem si tuendum ab inuidis receperis, & album calculum adijciendo, æqui boníque consuleris; spero complures tuum egregium iudicium secuturos. Vale. Lutetiæ, 17. Calend. Iunij. anno Domini sesquimillesimo trigesimosexto.*

TRACT

*TRACTATVS*

# DE PACIFICIS POSSESSORIBVS.



REGVLA in hac materia est, quòd quicunque possederit beneficium ecclesiasti cum triennio, non poterit molestari in possessorio nec in petitorio, hoc statutum fuit etiam in prag. eo. tit. & in reg. cancel. 33. & nuper in his concord. isto tit. Et hęc triennalis pręscriptio fuit elicita ex concilio Aphricano, de quo in c. 1. vbi scripsi de præscriptio. & quia de pacificis loquimur.

*Pacifici tribus modis apud theologos dicuntur.*

1 Notandum est, quòd secundum theologos pacifici dicuntur tribus modis. Primò, hi qui mandatis Dei obtemperant. ad Rom. 5. c. Iustificati ergo ex fide, pacē habeamus ad Deum, quæ datur hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2. c.

Secundò, dicitur etiam pacificus is, qui refrenat illicitos motus. Io. 5. cap. Scias quod pacē habeat tabernaculum, id est, corpus. & Aug. super Matth. 5. c. ibi, Beati pacifici, ait, Pacifici sunt in seipsis, qui animi motus & carnales concupiscentias habent edomitas, & rationi subiectas.

Tertiò, qui quærunt pacem cum proximo. ad Rom. 12. c. si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habētes. & Chryso. super Matth. 5. c. Pacifici sunt, qui odiunt, nec litigant, sed litigantes & discordes ad pacem reducunt, vt perbellè facis, dignissime pręses, & hi filij Dei vocantur, quia vnigeniti fuit hoc opus, videlicet cōgregare dispersa, & pacificare inter se pręliantia. Dauid Psa. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. ita expressè tenet Floren. in 4. parte summæ, tit. 7. cap. 6. Vnde pulchrè dicit Aug. in c. quisquis. in primo. 23. quæstio. 4. Quisquis vel quod potest arguēdo corrigit, vel quod corrigere non potest, saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, vnde Christus dicitur rex pacificus, quia vt pacem doceret, in hunc mundum venit, & pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos, & modestos. in proœ. decret. Rex pacificus. & tex. in cap. decet. in prin. de immu. eccles. in 6. plus dicit per os prophetæ Psalm. 36. Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Istę igitur nobilis & doctissime præses, tuæ sunt reliquiæ, quas passim, ne dicam Parisien. homines, verùm & totus Galliæ populus te fouere pręedicant. Quare pacificus pacifico pacificū tractatum tibi dicare non erubui. Hîc tamen loquimur de pacifico possessore beneficij, qui per trienniū sine lite possedit beneficium, vt dico infra nu. 164.

2 Licet videre differentiam inter quietum & pacificum, per Floren. vbi supra. & Bal. in consil. 288. omnis qui rem. in 4. vol. & not. in cle. multorum, de pœnis. & c. sanctorum. de præscrip. vbi Pan. dicit illum quietè posside re, quando non stimulatur in iudicio, pacificè verò quando non patitur controuersiam iuris, nec facti, nec in iudicio, nec extra. gl. & doct. in cle. gratiæ. de rescri. scripsi infra nu. 164. & seq.

3 Primò, amplia procedere etiam in muliere, quia verbum quicunque, in textu positum, tam masculum quàm fœminam comprehendit. text. de iure melior & magis expressus in l. ait diuus. ibi quicunque accipere debemus tam masculum quàm fœminam. ff. de iure fisci. l. quicunque. & ibi Alber. & alij. C. de ser. fugi. & Ioel 2. cap. Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. & Act. 2. idem Matt. 12. c. dicitur, Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. vide gl. in cle. 1. in verbo quicunque. de deci. & in cle. 1. de sepult. tex. in l. 1. ff. de verb. sign. & ibi plenè dixi hoc anno interpretando illam legem extraordinariè gl. in c. generali. de elect. li. 6. gl. in c. 1. §. cum humanæ. in verb. abbatis. eo. tit. in pragm. Ias. plenè in omni ferè materia. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. & Dec. in regula fœminæ. ff. de reg. iur. & dispositum in monachis & abbatibus, extenditur ad moniales & abbatissas. tex. in c. fi. & ibi Pan. de statu monach. Ias. refert consil. 1. in 2. vol. col. 2. quod est 140. in numero impresso.

*Fœmina post triennium in beneficio non debet molestari.*

4 Ratio textus est, quia postquam possunt habere prælaturas & beneficia. c. indemnitatibus. de elect. li. 6. c. dilecta. de maior. & obed. Ergo si eas possederint cum colorato titulo per triennium, non poterunt super eis molestari, quia qui vult antecedens, vult & consequens necessarium ad illud. l. illud. ff. de acqui. hær. l. 1. & ibi Ias. col. 2. de transact.

5 Præterea masculinum concipit fœmininum in fauorabilibus. l. qui duos. ff. de legat. 3. sed hoc est valde fauorabile, vt patet, & maximè mulieribus, ne in iudicio molestentur. ca. mulieres. de iudic. lib. 6. & eadem ratio subest in vtroque, imò fortior, vt dixi, in muliere, ergo & decisio. §. porrò. ibi, si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, quæ fuit prima causa benefi. amitt.

Et hoc puto verum in beneficiis, quæ mulieres possunt habere. c. indemnitatibus. de elect. in 6. secus in aliis, vtpote in ecclesiis parochialibus, quamobrem putarem, quòd si fœmina parochialem ecclesiam possedisset per centum annos, adhuc clypeo huius decreti iuuari non posset, quod est notandum, vt dico inferius in 4. limit. in fi.

6 Secundò, intellige procedere etiam si collegium,

*Capitulum*

*& conuentus an inueniatur hoc edicto.*

gium, vel conuentus, seu capitulum beneficium possederit triennio. quia verbum quicũque, comprehendit etiam collegium, vel capitulum. l. metum. in magna. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. Alber. expresse in d. l. quicunque. C. de ser. fug. col. 4. Item quia collegium & capitulum vicem personæ sustinet. l. mortuo. ff. de fideiuss. tamen quia non potest habere in titulum beneficium, & hic tractatus tantum loquitur de possidente colorato titulo, ideo non habebit locum hic tex. quando possidetur beneficium iure proprietatis, de quo not. in c. ad quęstiones. de rerum permut. & ca. cura. de iure patro. vbi scripsi dando nouum intellectum ad illum text.

*In foro conscientiæ post triennium, an quis in beneficiis molestari possit.*

7 Tertiò, extende vt etiam in foro conscientiæ non teneatur restituere post triennium, is qui sic possedit, alioqui sequeretur quòd forma huius decreti deduceret ad inferos, & conscientia legum magis esset damnata, quàm maleficiorum. ita in propriis terminis dicit Bal. in c. in omni negocio. de testib. ca. fi. col. 2. de præscrip. & in consi. 285. si quis iuris. col. 2. in 3. vol. Maleret. in tract. de elect. fol. 87. col. 4. Et faciunt ea quæ dixi in c. postulastis. in glo. nu. 45. cum multis seq. de cler. excom. minist.

8 Secũdò, sic suadetur per ea quæ ibidem dixi in glo. 1. vbi conclusi post præscriptionem quem non teneri restituere rem etiam in conscientia, contra Alci. in l. quinque pedum. C. finium regund. cui resp. ibidem insequendo glo. in c. vigilanti. de præscript. & bonam iurisconsultorum partem.

Sed hîc per papam est statutum tempus, intra quod quis possit præscribere, ergo postea non tenebitur restituere in foro conscientiæ. alioqui papa non sic statueret, & tutus authoritate canonis inducentis præscriptionem, non debet dubitare de conscientia. vt pulchrè loquitur Inno. in c. cura. de iure patro. Bal. in §. si quis per triginta. si de feudo fuerit contentio inter dom. & agna. vassa. col. 1.

*Lex ciuilis est etiam in conscientia seruanda.*

9 Tertiò, non aliter videtur dicẽdum in foro iustitię, quàm conscientię, quia vbi lex ciuilis statuit, tale statutum etiam in foro canonico causarum, & etiam in foro pœnitentiali seruandum est, nisi insit peccatum: & dolus. cap. quoniam. de præscr. sed hoc lex statuit cõdita tam à papa, qui habet plenam in beneficiis potestatem. cap. 2. de præb. in 6. cle. 1. vt lite pend. quàm à rege.

10 Ergo etiam in foro conscientiæ statutum erit seruandum, vt in simili notant gl. & doct. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. vbi est communis conclusio, quòd lex ciuilis iusta obligat etiam in conscientia. & hoc etiam tenent theologi, fortius hoc decretum à papa conditum. & hoc docet Imo. in proœ. decret. rex pacificus. in fi. princ. Ias. consil. 180. commune. col. vlt. in 2. vol. & in §. sed iste. nu. 126. instit. de actio. Feli. in ca. 1. num. 18. versic. 4. fallit. de sponsal. Leona. de Vtino in sermo. 44. de legibus. versic. 2. declaratur. facit text. in c. quo iure. 8. dist. & c. imperatores. 9. dist. & c. de capitulis. seq. distinct. abundè scripsi in proœmio instit. regia. gl. 1. in 1. tomo.

11 Quintò, probatur ex cap. si à sede. de pręben. lib. 6. vbi si conferatur beneficium duobus à diuersis eodem die, ille qui possidet, est præferendus, licet non habeat fortè meliorem titulum. sic & hic qui triennio possedit: licet non haberet nisi coloratum titulum.

12 Quia papa confirmando hunc coloratum titulum, videtur beneficium eidem de nouo dare post triennium. glos. in reg. cancella. 15. in prærogat. 3. *Papa confirmando inualidum titulum, videtur de nouo concedere.*

Et quando papa ex certa scientia confirmat inualidum, videtur validum facere. glo. not. in ca. placuit. 16. q. 6. Sed Roman. pontifex in hoc casu confirmat titulum inualidum ex certa scientia, cum exprimat, coloratum habentem titulum non posse molestari, ergo facit validum.

13 Nam tolerantia expressa approbationis papę dat ius in beneficio. c. literas. de supplen. negli. prælat. Io. And. in c. Michael. de filiis presby. Panor. in ca. nisi. col. 2. de præben. facit gl. in c. aqua. de consecr. eccle. vel alta. Imò etiam tolerantia tacita approbationis papæ dat ius in beneficio. Et sufficit quòd de sua voluntate constet. gl. in. ca. si aliquando. de senten. excommu. cle. si summus. illo tit. Et ibi Ioan. And. glo. in verbo tolerantes. §. volens. de coll. in prag. Panor. in c. quod circa. de consang. Maleret in tract. de elect. fo. 14. versic. cõsuetudo quippe. Io. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte q. 9. Dec. in ca. 1. not. 1. de excep. sed hic papa approbat, ergo dat ius beneficio. *Tolerantia papæ an det ius in beneficiis.*

14 Quintò, facit c. cura. & ibi gl. & Pan. de iure patro. ibi, nisi legitima fuerit præscriptione munitus, &c. gl. in c. possessiones. 16. q. 4. glo. in reg. cancel. 33.

Sextò, facit c. literas. de supplen. negli. præla. & ibi Bal. not. quòd patientia papæ dat titulum ex tunc canonicè possidendi. gl. & doct. in c. contingit. de dolo.

15 Septimò, probatur: papa potest antiquare titulum beneficij. & annullare. c. de multa, cum simil. de præb. sic & coloratum titulum bonum & validum reddere. cap. proposuisti. de concess. præb. etiam in conscientia, quia datæ sunt ei claues à deo opti. maximo. Matth. 16. ca. Quodcunque ligaueris, &c. *Titulum inualidum papa ualidum facit.*

16 Octauò, facit c. cum ecclesia. & ibi Pan. de cau. poss. & c. consultationib. de iure patr. vbi si ille qui erat in possessione eligendi, vel præsentandi, elegerit, vel præsentauerit, licet ius ad eum non pertineret, tamen valebit præsentatio, nec electus destituetur. sic nec hic coloratum habens titulum post triennium etiam in conscientia debet deserere beneficium, nec destitui. *Possessionẽ habens præsentat.*

17 Nonò, cui conceditur vnum, videtur concedi aliud quod sequitur ex illo. l. seruitutes. §. si domo. ff. de seruit. vrba. præd. & l. item. §. 1. de seruit. rusti. gl. in l. quanuis. C. de fideicom. Sed hic concedit vt non debeat molestari post trienniũ, ergo etiam videtur concedere titulum verum, & sic quòd in conscientia possit retinere illud beneficium, alioqui hoc decretum duceret ad inferos, vt dixi supra.

18 Decimò, si papa mandet aliquem non molestari super fructibus & possessione alicuius beneficij, videtur sibi adiudicare beneficium, & ita *Papa mandans nõ molestari, adiudicat beneficium.*

Rota

Rota iudicauit, teste glo. d. regula 33. sed hic mandat non molestari. ergo beneficium post triennium videtur adiudicare habenti coloratum titulum, & sic illa sententia etiam in conscientia est tenenda. not. glo. & doctor. in ca. I. de concessio. præben. & in cap. plerique. de immunita. ecclesia. text. in cap. ex parte I. in fi. ibi, non permittatis exinde molestari. de testi.

*Inuestitura pro collatione habetur.*

19 Vndecimò, si ordinarius non præcedente collatione inuestiat aliquem de beneficio, tunc talis inuestitura idem est quod collatio. Panor. in cap. auctoritate. col. 2. de instit. argum. cap. I. de consuet. rect. feud. & idem tenet Pan. in c. pe. col. 2. de consue. Selua. in tract. de beneficio. 3. parte. q. 10. Fortius est hic in papa, qui vult aliquē non molestari post triennium, & sic de nouo videtur conferre, vel saltem titulum inualidum facere validum. & sic is qui possedit triennio, in conscientia poterit illud retinere. facit gl. c. placuit. in 2. in 16. q. 3. tex. in c. fi. 17. q. 2.

*Declaratur paragraphus monemus. de pacific. possess.*

20 Non obstat versi. vltimus de pacifi. poss. vbi sic dicitur: monemus ordinarios, vt diligenter inquirāt, ne quis sine titulo beneficiū possideat: & si quem sine titulo beneficium possidere repererint, declarent illi ius non competere, cuiusuis temporis detentione non obstante. Quia respondeo loqui de eo, qui nullum habet titulum. Et præscriptio sine titulo regulariter non currit. ca. si diligenti. de præscrip. Bal. in l. nec ex vera. C. de acqui. poss. §. I. insti. de vsucap. hic habet titulum, licet inualidum scilicet coloratum. & hoc iure isto, alioqui post 30. annos esse impetratum beneficium possessum, probat text. in cap. ex parte 2. de testib. glo. & doct. in cap. contingit. de dolo scripsi in interpre. l. postulastis. de cleric. excom. ministr.

*Ordinarius post triennium non inquirit cōtra possessorem beneficij cū colorato titulo.*

Et sic per illum tex. ibi, sine titulo, patet quòd ordinarius non potest inquirere contra triennalem possessorem cum colorato titulo, ad effectum, vt possit declarare ius illi non competere, aliàs posset ab eo à notorio abusu ad senatum appellari: vt vidi in praxi. quanuis contrarium firmet D. Gomes. in hac regula de triennali possessore. q. 58. contra text. loquens in §. ordinarij, eod. titu. in concord. Idem respond. ad rub. de eo qui mittitur in posses. videlicet quamuis beneficium non possit habere sine titulo, secus in possessione. gl. sing. in c. contingit. de dolo. & ibi dicit Panorm. quod si clericus bona fide titulo colorato possederit beneficium alterius per decennium inter præsentes, & viginti inter absentes, præscribit illud in præiudicium rectoris, licet ipse ius prælaturæ sibi non acquisierit. Sequitur Ioan. Franciscus in tractatu de præscript. in prima parte quintæ partis princip. quæst. 10. Minus refragatur regula I. de regul. iuris. lib. 6. nam hic non tenet sine canonica institutione largè, vt declaratur in mea interpreta. ad cap. postulastis. de cleric. excom. ministr.

*Possessio nō inducit collationem.*

21 Nec obstat quòd traditio possessionis non inducat collationem, quia nec petitio operarum facit indictionem earum, antequam indictæ sint. l. si quis hac lege. §. iudicium. ff. de oper. liber. Talmen dicit Compostel. in c. transmissam. de elect. quem refert. Oldra. consi. 143. thema tale est. d. b. quod inuestitura facta ab eo, ad quem pertinet collatio, inducit collationem: quia illi duo actus, videlicet inuestitura, & collatio iuris sunt, & ideo faciliorem functionē recipiunt, & facilius vnum vice alterius fungitur, quia eiusdem sunt generis. l. 2. §. I. si cert. pet. ff. l. sed cū patrono. de bon. poss. Igitur possessio cum sit facti. l. I. §. si vir. de acq. poss. in re non tribuit ius, nec est eiusdem generis cum collatione. ideo per eam ius non acquiritur. secus si fuerit titulus etiam coloratus cum triennali possessione, vt hic. & sic in conscientia post triennium etiam cum colorato titulo possessor est tutus, contra gl. in prag. sanct. quam sequitur Maleret. in tract. de elect. fol. 89. quibus per prædicta luculenter respon.

Ex his infertur, quòd tam in possessorio quàm in petitorio iuuat hoc decretum, cum expressè tex. in concord. hoc dicat. & in prag. sanctio. quanuis D. Comesius teneat solum in petitorio iuuare. q. 53. & 59. super regula de triennali poss. & licet regula cancel. non exprimat, tamen quia in pragm. exprimitur, & ipse dicit, quod debemus à fonte, id est à pragmatica capere interpretationem, ergo & ipse capere debebat à pragmatica, alioqui si super possessorio ageretur post triennium, semper quis posset in hoc regno molestari, cum ferè semper super possessorio agatur, & istud decretū nihil ferè prodesset Gallis, quanuis illis editum sit, nempe quando agitur possessorio, quis molestatur, ergo etiam post triennium super possessorio molestari nō debet: imò si molestetur, solent impetrari literæ regiæ in forma de pacificis possessoribus, quibus inhibetur molestari, de quibus dixi in praxi benefic.

*Post trienniū non debet molestari etiam per denunciationem euangelicam cōtra glo. prag.*

22 Tertiò, procedit, vt non possit molestari etiam per viam denunciations euangelicæ, contra gl. in dicto verb. molestari. eod. tit. in pragm. quia denunciatio euangelica fit quando imminet peccatum. c. nouit. de iud. sed hic non imminet peccatum, vt proximè probaui, ergo denunciatio euangelica non procedit. Et ita tenet Pan. in c. fi. de præscript. licet ibi Imol. contra. sed ista opinio est vera, & communis, teste Io. Francis. in tractatu de præscriptionibus. in 2. parte 3 partis. Bald. consil. 133. casus talis. in 5. volum. quæstio. 10. col. 37.

*Denūciatio euangelica quibus ex causis fiat.*

23 Secundò, denunciatio nō procedit nisi contra detinentes aliena contra conscientiam. Pan. in c. I. de probat. sed post triēnium possessor non detinet alienum beneficium, sed suum factum huius decreti auctoritate. ergo non procedit denunciatio euangelica.

24 Tertiò, denunciatio quiescit, quando denunciatus dicit se non habere conscientiam læsam, & allegat causam probabilem, secundum Bal. in auth. ad hęc. C. de vsur. Purpura. in l. si me & Titium. ff. si cer. pet. sed ille qui possedit potest allegare causam probabilē, videlicet coloratum titulum, & possessionem triennalem huius decreti auctoritate roboratam, ergo non poterit denunciari.

25 Quartò, denunciatio euangelica requirit quod agens probet non tantum suam lęsionem, sed

sed etiam conuentum habere conscientiam læsam. Corn. consi. 137. placet litera. l. in 2. vol. quod post triennium non potest probari.

26 Quintò, in actione reali est communis opinio ex vtroque iure quod denunciatio euangelica non procedit post sententiam iniquam in reali latam, quia à primo eradicatur dominium, & attribuitur præscribenti eius effectus. arg. not. in l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. Secus in personali, quę ossibus inhęret. ideo non potest tolli. glo. in l. 4. ff. pro soc. Bal. in auth. ad hęc. col. 4. versi. item dubitatur. de debito. C. de vsur. multò fortius in eo qui triennium possedit beneficium cum colorato titulo.

27 Sextò, tex. prohibet post triennium molestari, sed per denunciationem euangelicam molestaretur, vt patet cuilibet intuenti, ergo denunciari non poterit. facit text. in c. ordinarij. §. cæterum. de offi. ord. in 6. vbi verbum nō molestetur, generaliter intelligitur tam in iudicio, quàm extra, tam via actionis, quàm denunciationis euangelicæ. & sic affixi duas conclusiones sequentes, videlicet, Pacificus possessor etiam cum colorato titulo post triennium in conscientia est tutus. Ex quo infertur non posse molestari, etiam per denunciationem euangelicā. Quanuis hactenus contraria sententia inualuerit, tamen quia ista est vera, ideo tenenda.

*Conclusiones duæ declarantur.*

28 Limitarem non procedere, quando mala fide possedisset beneficium per triennium, tunc existimarem illum in conscientia non tutum, & sic posse denunciari. Et ita intelligi potest gloss. prag. sanctio. secus si bona fide. & intelliguntur supradicta, & gl. & doct. in c. ex frequentibus. de instit. Collect. in c. cura. col. 1. de iure patr. licet D. Gomes. in q. 42. contrarium teneat, ea maximè ratione, quia iste text. de nouo inductus debet aliquid vltra ius cōmune operari, & tamen nihil operaretur. Secundò, quia non agitur ita de graui præiudicio in hoc titulo, sicut in præscriptione, siue vsucapione bonorum temporalium, quia exceptio tantum hîc acquiritur. Tertiò, quia regula duos tantum casus excipit: ergo vult alios etiam cum mala fide esse tutos. Sed non obstant fundamenta D. Gomes. Primum, nam hęc regula vltra ius commune operatur, videlicet quòd acquirens beneficium de iure, etiam per decem annos, nō acquirit titulum. c. contingit. de dolo. & regula prima. de reg. iur. in 6. c. cura. de iure patro. & inferius dico: sed ista regula tuetur possessorem cum colorato titulo, etiam contra habentem verum, ergo bene operatur vltra ius commune: nam de iure semper poterat quis molestari, quod est prohibitum per istam regulam, & per hoc edictum. Secundum, nō refragatur, quia imò agitur de maiori præiudicio in beneficialibus, quàm in temporalibus: & ideo in eis prohibetur missio in possessionem. c. vno. de eo qui mittitur in poss. lib. 6. Nec me mouet tertium, quòd regula duos tantum excipiat casus: nam similes non videtur excludere, vt ipsemet Gomes. probat. & inferius fusius explicabitur. & ideo cōcluderem quòd si quis sciuerit suum titulum inualidum, & tamen possideat, sciens alium verum habere titulum, quod in conscientia vix esset tutus, per gl. & doct. in c. 1. de conceß. pręb. & in c. vigilanti. de pręscr. iuncto c. fi. ibidem. Fateor tamen quòd hic possessor triennalis nō tenetur bonam fidem probare.

29 Quoniam bona fides præsumitur ex illo colorato titulo, cum regulariter præsumatur bona fides ex titulo vero, vel putatiuo, etiam ex errore iniusto. l. igitur. §. pen. ff. de liber. causa. l. pen. C. de euict. glo. sing. in §. si quis à non domino. de rerum diuisio. in lib. instit. Alex. consil. 134. in causa. col. 4. in 2. vol. & sic non expedit probare bonam fidem, quia præsumptio iuris ratione tituli transfert onus probandi in aduersarium. l. ab ea parte. ff. de probat. plenè doc. in l. Celsus. de vsu cap. & c. si diligenti. de præscr. vbi concludunt bonam fidem saltem debere allegari. arg. l. si adulterium cum incestu. §. idē Pollioni. ff. ad leg. Iuliam. de adult. aliàs non præsumitur. Ias. in l. non hoc, col. vlt. C. vnde cogna.

*Bona fides præsumitur si allegatur.*

Quæro an triennalis possessor habens tantùm coloratum titulum agere possit, etiam contra habentem verum titulum, tam ad fructuum repetitionem beneficij, quàm ad ipsum beneficium, si ab alio detineretur. Et breui respondeo quòd sic, tum quod aliàs hoc remedium penè esset inutile: tum etiam quia est introductum ad iuris augmentum, & ad augmentum inducta, non debent diminutionem operari. l. legata. ff. de lega. 1.

*Agere triennalis possessor coloratus an possit.*

Item hic text. post triennium prohibet istum triennalem possessorem molestari, sed non prohibet quod ipse agat, & alios molestet, ergo non prohibebitur, quia non vult auferre actionem, sed vult vltra quòd non molestetur.

Item quilibet potest agere, nisi à iure prohibeatur. Azo in summa de in ius vocan. col. 1. Sed hic triennalis non reperitur prohibitus. Ergo permissus iuxta l. cum prætor. ff. de iudi. & per totum tit. ff. & C. de in ius voc.

Præterea si possessor triennalis nō posset agere, semper saltem extra iudicium molestaretur. nam vnus nunc occuparet vnam beneficij rem, alter alteram. Et alius postea subtili medio occuparet beneficium, si tunc non posset agere, quid ei prodesset triennalis possessio & præscriptio? Certè parum, & istud est notorium. Et molestare quis dicitur aliū tā in iudicio, quàm extra. l. vna. C. de nūdi. c. dilectus. 1. de syno. c. suam. de pœnis. Inno. & alij in c. in præsentia. de prob. Barb. plenè in c. in nostra. nu. 29. de rescr. vide Cassad. in decis. 6. palatium. rub. de rescr. Adhęc postquā papa non vult, vt quis post triennium molestetur, confirmat titulum coloratum, & reddit illū validum, vt supra probaui, & alium titulum reddit inualidum propter suā negligentiā, aliàs lex papę damnaret aliquem, vt prædixi. quod nō est dicēdum.

*Molestare quādo quis dicatur.*

Item regulariter is qui potest excipere, potest agere, per text. in l. statuas. ff. de acq. rer. do. & in l. si contendat. vbi gl. & Bar. ff. de fideiusso. Ang. in rub. de except. in instit. col. 24. versi. 4. in 14. q. princ. Fel. & Dec. in ca. si autem. de rescrip. Et sic possessor triennalis, qui habet exceptionem, si possideat, poterit saltem vt agat officium iudicis implorare. Insuper, is qui præscripsit agere potest, tex.

*Præscribens post rem acquisitā agit.*

test, text. est expressus in cap. placuit. 2. §. praescriptionum. 16. q. 3. sic dicens, si verò aliquo casu à possessione ceciderit, etiam aduersus verum dominum vtiliter rem vendicare poterit. & inquit D. Gomes. q. 58. quòd triennalis possessor eadem securitate gaudere debet, qua praescribens per quadraginta annos gaudere solet. & sic agere poterit sicut praescribens, vt abundè scripsi in noua interpr. ad rub. de praescript.

Nec refragatur doctrina Bar. in l. vna. col. 2. ff. de condi. ex lege, vbi quando lex vetat in alicuius commodum, tunc non competit nisi exceptio. igitur ex isto titulo de pacifi. possess. & ex iis verbis, nequeat molestari, non orietur nisi exceptio, & huius est sententiae Do. Gomes. in q. 60. super regula de trienna. posses. Sed ego respõdeo, quod quamuis per illa verba, nequeat molestari, non induceretur actio, tamen ex iudicis aequitate ius agendi orietur, & ex aliis iuribus. l. Aurelius. §. centum. ff. de lib. lega. & hoc firmat Bar. in d. l. vnica. nu. 5. Igitur cũ possessor triennalis extra iudicium molestatur, quia res beneficij, vel ipsum beneficium retinetur, poterit agere, non ex illis verbis nequeat molestari, sed quia verus est beneficij procurator in rem suam. iuxta cap. 2. de donat. Et ius habet in illo beneficio, & ex aliis iuribus, quae volunt quòd beneficiatus agere possit. c. edoceri. cum similib. de rescrip. Et sic poterit agere aduersus omnes iurium beneficij detentores, etiam aduersus illum, qui verum ante triennium habebat titulum, tam in possessorio, quàm in petitorio, quamuis contrarium concludat D. Gomes. d. q. 60. cui per praedicta resp. Et ista sunt notanda, quia in negotiis quidẽ perfectis & exceptionem, & actionem cõpetere, vt hic, in imperfectis solam exceptionem scribit iurisc. in l. metum autem. §. sed quod praetor. ff. quod met. causa.

Imò quando vna dispositio fit alicuius contemplatione, licet expresse verba ad illum non dirigantur, tamen ei competit actio. l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1. l. fideicom. §. interdum. de lega. 3. refert Bart. in l. 2. in fin. ff. ad Tertul. sed hoc remedium de pacifi. posses. est inuentũ contemplatione possidentiũ beneficia pacificè, vt est omnibus obuiũ, igitur illis cõpetet actio. Albert. Bru. in tract. de statu exclud. foemi. ar. 13. q. 1.

30 Quartò, extende siue habeat titulum verum, siue coloratum. habens enim verum titulum non est molestandus etiam ante triennium, quia iustè possidet. l. iustè. ff. de acq. posses. Fortius ergo post triennium per hoc decretum.

Imò post triennium habens coloratum titulum praefertur habenti verum, per supra adducta in proxima ampliatione. & seq. Cassad. in decis. 3. rub. de causa posses.

*Decretũ de pacifi. posse. quare inuentum sit.*

31 Item hoc est introductum ob bonum publicum, ne lites super beneficiis sint immortales. c. finem. de dolo. c. dispendia. de rescript. in 6. & ne sint in incerto ea possidentes. arg. l. 1. ff. de vsuca. ac propter libertatem subditorũ, ne de iure suo semper dubitent. glo. sing. in auth. de tempo. non solut. pecu. §. 1. in verb. diligentia. collat. 7. quam approbat Bald. in §. si quis per triginta. col. 2. si de feu. fuerit conten. inter do. & agnat.

Item ne beneficiati propter lites prosequendas cogantur deserere ecclesias, sicut quandoq; patriam. in auth. vt differen. iudic. col. 9. Et ne interim gregem dominicum lupus rapax inuadat. c. ne pro defectu. de elect. per hoc dixi quod hoc decretum omnibus obest, etiam si vnus non possederit nisi vnum annum, vtpote Titius vnum annum tacuit, & postea renunciauit Gaio, qui altero anno etiam tacuit, demum hic Gaius resignauit Ioanni, qui tacuit etiam per annum, postea vult me inquietare, qui hoc toto triennio possedi, dico non posse, alioqui duraret hoc decretum per centum annos, quia ego cum in fine triennij essem alteri resignarem, & ille similiter: ideo is qui triennio possedit pacificè, iuuari potest hoc decreto, sic & iste: nam secundus est subrogatus in locum primi, ergo eodem iure vti debet. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio, & quod in vna persona statuitur, & in pluribus locum habet. l. 1. ff. quod falso tuto. auto. gest. si contra vnum possedissem totum triennium pacificè, hoc decreto iuuarer, sic & aduersus duos & plures. & sic fuit iudicatum in magno regis concilio, quod est notandum. *Arestum.*

32 Quaero quando titulus dicatur coloratus? gl. in verb. coloratum, eo. tit. in prag. plenè declarat, nec indiget suppletione. Nota tamen quòd coloratus dicitur titulus, quando est habitus ab eo qui habet potestatem conferendi seu eligendi, siue de iure communi, siue speciali, & nisi obstitisset aliquod impedimentum, fuisset iustus. & dicitur coloratus, id est figuratus, quia tantum habet figuram tituli. sic exponit text. in l. fin. C. manda. nam quod in princip. dixerat coloratam donationem, postea vocat figuratam. Vel dicitur coloratus habens aliquem colorem. l. hoc colore. ff. de inoffi. testa. & l. iubemus. §. scientes. ibi, beneficij colorati. C. de sacrosanc. eccle. reg. cancel. 33. vel coloratus, id est fucatus. Bonifa. in clem. 1. col. 2. not. 5. de senten. excom. Incoloratus, quando non habet aliquam causam seu titulum. l. minor autem. §. 1. in verb. in colorato. ff. de minorib. l. Sulpitius. ibi, si color vel titulus. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 1. in fi. ibi. si non color. abigeatus quaesitus est. ff. de abigeis. l. sed Iuliam. in prin. ff. ad exhib. inde rhetores vocant colorem rhetoricum. gl. in c. auaritiae. in verb. colore. de elect. in 6. & ideo collatio facta à capitulo nõ est colorata, nisi possit probare ad se spectare collationẽ. Pan. in cap. 2. not. 1. ne sede vacan aliquid innouet. & idem in collatione facta à vicario generali concludit gloss. in verbo coloratum. in pragma. eod. titul. si non habeat conferendi potestatem. cap. fi. de offic. vica. in 6. *Coloratus quando dicatur titulus.*

*Institutio an sufficiat.*

Item dicitur coloratus quando probatur institutio per episcopum facta, licet non probetur praesentatio. Nicolaus de Milis in verb. possessio. quaest. 101. & Dom. consil. 117. in quaestione. col. 3. Et sufficit praesentatio à laico si agat possessorio ad colorandam suam possessionẽ docere de institutione omissa praesentatione, teste Aufrer. in decis. Tholos. quaest. 431. Item, &c. aliquis fuit electus, &c. Vel coloratus dicitur quando habet titulum à collatore ordinario, licet inutilẽ, vtpote

quia eius manus erant affectæ. Anto. & Imol. in cap. proposuit. colum. 2. de concess. præbend. Et breui dicendum est coloratum dici titulum, dum tamen quis ex apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, aut electionis huiusmodi confirmatione, seu præsentatione & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, & prouisio, electio, præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet, obtineat, vt declaratur in reg. 33. cancel. licet ob aliquod vitium titulus non dicatur iustus, vt in d. glo. coloratum. & Gomes. in quæst. 27. & sequen. super hac regula cancella. plenè scribit.

*Probare quãdo quis teneatur post trienniũ coloratum titulũ.*

33 Vbi vide latius quòd post triennium non tenebitur possessor probare coloratum titulum, nisi contra possessorem aliquid probetur, vel ad iudicis instantiam. per l. cogi. C. de peti. hæred. Et Fel. in cap. licet Hely. de simo. vel nisi ius possidenti resisteret, vtpote quia habet duo beneficia incompatibilia. c. ordinarij. §. 1. de offic. ord. lib. 6. glo. in verbo coloratum. eo. tit. in prag. Et potest dici titulus coloratus quando non est nullus ipso iure, sed venit annullandus. & quando est nullus, dici potest incoloratus. Feli. in cap. in nostra, correl. 36. versic. 9. not. de rescrip.

34 Requiritur tamen quod habeat titulum & coloratum à principio, quia si in initio haberet incoloratum, & postea superueniret titulus coloratus, nõ prodesset ante illum titulum habitum, cũ præscriptio ista triennalis incipiat currere ab illo tempore, quo habuit titulum coloratum. l. certe. §. penul. ibi, incipiet. ff. de preca. Etiam quia antequam habuerit titulum saltem coloratum, est violentus, seu intrusus. gl. in dict. verb. coloratum. circa fin. in prag. qui omni tempore possunt molestari, vt infra dicetur.

35 Quintò, extende, siue habuerit beneficium in titulum siue in commendam ad vitam. glo. in prag. in verb. titulum. vbi dicit titulum largè accipi pro quolibet modo obtinendi beneficia à iure approbato. Sequitur Do. Boer. in addit. ad Dy. in regul. 1. de reg. iur. lib. 6.

*De commenda hic multa.*

36 Nam commenda censetur canonicus titulus. c. dudum. in 2. de elect. cap. qui plures. 21. q. 1. Archi. in c. si propter. in fi. de rescr. lib. 6. c. nemo. de elect. eo. lib. Feder. in tract. de permut. benefic. q. 15. Nico. Milius in verb. beneficium. §. 25. Guido Papæ in decis. Delphina. q. 152. quinta conclusio. & ita tenetur in Francia, & sic fuit prolatum arrestum Parisiis, vt refert Io. Gallus in quæst. per arresta. q. 18. cum seq. vbi dicit: Quando commenda fit ad vitam, dicitur verus titulus.

*Arrestum.*

37 Quod sic probatur, commendatarius potest constituere procuratorem ante litem contestatam, sicut is qui habet titulum. Mathesil. not. 191. nota quod licet procurator.

38 Et potest permutare beneficium commendatum cum alio dato in titulum. c. fin. & ibi plenè Imol. de rerum permut.

*Commẽdatario abbati uel priori succedunt consanguinei.*

39 Item potest ex redditibus beneficij commendati viuere, sicut is qui habet in titulum. d. c. nemo. Imò licet de iure posset succedere abbas suo monacho, priori vel aliud beneficiũ habenti, tamen priori commendatario non succedit, sed hæredes ab intestato, quod est durum abbati Cluniacen. seruandum tamen. l. prospexit. ff. qui & à quibus. arresto senatus ita pronunciatum extitit, ann. 1515. die 11. Maij, quod potest esse valde vtile hodie hæredibus protonotariorum habentium istos prioratus, si fructus (vt solent) non consumpserint, & hodie etiam magni episcopi vix habent hæredes, quia bona tam viuorum quàm mortuorum consumunt.

*Arrestum.*

40 Et cõmendatarius super illis redditibus transigere, ac eos vendere potest. Domi. consi. 17. pro declaratione in fine. Anto. Capyt. in decis. Neapolit. q. 3. in causa.

41 Et habet liberam potestatem in temporalibus & spiritualibus. Panor. in c. cum nobis olim. notab. vlt. de elect.

*Commẽdatarius abbatiæ est uerus abbas.*

42 Item cõmendatarius abbatiæ censetur verus abbas, ideo potest illi delegari causa à Rom. pontifice, sicut abbati titulario, & habet locũ. c. quoniã abbas. de offi. deleg. teste Barb. cons. 2. sapienter. col. vlt. in 2. vol. Quod in Francia obseruatur, teste Chassa. in consuet. Burg. in rubr. *des successions des bastards.* §. 3. nu. 58. in cons. ibidem posito. & sicut tenetur intra annum promoueri is qui habet curatum beneficium, in titulum, ita is qui à papa habet in commendam prioratũ curatum, quia magis adstringitur hic, quàm ille. d. c. nemo. vide gl. in c. licet. in verbo causa. de elect. in prag. quod probatur etiam in clem. ne in agro. §. cæterum. de statu monachor. vbi loquitur de his qui prioratus habuerint, vel commissi, vel collati eis fuerint, sed per commendam committuntur, ergo comprehẽduntur ibi. & in d. c. licet canon. dicitur cui commissa fuerit ecclesia parrochialis, quod per commendam dicitur. c. nemo. de elect. in 6. abũdè scripsi in praxi benefi. in rescr. de non promouendo. nec refragatur, quod Papa dispensauit, vt secularis haberet prioratum regularẽ, ergo vt promoueri non teneatur, quia resp. dispensationem esse stricti iuris. c. 1. de filiis presbyterorum. in 6. & c. seq. & sic non extendam, licet soleat extendi ad accessoria necessaria, vt docet gl. sing. in c. quia intantum. de præb. quam sequitur Fel. in c. postulasti. col. 12. de rescr. Itaq; dum Papa concedit minori beneficium curatum non secum dispensat, vt non teneatur promoueri, quando erit ætatis legitimæ, imò si non promoueatur, priuabitur per dict. c. licet canon. & c. cum ex eo. & c. commissa. de elect. in 6. Bonif. in d. §. cæterum. col. vlt. sic in seculari dispensato, vt habeat prioratum regularem, dicemus, vt non censeatur dispensatus de non promouendo, dum erit ætatis legitimæ, ne duo specialia concurrant. l. 1. C. de dotis promiss.

*Commẽdatarius intra annum promoueri tenetur.*

*Practica no. in commendis.*

43 Et ideo in commendis à Roma. pontifice factis solẽt hæc verba inseri, talem N. prioratum cum omnibus iuribus & pertinentiis suis tibi authoritate apostolica commendamus, per te quandiu vixeris, & dictum prioratum N. obtinebis, tenendum & etiã gubernandum, ita quod durante cõmenda huiusmodi, de fructibus, redditibus, & prouẽtibus ipsius prioratus N. disponere & ordinare valeas, sicut veri priores ipsius prioratus, qui fuerunt pro tempore, ordinare & disponere,

potuerunt, & etiam debuerunt, &c. En ergo quomodo Papa æquiparat eos habentibus titulum, ergo eodem iure vti debent. c. de multa. de præb. licet glo. in reg. cancel. 33. contra teneat.

44 Imò hodie in Francia vacant beneficia per mortem commendatarij, & sic impetrantur, ac si in titulum haberentur. licet de iure quidam teneant contra, vt Feder. in tracta. perm. q. 15. Et per commendam habet quis ius in beneficio commendato. gl. in c. licet. in verbo causa. de elect. in prag. ideo postquam nõ habens principio plenũ ius in beneficio, vtpote habens coloratũ titulum, non debet molestari post triennium, fortius is qui habet ius prætextu commendę, vt dixi. Et an commenda temporalis possit ab inferiore episcopo fieri? quod sic docet Panor. in c. si constiterit. de accu. & ea durante potest ordinarius conferre, vt plenè scribit Rom. consil. 350. in casu. & ego consului in consil. incip. ex facto. & Rom. cons. 350. in casu. & an possit cõmenda reuocari.

*Commenda an poßit fieri ab inferiore episcopo, & ad uitam.*

45 Nec obstat quòd beneficia nõ debent commendari nisi vsque ad sex menses. d. c. nemo. & iste text. debet intelligi de beneficiis perpetuis, vt infra dicam. c. sanctorum. 70. dist. c. præcepta. 55. dist. glo. in c. pastoralis. 7. q. 1. Resp. verum esse ab ordinario in ecclesiis parochialibus, alia verò beneficia etiam ordinarij poterunt commẽdare ad vitam. c. qui plures 21. q. 1. Domi. & Philip. in d. c. nemo. & in his posset habere locum iste text. & in commendatis à papa: secus in dictis parochialibus beneficiis datis ad tempus, per supradicta, & infra dicetur.

*Commenda an incompatibilitatem inducat.*

45 Nec obest quòd commenda non inducit incompatibilitatem. c. dudum. 2. de elect. ideo is qui habet beneficium curatum in commendam, potest habere aliud in titulum sine alia dispensatione. Si tamen papa commendauerit beneficium regulare vni, & postea dispensauerit, vt duo incompatibilia obtinere possit, & vnum regulare, nisi dicat cum obtento, non censebitur dispensatus, quia papæ voluntas est dispẽsandi ad vnum, nõ ad duo, aliàs dixisset, & dispensatio strictè intelligi debet. vt scripsi in gl. dispensationũ. in forma mãdati, & habens beneficiũ in commendam non potest cogi vt profiteatur, sicut is qui habet in titulũ, vt firmat D. Gomes. in regula de infirmis resig. q. 13. hoc declarat Rufæus in tracta. commenda. q. 8. nisi hoc in bulla expressum fuerit.

*Commendatarius an poßit remoueri.*

46 Nec refragatur quòd commendatarius ad nutum potest remoueri. cap. obitum. & c. cathaniensis. 61. dist. c. constitutum 7. q. 1. quia non est nisi quoddam depositum, quod ad deponentis voluntatem potest liberè reuocari. etiam si fuerit dictũ quòd duret vsq; ad obitum. l. 1. §. si sic deposuero. ff. de depos. cap. bona fides. depos. domi. consi. 8. quidam cardinalis. col. 3. Quod intelligo verum quando ad ecclesiæ vtilitatẽ facta est commenda, secus si ad personæ vtilitatem, vt communiter fit, maximè in Francia, vt dixi, tunc non poterit reuocari durante vtilitate, & sic vita commendatarij: & hoc quando à papa, nisi tamen ex causa. & ita seruatur, prout consuluit Rom. consilio 350. in casu. sicut procurator in rem suam non potest reuocari. l. procuratore. ff. de procur. glo. in l. sicut. §. si procurator. quib. mod. pign. vel hypo. sol.

47 Sic nec commendatarius, qui dicitur procurator in rem suam. Bal. in l. 1. col. 4. C. de act. & oblig. Imò secundum do. Alcia. in l. pactum curatoris. C. de pact. poterit commendatarius dissipare fructus beneficij. quod dixi esse à iure bene alienum, in repe. cap. postulastis. 4. not. de cleric. exc. mini. prout dicit Archid. in c. statutum. §. accessorem. de rescrip. in 6. sequitur Barba. consi. 19. vbi Christus. col. 1. in 3. vol. vbi dicunt hæreticum esse in iure dicere beneficiatũ facere fructus suos, ergo non potest eos dissipare, cùm etiam habens titulum hoc nõ possit, fortius nec commendatarius. Alia dixi ibi, quæ licet videre. non repeto.

*Commendatarius non potest fructus beneficij dißipare cõtra Alcia.*

48 Præterea dũ concedo rem alicui ad certum vsum, gratiam & vtilitatem vtentis, quo ad vsus durat, & vtilitas, non potest concessio reuocari. l. in commodato. §. sicut. ff. commo. Sic & quando commenda datur ad vtilitatem commendatarij, vt in Francia, tunc quandiu viuet is commendatarius, & durabit eius vtilitas, non poterit reuocari. Et sic post triennium poterit se per hoc decretum tueri. & ita vidi seruari in forẽsi iudicio.

49 Et sic tenui conclusionem, quòd pacificus beneficij possessor cum titulo vero vel colorato, potest post triennium iure molestari. Imò etiam sine titulo post triennium non debet. Prima conclusio debet intelligi ex noua causa posse molestari, vt infra patet in limitationibus, sed non potest molestari etiam si possederit sine titulo, dummodo habuerit in commendam, quia commendatarius non dicitur titularius, vt not. Panor. in cap. querelam. not. 2. de elec. Soci. consi. 32. ex his. col. 6. vol. 1.

*Conclusio. Pacificus possessor beneficij sine titulo nõ potest molestari post triẽnium.*

Vel si quispiam ad fidem conuertat populum hæreticum, & postea sine titulo possideat illum per triennium, ille locus ab eo non potest repeti. c. 1. vbi plenè scripsi. de præsc. intellige etiam siue possederit per triennium virtute vnius tituli, siue duorum, dummodo primus fuerit coloratus, secus si esset nullus, & secundus post annum habitus coloratus, tunc hoc triennium ab illo tempore colorati tituli habiti computabitur, non ante. vt dicit Gomesius in 46. q. huius regulæ.

50 Sextò, etiam procedit quando quis possedisset beneficium per triennium cum simplici signatura, quia ex sola signatura perficitur gratia. c. institutionis. 25. q. 2. Pan. & Fel. in c. super literis. de rescrip. & Pan. in c. nosti. de elect. gl. in reg. cancel. 25. & 29. nam de iure non requiritur scriptura ad essentiã gratiæ. Bal. in l. fi. in fi. de cõmu. seruo manu. C Feli. & alij in rub. de cõstit. per gl. sing. in cle. dudum. in fi. in gl. verbo. de sepul. ideo collatio inferioris à papa potest probari per testes. Bal. in c. 2. in fi. de restit. spol. quia postquam habet verum titulũ, ergo non poterit molestari. vide de Ripa in lib. 2. responso. c. 11. de iure, &c.

51 Nec refragatur quod adipiscẽs possessionem cum simplici signatura, dicatur intrusus, vt not. Fel. in c. in nostra. de rescr. & in c. veniẽs. de accu. per extrauag. iniunctę. de elect. in cõmunibus, qui intrusus nõ iuuatur hoc decreto, vt infra dicam. quia resp. eum qui adipiscitur possessionem cum

*Poßeßio ex sola signatura capi potest.*

*Intrusus quis dicatur.* signatura, non esse intrusum. nam intrusus is dicitur, qui non intrat per ostium, sed aliunde. tex. solennis in c. relatum. de iure patro. sed is qui habet signaturam, intrat per ostium, cum habeat à Papa prouisionem, ergo non dicetur intrusus. Nam si detur à Papa titulus, ergo vult Papa vt in vim illius possessio acquiratur. argu. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & pro hoc est tex. in tit. de annatis. in concord. vbi etiam scripsi alia. & sic non erit priuatus ita adipiscens possessionem, cum alicubi non caueatur. nam regula cancel. 29. loquitur in cõmissionibus causarum circa processus. regul. 53. in dispensationib. & sic tenet do. Auriol. in reg. 1. de reg. iur. in 6. in additi. ad Guil. de monte Laud. & ista opinio videtur æqua, licet altera de stricto iure procedere posset, & hæc seruatur in forensi iudicio, in hac Francia consuetudinaria, & extra. iniunctè. potest loqui in maioribus dignitatibus secus in aliis.

Et quòd possessio canonicè ex simplici signatura capi posit, seruat Rota, vt firmat Gomes. in q. 5. in reg. de nõ iud. iuxta formam supplicat. nisi in consistorialibus, quòd signatura præbeat saltem coloratum titulum. scribit Cassado. in decisio. vlt. rub. de restit. spoliato.

52 Septimò, habet locum in quolibet titulo, siue ergo habuerit collationem beneficij possessi per triennium, siue electionem, non requirentem confirmationem, quia vbi requiritur confirmatio, non sufficit sola electio. vt tenet glo. in prag. sed quando beneficium dicitur conferri eligendo, vt in præbendis ecclesiarum cathedralium seruatur. si verò requiratur confirmatio, tunc dicitur beneficium electiuum. glo. sing. in cap. quia contingit. in verb. electionem. de relig. domi. glo. in regula cancel. 33. & in tit. de elect. in verb. electiuis. §. quibus. in prag. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in 3. parte q. 1.

*Titulus quot modis accipiatur.* 53 Quia hic titulus largè accipitur pro quolibet modo obtinendi beneficia à iure approbato, licet in iure multis assumatur modis. gl. in l. non est. C. famil. herc. Et in authen. de ecclesiast. tit. in rub. colla. 9. cap. vt singulæ. de offic. archipresbyt. Lucas de Penna in l. absit. C. de priuileg. domus August. lib. 11. Ioan. de Pla. in rubric. C. de cano. larg. titul. lib. 10. & in addi. ad Paul. in l. 1. ff. si certum petat. glo. in verbo intitulatam. cap. dudum. in 2. de elect. Ioan. Franc. in tract. de præscrip. in 3. parte col. 21.

*Præsentatus post institutionem hoc iuuatur decreto.* 54 Et ideo procedit etiam in præsentato & instituto, vt etiam post triennium non posit molestari, cùm institutio sit ecclesiastici beneficij, vel ecclesiæ collatio. Host. in summa de instit. in §. 1. Et dicitur canonicus titulus, sicut collatio. doct. in rubr. illius tituli, & Panor. in cap. auctoritate. illo tit. gl. in verbo beneficium. eod. tit. de pacifi. possess. in pragma.

55 Idem in permutatione per superiorem approbata, alioqui permutantes perdunt beneficia propria auctoritate permutata. c. quæsitum. cum seq. & c. cum olim. de rerum permutat. c. vno. illo titul. lib. 6. Aegid. de Bella mera in suo tractat. de permut. benefic. post Feder.

*De trãslato* 56 Idem puto in translato auctoritate Papæ, vt etiam post triennium molestari non debeat, quia translatio sic facta dicitur canonicus titulus. c. si quis iam translatus. 21. quæst. 2. gl. in §. quibus. in verb. clausis. de elect. in prag. c. 1. de transla. episc. cum dicatur quędam permutatio auctoritate superioris facta. Io. And. in d. c. quæsitum. Panorm. consi. 101. factum. in 2. vol. Feder. consi. 5. quidam. & est repetitum consi. 19. quidam. Oldr. consilio 267. quod domino. & consilio 284. in quodam. Anch. consil. 158. ex narratis. Roma. consilio 345. circa. vbi licet multas quæstiones videre de ista translatione. *An hoc decreto iuuetur.*

57 Nec me mouet c. cũ in illis. §. 1. cum seq. de præb. lib. 6. vbi appellatione vnius tituli, non venit alius. Resp. verum esse quando specialiter titulus electionis, vel collationis, siue institutionis est expressus, secus si titulus tantum, vt hic titulum coloratum, quia comprehendit quemlibet titulum. Et sic intelligo hũc text. ista est not. limitatio ad d. c. cum in illis. & declaratio, quã nota. *Declaratur c. cum in illis. de præb. in 6.*

Nec mihi placet decisio D. Gomes. super hac reg. cancella. q. 26. vbi dicit possessorem tredecim annorum iuuari hoc remedio sine titulo, tum quod per decem annos præsumatur titulus. l. si filiusfamilias. C. de peti. hær. tum quòd iste titulus præsumptus tantum debeat operari, sicut verus, & postea trienniũ post ipsum præsumptum titulum facit, vt hac exceptione iuuari posit, & quod non teneatur ostendere aliquem titulũ, hęc ille: sed loquitur contra text. suæ reg. ibi, ex quouis titulo, & sic requirit titulũ. ita hoc decretum, aliàs qui non habet titulum, est intrusus. cui per hoc remedium nõ succurritur, postquam requiritur titulus, oportet quod probetur, cum quis debeat suam intẽtionem probare, aliàs tanquam intrusus excluderetur. ar. l. actor. C. de proba. & titulus præsumptus non est simpliciter titulus, sicut donatio cõditionalis non est simpliciter donatio. l. 1. ff. de don. l. creditor conditionalis dicitur creditor simpliciter. l. creditores. vbi scripsi. ff. de verbo. signific. alibi dum operæpretium fuerit alia scribam. *Sine titulo nõ iuuatur quis hoc decreto.*

58 Et sic practica est in Francia, vt si quis molestetur post triennium, vt is impetret literas regias de pacificis poss. vocatas, per quas præcipitur parti, vt non habeat illum pacificum possessorem amplius molestare, si de narratis apparuerit. vt in c. 2. de rescrip. & debet impetrans probare, & ostendere suum titulum, sub quo ipse possedit, nec potest cogere aduersarium suum ad ostendendum titulum, antequam ipse suum exhibuerit; & ita censuit senatus in iuridicis conuentibus Molinis celebratis anno 1534. *Praxis tituli de pacifi. possesso.*

Octauò, etiam procedit, si beneficium spectaret ad collationẽ laici ex priuilegio, quòd potest. c. dilectus. in 3. de præb. c. Adrianus. 63. dist. Oldr. consi. 1. gl. in c. imperiũ. 10. dist. licet de iure laicus non valeat conferre. c. si quis deinceps. 16. q. 7. & glo. ibi, in summa. & c. per laicos, & laicis. ibidem. *Arestum. De collatione per laicũ facta.*

59 Nec etiam valet consuetudo, vt laicus conferat, seu eligat. cap. massana. & cap. sacrosancta. [illegible] elect. Panormit. in cap. cum apostolica. de his [illegible] fiunt à prælat.

Poterit iste & hoc decreto iuuari, dummodo probet

probet collationem ad istum laicum pertinere, & sibi ab eo collationem factam, & se per triennium possedisse.

60 Notandum est tamen, quòd per talem collationem ex priuilegio factam per laicum ius spirituale non acquiritur ei, cui collatum est, donec per episcopum aut alium clericum fuerit institutus. cap. in synodo. 63. dist. Ioan. Montaigne in tracta. de bigamis. in q. 5.

*Collatio laici de quo prosit.*

61 Sed hoc prodest laicorum collatio, & inuestitura, vt inuestitus possit recipere feuda, & alia bona temporalia. Corset. in tracta. de potesta. regia. q. 11. ideo dicit Host. in summa de institutio. quòd etiã in omni beneficio in quo inferior ab episcopo confert ius, semper debet interuenire approbatio episcopi, & institutio, vel eius vicarij. c. fin. de cler. pere. c. 3. de inst. Nisi inferior hoc ius scripserit, quod potest, nisi fuerit laicus. per tex. in c. auditis. de præscrip. & ibi Pan. & in c. cum non liceat. in fi. & c. causam, ibidem.

Quod facit contra multos, qui post collationem ab inferiore factam, non plus loquuntur episcopo, quàm vni porco, secũdum eum, quem refert Imol. rubr. de instit. & de hac institutione authorisabili vide per Cald. consilio 2. an archipresbyter. in fi. de præscrip.

*De beneficio unito.*

62 Nonò, extende tam in beneficio principali quàm vnito. quia possidẽdo principale per triennium non poterit etiam molestari super vnito. arg. cap. super eo. de præb. lib. 6. quia vnitorum & connexorum eadem est ratio. c. translato. de constit. Et duo vnita censentur vnum, ideo non debent diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. Bald. in l. excusantur. §. fin. ff. de excu. tut. per illum text. Et hoc intellige quando quis possedisset principale beneficium, secus si accessorium tantum. & hoc quando fuit facta vnio de vno alteri accessoriè, secus si æquè principaliter. Anch. consi. 114. pro impetrante. col. 1. de vnione. vide plenè per Petr. de Perusio. tracta. de vnio. benefi. & in tract. de reuoca. vnio. Si tamen fuerit facta vnio inutiliter, id est, non vocatis quorum interest, vt decet. docto. in cap. sicut vnire. de excessib. prælat. & is possederit triennio, non iuuabitur hoc decreto, quia non possedit illam ecclesiam in titulum, sed in proprietatem: & regula loquitur quando quis habet titulum, & cui non conueniunt verba, nec dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & ideo post decem & 30. annos vidi impetrari beneficium vnitum per id temporis possessum per rectorem, & eo mortuo impetrabatur vacans per obitum.

Item si post vnionẽ rectè & ritè factam quis impetret beneficium, & in vim illius impetrationis per triennium quis possederit, non iuuatur etiam hoc decreto, quia beneficium non vacabat, & sic nullum habebat titulum impetrans, quamuis saltem coloratus requiratur hic, & in vnione perpetua, sic in cancellaria seruari dicit D. Gomes. in quæstio. 8. super hac regul. & quæst. 24. vide Boerium quæstio. 345. & seq. an vnio. in decis. Burdeg.

*Appellatione prælatu-*

63 Decimò, procedit etiam in prælatura, vt in tex. prælaturam, & appellatione prælaturæ venit episcopatus, vt dicit gloss. in verb. prælaturam. in eod. tit. per c. ne pro defectu. & c. nihil. de elect. c. vbi periculum. §. & ne. eo. tit. lib. 6.

*ræ quid ueniat.*

64 Etiam alij appellatione prælati veniunt tam superiores (Dom. in cap. præsenti. §. cæterum. de offi. leg. lib. 6.) quàm inferiores. c. decernimus. & ibi Pan. & Dec. 2. not. de iud. c. 1. de æta. & qualita. c. quia nos. & ibi Dec. 3. not. de app. gl. in verb. prælatum. & in verbo prælato. cap. 1. de elect. in prag. & Panor. in c. nihil. in 2. not. de elect.

65 Et ideo minister fratrum minorum, siue gardianus prælatus nuncupatur. gl. sing. in clem. 1. in verb. prælatum. de elect. vbi notaui eam sing. & Card. & Fel. in c. cũ olim. col. 1. de maior. & obed. Barb. consi. 41. deum. col. 4. in 3. vol. Item priores conuentuales dicuntur prælati, si sint perpetui Bonifa. in cle. 1. colum. 1. de suppl. neglig. præla. in princ. gl. in c. nullus. de elect. in 6. Barb. consi. 40. præclarè. col. 8. in 1. volu. Et quando nominatur episcopus & alius prælatus, tunc accipitur pro quocunque ordinario. text. in cle. vna. de excessibus prælat. & ibi notat. doctor. per illum tex.

*Vnde dicũtur prælati.*

66 Et dicuntur prælati, quasi præ aliis lati, & dilati. & lata appellatione Curatus potest dici prælatus. cap. cum ab ecclesiarum. iuncta suprascriptione. de offi. ordin. & c. de rectoribus. in fi. cap. tua. de cler. ægro. & ibi Pan. not. gl. in c. 1. in verb. prælatis. de elect. in prag. regésque & principes sic dicuntur prælati. c. præcipuè. 12. q. 3.

67 Ideo archiepiscopi, episcopi, abbates, & abbatissæ, cum dicantur habere prælaturam, post triennium nõ debent molestari. & de his intelligitur hic text. secus de aliis prælatis ad nutum, de quibus in limitationibus dicam. & hi prælati debent habere sex alas, id est notitiam sex legum, videlicet naturalis, Mosaicæ, propheticæ, euangelicæ, apostolicæ, & canonicæ. text. in c. scriptum. & ibi Imol. de electio. & si volare melius volunt, addant aliam ex vrbanitate, videlicet legalis scientiæ, quæ etiam valde poterit conferre eisdem. sunt tamen qui nullas habent, ideo in terra remanent, & terreni sunt.

*No. sex alas prælatorũ.*

68 Item per hoc verbum cõprehenduntur illi qui iurisdictionem habent ordinariam, & non recognoscunt superiorem episcopum, vel archiepiscopum, sed tantum possunt in illa ecclesia, quantum episcopi in suis. Et hi etiam prælati dicuntur, vt thesaurarius sacræ cappellæ palatij Parisien. & Bitur. gloss. in verb. proprij. clem. 1. de reb. eccles. non alienand. Felin. in cap. decernimus. col. vlt. de iud. Et iuuantur hoc decreto post triennium.

*Quæ sit dignitas personatus & officium.*

69 Vndecimò, procedit in dignitate, vt in tex. dignitatem, & dicitur dignitas præeminentia seu administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, vt archidiaconatus. Panor. in c. de multa. de præb. Aliquando accipitur pro officio. glo. in l. 1. de dignit. lib. 12. C. quam Barb. in c. cum accessissent, nu. 20. de consti. refert.

70 Personatus est præeminentia, siue quædam prærogatiua absque tamen iurisdictione. cap. 1. de consuet. lib. 6. & cognoscitur quãdo habet maiorem preeminentiam, quàm alij canonici, etiam antè recepti, in choro vel capitulo, ac proces-

sionibus, non tamen habent tantam prærogatiuam, quantam illi qui habent dignitatem. c. dudum. in 2 de elect.

71 Officium est rerum ecclesiasticarum administratio sine præeminentia & honore, vt sacrista. c. 1. de offi. sacrist. Ioan. de Selua in tract. ad benefi. in 1. parte. q. 2. Licet in ecclesia Magalonensi olim ex consuetudine habebatur pro dignitate. & in his valde operatur consuetudo, quia illa est censenda dignitas, quæ ex consuetudine pro tali habetur. Panor. in c. de multa de præb. dixi in §. præfatique ordinarij. de colla. in concor.

72 Administratio verò sumitur hic largè, vt comprehendat prioratus, & alia beneficia. text. & ibi Card. q. 6. in clem. 1. de rescript c. 2. de ætate & qualit. vide glo. in regula cancella. 33. & hi iuuantur hoc decreto.

73 Ideo si conferatur dignitas aliis quàm canonicis ecclesiarum, & illi obtinuerint per triennium, iuuantur etiam hoc decreto, vt non possint molestari, licet de consuetudine dignitates non debeantur nisi canonicis, vt not. glo. in titul. de colla. in fi. in verbo requireret. & dico in tract. nom. q. 15. versi. 22.

*Habens dignitatē pro phanam nō hoc decreto iuuatur.*

74 Intellige istum text, tam de seculari dignitate, quàm regulari, cum hic textus indefinitè loquatur, & sic æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. 2. glos. in cap. vt circa. de elect. lib. 6. quod declara verum, quando dignitas erat ecclesiastica, secus si secularis & prophana. c. saluator. 1. quæst. 3. & sic hoc decreto non iuuaretur Bailliuus, præpositus, vel seneschallus, seu alius habens officium temporale, sed quiuis alius habens dignitatem ecclesiasticam & spiritualem, vel personatum, seu administrationem, vel aliud beneficium quocunque nomine vocetur. dicit tex. in c. 1. in fi. de consuet. in 6.

Audiui tamen ab egregio viro Dom. Thomasio in magna consilio dignissimo consuli olim aduocato regio, quem iuuari posse hoc decreto in officiis regiis possessis per quinquennium, & hoc dicebat esse edicto regis cautum: quod transcripsi in ordin. reg. quas in ordinem redegi, vt quilibet illud ibi perlegere possit.

*Ad tempus habēs dignitatē uel beneficium potest post triēnium molestari.*

75 Item prædicta intellige in dignitate & officio ac beneficio perpetuis, secus si ad nutum, vt in religiosis. text. iuncta gloss. in cap. 1. de consuet. lib. 6. & infra in limitationibus dicetur fusius. limita. 6.

76 Et sic sequester non iuuabitur hoc decreto. cle. vna. de sequest. poss. & fruct.

77 Nec coadiutor. cap. grandi. de supplen. neglig. prælat. lib. 6.

78 Item dico in rectore finito suo officio, vel idem in abbate S. Sulpitij Bituricen. qui ad annum vel tres annos eligitur, vt post triennium non possit iuuari hoc decreto. & idem in œconomo c. cum vos. de offi. ordin.

79 Præterea vicarius episcopi, licet habere dignitatē dicatur. gl. in cle. & si principalis. de rescri. Et possit esse perpetuus, & de eo possit iudicari, vt de perpetuo. arg. l. sufficit. ff. de condict. indeb. tamen si destituatur, hoc decreto non iuuabitur, quia illa dignitas est potius episcopi, cuius vices gerit. cap. 1. de offic. vica. lib. 6. Bolog. in addit. ad Ioan. de Ana. consi. 14.

80 Fallit quando à Papa esset confirmatus. gl. & doct. in c. cum accessissent. de consti. clem. & si principalis. de rescrip. & ibi not. quod reprobaui in praxi beneficiali in materia vicariorum.

An appellatione beneficij veniat dignitas, vide per Barba. in c. sedes. nu. 200. & seq. de rescr. & gl. in c. 1. de reg. iur. in 6. & in cle. auditor. illo tit.

81 Duodecimò, procedit etiā in hospitali, quando concederetur in titulū, quod potest fieri duobus modis. Primò ratione fundationis. Secundò, quando ad eius regimen quis assumitur à clericis per viam electionis. clem. quia contingit. §. vt autem. de relig. domi. glo. not. in cle. vna. in verb. beneficium, de rerum permut. Pan. & alij in cap. postulasti. de rescript. Felin. in cap. de quarta. de præscript. Docto. in clem. per literas, de præbend. glo. in verbo beneficium. eod. tit. in pragma. vbi dicit iuuari possessorem hospitalis hoc decreto post triennium, si hospitale concedatur in beneficium. *De hospitali.*

*Quando hospitale in beneficiū concedatur.*

82 Et tunc dicitur concedi in beneficiū, quando ibi est campanille cum campana, quæ publicè pulsatur ad congregandos homines pro diuino officio. Panor. in cap. patentibus, de priuileg. vel si ibidem sit altare fixum, & consecratum, & ibi passim celebrētur missæ. Fel. in d. c. de quarta. col. 4. Et tunc veniet appellatione beneficij. gloss. in c. 2. de deci. Alioquin dicitur locus pius & religiosus, & non beneficium. & tūc possessor non iuuaretur hoc decreto, quia non venit ille locus pius appellatione beneficij. cle 2. de prēb. Gomes. q. 7. huius reg. glo. in cle. dispendiosam. in verbo beneficiis. de iud. Et quæ sint signa inducentia hospitale religiosum, not. Cald. consi. 4. quæ sint. rub. de religios. domi. An dicatur locus pius, tradit Ias. consilio 214 in causa hospitalis, col. 1. in 2. vol. vide Ioan. de Selua in tracta. de benefic. in 1. parte. q. 7. partis tertiæ.

*De beneficio sito in villa murata.*

83 Decimotertiò, extende etiam ad beneficium situm in villa murata, quod licet debeatur graduatis, seu saltem qui triennio studuerint in theologia, vel in altero iurium. §. statuimus. 2. de colla. in concord. Tamen si collatum sit alteri quàm graduato, & is possederit pacificè per triennium, non poterit postea molestari: probatur hoc verbo generali, quicunque, &c. Tamen videtur contra, quia collatio facta non graduato est ipso iure nulla, prosequente graduato, & sic non est colorata. vt patet in titul. de firma & irreuoc. concord. stabil. in versi. necnon. vbi sunt ista verba, Necnon irritum & inane quicquid secus super his, vel eorum aliquos à quoquam contigerit attentari. Ecce ergo quòd collatio est nulla. & sic postquā initio vitiosa est non potest tractu temporis conualescere. Regula, quòd in initio. ff. de regul. iur. & regula non firmatur illo titul. in 6. & etiam quia in fauorem parochianorum est inductum, ideo dicerē esse nullam, si graduatus velit, & prosequatur, aliàs non, per §. fin. ibi, illa prosequentibus. de colla. in concord. & ibi dixi. facit l. 2. C. de iure emphy. ideo quando nominatus vel graduatus non prosequitur intra triennium,

triennium, non poterit molestari is qui possedit pacificè per illud tempus, imo interim potuit præscribere instar hæredis, qui potest præscribere legatum, antequam legatarius acceptauerit, quia ignorat an legatarius velit acceptare. Felin. in rub de præscript. Soci. consil. 63. in causa, col. 3. in 1. vol. dixi plenè in repe. l. vnicæ. not. 1. nu. 54. C. de sent. quæ pro eo quòd interest. sic ignoratur, an nominatus vel graduatus velit acceptare beneficium. ideo si detur alteri, non est mirum, quia inuito non debet dari beneficium. l. inuito. ff. de reg. iur. & licet istud sit introductum etiam in fauorem parochianorum, vt instruantur à graduatis, & illi fauori per triennium tacendo renunciauerunt, imputetur eis cur non reclamauerunt intra triennium, vt poterant quia eorum intererat, vt in simili dicit gl. ff. in verbo personis cap. si quis presbyterorum. de rebus ecclesiæ non alienandis. & in l. iubemus. in verbo œconomis. C. de sacrosanctis ecclesiis. deo potest illis post triennium agentibus dici, sera prece subueniri vobis desideratis. l. 2. C. de iuris & facti igno.

Et sic patet quòd possessor triennalis est tutus, si coloratum habeat titulum. etiam si in bulla sua aliqua qualitas fuerit omissa. vt quia beneficium sit in villa murata, vel quòd ecclesia sit parochialis, vel debita canonicó, aut nobilibus, vel aliàs: nam postquam defendit ad id quod est principale, scilicet ad beneficium: ergo ad qualitatem illius, quæ est accessoria. Regul. accessorium. de reg. iur. lib. 6. & in omnibus hoc decretum defendit, nisi in exceptis, ergo & in hac qualitate.

*De beneficio per aliũ possesso.*

84 Decimoquartò, extende siue possederit per se, siue per alium, nam qui possidet per colonum vel per alium, ipse videtur possidere arg. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. licet text. vtatur verbo possederit, quod est verbum verũ, & non fictum. Item si habita collatione beneficij locauerit fructus ad triennium, & postea discessit ad Hispanias, & post triennium reuertatur, dici potest pacificus, si eius vicarius non fuerit turbatus, aliàs contra. vt tenet Nic. de Milis, in verbo possessio pacifica. q. 131.

*Possessio quando dicitur pacifica.*

85 Vbi dicit quòd illa est pacifica possessio, quæ non turbatur de facto, licet turbetur de iure. & ideo si colonus turbetur, non dicitur dominus pacificè possidere, alioqui fieret fraus huic decreto, & quilibet discederet à loco beneficij per triennium, vt non id temporis molestaretur, & postea esset tutus, & sic via fraudibus pateret, contra l. in fundo. ff. de rei vend. & infra latius dicetur, quando quis dicatur pacificè possidere, & dicit l. quòd meo. ff. de acquir. poss. is possidet, cuius nomine possidetur, &c. facit l. 1. in fi. si mensor falsum modum dixerit.

Idem dicitur is pacificè possidere beneficium, licet episcopus vel alius recipiat fructus primi anni. iuxta c. si propter. de rescr. in 6. tum quia pacificè & sine lite possidet quod requirit hoc decretum, tum etiam quia nõ patitur molestiam de facto, simul quod acceptando illud beneficium recepit titulum & administrationem. Perus. in c. si tibi concesso. de præb. in 6. ideo si postea possederit post duos annos cum hoc anno, dicetur pacificus possessor, qui non poterit amplius molestari, quod est notandum: quia sæpius vsu venit in Normania propter deportus.

*De beneficio sequestrato.*

86 Decimoquintò, etiam si beneficium esset sequestratum, quia sequestratio necessaria non priuat quem possessione sua. Henric. Boic. in c. examinata. de iudic. l. interesse. & ibi not. ff. de acq. poss. etiam licet sequestratio priuaret, tamen ille non perdit commodum possessionis. Bart. in l. si oleũ. ff. de dolo. tenet Auriol. in c. fi. 1. addi. vt lite pend. in 6. Dicerem tamẽ, cum in hoc regno fiat sequestratio per legem regiam, tunc quia quilibet dicit se possessorem, & non apparet quis possederit, quod non posset iuuari vnus magis quàm alter, alioqui cum vterque dicat se possidere, vterque post triennium esset tutus. quod non videtur iuri consonum. & ita tradunt doct. Aret. maximè in l. interesse puto. ff. de acq. poss. nisi dicas quòd is iuuabitur cui est adiudicata possessio, videlicet recredentia. nam poterit contra tertium iuuari post triennium à die possessionis captæ computandum, quia ab illo tempore pacificè possedit contra tertium, qui possessorem non molestauit, sed contra litigantem non. vide quæ dixi in l. sequester. de verb. sign. ff.

*De capellania.*

87 Decimosextò, procedit in capellania, siue in altari: quia æquiparantur aliis beneficiis, vt dicitur in c. apostolica. 8. q. 1. & capellę possunt annecti præbendæ. Pan. in c. exposuisti. per illum tex. de præb. Fel. in c. cũ venerabilis. col. 11. de except. & in c. ex parte. col. 1. de rescr. quia est eadem ratio in beneficio & capella, ergo idem ius erit, argu. l. illud. ff. ad leg. Aquil. not. in c. 1. & per totũ, de capel monach. Io. de Ana. consi. 24. primò videtur.

*Aedificans in ecclesia capellas, nõ tenetur eas dotare.*

88 Vbi concludit ædificantem capellas, seu altaria in ecclesia, non teneri ad dotandũ eas, quia non est eadem ratio in hoc casu sicut in ecclesia, tum quia capellaniarum collatio ad illum prælatum pertinet, sed institutio ad illum, in cuius diœcesi sunt constructę, licet contrarium teneat Pano. in consi. 89. in 2. vol. Nicol. Milius in verb. beneficium q. 49 & Felin. in d. ca. cum venerabilis. ita in propriis terminis concludit Dec. consil. 121. in causa. col. 2. vide Paul. de citad. in tract. de iure patro in 3. parte. quæst. 52. in prima causa. vbi dicit capellas olim non dici ecclesias, sed erant tuguria caprarum, & pellibus illarum tecta gl. in c. concedimus. de consecra. dist. 2. quia nobiles in itinere ecclesias de pellibus caprarum tectas habebant. Archi. in c. plures. 16. q. 1.

89 Et dicitur capella, quia capit laos, id est laicos, vel populos, vel capiens laudem. Arch. in d. c. concedimus. Vel capella dicta est à cappa beati Martini, quam olim reges Franciæ ad bellum deferebant, quæ custodiebatur in tentoriis, & is locus capella dicebatur, & clerici custodes illius loci capellani vocati fuere. teste Præposi. in cap. presbyter, col. 2. dist. 23. quę iure non probantur. Et in his capellaniis committitur simonia, sicut in aliis beneficiis. cap. non satis. de simon. & veniunt appellatione ecclesiarum, vt concludit Aufre. in decis. suis. q. 57.

*De præstimoniis, & quare instituta fuere.*

90 Decimoseptimò, etiam procedit in præstimoniis. Domi.consil. 89.vacante. col.vlt.& hoc intelligit quando dantur in titulum perpetuum, & habent annexum aliquod obsequium spiritua le, tunc dicuntur beneficium ecclesiasticum, & sic procedit iste tex.secus si præstimonium consisteret in sola temporalitate, & tunc secundum eum de eo etiam non deberet fieri mentio in rescripto.vide Oldra.consil.81.quod processus.col. 1. vbi dicit esse beneficia ecclesiastica, quæ non possunt conferri nisi clericis.

91 Et ideo dicitur prestimonium,quod prestat munium, & etiam quia perpetuo conceditur, sicut beneficium.Oldra.consil.140. in ecclesia.vbi plura alia tradit, intelligenda tamen sunt vt supra dixi. & Ioan. in addi.ad Specul. in titul. de lapsis & dispensa.§.dicendum.vers. sed nunquid nocet.

Fuerunt enim instituta pro studētibus, & pro subsidio contra infideles,& nullum habent com muniter seruitium annexum, nec aliquod onus, ideo multa teneri possunt etiam sine dispensatione,teste Io.Staphil.in tract.de literis gratiæ & iustitię in 5.expecta.forma,fo.15.& Gomes.in tract. expecta. in 1. forma. Sed ego vidi communius habere onus aliquod annexum, videlicet dicendi missas, vt nuper fuit litigatum & decisum de capella nostræ dominæ in porta ciuitatis de Compieigne fundatæ, quæ licet fuisset vnita de consensu possessoris, tamen vnio ea tantum causa fuit reuocata,quod non erat spirituali addicta,& vt dicitur spiritualisata,anno 1542. die 6. Iulij.& communitates ecclesiarum non sunt beneficia ecclesiastica.sic fuit dictum,ann.1526. die 19.Aprilis,& ideo non tenetur ad decimas, sicut alia beneficia.vt aliàs consului.

*Communitates ecclesiarū non sunt beneficia. Arresta.*

92 Decimooctauò, extende etiam ad pensionem à Rom.pontif.canonicè constitutam, & in titulum datam. quia beneficij appellatione continetur.Pan.Barb.& Fel.in c.ad audientiam.2.de rescr.Tamen quia non est dignitas, officium ecclesiasticum,vel beneficium, non comprehenditur hoc tex.vt infra patebit.nisi distinguas,vt per Paul.de Rom.in tract.pensio.c. 7.etiam qui non soluit pensionem per triennium nō iuuatur hoc decreto,sed cogitur eam soluere, quia causa fructuum non est beneficialis,no.in c.2.vt lite pend. in 6.& pensio respectu beneficij ita se habet,sicut vsusfructus ratione proprietatis.c.fi.de pign. etiā tenetur soluere pensionem, qui non consentit constitutioni illius,sed succesit in illo beneficio, super quo erat imposita pensio, & si non soluerit per triennium,tamen compelletur eam soluere,quia beneficium transit cum suo onere.l.alienatio. ff. de contrah. empt. hoc expresim tradit do.Gomes.in q.50. super hac regula cancel. Verumenimuerò quia multifariam, & à multis fui rogatus materiam pēsionum breui perstringere, & secundum vsum curiarum Franciæ dictare, quorū votis annuēs, sequētia duxi hic inserenda.

*Non soluēs pensionem triennio nō iuuatur hoc decreto.*

93 Prima conclusio, pensio verbum generale est. Primò accipitur pro fructibus.l. prædiorum. ff.de vsur.Secundò pro censu.c.constitutis.de relig.domib.Tertiò,etiam capitur pro mercede rei locatæ.l.ædem.C.locat. l.1.ff. de migrando. cum infinitis simil. Quartò, sumitur pro solutione sortis & vsurarum,glo. in l.quæsitum.ff.de pign. doct.per illum tex.in l.lecta.ff. si cert.peta. & generaliter comprehendit quamlibet annuam solutionem, etiamsi soluatur ex re prophana.l. sed addes.§.1.& §.si dominus, & §.si quis. cum multis.ll.seq.ff.locat.

*Quotmodis accipiatur pensio.*

94 Et ita intelligitur ordinatio regia sita in rub.*des seneschaulx, baillifs*,artic. 23. vbi rex prohibet seneschallis,& suis bailliuis,ne pensiones recipiant à prælatis, nec ab aliquibus dominis secularibus,sub pœnis ibidem constitutis, siue soluatur ex re ecclesiastica,vtpote ex beneficio.cap. ad audientiam.2.de rescr.c.quamuis.in 1.de pręb. in 6.& probatur iuribus in sequentibus allegatis. & hoc not.Soc.consi.50.subtiliter.col.1.in 4.vol. hic intendo loqui de pensione tangente beneficia ecclesiastica.

*Ordinatio regia declaratur de pēsionariis.*

95 Secunda conclusio. Pensio est certa portio ex aliqua mensa,vel beneficio, ex causa ad tempus,non in perpetuum separata. Et ista definitio concernit pensionem quatenus est commodum temporale tantum, non quatenus est titulus beneficialis,secundum Card. & Imol. in clem.1. de suppl.negl.præl.

*Quid sit pēsio.*

96 Hæc diffinitio non placet, tum quia non comprehendit singula mēbra diffiniti,tum etiam quia aliis à diffinito conuenit, & sic non valet. vulgata l.1.§.dolū. ff.de dolo.Primò est quędam pensio quæ perpetuò constituitur vicario perpetuo,vel alteri.Hier.gigas in d.tract.pensio.q.1.

*Reprobatur diffinitio & noua datur.*

Item aliquando certa portio separatur ex beneficio, & tamen non est pensio, sed est beneficium,vtpote quādo ex vno beneficio fiunt duo, ex vna præbenda duæ, quod ex causa quatuor concurrentibus, fieri posse tradit Pan. & alij per illum tex.in c.vacante,de præb.Petr.Anch.cons. 114.etiam potest portio separari pro reparationibus ecclesiarum.c.concesso.& ca.seq.12.q.2.& tamen non erit pensio,prout hic capitur.

97 Ideo sic diffinirem, pensio est certa portio ex fructibus,seu redditibus beneficij,vel in pecunia ad tempus,vel in perpetuum à papa,vel episcopo legitimè constituta.

*Vicarij certam portionem habent.*

98 Primò dico certa portio,quia aliquibus vicariis datur certa pensio, & determinata quantitas vini, & frumenti, & tunc qui habebit illam vicariam in titulum habebit illam pensionem, quæ non potest augeri, sed imputandum est illi qui eam acceptauit,seu beneficium.c.si tibi concesso.de præb.Auriol.in addit. ad de Monte lauduno.in ca. super eo.de præb. in 6.nisi esset tam modica,ex qua nō posset vicarius viuere, & iura episcopalia soluere,quia tunc augebitur.c.pręsenti.de offi.ord.in 6.not.in c.de monachis.de pręb. abundè scripsi in trac.de congrua portione. Alij verò vicarij nullam certam, nec determinatam portionem habent:sed dum ad vicariam pręsentantur, asignatur eisdem certa & cōgrua portio pro personę dignitate,& qualitate.& hoc probatur in d.c,de monachis. & in c. extirpandæ.in §. qui verò.per Pan.de præb.& cap.1. illo tit.in 6.& hæc augeri potest,vt infra dicetur.

Item

Item dicitur certa,quia in certa quantitate pecuniæ,vel fructuum consistit, & communius in 3. parte redditⁿuum , vt infra dicitur, & declarat Paul.de Rom.in trac.de pensio.in c.1.

99 Item dixi ex fructibus, quia quædam pensio consistit in fructibus beneficij,quędam in pecunia.cap.nisi.de præb.Et an ex distributionibus quotidianis debeatur,vide tex.in extrau.postulastis.de præb.in communibus.

Postea dixi,seu redditibus, cuius appellatione omnes prouentus continentur,vt no.doct.in cle. vna.de excess.præl.& c.pastoralis. de deci. & differentiam inter redditus & fructus tradit glo. & doct.in c.generali.de elect.in 6.Specu.in titu. de loca.§.1.vers.illud. Conrad.in tract.de contractibus.q.72.cum seq.scripsi in §.volumus. in verbo fructus. & seq. de colla. in concorda. à papa vel episcopo ideo dixi,quia ab his regulariter imponi solet,nomine episcopi archiepiscopū comprehendens.de quo in c.extirpandæ.in fin.de præb. alia verba declarantur in sequentibus.

*Pensio unde dicatur.*

100 Pensio dicitur à pendeo pendes,quia pendet à beneficio à quo detrahitur,sicut vsusfructus à proprietate.c.quicunque.& seq.12.q.3.c.fi.16. q. 1.c.fi.de pign.cap.significauit.de censib. Cardi.& Imol.in clem. 1.de supplen.negl.prælato.

*Duplex est pensio.*

101 Tertia conclusio.Duplex est pensio, licita, & illicita.Licita , quæ à iure probata est, & quæ est legitimè imposita , vt in diffinitione dicitur. & quædam est perpetua,alia temporalis,vt supra declaraui,& infra etiam plenius.Illicita est quæ à iure improbata est in d.clem. 1. de supplen.negl. præla. & in cap. prohibemus. de censib. & infra fusius declarabitur,vtpote quia deputatur ei, qui non est beneficij capax.& vltra quàm liceat.cap. extirpandæ.in fin.de præb.& elucidat Hier.gigas in suo pensio.tract.q.3.& seq. & q.5. quæ pensiones sint illicitæ.

*Quis possit pensionem constituere.*

102 Quarta conclusio.Pensionem potest constituere Rom.pontifex.not.doct.in d.cap.ad audientiam.2.de rescr.quia in beneficiis plenariam habet potestatem.cap.2.de præb. lib.6. clem.1. vt lite pend.dixi in tract.no.q.21. principali. nume. 54.& seq.

103 Item legatus,archiepiscopus,episcopus:sed non alius inferior.Panor. in c.conquerente. col. 1.de cler.non resid.Pet.Ancha. consil.279. quæstio proponitur. vbi dicit quod episcopus potest prouidere,quòd seni & debili constituatur pensio,ex qua posit viuere.Ratio est , quia quando aliquid permittitur à iure,& Rom.pontifex non reseruat sibi facultatem,potest episcopus hoc facere.c.nuper. de sententia excommuni. glo. cap. postulastis.de cleric excom. ministr. glo. in cap. penult.de pœnis in 6.Paul.de Rom.in d.trac.pensio.c.4. & prohibetur episcopis in fraudem pensionem imponere.in c.extirpandæ.in fi.de præb. ergo cessante fraude non, vt ibi firmant doct. & Hiero.gigas in d.tract.pensio.quæst.6.

104 Intellige per viam quantitatis , secus per viam quotæ,vt tertiam. quia esset diuidere beneficium, quod est prohibitum.cap. maioribus.de præb.de Ana.in c.audiuimus.de collusio. deteg. de Petrucia, in l.1. in 6. remedio finiendarum litium.ff.de iureiu.De inferiore patet , quia quando aliquid permittitur ex causa cōtra iuris communis dispositionem , non competit inferiori, nisi exprimatur.Pan.& alij in c. at si clerici.§. de adulteriis.de iud.in c.2.de eo qui fur. ordi. recepit.c.quæsitum.de rerum permut.Gigas.q.8.

*Differentia inter pensionem à papa impositā & ab episcopo.*

105 Est tamen differentia,quia quando imponitur ab episcopo , non potest fieri aliqua conuentio de pensione inter partes:& si fiat,simonia est.c.nisi.ibi , non quidem ex pactione partium, de præb.quia beneficia debent resignari purè, & liberè.gl.in c.ex parte.in 1.de offi.deleg.Pan.in c. non satis.per illum tex.de Simo.Secus si resignatio fiat coram papa.gl.in c.cum pridem.de pact. in c.ordinationes.1.q.1.Dec.consi.141.ad plura,& consi.436.visa instructione.col.2. cum talis conuentio in hoc casu sit prohibita ex constitutione ecclesiæ, & non de iure diuino.ideo papa potest dispensare.Fel.in d.c.ad audientiam.col.2. & seq. Hodie extra papam vix constituitur pensio in hoc regno,& est tutius,propter conuentiones partium.vide Hiero.gigan.q.4.

*Sine causa non potest cōstitui pensio.*

106 Quinta conclusio. Sine causa non potest constitui pensio.Pan.& alij in d.cap. vacante.de præb.& c.significauit.de censib.

107 Ratio est , quia sicut in alienatione rerum ecclesiæ requiritur causa,alioqui nō valet,etiam si solennitas interuenerit.c.sine exceptione. 12.q. 2.& ibi plenè dixi.gl.in c.1.in gl.pe. & ibi Panor. de in integr.restit. Soci. consil. 29. viso quodam instrumento.col.1.& seq. in 1. volu. sic & in hac pensione.& de hac constare debet causa:nec sufficeret assertio episcopi asserentis causam interuenisse.Pan.in c. diuersis fallaciis. de cle.coniug. col.2.c.1.& ibi gl.2 & Barb.de reb.eccl. non alienād.vbi alienatio non potest sine causa fieri. sed hæc est alienatio, vt supra dixi. ergo,&c. Oldra. consil.226.quidam episcopus.

*Causæ imponendi pensionem.*

108 Causas quæ debent interuenire.ponit glo. in summa.12.q.2. videlicet propter necessitatem, vt pro soluendis debitis imponi poterit.c. si propter.de rescr.in 6.propter vtilitatem,vt quia ecclesiæ seruitium præstabat.c.per tuas.de dona.Petr. Anch.consi.276.quęstio.& pro bono pacis.c.nisi de præb.& propter pietatem , vt quia debilis, vel senex.Dec.dicto consilio 436. visa instructione. col.2.

Quatuor etiam causas impulsiuas pensionis scribit Paul.de Rom.in tract.de pensio.c.1.nu.12. videlicet literaturam,hospitalitatem , præmium, & amorem , quas prosequitur ibi , vide & per Hiero.gigantem.q.1.& q.6.

109 Et illi quibus assignatur pensio ratione senij, vel infirmitatis , super beneficiis curatis , vel dignitatibus sunt inhabiles ad similia beneficia, nisi tēpore assignationis huiusmodi ius habuerint in illis , & si receperint , & per mensem alia beneficia obtinuerint,cessat pensio, vt dicitur in prouinciali.fol.63.versi. illi quibus. vbi allegatur extra.Nic.quinti,quæ incipit,ad futuram rei memoriam , &c. quam non habemus , saltem ego non inueni.Et debet commensurari pensio causæ,vt non excedat tex.in c.relatum.in 2.ibi,iuxta seruitij meritum conferantur.de testa.not. Alex. & Ias.

& Iaſ.in l.ſi donatione.C.de colla. Soci.d.conſil. 129.in 1.vol.

*Cauſa non requiritur in papa.*

110 In Romano pontifice non requiritur cauſa,vt tenet Feli.& communiter doct.in d.cap. ad audientiam.& Dec.conſil.141.& 436. quia in his quæ ſunt iuris poſitiui, in eo ſufficit pro ratione voluntas,& maximè in beneficialibus.gl. in ca.ſi gratioſe.de reſcri.in 6.& ibi Domi. quod intellige per ea quę tradit Hippo.in ſing.6.in principe. & ſing.9. præſumendum. Fuit tamen prolatum

*Arreſtum.*

arreſtũ,anno 1535.menſe Iunio,quòd penſio non imponatur, nec impoſita in regno admittatur, extra tres caſus.Primus pro bono pacis, quando beneficium eſt litigioſum, vt ſupra dictum extitit per d.c.niſi.de præben.facit ca.his qui.in fi. de maior. & ſi quis fingat litem cum aduerſario cauſa conſtituendi penſionem,eſt iure ſuo priuatus.c.3.de colluſ.deteg.Secundus in reſignatione facta ab altera parte tantum ne reſignans nimium patiatur diſpendium. ca. ſuper hoc.de renuncia.nam æquum eſt ex quo renunciat,quod fiat ſibi aliqua recõpenſatio.arg.l.ſed & ſi lege.§. conſuluit.ff.de petit.hær.quia primo loco illis tenemur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe.c.cũ in officiis.de teſta. dixi in praxi beneficiali. Tertius eſt in permutatione ratione inæqualitatis redditũum beneficiorum, imponitur ſuper altero penſio.c. ad quæſtiones. de rerum permut.quod eſt not.pro Gallis.

*In tribus tantum caſibus in hoc regno imponitur penſio.*

Ideo nõ valeret,ſi quis permutaret beneficium mecum & aſsignaret mihi penſionem ſuper alio beneficio,quàm permutato.arg.l.vt fundus.in fi. ff.commu.diuiden.vide text.in d.c.niſi.de præb. & hoc ſeruatur in forenſi iudicio in hoc Francię regno,licet de iure ſecus.

*Patronus reſeruat ſibi penſionẽ.*

111 Sexta concluſio, Poteſt patronus in fundatione beneficij ſibi reſeruare pẽſionem,vel aliud onus imponere, videlicet, quòd præſentandus debeat eſſe ſacerdos, vel conſanguineus ſi reperiatur.c.cum dilectus.vbi Pan.nota.5.de conſue. & hoc epiſcopi vel alterius ſuperioris conſenſu, alioqui ſecus.c.1.c. quanto. de cenſib.& ibi Pan. c.nobis.de iure patr.Roch.de Curte. in tract. de iure patr.in verb.pro eo quod.q.12.& ſeq.c.Eleutherius.18.q.2.gl.in c.generali.de elect.in 6.Intellige quãdo fructus ſunt abundantes,& ſufficientes clerico,alioqui ſecus.Pan.in ca.1.de cenſib.Et an ſicut prohibentur augeri.cap.prohibemus.de cenſib.ita & diminui,vide Imo.in c. cum clerici. in fi.de tranſact. Et quid ſi patronus ſibi reſeruauerit, quod primogenitus ſemper habeat præſentare,ſi primogenitus ingrediatur religionem, an poſsit præſentare? quod non, ſed deuoluitur ad ſecundum,vt concludit Aegid.de Bella mera conſil.33.quod ſi ad perſonas. col.1. tum quia eſt mortuus mundo,tum quia duplex eſt primogenitus,vnus primogenitus natu,alter primogenitus dicitur, quia eſt primo cognitus à iure. teſte Bal.in l.eam quam col.10.nu.44.C.de fideicom. & Barb.in repet.l.cum acutiſsimi.col.58.ibidem.

*Primogenitus ingreſſus religionem an præſentet.*

112 Et clerico poteſt certa penſio conſtitui duratura donec ſibi de beneficio fuerit prouiſum. Hoſt.in cap. cum eſſent.de ſimo.& papa pluries hoc facit ac epiſcopi,vt tenet Bonif.in clemen.1. columna penul.de reb.eccle.non alienan.

*Penſiones in fraudem impoſitæ non valent.*

113 Septima concluſio. Penſiones in fraudem iurium conſtitutæ non valent.tex.in c. extirpandæ.§.qui verò.in fi.de præb.Feli.poſt gl. Pan. & Imo.in d.c.ad audientiam.in 2.de reſcri.vt ſi epiſcopus conferat beneficium curatum alicui retenta penſione nepoti, qui ratione ætatis non poteſt curatum beneficium habere.c.audiuimus.de col.deteg.c.extirpandæ.in fi.de præb.& cap.conquerente.de cler.nõ reſid.Dec.conſi.141. ad plura.Card.in cle.1.§.1.q.3.& 10.de ſuppl.neglig.prælat. Boer. in addit. ad Dy. in regula 1. in verbo, adde quod iſta. de regul.iur.lib.6.Et præſumitur impoſita per fraudem, niſi de cauſa appareat. Anch.& Card.in d.§. qui verò, facit quod dicit Bart.in repet.l.omnes.in 3.q. prin.in princ. ff. de iuſtit.& iure.intellige in epiſcopo, ſecus in papa, vt ſupra dixi.c.ad audientiam.1.de eccl.ædific.

*Epiſcopus penſionem ſuo nepoti an reſeruare poſsit.*

*Penſio annua an appellatione beneficij.*

114 Octaua concluſio.In literis beneficialibus appellatione beneficij non venit penſio.c. quamuis.de præb.lib.6.& quia ponuntur tanquam diuerſa.in d.c. ad audientiam. & quia ſunt diuerſa nomina.l.ſi iidem codicilli.C.de codicil.Niſi dicatur de alio quocunque beneficio.glo. in verb. quocunque.cle.2.de vita & honeſt.cler.Fel.in c. poſtulaſti.col.11.verſ.4.declaratio. de reſcri.& ca. de quarta. col.5. nu. 15. de reſcrip. plenè declarat Paul.de Roma.in tract.penſio.q.7.verſi.redeundo. vbi etiam tradit octo penſionis priuilegia. Vnde cùm religioſo fuerit cõſtituta à papa penſio,& is ex ea emerit prædia,quæ donauit amico ſuo, ſed poſt mortem amicus ea per ſententiam reſtituere eccleſiæ condemnatus fuit, vt aſſerit Ant.Capitius in deciſ.Neapol.q.200.

*Penſio an ſit exprimenda.*

115 Nona concluſio. De penſione quæ finitur cum perſona non eſt facienda mentio in beneficij impetratione. ſecus ſi transferatur de perſona in perſonã.Aufre.in deciſ.capel.Tholoſa.q.472. an de penſione.de Milis in verb.gratia. q.17.glo. in verbo beneficiorum.in §.item quod vniuerſitates.de colla.in prag.Et quælibet penſio, de papæ licentia transferri poteſt,teſte Do.Gomeſ. in comment.reg. cancel. de infirmis reſignan. q.16. quod non ſeruaretur in hoc regno. Niſi ratione primarum literarum habuiſſet, quia tunc ſecundas impetrando,tenetur de penſione facere mentionem.c.ad audientiam.in 2.de reſcript.Feli. in c.poſtulaſti.col.10.cum ſeq.verſi.& ſuper iſtis.nu. 7.in fi.illo tit.vide Cald.conſi.6. an ſi epiſcopus. de præb.& Card.in cle.vlt.q.9.& ſeq.de offi.ord. hodie cum quælibet penſio ſuccedat loco beneficij,quia datur in perpetuum,id eſt,ad vitam recipientis,ideo impetrans debet de ea facere mentionem.gloſ. in regu.61.in fi. in regulis cancel.& iſtud eſt tutius,ne quis impetrando beneficium, impetret & lites.Niſi in literis ſit illa clauſula pro expreſsis habentes,de qua in forma mãdati plura ſcripſi in concorda.Franciæ.

*Quæ penſio poſsit conſtitui.*

116 Decima concluſio.Penſio talis poteſt conſtitui habenti beneficium,vt tãtum ei remaneat, quod poſsit viuere, iura epiſcopalia ſoluere, & alia onera ſupportare.c.vacante.& cap.cum cauſam.& ibi Pan.& alij. de præb. cap.1.& ibi doct. de cenſib.Henr.Boic.in c.prohibemus.col.2.illo tit.Fel.

tit.Fel.in d.c.ad audientiam.in 2. art.c.de monachis.de præb.c.quoniam.de vita & hone. cler. licet in extrauag.suscepti.de elect.in extrauag. Io. 22. sint taxatæ vsque ad dimidiam partem fructuum, quæ extrauagans seruatur in patria iuris scripti,teste Boer. in decisi. Burdega.q.2. in fi.tamen posset altera pars ita esse tenuis, vt non sufficeret pro clerico titulato. Ideo quotidie quando illa dimidia pars non est sufficiens reformantur per senatum, & vsque ad tertiam partem de consuetudine approbantur in Francia, & non vltra, etiam si fuerint à papa impositæ. Ideo fuit reseruatio pēsionis omnium fructuum beneficij prohibita per senatum, anno 1496.die 19.Aprilis.Sic seruatur Parisi.vt non possint redditus super domo constitui vltra tertiam precij iusti partem dictæ domus,& habito illius valore,vt est in tit.*des rachaptz des rentes*.ordi.2.art.13.

*Vsque ad quā summā pensio imponitur.*

*Arrestum.*

Vide plenè Calca.consil.120. in nomine. & c. super eo. & abundantius per Io. Staphileum in tract.de literis gratiæ.& literis iustitiæ. fol.154. & an diminutis beneficij fructibus per bellum, vel aliàs debeat pensio diminui,vide per Lud.Rom. consil. 369. circa primum.q.5. & seq.Paulum de Rom.in d.c.fi.§.postremo tract.pensio.& Gigan tem q.9.

117 Vndecima conclusio. Non potest episcopus,aut alius collator,sibi reseruare aliquam pensionem, ab initio conferendo beneficium alicui, quia sine diminutione debet conferre. c.1. vt ecclesiast. benefic. sine diminut.confer. Nec aliud onus imponere:& si imponant, simoniam committunt.c.non satis.de simo.& sunt periuri imponētes.in prag.in tit.de elect.c.1.§. ad locum verò. & excommunicati.extra.cū detestabile.de simo. in communibus.quod est valde durum prelatis, seruandū tamen,arg.l.prospexit.ff.qui & à quib. Sunt quidam qui in beneficiis contrahunt, sicut in rebus prophanis: sed nesciunt quid faciunt, scient enim postea,scilicet in morte,& in die terribilis iudicij.

*Collator sibi nō potest reseruare pensionem, aliàs est excommunicatus.*

118 Ideo si canonici conueniant inuicem, des mihi tuum suffragium seu votum pro meo nepote in ista præbenda,& ego dabo in prima vacatura meum pro tuo: est simonia, quia omnis conuentio in spiritualibus cessare debet.c.quàm pio. 1.q.2.Idem si quisquam dicat,nūquam me viuo fiet talis canonicus,nisi iste pro quo rogaui, fiat. teste Io.de Selua.in tract.de benef.in 1.parte q.7. num.64.& multi reperiuntur tales, vt docet experientia.

*Not.contra canonicos.*

119 Nec etiam in hoc regno summus pontifex solet præsertim in archiepiscopatibus & aliis dignitatib.imponere pensionem, & ecclesias regni tributarias reddere sine regis consensu, imò rex sua ordinatione sanciuit omnes pensiones & cętera onera ecclesiis regni imposita, in fauorem cardinalium,vel aliorum,ad manum suam poni, & de illis,& ecclesiarum fructibus ecclesias reparari,clericique de victu sufficienti prouideri, vt hospitalitatem, & alia onera persoluere possint. habetur in stilo parlamenti.in 7.parte rub. de reparatio.eccl.& in rub.de taliis & exactio.ordi. 5. & 13.latè Bened.in repet.c.Raynutius. in verb. si absque.in 2.nu.30.cum seq. in substitutio. fideicom.de testa.Gagui.fo.183.gl.in tit.de annatis. in verbo exigatur.in prag.

*Papa ecclesias regni non reddit tributarias.*

120 An pensionarius decimas & alia onera soluere teneatur,quòd non,si pecuniam recipiat: secus si fructus,tunc pro rata soluet.Inn.in cap. à nobis.de dec.gl. tamen. in cle. 2. de decim. tenet indistinctè pensionarium pro rata teneri,vide ibi dem.& gl.in extra.suscepti.in verb. aliis ecclesiæ. de elect.in extra.Io.22.

Et breui dicas,quod pensionarius non tenetur ad onera consueta, videlicet ad hospitalitatem, neque iura episcopalia soluere, de quibus in ca. conquerente.de offi.ord.c.de monachis.de pręb. Sed ad inconsueta,quę imponuntur ecclesiis extraordinariè sic,vtpote ad decimam pascalem,vel si imponatur pro refectione pontium, aut aliàs iustè, quia postquam sentit commodum, onus sentire debet,regula secūdum naturam.ff.de reg. iur.& ita expresim concludit Paul.de Roma.in tract.de pensio.c.vlt.§.fi. plenè scripsi viginti rationes adducendo in cōsilio meo quod feci pro reuerendo patre & domino episcopo Carcassonensi,& ita fuit iudicatum in hoc senatu, anno 1532.die 16.Decembris.& 23.Decemb.inter magistros Io.Rogier,& Io. Griffet, in camera inquisitionum,& potest super pensione soluenda deduci onus hoc.Et sic non tenetur pensionarius contribuere pro reformatione abbatiæ, nec ad reparationes,nisi in subsidium. ita pronūciatum fuit anno 1535.die 13.Maij.Sed ad decimas bene tenetur pro rata,quia decimę sunt onera fructuum.l. si sine hærede.§.Lucius.ff.de administr.tut.gl. in l.1.vbi Bar.C.de anno. & tribut.lib. 10. stipendia enim & tributa ob prædia præstita sunt onera fructuum, vnde nec maritus in dotem ea reputat,nec vllam propterea habet exactionem.l. neque.ff.de impen.in reb.dotal.fact.

*Pēsionarius ad onera & decimas an teneatur.*

*Arrestum.*

*Pēsionarius an ad reparationes teneatur.*

*Arrestum.*

121 Duodecima conclusio,Quando pensio ab initio non fuit rectè constituta, vt quia solennitas vel causa non interuenit,tunc reformatio potest peti, per quem pronunciabitur nulla constitutio,non solum in parte,sed in toto.

*Reformatio pensionis quando peti poßit.*

122 Vel si Rom.pontifex bullas retinuerit,donec quis pensioni consenserit. nam iustus metus est retinere instrumenta. l. isti quidem. ff. quod met.causa.Benedict.vbi supra, nu.36. Si verò solennitas interueniret,sed excessiuè fuit imposita, tunc petetur rescindi pensionis constitutio,& ad quantitatem iure permissa reduci, non autem quòd in totum rescindatur.gl.in c.1.de in integ. resti.& ibi Pan.& Imo.& gl.in c.pe.de reb.eccles. non alien.facit l.2.C.de rescin.vend.Rom.consi. 369.col.2.incipiente circa primum.& not. in ca. pręterea.de iure patro.& in prouinciali omnium eccle.fol.63 versi.pensio immoderata.

123 Quando verò post constitutionem reperitur iniusta,quia clericus non potest viuere,potest fieri reductio ad iustam quantitatem.cap.suggestum.de dec.vbi quando priuilegium incipit esse damnosum, potest reuocari, & ad debitum statum reduci. Non obstante indulto quod reduci non possit,teste Staphileo in tract.de literis gratię.fol.154.vers.& ideo.& sequen.no.in c. prohibemus.

bemus.& in c.quanto.de censib.l.non modus.C. de seruit.& aqua.& l.præses.illo tit. vbi Bal. dicit quod licet pater teneatur alere filium, si tamen bona sint adeo diminuta, quod solum sibi sufficiant,non tenebitur alere illum. Pan. in c.præterea.in vlt.no.de iure patr.nec pręiudicaret illi possessio continuata soluendi, nec posset intentare remedium possessorium ille cui est soluta obstan te decreto prag.sanctionis.de anna.Rota decisio. 16.in nouis.

*Secũda pensio nõ facta mẽtione primæ an ualeat.*

Imò secunda pensio,non facta mentione primæ non valet, quia in dubio Rom.põtifex non videtur onerare velle ecclesiam ad duas pensiones,nisi expressa prima hoc faciat. arg.c. mandatum. de rescri. sic expressè fuit decisum in Rota, vt refert Cassado.in decis.super reg.cancell. rub. de pensio. decisi.3.pensio.& decisio.seq.facit text. in l.nauis.§. cum autem.ibi, quia non debet duplici damno onerari.& §.fin. ibi, vtrunque onus pati non debet.ff.ad leg.Rhod.de Iac.& l.titia.1.§. qui inuita.ff.de leg.2.& l. pen.ff. de dote præleg. Boer.in decisio.Burdegalen.quæst.162.creatio.

*Pensio an poßit permutari uel sequestrari.*

124 Decimatertia conclusio,Pensio nõ potest permutari cum beneficio ecclesiastico,quia non est titulus ecclesiasticus.Imol.in cle.1.& ibi Card. q.9.col.3.de suppl.negli.pręla.Card.in cle.vna.q. 4.de rerum permu.not.in c. quæsitum. per illum tex. de rerum permut. intellige vt abundè Paul. de Rom.in tract.pensio.c.7.§.fi.declarat.

125 Decimaquarta conclusio, Pensio non potest sequestrari. Alber. in auth. sed iam cautum. C.deposi. sed contrarium seruat praxis Franciæ.

*Ante literarum præsentationem an pẽsio debeatur.*

126 Decimaquinta conclusio, Pensio debetur statim atque fuit constituta, etiam si literæ non fuerint præsentatæ per duos vel tres annos.l. si quis domum.§.fi.ibi,pro rata temporis quo fruitus est pensionem præstet.ff.locat.Prouincia. fol. 35.l.nec semel.ff.quando dies.leg.ced.vide Cassado.in decis.super regulis cancell. decis.2. rub. de pensio.

Nec refragatur clausula in literis apposita, postquam tibi prædictæ literę pręsentatę fuerint, quia non suspẽdit obligationem,sed solutionem & exactionem, sicut in illo qui promittit mihi nunc super tali fundo decem menstrua, quę non intendit soluere donec merces suas vendiderit, vel postquam creditor præsentauerit ei literas salui conductus.l.ex his verbis. C. quando dies. leg. cedit. Et quia recipit fructus beneficij quod resignaui. ideo teneris.arg. l. curabit. C. de act. empt. Item hæc dies fuit apposita gratia pensionarij,ideo debetur.l.si ita.2.§.Pegasus.ff.de leg.2.

Hoc approbat D.Gomes.in compẽdio signaturæ circa finem descriptæ super commenta.regulæ de non iudicando iuxta formam supplic. vbi dicit eum, qui per se pensioni consentiit incurrere cẽsuras sine bullarum intimatione, secus si consenserit pensioni creandæ per procuratorem, & ita fuisse iudicatum asserit, licet contrarium seruemus in Francia, vide Pet. Pau.Parisi. consi.82.pensio.in 4.vol.

Fallit quando in literis esset appositum tẽpus, vt communiter fit, vt infra dicam. Hodie ante præsentationem nolunt soluere, & vix post: ita quòd rarò repetitur indebitum,cum vix soluant debitum,dicit Sali.in l.1.C.de condict. indeb. & practicatur, quod non teneatur nisi bullis expeditis,& sibi intimatis.glos.in d.regula 25.in fi.nisi alter sit conuentum, & à papa approbatum, vt infra dicitur.Et hoc quando is eam non creauit, sed successit in locum alterius, tunc quia iustam ignorantiæ causam habet. l.qui in alterius. ff.de reg.iur. & is cui debetur est in culpa, eam non intimando successori, tunc non debetur ante intimationem,& illi qui eam soluunt,vocant eam passionem,quanuis Paulus de Roma,in suo pensio.tracta.vocet eam hircum fœtidum,quia fortè erat fœtida ei,qui habebat eam soluere. Ego voco eam pensitationem à pensitare, quod est frequenter soluere,vel à pensare,quod sæpè ponderare significat,quia is qui eam soluit, sæpius eam ponderat,an iustè sit imposita, & an debeatur:& quomodo eam soluat vel extingat.

*Is qui debet pensionem quomodo poßit compelli.*

127 Decimasexta conclusio. In hoc regno debitor pensionis non potest ad soluendum compelli per alium, quàm per suum ordinarium, vtpote episcopum,aut alium.tex. in tit.de anna. in §.item quod ratione,in pragm.sanctio.facit ca.1. vbi Pan.& alij.de testi.cogen. vbi ordinarius cogit testes producendos coram delegato deponere,imò si fieret coactio per executorem in literis datum,non valeret processus nec excommunicatio propter iurisdictionis & potestatis defectum, & solet appellari à notorio abusu ad senatum, qui solet illũ abusum reformare.Bened. in repet. cap.Raynutius.in verbo si absque.in 2.de fideic. substitutio.nu.39. de testa. Et abusiue processum pronunciauit senatus anno 1515. die 12. Maij.& anno 1516.die 12.Aprilis pro Ioa.Bordier.& quotidie vidi reformari, maximè anno 1535.in mense Augusto, in hoc senatu Paris. ideo in literis monitoriis debet officialis declarare, quòd autoritate ordinaria hoc facit,aliàs si in literis dicatur autoritate apostolica,reformatur. vt fuit dictum die 8.Iunij,anno 1581.in eodem senatu.

*Arresta.*

*Pensio quãdo debeatur.*

128 Decimaseptima conclusio,Pensio in principio cuiuslibet anni dicitur debita.arg.text. in l. si seruus communis Titij.§.fi. ff. de stipu. seruo. vbi Bar.per illum text.tradit quòd quando obligatio est in plures annos multiplicatiua, in principio anni dicitur cedere dies. Iaso. in l. qui hoc anno.in fi.ff.de verb.oblig.Et sic in principio anni debet fieri solutio.arg.l.nec semel. in princ. ff. quando dies leg. ced. Bald. & Salic. in l. ædem. C.locati.

219 Fallit quando perciperetur ex fructibus, quia tunc fructibus perceptis debet solui. l. firmio.§.pater.ff.quando dies leg.ced Bar.in l. si legatarius.§.fi.per illum tex.de leg.3. Iason in l.1.in princ. col.3. de iust.& iure. vel si deberetur propter operas,quia tunc in fine.d.§.seruus.Bald. in d.c. ad audientiam. Nisi conuentio vel consuetudo aliud disponat.l.1.§.si conueniat.ff. deposit. l.semper in stipulationibus.de reg.iur.sicut communiter fit in reseruationibus pẽsionum,in quibus Rom. pontifex secundum conuentionem partium solet apponere terminũ,videlicet dimidiam partem in festo beati Ioannis,alterã in festo natiui

*Formæ bullæ pẽsionis.*

natiuitatis:& si dictus talis in huiusmodi termino, vel saltem intra octo dies, singulos terminos ipsos immediatè sequẽtes pensionẽ ipsam non persoluerit,eo ipso sententiã excõmunicationis incurrat,quódq; ab ipsa sententia absolui nequeat, donec tibi de pẽsione huiusmodi tibi debita fuerit integrè satisfactũ, & si per annum pensionẽ eandem soluere prætermiserit, sit eo ipso ecclesia priuatus, ipsáq; ecclesia extunc ad te pertineat,liceátque possessionẽ ipsius authoritate propria recipere,& perpetuò retinere, &c. quæ vltima,cum reseruationem sapiant, nõ seruantur in Frãcia, vt scripsi in rub.de reserua.in concord.de styllo curię Rom.est,quod in fi.semestris soluatur dimidia,& post alterum semestrem altera dimidia, nisi aliter sit conuentum, teste Paulo de Rom.in suo pẽsio.tract. c.5.in fi. & non soluens pensionem non est excommunicatus,nisi creditor cui debetur eam petat, teste Cassad.decis.2.& 4.de locatio.

130 Item, moriente pensionario post principium anni, cum pensio sit debita, ad hæredes transit integrè pro illo anno. l. filiæ meæ. ff. de annuis leg.l.post duos.C.de aduoc.diuers.iudi. Cald.in consil.2.de pecu.cler. Bar.in l.1.§.diuus. ff.de variis & extraordin.cognit.Limitat quando deberetur respectu seruitij, quia tunc tãtùm pro rata seruitij deberetur.l.diuortio.ff.sol.matr. doct.in l.diem functo.de offic.assesso.Auriol.in addit.ad de monte Laudu.in c.præsenti.de offi. ordin.in regno nil deberetur hęredibus,nisi ante mortem terminus esset lapsus.

131 Et hęc pensio potest solui procuratori generali,etiam non habẽti liberam administrationem.Innoc.& Cardi.in c. quod quibusdam. de fideiuss.quanuis non possit alienare,arg.l.pro curator tutorum.ff.de procur. & l.sancimus. & l.constitutionem. C.de administ.tut.

*Pensio est quid mere temporale, ideo uendi potest.*

132 Decimaoctaua conclusio.Pensio est quid mere temporale.c.præterea.1.& 2.de transact. & ibi doct.gl.in tit.de colla.§.itẽ quod vniuersitates.in verb.beneficiorũ.in prag.Pan.& alij in d. c.ad audientiam. Ex quo infertur quòd nõ potest cum beneficio permutari,vt suprà dixi.

133 Secundò,quod laico potest assignari.cap. possessiones.16.q.1.Domin.in c.quanuis.in 1.in fi.princ. de præb.lib.6.vbi dicit non teneri pensionarium ad residentiam,nec ad officium.

134 Item poterit vendi,vel pro alia re tẽporali remitti,sicut prædia ecclesiastica.gl.& doct.in c. super eo. & c.statuimus. de transact. In hoc tamen contrarium tenerem, quia pensio est annexa beneficio sicut ius patronatus, ergo vendi non potest.c.ex literis.vbi doct. de iure patron. doct. in cap.quanto. de iudic.nam qui adhæret ecclesiæ,videtur regi iure ecclesiæ. c.damnatus. de summa trinit.& quæ religiosis adhærent,religiosa sunt. l. quæ religiosis.ff.de rei vendic.

135 Et quia facilè posset quis induci ad delinquẽdũ per vẽditionẽ, arg.c.peruenit.de arbit.& l.conuenire.ff.de pact.dotal.ideo debet quis cauere ne hoc faciat.& etiam ista pensio non posset constitui laico ex beneficio ecclesiastico ab alio quàm à Papa,vt suprà dictum extitit. Item in pensionibus & commẽdis quis non examinatur,nec datur forma dignum,quia examen & forma dignum, &c. habent locum quando beneficium cõfertur in titulum. Prouinciale omnium ecclesiã.fol.63.versic.nota.

*Litigans an pensionem soluat.*

136 Decimanona conclusio.Pensionem tenetur soluere possidens beneficium, etiam si litiget super eo. Blasius Auriol.in addit.ad monte Laudun.in cap.quanuis.in 1.de præben.in 6.per text. in l. si in fraudem. C. de leg.vbi hæres tenetur soluere legata, licet sibi moueatur cõtrouersia super hæreditate.l.fina. C.de petit.hæred. quia pensio imponitur super fructibus.ideo qui recipit fructus, tenetur ad eam soluendam. intellige quando recipiebat fructus, durante lite, alioqui contra.

Vigesima conclusio, vexationes iudiciarias licitum est pensione redimere.c.dilectus.1.de simonia, & quomodo hoc intelligatur, vide plenissimè per Paul.de Rom.in cap.6. vbi abundè scribit quinque necessaria ex parte vexantis, & totidem ex parte vexati.

*Bullis non leuatis an quis teneatur pensionẽ soluere.*

137 Vigesimaprima conclusio.Etiã bullis non leuatis,tenetur soluere pẽsionem,is qui ita conuenit.Boër.in tracta.de dignit.leg.in fi. quia renunciari potest regulæ apostolicæ,& priuilegio in fauorem suum introducto. l. si quis in conscribendo.C.de episcop.& cleric.Imò fortius si hæc conuentio fuerit approbata per Papam, & is qui debebat pensionem moriatur, non tenebitur successor leuare bullas, imò ex illa signatura approbata cõpelli poterit: nam postquam pensio transit ad successorem, ergo & qualitas illa, & ita tenet Domin. Gomes. quæst.1. in regula de non iudicando iuxta formam supplicatio. in fi. compen. & quanuis dicatur esse malè imposita, per modum prouisionis solet condemnari ad soluendum illam,donec probet.ita vidi seruari,& in curia Romana, quãdo agitur de pensionis nullitate solet Papa causam committere,& in ea scribere, placet sine retardatione pensionis. Imò anno 1543.die 11.Decẽbr.fuit à Senatu reiectus appellans, nec admissus, eo quòd appellauerat ab executione & fulminatione bullarũ,per quas ipse tenebatur soluere pẽsionẽ,dicẽs resignantẽ nunquã habuisse ius,sed hoc allegari postea non potest semel imposita pensione,sed est soluenda,vel alia alleganda. *Arrestum.*

Vltima conclusio. Pensio finitur morte tam naturali quàm ciuili,videlicet per ingressum religionis, in qua tria substantialia regulæ profitentur, cum in casibus à iure expressis æquiparentur.glo.in c.susceptum.de rescri.in 6.vide in d.tract.de pensio.etiam quia religiosi proprium habere non possunt, cum repugnet mẽdicitati. vide in q. vlt. per Caccialupum. & Imol.in cle. vna.col.3.de suppl.neglig. prælat. vbi etiam dicunt extingui, si miles fiat, vel vxorem capiat, quãdo erat in beneficium assignata, vide Paul. de Roma.in d.suo pensio.tracta.c.3.tamen quia naturales actus retinet religiosus,ob id dicerem deberi monasterio quandiu viuet monachus,vt monasteriũ illum alere possit, & per hoc non tollitur mendicitas,vt alibi plenè probaui.Vide

V

Petr. Paris.consil.5.vnio.nu.149. cum seq. in 4. vol.& in hoc regno Francię non recipitur trāslatio pēsionis de vno in alterū, quāuis in patria obedientiæ translatio de persona ad personam fiat huius pensionis: verùm contra debitorem pensionis transit onus pensionis soluendæ, sed mortuo pēsionario alij non debetur,sed extincta est ipsa pensio.quod est notandum. Et ista sunt quę frequentius in materia pensionis vsuueniunt,ideo ea duxi perstringēda. Alia multa ponerem,quæ possent ascendere ad iustum volumen,sed extra oleas. & postquam hæc dictaueram,inueni tract.de pensio, Io.Bapt. Caccialupi, in quo triginta quæstiones deciduntur. & cētū quæst. pulchrè describit D.Hiero.Gigas in suo tract.pēsio. ibi vide si lubet,quia si prius vidissem,hęc non scripsissem.Quanuis multa dicā,quæ ipsi non scribunt,sanè tamen in forensi iudicio necessaria,& valde vtilia sunt,laus Deo.

*Noua impetratio post trienniū non prodest.*

138 Decimononò,amplia etiam si quis de nouo impetraret, quia illa noua impetratio post triennium est nulla,per text. in verbo, impetrati.in pragmat. licet in text. concord. habeatur, ratione iuris nouiter reperti.& idem potest esse sensus. Vel potest intelligi, sicut transactio bona fide facta non rescinditur prætextu instrumenti post reperti,l.sub prætextu. C.de trāsact. nec iuramentū voluntarium.l.admonendi.in fi. de iureiur.l.1. C.illo tit.Sic nec rescindetur triēnalis possessio, etiam si iste inuenerit impetrationem prius factam, & antiquiorem, quam si ante triennium completum in iudicium deduxisset,obtinuisset.c.eam te.de rescri.& vterq; intellectus potest sustineri. vltimus melius cōuenit tex.concordatorum.vide inferius in 1.limit.

*De regulari qui possidet beneficiū seculare, vel econuerso.*

139 Vigesimò procedit,etiam si secularis possedisset triennio beneficium regulare,vel contra sine dispensatione.per tex.in c.cū de beneficio. de pręb.in 6.vbi natura beneficij potest præscribi,videlicet,vt seculare fiat regulare, vel ecōuerso,facit quod dicit Fel. in c.in nostra. col.vlti. de rescript. vbi si regularis habens beneficiū seculare,& spolietur,licet sit inhabilis respectu tituli, poterit tamen intētare remedium possessorium restituendæ,& per consequēs facit fructus suos, cùm possit præscribere, vt d.c.cum de beneficio. nec potest negari quin iste habeat titulum saltē coloratum, ergo procedet hoc decretum, quod excipit tantū violentū, ergo in aliis firmat regulam.gl.& doct.in l.1.ff.de reg.iur.per tex.in §.vt autē.in auth.de non alien.reb. eccle. collat.2.Non obstat d.c.cum de beneficio, quia dicit non esse solitū regi per regulares,vel contra,nisi fuerit sic possessum per quadraginta annos.sed de possidēte non dicit an sit molestandus, & etiā quia ista regula est noua, & ita dixi ibidem, videlicet quòd hæc triennalis possessio non alterat naturam beneficij,sed confirmat titulum coloratum, & sic post mortem illius secularis,non debebitur secularibus, si non fuerit per quadraginta annos possessum,licet post tres annos non potuisset possidens molestari. vide tamen quæ dico infrà eodem nume. 259. vide Rochum Curtium in tract.Iurispatron.in verbo, honorificum. quæstio. 4. limitat. 1.

*De optione hic multa.*

140 Vigesimoprimò, procedit iste textus, vt quis non possit post triennium molestari,etiam si sine noua collatione vigore consuetudinis optasset beneficium,quod postea per triennium possedit,iuxta text.in cap.fin.de consuetu. in 6. vbi dicit Ioan.Andr. & alij,quod ille qui optat vigore consuetudinis sine noua collatione, vel titulo, dimittit antiquam præbendam, & optatam recipit, vt sit in præbenda sicut in domo. antiquior enim, cui ius optandi domum competit,sine noua collatione antiqua domo egreditur,& optatam ingreditur.sic est in præbenda. & pro hoc facit text. in l.fistulas. §.1.ff. de contrahen.emptio. Barb.cons.60.præclarè.col.pen. in 4.volum.

*Conclusio. Ius in beneficiis propria authoritate quæri mus.*

141 Et est casus in quo ius in beneficiis propria authoritate quærere possumus. Et sic sustinui conclusionem hanc,quæ etiā probatur in c. si tibi absenti.de præb.lib.6.& c.si pluribus. illo tit.& c.licet episcopus.ibid.& in extrauag. execrabilis.§.statuimus.de præb.in extrauag. Io.22. & c.referēte.illo tit.& c.gratia.de rescr.in 6.quæ iura scienti inducere probant. & c.si verò.1. vbi Pan.vlt.not.de iureiur.& c.1.de pręscrip.vbi est casus valde singul.& ibi hoc est speciale fauore fidei,vt ibi abundè scripsi.

*Canonica institutio quando dicatur.*

142 Nec obstat quòd beneficium non potest obtineri sine canonica institutione.reg.1.de reg. iur.in 6.c.3.de instit. Resp.his casibus canonicā posse dici institutionē,cum iure canonico confirmetur.& illud canonicū dicitur,quod secundùm ius canonicū factum est,vel approbatū.c. causam.in fi.de rescr.c.cū olim.de dol.c.1. de fil. presby.in 6.sic dicitur legitimū,quod aliqua lege firmatur.l.legitima. ff. de pact.vel ibi prohibetur acquiri beneficiū,sed non ius ad illud,intellige quod per optionem nō extinguitur antiquus titulus,nec nouus quæritur,teste Ancha. & Io.And.in d.c.fi.qui ergo habet canonicū titulum in primo beneficio, absque nouo titulo, & noua prouisione, vel collatione virtute primæ prouisionis optare, & trāsire poterit ad secundum,si tamē non habeat canonicū titulum in prima optare non poterit,& mutata prębēda nō mutatur canonicatus,teste Cassado.in deci. 17.de præb.& sic dixi in conclusione,ius in beneficiis propria authoritate quęrere possumus. Nota prædicta, quia vidētur mirabilia,sed non posse facilius tuebitur dicit altera cōclusio,quas hic pro virili tutatus sum in 2.repet.

*Rediens ad suum beneficium coniūgit tempus præteritum.*

143 Vigesimosecūdò,procedit,vt non debeat molestari,licet non possederit nunc nisi vnum annum beneficium, ad quod reuersus fuerat, iuxta c.si beneficia.de pręb.in 6.quod ante possederat triennio vel biennio:quia postquā liberè potest reuerti ad suū beneficiū, ergo non habito aliquo detrimento. vt dicit ibi text.ne talis ignorantia eis,cùm sint sine culpa,pręiudicialis existat,& sine noua collatione,quia nō videtur dimisisse, qui ad id statim redit. l. quicquid.de reg.iur.ff.facit.l.Pōponius.§.præterea. ff de acq. poss.secundū quam fuit iudicatū Burdeg.vt refert Boër. in suis decis. q. 97. an permutantes.

& q.

& q. seq. & an teneantur restituere fructus perceptos antequã permutatio resolueretur. & ista opinio est valde æqua, quàm videtur tenere Collect.in c.relatum.col.2.de cler.non resid.dicens,quòd is qui vult redire ad suum primum, potest,nec poterit sibi referri quæstio,quod nõ habeat ius in eo.contraria tamen opinio de stricto iure fortè videtur verior. per text.in l.denique. ff. ex quib.caus.maior. vbi possessio semel dimissa non restituitur, nisi apprehendatur, & ideo erit necesse de nouo possidere per triennium. Nec obstat, quòd non videtur dimisisse, quia contrarium est verum, quod verè dimisit. dic vt infrà dicam in 13.limit.

*Conclusio. Resignãs beneficium sine noua collatione ad id nõ potest redire.*

144 Ideo sustinui conclusionem hanc, quòd resignãs beneficium ad id sine noua collatione redire non potest.ratio est,quia per resignationem quis perdit ius ad beneficium quod postea petere non potest sine noua collatione,cùm beneficium nõ possit obtineri sine collatione, vel canonica institutione.reg.1.de reg.iur.in 6. Feder.consil.156.punctus talis.

145 Imò resignans beneficiũ ex causa permutationis,quę nõ habuit effectũ,nõ potest secundùm vnam opinionẽ ad suum beneficiũ redire sine noua collatione. Pan.Fel.& alij in c.cũ venerabilis.de excep.Io.de Selua in tract.de benefic.in 3.parte.q.24.quia per renunciationẽ dicitur beneficiũ vacare,per totũ tit.de renũc.Et be neficiũ vacãs nõ potest quis sine noua collatione obtinere,vt dixi,& tenet D.Prob.in addi. ad Monach.in c.vno.de rerum permut.in 6.

*Arrestum.*

*Permutans beneficio euicto redit ad suũ beneficium absq; noua collatione.*

Quanuis de consuetudine regni Frãcię,non requiratur collatio noua,quę consuetudo multis fuit probata arrestis,& hoc anno 1525. die 2. Maij.& etiam anno 1539. in vigilia Assumptionis beatæ Mariæ,pro magistro Bricon,in causa vnius præbendæ ecclesiæ Matisconen. permutatæ cum vna ecclesia parrochiali,quæ præbenda fuit euicta per magistrum Franciscum de Borges, per Regem nominatũ, & si à die summationis non restituatur compermutanti suum beneficium, condemnabitur ad restituendum fructus à die requisitionis sibi factæ, quos permutans recepit,cuius beneficium fuit euictum, & ipse tenebitur reddere,& possessionem illius beneficij,quod habuit ab altero, sic fuit dictum pro magistro Stephano Postrat,contra Stephanum Militũ,anno 1510. die vigesimanona Martij,ante Pascha.

*Procuratoris constitutio an possit reuocari & an post annũ valeat.*

*Arrestum.*

Item,quando facta est conuentio de permutando, si vnus illorum velit reuocare procuratores constitutos ad resignandum, non potest, quia constitutio procuratoris facta in cõtractu reuocari nõ potest,cùm sit contractus pars,teste Bald.in l.fin.ff.de contrahen.empt. & Pan.in l. post rem.ff.de re iudic. Guid.sing.273.procurator.dixi in tract.de literis oblig.in præfatio. videte Boër.in decis.Burdeg.q.207.ad secundam. sed in Senatu Tholosano fuit pronunciatum, anno 1544.in vigil.natiuit.Domini, procuratoria ad resignãdum facta post annũ nullius momẽti esse,ad obuiandum fraudibus contra retinentes procuratoria longo tẽpore,& bonũ esset quod vbique seruaretur.Et cancellaria Romana non solebat ista admittere post annum,vt dicit gl.in reg.cancel.43.& Rex declarauit nominationem non expeditam intra sex mẽses non valere:vt dixi in concord.tit.de nominat.regu. Imò Rex non solet officij resignationem recipere ex instrumento procuratoris post annum, vt sæpius vidi, & hodie Rex statuit edicto generali, vt procuratoria post annum non recipiantur.& fuit publicatum anno 1550.in Iulio.

*De clausula poni solita in permutationibus beneficiorum.*

146 Tamen quãdo beneficium resignatur ex causa permutationis,& non aliàs,si non admittatur illa permutatio, poterit episcopus dare licentiã cuilibet reuertẽdi ad sua beneficia etiam resignata.Rota decis.101.& decis.363.in antiq.& ista est communis opinio, teste Soc. consil.168. in primis.vol.2.Item quando quis renunciat,vt conferatur tali N.nec aliàs,nec alio modo,hæc verba habent vim conditionis.Bald.in authen. ingressi.col.4.C.de sacrosanct.eccl.Et faciũt vt nihil tunc videatur actum.glo.& ibi Bal.in l.siquidem.C.de excep.Bal.in §.deniq;.col.vlt.quæ fuit prima causa benefi.amit.refert Ias.cõs.162.in causa.col.4.vol.2.Bertr.cõs.133.viso processu.nu. 24.in 2.vol.in 1.edit. vt abundè scripsi in praxi benef.in tit.de resigna.condit.circa fin.

*Intellectus c. si beneficia.*

147 Nec refragatur d. c. si beneficia, quia ibi non resignauit suum beneficium,sed dimisit,vt aliud melius fortè haberet.ita probat tex.ibi, & post prædictorum adeptionẽ dimissa.& ibi, dimiserint beneficia. & ibi,eundem quoque modum in dimittendo recepta,& recuperando dimissa,&c.quæ dimissio non habet vim resignationis,quia ex futuro apparebit euentu,non esse ius translatũ in aliũ.de Rota decis.3.de rerũ permut.Feder.cons.156.per id quod habetur in c.si quis iam translatus.21.q.1.& c.si qui episcopi.92. dist.c.pastoralis.& seq.7.q.1.vbi quis potest redire ad primũ beneficiũ, quãdo iure nõ fuit trãslatus,quia non videtur dimisisse, qui ad beneficium suum statim redit, arg.l.diuortiũ. ff.de diuor. facilius quis absq; noua collatione reassumit ius in beneficio, quod prius habebat, si id nõ resignauit,quàm si nouiter acquireret,arg.c. cũ accessissent.in gl.vlt.de cõsti.facit l.filio. ff.de lib.& posth.vbi testamẽtũ potius suas reassumit vires, quàm de nouo acquirat.l. 2. C.de posth. hær.inst. De Rota decis.863.si A & B.in antiq. Et per hoc dixi resignantẽ post resignationem, sed ante possessionem ab alio acceptam cum simplici signatura beneficium retinere potuisse. vt alibi scripsi.

Itẽ ille dicitur dimittere qui in dominio suo retinet, nõ tamẽ ad illã rẽ accedit corporaliter. Dom.consil.106.super dicto.col.1. facit c.priusquam.ibi,neque enim eam voluit expellere,sed dimittere.27.q.2.& c.si peccauerit. 2.quæst.1. ac Matth.5.c.quicunque dimiserit vxorem,&c.

*Factis declaratur voluntas.*

148 Si replicetur, nihil interesse,suffragio populum voluntatẽ suã declarare, an rebus ipsis, & factis.l.de quibus.ff.de leg.præterea tã verbis quàm factis declaratur volũtas. l.fi.ff.de diuort. ibi, intelligi eũ hoc ipso nolle nuptã sibi, quòd actionem rerum amotarum importet,quæ non

solet nisi ex diuortio oriri.&c. Ad hæc ratū haberi potest, non tantū verbis, sed etiam actu.l. Paulus.ff.rem rat.hab.& sicut potest pars appellare,quādo verbo iudicis grauatur.ita quādo facto.c.ex parte M. de app.Imò fortior est appellatio, quæ ad Papam facto interponitur, quàm verbo: vtpote si quis iter arripiat ad Papā. c.dilecti.1.& c.vt debitus.de appel.& Apostolus inquit,Confitentur se nosse Deum,factis autē negant.& facta sunt fortiora ad declarandum voluntatē,quàm verba,quę sæpe cōtra mentē proferuntur.c.existimāt.11.q.3.& d.c.dilecti. multò enim amplius est,inquit Iurisc.id facere, quàm in vinculis pronunciare fuisse.l.si tamē.§.ei cui. ff.de ædil.edict.& sic plus erit renunciare facto, quàm verbo. Arch.in c.vno.in fi.de cler. cōiug. in 6.& in d.c.si beneficia. per c.meminimus. de appel.de Pēna in l.1.C.de his qui sponte publ. munera subeunt.lib.10.c.vno. de cler.peregrin. & ibi glo.Dec.plenè consil.583.iuridicam.col.2. & consil. 586. in causa. circa fin. Respond. qui resignat beneficium & dimittit, re & verbis dimittit, ideo plus debet operari, quàm simplex dimissio,quia duo vincula sunt vno potentiora.c.vno.de treuga.& not.in l.balista.ff.ad Trebell. & sic fortè possent conciliari opiniones, vt videlicet quādo dimittit suum beneficium sine resignatione, vt habeat melius, si ad id redeat, primum triennium prosit ei.per d.c.si beneficia. vbi dimissio non esse debet præiudicialis,quod aliàs esset,secus si resignasset, quia tunc cum ex nouo iure veniat, requiretur nouum triēnium & noua possessio,& sic primum triēnium non proderit. Cogita.

149 Probatur nouiter intelligendo tex.in cap. quod in dubiis.de renūc.vbi sunt hæc verba,hi preterea,qui beneficium ecclesiasticū sibi collatum,spōte in manū laicam resignātes, illud denuò à laico susceperunt, eodem sunt beneficio spoliādi,licet resignatio taliū facta à laico nullam obtineat firmitatē. & sic patet renunciationem verbalem in manibus laici factam, si ob illam non dimiserit beneficiū,non valere etiam quo ad præiudicium resignantis.hoc dicit text. contra intellectum doctorum.Si tamen ob eam dimiserit beneficium,& sic tam facto quàm verbis cessit,valet.& hoc probatur ibi,denuò susceperunt à simili,probatur in l.3. C. de fide instr. ibi,denuò.& l.si vt proponis.1. C.quomodo & quando iud. & sic patet quod dimiserat beneficium,per illud verbū, denuò. de quo in c.tū ex literis.de in integr.resti.& iste est nouus intellectus ad c.quod in dubiis.qui tādiu iacuit sepultus. Nec obest si replicetur de §. hoc amplius. insti.de rer.diuis.vbi dimissio priuat quē dominio rei suæ.sed illud intelligitur,quādo ea mēte rem dimittit,vt nolit amplius eam in suo patrimonio esse,quod apparet ex actu celebrato.Secus est in dimissione beneficij, quā quis facit vt beneficiū melius habeat, quia si non possit habere melius, non est verisimile quòd suū beneficiū multis expēsis & laboribus acquisitū, quo sustentari debet,facilè perdere velit, & resignet. tex.in c.super hoc.de renūc.& sic videtur quodammodo habere possessionē ciuilem. de qua per doct.in l.licet.C.de acquir.possess.

*Intellectus nouus ad c. quod in dubiis.*

150 Nec refragatur si dicatur,paria sunt renūciare tacitè vel expressè.c.quàm periculosum.7. q.1.quia fateor quo ad hoc,vt renūcians perdat quod renūciauit,si ad id nō reuertatur.sed in dimittente beneficiū permittitur liberè reuerti,per d.c.si beneficia. quod nō est in resignante. Vel resp.ad tex.in d.c.si beneficia.loqui in priuatione iuris, quæ nō valet postquā adeptio non habuit effectum.Fed.in tract.de permu.benefi.q.8. Soc.consil.168.in primis.col.2.vol.2.per l.Claudius.ff.de acquir.hęred.l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.pet. secus in priuatione hominis expressa,quæ remanet firma.licet finis actus nō sequatur.l.planè in princ.ff.de legat.1. Bartol.& Alex.in l.si cum dotem.in princ. ff.sol.matrim. quia mitius agitur cum lege quàm cum homine.l.Celsus.de arbitr.tene primam.

*Paria sunt tacitè vel expressè renunciare.*

151 Nec refragantur iura ciuilia,videlicet tex. in l.cum precibus.& l.reb. C.de rer.permut.vbi quis potest repetere id quod dedit causa permutationis,si nō fuerit sortita effectum, quia in prophanis rebus loquitur, nos autem in spiritualibus,vt not.in c.pen.de rer.permut.quæ spiritualia semel perdita non potest quis adipisci sine nouo titulo.idem resp.ad totum titulum de condict.causa data. & ad l.naturalis.§.1.de præscrip.verb.glo.in c.cum inter R. de elect. ita in propriis terminis respondet.

152 Minus obest tex.in c.2.de renūc.vbi post renunciationem quis potest habere beneficium sine noua collatione cū simplici inuestitura. Sed respon.quòd inuestitura habet vim collationis, imò sumitur pro collatione quādo ante eā non præcesserat aliqua collatio.& est facta ab habēte potestatē conferēdi.gl. & Pan.in c.auctoritate. de instit.& idem Pan.in c.2.col.pen.de consuet. arg.c.1.de consuet.recti feud.tex.in c.pro illorū. & ibi Card.in 3.not.de præb.vt alibi dixi. Idem scribit Card.in c.cum ecclesiasticæ.de excep.ac Fel.in c.cum aliquibus.col.vlt.de re iudic.

Nec me mouet.cap.sanè.illo tit.de renuncia. quia ibi fuit facta noua collatio per nouas literas. in quibus mandatur canonicis, quòd non obstante renunciatione ipsum in canonicum & fratrem admittant. & ita illum textum intelligit ibi Bald.

Nec facit cap. super hoc. ibidem, quia dum tex. dicit admittere non postponat, debet intelligi,quòd iudex non postponat admittere causam spontaneæ abiurationis, & exceptionem, & sic non loquitur de admissione ad beneficium sine noua collatione.

153 Præterea vrget valde tex.in c.ex parte 1.de offi.deleg.vbi paria sunt dimittere,& resignare. intellige vt vbi tex. exprimit quādo vellet omnino dimittere. Et sic denotat totalem resignationem,& abdicationem,secus si simpliciter dimitteret, vt aliud posset habere, vt d.c.si beneficia. Quæ dotalis admissio præsumitur,quando cū licētia episcopi dimitteret, nā tunc dimittere denotat totalē dimissionē.c.admonet. & c. post translationē,col.2.de renūc.Ideo si quis renūciat liti,

liti,non videtur renũciare titulo beneficij. Cald. consil.5.an habens.in fi.rubr. de præben. refert. Dec.consil.495.viso.nu.20.

154 Primò, fallit quãdo resignatio nõ tenuit: tunc sine noua collatione ad suum beneficium cedens, redit etiam post renunciationem, si retinuerit possessionem.c.fi.de renũc. & ibi plenè doct.quia quotiẽs vitiosè cautum est,&c.l.quotiens .ff.qui satisd.cog. Imò arresto cautum est, renũciationes factas in fauorẽ, nullius esse momenti coram alio,quàm summo Pontifice,nec etiam esse præiudicio resignanti, anno 1513. in causa Hardoin Fornier, appellantis à Præposito Paris.contra Renatum Valin,intimatum.pro quo facit l.pen.ff.de offi.præsid. Dom.cons.125. dubia.scripsi in addit.ad Io.Nauclerum,in tractatu de symonia.

*Arrestum. Renũciationes in fauorem quando valeant.*

155 Secundò, fallit quando coactè resignauit: quia tunc permittitur ministrare in eadẽ ecclesia,non obstante renunciatione.c.si verò. & ibi Fel.de iureiur.& hoc est introductum ad coërcendum iniquitatem eorũ,qui ecclesiasticos viros ad renunciandum, & præstandum illud iuramentum compellunt. probatur in c.3. & seq. de his quæ vi metúsve causa fiunt. & illæ renunciationes sic factæ non valent.clem.multorum.de pœnis.

Tertiò,limitatur non procedere,quãdo procurator cõstitutus alio modo resignasset,quàm ei mandatum est, vtpote habet potestatem resignandi retẽta pensione,resignat ea non retẽta, tunc nõ valebit illa resignatio, nec iuuatur hoc decreto is, cui est facta collatio, tum quia nulla est,tanquam contra mandati formã facta.l.diligẽter.ff.mãd.& c.cũ dilecta. vbi plenè Fel.de rescri.tum quia facta contra modum in supplicatione expressum.Pan.in c.cum pridem.in fi. de pact.sic expresim super hac reg. tenet do. Gomes.q.33. Et an procurator constitutus ad resignandum possit præstare consensum post cedentis obitum? vide Cassad.in decis.1.de renũc. & Boër.q.348.in decis.Burdeg.alibi scripsi.

*Resignatio non tenet quãdo procurator alio modo resignauit.*

Nec obest, quòd titulus semel extinctus per renũciationem, non reuiuiscit sine noua collatione.l.qui res.§.aream.ff.de solut.hoc procedit, nisi aliud interueniat, per quod sequatur integra restitutio.facit c.ab exordio.35.dist. & res de facili ad suam naturam redit.l.si vnus. §.pactus. ff.de pact. Et sicut is qui habet mandatum vendendi Titio fundum,si vendat alteri,nihil agit. l.cum seruo.ff.de contrahen.empt.ita qui habet mandatum resignandi in fauorẽ Titij,si in alterius fauorem resignet.

Aliquis seduxit me,dicens patrẽ vel patruum mittere ad me, vt literas resignationis, seu procuratorium ad eum mitterẽ,cui credidi,ipse per has literas resignauit,dico mihi succurrendum, & resignationem nullam.per tex.expressum. in c.1.15.q.6. sic dicentem,si quãdo à sacerdotibus & auctoribus ecclesiæ, quædam scripturæ quoquo modo per metũ, aut fraudem,aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint quocunque ab eis conscriptæ aut roboratæ fuerint ingenio,ad nullum eis præiudicium, vel nocumentum valere censemus, &c. tu tamen facilè non credas omnibus petẽtibus procuratorium ad resignandũ, & sic nõ valet resignatio quãdo per dolum & fraudem esset inductus resignans, quia dolus consensum excludit, qui ad hoc est necessarius. Panor.in c.cum dilectus.in fi.quod metus caus.l.& eleganter.ff.de dolo.

*Resignationes per fraudem extortæ, sunt nullæ.*

156 Notandũ est, quòd in quibus casibus potest quis redire ad suũ beneficiũ sine noua collatione, debet intelligi quãdo illud beneficium dimissum non erat occupatum, alioqui nõ poterit redire sine noua collatione. Rota decis.23. & decis.63.si quis permutauerit.& decisio.339. si illegitimus.in nouis.quia etiam hæres non potest propria authoritate res hęreditarias accipere,quando sunt per aliũ occupatæ.Inn.in c.trãsmissam.de elect. Alex.& Ias.in l.iustè. ff.de acq. poss.Dec.in l.non est singulis.ff.de reg.iur.Item victori non licet propria auctoritate ingredi possessionẽ,quando erat ab alio occupata.Pan. & Fel.in c.de cætero.col.5.& seq.de re iudic.

157 Postremò,amplia quod non debet molestari,nec directè,nec per indirectũ, reg. cũ quid vna via.de reg.iur.lib.6. Alex.consil.220. nu.8. in 6.vol.& consil.151.in fi.vol.7.glo. plena allegationibus.in c.constitutus.de cõces.præb.nam etiam pœnalis constitutio habet locum nõ solùm contra venientem contra iuris dispositionem directè, sed etiam contra venientẽ indirectè.tex.not.in c.ad nostrã.& ibi Panor. & Barb. de empt.& vend.vide Dec.in regu.in iure. ff.de regul.iur. Ex quo infertur, quòd nedum is qui possedit beneficium pacificè per triẽnium non potest molestari, sed nec etiam is,cum quo est facta permutatio.imò is,qui de nouo habet beneficium triennio per permutantem possessum, poterit iuuari hoc decreto, & expellere molestantem eum,sicut is poterat, à quo habuit causam,quia successor potest vti defensionibus sui auctoris, contra quem regressum habet de euictione.l.emptor.C.de euict.

*Is qui habet beneficium permutatũ, an hoc decreto iuuetur.*

Item in beneficialibus licitum est successori vti iure prædecessoris. quod est exclusiuum intentionis agentis. Ioan.And.& Card.in c.mandatum.de rescript.Imol. & Fel.in c. capitulum. ibidem. Sed prædecessor post triennium ante permutationem factam poterat excludere aduersarium, ergo successor eius nomine poterit, cum sufficiat excludere aduersarium per exceptionem iuris non sui. Ioan.And.& Compost. in d.c.mandatum.

*Triẽnio sui auctoris an quis iuuari possit.*

Præterea si euinceretur ab eo cui fuit datum causa permutationis, posset is redire ad suum alterum beneficium, per cap. si beneficia. & ibi not.de præb.in 6.c.pen.de rerum permut.& cap. vno.illo tit.in 6.ideo molestaretur is qui dedit. vt not. in l. si controuersia. & l. si permutationis.C.de euict.

Notandum est tamen quòd euicto beneficio possum impetrare literas regias, vt liceat mihi redire ad meum beneficium,& hoc conceditur, vt fuit pronunciatum anno 1539. in vigilia Assumptionis,ad vtilitatem Bricon: sed si aliquis impetrat literas regias, ad annullandam permu-

*Praxis quãdo euictũ est beneficium.*

tationem, quas dirigit iudicibus laicis, repellendum esse censuit idem Senatus, anno 1522. de 7. Septēbris, pro Pidoux, contra Iosseran. Idem tenuit Staphileus in tracta. de literis gratiæ. fol. 89. versi. & per ista vidi, volens annullationem permutationis decidendam esse à iudicibus ecclesiasticis, quando facta est super beneficiis.

158 Nec obstat, quòd successor in beneficio nō potest vti accessione sui prædecessoris, quia nil de iure prędecessoris transit in successorē. gl. in eo. tit. in verbo, possedit. in prag. hoc est verum, quādo collatio fit liberè, secus si quis subrogetur in ius alterius, vt quando confertur ex causa permutationis, quia si permutans nil iuris habebat ad beneficium, sic nec habebit is, cum quo est facta permutatio. not. in d. c. vno. de rerum permut. in 6.

Vel respon. quòd non potest successor in beneficio vti accessione prædecessoris, quando successor ex titulo & possessione prędecessoris volebat ius suum fundare sine nouo titulo, secus ergo quādo successor se fundat ex proprio titulo nouiter acquisito, & ad excludendū alterius titulum, excipit de iure sui prędecessoris, & hoc potest facere, prout concludit de Ripa in lib. 1. respons. de legib. c. 17. in causa. & ista sunt valde notanda, & in eis sæpius vidi dubitari.

Licet contrarium teneat Do. Gomes. in hac regula cancellar. q. 13. vidi tamen seruari, quòd si molestans velit quædam opponere de nouo, contra istum qui de nouo habet beneficium triennalis possessoris, quod possit: sed de iure triennalis possessoris non discutietur, si erat habilis. nec opponetur contra, sed bene cōtra personam subrogati, & ius, quanuis contrarium dicat seruari Romæ D. Gomes. in q. 14. quod sic poterit intelligi.

*Ex causa de nouo orta post triennīū molestare licet.*

159 Limita primò nisi ex causa de nouo orta, quia tunc impetrari posset beneficium, & triennalis possessor molestari, vtpote si simoniā cōmitteret post triennium, arg. c. cum inter. de renunc. c. 1. & per totū tit. de cler. non resid. Barba. cons. 11. in 1. vol. quia quę de nouo emergūt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. act. vel si haberet ecclesiā parochialē, & intra annū post dispensationē ad biennium finitam nō est ad sacros ordines promotus, per c. licet canon. de elect. lib. 6. Chassa. in consuetu. Burg. in rub. *des successions*. in §. 3. glo. *habille*. Ergo cum non habeat coloratū titulum poterit molestari etiā post triēnium, nec iuuat primus titulus, quia nullus effectus est. Idem si esset adeptus post trienniū, secundum beneficiū incōpatibile cum primo. Barba. d. cons. 11. col. 9. vol. 1. per c. de multa. de præb. & c. licet episcopus. eo. tit. in 6. & in extrauag. execrabilis, illo tit.

*Respon. rationibus Gomes.*

Quanuis cōtrarium teneat D. Gomes. super hac regula. q. 10. Primò, quòd in regula nō sunt excepti nisi duo casus: ergo in aliis locum habet. Respon. licet non sint excepti nisi duo, tamen alij similes comprehenduntur, & vbi est par, vel maior ratio, etiam in odiosis extensio fiet. §. porrò. quę fuit prima causa beneficij amitten. facit text. in l. cum hi. §. causæ, ibi. aut si qua alia causa fuit (vt plures solent incidere) quæ Prætori suadeat transactionem admittere. ff. de transact. l. à sententia. ibi, vel similem huic causam. de appellatio. Perus. abundè in c. 1. col. 2. & seq. de temp. ordin. in 6. Ias. in §. sequens. & in §. tripli. de actio. in instit. Corset. in singul. incip. extensio. & Hippoly. in l. qui falsam. nume. 6. ff. de fals. alioqui sequeretur quòd si ab ordinario infanti, furioso, vel hæretico, esset collatum beneficium, & ipsi possiderent illud triēnio: quòd non possent postea molestari, eo quòd nō exprimantur in dicto textu. Nempe quanuis textus non exprimat nisi duos, violentum, & symoniacum: & text. concord. non exprimit, nisi violentum: sed quia violentus non habet titulum: ideo voluit conditor excipere omnes qui titulum non habent, sed is qui non est promotus intra tempus iuris, non habet titulum: ergo potest molestari, quia hîc non loquimur de omni possessore, sed de iusto, & de iusta possessione. §. 1. per quos fiat inuesti. & paria sunt nullum ab initio habere titulū, vel habere, & postea nullum effectum. cap. commissa. de elect. in 6. & quanuis ista prouisio, ne quis molestetur, sit fauorabilis: non tamen extenditur contra voluntatem disponentis: sed voluntas disponētis est, vt nullus sine titulo teneat beneficiū. c. 1. de reg. iur. in 6. §. fi. in d. tit. de pacifi. poss. ergo hęc non interpretabimur contra disponētis voluntatem.

Item is qui est priuatus nullū habet titulum: ergo non habet coloratum, & sic non iuuatur hoc decreto: alioqui sequeretur, quòd si per iudicem quis priuaretur beneficio, adhuc priuatus posset se iuuare hoc remedio: cùm idem sit in priuato à iure, sicut in priuato ab homine, & priuatus ab homine non posset post priuationem hoc iuuari beneficio: sic nec à iure priuabitur, nec plus iuris consequetur vnus quàm alius quo ad hoc.

*Declaratur tex. prag. ibi ratione iuris nouiter impetrati.*

Nec refragatur quòd in pragma. dicitur non debere molestari etiam ratione iuris nouiter impetrati. quia respōdeo, quando quis esset pacificus possessor, & cum colorato saltem titulo non esset molestandus, etiam si quis impetraret illud beneficium de nouo, quia non est causa, cur debeat illud beneficium impetrari: vtpote quia vsque ad triennium habuit dispensationē: & postea non vult promoueri, dicens se tutum triennio: certè si hoc permitteretur, edictū animabus, & reipublicæ esset perniciosum, & præberet materiam delinquendi: vt quis possideret triennio: postea non curaret promoueri, vel committeret crimina priuatione digna: quod est absurdum, nec quis plus debet defendi per hoc edictum, quàm verum habens titulum, vt non plus operetur fictio, quàm veritas. l. si filio. ff. de liber. & posthum. Nec obest, quòd dispensatio inualida prodest. vt tenet Specul. in tit. de dispensat. in §. videndum. versic. porrò. Refert D. Gomes. quæst. 10. Respon. quando quis habet verum titulum, & dispensationem inualidam: tunc potest fortè prodesse, sed in casu prædicto nullum habet titulum, nempe vt titulus non annullaretur, successit dispensatio, quæ coloratum

tum saltem reddidit titulum:secus quando nulla fuit dispensatio. Nec me mouet quòd per hæc verba,non posit molestari : aufertur iurisdictio iudici:& parti tollitur facultas probandi. c.cum plures. de offic. deleg.in 6. Gomes. q.18. Sed respon.postquam cõstiterit iudici aliquem possedisse triennio etiam cum colorato titulo, tunc debet eum tueri,& pars non debet admitti ad probandum postea, sed antequam appareat istum triennio possedisse,& cum colorato titulo,iudex hoc inquirere poterit, & pars probare:nam qui dicit se talem, oportet quòd probet. l.non ignorat. C. qui accusa.non poss. & prius debet constare testamentum factum esse à milite,antequam illi dentur priuilegia. tex.in §.planè.de milit.test.in instit.& si quis alleget peremptoriam exceptionē impedientem litis ingressum,oportet quòd probet eam sibi cõpetere.c.1. de litis cõtest.in 6.vbi doct.sic iste possessor interim molestabitur donec hoc probauerit:& sic non iuuabitur, qui non est promotus, nec qui tenuit duo beneficia incõpatibilia sine dispensatione, non super primo:quia vacauit per adeptionem secundi.c.de multa.de præb.nec iuuatur super secundo : quia postquam contendit vtrunque retinere sine dispensatione post mensem:vacauit & secũdum,per extrauag. execrabilis.abundantius respõdi in quodã consil.meo.

*Sine titulo poßidens nõ iuuatur hoc decreto.*

160 Secundò, limita,quãdo sine titulo possedisset,vt hîc dicitur in fi.& glo.in verbo,possideat.eo.tit.in prag.Fel.in c.sicut.nu.30.versic.5. aduerte.de re iudic. etiam si post triennium superueniret titulus.gl.in fi.in verbo, coloratum. eo.tit.Card.consil.108.vacantibus.

*Sententia an det titulum uel cõfeßio partis.*

161 Nota quòd ad probandum titulum non sufficit ostendere sententiam esse latam in palatio in petitorio, quia beneficiũ ex canonica institutione obtineri potest,non ex sententia. c.1. de reg. iur. in 6. Secus in possessorio, quia non est verisimile quod palatium pro aliquo iudicasset,nisi prius vidisset titulum.Aegid de Bella mera,decis.578.spoliatus. Feli.in c.cum venerabilis.col.12.de except.refert Hippoly.in rubr.de probat.fol.20.col.2. Ego non video rationē diuersitatis,nisi diceret se perdidisse titulũ & probaret, quia etiam tunc in vtroque casu sufficeret ostendere sentẽtiam facientem mentionem de titulo.per not.in l.testium. in fi. C. de testib. & authen. si quis.C.de eden.

162 Sic nec sufficit confessio aduersarij.Barb. cons.10.difficilè.col.2. in 3.vol. quia non ex cõfessione,sed ex canonica institutione beneficiũ obtineri debet.c.ex frequentibus.de insti.Dom. cons.38.pro clariori,col.2.Et hoc ad probãdum titulum, secus ad iustificandũ & coadiuuãdum. gl.sing.in c.duobus.in verbo,si non appareat.de rescrip.in 6.& ibi multa addidi.

*Collatio si non sit in registro an ualeat.*

163 Si tamen collationes registrarẽtur in vno loco,& ostenderetur illã,de qua agitur,non esse registratam,ille promouendus esset,quãuis diu possedisset.Fel.in c.sicut.nu.31.vers.3.aduerte.in fi.de re iudic.& in c.illud.nu.7.vers.3.est aduertendum. de præsumpt. nisi ostenderet collationem in forma.vt ibidem not.

164 Tertiò,fallit,quando possedisset,sed non pacificè,vt hic tex. requirit. quia quando verba non conueniunt, nec eius conuenit dispositio. l.4.§.totiens.ff.de damn.infect.& etiam quia hic requiritur illa qualitas.

*Pacificè quãdo dicatur.*

Quæro, quando dicatur pacificè posidere? Respon.quando nullam patitur controuersiam iuris vel facti,nec in iudicio, nec extra iudiciũ. Card.& alij in cle.gratiæ.de rescrip.de Rota decis.61.sufficit.in no.Fel.in c.cum Ioannes.nu.33. de fide instru.Dec.in c.2.not.2.de confir. vtil.c. fin.ne prælat.vices suas. & plenè Cassad. in decis.9.de causa poss.

165 Aliquando pacificè dicitur sine controuersia verbi,vel facti.c.cum olim.de dol.c.ex parte. de testi.c.vlt.ne prælat.vices suas.Bal.consi.288. omnis qui rem.col.2.vol.4.

Item pacificè dicitur sine vi. l.vim facit. ff.de vi & vi arma.

Insuper pacificè dicitur sine quæstione.l. Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel.c.venerabili. de offic.deleg.c.cum ecclesiasticæ.de except. c.dudum.in fi.de deci.c.2.de renunc.

Aliquãdo sine reuocatione in dubium. l.extat.& ibi gl.ff.quod met.caus.Bald.d.consi. 288. omnis qui rem.in 4.vol.vel pacificè,id est,amicè.c.ex multiplici.de deci.

Quandoque pacificè,id est,iure.glo.in c.placuit.1.16.q.6.hic tamen dicitur pacificè,id est,sine lite.& sic licet sit cõtrouersia verbalis, si non fuerit peruentum ad citationem , dicetur pacificè posidere, vt in text.pacificè, id est,sine lite. Sic exponit glo.in cle.vna.de sequest.possess. & fruct.glo.in reg.cancel.33.& seq.allegans tex. in cap.cum causam.de appel.Bonifac.in d.cle.vna. col.4.Guido Papę in decis.Delphin.q.85.curia. licet alibi dicat sufficere , si posideat de facto. & dicitur pacificè posidere,licet sibi moueatur controuersia de iure.Guido consil.134.circa. in 3 dubio. & singul.365.& seq.Rota decis.36. not. quòd vbi.in antiq.Et hoc intelligerem quod ad alios qui non mouent controuersiam,licet sibi moueatur per aliquem: tamen si habeat coloratum titulum , illo iuuabitur. Item priuilegium concessum possessori , intelligitur de pacifico possessore. Præposi.in c 1.col.penult.33.dist.allegat glo.in verbo,neutro.in cle.1.vt lite pend. & d.Præpo.ibi multa dicit quæ hic bene seruiunt, vide si lubet.

*Pacificè posidere an is cẽseatur qui habet recredentiam.*

166 Nec dicitur pacificè posidere,qui habuerit recredentiam, etiam si obtinuerit in possessorio.& mouetur sibi lis in petitorio. glos.in §. item quod vniuersitates. in verbo,posidebunt. de collat.in pragmat.vel si litigaret,etiam super possessorio.gl.sing.in c.commissa.de elect.lib.6 & Fel.in c.nec Dei timorem.col.2.de simo.Nec obstat gl.sing.in c.1.de confir.vti.vbi res non dicitur litigiosa, licet litigetur super possessione, tamen illa beneficia non dicũtur pacificè posideri,nec hoc probat illa glo.

Vnde inquit D.Gomes.q.53. super hac regula:quòd si moueatur lis super possessione, non redditur litigiosa proprietas:sed ipsum ius possessionis, allegat Abb. & alios in c.1.de sequest.

poss. & fruct. & Milium, in verbo, litigiosa res. Philip. in c.2. vt lite pend. in 6. Cald. in consil.5. tit. de præb. & Oldra. consil.299. Sed aduertendum est, quòd prædicti doct. in diuersis terminis loquuntur: nempe quando diffinitũ est possessorium, non censetur diffinitum petitorium. secus econtrario. c. cũ ecclesia. & c. cum dilectus. de causa posses. hic non quærimus de re litigiosa, sed an is, cui mouetur lis super possessione per triennium, postea dicatur pacificus possessor quo ad proprietatem? Et dicẽdum est quod nõ, per suprà adducta, alioqui sequeretur, quod si lis super possessorio duraret vltra triennium, quod postea agere petitorio quis non posset, quod est falsum, quia nunquam dicitur quis pacificus, quando mouetur ei lis, tam super possessione, quàm super proprietate; & ita seruatur in forensi iudicio, ob id ad alia allegata per Dom. Gomes. non respon. quia isti sententiæ non obsunt. Et meæ sententiæ est Franc isc. consil. 165. præsupponitur. nu.5. & sequenti.

*Pacificus possessor dicitur quo ad illos qui litẽ non mouerunt.*

167 Ex his infero, quod licet litigaret quis aduersus vnum per triennium, & aduersus alios non, quod post triennium non poterit ab aliis molestari: quia fuit pacificus quo ad alios, & liberas habere ædes aduersus eos cẽsetur. l. loci. §. pen. §. si serui. vend. Et istam opinionẽ semper in Francia seruari vidi. gl. in verbo, terminorũ. eo. titu. in pragmat. pro qua facit vltra eam tex. in l. Fulcinius. sed illud. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. vbi ille solus potest impetrare venditionem bonorum contra latitantem, si aduersus eum latitet: sed alij non, si contra eos non latitat, & is qui precario fundum rogauit, vti potest aduersus omnes, prӕter eum quem rogauit, vti possidetis. l. qui precario. ff. de precar. facit l. maiore. de verb. sign. & lis duorũ primi & secũdi nõ facit rem litigiosam cõtra tertiũ. l.1. §.1. ff. de litig. ibi, quia is qui mihi vendidit, nullam litem habuit, sic est in hoc casu: sed D. Gomes. in q.22. dicit contrariũ, firmans illum non esse pacificum quo ad omnes, qui cõtra vnum litigat: quia est quædã interruptio naturalis secundùm eum, quæ omnibus prodest. Sed (mea sententia) non potest per conuentionem vnius dici naturalis interruptio, sed potius ciuilis, nec dicitur deficere pacifica possessio respectu aliorũ non litigãtium, imò quo ad alios dicitur possedisse pacificè, & sine lite, ideo is qui non mouit litem intra triennium non potest iuuari lite alterius, quia iste text. dicit quem non posse venire post trienniũ, nisi alleget impedimẽtũ, & de illo protestetur intra trienniũ, ergo vult, vt pacificè possideat aduersus illum, qui nõ est protestatus, & qui nõ est si fuit impeditus agere, si non moueat litem, non poterit postea agere, & ista est praxis indubitata regni, iuri & rationi conformis per prædicta, imò si adiudicata recredẽtia aduersarius taceat per triennium, & permittat possidere partẽ aduersam, nõ poterit possessor post triẽnium etiã à parte aduersa molestari super possessorio, arresto ita pronũciatum extitit in hoc Senatu, anno 1510. die verò 17. Maij, præcedente litigato facto die 5. Martij, anno 1509. in causa

*Arresta.*

magistri Io. Tillon, appellantis à Seneschal. Andegauen. contra Bartholomeum Foucher, appellatum, & pro appellato, qui possederat triennium post recredentiam. idem fuit dictum eo anno die 13. Aug. pro magistro Bernardo Collard, contra Bernardum Roquart: adeo, vt hodie in Francia super his non sit dubitandum, vnde scribit Boër. in decisio. Burdegal. q.171. si super præbenda. in fi. quòd is, qui obtinuit recredentiam, tenetur saltẽ promoueri post trienniũ statim, aliàs priuatur suo beneficio per non promotionem. per c. licet canon. de elect. in 6. gl. & doct. in c. commissa. illo tit. scripsi in praxi beneficiali, in rescripto, de non promouendo.

Imò fortius existimarẽ, quòd si post plenum possessorium quis taceret post triennium, quod nunquam posset postea venire ad petitorium, quia hic possedit triennio pacificè, ideo hoc debet iuuari remedio, nec refragatur quòd litis contestatio perpetuat actionem. l. nam postea. §. si is qui temporali. ff. de iureiuran. quia hoc est verum ante litẽ decisam: sed postea non. Cùm igitur sit lis decisa, is, qui tacet, videtur acquiescere, & fortius quàm si lis mota nõ esset, & hoc propter rationes quas dixi suprà, quare fuit hoc remedium inuentum. nu.30. in 4. ampliat.

*Si moueatur lis super una re, non minus dicitur pacificus.*

168 Item puto, quòd ad hunc tex. attinet, sufficere si possideat maiorẽ partem reddituũ beneficij, licet moueatur sibi lis super vno prædio, vel quibusdam decimis. per gl. in d. c. commissa. Bal. in c. ecclesia. 1. in fi. de elect. gl. in d. regula 33. Dom. cõs.125. dubia. col.2. vers. super tertio. Dec. in d. c.2. de confir. vtil. Et ista opinio fuit seruata in Rota, teste Guido. Papæ, in d. cons.134. circa. in 3. dubio, vbi dicit pacificè possidere quando habet liberum curæ exercitium, licet maioris partis possessionem non habeat. Card. in cle. vt hi qui, §. illi verò. num.9. q.6. de æta. & qualit. quod procedit quo ad c. licet canon. de electio. in 6. licet hoc reprobet Imol. in d. cle. gratiæ. in fi. per c. si tibi concesso. de præb. in 6. facit c.1. de restit. spol. eo. lib.

169 Nec sufficeret esse in possessione per triẽnium, si non possideret. Dec. in c. consultationibus. col.2. de offic. deleg. l. si quis ante. ff. de acquir. possess. vbi dicitur, longè aliud est possidere, aliud in possessione esse, & studere, vel in studio esse, secundùm Alex. ibid. Tria tamen in tex. videntur requiri. Primùm, quod emanauerit citatio à iudice cõpetente, & quod illa sit executioni demãdata. ibi, si ad executionem citationis, &c. Secundùm, quod titulus agentis sit in iudicio parti aduersæ exhibitus, ibi, iurísque sui in iudicio exhibitionem nec sufficeret extra iudicium exhibuisse, per verbum text. in iudicio. Et sic appellatio extraiudicialis non sufficeret sine exhibitione, quanuis contrariũ concludat dom. Gomes. in q.54. super hac reg. cancel. Nec sufficeret commissio causę, Et citatio non facta executione, licet in hoc idem do. Gomes. teneat contrariũ. q.56. vt suprà. Et hęc probãtur in hoc tex. vt vides, quanuis excusari possit, quia in sua regula hoc non exprimitur. sicut in tex. cõcor. Et sic consuluit Petr. Paul. Parisien. consil. 81. origo

*Nota tria ad hunc titulũ requisita.*

origo huius.in 4.vol.etiã requiritur quod citatio sit legitima,& nõ nulla, aliàs non obtineret, quod hic dicitur.vt cõsuluit idẽ Paul.Paris.cõs. 94.beneficiũ.col.1.in 4.vol. Tertium,quod omnes dilationes ordinariæ iuris, vel styli curiæ, quæ dantur ad litẽ contestandum, sint ante finem triennalis possessionis lapsæ. gl.in verbo, terminorũ.eo.tit.in prag.alioqui dicitur quis pacificè possidere. Hodie omnia ista nõ requiruntur. Sed duo tantũ,videlicet citatio, & eius executio. Secũdò,iuris in iudicio exhibitio. Quod seruatur in Francia, aut terminorum omnium obseruatio. Quod obseruant Romani & Itali.

Cõtestata lis quando habeatur.

170 Sed non diceretur pacificè possedisse,qui ante annũ conuenitur ab aduersario super beneficio,& is declinat forũ,& antequam constituantur iudices,labitur trienniũ tunc,quia non stetit per actorẽ quo minus lis cõtestaretur, habetur pro cõtestata.tex.sing.in l.si eũ.§.qui iniuriarũ.in fi.ff.si quis cautio.& ad hoc ibi põderat Bolo.in suis secundis interpret. Nec requiritur litis contestatio quo ad hoc decretũ,sed tantùm vt non possideat pacificè,ergo sufficeret citatio executa ante triennium cum tituli exhibitione. eo.tit.in concord.hoc casu.cle.fi.vt lite pend. & in vers.lis autem.vide Bald.in Margar.in verbo, mora.& Alex.cons.100.discusis.in 5.vol. Sed si quis appellaret à citatione, & postea appellatus non prosequeretur, nec appellans intra triennium postea non audietur, quia interrupta est instantia possessorij per triennium. l.properandum. C.de iud.ideo nõ potest quis postea eam releuare etiam per literas regias,vt aliàs fuit iudicatum in Senatu Dom. de Trudart relatore, posset fortè iste in petitorio postea venire.

Arrestum.

Quomodo computetur annus ad promouendum.

171 Imò dicerẽ haberi pro contestata,vt non possit aduersarius vti hoc decreto,etiam vt post triennium possit intentare interdictum vti possidetis,quod aliàs post annum non datur.l.1.§.1. ff. vti possid. Pacificè dicitur etiam possidere quis post annũ adeptæ pacificę possessionis,vnde si prima die Ianuarij mihi collatũ fuerit beneficiũ,hoc anno 1547. & postea nullus me inquietat per totũ annũ,ego anno 1548.debeo promoueri, alioqui toto hoc anno elapso ero priuatus per non promotionem.per c.licet canon. & c.cõmissa.de elect. in 6. etiã si mihi collatum fuerit beneficium secũdum incompatibile, non vacat primum nisi toto anno elapso,quia non dicor pacificã possessionẽ habere,nisi labatur totus annus,& sic impetratio ante annũ nulla reputatur,vt fuit iudicatum in camera Domanij, anno 1547.& in mẽse Februario in hoc Senatu pro magist.Petro de la Barniere,cõtra Chastim relatore d.Saucerio, & hoc scripsi plenè in praxi beneficiali in rescripto de non promouẽdo.

Inhabilis nõ iuuatur hoc decreto.

172 Quartò,non procedit quando is qui possedisset non esset habilis,nec idoneus ad beneficia obtinenda, tunc post triennium molestari posset, quia verba generalia legis & huius decreti debent intelligi de habilitate,etiã hoc verbũ,quicunq;.tex.in l.emancipari. iuncta glos.ff. de adopt.l.omnes. C.fine censu.& ibi gl.l.1. C. de fide instru.& iure hastæ fisca. lib.10.l.1. de sacrosanc.eccl.l.3.de fide instr.l.vt gradatim.ibi,si idonei sunt.ff.de muneri.& honor. l. qui certo loco se debere existimãs soluit indebitum,quolibet loco repetet, scilicet ideo. dicit gloss.ff.de condict.indebit.l.1.in fi.ff.mandat. Felin.in cap. omnes leges. 1 distinct. cap. in omni.de testib. plenius quàm alibi per Hippolyt. in l. vnius. §. cogniturum.ff.de quęstio.dixi latè in d.l.1.C.de sacrosanct.eccl.Et hoc tenet expressè gl.in reg. cancellar.33 & d.Chassa.in consuet.Burgund.in rub.*des successions*.§.3.glo. *habille*. Ratio est, quia possessio longi temporis non habilitat incapacem.c.causam.& c.accedentes.& ibi Pan.& Fel. de præscr.Io.And.in c.2.per illum tex. de præb. lib.6.& etiam quia dum conceditur nouum ius, debet semper restringi,vt minus lædat ius commune,quàm sit possibile. l.si quando. C. de inoffi.testa.c.cum dilectus.de consuet.Ias.plenè in l.1.§.nunciatio.col.3. ff.de noui oper. nuncia. & quia inhabilitas præscribi non potest. cap.cum causam.& ibi Anchar.de elect.nec ex diuturnitate temporis nascitur titulus in beneficialibus & spiritualibus. Bald. per illum text. in cap. ex parte 1. col 1. de testib. bene tamen est quædam pręscriptio.Felin.ibi,sicut in rebus prophanis.l. si filiusfamilias.C.de petitio.hæred.l.cum de in rem verso.ff.de vsur.& sic consuluit Felin.consil. 44.Titius.

173 Quæro quis dicatur inhabilis? quo cognito,cognoscetur idoneus, & habilis:cum cõtrariorum vno cognito, alterum cognoscatur. l.1.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. Et quo ad hoc quilibet præsumitur habilis, nisi probetur inhabilis,argum.l.si quæramus.ff.de testa.& per verbum,quicunque hîc positũ, & per regulam, omnia censentur permissa,nisi fuerint prohibita. de qua gloss. melior iuris, in cap. inter corporalia. de translatio. episcop. Igitur dicam qui sint inhabiles.

Quis dicatur inhabilis.

174 Primò, est inhabilis infans. indecorum enim est ei concedere beneficium, qui non nouit regere seipsum.c.indecorum.de æta.& qual. talis enim caret iudicio.l.cum pretor.ff.de iudi. §.pręterea.instit.quib.non est permiss.face.testa. nec stabilem habet mentem.l.fi.C.de testa.mili. & quia non est rationis capax. c. firmissime. 15. q.1.& c.qui apud.1.q.4.& quicquid videt, ignorat.l.1.C.de fals.moneta.nihil scit, vel scire præsumitur.l.fin.ff.de iur.& fact.igno.nec sentiunt vel consentiunt,nec charitatem habent.c.3.versic. 1. de baptismo. nesciunt quid vtile sit. §. est quoque.in auth.de nupt.collat.4. Item nõ sunt consilij capaces.l.mores.§.fi.ff.de acq.hær. infirmũ est illorũ iudiciũ.l.fi.ff.de manu.vindic. nec pleni sunt animi.l.donatarũ.C.de acq.poss.boni ac mali distantiam ignorant. Deut. c.1.in fi. Et donec equitant super arundinem & baculum, ecclesiam regere nescirẽt.Bal.in c.cũ nobis.in fi. de præscr.descendant igitur de baculo, & addiscant,& in prudentia senescant.c.cum ex eo.de elect.lib.6.Ergo per prędicta infans est cuiuscũque ecclesiastici beneficij incapax, sine apostolica dispensatione:& ideo si fuerit eidem collatum beneficium, & illud possederit triennium, postea

Infans est inhabilis.

postea poterit molestari,& ante,& quandocunque,cum iste text.de habili tantum intelligatur. facit quod scribit Card. Alex.in cap.de his.28. dist. De dispensatione minorũ ad beneficia vide Oldr.consi.329.& quę possunt opponi contra prouisiones apostolicas, & dispensationes minoribus cõcessas,tradit idem Oldr.consi.325. cum duobus seq.& cũ istis factæ dispensationes iuuenes & ignaras ecclesias fecerunt,ac ferè destruxerunt.

*Quæ beneficia possit habere minor.*

175 Post septem annos recepta prima tonsura (quod põt.c.fi.de tẽpo.ordi.li.6.) erit habilis ad beneficia simplicia,quæ nõ sonant in nomẽ rectoriæ,nec cõsilij maturitatẽ requirunt,secus in aliis.c.de his.28.dist,c.2.de ęta.& qual,c.si eo tẽpore.de rescr.eo.li,gl.in verb.rigorosum.in rub. de numero,& qualitate Card.in prag.Pan.& alij in c, super inordinata.de præb.glo,in regula cancel.17.Io.de Selua in tract.de benef.in 3.parte.q.5.Mandag.in trac.de elec.c.7.partis 1.

176 Nisi illa beneficia simplicia de iure,cõsuetudine,vel statuto, haberent certũ ordinem annexum,tunc ad illud etiam esset inhabilis.ca.ei cui.de præb.in 6.c.significatum.illo tit,vel quãdo essent administratores ecclesiæ principales, Inn.in c.præterea.de ęta.refert Imo.in cle.fi.illo tit.ordo enim naturalis seruandus est, vt qui ex defectu ętatis,aut virtutis,sub alterius tutela cõsistere debet, aliũ sub sua gubernatione habere non possit.l.vlt.C.de legit.tute.Lucas in l.fi.col. 8.C,de tyro.li.12.& poterit dici, Veh tibi ecclesia curata,cuius rector est puer.vt in simili dicitur Eccles.10. Veh tibi terra cuius rex est puer. indignum est ad regimen potissimè animarum assumi,ne tanto periculosius cadat, quanto citius ad altiora ascendere festinat.cap.pueri.1.q.1. c.sicut. 48.dist.Imò etiam si necessitas cogeret, non sunt admittendi,l.2.§.1.ff.de iure immunit.

177 Dispensatiuè poterit,vel ex priuilegio.c, ex eo.de elect.li.6.Imol.in cle.fin.col.vlt.de æta, & qualit. In his igitur simplicibus poterit post triennium hoc iuuari decreto: in curatis non, cũ sit inhabilis sine dispensatione,arg.l.1.§.fi.ff. quod cuiusq; vniuer.nom.Sed veh tibi,qui iura naturalia,quę sunt immutabilia.§,pe.de iure natural.in inst.mutabilia de facto facis in perniciẽ animę.quia de his exactam es redditurus rationem. Et ideo concludendum est,quòd si minori collatum sit beneficiũ à papa:cum conferẽdo videatur eum habilem facere.l.quidam.ff. de re iudic.tunc minor post triẽnium iuuabitur hoc beneficio,de pacifi.posse.si verò illi collatum sit curatũ beneficium ab episcopo,vel inferiore papa:cũ illum non possit habilem facere in eo:tũc possidẽdo per tẽpus immemoriale nõ iuuabitur hoc beneficio, quia à principio est inhabilis: ideo tractu temporis non potest effici habilis.l, quod in initio vitiosum est: ff.de reg.iur. & sic minor nõ debebit molestari post triennium in beneficiis,ad quę erat habilis tempore collationis:secus in aliis & sic intelligi debet Gomes.q, 15.simpliciter tamẽ loquitur,plus addens, quòd si minor intra triennium beneficium non peteret,non excluderetur per hoc decretum,sed restitui posset, quod vix in practica obtineri posset,cũ in his beneficialibus pro maiore habeatur. c.fi.de iud.in 6. & quia impeditus protestari debet; vt est scriptum in tit. de pacific. possess. in concor.quod si ipse non fuerit protestatus, difficile esset vt post triennium audiretur,cum edictum generale cõprehendat etiam minores.l.fi. C.in quib.caus.in integ.resti.nõ est necessa.nisi fortè talis causa esset, quæ iudicibus videretur sufficiens,quorũ arbitrio relinquo.& an minor restitui possit si resignet beneficium suum?vide glo.in c.ex parte.de resti.spol. vbi addidi Boër. in decis.Burdeg.q.350.minor 14.annis.

*Conclusio. Quãdo minor iuuari hoc decreto possit.*

*Minor an ad beneficium post triennium restitui possit.*

178 Ad canonicatus ecclesiarum collegiatarum post decem annos sunt habiles, vt est statutum in regu. Cancellar.17. per quam tolluntur opiniones positæ in c.super inordinata.de præb.& cap.ex insinuatione.de simon.& ibi Anch. dicit quòd impuberes possunt esse canonici in ecclesia cathedrali, licet hodie sit declaratũ in d.reg. 17.quod admittatur.Ad canonicatus ecclesiarũ cathedralium post quatuordecim annos cõpletos,teste Aegid.Bellamera,decis.727. supposita. & Pan.in c.præterea. de ætate & qualit, Si ante hoc tempus adepti fuerint, cùm sint incapaces, non iuuantur hoc decreto: ideo possunt molestari post triennium.glo.in d.reg.17.

*Ad canonicatus in qua ætate quis sit habilis et ad prioratus.*

179 Fallit,si à Rege conferatur iure regali habenti septem annos,vt tenet D.Rusæus in tract. de iure regalio. in 24. priuil. vbi dicit interuenisse arrestum pro puero septem annorum, cui erat collata prębẽda ecclesię cathedralis à Rege. vide ibi quibus rationibus moueatur. nam parum me mouent. Et veras eas non credo, quia nõ potest esse laicus magis priuilegiatus, quàm episcopus, nisi inuenirem ad hoc priuilegium concessum fuisse.

180 Idẽ in prioratibus regularibus, cùm non dentur nisi expressè professis.c,nullus. de elect. lib. 6. clem.ne in agro.§.sanè. de statu monach. Alex, in d. c. de his.28.dist.quia ante quatuordecim annos nõ potest esse professus. c.1. & per totum.de regula.ergo nec illos obtinere.

181 In prioratibus conuentualibus requiruntur 25.anni, nisi cura animarũ regatur per alios, quàm per priores, tunc sufficient viginti anni cõpleti d.cle.ne in agro.§.cæterũ.Pano.& Boic. in d. c. super. Sic in dignitate protonotariatus, nisi sit de sublimioribus, vel de filiis, aut nepotibus principum,quia in decimosexto anno admitti possunt,teste Benedict.in repet.c. Raynutius,in verbo,adiectę.nu.13.de testa. Papa tamen confert cui vult, cum derogatione & dispensatione, & in hoc regno omnibus ferè datur hoc nomen, si bene induti sunt & diuites, & ex diuitibus parentibus,vel nobilibus nati.

*In qua ætate fiat protonotarius.*

182 In dignitatibus minoribus, vt præposituris, decanatibus, & aliis,ac etiã in beneficiis curatis,ante vigesimumquintum annum cœptum quis est inhabilis.c.cum in cunctis. §. inferiora. de elect. Cardin.in cle.generalem.de elect. Flor. in 3.parte summæ tit.15.c.1.§.3.

183 In prioratibus electiuis,quando cura animarum per eos exercetur ante 25. annum, sunt inhabil

*De ætate prioris.*

inhabiles.d.§.cæterùm.de Selua in tracta. de benefic. 3. parte q.5. hodie per concordata sufficit vigesimustertius annus cõpletus.§.monasteriis. de regia ad prælat.nomina.facien.

*De ætate episcopi.*

184 Ad episcopatus, & aliàs dignitates maiores ante trigesimum annum completum quis non est habilis.d.c.cum in cunctis.in princ. Licet hodie in hoc regno sit pręstitutum tempus recisius, videlicet, vigintiseptem anni inepti,in d. tit. de reg. not.in concord.in quo vigesimoseptimo anno poterit esse Archiepiscopus,Episcopus,vel abbas,vt ibi patet.nec oportet reprehensibile dici,si variãtibus temporibus iura varientur humana. c.non debet. de consang. vide Bertachi.in tracta.de episcop.in libr. 2. quæst.31. vbi cumulat quæ sint prohibita minoribus, & de ætate postulandi ad prælaturam, vide extrauag.dispendiis.de postulat. prælat.in cõmunib. Officium inquisitionis contra hæreticos non cõmittitur nisi illi qui attigerit quadragesimum annum.cle.2.de hæret.

*Furiosus est incapax ad beneficia.*

185 Secundò,furiosus est inhabilis, ac cæteri, qui curatorum ope iuuantur, quia hi à pupilli conditione non multũ abhorrent,dicit tex.in l. Fulcinius.§.planè.ff.ex quib.caus.in poss. eatur. & ęquiparantur pupillis.l.pupillus.ff.de acquir. hæred.l.1.§.1.de acquir.possess.Et quę de infante dixi,idem puto in furiosis.l.in negociis. ff.de reg.iur.& ibi Dec.l.infans.ad leg.Corn. de sica. Nisi quod isti ad omnia beneficia sunt omnino inhabiles,& collatio eis facta, pro non facta habetur.Bonifac.in cle.vna.nu.58.de homici. Et indecorum est,vt qui nõ nouit regere seipsum, administrationi aliorum præponatur.c.indecorum. de æta. & qualit.ideo hoc decreto iuuatur minimè,quantocunque tempore tenuerit,quia incipere possidere,cum affectionem nõ habeat, non potest.l.1.§.1.ff.de acquir.poss.

*Coniugatus non iuuatur hoc decreto.*

186 Tertiò,cõiugatus.c.2.& c.cum decorẽ.de cler.cõiug.c.decernimus.& ibi gl.28.dist.& c.de Syracusanę.ibid.tum quia ordinari prohibetur. c.assumi. cũ seq.28.dist. tum quia cogitat quomodo placere possit vxori, & ideo quæ Dei sunt,minus valet cogitare,cum quasi in duo diuisus,plenam sui non habeat potestatem:vt ei à quo stipendium accipit, plenius famuletur.c.diuersis fallaciis.de cler.coniug.

*Per sponsalia de præsenti cõtracta perditur beneficium.*

187 Imò si contrahat tantùm sponsalia per verba de præsenti, perdit beneficia, quæ habebat,secus si sponsalia de futuro.gl.in c.1.de cler. coniug lib.6.extraua.vna.Ioan.22.rub. de voto. Pan.& alij in c.1.illo tit.Aufrer.in decis.Tholo. quæst.239.Ias.in l.vbi pactũ.col.pen.C.de transact.vbi dicit vacare beneficia etiam si contrahat cũ consanguinea,vel cũ alia,etiam nulliter.allegat Rom.cons.483.dubitatur.quia contraxit,& totum fecit quod in eo fuit.Imol.in c.Ioannes. col.pen.de cler.coniug.Dec.tenet cõtra in cõsi. 166. ego Philippus. vbi dicit priuari per sententiam,non ipso iure.Et hoc propter tacitã renũciationem, quæ causatur ex cõtractu matrimonij. Ideo putarem per matrimonium etiã nullum beneficium vacare.per cle.vnicam.de spõs. & ita seruatur, nam facto matrimonio impetrantur beneficia illius,qui matrimonium contraxit, & de stilo curiæ Romanæ est, vt dentur prouisiones post matrimonium etiam nullum. vt vidi sæpius. & sic postquam coniugatus beneficiis est priuatus,quando habet,ergo fortius prohibetur habere. c. quemadmodum. de iureiur.plenè Præposit. in c.placuit.col.pen.32. dist. ideo si hic coniugatus possederit per tres annos,poterit molestari postea.

*Non tonsuratus est incapax.*

188 Quartò,inhabilis est non tonsuratus.c.cũ adeò.de rescr.c.ex literis.de transact.cum sit laicus.& laici beneficia ecclesiastica obtinere non possunt.c.2.de instit. quia spiritualia spiritualibus sunt committenda personis. Bald. in c decernimus.de iud.per illum tex.nec sanctum dari canibus debet, nec margaritæ porcis. cap. in mandatis. 41.distinct. Nec spiritualia posidere possunt.c.causam.de præscrip.ergo nec hoc decreto, quod non datur sine possessione iuuari. Etiam si sit regularis conuersus, vel religiosus, quia licet gaudeat priuilegio canonis si quis suadente.17.q.4.vt ibi abundè scripsi.& hoc docet Ant.in d.c.2.tamen beneficia spiritualia habere non debet ante tonsuram.

189 Et si Papa mandaret Titio laico cupienti militiæ clericali adscribi,prouideri,tamen antequam sit clericus,non valebit beneficij collatio, licet mandatum valeat.Imol.in cap.2. col. 2. de instit.Et sic cùm nõ valeat collatio,nõ habet titulum etiam coloratum, ideo nõ iuuabitur decreto de pacific.possess. quanuis contrarium teneat in professo Petr.Paul. Parisien. consil.125. an collatio. colum.3.in 4.volum. quod non videtur verum.

Igitur petens beneficium, debet se probare clericum.Archi. & Ioan.Andr.in c.si iudex laicus. de sentent. excommun. in 6.nec sufficeret probare fuisse reputatum & toleratum clericũ, sed oportet ordinationem probare. Domin. in consil.91. præmitto. col 1. qui nec probaretur per bullam,in qua Papa eum nominauit clericum,teste Ioan.Andr.in Mercuria. in regu.non licet actori. de reg. iur. in 6.& doct.in d c si iudex. de sent. excom. ibid.scripsi in tit.de sublatio.cle.literis.in concord.

*Accipere tõsurã post beneficium adeptũ nõ prodest.*

190 Imò, si post beneficium adeptum acciperet tonsuram,non conualidaretur collatio,quæ in initio nulla fuit.l.quod in initio.ff.de regul. iur.& regula non firmatur illo tit.in 6.gl. & Io. Andr.in d.c.2.Perus.in c.si pro clericis. col.1.de pręb.li.6.Itẽ etiã nõ valeret collatio laico facta, etiã si haberet propositũ ordinandi, & destinatus esset ad clericatũ.sic de facto seruauit Bonif. 8.in persona nepotis sui,vt refert Arch.in c.nulli.col.vlt.12.q.1.facit c.religioso.§.fin.de sent.excom. lib. 6. vbi ante professionem factam non debet dici quis religiosus,licet sit per annũ probatus.facit l.ex eo.ff.de testa.milit.Fel.& Dec.in d.c.cum adeò.vbi plenè. Quid si fuerit postulatus?tradit Inno.& alij in c.fi.de elect.post gl.ibi, & Lucas in l. expertes. col.1.de decur.lib.10. Et quid si fuerit tantùm tonsuratus,& diuinũ officium sicut sacerdos exercuerit? vide text. & ibi doct.in c.1.de cler.non ordin.minist.

Et

Et quanuis collatio facta laicis sit ipso iure nulla,& sit incolorata.c.diuersis. & c.Ioãnes.de cler.coniug. Tamen quædam sunt beneficia in curia Romana istis affecta,& Hierosolymitanis. vt asserit glo.& doct.in cle.ne Romani.de elect. & Paul.de Rom.in tract.de pensio.c.7.& in istis puto quòd post triennium non deberent molestari,sed iuuarentur hoc remedio.

*Collatio facta ordinato à non suo antistite nõ ualet.*

191 Quintò, est inhabilis ordinatus à nõ suo antistite,cũ priuilegio clericali nõ debeant gaudere,& ita vidit iudicari D. Chassa. in consuet. Bur.in rubri.*des iustices*.§.6.in gl.*sont creuz* in fi. per tex.in c.1. & in c.eos.de temp.ord.lib.6.licet contrarium teneat Guido Papæ in suis decisio. quæst 449.laicus.alibi dixi,non repeto.

*Suscipiens bis tõsuram qua pœna puniatur.*

Sed dubium est non paruum,an is qui accepit tonsuram à non suo Episcopo,& postea iterum accepit à suo Episcopo, iuuari hoc decreto debeat?Respon.quòd non:tum quia est irregularis propter peccatum quod commisit,ideo ad alios ordines nunquam ascendere potest. c. confirmandum.50.dist. sed in illa tonsura clericali perpetuò permaneat, vel in religioso habitu c.dictum.de consecra.dist.5. hoc etiam tenet Hosti. in summa.de sacramen.non iteran.in fi. inquiens dicta de rebaptizato intelligi etiam de reordinato & reconfirmato. c.1.68.dist. Nempe eadem ratio est in reiteratione tonsuræ,quæ est in reiteratione aliorum sacramẽtorum, & ordinum,tum quòd fiat iniuria sacramẽto. c.ostenditur.de consera.dist.4.& c.quod quidam. 1.q.1. Fit etiam iniuria illi,qui ordinem contulit:quia is qui iterum accipit, confitetur, quòd primus non ritè contulerit.c.fi.de consecr.dist.2. Hosti. in summa de sacra.non iteran.§.pen.

Nec refragatur tex.in c.presbyteri. 68.dist.§. quod verò. vbi licet iterum recipere ordines. Resp.verum esse,quando ille qui ordinauit,ius ordinandi & consecrãdi non habuerit,cum hìc nil cõsecrationis,& iuris acceperat,quia in ipso ordine consecratus non erat. Si autem ordinans ius consecrandi & ordinandi habuerit, in prima vnctione consecutus est cõsecrationem, & ordinem,qui secundò non reiteratur, sed hìc primus Episcopus habebat ius ordinandi, ergo iste non debebat iterum ordinari.

Itẽ in 68. dist.in summa, quæritur de his qui ordinantur: ergo etiam vult intelligere de clericis primæ tonsuræ.licet cap.primum loquatur de consecrationibus, tamen respõsio debet intelligi secundùm tenorẽ interrogationis.per l.si defensor.ff.de interrog.act.nã tonsura est ordo apud canonum professores.c.cum contingat.de ætat.& qualit. Nec obest quòd pœnæ sint molliendæ & restringendæ.verũ est,sed tamen dum illas videmus impositas,eas restringere non debemus,cum nõ possimus derogare legibus,vtpote cũ inferiores legẽ superioris tollere nõ possimus cle.ne Romani.de elect. Remediũ scripsi in tract.nomin.q.14.nu.42.in addit. Et in praxi beneficiali in rescripto de non promouendo.

*Per saltum promotus est inhabilis.*

192 Idem si per saltum promotus sit. rubr. de cle. per saltũ promoto. ita expressè tenuit Præposi. in c. solicitudo.col.2.52.dist. & hic ad beneficia curata, vel dignitates est inhabilis, quia nõ habet executionem ordinis, & qui eã nõ habet,est ecclesiastici beneficij incapax.c.fi. de cleric.excõ.minist.Domi.consi.91.præmitto.col.2. vbi dicit non sufficere si probet se sacerdotem, quia oportet vt probet omnes alios ordines priores, cùm potuisset per saltum promoueri, quod est notandum.Fallit,vt per Inno.in c.1.de cler.peregr.& per Pan.in c.nisi.1.not.de præb.

*Extra tempora nõ licet ordines sumere.*

Item est inhabilis, qui extra tempora recepit ordines.c.cum quidam.de temp.ordin. vel qui plures sacros ordines vno tempore recepit. cap. dilectus. & cap.literas, illo tit. quia est irregularis.Soc.in repet.c.ad audientiam.§.7. de homic. idem si fuerit promotus ante tempus à iure statutum.cle.fi. de æta.& qualit.Prouinciale omn. eccles.fol.60.versic.nota.quòd,&c. fusius in dicta praxi beneficiali scribo.

*Bigamus est beneficiorũ incapax.*

193 Sextò, bigamus etiam si esset tonsuratus inhabilis est.c.vno.de bigam.lib.6.tum quia reputatur merè laicus.d.c.vno.& c.vno. de cleric, coniug.lib.6.ob id nõ potest ordinari,Leuit.21. c.& in rub.de bigam.non ordi.c.1. & per totum tit.& sic nec beneficiũ habere.glo.in d.c.de his. 38.dist.Imò si fuerit dispensatus ad tonsurã,non censetur dispẽsatus ad beneficiũ simplex. arg.c. 1.de filiis presbyt.in 6.sic fuit conclusum in Senatu inter Ioan.Nicolaũ,& Ioãnem de la Loue, anno 1519.die 7.Febr.Quia secundùm Apostolum,qui seruit altari,de eo viuere debet. c.cum secundũ.de præb.cui ipse non potest seruire, & sic nec beneficiũ habere.c.fi.de rescr.in 6.nã prærogatiua sacerdotis exutus est. c. vna tantũ. 26. dist.vide aliam rationem per Pan.in c.2.in fi.de cler.cõiug.& quatuor per gl.in summa.26.dist. de Viaxio in tracta. de elect. in 2. parte.q.20.& text.in c.quomodo.31. q. 1. Siue fuerit bigamus verus, siue interpretatiuus, cùm non differant quo ad ordinẽ promotionis, secus quo ad priuilegium clericale. c.nuper. de bigamis. Aufrer. in decis.capellæ Tholosæ.q.64.Item,& c.si clericus.& q.234.altercationis. & q.252. item, & c. quidam clericus.& q.seq. plenè Io. Montaigne, in suo tracta.de bigamia.

*Arrestum.*

*Quot modis bigamia cõtrahatur.*

194 Et nota quòd bigamia contrahitur in septem casibus.Primus est,quando quis successiuè & diuersis temporibus duas vxores legitimas habuit,& ambas cognouit.c.aperiant.31.q.1.

*Contrahens cum spuria virgine, an sit bigamus.*

Secus ergo si cum vnica & virgine quis cõtrahat,licet illa sit spuria,nam tunc non efficitur bigamus,sed gaudebit priuilegio clericali posito in c.vno.de cler.cõiug.in 6.vbi cum vnica & virgine dicit,nõ cum legitima:& idem dicerem, si quis cõtraxerit cum virgine, & postea habuerit concubinam,per cap.quia circa. de bigamis, quod requirit contractum matrimonium, vt aliàs abundè consului.

Secundus casus, quãdo diuersis temporibus quis habuit plures vxores,vnam de iure,& alteram de facto,& ambas cognouit.d.c.nuper.hic bigamus non reputatur,propter sacramenti defectum,cum verè bigamus non existat, sed propter intentionis affectũ,cum opere subsequuto, vt ibi dicitur in fine.

Tertius

Tertius, quando eodem tempore plures habet vxores, vnam de iure, alteram de facto, vel ambas de facto,& vtranque cognouit.dicto cap. nuper,vel corruptam de facto.c.quomodo.31.q.1. c.gaudemus.de diuor.

Quartus est, quando contrahit cum vidua ab altero marito cognita. cap. seriatim.32.dist.& 33. dist.c.maritum.c.debitum.de biga. & hoc modo fuit derisus. Bulga.à suis auditoribus, vt glo.in l. rem non nouam.C.de iud.refert.

Quintus quando contrahit cum corrupta à quocunque scienter aut ignoranter, & eam cognoscit.c.curandum. & c.percipimus.34. dist. & multi hodie essent huius farinæ homines, si Neuisano credas in silua nuptiali.

*Arrestum. Desponsans puellam corruptam an gaudeat clericali priuilegio.*

Sextus,quando vxorem propriam ab alio cognitam scienter cognouit. cap. si cuius. & cap. sequen.34.distin.hi duo casus postremi à maritis ludibrio habentur. tamen anno 1357. capitaneus de Marigni non fuit remissus episcopo,eo quòd desponsasset puellam, quæ duos habuerat pueros: & hoc erat notoriũ,& ipse hoc sciebat,ideo fuit rasus pro dimidia parte,super marmoreo lapide, & pro altera in castelleto, insequendo glo. in c.de benedicto.32.q.1.

Septimus casus est, cum aliquis in ordine sacro constitutus de facto contrahit, licet de iure non possit.cap.nuper. & cap.vltim. & cap. super eo.de bigamis.

Solus tamen primus casus est verus & proprius,alij sex interpretatiuè dicti sunt,vel propter aliquam similitudinem quam habent cum vero bigamo, aut ratione institutionis ecclesiæ, vt tenet Card.Alex.in summa.26.dist.in fin.quos casus perpetuò notes,& vide eos etiam per Floren. in 3.parte summæ.titul.28.cap.4.de irregularitate propter legitimationem.

*Hæreticus est inhabilis,& is pro quo supplicat.*

195 Septimò, hæreticus, quia extra ecclesiam est, ergo ad eam non debet præfici.cap.excommunicamus.& per totum, de hæretic.tum etiam quia est excommunicatus, vt ibidem dicitur, & scripsi plenè in bulla cœnæ domini,artic.1. & est seruus diaboli, nec est sub protectione papæ, sed bene sub eius vindicta. Bald.in prooemio decreta. colum.3. nec potest acquirere ius patronatus ex fundatione.Paul. de Citad. in tracta. iure patro. 3. parte. quæst. 5. in prima causa acquirendi, per tex.in c.quicũque fidelium.16.q.7.odit enim Deus sacrificia hæreticorum, & à se proiicit, & quotienscunq; congregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorem eorum.& claudit nares suas, illi nempe offerunt sacrilegum panem, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem, nemo tamen illorum suscipiat, quia magis sunt maledictiones quàm benedictiones, nec cum eis cibum sumere debemus.c.odit.cum seq.& c.non oportet.& cap.si quis inquit.1.q.1.

*Quid sit hæreticus.*

196 Et dicitur hæreticus,qui contra fidem aliquid pertinaciter asserit,aliàs non.clemen.vna.§. diffinientes.de summa trinit.cap. ad abolendam. de hæret.probatur Neemiæ cap.13. inuentum est scriptum in volumine,quod non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei vsque in æternum. Dec. consil. 137. & diligenter, vbi concludit, quòd absolutus ab hæresi à Papa non potest amplius puniri in iudicio seculari: Imò si habeat beneficium, per hæresim priuatur ipso iure,etiam episcopatu.cap.fin.& ibi Cardin. col.1.distinct.19. quod intellige,nisi continuò ad matrem ecclesiam reuertatur,& hæresim abiuret. nam tunc ipso iure sua beneficia non perdit.cap. ad abolendam.de hæret.quia non videtur diuertisse, quæ statim reuertitur.l.diuortium.ff. de diuor.l. quicquid. de regul.iur. Sic nec fictione iuris videtur dimisisse beneficium, qui ad id statim redit.cap.si beneficia.& ibi Fran. de præben. in 6.quod est notandum: quia habui in facto,& ita respondi. Et propriè dicitur hæresis, prout est error in fide.gloss.pulchra in cap. 3. de hæret. plenius declarat. & large simonia dicitur hæresis.glos.in cap.si quis pecunia.79.distin. Felin.in cap. sciscitatus. colum.2.in fin. de rescript. Quidam tamen vocant hæreticum in iure, suapte natura refractarium communi opinioni, & eligentem sibi singularem opinionem, per text. in l.si duas.§.est autem.ff.de excus.tut. Item inhabilis est is, pro quo hæreticus supplicat. cap. 2. §. pen.de hære.in 6.

*Schismaticus est inhabilis.*

197 Octauò schismaticus.cap.nos consuetudinem.12.dist.c.quia diligentia. de elect. quia dicitur hæreticus, cum nullum schisma sit, nisi sibi aliquam hæresim confingat, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur. c. inter hæresim.24.q.3.etiam si ad ecclesiæ vnionem rediret.c.1. & cap.conuenientibus.1.q.7. Et propriè est is qui diuidit se ab vnitate Romanæ ecclesiæ, constituendo sibi ecclesiam,& ordinando clericos,& sacerdótes.glo. in sum.24.quæst.1.Panor.in rub.de schisma.Item hi sunt excommunicati.c.licet.de elect.docto. in d.rubr.de schisma.c.ad abolendam.c.firmissimè. de hæret.cap.1.23.distinct. ideo siue ante schisma possederit beneficium triennio, siue post schisma, neutro casu iuuabuntur hoc decreto, cum sint inhabiles,vt dixi,nec possunt eligi ad episcopatum.Bertac.in tract.de episcopo,in lib. 2.q.45.

*Simoniacus non iuuatur hoc decreto.*

198 Nonò, simoniacus. cap.cum clerici. & ibi Panor.de pact.c.nobis,& seq. de simo. quia collatio beneficij facta per simoniam, est nulla,teste Aufre.in decis.Tholos.q.438.qui allegat Archid. in c.ordinationes.1.q.1.& Inno.in c.cum vniuersorum.de rer.permut.Boer.in suis decisio. q. 117. an collatio. Siue conferatur eidem beneficium post commissam simoniam, siue eligatur, vel alio modo eidem prouideatur.cap.si alicuius. de elect. melius in extrauag. cum sit detestabile. de simo. in extrauag. communibus. & illud beneficium possederit triennio,non iuuatur hoc decreto, siue possederit triennio ante commissam simoniam, & tunc est ipso iure priuatus simul atque simoniam committit.Felin.in cap.2.col.3.de rescrip.& potest molestari etiam post triennium super illo beneficio.

*Renunciationes simoniacæ quando ualeant.*

Idem si renunciatio fuerit simoniaca. c. ordinationes.1.q.1.in gloss.text.in c.sicut.& in c.Matthæus.de simo. Innoc.in c.cum vniuersorum.de rer.permu.Feli.in c.insinuatum.& c.de simoniace.de simo.vt si sit facta in fauorem nepotis.glo. & ibi Panormit.& alij in cap.ex parte 1. de offic.

deleg. & an legatus possit talem resignationem in fauorem admittere, quòd non. D. Boerius tractat. de dignita. lega. quæst. vltim. vide tamen ibi dicta per eum.

*Collationes in fauorem quando valeant.*

Et fuit in mente curiæ retentum, quod deinceps istæ collationes in fauorem factæ coram aliis quàm coram Papa non valeant, etiam in præiudicium resignantis, imò nec simoniacè. Anno 1521. die 13. Decembris in causa Ardonij Fournier, appellantis à Parisien. præposito, contra Renatum valin, vt est videre in stylo parlamenti in arrestis curiæ: imò in fortioribus terminis fuit iudicatum in eodem senatu, die 16. Aprilis, anno 1510. ante Pascha, inter magistros Richardum Bunost actorem, & Ioannem Hoellet ratione parrochialis ecclesiæ beatæ Mariæ de Cellcio Cenomanen. diœcesis, per quod idem Bunost fuit manutentus in possessione eiusdem beneficij contra quendam prouisum per obitum cuiusdam simoniaci, qui eodem beneficio per nouem annos vsus fuerat. vide Domin. consi. 125. dubia.

Etiam cùm simonia fuerit commissa ignorante eo cui beneficium collatum est. gloss. in verb. simoniacam. in §. si verò. de elect. in prag. & dict. cap. si alicuius. & ibi Imol. Nam tunc cedere tenetur. cap. nobis. de simonia. Panormit. in cap. penult. de elect. habet tamen antequam sciuerit coloratum titulum, quamobrem si possederit sic beneficium triennio, postea non molestabitur, teste d. Gomes. in q. 12. super hac regula idem putarem quando fuisset simonia ab inimicis commissa. d. c. nobis. de simo.

*Corrumpēs iudicem in causa beneficiali est simoniacus.*

Imò si litigans super beneficio corruperit iudicem, propter connexitatem causæ, iudicatur simoniacus. gloss. in cap. vendentes. 1. quæst. 3. Panormitanus & Felinus. in cap. tua nos. de simon. & Panor. in cap. cum ab omni. colum. 2. de vit. & honest. cleric.

*Donās laico pecuniā, ut à rege nominationem ad episcopatū obtineret, est simoniacus.*

199 Item est simoniacus, qui alicui laico, vel alteri, dedit pecuniam, vt obtineret episcopatum, aut abbatiam, seu vt alter renunciaret, vel vt à rege obtineret nominationem, vt interdum fit in curia. text. in c. de hoc. de simo. Barb. consi. 13. à Ioue. col. penult. in 3. vol. & sunt excommunicati qui aliquid dant, vel promittunt pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda etiam à Papa, & gratia talis est nulla, & scienter vtentes talibus literis sunt excommunicati: & absolutio Papæ reseruatur. Ioan. Andræ. in c. nemo. de simo. Floren. in 3. parte summæ. tit. 24. c. 63.

*Rogari ordinarius potest, ut cōferat post resignationem Titio.*

200 Idem si renunciet nominationi, aut electioni de se factæ pecunia recepta. Cald. consil. vno de simo. vel si dat pecuniam aut aliud, vt suffragium habeat, siue vocem ab alio canonico. c. cum super. & ibi Panor. 30. not. de confessis. plenè Ioan. Dayma in rub. de conuento. approba. in verbo pactionibus.

Non tamen est simonia si quis constituat procuratorem ad resignandum purè, liberè & simpliciter in manibus ordinarij, vel legati, & ad petendum & requirendum illum, vt dignetur conferre Titio, & quia hæc requisitio non imponit necessitatem ordinario, teste Cassado. decis. vlt. de simonia. secus si constitueret procuratorem ad resignandum in fauorem, vel diceret non aliter, nec aliàs. cap. ex parte. de offic. ordin. & pœnas istorum detestabilium simoniacorum cumulaui in tractat. de simon. Ioan. Naucleri circa fi. in additio. ad eum.

Hodie sunt excommunicati, qui aliquod pactum, aut renūciationem fecerint, vel quicquam dederint, aut promiserint, & omnibus exuti dignitatibus. c. cum detestabile. eod. tit. in extrauag. communibus. Et istorum hodie magnus est numerus, sicut stultorum. Eccle. 1. vide quæ dixi in rubr. de elect. deroga. in glo. simoniacis.

*Committens crimen lesæ maiestatis est inhabilis.*

201 Decimò, est inhabilis irretitus, crimine læsæ maiestatis. glo. in cap. satis peruersum. 56. dist. quia bonum est argumentum de crimine hæreseos ad hoc crimen. l. Manichæos. C. de hæret. gl. in cap. 1. de testib. lib. 6. Alex. in addi. ad Bar. in l. si quis filios. §. hi autem. ff. de iniust. D. Igneus in tracta. an rex Franciæ recognoscat imperatorem. col. 49. in 17. speciali. vbi æquiparat crimen hæresis simoniæ, & læsæ maiestatis. gl. in l. nullus. C. ad leg. Iuliam maiest. ideo quod in vno ex æquiparatis statuitur, & in alio locum habebit. cap. de multa. de præb. quia beneficiis habitis sunt ipso iure priuati. c. fœlicis. de pœnis. in 6. à fortiori & ab habendis prohibentur arg. c. quemadmodum. de iureiur. in 6. & sic non iuuantur hoc decreto post triennium.

*Sortilegus est incapax ad beneficia.*

202 Vndecimò, sortilegus, quia hæretico comparatur. cap. 1. & per totum. de sortileg. l. & si excepta. C. de malefi. & mathe. Et quia condemnati hoc crimine sunt infames. cap. episcopi. 26. q. 5. Et infideles sunt, ideo beneficio & honore priuari debent, ibidem. & c. quicunque. & c. sequen. Mandago. in tracta. de elect. in 1. parte. cap. 27. Et facilius repellitur quis ab obtinendo, quàm ab obtento, cap. super his. de accus. & ibi Feli. col. 2. vide Barba. consil. 55. in nomine. vol. 1. & si fieret collatio sortilego, & is possideret triennio, adhuc posset molestari, cum non censeatur habere coloratum titulum, sed nullum. & cognitio istorum ad episcopos pertinet, nō ad laicos, vt etiam censuit Senatus anno 1282. in mense Nouemb. in lib. olim fol. 62.

*Sacrilegus est inhabilis ad beneficia.*

203 Duodecimò, sacrilegus. cap. venerabilem. ibi, nunquid enim. de elect. & ibi nota, quia non debet quis consequi ex eo fructum quod nixus est spoliare. reg. ex eo. de reg. iur. in 6. & quia impeditur ne promoueatur ad sacros ordines. c. si quis presbyter. 50. distin. Et quia est infamis sic condemnatus. cap. fi. de furt. & à beneficio debet deponi postquam habet, ergo multo minus ad id, si non habet, debet admitti. cap. quemadmodum. de iureiuran. gloss. in cap. cum omnibus. 81. distin. est etiam ipso iure excommunicatus. cap. si quis suadente. 17. q. 4. quod an procedat in omnibus sacrilegis. tradit Panor. & alij in c. conquestus. in fi. de foro compe.

*Bānitus an beneficia habere possit. Arrestum.*

Item est inhabilis bannitus, cùm beneficio seruire non possit, ex quo est bannitus. pluribus probarem, sed mihi sufficit senatus authoritas, quia ita fuit iudicatū in senatu Tholo. ann. 1539. in vigilia natiuitatis, licet beneficio quod habebat antequam exularet, non sit priuatus. Panor. per illum

illum tex.in c.2.nota.4.de arb. & collatio illi facta non valet, & sic non iuuatur hoc decreto. doct.in c.cum non ab homine, de iudic.

*Falsarius literarũ papæ est inhabilis.*

204 Decimotertiò, falsarius literarum Papæ, quia est excommunicatus.cap.ad falsariorum.de crimi.falsi. vbi si habeant beneficia illis sunt priuati.multo fortius sunt inhabiles ad habendum. d.c.quemadmodum.

Siue falsum commiserint in magno, siue in modico, etiam si tantum adderent vnum punctum.Hostien.in summa, de crimi.fal.§.qualiter. versic. sed hodie.quid in alio falsario, vide in c. ad audientiam. & c.licet.illo tit. & per Host.in §. fi.de crim.falsi.

*Praxis Frãcie contra falsarios.*

Hodie à senatu & à iudicibus secularibus solent falsarij quaruncunque literarum priuari omni iure, quod habent ratione possessionis, quia laici non possunt priuare beneficio quo ad petitorium, hoc fuit dictum contra Vincentium Arceuost, anno 1513.die 1.Octob.Boer.in decis. Burdega.q.291.quo ad secũdum. Dubium tamen est, an posidens beneficium ex falso titulo, quem verum putabat, iuuetur hoc decreto, in palatio D. Seguerius inter aduocatos postulantes excellens, hoc dubium à me non scriptum, quia frequentissimum, doluit, ob cuius auctoritatem: & quia mihi amicissimus, & ad priora subsellia aliquando ascensurus, videtur istum iuuandum per l.fin.ff. pro suo, vbi tolerabilis error facti vsucapioni non obstat, hic est probabilis error, quia ipse possessor non commisit falsum, nec sciebat titulum falsum.ergo.

*Arrestum. Poßidẽs beneficiũ cum falso titulo non iuuatur hoc decreto.*

Secundò, videtur causam & colorem posidendi habere, cum titulus sit ab illo, qui poterat conferre, quem nesciebat falsum. Contrarium teneo, quia falsus titulus non est titulus, ob id non solum non est coloratus, sed est nullus, sicut tutor falsus non est tutor.l.Paulus.ff.de verb. signific.vbi dixi, & falsus denarius non est denarius.gloss.in l.2. C. de hæret.& falsa iustitia non est iustitia.cap.vera.iuncta glos.45.distin.& ideo falsi nummi soluti, & reprobi, non liberant debitorem.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pignor. act. & falsus procurator non est procurator, & actus gestus ab eo non est validus. l. falsus.C.de furt.igitur cum hic duo requirantur, videlicet titulus, & coloratus, hic nullus est titulus, ob id posidens etiam centum annis, & cum falso titulo, non iuuatur hoc decreto, quod est notãdum.

*Excõmunicato beneficia conferri nõ possunt.*

205 Decimoquartò, excommunicatus.cap.postulastis, & ibi latè dixi in 2.not.de cler. excom. ministr. quia spiritualia in eum non cadunt. & ibidem asignantur aliæ rationes in 2. nota. ideo beneficia eidem conferri non possunt: & si conferantur, & posideat ea triennio, poterit postea molestari.vt scripsi in titu.de excommu.non vitan.in concor.

*Suspẽsus est inhabilis.*

206 Decimoquintò, suspensus ab officio & beneficio, est inhabilis.tex. iuncta gl.in c.cũ bonæ. de æta.& qualit.& c. cum dilectus.de consuet.c. præterea. & ibi gl.de vsur.quia irregularis censetur.not.in cap.1.de postula.præl.& c. fi. de exces. præl.& sic est inhabilis & indignus, sicut excommunicatus.& in iure æquiparãtur.Anto.& Card. per illum text.in d.c.cum bonæ.Et quia non habent executionem ordinis.c.eos. de temp.ord.& qui nõ habet executionem ordinis, est inhabilis ad beneficiũ obtinendum.gl.& doc.in cle.genera lem.de æta.& qualita.sequitur Dom.cõs.153.istud dubium.Henc.Boic.in c.fi.de cler.excom.minist. Bertachin.in tract.de episc.lib.2.q.5.in 1.par.& in quibus conueniant & differant excommunicatio, suspensio, & interdictum, tradit Ioan.de Ana. in rubr.de cler.excommu.minist.de suspensione iuris & hominis. vide Barba. in repet. cap. Raynaldus.colum.101.cum sequen.de testa.

*Apostata nõ iuuatur hoc decreto.*

207 Decimosextò apostata, quia ad clericatus officium admitti non debet.c.pen.& fi.50.dist.Et plusquã hæretici sunt.Azo in summa.C.de apostа.Suntq; infames.c.infames.6.q.1.& Prouer.6.c. dicitur, homo apostata vir inutilis. & an de omni apostata, cum sit triplex, intelligatur, vide Pan. & alios in rub.de aposta. & Luc.de Penna in l.3. col.3.C.de exacto.& excepto.li.12. Paul.de citad. in tract.de iure patro.in 3.parte.q.5. in 1.causa acquirendi.vbi dicit non posse etiam acquirere ius patronatus, & impetratio facta per eum de beneficio, non valet, quia est indignus contrariatiuè, & priuatiuè.verba sunt Bal.in c.fin. col.vlt.de præsum.Fel.in c.scifcitatus.col.2.de rescrip.

*Sodomiticus est inhabilis.*

208 Decimoseptimò, is qui crimen Sodomiticum perpetrauit, cum homicidio sit grauius.cap. mulier. 15. q. 1. & iura armantur contra eos. in l. cum vir.C.ad leg. Iul.de adult. Lucas in d.l.3. & seq.vocat apostasiæ crimen vnum à Deo, vt hæresis, alterum à natura, vbi probat esse grauissimum.c.clerici.de excessib.præl.contra quos Scatinius legem tulit, quæ vocata est Scatinia, de qua D.Ayma.Riual.in histò.iuris ciuilis.lib.3. Barba. consi.vlti.in 1.vol.

*Publicus cõcubinarius est inhabilis.*

209 Decimooctauò, publicus concubinarius qui fuerit per sententiam superioris monitus vt concubinam dimitteret, quam non dimisit, tunc ad susceptionem & dignitatem beneficiorum est inhabilis, vt patet in concordat.rub.de publ.con cub.Et illius concubinarij missam, quis prohibetur audire.c.præter.32.dist.& ipse ministrare diuina.c.fi.33.dist.ac prohibetur eligi.Bertach.in trac. de episcopo.in 2.lib.q.6.in 1. parte. & collatio facta publico cõcubinario asserenti se velle domino famulari, est ipso iure nulla, si perseueret in cõcubinatu, quia causa impulsiua fuit falsa.Barb. consi.13.à Ioue.col.vlt.in 5.vol.dixi plenè in rub. de pub.concubina.per totum.

*Homicida est beneficiorum incapax.*

210 Decimononò, homicida, vt habetur Apocalyp.vlt.Foris autem canes & venefici, & impudici, & homicidæ, &c.quia non potest promoueri.1.Paralip.28.c.Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem effuderis.c.accedens.de accu.c.si quis omnem. 1. q.7.c.ad aures.de ætat.& qualit.cap.fi. de tempo. ord.Panor.& alij in c.2.de rescr. Aufrer. in decis. suis quæst.207. Item, &c.si beneficiatus.quia est ad executionem ordinis inhabilis, probatur in c.fi.de cler.pugn.in duello.per locum à speciali. Item qui non potest dicere officium, non debet recipere beneficium.c.quod à te. & c. diuersis.de cler.coniug.cap.cum secundum.de preben.quia

beneficium datur propter officium.c.fi.de rescri. li 6.Fel. in c.inquisitionis.col.1.de accus.Itē quia est irregularis. c.suscepimus. & seq. de homicid. cle. vna.illa tit. nec potest ad episcopatum eligi. Bertachi.in tract.de episcopo.lib.2.q.36.

*Miles qui frequentauit bellum, ad beneficia est inhabilis.*

211 Idem in milite qui frequentauit bellum.Latè de Ripa in lib.2.respond.de rescri. c.35.in hoc iudicio.vide Præpo.in c.miror.50.dist.& cap.studeat.ibidem.& collatio facta homicidæ, non valet,vt latè deducit Dom.Ruseus in tract.iuris regalio.in 12.priuileg.in fi.ideo non dicitur habere coloratum titulum,sed nullum.

*Morbo laborans caduco est inhabilis.*

212 Vigesimò, detentus morbo comitiali, siue epileptico, quem vocamus *le hault mal* gallicè, Vascones verò vocant *le mal de terre*, Occitani *le mal sainct Iean.* de quo in c.cum inter canonicos.& ibi Imo.de electio.vbi loquitur de morbo epileptico,quem vocant morbum caducum.c.1. & sequen.de cler.ægrot.c.communiter.33. distin. quia prohibetur ordinari,vt ibi dicitur.& glos.in sum.7. quæst. 2. hic tamen si post triennium sanus fieret, posset hoc decreto iuuari, quia collatio eidem facta, non erat penitus nulla,vt not.in d.c.cum inter.

*Illiteratus est inhabilis,& quādo dicatur.*

213 Vicesimoprimò,illiteratus.c.fi.de æta.& quali.quia nō potest ordinari.c.priscis.& c.pœnitentes.55.dist. ergo nec beneficium curatum habere. c.fin.de temp.ord.lib.6,Sic arguit glo.in c.de his 28.dist.c.1.& per totum.38.dist.& qui habet ordines,debet habere beneficium.glo.in c.proposuit. quæ allegat alia iura, de aliis presbyte. Illiteratus cæco comparatur.cap.post translationem.§,item si quis.de renuncia.& cæcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti,magistrúmq; facit,qui vix discipulus esse poterat.c.fi. 49.dist. & omnino illiteratus est nullus in ecclesia Dei.Bal. in cap.congregato.col.vlt.de elect.Et perinde est ac si collatio eis facta nō fuisset.Panor.in c.cum nostris.de concess.præb. & collatio facta illiterato,est ipso iure nulla.Inn.in c.cum nostris.de con cess.præb.Felin.in c.per tuas.col.1.de simo. Vnde dicitur Ecclesiast.8.c.Non communices homini indocto,ne mala de progenie tua loquatur.

*Illiteratus dicitur qui modicū scit.*

214 Et dicitur illiteratus,quando nullas scit literas,aut modicas,vtpote quia scit tantum legere & scribere in vulgari.Bar.in auth.sed nouo iure. C.si cert.peta.Qualis scientia requiratur,not.per Inno.& alios in c.cum in cunctis.de elect.

215 Intellige collationem non valere quando esset penitus illiteratus,secus si haberet principia, & esset spes quod proficeret & addisceret. quod est notādum secundum Card. in c. illiteratos.36. dist.facit quod not.Alex.in addit.ad Barto.in l.1. C. de dignit. lib.12.vbi dicit quod scholaris magni ingenij non est repellendus à doctoratu,etiā ante quinquennium, quando spes est quod addiscet,secus si sit omnino illiteratus.Fel.in cap.si quando.col.pen.de rescrip.Vide eum in c.sciscitatus.col.5.versi.illiteratus. ibid.dixi in scholasticorum priuilegiis plenius.

*Illiteratorū infinitus est numerus,& hodie habēt meliora beneficia.*

216 Hodie istorū infinitus est numerus,vt in simili dicit Ecclesiast.cap.1.de stultis. Et sunt ij qui pinguiora & meliora habent beneficia, cum ad sapiendum tantùm beneficia animum habeant, & non ad literas, quibus eruditi inescati, bona negligunt,& pauperes moriuntur.

*Exterus in regno beneficia habere non potest.*

217 Vigesimosecundò, exterus est inhabilis ad obtinendum beneficia in regno,ex priuilegio dato regibus Franciæ,vt in prooemio pragma. sanctio.continetur,in verb. exterorum. extat & Ludouic. 12. ordinario. rub. *des lettres de naturalité,* vbi scripsi.probatur etiam in stilo parlamen,rub. de præb,ordi.3.facit regula cancel.19.vbi collatio vel alia dispositio facta extero,non valet,quando non potest loqui idiomate illius patriæ, in qua recepit sacerdotium.facit c.neminem.70. distin. l.in ecclesiis. C.de episc. & cleric. Imò gratia est subrepticia, si exterus impetrat non facta mentione originis.glo.sing.in c.si proponente.de rescript.secundum Pan,ibi. & Felin. in c.sicut tuis. col.2. de simo. Corset.in sing.incip. surreptio.de Selua in tracta.de benefi.in 3.parte q.26.Rom in l.si verò.§.de viro.col.14.fal.eadem.ff.solut.matr. Barb. consil,23.scripsi.col.5.in 1.vol.& consil. 57. præclare in eo.vol.& consi.30.in fi. in 3.volumine. & aliàs consului pro quodam scholastico. & vocantur Albini, de quo est textus in l.cum ratio. §. si plures.ff. de bon.damn.vide Ioan. Dayma in verbo vendicabant.in prooemio concord. fol.69.& seq.

*Arresta de exteris & bastardis.*

Audiui tamen in thesauro Parisien.esse librum signatum.l. 4. 20.15.456. in quo reperitur cartha data à rege,anno 1364. mense Octobr. per quam rex concedit omnibus & singulis ecclesiæ Romanæ oriundis, vt possint de bonis suis in regno existentibus testari, & hæredes habere, & quòd hæredes ista gratia vtātur. imò licet Chassaneus & quidam alij dicant bastardos non posse testari, fuit tamen in hoc senatu pronunciatum bona bastardi capta & saisita executoribus tradenda, anno 1327. Aprilis 16. Aliàs etiam fuit ordinatum anno 406.quòd Cameracen.succederent parentibus in regno degentibus, prouiso quod galli Cameracensibus etiam succedant.vide alia in consti.reg.in tract.de literis natura.in 2.tomo.

*Cōsensus regis post impetrationē an valeat. Priuilegium exterorum quo ad lites.*

Idem in præsentatione vt exterus præsentari non possit ad regni beneficia. tenet Rochus de curte.in tract.de iure patr. in verb. honorificum. q.18.Pan.in c,bonæ.2,nu.16.de postu.præla.Tum quod in dandis beneficiis nihil contribuerunt, tum etiam ne secreta regni reuelent,& quia non est bonum sumere panes filiorum regni, & dare exteris, vt patet in euangelio. Bene.in repe.cap. Raynutius.in verb,& vxorem.nu.1044.cum seq. de testa. Alibi multa dixi an valeret post impetrationem consensus regis. quod sic concludit Socin.consi.260.in causa.col.pen. versi.secundo principaliter in 2.vol.quando collatio erat bona.

*Iudæus in regno baptizatus nō est exterus.*

Et sic non est omnino inhabilis, imò dum litigant in regno, summariè debēt tractari eorum causæ,& ob id fuit citatus personaliter compariturus præpositus Belua. qui contrarium fecerat, ita fuit pronunciatum in senatu,anno 1522.& die 14.Maij, etiā in vim nouiter productorum exterus in senatu obtinuit, qui de nouo literas naturalitatis impetrauerat. Imò Iudæus baptizatus in regno non dicitur exterus, quia renatus in

regno,

regno, per ea quæ not. Bar. in l. 1. & l. assumptio. ff. ad municip. & cap. cum nullus. de temporib. ord. lib. 6. doct. in c. eam te. de rescrip.

Periurus est beneficiorũ incapax, & collatio illi facta est nulla.

218 Vigesimotertio, periurus, quia collatio facta eidem est nulla c. querelam. ibi, non merentur ecclesias regere, qui crimine periurij sunt irretiti. de iureiur. c. constitutus. in 2. de appel. & ibi doct. c. cum nostris. de conces. præb. & ibi Innoc. & Pan. Aufr. in decis. Thol. q. 17. in fin. Fel. in c. 2. de rescrip. 3. col. Nicol. Milius in verbo periurus. Dec. in c. dilecti. col. 1. de excep. facit. c. accedens. de accusa. vbi periuro imponitur silentiũ super præbenda, quam obtinuit post periurium. facit c. fi. de iureiur. in 6. quia ab ordine deponi debet. c. cum non ab homine. de iudi. Et sine ordine beneficium tenere nõ potest. c. licet canon. de elect. in 6. Item quia est infamis. l. Lucius. & ibi gl. ff. de his qui notan. infa. & c. infames. 6. q. 1. Et vide in cap. testimonium de testib. & Calder. consil. 5. an periurus. de iureiur. & multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel vel alieni iur. Io. Dayma in rubr. de conuent. approbat. in glo. periurij. supra.

219 An habeat locum si sit periurus super iuramento calumniæ, vide Feder. consi. 23. Titius. quod non. Bal. consi. 299. proponitur. in 5. vol. per glo. in verb. religione. insti. de pœna teme. litig. in prin. Bal. in Marg. in verb. iuramentum. in 32. q.

220 Et an habeat locum in veniente contra fidem. Rota decis. 138. not. quod posito. in antiq. & decisio. 1. de pact. vide doct. in l. si quis maior. C. de transact. & in §. item si quis postulante. instit. de actio. c. constitutus. de fideiusso.

221 Quod ego intelligerem quando esset per sententiam cõdemnatus, & periurus declaratus, & postea fieret eidem collatio, tunc esset nulla, per text. & not. in c. cum non ab homine. de iud. quia ante sententiam non dicitur plenè apparere de periurio: ideo de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium. l. duo sunt. ff. de testa. tutel. & in multis casibus hic positis sic possumus intelligere. & pro periurio Papa non dat priuationem, nisi sit periurium iudiciale, vt in regulis Alexan. Papæ 6. habetur in rubr. de signatura gratiæ.

222 Item intellige quando collatio facta esset virtute literarũ mandati de prouidendo, vel aliarum ad beneficia, quia propter earũ odium, collatio erit ipso iure nulla. Cald. consil. 20. rubr. de præb. & cons. 4. rub. de accus. Fel. in 2. col. 3. de rescri. & c. inquisitionis. col. 2. de accus. & ideo hoc

Arrestum.

anno 1535. in mense Decembris, die 23. recredentia beneficij fuit per venerandum senatum adiudicata cuidam Langles contra quendam Grimault, qui quadriennium possederat beneficium, & periurus dicebatur, ac aliis criminibus irretitus. An periurus possit eligi ad episcopatum, tradit Bertachi. in tract. de episcopo. in lib. 2. q. 34.

Conclusio. Periurus est ipso iure beneficijs priuatus.

223 Et sic sustinui conclusionẽ, quòd collatio facta periuro est nulla. ex quo infertur, nõ iuuari decreto de pacifi. poss. cũ non habeat coloratum titulum, sed nullũ. Imò plus tenui, periurum esse ipso iure beneficiis priuatũ. hoc probaui per c. 2. de rescr. ibi, amoueretur. & c. querelam. ibi, remouentes. de iureiur. quæ verba denotant nudã executionem. c. Abbate sanè. in prin. ibi, petiit adiudicari eidem monasterio, & vos exinde amoueri. de re iudi. in 6. Et quando verba executionem denotantia ponuntur in lege vel dispositione, tunc denotant executionem actualem, & inferunt priuationem ipso iure. Ant. But. in c. fi. col. 2. de postul. c. insinuatum. de simo.

Item in dict. cap. 2. æquiparantur renunciatio & iuramentum, sed in renunciatione ipso iure quis est priuatus, ergo & in periurio, cum in æquiparatis quod in vno disponitur, & in altero habeat locum. cap. de multa. de præben. Etiam in pœnalibus & correctoriis procedit argumentum ab æquiparatis. Bart. in authen. sed cum testator. col. 2. C. ad leg. Falcid. refert Ias. consi. 133. in casu. col. penul. vol. 1.

Præterea periurus est infamis, vt supra dixi. & infamia priuat militem terrestrẽ sua militia ipso iure. l. 2. §. miles. ff. de his qui notan. infam. Ergo & cœlestem militem priuabit, cum æquiparentur. l. miles. ff. de re iudic. text. in l. infamia. ibi, quæsitum tibi adimit honorem. C. de decur. lib. 10. & pro hoc est text. formalis in l. penult. C. de dignita. lib. 12. ibi, dignitate quoque, qua per suum videlicet periurium indignos sese probauerint, spolientur, vt in eos, vtpote illustri dignitate per suum facinus priuatos ipso iure, dicit ibi glo. Postquam ergo à iure ciuili hoc est clarè decisum, vt periurus ipso iure sit priuatus, & vbi in iure canonico est dubium, standum est decisioni iuris ciuilis, vt not. docto. in c. Raynutius. de testa. Et hanc opinionem tenuit Barb. in d. c. 2. & consi. 11. col. 9. vol. 2. quem vide in c. testimonium. in 3. parte. de testib. licet opinio cõtraria sit cõmunis, vt not. in d. c. 2. de rescr. vbi plenè doct. & Dec. in c. cum non ab homine. not. 4. de iudic. Tamen ista de stricto iure potest sustineri.

Nec obstat quòd nunquam imponitur pœna priuationis, nisi à iure fuerit expressè imposita. glo. in c. fi. de iure patr. tex. in §. sinautem. de non elig. secundo nub. colla. 2. nec in dubio ipso iure pœna censetur apposita. glo. in c. vno. de sagitta. Bal. in l. 1. in fi. C. de legib. glo. in verbo suspensus. in cle. vlt. de vita & honesta. cler. Respon. esse satis expressam in iuribus supra citatis.

Pœna priuationis nõ imponitur nisi à lege.

Opposuit D. Petrus Clericus I. V. cognitione clarus, & doctor regens, ac vicegerens huius almæ vniuersitatis, cap. in nostra. ibi, ipsum à Tullen. ecclesia per sententiam remouendo. de procur. cui respondi, ibi, de facto fuit processum, lite videlicet nõ contestata, & iuris ordine pretermisso, ideo processus & sententia fuit irrita per appellationis iudicem. Vel ibi sunt verba narratiua, quæ non disponunt. gl. sing. in l. vna. C. quando non petent. part. petenti, accresc. Nec etiam obstat c. ad petitionem. ibi, per sententiam amouentes, de accus. quia ibi non loquitur de periurio, & etiam verba amouere, & spoliari, debent intelligi secundum materiam subiectã. Fel. & alij in c. Rodulphus. de rescrip. & c. cum non ab homine. de iud. per cap. literas. de suppl. negli. præl. & cap. cum dilecti. in fin. de accu. vel dic per sententiam declaratoriam.

Nec me mouet c.post electionem.in fi.de con cess.præben. quia ibi non constabat de periurio, cum in fin.text.dicat, si super abiuratione quicquam duxerit proponendum, ordine poterit iudiciario experiri. Nec ibi probatur contrarium illius,quod supra dictum extitit.

Nec obest quòd homicida non est ipso iure priuatus.cap.ex literis. de excessib.præl.c.p.cum nostris.de concess.præb.Resp.ex diuersis non fit bona illatio.l.Papinianus exuli.ff.de mino.& separatorum esse ratio separata debet.l.fin ff.de calumn. Et homicidium est grauius periurio. cap. miror.50.distin.tamen aliquando periurium quo ad quid est homicidio grauius.c.ille.22. quæst.5. nec etiam facit quòd æquiparentur in dicto cap. cum non ab homine,quia ibi æquiparantur quo ad illam dispositionem.

Præterea nec meam conclusionem conturbat c.peruenit.de fideiuss.quia ibi priuatio resultaret in damnum fideiussorum, vel ibi incidenter periurium obiiciebatur.Pano.in d.c.peruenit.in vlt. not.Fel.in d.c.querelam.

Nec refragatur c.tua. de iureiur. vbi dicit,excludatur, quia potest intelligi quo ad possessionem. nam est verbum denotans priuationē ipso iure factam. Et sic non restat nisi de facto & de possessione excludere.tex.in c.cōsulere.de simo. vt dicitur in c.licet episcopus. de præb.in 6. item si dicatur quòd verbum futuri tēporis priuationem ipso iure non inducit. l. in criminali. C. de jurisd.omn.iudi.c.quia hoc non procedit in verbis denotantibus executionem,vt supra dixi.

*Conclusio. Iuramentum promissorium producit actionem.*

224 Aliam conclusionem, quòd iuramentum promissorium producit actionē. satis probaui in repet.l.si quis pro eo.in præfa.ff.de fideius.vbi dedi nouum intellectū ad leges de iuramento promissorio loquentes.ibi videre licet.nō repeto hic.

*Illegitimus est inhabilis ad beneficia.*

225 Vigesimoquartò,illegitimus, quia ordinari non potest.cap. 1. & cap. ad præsentiam. & ibi Card.& per totum.de filiis presbyte.cap.cum in cunctis.& c.innotuit.de elec. Inno.in c.constitutis.in 2.colum. 2. de appell. per id quod habetur Deut.23.cap. non ingredietur manzer,hoc est de scorto natus, in ecclesiam domini, vsque ad decimam generationem.habetur in c.per venerabilem.in fi. qui filij sint legit.tum propter incontinentiæ paternæ timorem.c.literas. & c.fi.de filiis presbyte.tum in detestationem criminis, & quia sunt infames.l.vna.C.de seruis qui propriis mulier.se iniunxerunt. Hostiens. in summa. de filiis presbyt.§.quæ est causa.vnde dicitur Ecclesiastici 23.c.Non trahent filij eius radices,& rami eius non dabunt fructum. Et ne infametur ecclesia. Car.in c.præsentium.de filiis presbyt.Vide gl.de his terminis, in c.nisi cum pridem. in verb.manzeres. de renuncia. Et per hoc fuit reprobata resignatio beneficij, facta per quendam sacerdotem in fauorem nepotis ex legitimo matrimonio procreati,ex filia tamen spuria, per senatum

*Arrestum.*

Tholosanum, anno 1534.in vigilia Pentecostes, per glo.in c. ad extirpandas.de filiis presbyt.licet fuisset admissa per Papam, & fuit hoc arrestum latum pro domino Ioanne de Nuptiis diœcesis Albien.contra Rogerium Magistri.

*Filij beneficia paterna habere non possunt, nec nepotes.*

Quia non solùm filij remouentur ab ecclesia, in qua pater nulla persona media ministrauit,sed etiam nepotes per text. in dicto cap.ad extirpandas.iuncta gloss.ibi.nam filij appellatione nepos continetur.l.iusta.vbi scripsi.& in l.liberorum.ff. de verb.signifi. Imo etiam si pater resignet in fauorem extranei, qui statim resignat filio, vel nepoti, non valebit prouisio, quia oportet quòd persona media ministrauerit, & iura spiritualia exercuerit. Hoc declaratur in dicto cap.ad extirpandas, in verbo ministrarum. & ideo vidi cassari multas prouisiones super hoc. maximè pro D.de Rochebaron,contra filium episcopi Annicien.multa scripsi de hoc in praxi benefi.

Imò Clemens Papa septimus,ordinauit quòd decætero filij presbyterorum ex fornicatione nati, prælaturas vel alia beneficia nullo vnquam tēpore obtinere quoquomodo possint, nec cum eis super hoc dispensari, quando presbyteri & clerici,vel religiosi, eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem aliquando obtinuerint illud beneficium,quod est datū Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ quingentesimo trigesimotertio,nonas Iunij,pontificatus sui anno septimo.

*Illegitimus decreti beneficio huius quando iuuari possit.*

Fallit quando ille illegitimus esset à Papa,vel eius nomine legitimatus, & ad beneficia habilis factus, tunc si possederit postea triennio beneficium cum vero, vel colorato titulo, hoc decreto iuuari poterit, quia postquam est factus habilis ad beneficia,habebit locum iste tex. qui dicit, quicunque non violentus,&c.si pater antea in illo non ministrauerat, quia de hoc est facienda expressa mentio,& derogatio.

Secus quando sine dispensatione & legitimatione aliqua collatio ab ordinario illi facta illegitimo fuerit, & huius collationis ratione ipse possederit illud beneficium per triennium, tunc poterit molestari, tum ne iste textus duo specialia inducat, contra l. 1. C. de dotis promiss. Bartol.in l.si is qui pro emptore. ff. de vsuc. Primum, quòd collatio facta inhabili dicatur colorata, tum quòd collatio, quæ est omnino nulla, hic approbetur.

Item qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.l.in delictis.§. 1. ff. de noxa.actio.Sed tex de pacificis possessoribus requirit possidentem habere verum,vel coloratum titulum,quem habere non potest illegitimus,cum sit penitus incapax ad spiritualia, vt supra probaui: ergo non poterit hoc remedio iuuari, sed post triennium, imò post centum annos molestari poterit, quia diuturnitas temporis eum capacem non facit.arg.c.fi.de consuet.

Nec refragatur quòd text.tantum vnum, vel duos casus excipiat: ergo in aliis locum habet. vt scribit D.Gomes. in q.2. Respon. verum esse, quando illi possunt verum vel coloratum habere titulum, quem non possunt inhabiles habere. Ergo nec huius decreti auxilio continetur, quia verba huius tex.nō conueniunt illis,nec ergo dispositio conueniet. l.4.§.toties.ff. de dam. infect. etiam excipiendo violentum inhabilē alios inhabiles excepisse videtur,vt superius nu.159.dictum extitit.

extitit. quamuis contrarium consulendo tenuerit Pet.Paul.Paris.consi.96.pro lupo.in 4.vol.

*Non excepti in text. an comprehendantur.*

Etiam ij duo casus excepti in text. recipiunt extensionem ad alios similes ex rationis identitate.c.cum dilecta.vbi Pan.in 5. nota. de confir. vtil. etiam si illi casus similes essent excepti cum dictione taxatiua.l. ob æs. C. de prædiis mino. doct.in l.contractus. per illum text.ff.de reg.iur. Gomes. etiam fatetur.q. 49. Et sic non erit nouum ad alios casus & personas similes extendere,propter eandem rationem, quis enim diceret non tõsuratum,laicum,bigamum, furiosum,vel coniugatum post triennium molestari non posse?& tamen non excipiuntur in hoc text.cõcord. de pacifi. poss. Nec obstat quòd exceptio istius text. vt quis non molestetur lapso triennio est quędam defensio,quæ non debet bastardo denegari,cum etiam excommunicato defensio detur. c.cum inter.de except.Respon.quando exceptio ista esset inducta, bene daretur bastardo, vtpote quando fuisset habilis tempore collationis,idem de excommunicato, nam si antequam esset excommunicatus possedisset triennium beneficium, & postea excommunicatur, si molestetur super illo beneficio poterit excipere beneficio huius edicti. Sed si collatio fiat excommunicato,& possederit per triennium,poterit adhuc molestari,quia collatio erat nulla, & non habebat verum nec coloratum titulum, & hæc exceptio non acquiritur,nisi habenti verum, vel coloratum titulum, vt sequitur,& sic hæc exceptio iam quæsita posset bastardo competere, sed ipse dum est inhabilis,eam acquirere non potest,ergo nec ea iuuari poterit.

Præterea titulus dicitur incoloratus, quando est nullus,vt docet gl.prag.sanct.in verbo coloratum,sed quando est factus illegitimo, est factus inhabili,vt supra probatum extitit, ergo est nullus, vt plenè scribit Cæsar. Lamb. in tract. iuris patr.12.art.primæ partis.q.7.li.2.

Adhęc titulus nullus nullam potest producere exceptionem,nec effectum.l.quoties.ff.qui satisd.cog.l.4.§.condemnatum ff.de re iudic.doct. in c.ex tenore.de rescript. & sic titulus bastardi non producet exceptionem,ne possit post triennium molestari.

Nec obstat generalitas text. videlicet quicunque, quæ non potest extendi contra verba text. extenderetur enim contra verba,si diceremus illegitimum, qui non potest habere verum titulum,nec coloratum, posse hoc remedio iuuari. nam quęlibet dispositio habet non solùm virtutem inductiuam,sed etiam exclusiuam.Bart.in l. 2.§.videndum.col.1.ff.ad senatusc.Tertul.sic iste text.inducit,vt quicunque habens verum vel coloratum titulum,non possit post triennium molestari,etiam excludit à contrario,quòd quicunque non habet verum vel coloratum titulum, possit post triennium molestari, & hic habes quando bastardus possit molestari super beneficio vel non.

Intellige prędicta nisi papa scienter illegitimo conferret, quia tunc videtur eum habilem facere,per l.quidam.ff.de re iudi.quod non potest facere ordinarius,& sic non posset molestari,quando à papa esset factus habilis,vel per legitimationem,vel per collationem illi scienter factã,quod etiam procedit in aliis ferme personis inhabilibus, quas superius describo: alioqui contrà, & ista sunt bene notanda.

Fallit quando ille bastardus esset à Papa legitimatus, & habilis factus ad beneficia, tunc per triennium possidendo cum vero vel colorato titulo, putarem eum iuuari posse hoc decreto: quia postquã est factus habilis, collatio illi facta valere potuit,vel saltẽ potuit esse colorata. Ergo huius decreti hoc casu erit capax:secus quando sine alia dispensatione collatio illi facta fuerit, & postea ipse illud possederit beneficium per triennium, nisi collatio fuisset eidem facta à Papa scienter:quia tunc videretur illum habilem facere,l.quidam.ff.de re iudic.Alioqui iste titulus videtur inducere duo specialia.

Primum, quòd collatio facta dicatur colorata,quæ est nulla.

Secundum, quòd post triennium nulla collatio hîc approbetur:quod est contra text.l.1.C.de dot.promiss. Bart.in l. si quis pro emptore. ff. de vsucap.

Item qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi,l.in delictis.§.1. ff. de noxal.act.sed text.de pacificis possessorib. requirit possidentem habere verum vel coloratum titulum,quem habere nõ potest,antequam sit factus legitimus, quia omnino est incapax ad spiritualia,vt supra dixi. Ergo bastardi non possunt hoc titulo iuuari.

Nec refragatur, quod hîc tantùm excipiat duos casus: ergo in aliis habet locum.verum est quando alij possunt verum vel coloratum habere titulum:sed inhabiles non possunt nec verum, nec coloratum habere titulum. ergo huic decreto non conueniunt. Etiam hi duo casus excepti recipiunt extensionem ad alios casus similes ex identitate rationis,c.cum dilecta.vbi Panor.in 5. notab.de confir. vtil. etiamsi essent excepti cum dictione taxatiua: nec enim propter hoc excluduntur casus similes,vbi est maior,vel eadem ratio,per l.ob æs alienum.C.de præd.minor.declarant Doctor.in l.contractus. ff.de reg. iur. & Ias. in l.1. col.pen. de offic. eius cui manda. vt etiam Gomes fatetur q.49.

Item titulus nullus nullam producere potest exceptionem,vel effectum.l.quoties.ff.qui satisd. cog.l.4.§.condemnatum.de re iudic.c.ex tenore. de rescript.

Et generalitas non potest extendi contra verba text.quæ extenderetur, si diceremus comprehendi bastardos. nec video quod alij etiam non comprehenderentur:quamuis contrarium teneat Gomes in hac regu.q.42.

Nec obstat quod exceptio istius regulæ sit quædam defensio,ob id datur bastardo,sicut exceptio datur excõmunicato.Respo.fateor quando exceptio esset inducta:sed nego posse induci, quia est inhabilis:& sicut simoniacus violentus, vel intrusus non potest ex longa possessione acquirere hanc exceptionem,sic nec bastardus. nec

est inter istos differentia quoad acquisitionem tituli: quia nullus istorum acquirere potest, sic nec bastardus.

*Irregularis est inhabilis, & an beneficiū eius impetrari possit.*

226 Vigesimoquintò, inhabilis est irregularis, nam collatio illi facta est nulla.c.cum in cunctis. §.fi.de elect.Panor.in c.cum nostris. & ibi Imol. de concessio.præbend.Fel.in c.2.col.2. & seq.de rescrip.& c.de quarta.col.10.de præscript.cap.inquisitionis.2.no.de accusa.Panor.in c.fi.de tempo.ordin.& c.clericis,ne clerici vel monachi. ca. ex literis.de excessib.prælato.quia facta indigno, & inhabili ad executionem officij.c.fi.de tempo. ordin. ideo tractu temporis conualescere non potest.l.quod in initio.ff. de regul.iur. & regula, non firmatur, in 6. licet irregularitas non priuet quem beneficio iam habito.c.clericis.ibi, honore priuetur.& loco ne clerici vel monach.cap.ex literis.& cap. tanta.& ibi Panor.de excessib.præla.& sic beneficium irregularis non potest impetrari,quia non vacat etiam si fuerit declaratus irregularis,quia priuatio adhuc requiritur.per glo. in cap. fin. de iure patro. sed collatio illi, qui est iam irregularis,facta,non valet,ob id illud beneficium tanquam vacans impetrari potest. Quid si fuerit probata irregularitas per solam famam, an sufficiat?Resp.sic quo ad præsumptionem, & onus probandi innocentiam,vel saltem contrariam famam. Nam onus probandi incumbit ei, contra quē facit præsumptio.c.vnico,vt ecclesia. benefic.nota.in l.qui accusare.C.de eden.sic consuluit Calder. consilio 9. an si probetur, rub. de probatio.

*Vsurarius manifestus beneficiorū est incapax.*

227 Vigesimosextò,vsurarius publicus & manifestus.c.de Petro. 47. dist. & ibi Dom. quia hi sunt infames.c.quanquam.de vsur.in 6. Mathes. no. 49. nota quod omnes. & notab. 167. nota, quòd vsurarij. Et collatio facta notoriè infami infamia etiam facti, non tenet,quia nō est bonis moribus præditus.Panor.in c.super eo. in fin. de elect.c.inter dilectos.de exces.prælat.Prohibētur etiam eligi tam ad beneficia. de Viassio in tract. de elect.in 2.parte.c.33. quàm ad officia.Ias. in l. barbarius.col.4.nu.18.ff.de offic.prætoris.Et vsurarij,sicut os inferni,non satiantur.c.sicut hi.47. dist.Bal.consi.395.volum.5.Ante tamen declarationem putarem iuuari hoc decreto, ac quędam hic expressi.

*Violentus non iuuatur hoc decreto.*

228 Vigesimoseptimò violentus, vt patet in hoc text.ibi,non violentus. Adde quod habetur Esaiæ 9.cap.Omnis violenta prædatio, cum tumultu,& vestimentum mixtum sanguine erit in combustione, & cibus ignis. Et intelligo hic de violento,siue cum armis,siue sine armis,cum hic generaliter loquatur,& probatur in l.1.& ibi Bar. & patruus meus Rebuf. C. de nauicula.lib.11. & hæc violentia dicitur leue delictum. l. is qui in puteū.§.si tutoris.& ibi Bar.ff. quod vi aut clam. quod ego intelligerem iuxta materiā subiectam, quia vbi deficit titulus,non procedit vsucapio.§. 1.instit.de vsucap.

Nolo transcribere quinque genera violentiarum,quæ tradit glo.in l.1.& l. extat.ff. quod metus causa.l.1.C.illo tit.gl.in c.ad audientiam. illo tit.Ias.in l.si quando.col.1. C. vnde vi, quæ aliàs quàm tradant doctor.declaraui in l.liberationis. ff.de verb.signifi.

229 Nec intelligo hic loqui nisi de violentia expulsiua.l.si quis in tantam.C.vnde vi.

230 Quid de compulsiua, si metu coactus renunciauit?an ille in cuius fauorem facta est resignatio metu,post triennium sit tutus?Et dicerem quòd nō, si per illud tempus duraret metus:tum primò,quia resignatio facta metu,est nulla.in decisi.Rotæ 374.fuit dubitatum.in nou. de Butrio in cap. ad aures. de his quæ vi metúsve causa fiunt,vel saltem annullanda.Calderi.consil. 1. de renuncia.per c.super hoc.illo titu.& ibi Imol.Panor.in c.abbas.de eo quòd met.causa.& cap.seq. Maleret.tracta.de electio.fol.89.versic.2.fallit, & quę metu gesta sunt, rata nullo tēpore,vel modo prætor habet.l.1.& l.si mulier.ff. quod met. caus. & illa beneficia sic resignata quis repetere potest. cap.2. & 3.de his quæ vi metúsve causa fiunt. & non valenti agere non currit præscriptio. l.1. in fin.C.de annal. except. & quandiu durat metus, non potest agere,ergo non curret pręscriptio ista triennalis.glo.& doctor.in c.2. & c.quia.de concess.præbend.Barba.consil.6.in 2.volum.vbi plenè scribit de resignatione metu facta.Sic non dicitur professa filia quæ per annum stetit in religione, si coactè ingressa sit, etiam si fecerit professionem.glo.singul.in c.præsens.24. q.3. quam sing.notat Alexan.in l.si cum dotem.§.eo autem tempore.col.4.ff.solut.matri.glo.& Panor. in ca. 1.quod met. caus. quod est valde notandum secundum Ias.in §.quadrupli.col.7.nu.62.instit.de actio.contra nobiles habentes filias claudas, vel gibbosas,aut aliter deformes,cogentes eas facere professionem,quia hoc vitiatur ingressus & professio,secus in matrimonio carnali.Hippol. singul.347.

*Metu resignans post triennium etiā beneficiū repetit.*

*Professio metu facta, non valet.*

Idem in procuratoris cōstitutione metu facta. Hostien.& Panorm.in d.cap.1.abbas & ibi Imol. col.fin.facit capit.ad audientiam.& ibi glo. & c. cum dilectus. de his quæ vi metúsve caus.fiunt. An metus purgetur vide Bal.in l.2.C.quod met. caus.Cardin.consi.137.& Dec.cons.219.viso.col. 3.in 2.dubio.4.quæstio.cle.multorum,de pœnis. Idem si per dolum & fraudem quis fuerit inductus ad constituendum procuratores ad resignandum,quia tale mandatum est nullum, cum dolus det causam contractui.l.& eleganter.ff.de dolo.& hoc expressè tenet Oldrad.cōsi.324.factum tale.col.3.versic.6.

231 Ex hoc fit regula,quod violentus ipso iure perdit ius,quod habebat in dignitatibus,personatibus, vel aliis quibuscunque beneficiis occupatis propria auctoritate,quod est in odium violenti inductum.d.c.eum qui.de pręb.lib.6.c.placuit. 16.q.6.quia fur est & latro.Ioan.10.cap.cum non intret per ostium.

*Violentus perdit ius quod habet in beneficio, fallit ut infra.*

232 Intellige quando quis apprehendit possessionem beneficij possessi per alium inuito & contradicente possessore, satis enim dicitur violentia illata,& quis spoliari,si alius propria auctoritate ingrediatur possessionem in qua sum. l. clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq. poss. & ibidem not.Bar.& alij.

233 Siue

233 Siue is qui erat in possessione, eam dimiserit dubitans se posse repelli, siue non, quia licet non dimiserit possessionem, tamen in ea passus est violentiam, & turbationem: & vbi solus erat in possessione libera, modo sociatus est & turbatus, ob quam datur tædialis possessio, sicut tędio affectis, vt veniant responsuri. c. quoniam. vt lite non contest. hoc tenet Lappus, allega. 127. Anastasius. in 4. q.

234 Intellige nisi quis apprehendisset possessionem per procuratorem generalem, quia non intelligitur datus ad illicita. l. si procurator. ff. de condic. indeb. c. cum in generali. de offi. vica. li. 6. Ideo per eum non priuabitur iure suo dominus, qui ad hoc potestatem procuratori non dedit.

235 Fallit nisi expressum & speciale mādatum eidem dedisset, quia tunc perinde est ac si principalis fecisset. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma.

236 Secundò, fallit quando ratum habuit expresse vel tacitè postea, arg. c. cum quis. de sent. excom. li. 6. Et præsumitur ratum habere, quādo sciebat procuratorem suum dicta possessione vti, vel suo nomine primum possessorem molestare, si non prohibuerit. cap. non est dubium. de sent. excom.

237 Intellige ergo quod quando quis violentiam non commisit, licet propria auctoritate ingrediatur beneficium, tamen non priuatur iure suo, si præcedat iustus & legitimus titulus. Nico. de Milis in repe. in verbo beneficium. in 58. q. beneficij possessionem.

238 Item si sententiam habuerit quis pro se, & propria auctoritate, sine vi tamen occupauerit possessionem, non priuatur iure quod habet. de Rota decis. 417. si pro spoliato. in no. licet contrarium teneat Calder. in c. cum nostris. q. 6. de concess. præb. & cogitandum reliquerit. Perus. in d. c. cum qui. §. insuper. Fel. in c. de cætero. col. pen. de re iudic.

Declaratur c. eum.

239 Limita quando fieret violentia iudicis, vel superioris auctoritate. Io. And. in d. c. eū qui. Auffre. in decis. capellæ Tholosa. q. 443. Item, &c. an habens. vbi dicit pœnam. c. eum qui. non habere locum in hoc casu. Item priuatur violentus iure, etiam si is qui est in possessione, non resisteret, dum tamen non consentiret expulsioni de se factæ. l. si quis. ff. ne vis fiat ei. l. is cui. §. missus. ff. vt in possess. lega. l. meminerint. C. vnde vi. Ita expresse tenet Inn. in c. cum in nostris. in glo. credimus, de concess. præb. Oldr. consi. 319. super executione. col. 1

240 Non tamen habet locū pœna c. eum qui. quando quis ingereret se administrationi episcopatus sine expeditione bullarum, ad quem est translatus. Io. And. in d. c. eum cui. Dec. consi. 319. viso puncto. col. vlt. vide Do. & Phil. in cap. cum singula. §. 1. de præb. lib. 6.

Auctoritate propria an officia quis capere debeat.

241 Procedit etiam d. c. eum qui, in officiis regiis. nam dicitur in l. fi. C. de offi. magist. officio. Sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem peruenire militiam ausus fuerit, non solum ea se priuari, verùm etiam pœnæ 20. librarum auri subiici. Io. de terra rubea in tract. contra rebelles regum articu. 2. tract. 2. versicu. octauus effectus. quod in regno non vidi seruari.

242 Item non debet quis propria auctoritate apprehendere possessionem, etiam si habeat canonicum titulum, sed debet auctoritate illius à quo habet causam, siue cōcessionem, siue habeat à papa. c. pastoralis. de priuileg. siue ab episcopo. c. cum venissent. de restit. spol. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. poss. d. c. eum qui. l. fi. C. de agent. in reb. lib. 12. l. non aliter. C. de palat. sacra. largi. eo. lib. l. neminem. de re milit. eo. lib. de Ripa. consi. 18. rub. de rescr. tamen si expeditis bullis quis sine executore adipiscatur possessionem, non est intrusus. Do. & Philip. in c. si tibi absenti. & d. c. eum qui. de præb. in 6. & in regu. cancella.

Possessionē beneficij an quis propria auctoritate apprehendere possit.

243 Item inquantum glo. in verbo violentus. eodem tit. in prag. tenet quod habēs canonicum titulum, non potest apprehendere possessionem beneficij propria auctoritate. Salua eam procedere in casibus sequentibus, licet regulariter contra. per tex. in c. transmissam. de elec. vbi electus & confirmatus administrat sine alia possessione apprehensa, & ibi hoc tenent Inno. Card. Panor. idem in cap. nosti. illo tit. & vtrobique plenè per doct. & Pan. in c. cum venissent. col. pe. de restit. spol. c. auaritiæ. de elect. lib. 6. & Aufrer. in decisi. Tholosa. q. 443. Item fuit quæsitum an habens, quia per electionem acquiritur ius administrandi, per confirmationē exercitium, alioqui nil prodesset confirmatio. gl. in cap. quanto. 63. dist. Nic. de Milis in verbo, beneficium. q 58. & in verbo, possessio. q. 103. possessionem beneficij. & in verbo possessorium. §. 38. Card. in cle. vt hi qui. q 8. de æta. & quali. Imò si confirmatus ceciderit à possessione, poterit eam propria auctoritate ingredi, si inuenerit eam vacantem. Inn. Imo & alij in c. ex parte. col. pe. de arbit.

244 Vide septem casus in quibus quis potest administrare ante confirmationem per Philippum Francum in c. auaritiæ. de elect. in 6.

245 Et si illa iura loquantur de electione & confirmatione, idem tamen est in collatione, quę habet vim electionis & confirmationis, vt. propria auctoritate ingredi possit possessionem beneficij sibi collati. Fede. consi. 234. super primo. col. 2. & idē de præsentatione facta de beneficio & institutione subsecuta, vt præsentatus possit possessionem sua auctoritate apprehendere. Curtius in tract. de iure patro. in verbo, ius. q. 5. Nico. de Milis, in verbo possessorium. §. 48.

Simile ponitur in tutore, qui statim administrat. l. 1. ff. de admin. tut. gl. in d. c. cum super. circa fi. de cau. posses. & propriet.

246 Nec obstant iura, quæ videntur requirere installationem, quia intelligi debent quo ad solennitatem, non de substantia administrationis, vel debent intelligi quod requiritur installatio, quando hoc habet consuetudo, aliàs non. Inn. & alij in c. in literis. de restit. spol.

247 Primò, procedit quando esset cōsuetudo quòd electus & confirmatus non posset apprehendere possessionem sine superioris auctoritate, quia sicut potest acquiri consuetudine possessio, ita potest operari ne acquiratur nisi certo modo. c. 2. de consue. Franc. in d. c. auaritiæ. col. 2. facit c. in his.

in his.11.dist.c.in nomine.23.dist.Panor.& alij in d.c.cum super.circa fi.de cauſ. poſſ.facit gl. ſing. in auth.vt præponat.no.impera.colla.2. §.1. quæ vult omiſsionem ſolennitatis ex ſola conſuetudine introductæ, vitiare actum. Et ideo oportet quòd is,qui eam allegat,eam probet.

248 Secundò,procedit gl.quando aliquis eſſet in poſſeſsione beneficij,tunc nō licet alicui propria auctoritate illud poſsidere,quia ſecus faciendo eſſet ſpoliare poſſeſſorem propria auctoritate,quod non licet,vt in cap.eum qui.de præb. in 7.Bald.in l.fi.q.5.C.de edicto diui Adriani tol.Et iſta eſt communis opinio,teſte Rocho de Curte in tracta.de iure patro. in verbo ius.q.5. de Ripa. in lib.2.Reſponſo.de reſcr.c.31.queritur.Pan.poſt Inn.in c.cum ſuper.circa fi.de cau. poſſeſ.c. licet. in 2.de præb.lib.6.

Nec obſtat l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acq.poſſe. quia loquitur quando aliquis erat in poſſeſsione.ſi verò res eſſet vacans,licitum eſſet poſſeſsionem apprehendere propria auctoritate, vt dicit ibi Iaſ.limita. 4. per l. fiſtulas. §. 1.ff. de contrah. empt.gl.in l.1.pro dote.

*Pro l.fin.C. de edicto diui Adria. tollend.*

Nec obſtat d.c.eum qui. quia loquitur in eo qui violentiam adhibuit. vide reſp. ad alia iura per Io.de Selua in tract.de benefic.in 3.parte.q.15. Fallit tamen in clem.vna.§.1.de ſequeſtra.poſſeſ. & fruct.& ſic quando poſſeſsio hæreditatis à nemine detinetur, non eſt neceſſe intentare remedium.l.fi.C.de edicto diui Adria.tollend.ſed poteſt hæres propria auctoritate poſſeſsionem capere.Iaſ.ibi.& Inn. in c. cum in officiis. de teſta. Petr.de Ferra. in ſua practi. in forma libelli quo petitur hæreditas ex teſtam. in verbo iniuſtè occupauit.

*Legatum quando poſſit apprehendi.*

Nec obſtat l.nō dubium. C.de leg.quæ etiam loquitur quando legatarius apprehenderet rem legatam ab alio occupatam. ſecus ſi à nemine poſsideretur,quia tunc poſſet.doct.ibi.glo.no.in c.fi.in glo.pe.de ſucceſſ.ab inteſta. Sic conſuluit Roma.de legatario vſusfructus, conſil.312.circa propoſitam.Dec.conſil.243.vt clarior.col.pen.& ſeq.& conſi.424.proponitur.col.vlt.& Benedict. in repet.c.Raynutius.in verbo ſi abſque. in 2. de legatis.nu.145. cum ſequen. de teſta. Facit quod not.Inno.Panor.& alij in c.cum ſuper. in fin. de cauſa poſſeſſ.Et in hoc regno conſuetum eſt, vt legatarius ab hęrede petat,& ipſe ſibi ius non dicat,vt ſcripſi in proœm.conſtit. regia.in 1. tomo.

249 Vbi dicūt beneficiatū poſſe agere nomine eccleſiæ ſibi collatæ,antequam adeptus ſit poſſeſsionem illius,quando illud beneficium à nemine detinebatur,aliàs contra, quia eſſet ſpoliare poſſeſſorē propria auctoritate,quod eſt prohibitum in cap.placuit.16.q.6.& d.ca. eum qui. Nicol. de Milis.in verbo poſſeſsio.§.94.poſſeſsio quæ erat. & in verbo poſſeſſorium.§.47.

250 Item facit quod no.Inno.& Imol. in c. inter quatuor.col.2.de maiori.& obed. vbi dicunt quod eccleſia quæ labitur in hæreſim, vel ſchiſma, perdit iura ſua, & poſſeſsionem illorum. ſi tamen redierit ad fidem,poterit poſſeſsionem apprehendere propria authoritate ſi per alium non fuerit occupata.

251 Idem ſi epiſcopus fuerit confirmatus,quia ſtatim poterit beneficia conferre, vicarium facere, & alios actus exercere, ſi nemo ſit in poſſeſsione illius diœceſis. de Selua in tract. de benefi. in 2. parte.q.15.de Ripa.d.lib.2.reſp.c.31.quæritur. videtur contrarium conſulere.ibi licet cernere.

Imò fortius habens canonicum titulum,ſi per vim occupet beneficium à nemine detentū, non priuatur iure ſuo,nec dicitur intruſus.Do. & Peruſ.in d.c.eum qui.tum quia non dicitur temerarius, cum habeat titulum, licet largius ſumatur quàm violentus.gl.no.in c.tua nos.de ſenten.excom.ita in Prouincial.fol.60.verſi.habens canonicum. Temerarius eſt,qui actum à iure reprobatum cōmittit.Do.Archid. & alij in d.c. auaritiæ. de elec.li.6.& d.c.eum qui.tum quia non eſt violentus,de quo loquitur ille tex.ibi,violenti,&c.

*Temerarius quis dicatur.*

252 Tertiò,procedit dictum gl. quando eccleſia daretur ad proprios vſus,id eſt vniretur alteri eccleſiæ,tunc ſine authoritate ſuperioris nō licet ingredi poſſeſsionem,quam nunquam habuit.c. paſtoralis,de priuil.niſi ex licentia papę,vt ibi.& papa vniendo non intēdit præiudicare iuri epiſcopi.ca.ſuper eo.de offi.deleg. Petr. de Peruſ. in tract.de vnione eccle.c.2.q.2.

*Vnitum beneficiū non debet quis propria authoritate apprehendere.*

Ratio diuerſitatis eſt, quia quando conceditur beneficium ad proprios vſus,videtur conceſſum,vt quædam proprietas,& cauſa poſſeſsionis & proprietatis eſt ſeparata, & nihil habent commune.l.naturaliter.§. nihil commune. ff. de acq. poſſ.Ideo non licet etiam domino intrare poſſeſſionem inuito poſſeſſore.d.c.placuit.& d.l.ſi quis in tantam. C.vnde vi.Sed quando conceditur in titulum,videtur concedi poteſtas adminiſtrandi. & ſic conſiſtit illa conceſsio circa incorporalia, & in acquiſitione iſtorum iurium incorporalium, ſufficit patientia domini.l. quotiens.ff. de ſeruit.quam patientiam & authoritatem habuit ſtatim atque ſuperior confirmauit electionem de eo factam,vel ſibi beneficium contulit.d.c.transmiſſam.& hoc eſt notandum ſecundum Pan. in c.cum veniſſent.col.pe.de inſtit.

253 Quartò, procedit quando eccleſia concederetur in commendam,quia cum ſit quaſi depoſitarius, non poterit propria authoritate poſſeſsionem apprehendere.gl.& doct.in ca. nemo. de elect.li.6.Rom.conſi.350.in caſu.col.1.& ſeq.

254 Quintò,procedit, quando non leuaſſet literas apoſtolicas,quia confirmatus ante non poterit adminiſtrare.d. c.auaritiæ. Aliàs incurreret illam pœnam c.iniunctè.de elec.in extrau. communibus in maioribus dignitatibus.

255 Sextò procedit quando habuiſſet confirmationem ab eo, qui non eſt loci ordinarius. Ant.& Felin.in cap.ne Dei.col.2.de ſimo.dicens hanc opinionem in practica ſeruari, vt poſsit propria authoritate apprehendi poſſeſsio. & ſic intruſus non iuuatur hoc decreto,quia eſt exceptus,& quis dicatur intruſus, ſcripſi in glo. concord.in hoc tit.

256 Quæro, quid ſi violentus petit à papa ſibi confirmari beneficium per vim obtentū, & papa hoc facit,& poſtea poſſedit per triennium,& vltra,an poſsit moleſtari? Videtur quod non, quia videtur

*Cōfirmatio papæ an faciat titulum coloratum, qui eſt violentus.*

videtur purgare violentiam à papa impetrando. Breui resp. contrarium, quia quando quis occupauit beneficiũ, vel aliam rem per vim, & postea facit sibi à superiore confirmari, & concedi, illa concessio nõ valet, nec tribuit ius. tex. aureus in l. authoritate. C. vnde vi. & tex. in l. 2. & ibi gl. C. de fund. & salti. rei do. li. 11. Alex. consi. 3. ex his quę nu. 13. col. vlt. in 5. vol. Barb. consi. 41. illud afferam. col. 4. & consi. 63. sapienter. col. 10. in 1. vol. & consi. 24. clementissimi. col. 2. in 2. vol. & cons. 13. à Ioue. col. 11. volu. 3. consil. 55. clementissimum. col. 1. in fi. & seq. in 4. volum. Curtius in tract. de feud. in 2. parte q. 3. Fel. in c. postulasti. col. 18. vers. circa quartum. de rescr. Facit text. in c. si gratiosè. de rescri. in 6. in fi. c. dudum 2. in fi. ibi, nec intentionis nostræ fuerit aliquid ei de nouo concedere, sed vt per indulgentiam posset habita licitè retinere. de elect. nam iniuriam facit beneficio & dignitati, qui ea iniustè detinet. tex. in c. multi. & ibi Præpo. 40. dist.

Quia ea quę sunt iuri contraria, nunquam intelliguntur confirmata. Bal. in c. 2. in prin. col. 2. per quos fiat inuestit. per glo. in d. l. 2. de salti. rei. donec confirmatio facta de intruso valet. Bal. in c. in literis. col. fi. de restitu. spol. Item gratia non faciens mentionem de illicita occupatione beneficij, non valet. Panor. in c. pręterea vlt. no. de iurepatro. & in c. quisquis. de elect. Dom. in d. c. eum. de pręb. li. 6. Fel. in c. in nostra. corrella. 2. de rescr. & sic titulus non est coloratus.

257 Limita quando papa ex certa scientia de nouo concederet inuasori expressè habita mentione intrusionis, & violentiæ, quia tunc videtur illam violentiam remittere, & de nouo conferre. Salice. in d. l. authoritate. Pan. in c. quisquis. de elect. & c. per inquisitionem. colum. 3. ibid. facit quod no. Bar. in tract. de tyrannia. q. 10. Fel. late in c. postulasti. col. 18. & seq. de rescr. Barb. d. consil. 55. colum. 3.

Et hic post triennium non poterit molestari, vt hoc text. nec obstat quod violentus semper potest molestari, verum est non purgata violentia, sed hic purgauit violentiam impetrando à papa, ergo amplius non dicetur violentus nec intrusus, quod est notandum.

*Spolians an iuuetur hoc decreto.*

Idem in alio spoliatore non violento, vt non gaudeat hoc decreto post triennium, tum quòd non habeat coloratum titulum, sed nullum, tum etiam quia furtiuus possessor non præscribit res furtiuas, & inuasas. §. furtiuè. insti. de vsuc. & quia non possidet, sed tenet. c. eum qui. de præb. in 6. probat Do. Gomes. in quæst. 11. super regula cancella. vbi etiam vide quid in subrogato in locum spoliati.

*Arrestum contra sollicitatorem astu beneficia aquirentem.*

Item anno 1520. die 21. Februarij, fuit dictum contra sollicitatorem D. Archidiaconi Parisi. du Bellay, quod in carceribus detineretur, donec restituisset impetrationes, quas fecerat de beneficiis sui domini Archidiaconi.

*Fratres minores beneficia non habeant.*

258 Vigesimooctauò, sunt inhabiles fratres minores, & alij mendicantes, quia hoc est propriè contra regulam illorum, & mẽdicitatem. Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorem. num. 218. & seq. de test. per clem. exiui de paradiso. de verb. signifi. c. cum ad monasterium. de statu regula. & de hoc extat ordinatio regia in rub. de conces. præb. in stilo parla. quæ bene seruatur in hoc regno. & fuit secundum eam prolatum arrestum Tholosæ nuper, vt habui ab egregio & doctrina admirabili viro, domino de Serta, olim senatore regio in dicto parlamento, nunc verò præside, ibi, integerrimo & excellentissimo. sic consuluit Fel. consi. 44. Titius. Fallit in episcopatu & archiepiscopatu, quos ad nominationem regis habere possunt: ideo in eis hoc vti possunt decreto, vt dico in §. 1. versi. consanguineis. de regia ad præla. nomina. fac. supra.

*Arestum.*

259 Vigesimononò, regularis est inhabilis ad beneficia secularia. & contra c. placuit 2. 16. q. 1. §. volumus. de colla. in cõcor. & dicit Ouid. Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci. Io. Fabr. in rub. insti. de nup. Bal. in cap. cum causam. de elect. de Viaxio in tract. de elect. cap. 7. secundæ partis. Item collatio facta monacho de parochiali ecclesia consueta regi per seculares sine dispensatione ipso iure non valet, & sic ius conferendi ad superiorem deuoluitur. Bella mera decis. 172. coll. & 714. domi. de Rota decis. 262. in religioso. & decis. 483. collatio. in nouis. & sic collatio non est colorata, cum sit nulla, nec iuuatur hoc decreto, qui possedit per triennium. Tene tamen quæ dixi supra. nume. 139. quia regularis, vel econtra, non est omnino inhabilis, & sic coloratum habet titulum. ideo potest iuuari hoc remedio.

260 Trigesimò, mulier est inhabilis ad beneficia ecclesiastica. Inn. & alij in c. cum nostris. de conces. præb. dixi supra in 1. amplia. vbi possunt habere prælaturas.

Item non baptizatus, quia non potest ordinari. c. fi. de presbytero non baptizat. alij inhabiles extrahi possunt ex prac. crimina. Bernar. de Luco Hispa.

Item qui interdictum violauit, dicitur inhabilis. c. 1. de postul. prælat. quia est irregularis. cap. is cui. de sent. exco. in 6. & religiosi, siue sint exempti siue non, sunt excommunicati. cle. 1. de sent. exc. & qui alios inuenerit, hic addere poterit.

Præterea non iuuatur hoc decreto, qui est inhabilis ad beneficium obtinendum, si obtineat, siue fuerit inhabilis ad tempus, siue perpetuò. cle. vlt. de vita & honest. cler. extrau. execrabilis. de præb. in extrauag. Io. 22. Et sic qui impetrauit beneficium viuentis, est inhabilis, & non iuuatur hoc remedio, siue possederit post obitum eius, cuius beneficium impetrauit, siue ante. Quod enim ab initio nullum est, non potest conualescere. l. quod in initio. ff. de reg. iur. & ab initio erat inhabilis impetrans. per c. 1. & per totum. de concess. præb. & decisio. Rotę 439. si agenti. in nouis. & scripsi in procemio concor. in gl. fati. Quanuis contrarium teneat D. Gomes. in q. 44. qui saluari potest, quando post mortem de nouo impetrauerit: & sic triennium postea possederit. Hoc tamen debet exprimi, vt abundè scripsi in praxi beneficiali in rescripto resignationis.

*Impetrans beneficium uiuentis nõ iuuatur hoc decreto.*

261 Notãdum est, quòd licet homicida, & quidam supra nominati sint inhabiles ad beneficia obtinen

*Homicida non est ipso*

*Iure priuatus beneficio, & an resignare possit.*

obtinenda, tamen non sunt ipso iure priuati beneficiis obtentis, sed per sententiam sunt priuandi, nisi illi quos proximè referam. & hoc probatur per tex. in cap. clericis. ibi. honore priuetur & loco. ne cler. vel monac. & c. ex literis. de excess. prælat. Card. in cle. cōstitutionem. §. cęterum. in fi. de elect. Pan. in c. vlt. in 2. nota. de exces. prel. & in c. item cum quis, in gl. 2. de restit. spolia. & c. cum nostris. de concess. præb. col. vlt. de Ana. in c. 2. de cle. pugn. in duello. Fel. in c. de quarta. col. 49. de præscr. facit c. studeat. in fin. 50. dist. ibi, ecclesiæ suæ. Et ibi hoc tenet Præposit. col. 2. cap. si tibi absenti. de præb. li. 6. Licet Archi. & Domi. inducant illum text. contra. & Dec. in ca. dilecti. col. 1. de excep. Soc. in c. postulasti. de foro compe ten. & ista est communis opinio, teste Ferra. in cautel. 44. canonicus.

262 Imò homicida si esset per sententiam condemnatus pro homicidio, non est beneficio priuatus, nisi per sententiam priuetur. Præpos. in d. c. studeat. 50. dist. c. fraternitati. de cler. exc. minist. Bal. in l. cum fratrem. col. 3. C. de his quib. vt indig. Fel. & Dec. in c. 2. col. 3. versi. circa. de rescri. & c. sciscitatus. col. 1. & 2. ibidem. Fel. d. c. inquisitionis. col. 1. & seq. Aufrer. in deci. suis. q. 436. Item & cætera. an si contra. de Viaxio in trac. de elect. 2. parte q. 30.

Et sic potest resignare, etiam post conclusionem, etiam post sententiam priuationis si ab ea fuit appellatum. per l. qui à latronibus. §. fin. ff. de testa. Et sic fuit iudicatum in magno consi. de quo aliàs scripsi. licet videatur de hoc dubitare Boer. in decisi. suis q. 206. & quia supra.

*Cautela pro homicida.*

263 Etiam si esset homicidium ex industria perpetratum. Aufre. q. 207. Collecta. in d. c. inquisitionis. ideo cautela est, vt ante sententiam renunciet in fauorem amici sui, & postea impetret dispensationem à Rom. pontifice, & rehabilitationem, quam vocant, demum is, in cuius fauorem renunciauit, iterum resignet, & idem papa conferat. Fel. in d. c. inquisitionis. col. 1. Thomas Ferra. d. cautel. 44. Et ideo ipse facit fructus suos, donec priuetur. Panor. in cap. item cum quis. de resti. spol. Fel. in d. ca. de quarta. Tamen si postea priuetur, eos restituit eo modo, quo prædo, & intrusus, l. prædonis. ff. de petit. hær. & ibi Ang. & Paul. quod potest de facto millies contingere, teste Hippo. sing. 268. verus possessor. Secus est in illo, qui est ipso iure priuatus, qui omnes fructus restituit à die commissi criminis. gl. sing. in auth. de incest. nupt. in verb. imminere. col. 2. Bald. in Marga. in verb. priuatio. l. eum qui. ff. de his quib. vt indig. multa congerit more suo, d. Andr. Tiraq. in repet. l. si vnquam. in gl. reuertatur. nu. 219. C. de reuoc. don.

*Differentia inter priuatum & priuandum.*

Et episcopus potest cum homicida circa simplex beneficium dispensare, sed circa curatum solus papa per not. in c. 2. de cle. non ord. mi. & c. 2. in fi. de cler. pug. in duel. & in c. studeat. 50. dist. Non poterit tamen episcopus dispensare, postquam quis impetrauerit illud beneficium, etiam ante litis contestationem, quia per impetrationem est ius impetranti quæsitum. teste Domi. consi. 105. ad supplicationem. q. vlt. quicquid dicat Igne. in l. necessarios. §. non aliàs, in lectur. nu. 97. cum seq. ff. de senatuscons. sylla.

264 Regula ergo est, quod homicida vel alius delinquens non est ipso iure priuatus suis beneficiis. Io. de Ana. in c. fin. de homicid. Panor. Feli. & alij in c. querelam. de iureiur. nam priuatio ipso iure non inducitur nisi in casibus à iure expressis, per gl. in cap. fi. de iure patr. l. si seruum. §. prætor. ibi, non dixit prætor. ff. de acquir. hær. l. at si quis. §. diuus. ff. de religio. §. sinautem. ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dicens in authen. de non elig. sec. nuben. colla. 1. c. si compromissarius. de elect. libro 6.

*Ipso iure quis nō priuatur beneficiis, fallit ut infra.*

265 Primò, fallit in crimine hęresis. c. cū secundum leges. & c. vt commissi. de hæret. li. 6. & dixi supra limitando, per c. ad abolendam. de hæret.

*Casus in quibus quis est ipso iure priuatus.*

Secundò, perdit officium suum regula in crimine simonię. Fel. in c. insinuatum. per illum tex. de simo. & c. 2. col. 3. de rescript. & in extrauag. cum detestabile. illo tit. in communibus. gl. in verbo ipso iure. §. deinde. de elec. in prag. vide gl. in c. nisi, in verbo sed duntaxat. de renunciat.

Tertiò, in c. fœlicis. de pœnis. li. 6. vbi loquitur de percutiente cardinalem, vt sit ipso iure priuatus suo beneficio.

Quartò, in cle. multorum. de pœnis, quæ loquitur in eo qui cepit clericum, & in carceribus detinuit, donec resignaret beneficium: quia si inferior episcopo fuerit, ipso iure suis est beneficiis priuatus, vt ibi cernere licet.

Quintò, in violento, in c. eum qui. de præb. li. 6. & supra dixi.

Sextò, in homicida qualificato, de quo in c. 1. de homic. lib. 6. & in c. in quibusdam. de pœnis. Idem si interfecerit parentes, vel alterum, seu fratres, aut clericum. Feli. in d. ca. inquisitionis. vide Ioan. de Ana. consil. 63. præsupposito.

Septimò, in falsario literarum papæ. c. ad falsariorum. de crimine falsi. vide tex. in cap. in quibusdam. ibi, & beneficiati beneficium prorsus amittant. de pœnis.

Octauò, qui promittit augere pensionem, vt ecclesiam consequatur. c. cum clerici. de pact. vbi vtitur verbo spolietis. ibi, tamen videte doct.

Nonò, in cap. 1. in fi. de elect. in 6. Decimò in non promoto intra annum in ca. licet canon. de elect. in 6. alios casus vide in §. monasterij. in verbo, vacantibus de Regia no.

266 Quintò, regula prima fallit quando triennium non esset completum: etiamsi parum restaret, tunc ante triennium completum potest molestari. gl. eo. tit. in prag. in verbo triennio. arg. ca. ad nostram. de regula. c. commissa. de elect. in 6. cle. vna. in verbo triennium. de sequest. poss. & fruct. l. fin. C. de repud. hære. quia vbicunque lex requirit certum tempus, oportet quòd sit completum, & computatur de momento ad momentum. l. 3. §. minorem. ff. de minor. l. in omnibus. 1. de act. & obligat. Nam hîc duo requiruntur, videlicet cursus temporis, scilicet triennij, & possessio pacifica & continua. ca. cum de beneficio. & ibi Philip. Perus. not. 2. de præb. li. 6. Bonif. in cle. vna. col. 4. de sequest. poss. & fruct. nisi lex declaret inceptum tempus sufficere, l. qua ætate. ff. de testa. c.

*Triennium debet esse completum.*

testa.c.cum in cunctis.§.inferiora. de elect.clem. vlt.de ætа.& qualit.& ibi glos. & doct. nam ista computatio est naturalis, & tempus est perfectum, quod ex omnibus suis momentis cõstat, quasi ex suarum partium aggregatione, tam materiali, quàm formali. Bal.in c.cum vicesimum. in fi.de offic.deleg.

*Tẽpus prædecessoris an possit cõiungi cũ tẽpore successoris.*

267 Quæret aliquis, quid si quis possedit biennio pacificè, & colorato titulo, demum eo mortuo alter per annum pacificè, qui vult coniungere illum annũ cum duobus annis sui prædecessoris, an possit? Breui resp. quòd non, vt tenet glos.in prag. in verbo, possedit: quia sicut in bonis ecclesiæ non succeditur iure hęreditario. c.1.de præb.& c.1.& pen.de pecul.cler.sic nec in titulo beneficij, qui debet haberi à superiore, succedetur. Pan.& Dec.in d.c.1.de testa.text. in c.Moyses.& c.apostolica.8.q.1. Card.in cle.vna. quæst.12.col.4.de foro compet.

Itẽ, quia titulus prædecessoris morte fuit extinctus.c.qui in viuorum.de concess.præb.nam mors omnia soluit.§.deinceps.in auth.de nupt. collat.4.ideo non continuatur.

*Miraculosè resurgẽs beneficium nõ recuperaret, nec vxorẽ.*

268 Vnde si beneficiatus miraculosè resurgeret, nõ posset beneficiũ repetere, sicut nec vxorẽ, cùm morte sit solutũ matrimonium.gl.in verb. vacantium.in extrauag.suscepti. ne sede vacan. in communib.glo.in verbo, nunquam.in c.licite.32.q.7.facit tex.in l.cum duæ.ff.de capt.

Nec refragatur text. in l.Pomponius. §.cum quis. ff. de acquir.poss.vbi successor accessione sui authoris vtitur cum sua causa, suísque vitiis, siue sit generalis, siue singularis, etiam respectu possessionis. l.id tempus. & ibi Paul.ff. de vsucap. l.emptori. C.de euictio.quia respon. loqui in prophanis, in quibus ius potest in successorem trãsferri hic in beneficialib. in quibus successio est prohibita, vt suprà dixi.& an tempus debeat esse continuum, tradit D. Gomes.in q. 16.super hac regula cancel.& q.20.

Nec me mouet si replicetur de c.cum beneficio.ibi, ab vno, vel pluribus.de pręb.lib.6.vbi in inducenda præscriptione vel cõsuetudine coniungũtur tẽpora incipientis præscribere, & successoris. Resp.non est ibi mirũ, quia ad hoc, vt beneficiũ dicatur regulare, vel seculare, oportet dispicere à quo fuerit possessum, & sic iungitur tẽpus, vt illa qualitas cognoscatur, secus quo ad præscribendũ titulum beneficij, vt hic, nec coniungeretur etiam si successor esset subrogatus in ius & possessionem alterius per supradicta, quod potest fieri, vt not. Rota decisio.385. not. quod subrogatus.in antiq.& multa de hac surrogatione dixi in §.declarãtes.in gl. successores. de mãd.apost.vide tamẽ quę suprà scripsi.n.143.

*Probatis extremis possessio præsumitur cõtinuata.*

269 Quartò insuper, an probatis extremis, id est, probato quod possedit primo anno & tertio, probetur possessio. Resp.sic, per gl.sing.in c. volumus.16.quæst.4. vbi dicit sufficere probare quòd possedit in principio & in fine, quia possessio præsumitur continuata. glos.& doct.in l. siue possidetis.C.de probat.& sequitur Io Fab. instit.de vsucap.in princ.Bart.& alij in l.Celsus. circa fin.ff.de vsucap.Et Bald.in l.fin.15.opposi. C.de edict.diui Adriani tollen. Quod intellige & declara, vt per Mathesilla.sing.117. nota mirabilem doctrinam. & Corset.singul.incip.possessio possessionis.Pan.& de Ripa in cap. cum ecclesia.in glo.3.de causa possess.& Pan. in cap. accedentibus.de priuil. Feli.in c. inter dilectos. col.3.versic.ex quibus.de fide instr.Barb.cons.8. sapienter.col.10 & seq.in 2.vol.& consil.37.scribitur.col.9.vers.præterea adduco rationem,&c. ibidem.Alexand.consil.39.visis scripturis.col.2. vers. vnde probato initio.in 2.vol. latè Io.Frãc. in repet.d.l.Celsus.quem vide.

*Interrupta possessio, an continuetur.*

270 Insuper quæro quid si fuerit interrupta possessio, an possit coniungi tempus, vtpote si quis duos annos possederit pacificè, & postea resignauit, tamen resignatio non valuit, & sic reuersus est ad suum beneficium, per c.si beneficia.de pręb.lib.6.An si per annum postea possederit, possit vti hoc decreto cõiungendo duos annos cum hoc vltimo? videtur quòd sic, quia non censetur diuertisse, qui statim reuertitur. l. quicquid.ff.de reg.iur.§.pauonum. instit.de rerum diuisio. Crotus in l. si is qui pro emptore. col.2.ff.de vsucap.

Contrarium videtur verum per tex.hic proximo.nam non videtur proximũ, quãdo est interruptum, item possessio interrupta non continuatur.l.naturaliter.ff.de acq.poss.l.Põponius.§. cum quis.de acq.poss. Et ideo quando præscriptio interrũpitur, totũ tempus pręcedens in irritum cedit, adeò quòd opus est illã de nouo inchoare, & erit necessarius idem tẽporis cursus, qui primo requirebatur. Pan.in c.illud. & in c. cum non liceat.de præscr.Bart.& alij in d.l. naturaliter.probat tex.in l.si ædes. §.libertas. & ibi Bal.ff.de seruit.vrb.præd.Io.Frãc. Barb.in tract. de præscr.in 3.parte 6. partis princip. & hoc ex stricto iuris rigore verum est. licet opinio contraria æqua videatur, vt dixi suprà amplia.22. & infrà limita.13.

*Resignans metu, an hoc decreto iuuetur.*

271 Idem puto, si per metum coactus est resignare, & postea rediit ad suum beneficium sine noua collatione, quod potest.cap.abbas.in 2. nota. de his quæ vi metúsve causa fiunt, quod possedit per biennium. nam si semel amiserit possessionem, non suffragatur eidem tempus, secus si non amiserit possessionem.

Arbitror tamen æquius esse, hunc metu renunciantem, si possederit ante metũ per biennium, & postea per annũ, quod possit cõiungi eo restituto istud tẽpus, tum primo quia nõ est prohibita accessio tẽporis in vno & eodẽ, etiam in beneficialibus, licet in diuersis secus.tũ etiam quia postquam restituitur sine noua collatione quod est fortius, vt suprà dixi: ideo nõ videtur amisisse titulum, nec possessionem, ergo nõ est interrupta, vel habetur ac si nõ esset interrupta. item restitutio est facienda, vt vnusquisque in integrum ius suum recipiat. l. quod si minor.§. restitutio.ff.de minor.non reciperet renuncians ius suum, si possessio non continuaretur. præterea ciuilem possessionem, quæ in animo cõsistit.l.licet.C.de acquir.poss.non amisit sic renũciãs, ideo cum restituitur ei naturalis, ius fingit

nunquam alium possedisse, sed possessionem semper remansisse penes istum, saltē animo, qui animus probatur iuramēto. gl. in §. sed iste. insti. de actio. & ista opinio est æquior etiam in resignāte causa permutationis, quæ non est sortita suum effectum, & in terminis. c. si beneficia. de præb. lib. 6. & vide text. nota. in c. 1. 16. q. 6. vbi sic dicitur, si quādoq; à sacerdotibus & authoribus ecclesiæ quædam scripturæ quoquo modo per metum aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis cōscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium vel nocumentum valere censemus. sed si possessio interrumperetur, esset ei nocumēto, ergo contra tex. not. vide quæ dico in 13. limita. infrà.

*Beneficium nō perpetuū nō comprehenditur in hoc decreto.*

272 Sexto, perdit officiū prima regula, quādo beneficiū non esset alicui perpetuò datū, sed ad tempus, vt in abbate S. Sulpitij Bituricen. qui ad triennium eligitur, si post triennium destituatur, non poterit hoc vti remedio. nempe sciendum est quosdā monachos esse indomitæ ceruicis, & effrenatæ superbiæ: quos dum abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectione conspirant: & alium moribus suis conuenientem sibi præficere contendunt: quales erant illi, qui in necem beati Benedicti cōspirasse leguntur: pro huiuscemodi cōstitutum est, vt abbates & alia officia per sacerdotes instituantur: vtor verbis text. in c. abbas. 2. in 18. q. 2. & sic videtis quare fuit institutum vt religiosis beneficia manuaria essent.

273 Vnde doct. de Rota decis. 1. in antiq. tradunt quod si religioso detur beneficium manuariū, seu manuale, ipsi vel monacho, habenti administrationem, seu prioratum ad nutum abbatis amouibilem, nō competit aliquod remedium in causa restitutionis.

*Monachus an possit post trienniū molestari super manuali beneficio.*

274 Primò, intellige contra suum abbatem & superiorem, quin illa beneficia ab eo non obstante triennio remoueantur. c. cū ad monasteriū. §. tales. de statu regul. c. 1. in fi. de priuil. in 6. Innoc. & alij in c. olim. de accus. & ideo monachus ab abbate spoliatus nō potest agere cōtra illum possessorio recuperandæ. Bal. in l. cū affirmes. C. de liber. cau. plenè Fel. in c. cum dilecta. col. 19. vers. monachus. de rescr. Imò si abbas cōferret monacho tale beneficiū manuale, & promitteret non auferre ei per vitam, adhuc posset auferre, tum quia est contra naturā beneficij, & pactū cōtra naturam actus non valet, videlicet vt precarium non reuocetur. l. cum precario. ff. de precar. tum quia talis promissio non valet. tanquā facta inter dominū & seruum. nam monachus seruo æquiparatur. Imò dicitur seruus. c. multos. 54. dist. gl. in regula cancel. 37. Archid. & Domin. in c. præsenti. de offi. ordi. in 6. de Selua in tract. de benefic. in 3. parte. q. 69. etiam si iuraret non reuocare. Collect. in c. porrecta. de confir. vtili. Sed quo extraneū posset vti hoc decreto, & sic quo ad tertium. Bal. vbi suprà. quia cēsetur perpetuus, si à suo superiore nō amoueatur, arg. l. sufficit. ff. de condict. indeb. cū liberas ædes contra alios habeat. glo. in l. loci. §. pen. ff. si serui. vend. nec sua obedientia respectu abbatis debet esse monacho detrimento quo ad alios, alioqui religiosus esset deterioris conditionis quàm non religiosus contra text. in c. eum qui. de præben. in 6. & cōtra id quod dicitur, quod optimam partem elegit sibi. & pro ista sententia est tex. in l. qui precario. ff. de precar.

*Monachus destitutus quando possit officium superioris implorare.*

275 Secūdò intellige, quòd si abbas sine causa monachū remoueret etiam à prioratu manuali, posset idem implorare officiū superioris, vt sine causa non remoueatur, & ex sola malitia abbatis, instar serui. l. 1. C. de precib. imper. offer. Inn. in c. insinuante. qui clerici vel vouentes. quod bene seruatur in Frācia, prout innuit Dec. in c. ad nostrā. circa fi. de cōfir. vtil. quia Franci adeò sunt iustitiæ addicti, vt nullam personā ex malitiā molestari permittāt. vide Io. de Selua in trac. de benefi. q. 68. 3. partis. & pauci apud Gallos religiosi ex suis beneficiis destituūtur, sine magna causa. gl. in c. cū inter. 1. de electio. quæ allegat c. monachi. de statu monac. & Guil. de mōte Laudu. in c. cum singula. col. 3. de præb. in 6. dicit in hoc casu vidisse quendam monachū per episcopū Tholosanū aduersus abbatē suum ad prioratum restitutū: imò si malè tractetur ab abbate suo, potest petere, vt ad aliud monasteriū transferatur, & debet transferri per §. fina. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. 2. ff. illo tit. vbi doct.

*Arrestum.*

Ego vidi quendam monachū destitutū appellasse tanquā ab abusu ad Paris. Senatum, & suam appellationē admissam, & ipsum per arrestum ad priorem statum reductum, anno 1544. die 15. Decemb. tamen in hoc debēt iudices aduertere, ne per hoc frangatur & irritetur reformatio, nā in religionibus reformatis, quæ paucæ sunt, hæc nō debet admitti appellatio. Potest cognosci quādo religiosus non possit destitui quando desiit esse sub obediētia abbatis, & præfectus tanquam clericus secularis, teste Panor. in c. monachi. 2. not. de statu monach. & in cap. quod Dei timorē. ibidem. & scripsi in quodam consil. incip. nobilis Radulfus.

276 Tertiò, intellige quòd licet prior manualis possit ad nutū abbatis expressè reuocari, tamen per mortem abbatis non censetur reuocatus. tacitè Panor. c. fi. not. 3. col. 1. vers. ex quo infero. de precar. & Dec. in d. c. ad nostram. in fi. & sic requitur expressa reuocatio, alioqui ante reuocationem non potest alteri conferri, vt de precario dicitur in l. 1. ff. de preca. & c. fi. illo tit.

*Consuetudo non valet, ut manuale irreuocabile sit.*

277 Quartò, intellige, quòd nō potest induci consuetudo, quòd beneficium manuale efficiatur irreuocabile, quia cū illud sit in facultate abbatis, si non est vsus tali facultate, cōsuetudo non inducitur, nec præscriptio, quia in actibus meræ facultatis consuetudo induci non potest. Pan. & alij in d. c. ad nostrā. & in c. Ioānes. in fi. de cler. coniug. per l. qui iure. ff. de acquir. poss.

278 Sic nec statutum ligat successorem, quo cauetur quòd solus abbas non possit reuocare beneficiatos ad claustrum, quia abbas in præiudicium successoris nihil potest facere sine auctoritate episcopi, nec alienare, nec locare, nec statuta monasterij alterare. cap. abbatibus, & c.

alien

alienationes. 12.q.2. sic consuluit Feder. consil. 259.casus talis.

*Monachi à papa confirmatinō possunt remoueri.*

279 Quintò,intellige,quòd si illud beneficiũ manuale esset per Papã confirmatũ,non poterit remoueri etiã ab abbate.Io.And.Dom.& alij in c.præsenti.de offic. ordin.lib.6.& in c.cum singula.de præb.eod.libro. Imol.in c.nisi. col.pen. de præb.quia quando princeps cõcedit aliquod beneficium , intelligitur concedere pleno iure. Bal.in l.beneficiũ.ff.de constit.princip.allegat §. illud.in auth.constitutio,quæ de dignitat.col.6. beneficium tamen per hoc nõ mutat suam naturã,sed eo vacante reassumit ipsam,teste Anto. Butr.in c.porrecta.col.2.de confir.vtili.Fel.in c. in nostra.col.vlt.de rescript. Et quilibet prioratus regularis cẽsetur ad nutum reuocabilis, nisi sit curatus,vel conuentualis, teste Aegid. decis. 203.quilibet,quem sequitur Paul.Parisien.consil.43.pro dom. Hieronymo. col.1. in 4.volum. Vnde non putarem impetrationem subreptitiã, in qua non est expressum beneficium esse manuale:quia hoc est iuris quod Papæ exprimi nõ debet,qui omnia iura in scrinio pectoris habet. c.1.de consti.in 6.sed illa quæ facti sunt,gratiam reddunt subreptitiam , si non fuerint expressa, quæ tradit Fel.in c.in nostra.de rescript. dixi in forma manda.in verbo,pro expressa. nisi à Papa collatus sit,vt sequitur.

Quod intellige quando esset facta cõfirmatio ex certa scientia Papæ , quia tunc efficitur obedientiarius Papæ,secus si confirmatio fuerit facta simpliciter. Panor.in c.nisi essent. in fi. de præb. Card.in cle.1.in verbo,reuocari. de suppl. neglig.prælat.facit quod dicit Archid.in d.cap. præsenti.quod si Papa conferat prioratum monacho, non tenebitur renũciare ad præceptum abbatis,quia quantum ad hoc emancipatus. c.si monachus.16.q.1.Bal.in c.illud.de maior. quem sequitur Barb.in c.cum accesissent. nu.85.cum seq.de constit. Et sic etiã hoc decreto iuuaretur contra superiorem.hodie tamen monachi beati Benedicti possunt cõstitutione benedictina dictante remoueri,etiã si à Papa cõfirmati vel instituti fuerint, & hoc causa rationabili, perinde ac si à suis superioribus eisdem esset prouisum, vt censuit Senatus , anno 1519. pro abbate *de sainct Vast*, contra fratrem Ioannem Cautier. & hoc patet in constit.Benedict.c.32. de obtinentibus benefic.ex collat.apostol. & sicut alij subiecti sunt.Imò vidi appellari tanquam ab abusu à concesione & executione,quando religiosus reformatus petit à Papa sibi cõfirmari beneficiũ tẽporale ad vitã, & non obstante cõfirmatione & prouisione sic facta , fundatio maximè regia monasteriorum sortiretur effectum. ita fuit dictum anno 1546.die 10.Martij,pro conuentu S. Victoris Paris.nec potest impedire reformationem hæc Papæ prouisio alicui religioso facta, postquã permittitur reformatio,ergo & omnia sine quibus.l.2.ff.de iurisdict.omn.iud.& nisi in signatura fuerit dictũ , quod pro solo nutu abbatis non posit remoueri,hoc non addetur in bullis,vt est in regu.cancel.35.& ista clausula,vt non posit amoueri,interdum est causa multorum malorũ,& vagationis monachorũ. hæc tamen clausula non est necessaria , quando Papa confert seculari beneficium regulare, quia tunc non poterit ad nutum remoueri , quia beneficium pleno iure ei censetur concessum.vt Feli. in d.c.in nostra.in fi.de rescript.docet.

*Arrestum.* *Arrestum.*

280 Sextò,intellige,quando beneficiũ sui natura esset perpetuum, tunc per abbatẽ nõ posset remoueri , quia talis collatio intelligitur facta cum sua qualitate.cle.vna.de suppl.neglig.præl. & cap.vno.de capel.monach.in 6.nota. Philip. Perus. in d.c.præsenti. & tunc non posset molestari. cum regulariter in Francia omnia ferè beneficia sic regi sint solita , scilicet perpetuò, nisi consuetudo contraria reuocandi fuerit,vix reuocari poterunt ex sola abbatis voluntate per prædicta.Disimile est si Papa ad tempus cõcederet , quia post tempus posset molestari , quia actus agentiũ vltra intentionẽ nõ operabũtur.l. non omnis.ff.si cert.pet. & quod Papa ad tẽpus concedere posit,probatur in c.pastoralis.7.q.1. & ibi gl.& in c.si gratiosè.de rescri. in 6.gl.in §. item ordo.in verbo,perpetuis.de collat.in prag. & in reg.cãcel.37.Corn.consi.223.visis.in 1.vol. si tamen per expectatiuam,seu mãdatum Papæ beneficium manuale obtineatur , non efficitur perpetuum. Fel.in c.constitutus.col.5.versic.authoritas.in fi.de rescri.quia illa collatio censetur esse facta cum sua qualitate.intellige vt suprà dixi,& proximè dicetur.

281 Septimò,intellige,quòd si Papa cõcederet monacho, vt toto tempore vitæ prioratum retinere posit,tunc non poterit molestari per abbatem,imò ex potestate ordinaria, & sine causa Papa non posset eundem remouere,quia beneficium perpetuum reputatur.Innoc.& Pan.in c. cum inter R.de elect.in 3.nota.& gl.in c.porrecta.de confir.vtil.Et postquam cõstat de voluntate & potestate Papæ,illa erit seruanda.tex.in c. si quando.de rescript.

282 Vltimò, intellige, quòd licet in aliquibus casibus suprà expresis , monachus non posit remoueri à suo beneficio,tamẽ in aliis remanet sub iurisdictione ordinarij,vnde poterit in manibus eius renunciare, & permutare per tex. in c.per tuas.de maior.& obed.Pan.& Dec.in c.ad nostram. de confir. vbi dicunt,quòd si collatio facta sit à summo Pontifice immediatè de prioratu manuali , an is prior posit per abbatem remoueri? quòd sic concludunt. Fallit tamen, vt ibidem per eos,quos vide.

Non valeret tamen vnio facta de beneficio seculari manuali nõ facta illa expresione,quod esset manuale, quia natura secularium est, quòd sint perpetua.c.præcepta.55.dist. sed ista expresio nõ fit in regulari manuali impetrato. Cùm hoc sit iuris,& Papa hoc sciat.in c.1.de cõstit.in 6.hoc expresim firmat Cassad.decis.4.de præb. & decis.12.numc.9.ibid.post Fel.in c.in nostra. correllar.4.de rescript.

*Vnio de manuali,nõ ualet sine expresione.*

Et an religiosis posint conferri beneficia secularia,vide tex.in c.quod Dei timorẽ.de statu monach. de Selua in tracta. de benefic. 3.parte. quæst.70.vide suprà amplia.

*Collationem beneficioru possidēs nō iuuatur hoc decreto.*

283 Septimò, principaliter restringitur in eo qui possedisset collationem beneficiorum per triennium, quia poterit etiam postea molestari. cle.1.vt lite pēd.vbi dicitur in gl.1.quod illa cle. loquēs in beneficio, nō procedit, si agatur super pluralitate, vel super institutione, vel collatione, dicendo eā non esse canonicā, quia is qui præsentauit, non erat patronus. Itē, dum agitur de beneficio, vt de proprietate, nō procedit ille tex. cle. dispendiosam. de iud. vbi dicitur in gl. quod causa dicitur beneficialis, quando agitur de beneficio, vt de titulo: secus quando agitur de beneficio, vt de proprietate: vtpote quia dico illud beneficium spectare ad collationem meam, vel præsentationem. c. cum ecclesia. de causa posses. & quia hoc decretum tantùm loquitur de possidente beneficiū, ergo non intelligitur de possidente collationem beneficiorum, & ita teneo, quia non conueniunt verba text. & sic nec dispositio.

*Collationem pro infecta papa habere potest.*

284 Octauò, fallit, quādo papa ex aliqua causa haberet collationem pro infecta post triennium, tunc posset molestari, quia cùm in beneficiis habeat plenissimam potestatem. cle.1.vt lite pend. illā clausulā apponere poterit. c. quæ in ecclesiarū. de cōstit. vbi papa cassauit nedū constitutiones, verùm & venditiones ex eis factas. facit gl. reputata sing. in cle. vna. de immu. eccle. in verbo, pro infectis. quæ dicit, Vide quanta est papalis potestas circa ea, quæ simpliciter sunt de iure positiuo, quia reuocat illa, vt extunc: & si excōmunicatus indigeat absolutione. tamen quādo antiqua lex ex qua fuerat excōmunicatus, est habita pro infecta, tunc non indiget absolutione. Ita tenet addit. ad Pan. in c. quia. in 1. de elect. per d. glo. sequitur Barba. in cle. 1. col. 8. ibidem. & consil. 9. supremi. col. pen. in 1. vol. & consil. 3. clementissimi. col. 3. in eod. vol. & cons. 48. præclarè. in fi. & cons. 60. illud. col. 12. ibidem. & cons. 13. à Ioue. col. 4. & seq. in 3. vol. & cōs. 42. Deum inuocent. & cons. 78. illud. col. 3. & seq. in eo. vol. Pan. in cons. 84. illud. col. 2. in 1. vol. Feli. in c. fin. de constit. Moder. in c. 1. de iud. vide l. si ex pretio. ibi, simulatis pro infectis habitis. C. si cert. pet. l. non dubiū. de legib. l. creditor. de don. inter vir. & vxo. l. vna. qui. pro sua iurisd. §. fi. de non alien. reb. eccl. colla. 2. Quod non procedit in præiudicium tertij. Cardi. & Fel. in c. fi. col. 4. de constit. & c. ad petitionem. col. 2. de accusat. Barb. cons. 13. col. 6. in 3. vol. Calder. cons. 12. an si opponatur. rub. de rescr. & licet ista iuris sint, in practica tamen vix possent obtineri in hoc regno sine magna causa, & iuris priuatione.

*Resignans post resignationē non iuuatur hoc decreto.*

285 Nonò, limita, vt per regulā 34. in regulis cancel. vbi si quis resignauerit beneficium in curia quod fuit mihi collatum, si resignans publicatione non facta intra sex menses remanserit in possessione, postea post tres annos adhuc poterit molestari, quia nullum habet titulum. Imò si moriatur resignans non facta publicatione, & nō petita possessione per me, cui fuit collatum beneficium resignatū, dicitur vacare per mortē, & non per resignationē, si resignans moriatur post sex menses, cum sit eadem ratio regul. Auriol. in repet. c. eā te. nu. 267. de rescr. & in addit. ad de monte Laudu. in c. fi. de filiis presby. in 6. Pro intellectu huius regulæ vide Dom. cons. 73. in 2. q. Pan. cons. 99. in 1. vol. Dec. in c. consultationibus. nu. 5. de offic. deleg. Albert. Brunum in tracta. de forma & solennit. actus. fol. 63 col. 3. & quia nullum habet titulum resignās, & sic non coloratum, non iuuatur hoc decreto.

*Oratorium triennio possidens potest molestari.*

286 Decimò, restringitur non procedere in oratorio, quia non est beneficiū ecclesiasticum. Bonif. de Vital. in cle. dispendiosam. col. 1. & seq. de iud. Feder. cons. 130. factum tale. & consil. 151. thema. col. 3. Dec. consil. 148. reuerende. & text. hic loquitur de beneficio ecclesiastico. Postquā ergo non conueniunt verba, nec conueniet dispositio. c. indemnatibus. §. supradicta. de elect. in 6. Fel. in c. nonnulli. c. 31. de rescrip. & dicitur oratorium ecclesia, seu altare orandi causa constructum. c. fin. de eccles. ædific. Calca. consil. 31. Antonius. col. 2.

287 Beneficium enim ecclesiasticum cognoscitur ex multis. Primò, ex persona prouidētis, quando conferēs est persona ecclesiastica. quia ad laicū non potest spectare ius conferendi beneficia. c. si quis deinceps. c. si quis. c. nullus. 16. q. 7. & ibi glo. in summa, nisi ex priuilegio. c. dilectus. in 3. de præb. Bal. in l. rescripta. circa fi. C. de precib. imper. offer. sed oratorium datur per laicum, ergo non est beneficium ecclesiasticū, de quo loquitur tex. concor. vide gl. in c. quidā. 18. q. 2. & glos. in c. authoritate. de priuil. in 6.

Secundò, cognoscitur ratione personæ cui assignatur, quia beneficium ecclesiasticum confertur soli clerico. cap. cum adeo. de rescrip. & c. ex literis. de transact. vbi eo ipso quod mandatur prouideri clerico, intelligitur de officio ecclesiastico. c. fin. de præben. in 6. cle. vt hi qui. de ætate. Anchar. in cle. per literas. de præb. c. si quis episcopus. & cap. saluator. 1. q 3. de Butrio in c. in nostra. col. 5. q. 2. de rescrip.

Tertiò, cognoscitur beneficiū ecclesiasticum ex qualitate beneficij, vtpote quando habet aliquid spiritualitatis annexū, vt quia propter diuinum officium datur beneficium ecclesiasticū. c. fi. de rescr. in 6. Barb. in d. c. in nostra. num. 74. cum seq. quæ habuit ab Aegid. Bellame. in c. super hoc. 15. q. nu. 16. de renunc.

Quartò, cognoscitur ex modo prouidendi, quia purè conferri debet, & non sub cōditione, nec cum pacto, nec pro commodo temporali, alioqui esset simonia. c. si quis dator. & seq. c. si quis obiecerit. 1. q. 3. c. ex parte. in 1. de offi. deleg. c. consulere. de simo. Nicol. de Milis in verb. beneficiū. §. 75. Anch. in reg. 1. de reg. iur. in 6. col. 1. facit tex. in l. naturali. §. 1. ff. de cōfir. tut. vbi sic dicitur, Si quæratur, an ex inquisitione tutor rectè datus sit, quatuor hæc consiserāda sunt, an hîc dederit, qui dare potuerit: & ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus, cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpositū est. dixi in præfat. ad rubr. de collat. in concord.

Quintò, dignoscitur eo ipso quod est perpetuum, & ad vitā eius cui confertur, durat. c. præcepta. 55. dist. c. sanctorum. 70. dist. c. veniens.

de fil

de filiis presby.c.postulasti.de rescr.c.pe.de cler. ægrot. Non ad tempus, vel sub cõditione conferendum est beneficiũ ecclesiasticũ regulariter. c.si gratiosè.de rescr.lib.6. Barba.in cle.causam. col.51.cũ seq.de elect. & ista oratoria si honestè non tractentur, potest episcopus destrui facere. Panor.in c.fi.de censib.vbi plus dicit, quòd licet episcopus ea non possit visitare, tamen ad illa accedere potest, vt videat quomodo se habeãt, & si præter formam iuris constructa sint, & an honestè tractentur. quod est notandum. & sic etiam non procedit in hospitalibus, quæ non dantur in titulum.glos.in verbo, beneficium.eo. tit.in prag.dixi suprà amplia.12. vide Cald.cõsi. 4.de relig.dom.& consil.vlt.ibidem.

*Laicus quando ecclesiam pleno iure dare possit.*

Et ideo capellaniæ fundatę per laicos, si non fuerint à diœcesano approbatę, non possunt ab episcopo conferri, neque à papa. clemen. 2.de præb.& gl.& doct.in clem.quia.de religios.do. plenè Francisc.Curt.consil.20. præsupponitur: sed laicus qui fundauit pleno iure dabit tanquam legata pia. vt plenè decidit Guido Papæ in decis.Delph.q.187.an capellaniæ, & si appareat de vna collatione, vel institutione episcopi, in dubio censetur beneficiũ.per c.omnes.16. q.7.& c.regenda.10.q.1.aliàs non.vide quæ scripsi suprà nu.89.Et quid si oratorium, vel capella non fuerit ab episcopo approbata, sed intra castrum facta, & postea castrum fuerit diuisum, an is qui habeat castrum possit solus conferre illam, quando ecclesia est constructa authoritate episcopi, tunc iuspatronatus omnibus cõpetit æqualiter.c.1. & c.ex literis. vbi Pan.de iurepatro.sed si non fuerit approbata, sed sit oratorium tãtùm, est dubium. vt Curt.docet in tract. iurispatr.in verbo, ipse vel is.quæst.13. cùm operæprecium fuerit decidam.

*Possidẽs beneficium in curia vacans per collationem ordinarij an possit post triennium molestari.*

288 Vndecimò, limitatur nõ procedere in beneficio, quod in curia vacauit, & ante mensem fuit collatũ per ordinariũ, quia cùm collatio sit nulla, & sic incolorata.c.2.de præb.lib.6.nam titulus datus à non habẽte potestatẽ, habetur pro nõ titulo.l.Sulpitius.ff.de don.inter vir.& vxo. & collatio facta à nõ habẽte potestatẽ, non videtur imprimere colorẽ tenendi ei, cui collatũ est.not.in c.cum nostris.de cõces.præb.l.minor autẽ.vers.deniq;.ff.de mino.& d.l.hoc colore.ff. de inoffic.test.ideo collatio facta per ordinariũ de beneficio reseruato, reseruatione in corpore iuris clausa, vt est ista, non est colorata, vt gl.tenet in d.regu.cancel.& gl.in verbo, coloratum. eo.tit. in prag.quod videtur tenere D. Gomes. q.29.super hac regula cancel.& quæst.30.

*De beneficio iure regali debito.*

289 Duodecimò, non procedit in beneficio debito iure regali, quia intra triginta annos poterit molestari possidens. glos.in verbo, coloratum. in fi.eo.tit.in prag. quia reseruata principi in signum superioritatis, non præscribuntur. l. competit.C.de præscript.30.vel 40.anno. & ibi addidi post Ioan.Francisc.in tract. de præscrip. in 2.parte 5.partis princ.col.40.q.1.

Sed cùm rex consenserit cõcordatis, & huic maximè tit.de pacific.possess.cur nõ debeãt per cõcordata hęc beneficia sub iure regali possessa post triennium hoc decreto iuuari non video, quamuis secundùm prag.sanct.fortè hoc posset dici, quia illi fortè rex non cõsenserat, sed secus est in his cõcordatis, & facere differentiam inter beneficia cõcessa per vnũ, vel alium, est ius nouum cõcedere, & speciale: & tamen ius cõcordatorũ est generale inter regnicolas, & si rex super hoc interrogaretur, credo quòd sic responderet, licet quidam asserãt cõtra, sed quomodo probẽt per rationẽ cõgruã quisq; videre potest.

Item, quando collatio esset facta à rege duobus, tunc si vnus contra alium possideret per triennium, posset hoc decreto vti.glos.in l.cum sponsus.ff.de publ.in rem.act. & c.ad audientiã. de præscrip.refert D.Ruseus in tract.regal.in 4. priuileg.& 23. Et hanc regaliorum materiã quidam vocant cabalisticam, & ante Ruseum non descriptam, vtinam non adhuc, nec potest alteri cedi, vt fuit dictum tempore regis Ioan. in Anglia capti, qui licet cecisset filio suo Carolo, tamen hoc non fuit receptum, quia hoc solius regis est proprium.

*Ius regaliorum cedi non potest.*

*Permutans suum beneficium potest adire altero sibi euicto.*

290 Decimotertiò, fallit in illo qui permutauit beneficiũ suum cũ alio, quod post triẽnium euictũ est, licet is qui dederit non suum beneficiũ, possederit pacificè per trienniũ beneficium alterius, tamen euicto dato potest liberè reuerti ad suum primum, non obstante triennio, & decreto de pacificis possess.c.si beneficia. de præb. in 6. tum quia episcopus qui confert isti beneficium, intendit sibi conferre hoc beneficiũ loco dimissi.Sed iste nihil dimittit.ex quo nõ habet ius, ergo etiam nil consequitur.quia episcopus non contulit simpliciter, sed ex causa permutationis, & habet locum illa regula, quod potuit noluit, & quod voluit implere nequiuit. c.cum super.de offic.deleg.l.multum. C.si quis alteri vel sibi.tũ etiã quia sequeretur absurdum. quod quis per phas & nephas acquireret beneficium, & videns se non posse tenere illud salua conscientia, permutaret cum habẽte ius in alio, quod est iuri contrarium.Ioan.Andr.in c.vno. de rerum permuta.lib.6. Feder.in tracta.de permutat.benefic.q.10.de Selua in tract.de benefic. in 3. parte q. 24. Item resoluto iure datoris, resoluetur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff.de pignor. facit l. empti actio. C.de euictio. vbi emptor non impeditur agere, licet post longa tempora res sit euicta. sic nõ impedietur agere permutans, licet aduersarius triennium suum beneficium possederit, vel cum alio permutauerit, & is etiam per simile tempus possederit, & hoc est iuri & æquitati cõforme.& quia neutri permutantium ius acquiritur, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato. regula cancel.38.vide quæ dixi suprà in 22.amplia.& in 5.limita.

Nec obstat, quòd habens coloratũ titulum, non potest post trienniũ molestari, quia verum est, quãdo ille titulus durat: secus quãdo de titulo fit nõ titulus, vt in eo qui liberè ad suũ beneficium potest reuerti, vt in permutante dicitur.in cap.penult. de rerum permut. & in cap.si beneficia. de præb. in 6. Et idem in eo qui adi-

piſcitur ſecundum beneficium curatum. cap. de multa. de præbend. vt poſsit moleſtari etiam poſt triennium.

*Praxis cōtra eum qui beneficiū in permutatione dedit non ſuum.*

Vnde ſolet is qui cōuenitur ſuper beneficio, ſummare & requirere eum qui cum permutauit, vt faciat moleſtiam & proſecutionē ceſſare, alioqui concludit quòd liberè liceat reuerti ad ſuum beneficium quod dedit, ita vidi in practica ſeruari. vide D. Gomeſ. ſuper hac regu. q. 49. & quæ ſuperius dixi.

291 Fallit, quādo aliquis litigaret ſuper beneficio cū alio, & ille reſignaret beneficium, vt alter reſignaret ius ſi quod haberet, tunc ſi nullū habeat, nō poterit ad ſuum beneficium reuerti, quia is poterat præuidere an ius haberet antequam permutaret. Fel. & alij in c. cum venerabilis. de except. Secundum limitarem, quando euicto beneficio is, qui vult ad ſuum beneficium redire, moreretur, & aliquis impetraret illud beneficium per mortem illius, & aliquis triennium taceret, tunc dicerem poſſeſſorem fuiſſe pacificū, & quia cum colorato beneficio poſſedit, & per tempus debitum, & licet permutās, ſi viueret, poſsit redire ad ſuum beneficium, quia eſt ei affectū, ſed non ita ei, cui collatū eſt, & quia ſibi præiudicant tacēdo per triennium, etiam interrupta eſt inſtantia per triennium. l. properādum. C. de iud. & ſi quis poſt recredentiam intra triennium non petat, eſt excluſus, vt ſuprà dictum fuit nu. 167. in 3. limit.

*Reſignās nō iuuatur hoc beneficio, nec reſignatarius etiam ſecundus.*

Item non iuuatur beneficio huius decreti is, qui reſignauit, licet remāſerit poſtea in poſſeſſione per triēnium, quia non habet titulum. Et ideo beneficium non poteſt teneri ſine titulo. regula 1. de reg. iur. lib. 6. nec poſsidet, licet ſit in poſſeſsione & detētione. l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſ. vbi longè aliud eſt poſsidere, aliud in poſſeſsione eſſe. ſic concludit Gomeſ. in hac regula, quæſt. 24.

Sed dubium non paruum eſt, an ſi reſignās ſecundo reſignauerit, & reſignatarius ſecundus poſſederit per triēnium ignorante fortè primo reſignatario, an ipſe ſecundus poſsit ſe iuuare hoc decreto de pacific. poſſeſ. aduerſus eum cui primò prouiſum fuerat? Et breui reſpōdeo quòd non, quia nullum habuit titulum: & ſic nec coloratum, quem textū de pacificis poſſeſſoribus requirit. & nullus titulus non dicitur primus, nec ſecundus. c. factus. in fi. 7. q. 1. ibi, iam non ſecundus ille, ſed nullus eſt. Et literæ quæ non valent, non dicūtur literæ ſecundæ, vel primæ, ſed nullæ. gl. in c. cū noſtris. in verb. de facto. de cōceſ. præb. c. ex tenore. vbi gl. & doct. de reſcri. & vbi nullus eſt titulus, dicitur incoloratus, vt ſuprà dixi. & ſequitur Gomeſ. q. 8. & 24. & q. 29. vbi concludit poſsidentē beneficium triēnio ex collatione etiam papæ poſt ſuam reſeruationē, non iuuari hoc beneficio de pacific. poſſeſ. quia titulus eſt nullus, & ſic tractu temporis non potuit conualeſcere per regulam iuris.

Item papa non confert beneficiū non vacās. c. 2. de cōceſ. præb. ſed non vacabat, poſtquā illi primo reſignatario iam erat prouiſum: nec intendit præiudicare iuri tertij. c. quāuis. de reſcri. in 6. & ſi ſciuiſſet, primā prouiſionē non cōtuliſſet. c. cū adeo. c. poſtulaſtis. de reſcr. Imò, ſi papa diceret, non obſtante collatione alteri facta, intelligeretur de inualida. c. ſuper eo. de offi. deleg. Feli. in c. cauſam. col. 11. de reſcrip. vnde ſolet dicere in ſua prouiſione, dummodo tempore datæ præſentium non fuerit alteri ius quæſitū. ergo papa nō vult cōferre, ſi fuerit ius quæſitū. Io. And. & Peruſ. in c. ſi poſtquam. de præb. in 6.

Adhęc non poteſt valere ſecunda reſignatio non reuocata prima. cle. vnica. de renūc. doct. in c. ex parte decani. de reſcr. Nec potuit plus iuris transferre ſecūdo, reſignando quàm haberet. l. traditio. ff. de acq. rer. do. nec dare quod nō habebat. c. quòd autem. de iure patr. quia reſignans erat omni iure priuatus per primam reſignationem. c. quod in dubiis. c. in præſentia. & per totum. de renunciat. etiam poſſeſsione. gl. in verb. aſsignari. c. inter. de præb. Rota deciſ. 23. fuit dubitatum. in nouis. nec valet ſecunda reſignatio facta etiā in fauorē primi, teſte Caſſad. in deciſ. Rotæ. rub. de cōceſ. pręb. deciſ. 9. & Gomeſ. q. 18. multò minus valebit in fauorē alterius: & collatio facta abſenti, nō poteſt retractari, niſi is conſentire recuſet. c. ſi tibi abſenti. de præb. in 6. vbi Peruſ. dicit etiam collationem papæ ſecundam non valere, ſi nō fecerit mentionē primæ. Et in regno Franciæ etiāſi faceret mentionē. Caſſad. deciſ. Rotæ 24. dubium ſuper reg. cancel. & Gomeſ. q. 17. de publ. reſign. nam quādiu viuit reſignans, poteſt primus reſignatarius adipiſci poſſeſsionem. gl. in cancel. 34. Ergo interim nō poteſt cōtra eū præſcribi, maximè, ſi ei patruus vel alius retinuerit bullas. docet Peru. in c. cōmiſſa. de elect. in 6. & quia ignorauit prouiſionē, ignorantiam nolumus obligari. dicit l. generali. C. de tab. lib. 10. & d. regu. 34. in fi. dicit, quòd quæcunque diſpoſitiones factę de illo beneficio iam reſignato, ſunt nullæ, & inde ſecuta: & ſic prouiſio ſecūda, & poſſeſsio capta, & pro hac deciſione eſt regula Pauli pap. mode. 46. vbi ſunt hæc verba, Et ſi ipſum reſignantem vel cedentē pluries ſuper vno & eodem beneficio in fauorē diuerſarum perſonarū ſucceſsiuè conſentire contigerit, voluit ſanctitas ſua, quòd primus cōſenſus tenere debeat, & alij poſteriores conſenſus, ac literæ illorū prætextu etiam ſub priori data expeditæ, pro tempore nullius ſint roboris, vel momēti. Ecce quòd ſecunda reſignatio eſt nullius roboris: ergo non eſt colorata, & ſic nō poteſt parere decretū de pacifi. poſſ. Et ita cōcludo.

*Secūda reſignatio non ualet nō facta mentione primæ.*

Sed ſi prima reſignatio non fuerit acceptata, & ſecunda ſic, tunc poterit reſignatarius iuuare ſe multiplici titulo, vel primo, vel ſecūdo, per c. poſt electionem. de conceſ. præb. & d. regu. 46. à contrario, dicēs non valere cōſenſum vltimum in diuerſis perſonis, in vna verò ſic, quia tunc nemini fit præiudiciū eo tempore quo papa ſecundo confert, & quod eſt introductū in ſuum fauorem, nō debet in odium eius retorqueri. l. quod fauore. C. de leg. & prima prouiſio nō acceptata pro non facta habetur. c. ſi tibi. de præb. in 6. hoc probat Caſſado. deciſi. 9. acceptauerat. rub. de conceſ. pręb. & ſic nō obeſt quominus poſsit

*Reſignatarius an poſſit ſe multiplici iuuare reſignatione.*

posit quis possessionē adipisci,& iuuare se hac secūda prouisione,queuis primā reiecerit,& poterit leuare bullas intra sex mēses à die secundæ resignationis & prouisionis. quod secus esset,si resignatio esset & prouisio facta duobus, vt superius dixi:licet quidā ignorātes differentiā inter resignationem factā vni vel duobus contrarium sine iure & ratione asserant. Nec obest, quòd resignās nihil iuris habebat,ergo nihil potuit in secūda resignatiōe dare.Resp.ius nō prouenit ex resignāte,sed ex cōferēte;ideo postquā papa inuenit beneficiū nō acceptatū vacās.vt in c.si tibi.de præb.in 6.potuit illud cōferre,nec attenditur quod resignans habuerit ius,vel nō habuerit,sed an papa voluerit,& potuerit cōferre.

Nec refragatur quòd secūda collatio sit subreptitia:quia si papa primā suam collationē sciuisset,nō cōtulisset secūdo. doct.in c.causam.de rescri. Resp.si secūda collatio fuerit facta alteri, quàm illi,cui primo collatū est,verū esset,sed in dubio papa facilius cōferret illi, cui semel cōtulit, quàm alteri, vt sua collatio sortiatur effectū, ergo non est subreptitia,quia non exprimi debet id quod facilius papam mouet.vt dixi in gl. pro expresis.in forma mandati in concord.

Intellige tamen , quòd si aliquis resignasset suum beneficium facta sibi promissione, quòd ille iterum postea sibi resignaret dictum beneficium, quod tantùm volebat pro titulo, vt ordines ibidem posset assumere sine literis dimissoriis , is qui habet beneficiū ex hac resignatione,possedit triennio,non vult nunc reddere,an posit molestari?dicerem quòd non,tum quia is cui facta erat promissio , debebat venire intra tempus præstitutū,vtpote intra triennium.ideo videtur illi reliquisse, postquam intra tempus à iure statutum non venit , & etiam quia ab illo resignāte non habet ius, sed à superiore.caueas ergo sic resignare: ita vidi de facto,nil allegaui ex tempore , sed istæ promissiones sunt simoniacæ.c.ex parte.de offic. delega.c.per tuas.3. de simon.Ioan. Nauclerus in tracta.de simon.in 1. parte.§.8.vt scripsi in addit.ibidem.

*Pendēte cōpromisso, quod durat triennio non poterit iuuari,etiā postea hoc decreto.*

192 Decimoquartò,non procedit quādo partes intra triennium fecissent compromissum,& interim alter possedit,quia durante cōpromisso non dicitur pacificè possidere. cle. quandiu.de appella.vbi tempus prosequendi appellationem non currit durante compromisso.facit quòd si alter ex litigātibus per subterfugia causam protelat,non currit instātia alteri,in quo culpa cessat.glos.in c.venerabilis.de iudic.sequitur Alex. consil.72. videtur. 1.col.in 3.vol. etiamsi decies milies plusquam biennij tempus excesserit.tex. in auth. de appellat. collat.8. Ratio ibi traditur, quia partes considerabant quòd arbiter terminaret causam.tex.in auth.si tamen. C.de temp. appellat.Soc.consil.39.capio.circa fin. in 4.vol. quia non potuit pars durante compromisso ire ad iudicem, & prosequi causam sine pœnæ incursione in cōpromisso adpositæ. l.si quis rem. & l.diem.§.stari.ff.de recept.arbitr.vel saltem sine violatione fidei & promissionis. l. 1. & l. iurisgentium.§.prætor.ff.de pact. quod graue est. l.1.ff.de constitut. pecun. præterea compromittere fuit factum licitum & honestum, videlicet, vt lites & eius anfractus vitarentur.c.dispendia. de rescri.in 6. Ideo non debet pati pœnam, qui sic cōpromisit, quia legitimè fecit.l. Gracchus. C.ad leg. Iuliam. de adult.siue compromissum fuerit factum pendente prima instantia, siue in causa appellationis. Bald. in l.eos. §.apostolos. in fi.C.de appel.Refert Ant.Tremo.in addi.ad Hubert.de bona curso.rub.de imped.execut. & causa nullita.versic. idem est. si appellatione.in verbo compromittatur.vide glos.in §. & ne sub vmbra. in verbo, prorogationem. de causis. in pragmat. Item si quis fecit quod potuit , vt lis cōtestaretur,reus tamen suis subterfugiis & cauillationibus fecit , vt non contestaretur , tunc actio perpetuatur tam respectu temporis,quàm etiam vt transeat ad hæredes , ac si lis esset contestata.tex.sing.secundùm Bolog.ibi, in secundis interpretationibus,in l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis caut. Alexan.consil.100. discussis. col.1.in 5.volu. Ias.consil.35.in quæstione.col.2. in 1.vol.& cùm hoc triennij tempus sit introductum in fauorem vtriusque partis, poterit vtraque pars renunciare tacitè, si non opponat, ergo & expresè conueniendo , vel compromittendo. Facit etiam quòd si partes compromiserint in prima instantia , compromissum duret per triennium , tamen non perit instantia, cùm sit eadē ratio,quæ in appellatione,ergo & idem ius.l.illud. ff.ad leg.Aquil. & idem si exprimatur certū tempus in rescripto, intra quod causa sit finienda,iuxta c.super eo.2.de appella.tamen si partes compromittant , non curret interim tēpus in rescripto expressum. Bonifac. in d.cle. quandiu.col.3.& seq.

*Partes an triennium prorogare possint.*

Nec refragatur quòd partes non possunt expresè prorogare illud tempus,nec triennium.l. properandum. C.de iudic.quia fateor, quando altera pars prosequeretur,vel ambę.secus si ambæ vellent supersedere,vt notat.in l.postquam. C.de pact. Pro prædictorum intellectu.& d.cle. quandiu.vide Mathesilla.notab.24.nota quod tempus,&c.Ioan.Masuer.in rubr.de arbitr.in sua practi. Guido Papæ in statut.si quis per literas. in verbo,appellatione.col.18. cum seq.& consi. 184.in causa.& decis.115. compromissum. Bald. consi.290.vol.1.Anch.consil.284.Ioannes Pan. consi.77.in quæstione.2.q.vol.2.Alex.cons.72. videtur.in 2.vol.& consil.68.in causa. in 7.vol. Socin.consil.39.capio num.14.in 4.vol. Georg. Nathan.in repe.cle.sæpe.in princ.col.18.& in §. & quia.col.9.cum seq.de verb.signifi. & addidi ad d.cle.quandiu.alia vide per Bertachi.in tract. de episcopo. in 13.q.1.partis. lib.1. & per Dec.in c.ex ratione.col.5.num.8.de appellat.

*Super rebus beneficij post triennium molestatur.*

293 Decimoquintò,flectitur regula quādo molestaretur super aliqua re beneficij,vtpote super decimis, vel aliis rebus , tunc non posset iuuari hoc decreto, quia titulus de pacificis possessoribus, tantū intelligitur quando molestaretur super titu.beneficij,secus si super aliis,hoc videtur innuere tex.ibi,dum dicit,coloratum habens titulum,& sic fundat se super titulo , secus super

rebus beneficij, hoc etiam probat verbũ beneficium, prælaturam, &c. nam cuius est beneficiũ, nõ vtique omnes res, quæ sunt in beneficio. tex. in l. si quis cũ totũ. §. si ancilla. ibi, etenim cuius insula est, non vtique cœmenta sunt. ff. de excep. rei iud. & qui vniuersas ædes possidet, singulas res, quæ in ædificio sunt, non videtur possidere. text. in l. qui vniuersas. ff. de acquir. poss. facit l. fundi. de actio. empt. & hoc decretum non iuuat, nisi super titulo beneficij.

*Titulo alterius post triennium, n iuuari quis posit.*

294 Decimosextò, limita, vt non possit molestari post triennium, poterit tamen is, qui est in processu cum alio, se iuuare titulo illius, qui nil dicit per trienniũ, & suam iustificare possessionem ex isto titulo habito, licet is qui eum haberet, nõ posset se illo iuuare, arg. c. post electionem. & c. ex parte. de concess. præb. Rom. consil. 433. quo ad primum. in 2. q. & sæpius vidi sic in possessorio iudicari, & nouissimè anno 1536. die 27. Martij ante Pascha in magno consilio, pro D. Vigueri, cõtra Petrũ de Lescure, & alios litigantes. & sic fuisse multoties iudicatũ asserit etiam Boër. in decis. Burdegal. q. 24. duo litigabãt. Nam contra eum qui tacuerat per trieniũ, poterat opponi hoc decretũ: sed cõtra eum qui est in processu, non poterit, quia nõ est in culpa, vt in simili est tex. huic sentẽtiæ non parum accommodus in c. vlt. in fi. qui matri. accu. poss. & sic hoc iuuabitur titulo, nec prohibet iste tex. dicens tantũ quòd possessor triennalis non molestetur. Nec nouam possessionẽ in vim huius noui tituli adipisci tenetur, nec nouas citationes facere, sed tantũ petere se subrogati à Papa, vt ius cedentis habeat. iuxta c. fina. vt lite pend. in 6. vide glo. in §. declarantes. in verbo, successores. de mand. apost. in concord.

*Triennium an prorogari posit etiã à papa.*

Fallit, quando habens prorogationẽ regulæ, & sic triẽnij, cederet alteri, nam ille subrogatus non posset vti ista prorogatione, cum sit beneficium personale, & illa quæ à principe conceduntur specialiter alicui, non trãseunt ad alios. l. 1. ff. de constit. princip. §. sed & quod principi. de iure natu. in institut. sic scribit Gomes. super hac regula cancella. quæst. 23.

*Papa an tẽpus triennij proroget.*

Et quãuis papa in patria obediẽtiæ proroget tempus triennij, hîc tamen non reciperetur ratione concordatorum quibus non derogat, vt in rub. de firma & irreuoca. concor. stabil. in cõcord. patet etiam si collatio regalis superueniat, requiretur noua possessio si gl. credatur. eo. tit. in verbo, coloratũ. in fi. dicenti iure hoc nõ probari, sed est quædam vsurpatio, sed hoc probat Rusæ. in tracta. regal. 1. priuil. ego tamen vellem stare regulæ, & ius nouum non promulgare.

Habens tamen collationem à rege, nõ potest se iuuare alia collatione, etiam si à papa emanata fuerit, vt fuit in hoc Senatu decisum inter magistrũ Robertũ le Gay, & Guillelmũ de Machicolo, ratione præbendæ Rothomagen. anno 1338. die 3. Iulij, quod est mirabile, nec id quidẽ approbo. Licet possit suaderi, quia vassallus qui feudum tenet ab vno, si ab alio feudum recognoscat, priuatur feudo tanquam ingratus. Iacobi. in l. singularia. colum. 2. ff. si certum petat.

*Arrestum.*

nec est alia opus probatione, sed sufficit sic vsurpatum esse. Fuit etiam statutũ à Rege Ludo. xi. ne aliquis cõferret beneficia, iure regali ad eum spectantia, & quod alibi non tractentur quàm in curia Parlamẽ. Paris. anno 1463. die 24. Maij, vt est in lib. ordin. d. Ludo. fol. 21.

*Quãdo collationes factæ sunt eodem die ab uno quæ valeat.*

295 Decimoseptimò, fortè nõ procedit in eo qui possedit per trienniũ vigore collationis factæ ab ordinario, qui cõtulerat eodem die alteri, & sic vtraque collatio erat nulla, quia non apparebat de prioritate, ideo non colorata, vt not. in c. cum nostris. de concess. præb. vbi quando collatio est nulla penitus, non dicitur colorata, sed incolorata, & sic hoc titulo nõ iuuatur. posset tamẽ dici titulus coloratus, per ea quæ suprà dixi in amplia. & sic iuuari hoc decreto, quia nõ est omnino nulla collatio, vt infrà dicetur.

Sciendum tamen est, quòd collationes factæ ab vno & eodem ordinario eodẽ die, mutuo se impediunt, arg. l. duo sunt. ff. de testa. tutel. Ioan. Andr. in c. si à sede. de præb. lib. 6. Pan. in c. capitulũ. de rescr. si partes instare velint, cõsulendus est collator. Pan. in c. 2. de offi. deleg. per illũ tex. Bald. in c. 1. §. 1. de lege Conrad. vbi dicit quòd quando vterque vassallus allegat vnum eũdem dominum, potest dominus alteri feudum assignare, vt ibi tex. dicit. facit tex. in l. si quis seruũ. §. si inter duos. ff. de leg. 2.

*Si duo eiusdẽ datæ cõueniant, an impediat sequentẽ prouisum.*

Quid si duobus facta sit collatio ab vno, nec apparere potest aliquo modo de prioritate, ideo tertius qui postea impetrauit petit beneficium, duo primi conueniũt, & vnus non petit, an ille possit vincere tertium? quod videtur, quia est primus respectu tertij, & postquam consocius eiusdem datę non cõqueritur, videtur ac si non esset scriptum pro eo, vt dixi in forma mandat. in glos. si pro alio. in contrarium videtur quòd neutra collatio valeat. arg. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. Nec potest valere cessio vnius, cùm nullum ius habeat, saltem nõ apparet, imò non valeret cõfessio vnius, quòd alter est prior, quia in fraudem censetur facta, & in tertij præiudicium, licet in suum præiudicium valeret confessio, quando non adesset tertius. per glos. in c. duobus. de rescrip. in 6. sic vidi de hebdomadariis, nempe vnus contulit, & alter, nec apparet an vacauerit in hebdomada vnius vel alterius propter incertitudinem neutra prouisio valet. d. l. duo sunt Titij. ff. de test. tutel. ideo collatio ordinarij postea facta valebit. Quia aut vnus cõtulit duobus eodem verbo, vt, vobis duobus tale beneficiũ confero. & tunc neutrius collatio valet, quia esset diuidere beneficium, quod est à iure prohibitum. c. maioribus. & c. cùm nõ ignores. c. dilecto. de præb. Si verò fiat diuerso tempore, & diuersis, tunc prima valebit. c. post electionẽ. de cõcess. præb. & primo nominatus præfertur. c. mandato. de præb. in 6. Igitur oportet quòd appareat vtra prior fuerit, non potest melius apparere quàm per eũ qui eas fecit, ideo ad eum recurritur, & si non constet de prioritate, neutra valebit per supradicta, & potest constare ex ordine scripturæ, quãdo in libro curiæ Romanę vel episcopi sunt collationes ambę descriptæ.

tunc

Arrestum. tunc prior scripta censetur prior.c.mandato.de præb.in 6.sic fuit iudicatum per Senatum Tholosanum super possessorio cancellariæ Caturcen.teste Bened.in c.Raynutius.in verbo, testamentum.2.nu.28.de testa.

Secũda collatio in fraudem nõ ualet.

296 Primò, fallit, quãdo collatio fuit facta in fraudem ab vno eodémque, videlicet, vt annullaret collationẽ primam, secundo contulit, tunc valebit illa quæ declarabitur ex ordine literæ procedere in libro, & tenebitur episcopus alteri prouidere iuxta c.inter cætera.de præb. ne præbeatur materia delinquẽdi.l.cõuenire.ff.de pact. dota.Et hoc ideo est, quia quãdo episcopus vellet annullare primam collationem à se factam, iterum conferret alteri.& sic indulgeretur fraudibus, & malitiis, quod est à iure improbatum. c.sedes.de rescript.l.in fundo.ff.de rei vend. Et præsumitur fraus, nisi causa appareat cur secũdo contulit. nam ignorãtia in facto proprio recenti non est tolerabilis.l.fi.ff.pro suo.

Secundò, fallit, quando agitur de prouisione facienda vigore literarum ad beneficia, per quas mãdatur duobus conferri, tunc habebit locum id quod habetur in c.duobus.de rescript. lib.6. secus in gratia facta, vt hîc, & tunc altera tãtùm valere potest, licet aliter intelligat Dec. in c.2. not.1.de offic.deleg.

Collatio secunda habili facta ualet.

Tertiò, fallit, quãdo collatio fuit facta inhabili, & habili eodẽ die ab vno, tũc collatio facta idoneo valebit, nec illa collatio facta inhabili reuocabit primã, sicut testamẽtum nullum non reuocat validũ. l.sancimus. & l.volumus. C. de testa.docto.in l.pacta nouissima. C. de pact. Et quid si sint duodecim canonici, & sex vni nominato eligendo cõnferant, sex alteri, an valeat collatio? & vtra valeat? Dic quòd illa quæ est facta antiquiori nominato, & idoneo, quia sic cõferẽdo sunt executores concordatorũ, ideo illorum collatio valere debet, vt scripsi in §.statuimus.1.de collat.in concor. Nempe is cui beneficium ab his collatum est, in possessione interim vel quasi videtur.l.cum verò.in fi.princ.ff.de fideicom.liber.si non agebatur de nominatis, vel graduatis, neutra valet, vt consuluit Feder.cõs.1. ideo impetrari de nouo debet, & is obtinuit in Senatu hoc anno 1542. in vigilia D. Mathiæ apostoli, qui collationem à sex tantùm habebat, quia erat ritè qualificatus. Arrestum.

Declaratio c.si à sede.

297 Notãdum est tamen quòd quãdo collatio est facta duobus à diuersis eodẽ die, nec apparet cui prius fuerit facta, potior est conditio posidentis. d.c.si à sede: quia præsumitur quod is, qui prius adipiscitur possessionem, priorem habuerit collationẽ.& hæc est prẹsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium.l.fi.ff.quod metus cau.c.is qui fidem. de spon. sicut quando duo sunt iudices ordinarij, & vnus præoccupauit, ille est potior. l.si quis posteaquam.ff.de iudic.Idem in procuratoribus dicit tex.in cap.si duo.de procur.in 6. & si vterque eodem momẽto acciperet possessionem, præfertur is qui habet à Papa propter maiorem prẹrogatiuam.glos.in d.cap.si à sede, quam sequuntur ibidem doct.

Amplia procedere etiam in prophanis, vt in duobus instrumentis quorum vnum est liberationis, alterum cessionis, vt posidens præferatur.Bald.consil.274.licet.in 2.volu.Item in pari delicto vel causa, potior est conditio posidentis.regula iuris in 6.in pari.

Secundò, amplia siue collatio fuerit facta à papa & ordinario, siue à papa & legato, vel à legato & ordinario.glo.in d.c.si à sede, vel à papa & abbate, vel alio potestatem habente, cum sit eadem ratio.Domi.in d.c.si à sede.

Tertiò, extende vt præferri debeat non posidẽti is, qui colorato posideret titulo, in regula cancella.15. Et si caderet à possessione, posset petere dictum beneficium à quocunque possessore, etiam ab habente titulum, secundùm glo. ibi, quia illa regula concedit titulum, vt dicitur ibidem.& suprà dixi in 3.amplia.

De collatione facta ab episcopo & uicario utra præferatur.

Quartò, etiam procedit d.c.si à sede, si collatio esset facta ab episcopo, & eius vicario. Phil. Perus. in d. c. si à sede.nec in hoc casu videtur reuocasse potestatem episcopus, quãdo non apparet quis prius contulerit, sicut dicitur de papa, & commissario speciali. in d.c. si à sede. nec potest assignari ratio diuersitatis, ergo idem ius erit. l. illud. ff. ad leg. Aquil. nam & si dicatur quod collatio facta per episcopum, est maioris prærogatiuæ, ergo præferẽda.c.dudum.de prẹb. in 6.Brunel.in tract.de dignit.leg.cõclu.22.in 3. declara. quia verum est, quãdo ille cui est facta per vicarium, non esset in possessione, sed esset æqualis, vt iudicauit Sẽnatus Parisi. anno 1519. Arrestum. die 29.Iulij, pro Petro Moulin, cõtra quosdam alios: secus, quãdo non æquo iure procedunt, & sic vna non reuocat aliam, cùm præsumptiuè cõstet de prioritate, nec dubitatur quod episcopus non posit reuocare, sed oportet quòd iure reuocet, videlicet ante quã sit collatũ per vicarium, postea non posset collationẽ factam reuocare, quia ius tertij auferre non posset. not.in c. quanuis.de rescr.in 6.Imò, quia prouisus à vicario est in possessione, prẹsumitur prius institutus, & sic non reuocatus, & sicut papa cõferendo, videtur aliis potestatem abstulisse. c. vt nostrum, vt ecclesia.benefic.tamen si papa & ordinarius eodem die conferant, & is cui cõtulit ordinarius, est in possessione, præfertur; sic quando is cui contulit vicarius, erit in possessione, præferetur.nec refragatur c.si quẽ. de procur.in 6.vbi dominus tractãdo causã videtur reuocare procuratorem, quia fateor eo quod venit ante causam finitã: secus si esset finita. sic episcopus conferendo ante vicarium reuocat, sed postea non, per prædicta.vide infra in 5.limita.

Quintò, amplia etiam si collatio esset facta à tribus, per gl.in d.c. si à sede. quia quod in duobus dicitur, & in tribus procedit. not.in l.singularia.per illum tex. in fi. ff.si cert.pet.& quia eadem ratio est in tribus, quæ est in duobus.Ioan. Brunel.in tract.de dignit.leg.conclus.22.

Possessionẽ sufficit semel habuisse

Sextò, procedit, quòd præferatur posidens, etiã si non haberet possessionem tẽpore litis inchoatæ, sed sufficit quod semel habuerit. Do.& Perus.in d.c.si à sẹde. per textum in l.1.§.semel. ff.de

ff.de bono.poss.secundùm tab quia ex quo possessio validat ius illius, qui primò eam adeptus est, sequitur extinctio iuris alterius, cũ duo simul non possunt habere vnum beneficium. c. cum nõ tenores.de præb. Et ideo postquam erat per primam adeptionem possessionis extinctũ ius alterius, licet alter postea acquirat possessionẽ, & primus perdat, non debet reuiuiscere ius vltimi iam extincti.l.qui res. §.aream. ff.de solut.c. quàm periculosum.7.q.1. etiã quia daretur materia spoliandi primum, vt secũdus obtineret, & sic daretur via delinquendi, quæ maximè est iuri exosa.l.iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact. l.conuenire.de pact.dotal.

*In officiis procedit c.si à sede.* Septimò, amplia in duobus officiis collatis eodem die duobus, vel feudis, tũc is qui in possessione primo fuerit, obtinere debet, quia præsumitur prius habuisse donationem, postquam prius habuit possessionem. Bal.in c.capitulum. col.1.de rescript. Barbat.in repet.rubr. C.qui admitti.col.2. Catellia.Cotta. in 2. parte memoralium, in verbo, hora.in fine.

Octauò, amplia, siue beneficia sint regularia, siue secularia, siue dignitates, siue personatus, vel quæcunq; alia beneficia ecclesiastica, cũ appellatione beneficij hæc veniant.gl.in regu.1.de reg.iur.in 6.Fel.in c.postulasti.de rescript.

Nonò, amplia etiam quando ignoratur, an bona rectoris mortui sint ecclesiastica, vel patrimonialia, quia si quisquam posideat, præsumitur pro possessore. glos.sing.in c.nulli.12.q.5. quam sing.dicit Barba.in repet.rubr. C.qui admitti.col.2.& consil.23.scripsit.col.11.& cons.50. illud afferam.col.1.in 1.vol.

*In duobus testamẽtis eodem die confectis possessor præfertur.* Decimò, amplia in duobus testamentis eodẽ die confectis, quando non apparet vtrum prius fuerit cõfectum, tunc possessor præfertur.l.1.§. non autem. & ibi Bart.ff.de bon.poss.secũdum tab.Barb.d.cons.23.scripsit propheta. col.11.in 1. volu.D.de Ripa in c.sæpe.col.1.de restit.spol. & sic potest dici, Beatus, qui tenebit. sicut dicit gl. in §. si tres. de pace tenen. & eius violat. Et in duobus instrumentis eodem die confectis concludit Bald.consil.274.in 2.vol. vide Alexand. consil.19.admodum.in 2.vol.

Vndecimò, procedit in casu sequenti, videlicet, quod si vir & vxor conuentione facta inter eos, vt bona superstiti remaneant, moriantur, nec appareat vter prius decesserit, & hæredes vxoris petunt bona vxoris, hæredes viri, bona viri, illi debent obtinere qui posident. Bar.in l. si inter.ff.de reb.dub.& possessor absolueretur.l. fi.C.de rei vend.vbi vide plenius.

*Possessio iniusta non iuuat.* 298 Primò, limita, quando possessio erat iniusta, quia pro nulla reputatur, argu.l.quotiens. ff. qui satisd.cog.Dec.consi.169.& diligenter.in fi. per c.eum qui, de præb.in 6. cõdemnatum eum accipere debemus, qui ritè cõdemnatus est. l. 4. §.cõdemnatum.ff.de re iud.& nõ quæuis exhęredatio summouet filiũ à contra tab. bonorum possessione, sed quæ ritè facta est.l.nõ putauit.§. nõ quæuis.ff.de bon.poss.contra tab.& not.in l. auctoritate.C.vnde vi.& l.1.§.fi. vti poss. ff.l.vis eius.C.de probat. sicut dicimus de eo, qui est in possessione conferendi mala fide, vt non valeat collatio facta per eũ.not.Inno.& alij in c.cõsultationibus. de iure patro.plenè de Bellamera in cõs.10.factũ.col.17.vers.circa quintum. Vnde si amicus acceperit possessionẽ 1.die Martij, & 2. die altera prouisus est, postea is, cuius amicus acceperat possessionẽ, ratam habuerit possessionẽ, non tamen præferetur, quia ratihabitio non potest operari in præiudiciũ illius qui iam adeptus per se fuerat possessionẽ. l. bonorũ. ff.rem ratã haberi, & hic non potest fictio procedere, quia non sunt extrema habilia, vt docet Bart.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.ideo is prouisus, qui per se est adeptus possessionem, debet præferri, quia iusta est eius possessio. vide Aufr. in decis.Tholos.quæst.486.

Secundò, fallit, quando delegatus specialis cõtulit vni, & legatus alteri, tunc præfertur qui à speciali delegato habet, arg.c.sanè.2.de off.deleg.& Perus.d.c.si à sede.in gl.1.c.dudũ.& c.quãuis.in 2.de pręb.in 6.quia species derogat generi.c.1.de rescr.& regula generi.de reg.iur.in 6.

Tertiò, non procedit quando ille qui haberet ab inferiore, prius acceptaret, quia tunc alteri venit præferendus. ista est elegans decisio, & expressa. Io.Cald.cons.7.de præb. quã sequitur Fel.in c.capitulum.col.15.vers.de duabus.de rescrip.Selua in tracta.de benefi.in 3.parte q.15. & oporteret cõstare de illa acceptatione per testes, aliàs esset periculosum probare per iuramentũ, nec admitteretur ratione falsitatis vitandæ.

Quartò, restringe quando in altera collatione esset clausula motus proprij, tunc ille esset præferendus, in cuius collatione esset clausula motus proprij, etiam si alter esset possessor. Io. And.in c.duobus.de rescr.Soci.cons.67.eadem die.col.3.& seq.in 3.vol.primò, quia ampliorem habet gratiam. c.si motu proprio. & c.si pluribus.de præb.in 6.ergo præferri debet, quia tex. in d.c.si à sede.loquitur quando sunt pares. sed non sunt pares, quando vnus habet clausulam motus proprij, ergo posidens non præferetur, ita disponitur in regula cancel.15. *Clausula motus proprij facit præferri impetrantem.*

Quintò, modera quãdo Papa vel legatus reseruauit, & ordinarius eodem die contulit, tunc collatio ordinarij præfertur, si non appareat de prioritate actus. Ioã.And.& alij in d.c.si à sede. nã ordinarius habet liberã facultatẽ conferẽdi, nisi fuerit præuẽtus.c.nulla.de cõces.præb. ergo liberè cõfert, si non appareat ei de reseruatione. & quia reseruationes sunt odiosæ, ideo restringendæ.c.quæ à iure.de reg.iur.in 6.Alex.in cõs. 90.omissis.in 7.vol.de Selua in tract.de benefi. in 3. parte q. vlt. Idem quando quis eadem die impetrauerit gratiã in ecclesia Bituricẽ, & ecclesia eodem die impetrauerit priuilegium, quod non teneretur procedere ad receptionẽ alicuius per literas apostolicas, nisi in gratia fuerit habita mentio de priuilegio, tamen adhuc impetrãs gratiam obtinebit, & ecclesia quę excipit de priuilegio, probare debet prioritatem illius. l.ei.ff. de probat. Guillel. de monte Laudu.in d.c. si à sede.& ibi Ioan.And.Brun.in d.tract.de dignit. leg.conclu.22.declarat.5.& 6. *Collatio reseruationi præfertur.*

Sextò,

*Vera collatio valeat, si ab archiepiscopo et episcopo facta eodē die fuerit.*

Sextò, non procedit quādo collatio pertineret ad vnum post alium, vt ad archiepiscopum, post ad episcopum, tunc valeret collatio episcopi, etiam si is cui facta est collatio ab archiepiscopo esset in possessione. glos. in d.c. si à sede. quia Archiepiscopus nō habet pręuētionē, ideo valebit collatio ordinarij primi intra sex mēses.

Septimò, fallit, quādo esset præsumptio prioritatis, vt in duobus instrumētis factis vno die, si alterum sit factū pro dote, vel studio, alterum non præferetur instrumentum priuilegiatum, etiam si habens instrumentum non priuilegiatum, esset in possessione. Vincen. Hercula. in l.1. col.4.ff.sol.matr. Dec. in l. in ambiguis. de regul. iur. l.1. C. de iure fisci. lib.10. scripsi in scholasticorum priuileg. 82.

Octauò, fallit, quādo à legato vni esset commendata ecclesia, & alteri ab ordinario collata eodē die, tunc is cui est collata, prefertur. Philip. Perus. in c. nemo. q.5. col. vlt. de electio. in 6. quia ordinariū remediū facit cessare extraordinariū. l. in causę.ff. de mino. & quia habēs titulū, habet gratiā pinguiorē, & pleniorē, & sic præferri debet, licet ille qui habet commendam, possideat. quod est notādum. Ego tamen dubitarē de hac decisione, cū commēda sit titulus habilis in hoc regno, vt superius scripsi in 5. amplia. nu. 35. & seq. ergo possessor pręferendus esset. alibi pluribus probabo, si operæprecium fuerit.

*Horæ appositio quid operetur.*

299 Nonò, fallit, quādo in collatione ordinarij esset apposita hora, & in collatione Papę vel legati nō, tūc collatio ordinarij præualebit. glo. in d.c. si à sede. quia ille qui certius probat, vincere debet, licet probatio necessariò non cōcludat. Cyn. & Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. sed certior est probatio, quando hora est apposita, ergo, &c. & gl. in cap. si eo tempore. de electio. in 6.

Secundò, probatur in d.c. si à sede, vbi dicit præferri possessorē, quādo non apparet quis sit prior, sed apparet quādo est hora, ergo. Ias. in l.1. col.2. & seq.ff. sol. matr. Cotta in 2. parte memo. in verbo, hora, & in verbo, possessionis. & sic consuluit Soc. cons. 67. eadem die in 3. vol. nam apparere dicitur etiā ex præsumptione. tex. in c. scribam. ibi, ex prius datis, & neglectis apparet, quod has negligent. de præsumpt. vel ex argumento à contrario sensu. tex. iuncta gl.1. in §. ex his. instit. per quas person. nobis acqui. vel alio modo, in auth. nisi tricēnale. C. de bonis mater. ibi, ex quo suæ potestatis esse apparuerint. l.3. de vectiga. sic consuluit Dec. cons. 169. & diligēter. in fi. dicens quod ista opin. placuit D. de Rota. vnde cautela erit, quod probetur de certa hora. Cyn. & Bal. in d.l. de rebus. C. de don. ante nup. Io. de Pla. in l.1. de iure fisci. lib.10. Fel. in c. pastoralis. col.3 & ibi Dec. de rescri. Hippol. sing. 319. hora. & Cassado. decis. 20. rubr. de præb.

*Apparere quando dicatur.*

Contrariū videtur verius, quia quando non apparet quis sit prior, præfertur possessor. d.c. si à sede. sed ex appositione horę non cōcluditur, quòd is sit prior. ergo licet videatur cōtrarium tenere idē Soc. in l.1.ff. sol. matri. sed debet intelligi quando gratię pōtificis & ordinarij sunt æquales: sed quādo gratia summi Pōtificis habet clausulam motus proprij decreti, vel aliam, tunc nō habita ratione horæ præfertur is qui à Papa prouisionem habet, &c. sic consuluit Socin. sibi contrarius in l.1.ff. soluto matr.

Secundò, sequeretur absurdum. nam esset in potestate ordinarij tollere dispositionē istā, semper apponēdo horam, & sic decretalis, si à sede. de nihilo seruiret, quod non est dicēdum. nam fraudibus nō debet indulgeri c. sedes. de rescri.

Tertiò, prioritas debet probari per eum qui eam allegat. l.1. C. de iure fisci. sed is qui producit instrumentum, in quo est hora, non probat prioritatem, si in alio instrumento non insit etiam hora, ergo non dicitur apparere, quia licet in vno sit hora, tamen aliud instrumentū potest præcessisse. ergo oportet cōstare de hora vtriusque. glo. & doct. in l. Titius. §. Lucius. ibi, incalescente cœlo.ff. de liber. & posthum.

Quod intelligerē siue hora esset apposita in collatione, vel esset probata per testes, quia testes de hora deponētes præsumuntur falsum deponere, si de longinquo deponant, cùm memoria hominū sit labilis. l. peregre. ff. de acq. poss. ideo nil iuuat. Primā opinionē ego intelligerē, quādo is qui habet collationē, probaret certa hora sibi factam collationem, & illa hora erat longè ante meridiem, tūc quia collatio alterius potuit esse post meridiem, & hic certius probat, debebit obtinere. secus si probaret, quod hora sexta post meridiem, vel quinta hoc esset factū, quia tunc cū alia potuerit iustè præcessisse, dicerem non sufficere, quia ista probatio potius cōcludit contra eū, quàm pro eo: ideo nil facit. l. neq; natales. C. de probat. nam etiam quando probatur hora septima de mane collatū esse beneficium tibi, non habes nisi præsumptionem, videlicet quod præcesserit tua, eo quia bona hora facta est: sed quādo hora octaua post meridiē esset apposita, tollitur præsumptio. ergo ista horæ appositio nil faciet pro apponente, quod est notandū, quia ex hoc cōciliantur opiniones cōtrarię, licet cogitādum reliquerit Fel. in d.c. pastoralis.

*Testes præsumūtur falsarij si de hora deponāt.*

Sed adhuc posset fieri semper fraus collationi Papæ, ideo tutius esset seruare decisionem d. c. si à sede. vt indistinctè possessor præferatur, siue hora fuerit apposita, siue non. dicunt tamen arrestū interuenisse pro quodam religioso habente horam contra magistrū Guillel. Bube, in curia aduocatū, anno Domini 1534. die 14. Augusti, quod intelligerem quādo gratiæ omnino essent æquales, secus si inæquales, vt vnus graduatus, alter non, vt superius dixi.

*Arrestum.*

Decimò, fallit, quando in altera collatione esset impetrans creatus canonicus, quia tunc cōstituitur ei ius ad rem, & afficitur ei præbenda. c. hi qui. & c. dudum. de præb. in 6. Guillel. de monte Lauduno, in d.c. si à sede.

*Subreptitia impetratio nō iuuat possessorem.*

Vndecimò, non procedit quando altera impetratio vel collatio esset subreptitia, tunc non obstante possessione illius qui subreptitiè impetrauit, altera præferetur. arg. gl. & not. in c. ex tenore. de rescr. Fel. in c. capitulum. col.4. versi. limita fallentiam. illo tit. quia quod nullum est,

non

non debet præstare impedimentum. regula iuris non præstat.in 6.nec effectum producere.

*Quādo sunt duo procuratoria ad resignād um utrū ualeat.*

Vnde si duo procuratores eodem die fuerint constituti,vnus ad permutandum,alter ad resignādum simpliciter, si non appareat de prioritate,valebit illa constitutio minorem continens læsionem, aliàs neutrum tenebit,per gl.sing. in c.si quis iusto.in verb.nominatus. de elect.in 6. Sic fuit iudicatum Burdegalę, vt refert Boër.in decis.suis.q.311.dominus Petrus.

*Arrestum.*

300 Duodecimò,limita quādo in altera impetratione etiā facta ab eodē esset apposita clausula gratificationis : tunc quia iste maius & pinguius ius habet, & non sunt pares:ideo præfertur, etiā si alter primò adeptus fuerit possessionē,per ea quę suprà dixi de clausula,motus proprij. Et cautela est,quòd quādo aliquis dubitat de alio impetrāte, vel de alio cui cōferatur eodem die,vt apponat in signatura,& cū clausula, gratificationis:& quādo opus fuerit, ad lōgum & latè in literis extēdatur.& hac cautela vti cōsueuit,vt asserit D.Prob.in addi.ad Monac.in c. duobus.de rescript.in 6.vbi dicit breui posse sic extēdi, & si forsan illud beneficiū alicui,seu aliquibus,alij,vel aliis conferri,& de illis etiā prouideri concesserimus, & mandauerimus, ita & adeò vt in data pares,seu ęquales sitis,& mutuo vos impediatis, & propterea locus gratificationi existat, tibi gratificando apostolica authoritate conferimus,& de illo vel illis etiam prouidemus,decernētes,prout est,irritū & inane, &c. & ibi vide per D. Probū formā istarū literarū. & nota ista perpetuò, quia alij nō tangūt quos viderim, nisi Cassad.in decis.2. Cardinalis,&c. rub.de renunc. & hanc etiam clausulam posses extendere ad collationē factam per ordinarium & Romanum Pontificem.

*Cautela gratificationis pro impetrātibus.*

Decimotertiò,restringe,quando illa collatio facta per superiorem, vel per alterum teneret, alioqui possessio nil facit,vtpote si Papa cōferat vno die,& legatus eodem die beneficium cadēs sub præsentatione laici:quia legatus non potuit conferre.c.cum dilectus.de iure patr.Ideo is qui ratione collationis legati adeptus est possessionem, non præferetur. ita in hospitali collato à legato concludit de Butr. in cons.62. in nomine,&c.hic de duobus,sic dixi suprà de impetratione subreptitia.versic.11.

*Collatio nulla non iuuat possessorem.*

Decimoquartò, nō habet locum in prouisis secundo loco, vtpote si ab ordinario collatum fuit beneficiū A.& eodem die à Papa B. si non adepta possessione A.resignet C.qui possessionem adipiscatur, non præfertur tamen prouiso à Papa, quia sermo intelligitur de primo. l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signifi. Et cedens non potuit plus iuris, quàm haberet transferre. l.traditio.ff.de acq.rer.dom.Ita nominatim scribit Cassad.decis.15.de præb.

Decimoquintò, non procedit, quando Papa cōtulisset hodie Romæ per resignationem vni. reg.de viginti diebus derogando.Et eodem die moreretur resignans, & ordinarius contulisset alteri,qui prius accepisset possessionē,tunc pręsumitur quòd prius fuit expedita resignatio: ideo fuit resignatario adiudicata recredētia,an. 1524.die 24.Decemb.in hoc celeberrimo Senatu. Et simile arrestum fuit prolatum in vigilia Mathiæ apost.anno 1542.quanuis ab ordinario prouisus hora sexta mane fuisset, & hoc in sua collatione exprimebatur : & eodem die fuerat adeptus possessionem, vt audiui à recitatione causæ à D.Præside de S.Andrea.Itē pręsumitur quòd mors impetrationem pręcesserit,quando die mortis facta est collatio.vt docet Cassad.in decis.21.Cardin.in rubr.de præb.

*Habēs collationem per resignationē præfertur habenti per mortem.*

*Arrestum.*

Vltimò,si is, qui habuit per concessum acceperit possessionē antequā is,cui facta est prouisio eodē die per fiat,adhuc præfertur is, qui per fiat obtinuit,vt decidit Cassad.in decis.14.regu. cancel.rubr.de præb.in duab.causis sic iudicatū fuisse & interpretatum per regulam Innoc.31.

Decimooctauò, non procedit regula huius tex.in officiis temporalib.seu dignitatib. secularib.& prophanis : quia hic text.loquitur de dignitatib.& officiis ecclesiasticis, ergo in aliis tēporalibus non habebit locum c.fœlicis.de pœn. in 6. nam verba non conueniunt. ergo nec dispositio.l.4 §.toties.ff.de dam.infect.& suprà dictum extitit de beneficio ecclesiastico & temporali,in tract.nominat.q.21.nu.54.& vide quæ dixi suprà in 11.amplia.nu.74.

301 Decimononò,limita in casu hostilitatis vt hîc,qua durante dormit præscript.cap.ex transmissa.de præscri.nō enim erit obiiciēda pręscriptio tēporis, vbi necessitas intererit hostilitatis. dicit text.in c.prima actione.in fi.16.q.3. Item ea quę in beneficiis possidētur,siue quę metu hostilitatis interueniēte diutius possessa fuerint,præscribi non possunt.c.si sacerdotes.in fi.16.q.3.

*Triennium nō currit durante hostilitate.*

Extende,siue vna die durauerit hostilitas, siue pluribus annis. hoc enim tempus quo durauit,siue fuerit magnum,siue paruum, de medio subducetur, & tempus præcedens continuabitur cum sequente.d.c.ex transmissa.& l.quibus diebus.in princip.ff.de condit. & demonstr. ita quod licet in aliis casibus in quibus quis impeditur,præscriptio currat contra impeditum, sed datur restitutio.l.sed & si per prætorem.in prin. & §.si feriæ.ff.ex quib.causis maior. isto tamen casu ipso iure præscriptio non currit, sed dormit, secundùm Bart. in l.naturaliter,col.pen. & seq.vers.quæro an ista vsucapio.ff.de vsuc.Ang. in l.cum notissimi.§.imò,col.fi.C.de pręscri.30. anno.Alex.cons.81.reuocatur.col.vlt.in 5.volu. Corn.cons.92.licet in hac.in col.2.vol.4. & casus in quibus præscriptio dicatur dormire, tradit Panor.& alij in d.c.ex transmissa.

302 Amplia hanc conclusionem,nedum tempore durantis belli, sed etiam post, quia contra populum hostilitate destructum & bello, non currit præscriptio.Io.Frāc.Balb.in tract. de præscript.in 2.parte 6.partis. in 1.casu. quod hodie frequentissimum est.

Limita, quando tempore hostilitatis, vel postea,posset ire ad locū,in quo redditur ius cū saluo cōductu vel sine:quia tunc si nō moueat controuersiam aduersario intra triennium,curritei hæc triennalis præscriptio.Felin.in c.accedens.

dens.in 2.per illum tex. vt lite non contest. & d. c.ex transmissa. Aret. consil. 16. præsupponitur. col.2.Io.Franc.in d.2.parte sextæ partis princip. in prin. nec vani timoris esset aliqua excusatio. l.nec vani. ff.de reg.iur.

*Peste durante nō currit præscriptio.*

303 Idem in impedimento pestis, quia bonum est argumentum de bello ad pestem, cum pestis dicatur bellum inter deum & homines.Bar.in l. naturaliter.col.pen.ff.de vsuc.& in l.1.ff. de bon. poss. quæ ex test.mili.Alex.in l.fi.col.2.C.de test. & in l.2.§.si quis in iudicio. circa princ.ff. si quis cautio.& consil.30.ponderatis.col.2.& consil.81. reuocatur.col.2.in 5.volum.Panorm.in d. ca. ex transmissa.vbi etiam ampliat, licet reddatur ius in loco vbi grassatur pestis, si aduersarius erat absens propter timorem pestis,contra quam non valent medici,nec medicinæ. Paul.in l. si ab hostib.ff.sol.mat.tamen currit præscriptio,sed datur restitutio.Bar.in l.de ætate.ff.ad Treb.quam legit cum §.fi.l.recusare.de Ripa in tract.suo de peste, multa congerit pertinētia ad tempus pestis. vide ibi.quæ habuit à IoPræsuitello,qui antea ediderat tract.de peste.In hac tamen materia vix obtineretur restitutio, nisi liquidò probaretur impedimentum,& iustum.

304 Secundò, contra impeditum postulare propter pestem, vel præsentare intra tempus à iure præstitutum, non currit præscriptio, & sic non deuoluitur ius ad episcopum.Bal.cōsil.469. sanctissimæ recordationis.li.4. de Ripa in tract, de peste fol.27.versi.sed dubium.

*Infirmo nō currit tempus.*

305 Idem dicendum est si quisquam esset infirmus per triennium, & eo non posset agere, excusaretur, & non posset possidens triennio gaudere hoc beneficio, saltem ope restitutionis. arg.c.commissa.de elect.lib.6. nam qui detinentur ægritudine, non sunt abiiciendi, nec alij in locum eorum sunt consecrandi, nisi ex hac fuerint luce subtracti.c.pontifices.7.q.1.

Idem in absente causa reipublicę,nam interim non currit præscriptio:si tamen fuerit inchoata, curret, sed dabitur restitutio.l.1.ff.ex quib.causis maior.l.quod tempore.C.de resti.milit.

*Excōmunicato an currat præscriptio.*

306 Idem si fuerit iniustè excommunicatus, & non fuerit in mora petendi absolutionem. Bal. Fel.& alij in c.1. de præscr. nam qui facit vt non possit agere,posse videtur. l. qui potest facere.ff. de reg.iur.c.fi.de elect.l.sed & si.§.hęc clausula.ff. ex quib.cau.maior.gl.in c. quia diuersitatem. de concess.præb.licet ibi Pan. dicat præscriptionem currere contra excommunicatum iustè,quanuis non fuerit in mora petendi absolutionem: etsi contrarium teneat in c.cum inter.col.1.de excep. dicens actiones temporales extingui tempore contra excommunicatum, qui fuit in mora petendi absolutionem.

*Furioso an currat præscriptio.*

307 Idem in furioso effecto post collationem beneficij eidem factam, & antequam potuisset agere.Panor.in c.cum non liceat.col.3.nu. 10. de præscri.per gl.in l.2.C. de curat. furio. dicentem quod priuilegia & beneficia collata minoribus in præscriptionibus,& aliis,censentur collata furiosis.Et illam sing.dicit Barb.in consil.42.illud. col.5.in 1.vol.& Soci.consil.66.in 4.vol.Alex. in l.centurio.col.2.ff.de vulg.Ias.in l.tutor.§.1.de iureiu.Purpura.in l.1.col.2.de iurisd.omn.iud.

Et an minori detur restitutio post triennium, concludit gl.in verbo impedimenti.isto tit.quod sic,tamen restitutionem nunquam vidi concedi in Francia,si tamen propter minas quispiam non egerit intra triennium, poterit postea, vt expressè decidit Cassad.decisio.2.rub.de in integr.resti. Nam cum minor reputetur pro maiore in beneficialibus.c.fi.de iud.imputetur ei, qui non egit, nisi protestatus fuerit iuxta tex.quia pręscriptiones contra maiores currunt etiam contra minores.l.fin.C.in quib.caus.in integ. restitut. non est necess.vbi Bart.& alij doct.in c.constitutus.de in integ.restit.D.Gomes.quęst.15.nisi eidem ex magna succurreretur causa.l.1.ff.ex quib.caus.maio. vide quæ dixi supra,nu.177.in addi. *Restitutio an post triēnium concedatur.*

Vtrum hoc tempus triennale currat contra minorem, qui permisit suum possidere beneficium per triennium.Et concludit gl.in verb. impedimenti.quod contra minorem 14. annis ipso iure non currit tempus triennale,cōtra maiorem sic:sed datur restitutio, cum certet de damno vitando,& sit læsus,vtpote quia viuebat ex illo beneficio,& ex simplicitate non inquietauit possessorem.

Ego verò non subueniendum huic minori puto.tum quòd in beneficialibus censeatur maior,c.fi.de iud. in 6. tum etiam quòd hoc decretum generaliter loquatur. & constitutio generalis minores etiam liget.

Adhæc quòd duo spiritualia in eo concurrerent: primum,quòd minor haberet beneficium: secundum,quòd si illud perderet,illud posset recuperare,contra l.1.C.de dot.promiss.

Item beneficia essent in incerto, & incertum esset cuius essent,contra l.1.ff.de vsuc.

Item super impedimento tenetur protestari,& si non est protestatus,imputet sibi, quanuis Gomes.q.15.super hac reg.cancellariæ sequatur.glo. pragm.

Nec obstat doctrina Bar.in l.1.col.2.nu.5.ff.de cōdict.ex lege,vbi quando lex vetat ad commodum illius cui fieri aliquid vetatur, tunc ex illa lege non competit illi in fauorem cuius prohibitio facta fuit,nisi exceptio l.1.ff.ad Maced. & l.2. §.1. ff.ad Velleian. igitur ex isto text. de pacificis poss.tantùm acquiritur exceptio, non actio, per illa verba,nequeant molestari.Respond.quanuis per illa verba,nequeant molestari,non induceretur actio: tamen ex iudicis æquitate orietur ius agendi, per l.Aurelius.§.Sticho. ff.de libe. legatis.l.3.C.qui bonis cedere possunt: & hoc firmat Bar.in d.nu.5.Igitur cum iste possessor triennalis molestetur extra iudicium, forte quia aliquis retinet res,aut iura beneficij,ipse poterit agere:quia est verus administrator, & vis habens in beneficio,non ex illis verbis,nequeat molestari, sed ex aliis iuribus, quæ volunt vt beneficiatus possit agere,c.edoceri.cum similib.de rescrip.

308 Idem si facta collatione is à Turcis captus fuerit,vel incarceratus, & totum triennium non potuisset egredi. nam non computabitur ei tempus.l.2.& ibi.not.ff.si quis cautio.cap.significāte, *Captus à Turcis post triennium agit.*

de pignor.gl.in prag.in verbo impedimenti.eod. tit.vbi idem dicit in pupillo.

*Impeditus quando non excusetur.*

309 Idem in alio quocunque impedimento,vt hic, intellige tamen si impeditus non poterat remouere illud impedimentum,alioqui non excusaretur.c.fi.de elect.cap.2.& ibi Dec.in 4. not.de testib.c.cum sit Romana.de appel.vnde dicit Innoc.in c.ex transmissa. de præscript. quem refert Fel.ibi.& in d.c.1. eod.tit. quod non sufficit allegare impedimentum, nisi doceatur de diligentia adhibita,vt impedimentum vel non eueniret,vel non obstaret.

*Impeditus protestari debet.*

310 Debet etiã impeditus protestari, aliàs post trienniũ non ageret,vt dicit hic tex.& tex.in c.fi. de appel.vbi Philip.dicit esse optimam cautelam ad euitandas opiniones, protestari in omni casu de impedimento,& quod per eum nõ stetit, nec stat.cap.sciscitatus.vers.dummodo.de rescri.cap. pastoralis.ibi, quas non fuerint protestati. de exceptio.glo.in cap.cupientes.§. quod si per viginti.in verbo,proposita.de electio. in 6. & in c. plerunq; de rescr.multa congerit Feli.in d.c.ex trãsmissa.col.2.& sequen.versic.dum subdit abbas & doct.in d.cap.plerunque.& cap.cum M. de constit. Et an protestatio debeat fieri in scriptis. vide in cap.cupientes.in d.glo.proposita,Bartol.Ias.& alios in l. non solum.§. morte. ff. de noui operis nunc.& doct.in d.cap.cum M. Et qualiter possit probari impedimentum,tradit Bal.in l.1.C.de dila.Præposi.in c,ex ratione.col.5.de appel.Alex.in l.2.§.quod diximus.ff.si quis caut. dixi plenè in practi.mea rub.de exoniis.gl.2. & in rub. de collat.§.1.glo.impedimento.in concord.& istius impedimẽti protestatio debet si possit intimari possessori beneficij ante trienniũ,vt hic dicit text. & debet in hac intimatione seruari cõcil. Viennen. descriptum in cle.causam.de elect.quia sicut propositum in mente retentum nihil operatur. l.si repeteuti. C. de condict. ob caus. dator. ita ista protestatio, quam alius ignorat ante intimationem, nihil debet operari in præiudicium ignorantis.Dec.in c.cum M.col.7.versic.2.conclusio. de constit.c.cumana.& ibi Panor.de elect.multa possem hic de impedimento inserere, quæ ne in longum protraham missa facio.

Primò, fallit quando is,qui habet protestari, esset per triennium incarceratus, vel vi ab hostibus detentus, seu valetudine aduersa, tunc licet non fuerit protestatus,quia non valuit, agere tamen poterit,cum ista constitutio ad impossibile non velit nos obligare, nam lex possibilis esse debet.ca.erit autem lex.4.dist.not. doct.in cap.1. quod met.caus.do. Gomes.hoc expressè decidit. q.57.vbi supra.

*Triennium quando prorogari possit.*

Secundò,fallit secundum eum, quando fieret prorogatio istius temporis antequam lapsum esset triennium propter bellum,vel aliud iustum impedimentum, impetrando in hoc regno literas regias, vt prorogaretur triennium ad vnum annum,vel ad aliud tempus visis bullis,& impedimentis:& hęc esset noua practica,& sic consului cuidam,qui regis legatione fungebatur,vt faceret sibi prorogare triennium,quia erat impeditus agere,& obtinuit literas regias,licet quia aliç in hoc regno non impetrantur: ego tamen vellem & à papa & à rege impetrare,quia concordata ab illis edita sunt,& titulus beneficij à papa,& non à rege datur.

*Resignatio non potest admitti ab alio quàm ab episcopo.*

311 Vigesimò,fallit si resignatio beneficij fuerit facta in manibus inferioris episcopo, & per eum admissa, & pars cui fuit collatum illud beneficium resignatum possederit per triennium, non enim iuuabitur hoc decreto,quia hæc renunciatio & admissio factę coram alio inferiore episcopo,sunt nullæ.c.admonet.& ibi not.& c.quod in dubiis.de renunc.ca.quæsitum.de rerum permu. nisi episcopus ratam illam admissionem habuerit, & collationem: ideo actus dictæ collationis & admissionis nec quo ad possessionem acquirendam,nec retinendam,seu continuandam,nec quo ad præscriptionem inducendam, vel complendam iuuare potest. ita expressè tenet de Bellamera in consil.10. factum est tale. in 7. dubio. quia quod de iure nullũ est,non potest aliquem operari effectum,nec potest dici coloratũ. Host. in c.olim.de except.dici plenè in repe.l.quod iussit.no.2.in 4.limi.ff. de re iud. Idem in permutatione, quæ ab inferiore episcopo non potest approbari,nec coram eo fieri.c.quęsitum.vbi doct. de rerum permu.nisi hoc haberent ex priuilegio. per gl.sing.in verb.proprij.cle.1.de reb.eccle.non alien.vbi addidi. Et an capitulum sede vacante possit admittere resignationẽ mortuo episcopo, quod sic probat Io.Francis.in tract.de offi.& potestate cap.sede vac.in 2.q.secundæ partis versic. quæro an capitulum, &c. vide ibidem.& extrauag.execrabilis.§.cæterum. & ibi glos.de præb.in extrauag.Io.22.

*Permutatio ab inferiore episcopo approbari nõ potest.*

Aliæque multę reperiũtur limitationes, & casus excepti,quanuis do.Igneus in repe.l.necessarios.§.non aliàs.nu.284.ff.de senatusc.Silla. dicat non inueniri,nisi tres casus,& nõ licere vltra extendere,sed non dicitur extendi quod ex mente elicitur.l.nominis.ff.de verb.signi. & supra dixi. Imò si quis possessor post triennium cõfiteretur iniustum esse titulum suum, nõ prodesset ei hoc remedium.Gomes.q.36.super hac regula istud firmat,dixi in repet.l.quod iussit.in 2.no.ff.de re iu.

*Per requisitionem, an dicatur papa præueniri.*

312 Et an capitulum possit requiri vacãte sede, dixi in §.si quis verò.in gl.disposuerit.circa fi. de colla.Et an per illam requisitionẽ pręueniri possit papa? adeo quòd si nominatus vel graduatus requisiuerit capitulũ, quod recusauit cõferre,demum aliquis collationem obtinet à papa: nominatus,qui primo requisiuit,etiam obtinuit collationem à metropolitano post papę collationem, vter pręferatur?resp. nominatus, quia capitulum potuit conferre postquam collatio erat necessaria.cap.2. ne sede vacante.

Item plena est ordinatio, & in propriis terminis ad hoc edita per Ludouicum XII. artic. 14.inter publicatas,anno 1512.quæ est in rub. *des preuentions apostoliques*, contra quam iudices regij iudicare non debent alioqui essent periuri, & sic suis officiis saltem priuandi,cum in principio iurent iudicare secundum regis ordinationes, vt patet in rub. *des sermens*, artic. 3. & in auth. iusiurand.quod præsta.ab his.itẽ nec iudices à papa dati,

dari, cum prohibeatur eis iudicare contra concord.§.1.de firma & irreuoc.concor.stabili.ibi, & sic per quoscunque iudices,&c.& ista sunt etiam in concordatis statuta.ergo secundũ ea debet iudicari.Secundò, probatur quòd ista sunt in concordatis statuta,per §.declarantes.de mandat.vbi declarat papam velle conferre liberè beneficia quomodocunque qualificata iure præuentionis, ergo alio iure non vult conferre, sed quando nominatus requisiuit beneficium sibi conferri. præuenit papam:igitur papa non poterit conferre iure præuentionis,neque in præiudicium nominati vel nominatorum, qui requisiuerũt,cum tantùm præuentionem sibi retinuerit,& non potest dici præuenire, quando nominatus requisiuit,vt infra patebit.

*Præuenire quando quis dicatur.*

Tertiò, bonum est argumentum ab allusione vocabuli.l.2.§.appellata.ff.si cert.peta.sed præuenire dicitur ante venire, ergo quando nominatus ante venit ad ordinarium, quàm alius ad papam, papa dicitur præuentus, & non poterit conferre iure præuentionis amplius, nec alio iure in præiudicium illius qui iure requisiuit: quia cum ipse papa sit cultor & auctor iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri, nec ipse vult facere.c.vno.de alien.feud. Item si papa tibi conferat beneficium, quod ordinarius mihi absenti contulerat, non valebit papæ collatio tanquam præuentus, licet ante acceptationem ius mihi non sit acquisitum,vt meum dici possit. c.si tibi. de præb.in 6. & quia per suam collationem non intendebat excludere collationem factam,sed faciendam.c.audita.de restit.spol.sic expresse concludit Collect.in c.fi.col.2. de sortileg. sic nec papa intendebat cõferre beneficium iam affectum,cum id non expresserit.

Quartò,non refragatur si dicatur præuentionem per collationem fieri,ergo ante non dicitur. Respondeo: etiam per requisitionem & petitionem præuentionem fieri in iudicialibus, si alter ex reis credendi petat, adeo præuenit, vt alteri non possit fieri solutio.l.ex duobus,& ibi Bart.& Imol.ff.de duobus reis.& in iurisdictione voluntaria per interpellationem præuenitur & præoccupatur iurisdictio.l.1.& 2.ff.de offic.procon.Ias. in l.si pluribus.nume.25.ff.de leg. 1. Et quòd per requisitionem nominati affectum sit beneficium & ei debeatur,declarat text.in §. teneantur. in fi. de colla. Et si papa voluisset præferri post requisitionem,dixisset,iure prælationis volumus conferre.in d. §. declarantes. vel iure præuentionis collationis. Sed simpliciter dixit iure pręuentionis, ergo quomodocunque sit præuentus, non intendit papa conferre, & petitio seu requisitio nominati vel graduati præuenit, & adeo afficit beneficium, vt ordinarius postea non qualificato minimè possit conferre, non tamen afficit alios qualicatos,quo minus requirere possint,& requisitione facta ordinarius potest gratificare vnum ex expectantibus graduatis, in mensibus illis pręstitutis.l.cum quidam.in 2.& ibi Pau.col. vlt.ff.de leg.2.

Quintò, dolus non debet alicui prodesse.l.si legatarius,cum similibus. ff. de dolo.sed episcopus post requisitionẽ vel ante mitteret Romám, vt haberet collationẽ à papa pro suo nepote antequam nominatus veniret ad superiorem, & sic cum suo dolo lucraretur, item daretur materia delinquendi, quam totis neruis iura propulsant. l.conuenire.ff.de pact.dota.nam semper pro magnis beneficiis collator mitteret cursorem ad papam, & interim alliceret nominatum, & verbis remoraretur illum, vt non adiret superiorem, & sic excluderet eum: quod summopere debent tollere senatus Franciæ,& huic cautelæ obuiare.

Sextò, conditio debet haberi pro impleta, quando non stat per eum, qui illam implere debet.l. in iure ciuili. ff. de condit. & demonst. sic & collatio debet haberi pro facta à die requisitionis,postquam non stetit per nominatum, ne malitia vnius noceat alteri.nam si prima die requisitionis bonam fidem agnouisset collator, eidem requirenti contulisset, & sic præuenisset papam etiam in conferendo. sic etiam dicitur præuenire in requirendo, quia papa voluit tollere negligentiam ordinariorum non conferentium, & nominatorum non requirentium, ideo sibi ius præuentionis retinuit non prælationis.

Septimò, si aliud diceretur, libertas & facultas conferendi beneficia ordinariis adimeretur, & concordatum in fauorem regni & regnicolarum editum in odium illorum retorqueretur, & res nummariæ Galliæ exhaurirentur, contra ea quæ dicuntur in proœ. concor. quia si primus collator & secundus non cõferrent, semper papa præueniret. nam aliquando audiui quod nepos habebat episcopatum, & patruus archiepiscopatum.si nepos episcopus recusabat, archiepiscopus nunquam iure deuoluto conferebat,interim illa beneficia per phas & nephas obtinebant,qui abusus per senatum deberet reformari, & requirenti possessorium adiudicari, licet primam collationem non habuerit.

Octauò,non me mouet c.vltimum.de conces. præbend. in 6. quia loquitur in gratia papæ, seu prædecessoris,quam potest successor facilè reuocare, etiam si beneficium fuerit acceptatum per expectantem apostolicum,quia prædecessor non potuit legem imponere successori, vt plenè dixi in præfat.ad rub.de collat.in concord. sed in nominationibus secus est,quas papa non concedit, nec prędecessor,ergo nec solus eas reuocare poterit. vt dico in q. vlt.tract. nomi. eas reuocaret saltem quo ad illud beneficium, & sic quo ad partem,si post requisitionem conferret,ergo non potest, & sic cessat illud quod dicit Imola in cap.inter cætera. col. tertia de præben. Et Felin. in cap.capitulum. versic. de duabus. de rescrip. numero 16. quod post acceptationem apostolici potest papa conferre,quia hoc verum, vt dixi, in expectante apostolico, & de iure antiquo. secus per concordata, postquam papa ius tantum præuentionis retinuit, nisi conferret insequendo tenorem concordatorum. vt scripsi in §.statuimus in glos. gratificare. de collat.in concord.


Vltimò, quando quæstio est dubia in iure canonico, & est planè decisa per ius ciuile, tunc statur illi decisioni factæ per ius ciuile, etiam in foro canonico, vel econtrario. c. Raynutius. & ibi doct. de testa. sed de iure est dubium an appellatione præuentionis veniat simplex requisitio, ergo stabimus declarationi factæ per ordinationem regiam, etiam in curiis ecclesiasticis. quod est notandum. Alia missa facio, ne sim prolixus, alibi plena manu scribam. hæc tamen interim non sunt contemnenda. Alia dixi in d. gloss. iure præuentionis. si tramen quis velit alia videre, recurrat ad glo. pragm. sanctio. ne eas hic transcribam, sicut quidam putant me facere, & nil vltra scribere. hoc tamen ex suprascriptis satis superque dignoscetur.

Hìc sistere calamum, & receptui canere ordinariæ iubent lectiones nostræ, quas, & adagio dictante ordinem deserere, & si multis obrutus sum negotiis, nolui vtilitatem publicam alternis horis, vel scribendo, vel interpretando, pluris faciens, quàm priuatam, quæ mihi contemptui fuit, vt hęc breui (quasi Glauci ars) congesta fuissent, & commodum nostris afferre possent: quod futurum spero. & quia dicitur primæ ad Thessalo. 5. c. In omnibus gratias agite. Igitur agam Deo Opti. Max. eiusq; Virgini matri, & omnibus cœlicolis immensas gratias in sempiternū. Amen.



*TRACTATVS*

# DE REPROBATIONIBVS ET SALVATIONIBVS, SEV EXCVSATIONIBVS TESTIVM, AVTHORE Domino Petro Rebuffo, Iuris vtriusque Doctore, ac Comite.

1 


PRIMVM omniū præmittendum est, quòd testis dicitur reprobari, quando repellitur à testimonio. ca. testimoniū. ibi, meritò reprobatur. de testi. & c. prę terea. de testi. cog. c. presentiā. §. testes. il lo tit in 6. l. Lucius. ff. de his qui notan. infa. §. pater. in fi. Instit. de testamen. Vel reprobatur testis eo ipso quòd iudex contra eum iudicat. glos. in verb. reprobasse. in c. saborta. de re iudicata sed non sic in hac materia accipitur. Nam omnes ad testimonium regulariter admittuntur, nisi sint prohibiti. l. 1. ff. de testib. Doct. in rubr. de testib. in decretalib. & Hostiensis ibi, in sua Summa, & infrà dicetur: nisi aliquibus iustè interdictum sit. ff. eod. l. Scio.

2 Secundò præmittendum est, quòd reprobatio testis super quandam ignominiam, licèt de iure reiecti testes non sint infames. tex. in cap. 2. in fine. de ordin. cognit. vbi sic scribitur: Testes etiam, quorum testimonium reprobatur, inter infames, quasi ex falso testimonio non habentur. Facit l. Lucius. ff. de infam. glo. in ca. cùm tu. de testib. Etiam quandam naturam criminis sapit. Oldra. consil. 32. Allegationes. col. 2. Nam ferre testimonium dignitas est. cap. præceptum. 32. quæst. 5. Ideo non debet nisi vera fuerit, reprobatio opponi. argum. l. Si verò. ff. qui satisd. cogant. Est quædam nauicula, quæ ducit indicium ad portum. probationes enim sunt vehiculum ad sententiam proferendam: & in his stat pondus totius litis, & exitus controuersiæ. Bal. in ca. quia propter. col. 5. in fi. num. 23. de elect. & alibi idem Bal. in c. cùm causam. col. 2. de probat. ait, quòd intellectus informatur rationibus quæ sunt eius nerui, & ossa indiciorum sunt probationes: & caro eius, est materia super qua: & sanguis est veritas: & caput est iudex: & pedes sunt executio. Et anima processuum consistit in probationibus. Berbe. in viatorio iuris, rubri. de proba. in 4. parte. Et sicut temone regitur nauis, ita processus testibus, & probationibus: sine quibus processus erit, tanquam nauis sine remis, & tanquam corpus sine anima. quod intellige, quādo reprobatio fuit probata: aliàs non sapit ignominiam. vt d. l. Lucius. & glo. in cap. super eo. de. elect. cap. 1. de excep. & possunt probari hæ obiectiones etiam post mortem testium. l. finali. C. de testibus. Et si opponens crimen contra testes, non probet crimen oppositum, actione iniuriarum conueniri poterit, vt doctores scribunt in ca. fin. de iniuriis. & l. fin. quod quisque iuris. Iason in l. non solum. §. morte. num. 47. ff. de no. oper. nuntia. & in repet. l. admonendi. num. 14. de iureiuran. Tamen de consuetudine non tenetur, quando protestatus in reprobationibus fuit, quòd non animo iuiuriandi ista profert, vt solent facere cauti pragmatici, vt docet Guido Papæ in statut. Si quis literas. col. 15. & Ioan. Masuer. in Pract. tit. de iniur. versic. Item si aliquis. & Boer. in consil. post consuetud. Biturig. posito, incipient. Si quis animo. Et Aufrer. in decisio. 409. Ego putarem partem puniendam, qui contra consiliarium, doctorem, vel contra alium bonæ opinionis virum obiiceret crimen magnum, si illud non probaret, glo. in cap. 1. in fin. de elect. in 6. Barbat. in cap. testimonium

stimonium.de testib. Alioqui dari posset occasio diffamandi aliquem.& Anto. in addit. ad Vbertum de Bonacurso, tit. Quibus modis suo nom. ciuiliter agentes vers. repelluntur quoque. dicit, se Tholosæ in Parlamento contra multos testes, pro ipsis reportasse sententiam, vt scripsi in tractatu de exceptionib. in 3. diuisione.

3 Tertiò præmittēdum est quod ea, quę opponuntur contra testes debent speciatim opponi,& sigillatim: alioqui non repellitur testis. tex. in c. præsentium. §. testes de testib. in 6. Bart. in l. 1. in fi. C. de testa.& ibi Bald. 2. q. Roma. consil. 290. in casu. Decius in cap. 1. num. 2. de testib. & sic non sufficit dicere quod testis sit infamis, vel periurus: nisi dicatur causa. Marc. Anton. Bauer. in §. sed cum aliquis. col. 2. institu. de testam. ideo si quis opponat contra aliquem dicentem eum esse suum inimicum, si non exprimat genera inimicitiæ, debet succumbere. Bald. in l. si quis testibus. col. penul. C. de testib. tex. iūncta glo. in verbo, circunstantiarum. cleme. constitutionem. de elect. reprobationes tamen testium traditæ. generaliter contra omnes testes admitti debent,& super his reprobationibus audiri debent testes. Ita fuit conclusum anno 1507. & die septima Augusti,& anno 1509. die vltima eiusdem mensis. Limita quando sigillatim probasset pars illud, quod in genere excepit contra testem: quia tunc etiam sufficiet per gl. not. in l. 1. §. si quis argentum. ff. depositi. & in l. idem Pomponius scribit. in fi. de rei vend. Nam licet libellus incertus non debeat admitti. l. si in rem. ff. de rei vend. l. 1. de edend. cap. 1. de libel. obla. tamen si postmodum sequatur probatio certa, talis libellus sustinebitur. Innoc. in ca. cum dilectus. col. 1. de ordine cognit. sequitur Angel. in tracta. de malefic. in glo. & ad hoc colloquium. versic. quid autem si accusator. Et Ias. in §. sed istæ. nume. 73. institu. de actio. vide plenè Barba. in repe. ca. testimonium. col. 10. vers. sed vtilis. nu. 32. cum seq. de testib. Tamen non requiritur expresio diei & horæ, dum tamen modo annus & mensis exprimātur, nisi dies & hora essent de substantia materiæ. glos. & doct. in l. in causis. C. de accusa.& ita fuit bis iudicatum in supremo Burdegal. senatu, teste Boer. in suis decisio. q. 321. Quæro, an obiectum.

4 Quartò est sciendum, quod conditio testis debet inspici secundum tempus actus,& iuramenti. l. Ad testium. §. conditionem. ff. de testam. Bauer. in §. sed cum aliquis. col. 2. de testa. in inst. Bald. in cap. 2. de testib. & Panor. in c. testimonium. col. 4. nume. 5. illo tit. l. si arbiter. C. de sententiis & interlocutionibus om. iudic. l. 1. & ibi Ias. col. 4. de testa. debet inspici tempus iuramenti, tanquam fundamentum,& depositionis tempus, tanquam declarationis. Bald. in cap. dudum. 2. col. 2. de electio.& in marga. in verbo, testis. q. 46. Alb. in 4. parte statu. quęst. 71. Alex. consi. 78. in causa. col. 2.& consil. 133. viso processu. col. 1. in 1. volum.& consil. 149. viso. in 5. volu. & consil. 197. visis. col. 3. num. 4. in 7. volum. Quod intellige, nisi conditio testis medio tempore sit mutata, vt cum esset famæ bonæ, sit factus infamis: vel de amico, inimicus: quia tunc non possunt contrariæ qualitates,& oppositæ diuersitates simul iungi per aliquam fictionem. l. 3. §. duç. ff. de carb. edict. l. si mater. C. Ne de sta. defunct. Bald. in c. quoniam contra. col. 3. versi. item nota in verbo.&c. de proba. & l. furti. §. 1. col. vlt. ff. de his, qui notant. infam. ideo in teste duo tempora considerantur, tempus iuramenti,& depositionis. ita quòd si illis duobus temporibus sit habilis, quamuis medio tempore sit effectus inhabilis, non consideratur. Bal. in l. si vero. 9. fi. de testa. mili. ff.& licet iuramentum firmet dictum testis, fallit, nisi conditio fuerit mutata, vt supradictum extitit. Barba. in consil. 47. præclarè. col. 4. in 2. vol. Alber. in tracta. de testib. versic. quando testes repellantur ratione criminis, vel infamiæ, circa finem. vbi dicit quo ad solēnitatem requiri tantum tempus iuramenti. glo. in clem. 1. de offic. delega. secus in his, quæ concernunt fidem testis, quia tunc duo tempora inspiciuntur. Ideo opponitur inepte, si dicatur, quod testes nō sunt omni exceptione maiores, vel sunt infames, quia verbum sunt, denotat tempus pręsens. l. cùm stipulamur.& l. colono. ff. de verb. oblig.& l. si ita. ff. de auro & arg. lega. ideo potest esse, quod nunc tales sunt: & tamen tempore depositionis & iuramenti non erant infames, vel aliàs inhabiles. Ias. in d. l. 1. C. de testa. quod non procedit si inhabilitas venerit culpa partis, quia tunc deponere peterit, vt si verberauerit testem, ne deponeret. l. 1. §. præterea. ff. de quæst. Specu. in titu. de teste. §. 1. versic. quod si testis erat &c.

5 Quintò, quædam opponuntur contra personas testium, aliqua contra eorum dicta, alia contra personas & dicta simul. Cōtra personas tunc opponitur, quando opposita personam tangunt: vt si opponatur quòd aliquis est excommunicatus,& infamis,& similia, id genus. cap. 1. & cap. vt circa. de elect. clemen. Constitutionem. illo titulo. & vocantur obiectus,& reprobatio personæ facta ex causa, quæ habet inficere personam: vt pote quòd est falsarius, periurus,& similia: habet etiam inficere dicta, aliàs non. glo.& doct. in c. si quid veri. 37. dis.& in c. fraternitatis. de hæretic.

Secundò opponitur contra dicta: vt quia sunt sibiipsi contrarij. l. eos.& ibi Bart. ff. de fal. varij & singulares. c. Bonę. de elect.& infra dicetur: & ista vocantur contradicta propriè. Et ex his intelligitur, quando opponitur contra personas & dicta simul: quia cognitis simplicibus mixtum facilè cognoscitur l. 2. vt doct. ff. de verb. oblig.

6 Sextò, contra testes non admittitur reprobatio in summariis. docto. in c. veniens. 2. de testib. Hippolytus in rubri. de proba. fol. 50.& seq. quando præiudicium est reparabile, aliàs secus. Bar. in extrauag. Ad reprimēdum. in verbo, figura. versi. sed an publicatio. Nec in causa appellationis, si non fuerit in prima causa opposita,& probata, etiam si in causa principali pars fuerit protestata, saluans sibi licere exceptiones illas opponere in causa appellationis. Aret. in cap. ex parte A. nu. 29. de testib. Tum quia non est in potestate partis protestari contra ius. c. inter. de fide instru. l. edita.& ibi docto. C. de eden. Tum etiam, quia negligentia protestanti debet esse damnosa. Et

quia causa appellationis, alia causa censetur.nota.in c. venientes. de iureiurand. Aliqui intelligunt verum esse,quando iudicium esset summarium , quo ad legitimationem personæ in iudicio : secus si alio modo iudicium esset summarium, quia tunc potest reprobatio tam contra personas testium, quàm contra dicta dari : quia reprobatio,quæ est defensio,non debet denegari. Bart.vbi suprà.& Anto.in c.veniens.de testib.refert Matthæ.de Afflictis in decis. Neapol.351. Bis fuit,&c. vbi plus dicit,posse etiam super attentatis reprobatio cõtra testes opponi.per tex. in c.1. de appellat.vbi si per idoneas personas probetur de attentatis , fiet reuocatio. Ergo si testes non sunt idonei, non fiet reuocatio. Ideo admitti debet allegatio quòd testes non sunt idonei & probatio,quod est notandum.

7 Septimò, edictum de testibus est prohibitorium: quia certę personæ prohibentur,& omnes regulariter permittuntur testificari; nisi iure prohibeantur.l.1.2.& seq.de testib.gl.in l.Quoniã.C. de hæretic. Hostiens.in summa de testib.§. Quis posit.in prin.gl.in l.2.de testib.Io.Monach.in c. fin.de testib.in 6.Ias.in l.cætera.col.1.ff. de legat.1. in 2.not.Sic dicitur in edicto de testamen. Omnes enim regulariter testari possunt , nisi prohibeantur.l. si quæramus.de testa. & omnes legata relinquere,nisi prohibeantur.glos.in §. legati.institu.de lega.& matrimonium contrahere.l.Cum apud.de sponsal.Idem in edicto de procuratoribus.l.Mutus.§.1.ff.de procurat.Calde. consil.1.de præbendis.

8 Octauò , probationes reprobatoriæ debent esse manifestæ. text.& ibi gloss. in §.item verborum.insti.de inutil.stipula.Ioan.de Anania cõsil. 97.in causa col.2.& duo testes ad minimum requiruntur ad reprobãdum vnum.c. præsentium vbi nota. de testib.in 6.hoc expresè tradit Bald. consi.492.Quidam testes.in 5.vol.

9 Nonò,testium dicta non sunt cauillanda:sed potius adiuuanda. Bal.in l.de quibus in fin.ff.de legib.& c.Cùm dilectus.col.penul.de consue.l.2. C.de tempo.appel.& c.præterea.colum.1.in fi.de testib.doct.in l.1.ff.si cert.peta. Alexan.consil.5.in casu.col.vlt.in 1.volu.& consil.149. viso.col.2.in fin.vol.5. Decius consi.342.in causa.nu.5.Et sunt ad bonum intellectum interpretanda. Bald.in c. causam. col.vlt. de rescript. Et probationes non sunt auarè interpretandæ : sed naturali discretione.Bald.consi.489.quia.in volu.2. Item dicta testium non recipiunt interpretationẽ extraneam, nec transgredientem terminos suos. Bald. in c.1. col.4.num.16.de consti. approbat Iason.in l. si fideiussor.§. si necessaria.1.not.ff.qui satisd.cogan. Sed ex bono & æquo interpretari debent. Bald. in c.cum causam.nu.20.de testib.Et beniguè interpretari debent. Decius in c.tertio loco. col.4. de proba.Et in dubio interpretanda sunt testium dicta contra producentem:quia præuidere poterat.Bal.in marga.in verbo,testis. q.97.plenè Lucas de Penna in l.Velleia.colum.2. C. de vestib. olober.lib.11. Et ratio debet adaptari ad id quod testis dicit se scire,& non est cauillanda. Bald.in l.2.col.1.C.de tempor.appella. Decius consil.1.in causa.col. 1. Et quando intelligimus quod testes volunt dicere, non curamus an propriè , vel impropriè loquantur.Decius consil.272. Viso processu.col.2. Nam putare non debemus in verbis scripturarum esse euangelium : sed in sensu & medula veritatis.cap.Marchion.1.q.1. Quia dum plerunque proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur.c.propterea.de verb.sign.

10 Decimò, accusatio, ordo, & testimonium, pari passu ambulant:& quicunque non admittitur ad vnum,nec ad reliquum. glo.in cap.si quis episcopus.in fin.1.q.1.& cap. ipsi Apostoli.2.q.7. & in testimonio & accusatione sic cõcludit text. in cap.testes.3.q.9.& in cap. testes.4.q.3. & gloss. ibi in summa.& in cap.fi.2.q. 4. Et in accusationibus non præsumitur quis dignus , nisi probetur. Sic nec in testibus. Ideo & testium fides est diligenter examinanda.l.testium.ff.de testib. c. si testes.§.item testium.4.q.3.

11 Vndecimò,præmittendum est,quòd licet testes clarè probent secundum verba quæ protulerunt:iudex tamẽ potest,si sibi videatur, eis non adhibere fidem.Barto.in l.Lucius.in fin.ff.de his qui notan.infa.per l.3.§.Tu magis.ff. de testibus. Et pari ratione si testes non planè probent, ex aliis coniecturis & præsumptionibus , poterit fidem adhibere,& an sit probatum, ex mero iudidicis arbitrio pendet. Paul.in l.admonendi. col. penul.ff.de iureiurand. Quem refert Dec.consil. 233.viso.nu.6.& consil.274.viso.col.pen.& consil.550.in causa.col.1.& consil.752. viso consilio. col.2.& consil.448. Vis tota.col.3.& consil.995. Pro resolutione.col.vlt.& consil.seq.Francisqui. Curtius consil.178.Sacratissime.in prin. Consulit tamen idem Bart.ibidem, quòd iudex hoc faciat ex causa,quã exprimat in processu:ne postea posit tempore syndicatus conueniri. Hippolyt. consil.1.nu.72. & sequen. Ego putarem iudicem teneri credere testibus, nisi à parte sint reprobati, aliàs faceret litem suam.quia non debet supplere in his , quæ facti sunt.l.vna.C.vt quæ desunt aduoca.part.Vnde dicit pulchrè Innoc.in cap.quoniam contra.nu.5.de probat.quòd quando iudex videt testem , id temporis quo deponit , mutare colorem,vel timidè loqui,debet hoc in actis scribere : vt si postea non adhibeat fidem illis testibus,quòd hoc sciat iudex appellationis.Huic dicto astipulatur Bal. in l.1.§.si curatores.ff.de magistra.conuenien.& Iacob.in l.1.not.2.de testib.

Item facit quod dicit Bald.in l.cùm magistratus.C.quando prouocare non est necesse:vbi dicit illud esse notatu dignum, quòd quãdo testes sunt pares,tunc iudex potest, per animi sui motum, adhærere alteris testibus , & alios relinquere, damnum in actis faciat inseri causam suæ adhęsionis,& sic intelligit not. in l. duo iudices. ff. de re iudic.Barba.consi.25.Clementissimum.col. 3.in 4.vol.& consi.75.sapienter.col.3.in eo.vol.

Præterea, posito quòd testes clarè probent secundum verba:poterit tamen iudex eis non adhibere fidem.debet tamen ex causa hoc facere,& illam in actis inscribere , nè postea in syndicatu puniri posit.vel si appelletur,hoc iudex appellationis notum habeat.Barto.in l.Lucius. ff.de his, qui not.

qui not.infa.sequitur Barba.consi.25.col.3.vol.4. & Feli.in cap.sicut.col.8.nu.16. vers. vndecimus casus.de re iud.& Iacob.1.in l.ob carmen. §. fi.ff. de testib.col.1.Ias.in l.si is,ad quem.col. penul ff. de acquirend.hered.vbi idem dicit in instrumentis,vt iudex non teneatur eis fidem adhibere. per cap.suborta.de re iud.

12 Duodecimò, præmittendũ quod iudex debet statim admittere exceptiones,quæ contra testes opponuntur,aliàs grauaret partem,quæ posset appellare.text.in c.ex parte A.de testibus. vbi plenè doct.dicunt esse arbitrarium iudici probationes statim recipere exceptiones, quæ contra testes obiiciuntur:vel reseruare ad tempus disputationem, & de hoc non potest pars conqueri, cùm non sit grauata.In dubio tamen debet reseruare probandas tempore & loco.Nam probatio prius esse debet, quàm reprobatio. facit cap.1.de except.gloss.in c.cum contingat.in verb.nihilominus. de officio delega. & not. in auth.si testis. C.de testibus.l.ille à quo.§.si de testamento.ff.ad Trebel.Decius in cap.interposita.in princip.col. vlt.versic.Tertiò similiter,&c.de appella.

Fallit quãdo pars incontinenti se offerret probaturam exceptiones oppositas.quia modo constat, modo agatur.not. in auth.qua in prouincia. C.vbi de crimine agi opor.Felin.in d. c. ex parte A.col.penult.

Secundò fallit quando iudex sciret calumniosè proponi.c.licet de probat.

Tertiò,quando producitur is,qui in criminali causam contra me habet.§.si verò seruilis.in fi. in auth.de testib.colla.7.

Quartò nisi publicum & notorium esset crimen,vt concubinatus.d.c.ex parte A.de testib.& ibi docto.

Quintò fallit in aliis casibus à iure expressis, in quibus non potest iudex reseruare exceptiones:quia ius insequi debet.authen.iusiuran.quod præst.ab his.collat.2. §. 1. Et in quibus casibus fit reseruatio probationum, si probentur exceptiones legitimæ contra testes, depositis illorum testium nec quidem facit iudicium. tex.in dict.§.si verò.ibi, eius testimonium ac si nũquam factum fuerit,ita fit in authen.de testib. Et hoc ex ratione protestationis, quam pars fecit: secus si non fuerit protestata.Bart.in l.Maritus.ff.de quæst.

13 Decimotertiò, si testes inhabiles producantur, iudex ex officio suo, etiam parte non petente,repellere eos tenetur. glo.not.in l.1.§.si præses. versic. si curatores. in verb. de nominibus. ff. de magistra.argu.l.quos prohibet.ff.de postulando. & sequitur Innocen.in cap.intimauit. de testib.& Corset. in singula. incip. testis. Si testes inhabiles &c.per gloss.singularem in c.Quęrendum.2. quęst.7.vnde dicit Bald.in d.§.si curatores. quia si iudex nõ habeat notam conditionem testium, debebit mittere secrete ad loca, in quibus morantur,& inquirere secretè de conditione, & moribus eorum, vt sciat quibus testibus credere debeat.per l.3.§. tu magis. ff. de testib. & in hac inquisitione pars non erit citanda. Bald. in cap.testimonium col.2.& sequent.de testib. Et hoc in criminalibus maximè dicit procedere.Quod intellige verum, quando essent omnino inhabiles: vtpote infames, hæretici, vel simili inhabilitate notati : secus si non erant omnino inhabiles, sed ex consensu partium tacito habilitari poterant,vt domestici, proxenetæ,& similes. gloss.in authen.de testibus.§.quoniam. collat. 7. & idem quando testes repelluntur non odio ipsorum, sed in fauorem partis suæ, tunc non opponente parte iudex eos non repellet.cap. præsentium.de testib. ideo licet constet ex actis testem productum fuisse proxenetã, vel talem qui posset parte petente repelli : tamen iudex illum non repellet: sed eidem fidem adhibebit. Anto. & Innoc. in cap.cum dilectus.de consuetud. Feli.in dict.c. intimauit.de testib.vide plenè Barba.post Anch. in d.c.testimonium.not.2.ibidem.

Hodie tam in ciuilibus,quàm in criminalibus iudex nullos testes repellere, solet, nisi instaret pars, aut procurator regius, & hoc in Franciæ Regno : alioqui condemnari posset tanquam priuatam gerens personam. Nam si pars adprobet,quod ad iudicem, dicit Vlpianus in l.1. inde quæritur. ff. de noui oper. nuncia. in criminalibus posset iuuare innocentiam rei : sed procuret hoc fieri per reum, vel consangnineum suum, ne ipse fauere videatur. Ideo solet iudex hodie interrogare testem de conditione eius, quæ turpitudinem non detegit, an sit domesticus, familiaris,consanguineus:an vellet partem producentem eum obtinere. Sed vbi interrogatio detegeret turpitudinem testis, non debet illum iudex interrogare, nec ille tenetũr respondere, scilicet an sit vsurarius, homicida, vel alius scelestus, vt docet Bart.in l.3.ff.de testib. Felin. in c.nulli.col. 2.de accusa.Ias.& alij in l.1. de offic. assesso. ff. & hoc iure vtimur in curiis Franciæ.

14 Decimoquartò, in testibus requiritur intellectus. Bald. in cap.1.de offic.deleg. in 6. intellectus autem est oculus animæ discernens verum à falso : & sola veritas est obiectum intellectus. vide August. Cum ergo intelligere sit idẽ,quod discernere verum à falso, per hoc excluduntur infantes,furiosi,amentes,ebrij,vt infra declarabitur in suis verbis. Quia ob id testes producuntur vt quę vera sunt possint per eos liquidè probari,quod non posset fieri per istos.c.3. de testib.

15 Decimoquintò, possunt reprobari testes in causa appellationis, si non fuerint repulsi in prima instantia.glos.& doct.in cap.1.de except.text. in cap.2.versic.testes.de testib.in 6. quia in causa appellationis nõ allegatum allegabo.l.per hanc. C.de tempo. appella. Quod est verum quando cessaret suspitio calumniæ, & maliciæ iuxta terminos c.præsentium.de testib.

Secundò intellige, quando fuisset exceptio opposita in prima,& repulsa,tunc poterit in causa appellationis iterum opponi:nisi ab illa repulsione fuerit appellatum.glos.& doct.in c. cum I. & A.de re iudicat.

Tertiò minor,qui non reprobauit testes,quos reprobare poterat, si ex depositionibus illorum succumbere possit,releuari potest impetrando literas regias, vt nunc ad reprobandum admittatur,vt iudicatum asserit fuisse Burdegal. Boer.in

decis Burdeg.q.245.sed quid si quis.in fi. quamuis contrarium teneat Aufrer. in decis. Thol. q. 53.quia obiectiones contra testes, & reprobationes sunt odiosæ,secundum eum:tamen ex æquitate princeps potest restituere,& ita seruatur. vide quæ dixi in tract.de restitu. in 2. tomo.commentar.in consti.regias.

Nec obstat cap.ex parte A. de testib. vbi post publicationem & conclusionẽ non potest obiici. Quia hoc est verum quando non fuit appellatum: secus si appellatum fuerit. Panor.in cap. super eo.1.de testib. Parisius in d.cap.1.not.2.nu. 5.de except. fuit tamen in consilio Neapolitano decisum quòd non concedatur repulsa contra testes examinatos in prima instantia, nisi pars velit ipsos reprobare tanquam falsarios. c. licet. de probat.vel quia reus nõ fuit admissus ad probandum reprobationes in decisi. Neapol.quæst. 266.fuit in quadam.Vel nisi protestatus fuerit,& non fuerit admissus, aut de nouo venerit reprobatio ad suam notitiam.c.pastoralis.de except.c. insinuante.de offic.delega.

16 Decimosextò in teste requiruntur manifestatio, veritas, & vt apertè loquatur.c.in præsentia.de probationib.& testes debent loqui clarè & intellectiuè, verbis vtor Baldi in margar. in verbo testis.quæst.109.

Secundò, veritatem & non mendacium dicere testis debet. cap.pura.3. quæst.9. l. ob carmen. ff.eod.& cap.licet.ibi, quibus potius lux veritatis adsistit.de proba.& Modestin.scribit sic, in testibus autem fides,dignitas,mores,grauitas examinanda est:& ideo testes qui aduersus fidem testationis suæ vacillant audiendi non sunt. l. 2. ff.de testib.& l.seq. Tertiò debet loqui quod per sensum corporis percipit,vel est aptum natum sensu corporis percipi.hoc enim sufficit, scilicet aptitudo,si non interrogatur de causa scientiæ,sed si non est aptum natum sensu percipi per se,sed per accidens, oportet, quòd istud accidens sensu exprimatur:vt in dominio probãdo,aliàs testis posset fallere,& de facili falli:& esset potius dialecticus cõcinnator,quàm testificator,& potius iudicator,quàm veritatis existentis relator. verba refero Baldi in cap.cum causam.2. col.1. de testib. & in l. solam testationem. C. de testib.dicam in verbo rationem infra.

17 Decimoseptimò, potest Papa dispensare vt periurus, vel alius qui reprobari potest non repellatur.c.testimonium. & ibi doct.de testib. facit tex.in c.cum te.de re iudica. & c. accusatus.§. licet verò.de hæretic.in 6. Idem in principe non recognoscente superiorem, vt in Rege Franciæ, qui laicos sibi subditos in integrũ restituere poterit,etiam abolendo infamiam ciuilem.cap.Euphemiũ.§.sed illud.2.q.3.vide Oldra.consi.37. ad primã.Fallit quando illa inhabilitas esset de iure naturali: quia illa tunc non posset remitti, vt si vellet, vt inimico crederetur. c. quod suspecti.3. quæst.5.vel furioso. nam de istorum inhabilitate non intelligitur de istis c.per tuas.1. de simonia. Angel,in l.cum prætor.de iudic.Feli.in dict. cap. testimonium. quia naturalia sunt immutabilia. §.sed naturalia.institu.de iure natural. Corset.in singul.incip.testis,communis conclusio.

18 Decimooctauò,de iure ciuili indistinctè testes compelli debent ad testificandum.cap.super eo.de testib. cogend. quoniam officium testis est publicum in genere:ne taceatur veritas, quæ res est sacratissima & reipublicæ valde necessaria. l. eum, qui nocentem. in prin. ff. de iniuriis.l.1.de testibus.glo.in l.si filium.C.de libera.causa. Bald. & Panorm.in rubri.de testib.cogend. Fallit tempore messium, vel vindemiarum, quo tempore non compelluntur.glo.in l.omnes dies. C.de feriis.Fel.in c.dilectorum.in fi.de testib.cogendis.

Etiam compelli possunt testes ad deponendum super obiectibus traditis contra testes. cap. penult.& vlt.de testib. cogend. Alex.consil.63.in 1.vol.Aufre.in decis.Tholo.q.412.

Fallit quando ex illa depositione periculum imminet testi,tunc iudex eum cogere non debet. Bald.dict.cap.penult.dilectorum.in fin. de testib. cogend. Nam postquam in præiudicium consanguineorum excusatur. l. Iurisconsultus. ff. de gradib.multomagis in præiudicium sui ipsius. l. lege Iulia. ff. de testib. Nã charitas bene ordinata à seipso incipit.l. Altius.C.de seruitu.& aqua. Si verò non immineret magnum periculum, compelli possunt propter fauorem publicæ disciplinæ, ne delicta remaneant impunita. cap.vt famæ.de senten.excom.

Tertiò non possunt cõpelli,vt sic testificentur, quia non licet fieri vim dicto.Bal.in l.si quando. col.2.C.de testib.& Feli. in dict.cap. dilectorum. colum.3.Iudices tamen regij in hoc regno solent compellere testes, etiam si asserant sibi periculum imminere, vt deponant mulcta indicta. Lanfranc.in c.quoniam.in verbo testium. col.8. de proba. Et maximè curia parlamenti:sed tunc ponit illos testes sub saluagardia regia,præcipiendo parti, contra quam producuntur, sub pœna æris & personæ, ne eos offendere ex hac causa habeat.

Item fallit quando essent priuilegiati. l. lege Iulia.ff.de testib. Socin. in tractat. fallent. regula 417.testificari. vbi limitat, quando aliter veritas haberi non posset. & quando timore, vel odio, seu gratia,se substraherent, & in criminibus horrendis.vide ibi.

De iure verò canonico compelluntur in ciuilibus, in criminalibus non, nisi timore, odio, vel gratia se substrahant, & in casibus exceptis. Et aliàs arbitrarium est, an compelli in criminalibus debeant.cap.1.c. cum super. & cap. dilectorum.de testib. cogend.quod est valde notãdum. Quia vtrunque ius in suo seruari debet foro. regula,possessor.de regul.iuris. in 6.glos.& doctores in clement. dispendiosam. de iudic. Tamen quando veritas aliter haberi non posset in vtroque foro compelli possunt: nisi in causis sanguinis,in quibus non compelluntur clerici, nec illi, qui volunt promoueri.doct. in dict.cap.dilectorum.de testib.cogend. Etiam si esset viator: non tamen carcerari potest.l.si quando. & ibi Alber. C.de testib. vidi tamen compellere clericos, instante procuratore regio, vt deponant in ciuili causa, & postea illam depositionem ad criminalem

lem processum trahunt: & aliquando fingunt causam ciuilem, vt depositionem extorqueant ab istis sacerdotibus, & clericis.

19 Decimononò, quamuis prohibita sit reprobatio testium: tamen non videtur prohiberi reprobatio, quæ ex ipsorum testium contrarietate insurgit. Domi. in cap. 2. §. fin. de restib. quem refert & sequitur Decius consil. 8. viso puncto. col. penult. Et est quædam reprobatio expressa, quędam verò tacita. text. in c. licet causam. de probationib. Si tamen agatur contra mercatorem exterum, vel in causa desiderante celeritatem, tunc iudex recipit testes saluis reprobationibus, & saluationibus. & ita vidi sæpius in forensi iudicio seruari.

20 Vigesimò, ista materia obiectiua & reprobatiua est odiosa, ob id restringenda per l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. & per regulam iuris. cap. odia.

Ex quo infertur, quod post terminum non admittitur quis, nisi à principe releuetur per literas regias. per nota. in cap. cum dilectus. de fide instru. Oldra. consil. 170. ad hoc. & expressam scribit Ioan. Staphileus in tract. de literis gratiæ, fol. 173. versi. ex quibus apparet. vbi etiam terminum nō posse prorogari dicit, quod verum esset si daretur medio ordinationis hoc prohibentis: aliàs secus, per doct. in c. consuluit. de offic. deleg.

Item nisi de nouo peruenerit ad suam notitiam, quod iuramento affirmare tenetur. c. pastoralis. in fi. de excep.

21 Vigesimoprimò, reprobatio testis fit etiam eo non citato, nec audito. text. in l. Lucius. & ibi Bald. in 4. not. ff. de his, qui not. infam. quia licet agatur de facto testis: tamen nō est quæstio cum teste, sed cum parte, ob id non vocatur testis. Innoc. in c. verum. in fi. de foro competen. & quia ob hoc non efficitur infamis cap. 2. in fin. de ordin. cognit.

Vnde licet inter partes agatur de retractanda iudicis sententia, & iudex possit suum defendere processum: tamen non est ad hoc citandus. quia causa non est cum eo. Innoc. in c. decætero. de transact. & Bald. in d. l. Lucius. docto. in cap. dilectorum. de testib. cog. in practica tamen seruatur quod citetur, vt intersit, si sua putauerit interesse, non vt præcisè compareat. nec enim solet iudex tanquam pars intimari regulariter, nisi tanquam pars accipiatur, vt scripsi in concorda. in titul. de friuol. appel. & 3. tomo commentar. ad constit. reg. tract. de appella. in præfa. nu. 31.

22 Vigesimosecundò, quamuis eo quod aliquis nixus sit impugnare, non debeat fructum consequi. cap. ex eo. de reg. iur. in 6. si tamen iudex ex testibus reprobatis à parte videat probationem esse pro illa parte, quæ testes reprobauit, illis credere poterit: quia pars non reprobasset, si sciuisset per illa loqui, & ita interuenit arestum in suprema Paris. curia, non memini temporis.

23 Vigesimotertiò, reprobatio testium facit præiudicium toti causæ, ideo ante causam principalem iudicari debent, & decidi reprobationes an validæ sint, fortes, vel debiles: quia si omnes testes actoris sint reiecti absoluetur reus. quia actor non probauit. l. qui accusare. C. de edendo. Et ideo debet iudex inchoare à reprobationibus rei: quia si testes actoris reiiciantur, absoluetur reus.

24 Vigesimoquartò, testes omnes, qui reiiciuntur à parte, sunt saluandi & excusandi, etiam si procurator regius eos produceret: quia veritas etiam in illo esse debet. & ita pronunciauit Senatus Parisien. anno 1384. die 23. Aprilis. pro Abbate de Montolif, contra procuratorem regium volentem credi testibus à se productis, licet reiecti essent & reprobati à parte.

25 Vltimò præmittendum, quia ista materia testium, & quanta sit testibus adhibenda fides, est valde arbitraria. l. 3. §. tu magis scire debes. & vers. hoc ergo. ibi, ex sententia animi tui te æstimare oportet, quid, aut cui credas, aut parum probatum tibi opinaris. Et Papinian. scribit, ad religionem iudicantium spectare, ad quorum officium pertinet eius quoque testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. in l. quęsitum. eo. tit. ff. de testib. Ob id summæ curiæ inuenerunt terminos, ad ostendendum reprobationes, quæ fiunt contra testes, an validæ in totum sint, vel quanta fides illis adhiberi debeat. Dicūt enim, si reprobatio proposita disquireretur, an bona sit, bonam esse, vel nihil obstare, seu notandum testem simpliciter, fortiter, seu fortissimè aut nota simplici, forti, seu fortissima. Probatur in l. 3. ibi, an honestæ & inculpatæ vitæ: an verò quis notatus, & reprehensibilis. Et in vers. Alij verò propter notam & infamiam vitæ suæ admittendi non sunt ad testimonij fidem. Quòd si iudicetur bonam esse reprobationem, tunc non legitur dictum testis reprobati, & de iure digestorum non interrogabatur reprobatus testis. l. testes eos, quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. ff. eod. Sed de iure Auth. procedit testatio: sed tempore disputationum seruantur huiusmodi quæstiones. §. si verò quis dicat. in authen. de testibus. collat. 7. & hodie seruatur, vt omnes testes recipiantur, & examinentur: & in receptione solet pars protestari de reprobationibus, & demū reprobationes dantur, & examinantur testes reprobatorij. c. præsentiam. de testibus libr. 6. Hoc est inuentum, quia omni suspitione carere testes debent. cap. similiter. 3. quæstio. 5. si ergo aliquam habeat suspitionem, notari solet vt sequitur. Quando verò notatur, semper legitur eius depositio, licet non faciat tantam probationem, quantam faceret, si sine suspicione esset. d. l. 3. ibi. nam si careat suspitione. Et si notatus fuerit simpliciter, duo testes sic notati, non planè probabunt, sed tantùm semiplenam facient probationem: quia non sunt testes omni exceptione maiores. Ideo in causa matrimonij non probarent contra matrimonium, quia ibi requiruntur testes omni exceptione maiores. cap. 1. de consanguinitate. Item in omnibus casibus vbi requiruntur testes omni exceptione maiores, isti repelluntur, nisi in subsidium, & nisi numerus suppleat fidem. d. l. 3. §. eiusdem. eod. tit. ff.

Si autem quis notatus fuerit forti nota, vel fortissima, eius depositio legetur: sed iudex si videat

deat magnum testium numerum, cum vno teste non reprobato, tunc poterit istis credere. nam legalitas vnius supplet alterius modicam fidem. l. si quis ex argentariis. in §. 1. ff. de dendo. & numerus etiam supplet. dicta l. 3. §. Eiusdem. eod. Vnde infamis infamia facti, non repellitur omnino à testimonio. text. in cap. licet de probat. tamen notandus est. l. 2. ff. de Sena. l. 2. C. de dig. libro 10.

Fortissima nota, parum ab omnimoda rejectione differt, nisi quod notati testimonium legitur, illius verò non, vt dictum fuit. ideo iudex motum animi sui confirmat ex argumentis istius, ex conditione personæ, & ex his quæ vero similiora & proximiora compererit. l. 3. iuncta l. ob carmen. ff. eod. & c. licet. de proba.

26 Abbatis testimonium in causa ecclesię suæ reprobatur. docto. in cap. præsentium. col. 3. de testib. in 6. Panorm. & alij in cap. insuper. de testib. idem dicentes in aliis pręlatis: quia ad ecclesiam, vel non sunt verè prælati, affectionem habere creduntur.

Intellige hoc verum, quandò esset quæstio de bonis mensæ ipsius prælati. de quibus per gloss. in verbo, ad mensam. in clem. 1. de excess. prælat. quia tunc videtur ecce propria causa, cum in ea emolumentum, vel damnum habeat. ca. biduum. § palam. 2. quæstio. 6. l. 1. §. In propria. ff. Quando appel. sit. in qua non potest deponere. l. omnibus. C. de testib. & infra dicam. Nam licet prælatus possit esse iudex in causa suæ ecclesiæ. cap. cum venissent. de iudic. cap. si quis erga. 2. quæstio. 7. Non tamen si fuerit quæstio de bonis suæ mensæ. teste Cald. in ti. de iudic. consi. 6. Collect. in d. c. cum venissent. Et Alex. consi. 79. circa primum col. 2. vol. 1.

Item sicut legatarius non potest ibi adscribere legatum, cùm principale in eo versetur commodum, vt C. de his, qui sibi in testam. adscrib. ita non poterit adscribere alteri, puta filio, per quem sibi acquiratur, vel vsusfructus: quia in consequentiam sentit lucrum. glo. & ibi Bartol. in l. impuberem. §. 1. ff. ad leg. Cor. de fals. sic cùm prælatus dicatur vsusfructuarius. gl. in cap. possessiones. de reb. eccles. non alienan. ca. inquirendum. de pecul. cleri. & in cap. præsenti. de offic. ordin. in 6. non admittetur hoc casu in testem. Idem si causa communis inter prælatum & conuentum sit: nam eo casu quo solus prælatus constituit procuratorem, vel causam per se mouet, tunc etiam repellitur. glo. & Arch. in cap. super prudentia. 14. quæstio. 2. Specu. in tit. de teste. §. 1. versicul. sed nunquid lector. Bartol. in l. Qui testamento. in princ. ff. de testam. quia constituendo procuratorem, videtur declarare ecclesiam habere iustam causam, & etiam affectionem ad illam causam is ipse habere videtur. Ergo à testimonio repellitur. Inn. in c. pręsentiũ. de testib. siue sit pręlatus regularis, siue secularis. Dec. in d. c. insuper. eod. tum quòd iura non faciunt differentiam inter prælatum regularem, & secularem, & quòd vterque plenam habeat administrationem.

Saluatur quando bona essent solius capituli, quia in illis adhuc deponere poterit. Nam facit tanquam priuatus. Panor. in c. insuper. col. 4. de testi. Et in bonis alienis affectio & interesse cessare videntur.

Idem constitutus procurator ab abbate & conuentu, quia si sint bona communia poterit esse testis, nam bona cõmunia non sunt singulorum. l. sed si hac. §. Qui manumittitur. ff. de in ius vocan. Et quia non constituit procuratorem tanquam prælatus, sed tanquam vnus de capitulo, vel tanquam pars capituli, ideo tanquam pręlatus deponere poterit, nam tunc vt priuatus censetur. c. Postulastis. de concess. prębend. ca. A collatione beneficij. de appel. in 6. Roma. consil. 420. in proposita. circa finem. dicetur infra in verbo, prælatus. Et solet notari simpliciter, nec est omni exceptione maior: nisi vir esset sanctæ vitæ, qui hodie rari sunt. c. nisi. de præbend.

27 Accusatio pendente accusatione criminis reprobatur in causa criminali. text. in cap. fin. de testib. Specul. in tit. de teste. §. 1. versic. Item quod pendente. quia non vertitur bursale interesse testis accusati, Ideo non magnum est pręiudicium si à testimonio interim repellatur. Et quia pendente accusatione, & dum est receptus inter reos, grauatur eius opinio, vt non dicatur integri status, vt not. docto. in l. is, qui reus. ff. de public. iudic. Ideo ad testimonium non debet recipi. cap. testimonium. de testib. Nam omni suspitione & infamia carere testes debent. cap. testes. 2. q. 7. cap. 1. de except. Nec interim ad ordines recipiuntur. cap. tantis. 81. distin. imò talis accusatus ab omni actu, in quo integer testis, vel omni exceptione maior requiritur, repellitur. cap. omnipotens. de accusat. Panor. in dict. cap. fi. per tex. in cap. 1. quot testes sunt necessa. ad proban. nou. inuestitu. & ibi Bald.

Amplia idem, si pendeat denunciatio, vel inquisitio super crimine. Panor. & Felin. in d. c. fin. Amplia etiam pendente appellatione, authore Butrig. in cap. fi. in fin. & Ioan. Andre. in addi. ad Spec. in d. §. item quod pendet. facit l. qui à latronibus. §. fin. ff. de testa. quia integer manet status eius. §. integer. ff. nihil noua. appel. interpo.

28 Excusantur primò, qui in fidei fauorem deponunt, videlicet contra hæreticum. cap. in fidei. de hæretic. in 6.

Secundò saluantur in crimine læsæ maiestatis. cap. si quis. 6. q. 1.

Tertiò, in crimine simoniæ. cap. per tuas. & cap. tanta. de simo. Spec. in titul. de accusa. in fin. vbi tradit octo casus. & Anton. de Butr. in dicto cap. fin.

Quartò, in criminibus fraudati census & annonæ ac dilapidationis. idem Spec. tit. de accusa. §. 1. in fin. requiritur tamen, quod sint bonæ famæ. cap. in primis. 2. q. 1. glo. & doct. in d. c. vlt.

Quintò saluantur, si deponant in ciuilibus, vel in criminalibus in quibus agitur ciuiliter. glos. in cap. ipsi Apostoli. 2. quæst. 7. docto. in c. testimonium. de testib.

Sextò recipiuntur, si pars procuret testes accusari, ius contra eum deponant, per text. in l. 1. §. præterea. ff. de quæstionib. tunc illa malignitas non proderit ei: sed iudex præfiget terminum intra

intra quem dicta in accusatione probet. cap. 1. de restitu. spol. in 6. vel debet recipere dictum testis reseruata fide ipsius in euentum finitæ accusationis, & istud seruat practica. cap. ex parte. de testib. Bald. & Imo. in dict. cap. fin. debet tamen sic accusatus pœnam talionis, secũdum eos, timere.

Sextò saluatur in casu necessitatis, si nullus alius fuerit testis. gloss. in dicto cap. ipsi apostoli. 2. quæst. 7. argu. l. vt gradatim. ff. de munerib. & alibi infra plenius dicam.

Hodie de iure canonico accusatus tantùm super aliquo crimine publico, solet notari & repelli in curiis ecclesiasticis: sed in secularibus regni seruatur ius ciuile, videlicet vt accusatus repellatur, si non fuerit iudicatus. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. etiamsi conuictus. l. quæsitum. illo tit. & ita seruari de stylo curię testatur Aufrer. in stylo Parla. in 1. parte, rubr. Sequitur aduisamentum. vers. penul. Limita, nisi esset confessus, vel conuictus se accepisse pecuniam ad deponendum. d. l. 3. circa fin. Vbi Iacobi. & Dec. in cap. 1. col. 3. de except. Tamen in aliquibus casibus, vtpote in concubinario publico. vt in titul. de public. concubin. in concordat. & c. vestra. de cohabit. cler. & mulier. repelluntur testes non condemnati, quia rarò solent ab episcopis eiusdem criminis fortè consortibus condemnari.

Idem vidi seruari in lenone publico eadem ratione: quia multis iniquis producit, & non solet frequentius condemnari, licet de iure sit valde exosus. authent. de lenonibus. colla. 4. & maximè quãdo est leno vxoris, & quando eo sciente ipsa adulteratur. Nam eo ipso repelli, vel saltem notari fortissimè vidi.

Et in vsurario publico, licet non sit condemnatus, reiectionem tamen bonam vidi iudicari. cap. quanquam. de vsur. lib. 6. quia rarò in his sit condemnatio.

Et si duas vxores quis habeat eodem tempore. l. eum, qui duas. C. de adult. quia est infamis. Idem si vxorem cum concubina, vel duas concubinas habeat. text. iuncta glo. in §. si verò effusa concupiscentia. in authent. Quibus mod. natural. efficiantur sui. colla. 6. Duas habentem vxores vidi reprobari: quia etiam de hæresi inquiri potest contra eum, teste Ioanne Lupo, in repet. c. per vestras. §. 18. colum. 3. de don. inter virum & vxor. & ad mortem in Francia condemnari solet, vt scripsi in §. fin. de publi. concubinario, in Concordat.

29 Accusator reprobatur à testimonio. cap. accusator. 3. quęst. 5. & cap. forus. §. in omni. de verb. signifi. vbi in omni negotio requiruntur hæ personæ, iudex, accusator, reus, & testes. Ergo accusator non potest fungi officio testis, cùm non possit subire personam duorum, nec duplici officio tam diuerso & suspecto fungi. c. diuersis. de cler. coniuga. cap. fin. de insti. & cap. per nostras. de iure patronat. Ioan. in dict. cap. fin. in princ. de test. in 6. Et huius sententiæ est. specula. tit. de teste. §. 1. versicul. Idem quod ipse est testis. & etiam propter affectionem quam habet, vt crimen probetur, propter forte inscriptionem ad pœnam talionis, vel expensas, quas habet ministrare. not. docto. in cap. licet Heli. de simo. In alia causa in in qua non accusat, testis esse non prohibetur.

30 Actor municipum, vel alius repellitur à testimonio propter affectionem, quam ad causam habet. l. 3. in fin. ibi, quod & in executoribus negociorum obseruandum est. ff. eod. Specul. titul. de teste. §. 1. versic. Item quod fuit in eadem instar aduocati & procuratoris, de quo in c. fi. de testi. in 6. de quibus suis locis dicetur.

31 Adhærentes tam in causa principali, quàm in causa appellationis à testimonio repelluntur: tum quia constituunt se partẽ adhærendo. c. 1. & cap. cupientes. de elect. in 6. tum etiam propter affectionem, vel vtilitatem quam ad causam habent. Nam si aduocatus & procurator repellantur propter affectionem, vt proximè dixi, multo fortius adhærentes. Et si similitudo causæ repellat testem. cap. personas. de appella. multomagis identitas causæ, sic conclusum fuit in Rota, vt licet videre decis. 381. fuit dubitatum. in not. 2. Alberi. in dict. tract. de testib. versicul. Quid dicimus de adhęrente. Amplia etiam si adhęsio esset finita: vtpote, quia appellatio esset deserta ex parte adhærentis. tunc etiam repellitur. probatur argum. cap. fi. de testi. in 6. vbi aduocatus finito officio repellitur, sic & adhærens, quia adhærendo causæ declarauit se affectionem ad causam habere, & constituit se partem, ideo repelli debet: ita concluditur d. decis. 381.

Adhærentes propriè dicuntur, qui intentioni ac operibus alterius, ac consiliis assistunt, & omnes qui eum sequuntur, teste. gloss. in dict. cap. ad Apostolicæ: in verbo, adhærentes. de re iud. in 6. Et possunt appellari complices & sequaces Ioã. de Pla. per illum text. in l. 2. in fin. de discusso. lib. 10. Felin. in rubr. de treuga. & pace. versic. quinta declaratio. nu. 11. & cap. olim. colum. 2. de accusationib. Etiam adhęrentes possunt dici subditi ciuitatis, & qui sunt eiusdem voluntatis, cuius est ciuitas. Ange. in authen. de hæred. & fal. colum. 7. in princip. Socin. consil. 27. in præsenti. in princ. vol. 3. Oldrad. consil. 290. contra articulos. col. 2. Et Iacob. in l. fin. in fin. ff. de testib. & l. si cùm tibi. in fin. C. de iudic. plenius in tractat. de feudis. in verb. de adhærentibus. col. 2.

32 Adulteri à testimonio & ab accusatione repelluntur. cap. constituimus. & c. similiter. 3. q. 5. Quod intelligerem, quando esset condemnatus & iudicatus. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. alioqui maior pars hominum à testimonio repelleretur. Repelli posset, si ageretur contra illam, cum qua commisit adulterium. nam qui inescatus est his omne fas atq; nefas committeret, dicit Iuriscon' in l. 2. § initium. ff. de orig. iuris. & hi semper ebrij. sunt, vt docet Acurt. in titul. de succesio. sublat. quæ fieb. &c. in institut. scripsi incommoda, in concorda. titul. de public. concubi.

33 Aduocatus in causa, in qua aduocatus fuit repellitur à testimonio. l. fin. de testib. ff. cap. fin. illo titul. in 6. ratione affectionis, quam habet ad causam. l. proximè. ff. de his, qui in testa. delent. Et reputat se esse vituperatum, si causam amittat, honoratum si lucretur. vt scribit Ioan. Mona. in dict. cap. fi. post Specul. tit. de teste. §. 1. versicu.

item

Item quod fuit.cap.si testes.§.patroni.4.q.3.glos. in cap.statutum.2.q.6. Sed & quia eius interesse potest,ne sua detegatur ignorantia,addi. ad Pan. in c.cùm à nobis.col.vlt.de testib.

Amplia etiam in causa appellationis, si fuerit aduocatus in priori iudicio. not. in dict. cap.fin. Anto.in cap.in literis. de testib. Panor. in cap.licet Hely.col.3. de simonia. quia non est alia causa,licet sit alia instantia.cap.Romana.de testib.in 6.Henric.Bohic.in c.insuper.de testib.Et propter affectionem,quam habet ad causam.Panorm.in cap.in omni.col.2. de testib. Ias. in l.dictantibus. col.vlt.C.de testam.

Amplia etiam si est reuocatus: quia præsumitur ad finem, vt deponeret reuocatus. Do.de Rot.decis.126.si procurator.in not.hoc tenent in procuratore: quia illa affectio,quã habuit in illa causa, non cessat. & etiam quia dolus partis ei prodesse non debet. cap. sedes.de rescriptis.& in addi.ad Guid.Papæ,quæst.45. si pars. Iacob.in l. mandati.ff.de testib.vel fortè si esset reuocatus eo nolente,odium esset contra partem conceptum. ideo recipi non debet.

Saluatur, quando produceretur contra suam partem, pro qua fuit aduocatus ad instantiam partis aduersæ. Nam tunc etiam inuita sua parte, deponere cogitur,& ob hoc nõ poterit repelli.l.deferre.ff.de iure fisci.& ibi Bar.Io. And.in d. addi.ad Specul. incip.ista glo.in l.fin.ff.de testib. Signore. de Homed.consil.53.super prima.col.2. nisi altera pars allegaret odium conceptum ex reuocatione, vt dictum fuit. quod maximè in duobus casibus seq.procedere potest.

Primus est, quando pars contra quam est aduocatus ante receptionem officij aduocationis, vel statim post, denunciauerit aduocato, quod non reciperet aduocationem: quia ipsum in testem producere volebat. aliàs substraheretur alteri parti copia testium,conducendo illos in adaduocatos,quod non est permittendum, vt probatur in l.quoniam.C.de hæretic.

Secundus casus est, quando veritas aliter haberi non potest.l.consensu. §. super plagiis.C.de repud. cap. peruenit.2. de testib.cogend.pulcher tex.in cap.quanquam.12.q.2. Fel. in c.cum à nobis.de testib.Imò in procuratore quòd posit cogi deponere ad instantiã aduersæ partis fuit decisum.teste Guid.pap.in deci.Delph.q.45.si pars.

34 Saluatur in alia causa, in qua non fuit aduocatus,etiam durante illa causa,cum cesset ratio affectionis,de qua supra dict.l.fin. & cap.postremo.de appella.gloss.in dict.cap.fin.eod.lib.6. Bauer.in §.pater.col.penul.de testa.Et sic poterit ferre testimonium in causa proprietatis,licet fuerit aduocatus in causa possessionis, quia nihil commune habent.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquirenda possess. Ioan. Andre. in dict. addi. Dec.in c.insuper.nu.15. de testib. vbi etiam dicit, quòd testis, qui iurauit super articulis possessorij, non poterit examinari super proprietate super qua non est iuratus.Bald.in l.fi. C. qui leg. person.Nisi essent connexæ.Ioan.Andr.& Peru. in d.cap.fin.Vel nisi esset alia causa similis. decis. Guido.Papæ.45.in addi.alleg.decis.Rotæ, quam non inueni,nec hoc probat.Ideo dicam,quòd licet affectionem in vna causa habeat:non tamen habet in alia etiã similima. Ideo ex diuersis non faciam illationem,vt dicitur in l.fin.ff. de calum. Ideo si esset vir integræ fidei, eum non notandum existimarem: alioqui eum notarem saltem simpliciter:quia possessorium & petitorium,licet quoad definitionem nihil habeant commune, habent tamen eandem vtilitatem,quæ ex eadem re prouenit:sicut si de vna re fiũt diuersi articuli.

Excusatur etiam in illa causa, quando deposuit antequam esset aduocatus, licet de salario fuerit conuentum.per l.fi.ff.eod.ibi,patrocinium præstiterint. Ergo si non præstiterint,non repelluntur. & ita tenet ibi glos.quia repellitur si non præstiterit.ergo ante non:vt tenet Ioan.Andr.in addi.ad Spec.tit.de teste.§.1.versi.item quod fuit. in verbo.l.fi.mouebatur,&c.

Excusatur si fuerit factus aduocatus, & ipse noluerit suscipere patrocinium.Innoc.in cap.insuper.de testib.glo. in dict.c.fi.de testib.in 6.quia cessat affectionis causa.

35 Idem si aduocatus receperit pecuniam ab altera parte, vt non sumeret patrocinium alterius partis, tunc poterit etiam testificari pro illa parte à qua pecuniam recepit. Hostiens. in summa de testib.§.2.versicu.Quid si aduocatus.quia non prohibetur hoc casu. Et hoc edictum est prohibitorium, vt supra dixi. nec censetur recepisse pecuniam pro testimonio, quod non licet. cap.non licet. 11. quæst.3. sed pro lucro cessante, quod non est prohibitum, sed permissum.l.vna. C.de senten.quæ pro eo,quod interest. Saluatur etiam si finito iudicio interrogetur de his, quæ fuerunt facta in causa,in qua fuit aduocatus, vel procurator. Bart. in dict.l.deferre.§.iidem decreuerunt.ff.de iure fisci. & consil. 213. An aduocatus,&c.vbi dicit istud seruari in practica, quamuis contrarium teneat Bald.in l. omnibus. C. de testib.quia interest aduocati, etiam finita aduocatione, suam ignorantiam non detegi. ideo in his quæ respicerent causam,& suã ignominiam, dicerem repellendum: secus in aliis, vt pulchrè probat Imo.in cap. non sine.col.penult. de arbit. vide Bald.consi.152.ad euidentiam.in fi.vol.3.

Saluatur etiam in subsidium,teste Ioan. Andr. in addi.ad Specula.titul.de teste.§.1.versicul.Item quod fuit in verbo,ac dicũt.Et idem tenuit consulendo Aretinus consil.13.viso diligenter. col.11. in 4.quæst.in fin.Lanfr.in repet.cap.quoniam.in verbo,testium depositiones.col.22.versic. quæro tertio, nunquid aduocatus.vtpote si dicatur aliquid esse actũ in præsentia aduocati & partium, quod non potest per alios sciri, quod videtur reprobare Fel.in dict.cap.cum à nobis. quia imputandum est partibus, cur non adhibuerint idoneos: tamen dicerem eos admittendos, licet de fide diminuatur secundum qualitatem aduocati, vt supra dixi. & quibus casibus suspectus recipitur in subsidium, recipi sine nota non solet pro qualitate personæ.

Saluatur etiã si fuerit tantum datus ad vnum articulum.Nam super aliis non prohibetur. Bal. in l. omnibus. versicul. exemplum de tertio. C. de testib.

de testib. & in addit. ad Guido. Papæ. quæst. 45. si pars. Saluatur etiam si de voluntate vtriusque partis reciperetur, per ea, quæ notant docto. de proxeneta in cap. 1. de testib. in 6. & glo. & docto. in dicto cap. fin. Et infra suo loco dicetur. & hic expresse tenuit Albericus in suo tractat. de testib. 26. versicul. Secundo videndum est. Imol. & Fel. in dict. cap. cùm à nobis. & Bald. in d. l. Omnibus. nisi haberet commodum vel incommodum. doct. in d. c. fi.

Saluatur quando producuntur tantùm ad solemnisandum instrumentum de gestis coram eis, ideo potest describi testis de his, quæ geruntur in causa, vt si producatur instrumentum, vel transactio, aut alius actus fiat coram eo, tunc deponere poterit text. & ibi gloss. in cap. ex literis de transact. Anchar. & Imo. in c. non sine. colum. penul. de arbitr. gloss. in cap. statutum. 2. quæst. 6. Fel. in c. cum à nobis. col. 3. versic. fallit tertio. de testib. argu. text. in c. de conciliis. 18. distin. Quod limitatur per eum, quando statutum vel consuetudo requireret certum numerum testium, vltra iudicis authoritatem. quia in illo numero nō posset aduocatus computari, vt ibi per eum. Excusatur, quando esset testis descriptus in instrumento. Antonius de Butrio in cap. ex literis. 1. de transact. quia cessant rationes supra pro contrario adductæ. idem est ferè dicendum in procuratore ad iudicia, vt supra scripsi in aduocato.

36 Adulatores à testimonio repelluntur. cap. similiter. 3. quæst. 5. ibi, gratiosi, id est, adulatores. Quia debet veritatem testis dicere, quam prætermittit adulator. cap. si inimicus. 93. distinct. Lucas de Penna in rubr. C. de silentia. col. penult. lib. 12. Ideo clericus qui adulationibus vt proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ab officio, dicit text. in cap. clericus. 46. distin. Vnde qui consecutus est beneficium per adulationem, dicitur id simoniacè consecutus. Hostien. singul. in cap. tuam. in fin. de ætate & qualita. Et hæc adulatio fit tribus modis. Primo, attribuendo alicui bonum, quod non habet. Secūdo nimium extollendo bonum, quod habet. Tertiò approbando vitium quod habet. glo. in cap. vnum orarium in verbo, adulari. 25. distinct. & istorum infinitus est numerus. vnde dicitur, contra istos, his verbis, Adulationis pestilentia percutiuntur laterales principum, palatij canes, adulationis artifices, & fabri laudis, figuli falsitatis. hi in auribus diuitum citharizant, fauos mellitæ locutionis eructant, capútq; diuitū oleo adulationis inungunt, vt munera eliciāt, & emungāt. refert Berth. in verbo, adulatio. col. 3. Hodie non repellerentur, nec notarentur: quia multi sunt, & multos habent fautores.

37 Adoptiuus filius non potest esse testis pro patre adoptiuo. vt in l. parentes. C. de testibus. & infra latius dicetur.

38 Affinis in causa sui affinis à testimonio repellitur. cap. similiter. 3. quæst. 5. & cap. absens. in 2. ead. causa. quæst. 9. Quia affines loco consanguineorum habentur. l. non facilè. §. gradus. ff. de gradibus. & sicut consanguinei non compelluntur ferre testimonium contra consanguineos, ita nec contra affines. l. Iurisconsultus. in princip. ff. de gradib. & dixi in arbore consanguinita. & hæc vsque ad quartum gradum, vt probatur in declaratione arboris affinitat. & Angel. in §. affinitatis. in fin. insti. de nupt. Et hoc in primo genere: quia secundum genus non habet hodie prohibitionem. Matthæus de Afflict. in constit. Neapol. lib. 3. rubr. de aleato. Bal. consil. 50. videndum. vol. 2.

Saluatur in ciuilibus. Lanfranc. in repeti. cap. quoniam. in verbo, testium depositiones. colum. 18. versicul. capio itaque. de probatio. per gloss. in cap. accedens. primo in verbo. subesse, vt lite non contesta. sequitur Alexand. consil. 122. viso processu. colum. 2. in 2. volum. In ciuilibus tamen adhuc dicitur suspectus. Alexand. consilio 148. in causa. colum. 2. in 5. volu. Nam affinitas parit magnam amicitiam, & cognationem. ideo non est integer testis: sed magis ad quandam instructionem, quàm ad plenam probationem. Bald. consilio 50. videndum. in 2. volum. Et ideo minus ei creditur, quàm alteri. Ioan. de Ana. & ibi Bolog. in addi. in consil. 52. in causa. & Alexand. consil. 18. viso. colum. 2. volum. 1. & consil. 114. in causa. colum. penult. in 1. volum. Nec est omni exceptione maior. ideo per vnum testem non deferetur iuramentum in supplementum vberioris probationis, teste Lanfranc. vbi allegat Albertum in l. lex Iulia. ff. de testi. Imò omnino vidi eos reijci. In criminalibus verò affinis pro affine reprobatur. Bartol. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. l. qui testamento. ff. de testa. Bertrand. consilio 189. Non est credendum. colum. 2. volum. 1. secundum impressionem secundam.

Etiam si ciuiliter agatur, nam dedecus quod infertur vni ex coniunctis, omnibus censetur inferri. l. 1. 2. & sequen. ff. de liberali caus. l. vna. C. de senatuscons. Claudia. & sic isto casu est testis in causa propria: quod est à iure alienum, vel est saltem testis in causa in qua adfectionem haberet. l. idonei. ff. de testib. Idem si deponat in causa iniuriarum, teste Lanfranc. vbi supra. Alexan. consilio 133. viso processu. colum. 5. num. 6. in primo volum. Hippolyt. consilio 76. largire. nu m. 27.

Saluatur si affinitas sit dissoluta: quia tunc est soluta affectio & amor. gloss. singul. in l. sed hoc. ff. de re iudic. quia priuilegium tantùm durat affinitate durante, vt concludit Alexand. consilio 207. ponderatis. in 6. volum. Idem in famulo decidit Aufrer. in decisio. Tholos. quæst. 4. quia paria sunt non esse affinem, vel solutam esse affinitatem. Angel. in l. cui eorum. §. 1. ff. de postulando. Alberic. in tractat. de testib. in fi. primæ partis. tamen notandus est hic affinis, nisi qualitas testis aliud induceret.

Notandum est tamen, quod affinitas repellens à testimonio & admittens ad agendum sine mandato, debet esse per lineam ascendentem, vel descendentem, non autem per lineam transuersalem. allegat Innocen. & alij in cap. nonnulli. de rescript. Ita expresse consulit Angel. in consilio 194. Visis processibus. colum. 2. sequitur Hippolytus singul. 133. affinitas. & consilio 68. visa. numero 20. quod reprobat Purpu. in

l.admonendi. numero 251.ff.de iureiurand Si tamen affinis, vel consanguineus, neget affinitatem, vel consanguinitatem, non propterea falsum deponit; sed crimine stellionatus tenetur, & ob hoc diminuetur de fide. Angel. dict. consilio 194.colum.2.& sequitur Hippol. consil.70. scientiarum.num.4.vide tamen quę dicentur infra in verbo,consanguineus.

39 Amicus pro amico deponens repellitur. l. 3.ff.de testib.cap.si testes.§.testium.4.quæst.3.cap. quoties.de testib.gloss.3. quæst.5. in summa. Ratio est, quia amicus magna amicitia iunctus, æquiparatur consanguineo. tex.in cap.Petrus.ibi, cognati & amici eius.de homicid. Ideo sicut legatum factum sacerdoti à consanguineo acquiritur sacerdoti: ita si relinquatur à suo magno amico.gloss.in cap.requisisti. de testam. Et sicut valet legatum rei alienæ factum consanguineo: ita & factum magno amico. l. Cum alienam. & ibi Ias. C.de legat. Barba.in l filius. de testam. & sicut consanguineus agit sine mandato.l.exigendi. C. de procurator. & impetrat literas iustitiæ. cap.nonnulli.§.1.de rescript. Sic & magnus amicus.vt docto.dicunt in dict.iuribus. Et sicut non valet pœna apposita per consanguineum, vt matrimonium contrahatur:ita quãdo promittitur à magno amico.Bartol. in l. Titia.ff.de verborum obligat.cap. Gemma. de sponsalib. refert Bauer. in §. primo. col. 12. de testam.in libr.instit.& hic dicitur frater.l.nemo.ff.de hæred. instit. Sed hodie talis amicitia non reperitur: sed fuit sepulta cũ Piiade & Oreste, quilibet hodie est sibi amicus, & bonus Lemouicus. Et hæc amicitia solet oriri ex communi victu, & ex communi patria, & ex parentela.text.& ibi not.Bal.in c.accedens. 2.col.2.vt lite non contestata.

40 Saluatur quando non est vehemens amicitia, vel habitant vnà, vel quando sunt testes instrumento descripti.l. sciendum. & ibi gloss.ff. de vsuris.Bald.& Aret.in dict.§.Pater.insti. de testam. quia simplex amicitia non repellit testem. Specul.tit.de teste.§.1. in princip.Alex.consil.78. in causa.col.1. & seq.in 1.vol. & consil.93.repetitus.col.3.in 6.vol.glos.in § cogitandum. in auth. de mona.colla.1. quæ an sit moderata, vel vehemens,relinquitur arbitrio iudicis secundum Bal. & Fel.in cap.1.de testib.Quia amicus amico non vult nisi bonũ, vt tradit Cicero in libro de amicitia. Ideo non vult vt pro se mentiatur.Bal.in l. eos. C. de testib. & quia amicitia non potest esse nisi inter bonos.Ideo bonus non mentietur pro bono.

Item,quia lex Dei nos arctat ad mutuam amicitiam.Exodi 20.c.& de pœnit. dist.2.c.charitas. 2.§.Item proximos. Panor.in cap.quoties. de testib.plenè Barb.in cap.cum M.nu.3. de constitu. Imo consulit Alex.consi.88.quoniam omne datum. col.4. vol. 5. quod si testis sit interrogatus, an sit producentis amicus, respondeat,quòd sic, & vellet pro eo exponere corpus,ex hoc non inhabilitatur testimonium, quia non sequitur,vellet exponere corpus,ergo animam, de cuius expositione tractatur, si falsum deponat. Et anima est cæteris rebus præferenda.l.sancimus.C.de sacrosanc.eccles.Etiam si diceret,quod est ita amicus, quòd vellet eum in causa obtinere:quia intelligitur de recta voluntate, quatenus iustitia suadet.Barba.consil.90. illud.col.4. in 3. volum. Nam sunt quidam boni, qui nihil aliud volunt, nisi quod Deus vult, & voluntatem subiiciunt voluntati diuinæ.c.Beata Maria.27.q.2. Ego tamen istum dubium haberem: nisi esset summa bonitate præditus.

41 Et ideo hoc totum arbitrio iudicis relinquitur an debeat ei credere, vel non, attenta qualitate personę:vt si amicus est magnæ authoritatis vir & probatæ fidei, potest illi credere. Petr. de bella pertica.in l.eos.C.de testibus. & ibi Salicetus.Purpu.in l.admonendi.nu.248.ff. de iureiur. Barba.cõsi.29.illud.col.13.in primo vol.& consi. 3.col.4.in 2.vol.ac consi.43.col.17.in 3.vol.Iaco. in l.3.col.1.de testib.ff.

Item considerari debet qualis sit amicitia, an bona,an mala. Nam impudica testem repellit,vt ea quæ est ad concubinam.l.fi.ff.de act. & oblig. l.Masurius,ff.de verb.signifi Bald.& alij in c.1.in fi. de testib.quia bonum testimonium non orietur ex malo. An magna vel leuis sit amicitia debet exprimi. Alex.consil.76. viso libello.col.vlt. in 6.vol.Et si deponat quod sit amicus,debet intelligi de magna amicitia.l.latæ. §. amicos. ff. de verb.signi.sic consuluit Alex.consi.186.viso processu.col.1.in 7.vol.non tamen quod ob hoc repelletur sine aliis circunstãtiis. Si tamen propter amicitiam vnius, resultaret odium alterius contra quem testificaretur, tunc amicitia ratione illius odij testem repelleret. Bal.in auth.si quis testibus.col.vlt.C.de testib sequitur Alex.consil.8. in causa.col.1.vol.1.& consil.4.viso. col. vlt. in 6. vol.& dict.consil.76.in eod.vol. & consil.186.in 7.vol.Barb.consil.29.illud.col.13.1. volum. vel si sit alia qualitas prohibens,vt amicitia viri & vxoris.Barba.dict.consi.90. illud.colum.4.in 3.volu. vbi dicit, non sufficere allegare in genere amicitiam: sed necesse est venire ad speciem & eius qualitatẽ. Et ideo debet in articulis pars ponere, quòd ex illa amicitia resultat aliquod prohibitiuũ testimonij.Barba.consi.25. clementissimum. col. 6. in 4. volum. & ideo iudex debet arbitrari quod quis admittatur, nisi concurrat aliud cum amicitia.Sic consuluit Barba.consi.75.sapienter. col.5.in 4.vol.Bald.in d.auth.si quis testibus.aliquantulum tamen minor fides adhibetur. Bal. in l.data opera.nu.69.C.qui accus.non poss. Sustinetur autem, quando sustineretur ex fide aliorum,vt infra dicetur in verb.consanguineus.

42 Amasius pro amasia deponere non potest, tum ratione affectionis, quam in eam habet.l.fi. ff.de act.& obl.Nam ob amorem illius omne fas atque nefas committeret.l.2.§.initium.ff.de orig. iur.vbi dicit Bal.quod amor puellarum peruertit sensum. Tum etiam quia furioso comparatur.§. illud.in auth.quib.mod. natur. effic. leg. colla.6. ibi,nihil furore amoris vehementius.& ibi. glos. tradit quosdam versus, hos videlicet,

*Igneus ille furor nescit habere modum.*
*Non frater fratri,cùm furor ille venit.*

glos.in auth.quomodo opor.episco.colla.1.

Item

Item ebrio æquiparatur. text. instit. de success. subla. ideo aliàs tenui disputando, substitutionem exemplarem amasio fieri posse. Nec obstat quod non perpetuo furore laboret: quia sufficit quod possit esse perpetuus. Nam de eo iudicamus sicut de perpetuo. l. sufficit. ff. de condict. indebi. glo. in c. si gratiose. de rescript.

43 Apostatæ testimonium reprobatur. c. beatus. & cap. seq. 3. q. 4. tum quia non tenet rectam fidem. l. suspectos. 3. q. 5. tum etiã quia est excommunicatus. c. vt periculosa. ne cler. vel mona. in 6. & quia est infamis. 6. q. 1. c. infames.

Notandum est, quòd multiplex est apostasia. Prima perfidiæ, quando receditur à fide. cap. non potest. 2. q. 2. vbi dicitur non esse credendum his, qui fidem ab se abiecerũt. & ita dicitur propriè, secundum Bar. in rubri. C. de aposta.

Secunda inobedientiæ, quando quis sponte transgreditur præceptum sibi datum: vt Adam & Eua. Genes. cap. 3. Et cùm sacris canonibus, quis obedire contemnit. c. alieni. 3. q. 4. cap. si quis. de maiori. & obedien.

Tertia irregularitatis: & hæc est duplex, vna quando quis recedit à statu clericatus. Altera, quando ab assumpta religione egreditur. c. si. 50. dist. cap. quantumlibet. 47. dist. c. legi. 16. quæst. 1. glo. not. in cap. 1. de aposta. & ibi pulchrè Panor. & alij. vide quæ dixi in tracta. de pacific. possesso. in num. 207.

44 Arbiter repellitur à testimonio in pertinentibus ad causam de qua cognouit. c. statutum. 2. q. 6. Bartol. & alij in l. ne in arbitris. C. de arbit. Panor. in cap. non sine. de arb. Felin. in cap. cum à nobis. col. 3. & sequent. de testib. quia affectionem ad causam habere videtur sicut iudex, ideo repellitur, vt dicam infra in verbo iudex. vbi dicam in quibus casibus recipitur testimonium arbitri & iudicis.

45 Arenarius, sine tormentis, ad testimonium non recipitur. l. ob carmen. §. si ea. ff. de testib. Et dicti sunt arenarij, qui operas suas locabant aut obiiciendo se feris, aut congrediendo, cum altero gladiatore. Et hi erant infames. l. hæ demum. & ibi not. ff. de operis liberto. doct. in l. in arenam. C. de inoffic. testa.

46 Artifex deponens de peritia alterius artis, in qua non præstat, reprobatur. vt si medicus deponeret aliquem esse iurisconsultum doctum, vel theologum, vel econtra, vel religiosus de rationibus: quia rationem reddere in illis non potest. Ancharanus consilio 330. visis facti. columna 3. Nam adagio dicitur, Ne sutor vltra crepidam.

47 Aruspices & alij diuinatores, à testimonio reprobãtur. tum quòd sint excommunicati. cap. si quis ariolos. 26. quæstio. 5. Tum etiam quia sunt inimici Christi. cap. peruenit. ibidem. ac infames sunt. cap. episcopi. & sequen. ibidem. Aruspices dicuntur quasi horarum inspectores. dies enim & horas in agendis negotiis operibúsque custodiunt. & quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt. Ibi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt.

48 Augures sunt, qui volatus auium, & voces attendunt, aliáque signa rerum, vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. sunt verba textus in cap. igitur. 26. quæst. 5. Et istos diuinatores, lex ciuilis gladio vltore ferit. l. nemo. C. de malefic. & mathem. ius verò canonicum punit eos verberibus, si sint viles: si nobiles, pœna perpetui carceris. Roman. singul. 660. per tex. in cap. contra. 26. quæst. 5. & sic pœna fustigationis imponitur, vt ibi.

Imò quoniam ad sortilegos diuinósque concurrunt, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sunt admittendi. quia infames sunt. Et iustè repelluntur, quia funesta est vox eorum. c. constituimus. 3. q. 5.

49 Auunculus in causa nepotis reprobatur in testem, vt dico infra in verbo, consanguineus.

50 Assessor repellitur à testimonio. Specul. in titul. de teste. §. primo. versiculo, Item, quod fuit in eadem causa excusatur: vt dicetur infra in verbo, iudex.

51 Auditus alieni testimonium reprobatur. tex. in l. testium. C. de testib. & ibi gloss. cap. in primis. §. sed & de personis. 2. quæstione prima. cap. tua. de consangui. Specul. in titul. de teste. §. 1. versicul. testimonium autem de auditu. plenè Hippolyt. in consilio 41. in causa. num. 8. sic consuluit Alexand. consil. 117. viso processu. colum. 2. in 4. volum. vbi dicit quando testis deponit de auditu, seu de relatu alterius, non est verus testis. allegat l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. Romanus consilio 424. Circa. in fine. Dec. consilio 595. quia debet testis deponere per aliquem sensum corporeum. dict. l. testium. & c. testes. 3. q. 9.

Saluatur, quando ageretur de probanda consanguinitate ad finẽ impediendi matrimonium. quia tunc testimonium, etiam de auditu alieno, probat. c. licet ex quadam. de testib. Ideo valet, si testis deponat, quod audiuit à consanguineis suis, quòd talis erat consobrinus, vel aliàs coniunctus: & hoc quando fama, vel alia adminicula concurrerent cum tali testimonio. arg. c. præterea. de testib. probatur in cap. tua. de consangui. c. de parentela. 1. 35. q. 6. duodecim tamen interuenientibus positis in d. c. licet. 2.

Secundò excusatur in factis antiquis, quæ hominis memoriam excedunt. l. si arbiter. ff. de proba. & l. 1. §. fin. & l. 2. §. idem Labeo. de aqua pluuia arcend. ita tenet Bald. in l. conuenticula. col. penult. versic. ex his etiam. C. de episco. & cleric. vbi dicit, in finibus antiquis testimonium de auditu alieno admitti. & res dicitur antiqua in hoc casu, quando excedit metam centum annorum. Alex. in l. cum aliquis. col. 2. C. de iure deliberan. sic consuluit Dec. consilio 321. in causa. num. 11. versic. vnde. 1.

Tertiò etiam saluatur, quando factum est improbabile per testimoniũ de visu, siue de auditu proprio. Iacob. in l. si arbiter. col. vlt. ff. de probat.

52 Quartò excusatur, quo ad qualem prǽsumptionem seu coniecturam. Archi. in c. hoc videtur. 22. q. 5. Roma. sing. 341. testimoniũ. Quæ præsumptio potest prodesse, quando probationes ab vtraque parte essent pares: vt is, qui eam haberet.

obtinere deberet.gloss.not.& ibi doct.in l.si duo patroni.de iureiurand. ff Hippolyt.sing.371.testis de auditu. Et etiam quia trãsferret onus probandi in aduersarium.Roma.dict.singul.341. Testimonium. non tamen facit vnus testis, sic deponens, plenum iudicium ad torturam. Hippolyt. consil.20.digneris.nu.5.& seq.

Quintò, quando esset auditus proprius: vt si deponant,quod Titius promisit decem Gaio. & interrogati, quomodo sciunt,dicunt se audiuisse dum promisit,valet tale testimonium gloss. in c. Hoc videtur.22.q.5.text.in c.testes.3.q.9.c. super. 14.q.2.& c.2.de consuetu. Etiam si audissent pariete,vel cortina media:dum tamen voces notas haberent.glo.in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua pluuia arcend.doct.in c.2.de consuetu.vide quæ dico infra,in verbo,cęcus.nisi res esset perceptibilis duplici sensu: quia tunc oportet de vtroque sensu deponere.c.Tam ex literis. & ibi Felin. col.3. de testib. & etiam dicit non sufficere dicere, audiui, nisi dicat & intellexi.c.auditis, & intellectis. de elect.præsumitur tamen intellexisse. Bart.in l. 1.§.fi.ff.de auth.tuto.& in l.coram. de verb.signi.

Sextò,in probando hæredem fraudasse hæreditatẽ & retinuisse res hereditarias, ac occultasse.§.si verò absunt.in authen.de hæred. & falcid. colla.1. Anto. Butrius in dict.c.tam literis. col.1. sed ille tex.in dict.§.Si verò absunt.non loquitur de auditu: sed dicit testes debere deponere se vidisse.

Septimò, quando authoritas iudicis interueniret: vt si in examinatione testis ad futuram rei memoriam, alij testes interfuerint, creditur istis testibus præsentibus de his, quæ audierunt ab aliis testibus. casus singul. in cap.significauit.vbi Imol.de testib. Felin.in dicto cap.tam literis.col. penult.in fin.

53 Octauò in possessorio sufficit testimonium de auditu à parte,quæ tenet & possidet rem spoliatam,de qua agitur. arg.not.in c.licet de testib. Rota decis.117.in possessorio.in not. Fel. in dict. c.tam literis.in fin.

Nonò quando non præiudicat alicui. Innoc. in cap.1.de consecra. eccle. vel alta.in princip. & in addi. ad Rotam. dict.decis.117. vtpote si dicat audiuisse à tali,ecclesiam esse consecretam.

Vltimò intellige, quod duo, vel tres testes, si dicant se audiuisse ab vno, non probant. Sicut ille solus non probaret. l. Iurisiurandi. C. de testib.ita text.not.in cap.licet ex quadam. de testibus. Roma. expressè in dicto §.idem Labeo. sic consuluit Francisquin. consil. 17. licet. colum.1. in consiliis positis post tractatum feudorum. Imò oportet dicere se audiuisse ab eis, qui audierunt & viderunt tempore suo,vel sua memoria, si factum non sit multum antiquum, aliàs non.Innoc.in cap.quid per nouale.de verborum signific.Bartol.& Roma.in dict.§.idem Labeo.

Præterea,quando quis deponit de auditu alieno,debet expressè,etiam si non interrogetur,nominare illos à quibus audiuit:vt videatur an auctores sint idonei necne.text. sing.in dict. cap.licet ex quadam.& ibi Anto.de Butr. sic consuluit Aret.cõsi.73.diligenter. col.8.versi.Ad tertiũ igitur.& consi.103.in causa.col.2.Frãcisqui.consi.17.

54 Bannitus à testimonio repellitur Bald. in l. cum mulier.col.15.ff.solut.matr. refert Hippol.in pract.criminal.§.aggredior.nu. 94. Et hoc intelligit Bal. quando contumacia est adgrauata per statutum, vel consuetudinem:vtpote quia fingit contumacem confessum, & tunc est infamis infamia iuris municipalis:not. Bart. in l.infamem. ff.de publ. iud. refert & sequitur Bald.in cap. super eo.1.col.2.de testib.

Excusantur si sint banniti propter morbum, vtpotè ob lepram, ne alij ciues contagione inficiantur. Et hi nihil perdunt ciuitatis iuris naturalis,gentium,vel ciuilis: sed solum eis patria interdicitur,Ludo.Roma.& alij in l.casus.C.de testa.text. in authen. iusiurandum quod præstatur ab his.§.si quis autem.colla.2. quia hi solo morbo satis affliguntur.l. Diuus.ff. de offic. præsid.c. de rectoribus.& c.ex parte.de clerico ægrotante.

Idẽ si sit bannitus propter contumaciam:quia hi non perdunt ciuitatem, neque bona, nec familiam:minus ea,quæ sunt iuris ciuilis, naturalis, vel gentium: sed propriè propter eorum contumaciam bona eorum annotantur: & reuertens intra tempora lege statuta, innocentiam purgat & bona recuperat.l.1. C. de requirend. reis. Nec est infamis infamia iuris: sed tantum facti. tum quod causa non sit cognita.tum quod in absentem lata fuit, teste Bald.in cap.nisi.col.penult.de renuncia. dixi quod hodie seruatur de consuetudine post quatuor defectus, vt dicatur confessus, & sic infans, vt supra dixi, & in pract.mea. rubr.de contumacia art.67. vbi plenè trado practicam regni quoad materiam criminalem.

Item banniti propter suspitionem potentatus eorum non repelluntur: vt si, capto Mediolano, Rex potentes quosdam ciues apud Bituriges transferret: vtolim in vsu erat, & vocabantur metœci.l.certa forma.C.de iure fisci. Illi verò, qui ob crimen banniuntur, à testimonio iure repelluntur. & de his loquitur rubr. de interd. & relegat. ff. & l.amissione.§. qui deficiunt.ff.de capitis diminutione. & authen. Item nulla communitas.C.de episc. & cler. & authen. Gazaros. de hæretic. & Angel. in disputatione incipiente duo inuicem. in 2. dubio. & in disputatio.incipien. extra ciuitatem. in 3. quæst. Si tamen fuerit postea restitutus, infamia eximitur.l.1. §. pro qua sententia circa finem legis. ff. de postuland. Bal.in c.super eo.1.de testib.

55 Blasphemus à testimonio reprobatur: tamen quia grauissimum scelus est, æternam blasphemãdo offendere maiestatem, & ideo vltimo supplicio tales de iure ciuili puniuntur. in auth. vt non luxurient. contra natur. colla. 16.de iure canonico blasphemus laicus excõmunicatur,clericus deponitur.c.si quis per capillum.22.q.1.hoc expressim tenet Ancha. consil.415. primum dubium.vide Alex. consil.233. in 6.vol. lege diuina extra castra ponebantur,& ibi lapidabantur.Leuic.cap. 24. Educ blasphemum extra castra, & ponãt omnes qui audiuerint manus super caput eius,& lapidet eum populus vniuersus. vide Ias. in l.3.§.fin.col.3.& l.si duo.§.fin.ff. de iureiurand.

per ordin

per ordinationes Regias, alia pœna imponitur. & solet repelli quando est notorius, vel publicus blasphemus. secus si probaretur quod semel calore iracundiæ blasphemasset. alioqui bene multi à testimonio repellerentur, cum ferè nemo se eximat ab illis, maximè nobiles, curiales, & armigeri. Et hic blasphemus, etiam antequam iudicatus sit, solet tam in curiis secularibus regni: sicut de lenone dixi in verb. leno. repelli. Nec requiritur ad repellendum aliquem à testimonio, quod sit infamis infamia iuris: sed sufficit quod sit fidei reprehensibilis, & conuersationis. cap. criminationes. 2. quæst. 7. sufficit quod sit grauata eius opinio, vel quòd nunc per exceptionem de ea cõuincatur, vt sic repellatur à testimonio in causa criminali. cap. fin. de testib. Blasphemia fit decem potissimum modis. Primò, cum attribuitur Deo, quod ei non conuenit. Secundò, quando remouetur quod ei conuenit: & hoc est exufflare Deum. cap. quando vult. 23. q. 4. Tertiò, quando attribuitur creaturæ, quod Deo appropriatur. Tho. in secunda 2. quæst. 13. artic. 1. Quartò, quoties eius lata sententia contemnitur. Quintò, quando eius Euangelium infamatur. cap. cum caput. 23. quæst. 4. Sextò, quoties eius legi obsistitur, aut Euangelio non creditur. c. 1. & cap. cum sit. de Iudæis. Septimò, dum per eum iuratur, aliter quàm debeatur: vt si iuratur per capillum. c. si quis per capillum. 22. quæst. 1. vbi dicit Archi. præcipuè hoc fieri, si iuratur per ea membra, quę etiam nominari homines honestati nõ tribuunt. Nonò, omnis simoniacus est blasphemus, quia gratiam sancti spiritus nititur comparare. cap. Petrus. 1. quęst. 1. Decimò, omnis magicam artem exercens. nam æqualiter peccat, cum illis, qui dixerunt Christo, in Beelzebub principe dæmoniorum eiicis dæmonia. cap. eos, qui. 1. quæst. 1. Vndecimò, omnis hæreticus est blasphemus. c. si quis inquit. 1. q. 1. pulchrè Lucas de Penna. in l. omnes. col. 2. & seq. C. de delato. lib. 10.

56 Balbutiens quando non potest intelligi, à testimonio repellitur. l. quoniam indignum. & l. iubemus. & ibi doct. C. de testam. Bened. in repe. c. Raynutius. in verb. in extremis. de testa.

57 Idem si Balbus, vel blęsus, vel triphus fuerit. text. in l. idem Offilius. in fin. ff. de edilit. edic. triphus vocatur is, qui ob linguæ celeritatẽ ita confusè loquitur, vt vno tempore tres simul voces videatur emittere, & idcirco intelligi non possit, & apud Græcos is Triphonius vocatur, ex quo fuit iurisconsultus Triphonius vocitatus, si Catelia. Cottæ credatur, in verb. triphus. sunt qui legant in d. l. idem Ophilius atypus, qui est is, qui non satis expedito plectro linguæ vtitur.

58 Bastardus à testimonio repellitur. Roma. in repet. l. admonendi. ff. de iureiurand. Nicol. de Vbal. in tracta. de successio. ab intestato. fol. 6. in 4. specie filiorum. sequitur Io. Lupus. in repe. cap. per vestras. fol. 89. vers. conclusio, &c. de dona. inter vir. & vxo. tum quia ferre testimonium est dignitas. c. præceptũ. 32. q. 5. gloss. in c. testimonium. de testib. à quibus spurij repelluntur. l. spurij. ff. de decurio. regula, infamibus. de regul. iur. in 6. tum etiam quòd infames sint infamia facti. Azo in summa. C. ex quibus causis infa. irroga. Bal. in l. 1. in princ. C. de iure aureo. anulor. Ias. in l. fratres. in fin. C. de inoffic. testa. Intellige, quod in quibus casibus requiruntur testes omni exceptione maiores, bastardus non admittetur, & sic non deferetur iuramẽtum in supplementum probationis ei, qui tantum habet bastardum testem. Roma. & moder. in d. l. admonendi. Io. Lupus vbi supra.

Item in criminalibus non deberet aliquis condemnari, si duo bastardi, vel alter tantum, & alter integræ opinionis deposuerit, quia non faciunt plenam fidẽ, nec ista probatio est luce meridiana clarior, vt debet esse. l. fi. C. de proba. ego putarem quod si aliàs esset honestę vitæ, nõ ob hoc reprobaretur. arg. c. nasci. & ca. vndecunque. 56. dist. sic tenet Collecta. in ca. per venerabilẽ. col. 1. qui filij sint legi. vbi etiam dicit excludi, quando agitur de crimine criminaliter contra clericũ: aliàs non, quando est honestus. in testamento tamen paterno non possunt esse testes. Bal. in l. cũ acutissimi. col. pen. C. de fideicom. l. generaliter. de institu.

59 Canonicus regularis, sine licentia superioris, potest à testimonio repelli. arg. c. monachi. 16. q. 1. & c. 2. de postulando. vbi sine facultate superioris non potest postulare: quia spirituales viri non debent mundanis rebus inuolui, dicit text. in cap. non magnopere. ne cleric. vel monachi. & quia non habet velle nec nolle: sed totum residet in superiore text. in cap. si religiosus. de elect. in 6. & huius sententiæ fuit Spec. in titul. de teste. §. 1. versicul. item excipitur, quòd est monachus. Idem dicens in monacho & alio religioso, & hæc opinio est à consuetudine recepta, & est communis, teste Alber. Maleta. in tract. de testib. vers. vlterius videndum est. idem concludens in fratre minore, & aliis mendicantibus. quia eorũ vox est funesta, quam interdici potius, quàm audiri oportet. cap. placuit. 2. quæst. 7. cap. fin. §. si quis. 3. quæst. 11. & quia sunt mortui mũdo. l. Deo nobis. C. de episcopis & cleric. cap. placuit. 16. q. 1. & sic debet intelligi text. in cap. nuper. de testib. Nec reprobatur etiam si deponat pro concanonico vel pro monacho, etiam sui monasterij. gl. in cap. cum R. de offic. delega. Aliquantulum tamen minor fides habetur ei, pro qualitate amicitiæ. glos. in §. cogitandum. in verb. testes. in auth. de monachis. collat. 1. quam notat Lanfranc. in verb. testium depositiones. colum. 29. cap. quoniam. de probatio. & Bauer. in §. pater. col. 12. de testa. in institu.

60 Canonici de his, quę in capitulo fiunt, quia per alios facilè probari non possunt, deponere possunt. text. egregius in c. veniens. 2. in fi. de testib. Alexan. consil. 151. repetitus. col. 2. vol. 5. Idem per illum text. respond. in collegiatis, seu bursariis collegiorum, ex identitate rationis. Vnde pręstatio continua alimentorum potest per bursarios & cohabitantes in eadẽ domo probari: quia non solent vocari de hoc testes. vt consuluit Corne. consil. 113. circa. col. 2. vol. 1. Idem in aliis, quæ fiunt domi. l. consensu. §. seruis. & §. super plagis. C. de repud. ibi, quoniam non facile, quæ domi geruntur per alienos poterunt. &c. & dicit ibi Bal. posse testes domesticos in tribus tantùm

casibus deponere: videlicet in crimine læsæ maiestatis, plagij, & adulterij.

Reprobantur tamen quando damnum vel lucrum venit ipsis de capitulo applicandum: aut bursariis tunc etiam propter inopiam probationis non recipientur. imputari enim eis debet cur non vocauerunt aliquos testes, qui deponerent. Panor. & alij in c. insuper. de testib. quod est verum, quando ageretur de materia non secreta: secus si materia secreti esset expedienda: vt electio. tunc, quia posset fieri præiudicium vocando aliquos, crederem illos de capitulo, etiam si lucrum & commodum sentirent, nisi ratione simoniæ, deponere posse. Felin. nominatum in d. cap. veniens. col. penul. Alex. consil. 77. in causa. col. vlt. in 7. vol. Socin. consi. 17. supradicta. col. 2. vol. 1. vbi dicit, tunc demum hos admittendos, quando non fuerunt in culpa non adhibendos alios testes idoneos, vt in verberibus illatis, domi: homicidio, incendio, naufragio, & adulterio. secus in illis actibus in quibus poterant testes conuocari, vt in matrimonio. probatur in l. quoties. C. de naufrag. lib. 11. aliàs semper probaretur matrimonium, & alius actus per testes domesticos. & quilibet facere procuraret actus domi, vt per suos famulos probare illum actum posset, quod esset mali exempli, ideo reprobandum. l. si quis. §. qui abortionis. ff. de pœnis.

61 Calumniator testis reprobatur si fuerit damnatus. quia infamis. l. Athletas. §. calumniator. ff. de his, qui notan. infam. l. 1. & per totum ad Turpil. dicitur tamen infra latius & in capit. fina. 2. quæst. 3.

62 Carceratus pro crimine, quòd per sententiam infamaret à testimonio repellitur. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. & ibi gloss. assignat rationem, tum ob notam vitæ eorum, tum etiam quia falsum testimonium deponerent, vt quis eos liberaret, maximè si promitteret hoc facere.

Excusantur tamen si aliàs sint bonæ vitæ & famæ. Iacob. in dicto §. lege Iulia. colum. 2. fides tamen minueretur si deponeret contra episcopum, vel iudicem, qui eum carcerauit. Oldrad. consilio 145. quæritur. vel contra alium potentem, qui posset eidem auxilio esse ad liberandum illum.

63 Cæcus à testimonio repellitur: tum quia contrahentes cognoscere non potest, nec rem venditam. tum quia falli potest. Albert. Malleta. in tracta. de testib. fol. 44. per text. in cap. testes. ibi viderunt. 3. quæst. 9. Excusatur, quando deponit de eo quod viderat antequam fieret cæcus. Nam dignitatem retinet. l. fæcus. ff. de iud. facit l. qui furere. de statu hominum. de quo per gloss. & docto. in §. testes instit. de testam. & infra dicetur.

Secundò excusatur si voces notas habuerit. gloss. in c. testes. 3. q. 9. Alber. in tract. de testib. fol. 44. licet possit in voce decipi: quia etiam in visu quandoque potest quis decipi. c. nec aliqua. 27. q. 1. c. proposuisti. & cap. causam. de proba. Iacobi. in l. cæcus. ff. de iudic. nam fuit Isaac deceptus per Iacob in tactu, nõ in voce, vt dicitur Genes. 27. vox quidem Iacob est: sed manus Esau sunt & ita potest intelligi. gloss. in l. 2. §. idem Labeo. in verb. audierint. ff. de aqua pluuia arcend. & in §. Si verò absunt. in verb. vidisse. in authen. de hæred. & fal. colla. 1. iudicis ergo est arbitrium, vt consideret, an adeo notas voces habere potuit, vt falli non potuerit, vel potuerit. Panor. & Felin. in cap. præterea. de testib. Ias. in l. si non speciali. C. de testa. vbi dicit esse notabilem cautelam, quando quis habet debitorem, qui non vult confiteri coram testibus, vt duo testes ponantur retro cortinam, & postea creditor solus interroget debitorem, quando soluit illos centum aureos, quos debet: si confiteatur, testes licet non viderint, sed audiuerint, dum tamen habeant vocem notam, probabunt. sic consulit Cæpol. cautel. 228. Quando. & sic concludit, quod extra tres casus admittitur cæcus ad testimonium. Bald. in marga. in verb. testis. q. 14. Primus est in quo repellitur in testem in materia criminali, & quando agitur de separando matrimonium. Hippo. in rubr. de probatio. fol. 39. col. 13. Bauer. in §. fi. colum. 2. & seq. instit. de testa. Imò in non requirentibus visum poterit etiam adhiberi testis. glo. in dict. §. si verò absunt. & gloss. in dicto cap. testes. 3. quæstio. 9. quam sequitur Bauer. in §. testes. colum. 10. de testamen. in instit. & maximè probant, quando eos postea viderant: quia non habebant aditum aliunde quàm per illum locum. Roma. in dict. §. idem Labeo. l. 2.

64 Cedens non potest esse testis in causa cessionarij per eum cessa, ratione affectionis, quam habet ad causam, quæ est maior quàm affectio proxenetæ. Ioan. Fab. & Salic. in l. omnibus. C. de testib. & in l. & hæredi. §. nos autem. ff. de pact. Aufrer. in decis. Tholos. q. 94. & ita est communis opinio, & tenenda, teste Lanfranc. in repet. c. quoniam. in verbo testium depositiones. col. 22. vers. sequitur videre. quæst. 1. & Iacob. in d. §. nos autem. in 1. lectura. vbi dicit hanc opinionem audacter esse sequendam. Henr. Boic. in c. quoniã. in fin. de testib. & quia cessionarius representat imaginem cedentis. Alex. consil. 13. ex his. num. 16. in 1. vol. Excusatur quando cedens non tenebatur de euictione, quia tunc sua non interest: vel quando à traditione incepit cessio. Spec. in titul. de teste. §. 1. versic. sed pone mutuaui. In arbitrio tamen iudicis erit, quanta fides sit cedenti adhibenda, considerata personarum qualitate. Panor. & Felin. in c. insuper. de testib.

65 Cessionarius bonorũ, post cessionem ignominiosam reprobatur à testimonio: quia est infamis infamia facti, quæ repellit à dignitate. gloss. in l. nullam. C. ex quibus caus. infa. irroga. & aliquando à testimonio. l. Cassius. ff. de sena. saltem minor fides adhibetur eidem. argu. l. 3. §. duæ causæ. ff. de carbo. edict. & Paul. in dict. l. nullam. quamuis cedens non sit infamis infamia iuris, re tamen ipsa & opinione hominum non effugit infamiæ notam. l. debitores. C. ex quibus causis infam. irroga. vbi Cyn. Albertus, & Paulus dicunt esse infamem infamia facti apud bonos & graues. per l. 2. ff. de obsequiis. dicetur tamen an infamia facti repellat testem. in verbo, infamis infra.

66 Clericus in causa criminali contra laicum, coram iudice seculari, à testimonio repellitur, ne sit irregularis. cap. Testimonium. 11. quæst. 1. Spec. in titul. de teste. §. 1. vers. item, quod est clericus.

67 Hodie de iure communi, quilibet clericus, non religiosus, sine licentia sui prælati in ciuilibus deponit, etiam coram laico: quam consuetudinem approbant Panorm. & Felin. in cap. cum nuncius. de testib. Guido Papæ in decisio. 65. licet de iure. quamuis secus sit de iure. cap. Super prudentia. in fi. ibi, iubente episcopo. 14. q. 2. Innoc. & alij in c. 1. de iura. calum. Bart. in l. cum clericis. C. de episco. & cleric.

68 Circa, est verbum ambiguum, ideo testis per hoc verbum deponens reprobatur. cap. continebatur. & cap. attestationes de desponsa. impube. Guido Papæ. singul. 436. & in decisio. suis, q. 290. Alex. consil. 88. numero 15. volum. 5. & consil. 29. clarissime: nume. 12. in 7. vol. & consil. 82. in fi. ibidem. Corne. consil. 179. vol. 1. & consi. 215. licet. col. 3. ibidem. Franc. Curtius consil. 144. gaudeo. col. 2.

69 Citatus minime testis, sed offerens se testimonio, repellitur. l. si quando C. de testib. l. in testimonium. ff. illo tit. l. 3. §. exhibere ibi, admoniti de tabulis exhibend. l. presbyteri. 1. C. de sacros. eccles. gl. in l. post legatum. §. his verò. de his quibus vt indig. ff. quam singularem dicit Bald. in marga. in verbo, testes. quęstio. 156. & Lanfranc. in repe. ca. Quoniam. in verb. testium. col. 1. de probationibus. & Felin. in cap. Tertio loco. col. vlt. de probationib. cap. vno. si de inuestitu. inter do. & vassal. lis oriatur. vbi Bald. alia se ingerit, ideo præsumitur suspectus. arg. l. Quæ omnia. §. 1. ff. de procura. & in criminali præsumitur inimicus. ca. cum P. secundum vnum intellectum. de accusa. & ibi Iacob. in l. inuiti. 2. in fi. ff. de testib. & etiam in ciuilibus affectionem censetur habere, ideo repellendus. Masue. in rubr. de testib. §. Item, si aliquis se ingerat. in sua prag. Bartol. in d. l. post legatum. & in l. vxori. §. fin. de fals. Iacob. de bello visu. in §. prima col. 2. per illum text. in authen. de testib. colla. 7. Bald. in authen. sed nouo iure. col. 1. C. si certum peta. & l. Quoniam liberi. in princ. de testib. & ista est communis, teste Soci. in tract. de citatio. articul. octauo. vers. octauò procedit. Riminal. in rubr. C. de in ius vocand. col. vltima. Petrus de Ferra. in sua pract. formali, iura testiũ. in verb. citati. & hæc habetur in stilo. Parisi. rub. *Comme lon doit faire enquęste*. & iste est stilus generalis omnium curiarum, tam secularium, quàm ecclesiasticarum, vt dico in pract. mea, rubr. *des delais*. artic. penul. vide plura ad hoc propositum congesta per Hippoly. in l. vnius. §. seruo. 1. no. ff. de quæstionib.

Saluatur, quando ageretur de peccato vitando. Imol. in cap. iurauit. per illum text. de proba. refert Felin. in cap. 2. illo titul. & Hippolyt. sing. 140. Testis. allegat. cap. cum in tua. ibi, sponte oblata. de testib. facit c. Præterea. 2. ibidem.

Secundò, quando esset testis legalissimus, & persona valde fide digna, vtor verb. Baldi in addi. ad Specul. in titul. de teste. col. vlt. vers. valet dictum. Hippol. in l. 1. §. fi. nu. 13. ff. de quæstionib.

Tertio excusatur, quando pars sine citatione adduxit testem ad iudicium, & postea cum produxit iudici, quia tũc valebit dictum testis etiam aliàs non citati, quia testis potest precibus induci vt deponat. Hosti. Panorm. & alij in cap. 1. de testib. & pars potest illum instruere vt melius deponat veritatem. Areti. & Dec. in dict. cap. 1. col. vlt. allegant Bald. in l. vlt. col. fina. C. si ex falsis instrumentis. Lanfranc. in repet. cap. Quoniam. in verb. testium. quæstio. 5. de proba. licet quidam imperiti contrarium teneant. nam quando iudex defert eidem iuramentum, videtur eum monere, vt dicat veritatem, quæ monitio maiorem habet vim quàm citatio nuncij. Bal. in §. porrò. col. 2. quę fuit prima causa benefic. amittendi. per tex. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. Bald. in l. presbyteri. 1. col. 2. C. de episcop. & cleric. Floria. in l. lege Iulia. ff. de testib. Fel. in c. Tuis. in fin. de testib. Quia quando non opposuit pars inhabilitatẽ, videtur renunciare. & ideo non poterit postea opponere, nisi protestetur. Bald. in l. si quis testibus. col. vlt. C. de testibus, & sic partibus præsentibus non requiritur testis citatio, vel monitio: sed sufficit sola productio, aliàs si testis se offeret sine partis productione ad iuramentũ, non valeret, parte contradicente aduersa. per glo. sing. in l. post legatum. §. his verò. ff. de his, quibus vt indig. secundum. Felin. in ca. tertio loco. col. vlt. de probationib. sic fuit decisum Tholosę, vt in decisi. 384. patet. & ista seruantur in praxi. nam postquam fuit quis auditus, & iuratus, praxis non curat exactè de illa citatione, nec vidi ob hoc testes reprobari.

Et ideo in processu solet describi, Tales testes citati fuerunt tali die, & iurauerunt tali die, examinati fuerunt tali die, super tali articulo & tali, &c. & ista verba sic scripta in processu, probãt sic esse. Barto. in l. Theopompus. per illum tex. ff. de libera lega. quia quando fit mentio in instrumento de tali actu, qui potuit interuenisse tempore celebrati instrumenti, quod tunc statur instrumento, & præsumitur ita esse, vt est scriptum. text. in l. 1. & ibi glo. C. de fide instru. & iure hastę fiscal. lib. 10. ita in propriis terminis tenet Petr. de Ferra. in d. sua pract. in verb. citati. in fin. in forma iuram. testium. Ideo cauti cõmissarij in processu verbali solent apponere diem præsentatæ commissionis, & receptæ, diem præsentationis articulorum, citationes partium ad videndum iurare, articulos, & producere testes, diem etiam productionis testium, & iuramenti, per quem fuerunt citati, & alia, quæ fuerũt coram eis facta extra depositiones testium, quæ solent separari, & secreto haberi, copiam verò processus verbalis vtraque pars habere potest, depositionum testium nunquam ante publicationem. not. in cap. fraternitatis. de testib. ista est practica, quæ in cõmissionibus solet seruari, quam plenè scripsi in 3. tomo consti. reg. rub. de dilatio. & titul. de inquisitorib. seu commissar.

Postremo dicit pulchre Bald. in l. 1. §. Si curatores. ff. De magistra. conueniendis. quod si iudex non habet notam conditionem testium, debet secretè mittere ad loca, in quibus morantur

testes,& inquirere de conditione & moribus illarum,vt sciat quibus credere debeat per l.3. §.tu magis.ff.de testib.nec citanda erit pars in hac secreta inquisitione. quia ista inquisitio est pars eiusdem examinationis testis.Ideo sufficiet quod pars sit citata ad testium iuramenta,vt supra dixi.

70 Citata si non fuerit pars ad videndum iurare testes, & ea absente si fuerint recepti reprobantur.cap.2.de testib.vbi assignat rationem, ne postea obiiciatur eis, quod per vnam partem gesta atq; confecta sunt, oportet vt testimonia dentur, illo admonito à iudice aut defensore venire,& audire testes,tex.in cap.chartæ.3.quæst. 9.authen.sed & si quis.C. de testib. nam interest partis scire quales testes producuntur contra eum.Ideo debet vocari.l.de vnoquoque. ff. de re iud. Et quia præsentia partis potest testem adducere in contrariam sententiam. l. si in tres. ff. de recep.arbitr. Bartol. in l. Theopompus.col.2. ff. de dote prælega. Et testis sine citatione partis productus & examinatus non probat, nec quidem facit iudicium.Panorm.& alij in d.ca.2.vbi tex.vtitur verbo nullius momenti,quod denotat ipso iure nullitatem.glo.in l.si libertus.ff. de iure patro.Barba.consil.83.supremus.col.3.in 4. volu. Bartol.in l. consentaneum.nume.7.C.Quomodo,& quando iudex. Ioan. Andr. in cap. consuluit.col.1.de offi.delegati.item quia hęc examinatio facta est contra legem.ergo nulla. l. non dubium.C.de legib. Quòd faciat præsumptionem firmat Decius in d.c.2. sufficit tamen vnica citatio etiam non peremptoria, si causa exprimatur in ea, videlicet quòd pars citatur.ad videndum iurare testes,& audire.tex. & ibi explicant doct. in d. cap.2. nec enim valet citatio facta non intelligenti, vel intelligere debenti.l. cuilibet.ff.de noui ope.nuncia.sed non intelligeret citata pars, nisi in citatione exprimeretur. ergo exprimi debet, & sufficiet de stilo curiarum Franciæ citatio ad domum,non inuenta persona: quãuis Anto. Butrius distinguat in cap.fin.numero 10.vers.venio ad tertium.de eo, qui mittitur in possesio. Ioan.Andr.in regula, præsumittur. de reg. iuris in 6. in mercurial. sed ipse allegans citationem ignorasse, audietur nunc contra personas testium,in casibus vbi valet citatio ad domum:sed in quibus casibus nõ valet,receptio testium nulla erit.Panor.in d.c.2.

71 Amplia tã in ciuilibus, quàm in criminalibus cap.1.2.& 3.ac seq.3.quæstio.9.plene Hippo. consil.15.magnifice.nume.14.& consil.20.digneris.num.38.& consil.28.in causa.nu.12. & consil. 35.misericordia circa.fi.& consil.46.num.4. cap. 51.nume.13.& consil.seq.num.11. nec non consil. 59.& consil.65.nume.38.ac consil.95.nume.6. & consil.101.nume.30.& consil.120.& consil.123. & 130.quia etiam maior ratio in criminalibus versatur, quàm in ciuilibus: Corne.consil.58. post redditum.col.1.& 2.in 1.vol.Barba. in rubr.de testib.in cle.col.1.

Secundò amplia,etiam in instrumentis producendis.text.singul.in l.properandum.§. finautem reus.C.de iudiciis & ibi docto. ponderant. cap.chartæ.3.quæstione 9.

Tertiò,amplia, etiam si testes iurarent de peritia.Bald.consil.455.Quidam.col.2.vol.primo.

Quartò etiam procedit in productione articulorum, qui produci parte non citata non debent, cum pars eos impertinentes & non admissibiles opponere possit, & interrogatoria facere super articulis per partem aduersam productis. cap.præsentium. de testib. in 6. Secus in admissione:quia procedendo ad vlteriora,dicitur non admittere articulos.Ideo opus est appellatione, aliàs valebit actus ca.ex parte.3.de appell.Panor. in dict.c.2.

Quinto etiam ad producendum sua interrogatoria debet pars citari,si qua vult ipsis testibus fieri cap.præsentium.§.præterea. & ibi Archi. de testibus.in 6.alioqui examinatio esset nulla. arg. ca.2.& seq.3.q. 9.hoc expresse tradit Ferra.in sua pract.in forma iura. testium.in verb.citati.

Sexto,etiam si papa vel alius committeret,vel delegaret suppliciter receptionem testium, ad huc delegatus debet citare partes ad videndum receptionem testium.text.in cap. constitutus. & ibi no.Anto.Butr.de appella.quia citatio est quasi præambulum inseparabile.Felin.in d.cap.2. & ille cui committitur examinatio testium, videtur habere protestatem super dependentibus & connexis.Angel. in l.2.in princ.ff. de iurisd. omnium iudicum.

72 Septimò, etiam si committeretur causa tractanda,omni iuris solennitate omissa, nihilominus citanda erit pars in receptione testium: quia talis citatio sapit defensionem, ne indigni testes admittantur,quæ est de iure naturali.clem. pastoralis.circa finem.de re iudica. quæ defensio per illa verba non tollitur, nec etiam per principem tolli potest,vt concludit Panor.consil.46.in quæstione.col.1.in 2. volum. post Bartol.in l. filiusfa.nume. 4.ff.de dona.Et generaliter, omnia quæ aduersus absentes in omni negotio, aut loco,aguntur aut iudicantur, omnino euacuãtur, quoniam absentem nullus addicit, nec vlla lex damnat.c.omnia.3.q.9.

Vltimò,etiam si iudex procederet ex suo officio.Io.And. in addi. ad Specu. in titu. de teste.§. nunc tractandum.in prin.reffert Felin. in d. cap. 2.col.2. quia exceptiones, quæ opponi possunt. in iudicio ordinario,possunt etiam opponi quando iudex ex officio procedit.Bart.in l.2. §. si publico.col.5.nu.14.de adult.

73 Primò saluatur, quando testes semel deposuerũt in eadem causa, & iudex vult iterum eos examinare, seu vt dicunt recollere,quia obscurè deposuerant,tunc non erit partis necessaria citatio.Bal. in auth.hoc sacramentum. in prin.C.de iureiurã. propter calumn.dando:quia declaratio non est nisi elucidatio prioris voluntatis.l. hęredes palam.§.sed si notam.ff.de testa. vnde quando actus fit ad declarationem, non requiritur præsentia alicuius. l. Pomponius.1. ff. de negot. gest.sic consuluit Barba.consil.40. A Ioue.col.13. in 3.volum.

Quod est intelligendum, quando primum dictum simpliciter declaratur: secus si aliquid noui additur.Decius in l.2.§.creditum.in 4.conclus.ff.

clus.ff.si certum pet.Hippoly.in l. de vno.nume. 94.ff.de re iud.& l.1.§.fin.num.50.ff. de quæstio. Barba. consil. 18.col.8. in 1.volum. potest etiam examinari sine noua citatione, etiam potest terminum & dilationem, si in termino iurauerit, quia examinatio pertinet ad officium iudicis & non partis: & pars non debet interesse quando testis deponit. nam deponere est executio iurisiurandi: & in mera executione quis non est citandus.quia ex quo iurauit est obligatus ad deponendum, à qua obligatione non liberatur per lapsum diei.argum.l.Celsus.§. idem ait.ff. de arbitr.& depositio fingit retro.clem.1. de offic. delega.Bal.in cap.2.col.2.de testib.vbi dicit esse verum in dilatione data à iudice: secus à iure.cap. frequens. de restitu.spolia. in 6. cap. 1. de excep. quia mandato legis quis satisfacere debet. l.2. §. vlt.& l.fin.§.illud.C. de tempo.appella.

Secundò limita, nisi consuetudo vel stilus iudicij haberet,quod citatio non requireretur:quia tunc ille stilus valeret.Bald.in auth. si quis in aliquo.col.penul.C. de eden.Alex.consi.65. habita. col. vlt.in vol. 1. & Guido Papæ in statut. si quis per literas.in verb.testes. Dec.consi.163.in causa. vers. decimò. quia iuramentum potest pars remittere.glo.in l.1.ff.de feriis.ergo & partis vocationem. sic & stilus iudicij hoc poterit. vide tamen quæ dixi in præfa.ad pract.meam, quando citatio per principem,consuetudinem, vel statutum tolli possit. Nam hic stilus in forensi iudicio non reciperetur, tanquam contra ius esset naturale.

Tertiò, quando quis pateretur aduersam fortunam in loco remoto, & valde distante: tunc super eo casu poterit pars procurare, vt audiantur testes à iudice illius loci:vt si equus mihi conductus casu perierit,etiam parte non citata, cum pars facile haberi non possit.Bart.per illum text. in l.2.C.de naufrag.lib.11.Iacob.in l. Quæsitum. col.2.ff.de testib.Barba.consil.83. supremus. col. 2.volum.4. Hippoly. singul.24. clarum. & tunc sufficit probare casum ex naturali iustitia, hoc est secundum ius gentium, in quo in ore duorum vel trium stat omne verbum. l. Scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa.tutorum. Corse.sing. incipien. testis. 18. in loco &c. requiritur tamen quod illæ attestationes exhibeantur parti intra annum Bart.in d.l.2. & quod pars agat de damno vitando.dec.in d.c.2.in 6.limita.

74 Quartò non procedit quando essent examinandi testes omni exceptione maiores, quibus aliquid non potest opponi, etiam si pars esset præsens:quia tunc illa dicta testium valebunt, & tunc testes non sunt vocandi.l.si eum seruum. §.si.& l.seq.ff.de fideicom.libertatib.& l.recusare. in prin.ff.ad Trebel.Bar.in l. Theopompus.ff.de dote prælega.post medium. versicu.item quæro, quando aliquis. Anto. Butrius in cap. veniens.1. col.1.de testib.& in cap.2. illo titul. Alex. consil. 130,difficultas.in volum.1.Hippol.in l.1.§. si quis vltro.nume.16.ff.de quæstio. & in rub. de proba. fol,26.col.4.& sequen.vbi multa alia adducit. & sing.30.Tu scis regulam, qui potest inuita parte producere, multo magis & ignorante & absente poterit.l.qui potest inuitis.ff.de regulis iuris.

De stilo tamen curiarum in hoc regno Franciæ hoc non procederet. quia etiam si producerētur Cartusienses, Cordigeri, vel alij sancti viri, pars citabitur, aliàs dicta testium non valebunt. nam d. reg. qui potest. non procedit in iudiciis, nec quando est diuersa ratio.Dec.ibid.

Quinto non procedit, quando quis esset die feriata citatus ad videndum iurare testes,nam de stilo generali regni Franciæ, cum omnes causæ continuentur,vt dixi in pract.mea,rub.de adiorna.artic. 17. Guido Papæ in statuto, si quis per literas.in verb.etiam absque.col. 4. poterunt testes recipi parte non vlterius citata, die crastina. hoc expresse tradit Guido Papæ.in suis decisio. quæstio. 542.si pars citetur. & c.1.tamen hîc non dicuntur recipi testes parte non citata, quia semel fuit citata:secus si die præstituta neutra pars cōparuisset,& in crastinum fuissent recepti testes. tunc enim quia circunductum erat edictum, non valebit receptio.do.de Rota. decis.172.si testes.in no.nisi iudex die præstituta progasset terminum,per not.in c.consuluit.de offic.delega.

Sextò fallit in causa inquisitionis. Anton. de Butrio & Dec.in d.cap.2.de testib.per cap.qualiter.2.§.debet. de accusa. quia regulariter ignoratur persona quæ commisit maleficium, contra quam inquiritur. Ideo in informationibus conficiendis non solet citari pars. & si iuramentum non præstaretur testi,informationes valerent.gl. singu.in §.si duo.de pace tenen.& eius viola. sed postea quando iterum audiuntur,id est,recoluntur,& confrontantur. tunc & pars citatur, & iuramentum defertur.Corne.consil.58. post redditum.in volum.1. & hoc in forensi iudicio seruatur,licet Roma.singul.364.fuit vnus. in 2. fallen. hoc reprobet,& doct. in d. cap. 2.in inquisitione speciali: sed approbant in inquisitione generali.in Francia seruamus in practica, vt in informationibus conficiendis nulla pars citetur regulariter.

Septimò, non procedit in causa hæresis.c. fi. de hæretic.in 6.Roma.sing 364.Barba.in rubr.de testib. col.1.in cle.Anchar.cōs.277.Ex prædicta. col.4.vbi dicit, quòd si periculū potest imminere ex publicatione testiū, possunt ipsi in occulto recipi, adhibitis quibusdam prouidis & honestis viris: & valebunt tales attestationes, ac si citata parte receptæ fuissent.per dictum cap.fin. de hæret. in 6.

Idem in crimine læsæ maiestatis, cum regulariter æquiparentur.authen.Gazaros.C. de hæreti.quamuis Decius teneat contra in d. cap. 2. sed vtraque opinio sustinetur:quia absente parte recipiuntur testes & examinantur, & postea recoluntur & confrontantur reo in grauibus criminibus:& quando extraordinariè proceditur, vel tunc habet locum in prædictis casibus, quando testibus graue immineret periculum propter aduersarij potentiam, vt dicetur in sequenti limitatione.

75 Octauò saluantur in examinatione personæ facta ad cognoscendum, an quis sit habilis, vel inhabilis ad dignitatem,vel officium.Panor. Felin.&

Felin. & Decius post Innoc. & Anto. in d. cap. 2.Roma. singu. 364.fuit vnus. licet Areti. teneat contra. quod procedit quando in iudicio actus expediretur : secus si extra iudicium, quia tunc citatio non esset necessaria. per cap. licet episcopus.de præben.in 6. Dominic.in cap. si forte : in fin.de elect.in 6.glo.& doct.in cle.1.de offic.delega.& in c.fi.de præsumptionib.

Et sic in examinatione extraiudiciali non debebit pars citari.Bald.in l.neque natales.in fin.C. de probat.Alex. & Hippol.in l.de vno quoque. ff.de re iudic. & si Papa mandet conferri beneficium Gaio si sit idoneus,non citabitur pars dum examinabitur Gaius. Alex.consil.218. visis. in 2. volum.col,2.glo.in clem.1.de offic.delega. Bald. in cap.cum inter.de consue.Felin. in cap. fin. de præsumptionib.

Et ideo collatio beneficij facta parte non citata valet.d.c.licet episcopus. Card.consil.132.primum.in 2.q.vers.ad secundum.

Nonò, quando partes darent licentiam iudicij recipiendi testes etiam in absentia ipsarum,& eis non citatis. Bald. in l. si quando. C.de testib. Aretin. in c.2.col.4.illo titul.vers.octauò fallit.

76 Decimo, quando reus esset tyrannus, cui non audet actor vel seruiens citationem nunciare, tunc poterit eos examinare etiam parte non citata,& absente:sed debet reseruare reo exceptiones contra personas testium, & in dicta istud est egregium dictum & quotidianum Panorm.in l.quoniam.col.penu.in 5.q.princ. vt lite non contestata. argum.cap. fin. de hæretic.in 6. quia iuste timenti solet ius prouidere. cap. si iustus.de appella.c.6.statutum. §.1.de rescript. in 6. Hippol.consil.8.num.35.hoc expresse sequitur & Barb.in rub.de testib. col.1.in cle.vide Panorm. in cap. præterea. in 2.de sponsal. doct.in ca.fi.de fide instrum.

77 Vndecimò non procedit, quando lex, vel consuetudo non requireret solennem probationem : sed eidem sufficerent argumenta & præsumptiones, quas testes parte etiam non citata faciunt. Domi. in d.cap.1.§.fin. col.penult. vers. quæro. Decius & alij in dicto cap.2. facit quod no.Bartol.in l.res hæreditarias. ff.de crimine expila.hæred.Guido Papæ in statuto,si quis per literas.in verb.etiam absque violentia.col.4. Hippol.sing.24.Clarum est.istud tamen periclitatur: vt supra dixi,testes absente parte recepti,nec quidem faciunt indicium.Bartol.in l. Maritus. ff.de quæstionib.& præsumptiones & indicia legitimè probari debent.Bartol.in l.fi.ff.famil. herciscun. & concurreret circa idem duplex specialitas, contra l.1. C. de dotis promiss. si tamen teneas testes facere præsumptionem, procedet ista excusatio.

78 Duodecimò limita,quando testator disposuerit dicto alicuius stari, per l. Theopompus.ff. de dote prælega.& ibi Bar.per illum tex.Anto.in d.cap. Veniens.1. de testib. Roma. consil.61.licet mihi.Alex.consil. 54.circa. col.2. volum.2. quia iam persona illius est adprobata per testatorem, & sic per hæredem non poterit reprobari, nec dictum eius, quia eius valuit stari dicto.hoc tamen non procedit secundum Panorm.in d.cap. 2.quia iste, qui declarat voluntatem defuncti iurare debet.d.l.Theopompus. Ergo illi iuramento pars debet adesse. quia potest opponi excusatio, quod non est is, cui defunctus voluit stari. argum.l.duo sunt Titij. ff. de testa. tutel.& quoniam præsentia partis poterit testem inducere & mouere,vt dicat veritatē & hoc est tutius,quamuis prior opinio sit communis.

79 Duodecimò limita, quando testes examinarentur ad perpetuam rei memoriam.glo. in l. laudabile.C.de aduoca.diuersor.iudic. cap.fin.§. sunt & alij,vt lite non contestata. reseruantur tamen parti, contra quam producuntur, vt possit opponere contra personas & dicta.ca. quoniam. vt lite non contesta.Guido Papæ in d.statuto.in verb.etiam absque violentia.col.5.

Decimotertiò non procedit in summariis. Geor.Nat.in repet.cle.sæpe.§.fin.col.24.de verb. significationib.

80 Decimoquartò etiam fallit, quando testis esset in iudicio,& vtraque pars esset pręsens:quia tunc altera poterit eum producere sine alia citatione.glo.sing.in l.post legatum.§.his verò.& ibi Bartol.ff.de his,quibus vt indig. & supra dixi. & sic fuit conclusum per omnes Dom.de Rota, vt in decisi.eorum 372. fuit dubitatum vtrum valeret.in no.Aufrer.in decis.Tholosan.q.384.

81 Decimoquintò fallit, quando non citato nullum faceret præiudicium. Innocen. in cap. humilis.de maio.Bald. in l.fin.§. cum igitur.versic.quæro igitur.C.de iure deliberandi.& in l.ab eo.Quomodo & quando iudex.Alex.consil.86. visis.col.2.vol. 2. refert & sequitur. Hippol.sing. 30.tu scis regulam &c.

82 Decimosextò non procedit, quando testes producerentur vltimo die dato ad probandum, quia extremitas temporis satis monet partem vt intersit.Barto.in l.item illa.col.1.ff.de constitu. pecu.& in l.2.C.de temporib.appella.Bald. in l.si quando.col.2.nume.4.C.de testib.& in l. fin.col. 2.nume.4.qui admitti. Idem in instrumentis tradit Matthę.de Afflict.in decis. Neapoli.47. fuerunt latè in fi.Roma.singul.364.fuit vnus.hoc tamen in practica non seruatur.

83 Decimoseptimò excusatur, quando testis esset legalissimus & valde fide dignus, tūc etiam sine citatione eidem crederetur. sing. est dictum Bald.in addi.ad Spec.in titul.de teste. col. vltim. vers.valet dictum. quod refert Hippoly. consil.1. circa finem. quæ fortè iudices non seruarent, ratione formæ omissæ,vt supra dixi.

84 Decimooctauo excusatur quando procurator,qui litem esset cōtestatus, esset citatus:quia postquam est dominus litis & instantię,ergo debuit citari, non dominus causæ, aliàs esset diuidere instantiam, & lacerare.Bald.in d.cap.2.col. 2.si tamen dominus fuerit citatus, & comparuerit,valebit actus, cùm sit dominus vtiliter. cap.si quem.de procuratorib.in 6.licet bene multi contradicant.

85 Decimononò, quando agitur de peccato vitando.c.Præterea.2.& ibi doct.secūdum vnam lecturam.de sponsa.

86 Vigesi

86 Vigesimò, quando iudex reciperet testes super notorio,vel fama.Innocen.in c. bonæ.1.de elect.Bal.in l. qui testamento. §. per contrarium. ff.de testa. Panorm. in cap.cum in tua de sponsal.Barba.in rub.de testib.col.1.& seque. in clem. idē si super consuetudine.Anto.in c.fi.in vlt.parte.de consuet.refert Areti.& Feli.in d.c.2.col.2.

87 Vigesimoprimo excusantur in casu posito per Bartol.& Alexan.in l.Ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in fraudem creditorum. quod in debitorem suspectum audiri possint testes super fugæ suspitione, & super noua causa:vt ibi:facit §.si verò etiam. ibi examinet vt potuerit iudex. vbi Bart.in authen.de exhibend.reis.colla.5.

88 Vltimò,quis citatus non præsumitur si neget se citatum,nisi probetur.Bal. in c.quod sicut. col.1.de elect. Anton. in cap. fraternitatis. in fin. de testib.

89 Collator beneficij repellitur à testimonio, quando deponere vellet pro illo, cui fecit collationem tum ratione affectionis, quam præsumitur habere,vt sua collatio sortiatur effectum : & dicitur lucrari qui explet voluntatem.gl.in l. penult.C.de condict.causa data. Tum etiam, quia sua interest.nam si amittat beneficium,tenebitur collator eidem prouidere de alio.cap. inter cætera.de præbend.facit §.si duo.& ibi Bal. & Prepposit.in titul.de pace tenend.vbi dicit, quod dominus in causa feudi non admittitur, in testem ad probationem, sed ad informationem,& aliquale iudicium: & ideo non creditur suæ collationi in præiudicium mandatarij,vel alterius expectantis apostolici.nota.in c.post cessionem.de probatio. & alibi dixi in rubr.de collat.in versic. palam.in concordatis.

Si tamen collator nullum prætenderet interesse,etiam affectionis,tunc arbitrarium esset quanta fides esset eidem adhibenda pro qualitate personarum.argum cap.& si quæstiones.de simo. & cap.cum parati.de appella. sicut de donatore dicit Panor.in ca.insuper.col.vlt.de testib. Aufrer. in d.tract.hoc expresse decidit.

90 Colonus siue conductor in causa domini reprobatur,quia est domesticus.glo. in §.in testibus.insti.de testa.Spec.eod.titul.de teste.§.1. vers. item excipitur, quòd est domesticus. Albe. in l. etiam.col.2.C.de testib.& ista est communis opinio teste Lanfranc.in rept.c. quoniam.in verb. testium depositiones.col.21.vers.secundo quæro. de probatio.Alexan.consil.91.abunde.col.vltim. in 4.volum.

De consuetudine tamen admittuntur:sed pro qualitate personarum datur eis fides maior, vel minor.spec. vbi supra. & Ioan.Fab.in d.§. in testibus. vbi dicit procedere in colonis conditionatis,id est,in adscriptitiis,& necessariis,qui non possunt pro libito recedere:secus in colonis nostri temporis. quia hi & pro dominis & contra possunt esse testes.Salicet.in l.quoniam liberi. C. de testib.Iason in addi.ad Porc.& ibi Bauerius in §.pater.institut.de testam. Siue sit partiarius, siue alius. Areti.consi.13.viso.col.9.in 4.dubio. Alex. consil.57.in causa.in 7.vol. tamen non est omni exceptione maior, vt propter hunc testem iuramentum in suplementum deferri possit.Alexan. consil.32. viso puncto. in 1.volum & consil. 91. circa.col.vlt.in 4.volu. vbi dicit, quòd colonus non est integer testis,& consil. 114. in causa. col. penul.in 4.vol.

91 Commissarius ad faciendam inquisitionem & attestationes,potest repelli,si audire velit testes vltra articulos à partibus productos,& vt dicunt accordatos,etiam partibus consentientibus:quia vltra formam mandati facere non potest. l. diligenter.ff.manda.cap. cum dilecta. de rescrip. ita fuit in Senatu pronunciatum,inter Admiraillum Franciæ & D.Vidame d'Amiens anno 1520.

Et sic deputatus ad recipiendos testes, non potest ventam facere, etiam de partium consensu,quamuis non possit audire testes eadem ratione.quia non est illi commissum. & sic fuit anullata venta facta per vnum consiliarium Paris. anno 1527.die 8.Iulij.

92 Concubina in causa amasij repellitur. Bal. & Salicetus in l. etiam. in fin. C. de testib. quia non distat ab vxore in affectu animi : sed solum in dignitate.l.item legato.§.Parui.ff. de lega.3. & l.Masurius.de verbo.signifi. Bald. in cap. in literis de testib.Areti.& Iason in §. pater. institu. de testa. nam ratione amoris facile veritatem peruerteret. & magis aliquando timent amasij, vel amasiæ minas vel verba inter eos, quàm coniugati.& sic non auderent metu diuortij veritatem deponere.Iacobi.in l.testis.ff.de testib. nam amicitia illicita & impudica testem repellit,vt ea quę est ad concubinam.l.fin.ff.de actio.nam amasius pro amasia, omne fas atque nefas committeret.l.2.§.initium. ff. de orig.iur. & furore amoris nihil vehementius.authen.quibus mod. natural. effician.legitimi.§.illud.Bald.in cap. 1.in fi.de testib. & propter vitæ inhonestatem : &quia est domestica.Bald.in c.in literis.in fi de testib.

93 Concubinarius manifestus à testimonio passim repellitur,teste Spec.in d.§.1.versicu.item quod est concubinarius.per cap. consanguineorum.3.quęstio.4. Quoniā omnis incestus macula pollutus,infamis est,vt ibidem dicitur & c.infames.6.quæstio. 1. etiam quia concubinatus est magnum crimen.cap.vestra.de coha.Panorm.& Felin.in ca.testimonium.col.3.de testib. & etiam quia comparatur furioso,vt dixi in tit.de public. concubina. in concordatis. vbi addidi triginta pœnas. & ibi licet multa videre. & hoc expressè tenet Guido Papæ in sing. 769. siue sit clericus, siue laicus:& quia non potest accusare.cap. cum dilectus.de accusa.& supra in pręfat. huius tract. dixi eum repelli etiam à testimonio,qui ab accusatione repellitur. hoc etiam expressè docet Bauer.in §.Pater.col.3.instit.de testam.

94 Competitor, in causa, quam prosequitur, repellitur à testimonio.quia causa est propria, in qua quisque repellitur.vt l.omnibus.C.de testib. & infra dicetur.de hoc competitore traditur in l. Generaliter.§.spurios.ff.de decu.& ca.fi.de elect. in 6.& cle.constitutionem.illo titul.

95 Compater pro eo quem leuauit reprobatur. Baldus in l generaliter.ff.de in ius vocand.Alex. consil.143.quoniam.in 2.volu.& consil.34. viso. in fin.

in fi.in 3. volum. Matthę. de Affict. in constitu. Neapol.libro 3. rubr. de aleatoribus.col.2.Ias. in §.Pœnales.nume.68. insti. de actionib. quia vinculum cõpaternitatis est maius,quàm vinculum adoptionis.& talis pater spiritualis est diligendus tanquam alius pater naturalis.ca.ita diligere. 30. quæst.3.Imò affinitas spiritualis maior est, quàm carnalis.glo.in cap.qui dormierit.27. quæst.2. & difficilius dispensat Papa in cognatione spirituali,quàm in naturali:vt no.in cap.1. & per totum, de cognatio. spiritua. contrarium tamen tenet Bartol.consil.92.in quæstione. & Bald. sibi contrarius,in l.parentes.C.de testib.Alex.consil. 42. in causa.volum.3.& consil.186.viso.col.penul. in 7.volum.quia non reperitur prohibitus.& ita in pract.seruari dicit Iaco.in l.testis.ff.de testib.Ego verò considerarem qualitatem personæ, & amicitię,& iis inspectis iudicarem reprobandum,vel admittendum.& huic vlt.opinioni inhęret Ias.in §.pœnales.nu.68.institu. de actio. Tamen hodie non admittitur talis recusatio & ita seruat curia. vt scribit Boer.in decisi.Burdeg.quæst. 233. vxor an possit.col.vlt.

96 Consobrinus pro consobrino repellitur, quia est consanguineus. §. quarto gradu. de gradib.cogna.instit.& consanguinei pro consanguineis reprobantur. vt infra dicetur. & Lanfranc. expresse ponit in d.c.quoniam.col.18.vers. capio itaque.de probatio.

Saluatur, quando voluntariè deposuit.l. lege Iulia.ff.de testib. nam quando inuitus, tunc non valet eius dictum nec pro, nec contra consanguineum, nec in causa ciuili, nec criminali.vt expresse consuluit Bald.consil.187. quia consobrinus.in 4. volum. & dicitur inuitus secundum eum quando citatus allegat suum priuilegium. arg.no.in l.si quis ex aliena.ff.de iudic.

97 Condemnatus ob carmen famosum, repellitur.l.ob carmen.ff.de testib.& c.si testes.vers. ob carmen.4.q.3.& Spec.in d.§.1.vers.item,quod fuit ob carmen.&c.

*De concordandis testibus.*

98 PRimò notandũ est quòd dicta testium reduci ad concordiam debent, si hoc fieri possit.cap.Si testes.vbi glos.4. quæst.3. & in cap.Periculosè.de pœnit.distin.1.cap.Cùm tu.de testib.Anchar.consi.385.Licet pridie.glo.& doct. in l.2.ff.si cert.pet.Vnde dicit glos.sing.in ca.Artaldus.8. quæstio. 3.quòd si testis iuret se non vidisse, debet intelligi quòd ipse sit memor, vel sciat.per tex.in authen.de hæred. & falcid. colla. 1.§.Si verò absunt. glos. 1. in cap. Ne quis arbitretur. 22. quæstione 2. Vel si testis dicat nullis aliis præsentibus, debet concordari cum aliis, nempe,quos ipse viderit,vt euitet falsum.Angel. consil.275. Ex themate. col.4. versic. nec obstat quod Vincentius. Et si testes dicant in principio fuisse commissum maleficium pręsentibus Gaio & Seio,& in fine dicant, nullum fuisse præsentem,intelligi debet, exceptis suprà expressis. Alber.in l.non erit.§. delato.ff. de iureiur. & Alex. consil.170.in fi.volum.6.Sed & modica contrarietas,etiamsi concordari non possit, non vitiat dicta testium.Anton.Butr.per glo.in cap.2.in fi. de regular. Vt si vnus deponat de anno, & alter de anno & die. Alex.consil.5. in casu inquisitionis.col.penul.volum.1.& consil.65. Visis processibus.col.3.volum.2.& consil.24. Animaduersis. col.penult.in 2.volum.& in l.In insulam.num.1. ff.solut.matr.Nam qui parum transgreditur,non dicitur transgressus.l.Quamuis.ff.de conditio. & demonstrat.Bal.in l. Quicunque.col.2.C.de ser. fugit.Barba.in procem.Clement.in 2. lectur.col. 11.& de modico non curat lex, Scio.ff. de in integ.restit. plura in hanc rem congerit hinc inde Corset.in tract.de minimis.

99 Tertiò reductio ad concordiam debet fieri, quando interpretatio & conclusio esset veritati consona,& concludens.cap.in præsentia. de probat.secus si impropriissima. Quia nimia improprietas est quædam abusio. Verba sunt Baldi in rub.C.Si ex falsis instrum.col.vlt. versic. Amplius.Anchar.consil.385. licet pridie. Vel probabilis videtur concordia,que similitudine legislatorum,vel autoritate prudentum inducitur,teste Alciato lib.10.Parerg.cap.10.vbi etiam dicit,non videri falsos,qui Titium & Seium eiusdem ætatis esse dixerunt, licet vnus ageret decimum tantum annum,& alter decimumtertium, cùm ambo pupillaris ætatis.l.Lucius.ff.de vulgar.

100 Quartò,testium dicta impropriari debent, vt ad concordiam reducantur. Vnde si testis deposuerit aliquem commodasse decem aureos, intelligetur mutuasse.Bartol.per glos.ibi, in l.fin. C.de his,qui ex public.rat.mut.pecun.accep.libr. 10.Quod est verum in idiota. Nam grossus modus loquendi non debet esse nocumento.l. cum autem.C.de arbit.l.quotiens.C. famil.ercisc. Secus in iurisperito,per not.per Bart.in l.sed si possessori.§.Item si iurauero.ff.de iureiurand.Vbi testis deponens quòd quis legauit, vel donauit vsumfructum rerum quæ vsu consumuntur, saluatur:& intelligitur quasi vsusfructus. Item relatiuum facit simplicem interdum relationem, & ad genus refertur,vt mens testium saluetur.Bart. in l.Iulianus.ff.de hęredib.instit.glo.in verb. eandem.in fin.in l.3.de negot.gestis.C.

Item indefinita æquipollet vniuersali in testibus vt si deponant Titium possedisse fundum, intelligitur de toto.Innoc.in cap.auditis. de præscrip.nisi propter concordiam testium, vel cum instrumento:vt si deponant Titium illa die fuisse in ciuitate, non intelligetur tota die. glos. & doctor.in l.optimam. C.de contrah. & commit. stipul.Socyn.expressim in d. l.2.§. fin.in 2. conclus.Vide Aret.in l. serui.§. Labeo. ff. de legat.1. Item si vnus testis dicat quòd Titius erat frater Sempronij,alter dicit quòd erat filius fratris,potest excusari,quòd largè frater vocari possit.Bar. in l.Lucius.§.quæsitum.ff. de legat.3. Facit l.Nemo.§.1.de hæred.instit.c.Quæritur.22.q.2.vbi filia fratris dicitur soror.

Quintò,quando fit concordia, debet fieri secundum illam interpretationem quæ est magis verisimilis, attenta communi accidentia facti. Casus singularis in cap. Cum tu. de testib. in eo quod Papa præsumit bis appellatum potius, quàm

quàm sentẽtiam bis latam:quia frequentius contingit bis appellari,quàm bis iudicari.

Sextò,dicta testium debent intelligi secũdum vulgarem modum loquendi, non legaliter, nec secundum iuris subtilitatem.glos. in l. stipulatio ista.§. hoc quoque.ff. de verb. oblig.l. semper in stipulationibus.ff.de reg. iuris. Quia vt plurimũ testes sunt idiotæ,& nesciunt verbis subtilem interpretationẽ dare.glo.& ibi Bar.in l.quòd si nepotes.ff.de testa.tutel.l.quoties.C.de hæredib.instit.Rom.in l.1.col.3.nu.11.ff.de no.oper. nuntiat. glo.in verb.commodè.c.cupientes.de elect. in 6. Fely. & alij in proœmio Decretal. Hoc tamen verum est,nisi esset contrarietas, intelligendo secundum vulgarem modum loquendi:quia tunc impropriari etiam poterunt.Curtius in d.§.fi.l.2.

102 Septimò sufficit testes in dicto esse concordes,licet in causa & ratione discordent, vt si vnus dicat talem Titium iurisdictionem exercuisse die lunæ,quia vidit suspendi aliquem:alter dicit die martis vidisse alterum fustigatum, probant Spec.in tit.de teste. 55. Iam de interrogatoriis.vers.item sufficit. Guido Papæ in decis. 544. Quidã elegit.Et scripsi in verb. singulares. infrà.

103 Octauò, concordia testium fieri potest quoad sermonis repetitionem, vt si testis dicat Titium promisisse Seio centum,& interrogatus quomodo sciat, respondeat, quia vidi Titium primò promittere quinquaginta Seio, & postea audiui promittere centum,intelligitur computatis quinquaginta in quantitate centum.Panor.& alij in c.cùm tu.de testib. allegat l.2.§. exactis. ff. de orig.iuris.

104 Nonò,testes concordari debent, quando actus est iterabilis, & multiplicari potest: tunc actus multiplicatus præsumetur:tex.in d.c.Cùm tu. vbi appellatio præsumitur bis facta. Idem in adulterio, furto & similibus,quãdo probatio remanet in vtroque actu perfecta, vt infrà dicam, & tradit Bartol.in l.2.in fin.ff.Si certum petat.Et Bald.in 1.constitut.C.§.quibus. col. 2.Aufrer. in decis.Tholos.quæstio.11.Vnde si testis testamentarius dicat se rogatum à notario,alij à testatore, probant:quia potuit rogari & à testatore & à notario. Angel. consil. 275. Et themate. col. 3. vbi idem dicit, si deponant alij se testes esse adhibitos in testamento ante publicationem, & alij post publicationem dicunt. Idem si aliqui dicant testatorem sigillasse testamentum post subscriptiones, alij dicunt antè: vt intelligi debeat ante secundum sigillum, & post primum. Alex. consil.176.viso processu.in fi.vol.5.Nisi ex commissione partis,vel dictis testium, vel responsionibus articulorum,aut aliàs de vnitate actus constaret. Vnde cautela est,vt ex officio iudex interroget partes an intelligant de vno actu, vel de pluribus: vt si de vnico dicant, nunquam testes poterunt concordari in pluribus, vt scribit Spec. in titul. de teste.§.iam de interrogatoriis. versic. Quid si vnus testis.per tex.formalem cap. Cùm Ioannes.circa finem. versi. Porrò. de fide instru. Anchar.& Barbat.in d.c.cum contingat.

105 Decimò, contrarietas quæ non est circa factum principale, nec circa substantialia negocij principalis,licet sit erga accessoria, non vitiat dicta testiũ.gl.in verb.substantia.in c. dictum de conuers.coniug.Vt si vnus dicat quòd pars locuta est,& alter dicit quòd non audiuit eam loqui: nã potuit pars loqui,& tamen testis ille non audiuit.Alex.cõsi.5.In casu inquisitionis.in fi.vol.1. Et consil.24.Animaduersis.col.penul.vol. 2.nu. 50.& consil.88.quoniam.col.5.nume.11. in 5.vol. Barba.consil.30.scribitur.col.6. volum.1. Specul. in titul.de teste. §.1.versic.Item quòd aliquid addidit de suo: vbi dicit valere dictum testis, licet aliquam miscuerit falsitatem etiam scienter, si non sit circa substantialia negotij principalis. Vt si dicat contrahentem esse ex tali loco oriundum, vel ciuem, aut affinem: secus si mendacium substantiam negotij tangat. cap. si ad scripturas.9.distin. Plerunque enim testis, dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adiicit,totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. cap. Pura.3.quæst.9.

106 Vndecimò, quando testes sunt æquales numero, fit concordia non solùm vt falsum & periurium vitetur, sed & ad probationem.tex. in in d.c.cùm tu.de testib.gl. 1.in c.cùm contingat. de offic.delegat. licet multi tenuerint quòd tantùm fiat concordia ad falsi excusationem:tamen magis communis est,quòd etiam vt probent. vt expresim tenet Socin.in d.l.2.§.fi.ff.si cert.pet.

107 Duodecimò, si vnus testis dicat domum esse Titij,alter Sempronij,intelligi & concordari debent,quòd sit communis:vt not.glo.& doct. in c.translato. de constitu. Do. de Ripa in l.serui electione. §.1. col. 2.ff. de legat. 1. vbi etiam dici posse concordari testes,si vnus dicat Titium occidisse Gaium:alter verò dicit Sempronium occidisse Gaium,vt intelligamus quòd communiter occiderunt,vt not.Bart.in l.1.§.non autem.ff. de bonor.poss.secund.tabul.

108 Fallit, vbi plures testes contradicunt paucioribus,non fit cõcordia:sed statur pluribus.gl. in c.Si testes.4.q.3.Bal.in 1.constit.Cod.§.quibus. col.1.& seq.& in margar.in verbo,testis.q.105.

Secundò fallit,quando illi qui sunt in minori parte,sunt magis digni & idonei.ca. in nostra.de testib.& maximè si essent pro reo,cũ in dubio sit absoluẽdus,licet actoris testes sint magis idonei. gl.in c.clerici.81.dist.Alex.cons.18.viso.in fi.vol.1.

Tertiò fallit,quãdo dicta paucorum essent rei aptiora,& vero proximiora.l.ob carmẽ.§.fi. ff.de testib.Barb.in d.c.si cõtingat.col.4.de off.delega.

Quartò, quando per pauciores plus probaretur quàm per plures.glo.in d.c.si testes.4.q.3.

109 Decimotertiò non fit concordia, quando vnus est sibiipsi cõtrarius,etiam vt euitet falsum. l.qui falso.ff.de testib.Bart. in l. eos.in fi.ff.de falsis.& in l.de ætate.in 2.q.princ.ff.de minorib.Ias. in l.1.in princ.col.4.num. 6.de noui operis nunt. Quod est verum, quando esset omnino contrarius:secus si apparenter.Fel.in d.ca. Cùm tu.in 1. conclus.Idem si vnus contradicat pluribus: quia dictum vnius non iustificat,nec condẽnat.c. admonere.33.q.2.gl.in c.si testes.4.q.3.Si tamẽ vnus alteri contradicat,si non appareat vter falsum dixerit,neuter de falso punietur, per legem, Item

Mela.§.si plures.ff.ad legem Aquil. Bald. in l.testium.col.4.vers.modò hîc insurgit.C. de testib. Alex.consi.65.visis.col.3.vol.2.& neutri stabitur, nisi iudex ad digniorẽ declinare vellet:quia tunc iuramentum in supplementum deferre poterit habenti testem meliorem & digniorem, vt consuluit Alex.consil.236.Perspectis.in 6. volum. & consil.127.viso processu.col.2.in 7.vol.

110 Decimoquartò in actu qui vno instãti perficitur & non potest reiterari,vt mors:non reducentur testes ad concordiam.glo.in l.1.C.qui accus.non poss.

111 Decimoquintò,concordia testiũ fieri potest quando actus habet tractum successiuum & durationẽ vsq; ad perfectionem.Bar.in l.2.§.fi.ff. Si certum pet.ex quo infertur,quod si testes actoris dicant aliquem promisisse ante diem decimum: & testes rei post diem decimum,concordare debent vt ante diem decimum finitum, & post decimum inceptum intelligatur per l.Anniculus. ff.de verb.sign.vbi ante diem decimum vel post, vndecimus dies significatur.

Idem si dicatur post Calẽdas, & ante;vel ante mensem,vel annum,& post.l.qui ante Calendas. ff.de verb.obli.& c.Presbyter.78.dis.Oldra.cons. 49.consueuit.vbi concludit, quod si promittam dare ante annum , sufficit quod dem ante finem anni: secus si quis promittat soluere intra annũ, vel in anno, tunc enim finis non expectatur.l.si ita fuerit.2.§.fin.ff.de manu.testa.l.inter illum.de verb.sig.Bart.in l.qui hoc anno. de verbo. oblig.

Item si testes aliqui dicant factũ ante nuptias, alij post nuptias , intelligi debet ante nuptias finitas,& post nuptias contractas & inceptas , vel post nuptias tractatas , & ante nuptias perfectas. gl.Bar.& alij in l.2.§.fi.ff.si certum peta.

Idem Corne.consil.288. viso.litera g.in 3.vol. dicit in testibus dicentibus pactum fortè de retinendo esse factum post contractũ,& aliis in contractu factum fictè:quia post contractum incontinenti,ita quòd inesse videatur fictione iuris,per l.lecta.ff.si certum pet. Idem si dicãt ante bellum aliquid factum,alij post ; vt intelligi debeat ante finitum & post inchoatum , cùm hoc in casu sit eadẽ ratio.Alex.in l.in insulam.§.1.ff.solut. matr. Vel si partim dicant quòd Titius ibat ante scholares , partim quòd post , intelligetur quòd ibat ante aliquos,& post aliquos.De Ripa in l.si ventri.§.in bonis.col.pen.ff.de priuil.credit.Imò non vitiatur depositio,si dicant factum tempore belli: licet modicum ante gestum sit,tempore quo belli rumor imminebat.Nam tempore guerrę dicitur factum,etiam quando modicũ ante,vel modicũ post, vtor verbis ipsius Baldi in tit. De pace tenen.col.2.nu.4.per gl.in l.1. C. de operis liberto.Facit l.Pædius.ff.de incend.ruin.naufra.plenè probat Alex.in l.diuortio.col.3.prin.solut. matri. ff.Fallit , quando constaret de contraria mente deponentium.Dec.& Purpurat.in d.l.2.§.fi.Et sic debet intelligi opinio Baldi in tract.de pace Cõstantiæ.in verb.Opisoni.& Corne.consi.324.Videtur.col.5.in 3.vol.Alex.cõs.116.Postea in 1.vol.

112 Decimosextò dicta testiũ dicto partis contraria non concordantur,quia dictum partis non probat pro se : ergo frustra fieret concordia. Innoc.in c.cùm contingat.col.2.de offic.deleg. Angel.in §.si de alia.in fi.De inutilib.stipul.in Insti. Nam si dicam me excõmunicatum post appellationem,& episcopus probet ante appellationẽ, confessio mea & testes episcopi non reducentur ad concordiam , vt bis præsumatur appellatum. Confessio enim mea mihi prodesse non debet.l. si defensor.& l.de ætate.de interrog.action. Inter tamen plura dicta partis bene recipitur : vt si diceret se non debere,& præscripsisse. Nam intelliguntur hæc verba,quod si debeam,præscripsi.Et sic fiet concordia.Bald. Alex. & alij in l. 2. ff. ne quis eum qui in ius voc.Item fit concordia cum dicto partis,quando testes sibiipsis,non sibi contradicunt.Alex.consil.99. Visis processibus. col. pen.nu.9.vol.5.Secundò fallit,quãdo cum dicto partis essent aliqui testes.d.cap.cùm tu.& Soci.& Curtius in d. §.fin. Tertiò probatio vnius partis dubia clarificatur ex confessione alterius partis. tex.in c.cum Ioannes.& ibi Panor.not. antepen. de fide instru.Bart.in l.Labeo.col.2.vers.sed quęro.ff.de supel.leg.Aret.in l. serui electione.§. Labeo.in fi.de legat.1.

113 Decimoseptimò aliquando testes concordantur vt probent, aliquando , vt euitent periurium,non vt probent.Primo casu fit concordia, quãdo integra remanet probatio super quolibet actu:& est clara & lucida probat.text. vt ibi Dec. in d.cap.cum tu.Angel.in §.Si de alia.in final. de inutilib.stipula.in Institut.& plenius in §.si minus.colum.vlt.de actio.ibid.Tyndar. in tract.de testi.in fin.

Secundò casu non fit concordia vt probent, quando per reductionem ad concordiã per diuersitatem actuum, non remaneret integra probatio super quolibet actu : sed tãtùm vt pœnam euitẽt.vt si vnus testis deponat adulterium commissum die dominico,vel tali loco:& alter dicat, die lunę & alio in loco,nõ probant.gl.in c.Nihilominus.3.q.9.Io.And.in addi.ad Spe.in ti. de teste.§. Itẽ de interrogatoriis. vers. quid si vnus testis. Aufret.in decis.Thol.q.309.Alex.cons.quoniam abunde.col.2.vol.2.& Barba.consil.12.Pręclarè.volu.2. vel quando impropriè loquuntur, coadiuuãtur vt falsum euitẽt.Bar.in l.1.in fi.C. de vsufruct.Alex. cõs.94.viso processu.col.2.vol.6.

Ex quo infertur, quod si testes sint inæquales, fit concordia vt euitent periurium non vt probent.quia statur pluribus,& dignioribus.gl.& Dec. in c.cum contingat.de offic.delega. Bar.in l.2.§. fi.ff.si certum peta.& in l.Gallus.§.Ille casus.in fi. de liber. & posthu.Bal. in prima constit. Cod.§. quibus.Quod etiam in hoc casu fieri debeat concordia vt probẽt,sentit gl.in c.si testes.§.si testes. 4.q.3.Anto.Panor.Imol.& Fel.in d.cap. cum tu. Imol.in l. Inter stipulantẽ.§. 1. col.3.ff. de verbo. obliga.dicit quod opinio contraria seruaretur in practica propter authoritatem. glo. & Innocen. Putarem hoc esse arbitrio iudicis committẽdũ, vt si non videat magnam inæqualitatem,concordiam facere possit vt probent:aliàs non.

Infertur etiam hanc concordiam fieri posse siue testes vnius partis varient, siue testes vtriusque par

que partis inuicem.per gl.in c.in nostra.de testib. & d.§.si testes.4.q.3.Panor.& Fel.in d.c.Cum tu.
114 Decimooctauò etiam hanc concordiam esse faciendam, si scripturæ contrariæ videantur productæ ab eadem parte, quando verba videntur discrepantia,traditur in cap.inter dilectos.de fide instrumen.Alex.in consi.7.viso.vol.1. Bal.in l.scripturæ. C. de fide instrum.Bauer. in §.1.nu.5. Insti.de testa.Socin.consil. 277. visis.col.penult. volum.2.Vnde consuluit Ias.consil.137. viso.col. 6.versi.sexto.num.9.in 4. vol. quod si vnum instrumentum loquatur de descendentibus per lineam masculinam, & alterum de descendentibus simpliciter: quod hoc debet intelligi de descendentibus masculis, quasi in hoc sit plus dictum à partibus, quàm scriptum.l.cum auus. ff. de conditio. & demonstr. vnde priuilegia, quæ prima specie videntur contraria, debent per diuisionem reduci ad concordiam. Panormit. per illum text.in cap.ex ore.not.5.de priuil. Ias. dict. consi.137.nu.10.vol.4.
115 Decimononò si quidam testes deponant Titium fuisse sanum die decima. & alij testes dicant eum infirmum: possunt saluari,vt de mane fuerit sanus, & in vesperis valetudinarius, prout saluantur Euangelistæ in cap. periculosè. de pœnit.dist.1. sic expresßim conciliat Anchar. consil. 385. licet pridie. & consil.388. in casu.col.3.quod est notandum pro regul.cancella.18.

Idem si quidam dicant simul factum, & alij deponant partim esse factum de mane, partim in vesperis, debent reduci, vt simul dicatur factum, id est eodem die.per glos.in l.in operis. ff. loca.vbi docto. vel ordine succesßiuo, videlicet vnum fecisse post alium.l.si plures.& ibi Bart. ff. de iniur.facit l antiqui.ff.si pars hæred.peta.Item si dicta testium sunt compatibilia,& quæ posßint concordari,testes non dicũtur varii, nec contrarij.Bar.in l.eos.ff.de fals.Barba.consil.12. Præclare.in fi.vol.2.refert & sequitur.
116 Vigesimò,responsiones factæ positionibus debent ad concordiam reduci. Alex.consi.44.viso.in fi.in 2.vol. vbi dicit plures confesßiones, & responsiones eiusdem,debere interpretari,ne inuicem contrariæ sint.
117 Vigesimoprimò,quibus modis leges cõcordantur, eisdem modis testes conciliari possunt. Anto.Butr.& alij in d.c.cum tu.de testib.& quinquaginta modos leges concordãdi tradit Spe. in tit.de disputa.& allegat §.post hoc autem.multa etiam scribit Stepha.de Feder.in tracta. de interpreta.legum parte secunda.

Item si vnus testis deponat domũ valere centum,alter valere centum & quinquaginta, non ob hoc dicuntur contrarij: quia nõ videntur dicere quod nõ valeat vltra.l.cum furti.ff. de in litem iurand.Bar.in l.fi.§.1.ff.de lega.2. Et si creditor confiteatur se debere recipere centum à suo debitore,non videtur asserere quod centum tantùm accipere debeat, nisi dictionem taxatiuam apposuerit.Bar.in l.si quidem.per illum textũ.C. de transact.per l.3.§.cum Titio.de adimend.lega. idem si debitor dicat,ecce centũ quæ tibi debeo: si creditor accipiat,& nihil dicat, poterit residuũ petere.Bar.in l.si cum dos.ff.rerũ amotarum.Dicit tamen Salic.in l.2.col.penul.de rescind.vend. quòd si vnus testis dicat rem valere centum, & secundus dicat valere centum & decem, tertius dicit valere centum & viginti, quod probat rem valere cẽtum & decem:nec stari minori summæ iudex debet: quia primus testis est implicitè reprobatus per alios duos, in eo quod implicat rẽ non valere vltra centum, & alij duo sunt cõcordes,quòd res vltra valeat,scilicet centũ & decem. ideo in eo probant.verùm quia tertius etiam est vnicus in aliis decem superadditis: ergo in illis nõ probabit,aliàs magna posset sequi fraus,quod vnus deponeret de tam minori summa, & tamẽ secundũ eum iudicari deberet:vel fortè testis ad suasionem partis aduersæ, sic posset de minima quantitate deponere, & sic eludere verũ aliorum testimoniũ.sic consuluit Alex.consi.64. visa con sultatione.col.2.& seq.vol.2.Nec refragatur l.diẽ proferre.§.si plures.ff.de arbit.quia loquitur in arbitris, in quibus alia ratio reformat. quia arbitri agunt inducere, non declarare, vel referre, vt faciunt testes.Ideo eorum sententia ad illud quod est minus restringitur,secundũ eum. Etiam quia arbitri,antequã suam sententiam proferant,conferunt inuicem de eo,quod iudicare debẽt.l.si in tres.& l.sicut.ff.de recep.arbitr.secus in testibus.
118 Vigesimosecũdò in criminali,quando dicta testiũ sunt generalia non debent adaptari vt probent,nec ad delictũ interpretari: licet aliàs verti ad delictum possent. c. cum dilecti. de accusa.& Fel.in d.c.cum tu.col.pen.Bald.in l.sed & si possessori.§.sed & si rerum.ff.de iureiuran.

Vigesimotertiò potest fieri cõcordia per temporis succesßionem: vt si duo testes dicant posßesionem fuisse Titio, alij dicant Martino, possunt concordari quod Titio primo, & Martino secundo.gl.& doct.in c.translato.de constitu. vbi dicit gloss.Papam succesßisse Moysi,& esse illius successorem mediante Christo: & esse successorem Christi immediatè.Panor.in c.causam,quæ. Qui filij sint legitimi.
119 Vltimò,si hęc concordia fieri facile nõ posßit,cautius est iudici testes repetere,& reaudire,vt dicta sua declarent.glo.in l.illud.in verb.non habebit.in authẽ.de testib.colla.7.hoc etiam firmat Bar.in l.si quis intentione.col.1.ff.de iudic.Bal.in authẽ.at qui semel.col.2.C.de probat.& in l.ampliorem.in princ.de appella. Et hoc casu pars citari non debet.Bal.in authen.hodie in prin.C.de iuram.calum.Quia declarare,non de nouo dicere.l.hæredes.§.sed si notam.ff.de testamen. & ibi Imola.Nec de nouo iurare testes debent.Bald.in l.fi.circa finem.C.de testib.
120 Præferuntur testes, qui cum iure communi concordant,aliis qui iuri communi aduersantur.Bald.in Marga.in verb.testis. quæst. 121. Ideo si quidam deponant aliquem esse bonæ famæ & conditionis, illis magis credetur, quia habent præsumptionem iuris pro se: quia quilibet præsumitur bonus.glos.in l.si verò.in fin.ff. Qui satisda.cogan.& in cap.si forte.de elect.lib.6.Idem si aliqui testes,deponant Titium esse sapiẽtem & sagacem:alij furiosum,vt deponentibus sagacem

esse credatur. quia ius adsistit.text.in l.nec codicillos.vbi glo.C.de codicill.c.fi.de success.ab intesta.Decius.consil. 448.visis tota.col.2. post Innoc.& alios in c.auditis.de præscript.idem si deponerent secundũ statutum,vel consuetudinem, cum pro iure habeantur eo loco in quo vigent. Ias.consilio 137.in causa colum.2.vol.4. Etiam si plures essent deponẽtes eum furiosum esse. Corne.consi.219.licet.col.vlt. vol. 1.& Ias. consil.78. visis.volu.3. nisi deponerent in specie, quod tali tẽpore erat furiosus. quia tunc paucioribus testibus creditur.Ias.consi.178.in causa.col.2.vol.2.

Secundò præferuntur asignantes rationẽ nõ adsignãtibus.Ias.in l.cũ hi.§.vlt.ff.de trãsact. Bal. cons 69.vol.5.& in l.presbyteri.in fi. C. de episc. & cler.& inter reddẽtes rationẽ illi pręferũtur,qui meliorẽ reddunt & adsignãt.Dec.cõs.302.pro tenui.nu.18.quia melius scire veritatẽ pręsumũtur.

131 Tertiò,præferuntur illi,qui in specie deponũt,his qui in genere.Vnde duo testes deponẽtes de interruptione pręferuntur aliis deponentibus de præscriptione:quia magis in specie deponũt. Imol.& alij in ca.auditis.de præscrip.Et quia per interruptionem confunditur præscriptio, vt not. in l.naturaliter.ff.de vsucap.& c.trãsmissa.de pręscrip.scripsi in tit.de Anna.in Cõcor.& ideo magis creditur deponentibus per verba vniuersalia, quàm indefinita: quia illa sunt magis specifica. Aret.in ca.ex tenore.in fi.de testib.vbi dicit, plus credi testibus de tempore & loco deponentibus quàm aliis non sic deponentibus.

Quarto, præferuntur hi qui plenius factũ declarãt, quàm alij.gl.sing.in l.Lucius.ff. de his qui not.infam.Ias.consi.137.in causa.col.6. in 4. vol. Facit quod idem Ias.notat in l.& elegãter.2.not. ff.de condit.indeb.Et Alex.consil.94.viso. col.2. vol.6.vel qui plenius probant.c.cùm ecclesia. de causa possessionis.Bal.consil.33.vol.5.

Quintò, qui deponunt de affirmatiua, præferuntur deponentibus de negatiua.l.diem proferre.§.si plures.ff. de arbitr. quia ens melius imprimitur & intelligitur quàm non ens.Fel.in d.c.in nostra. col.3.Ias.in l.vna.in princ.col.4. ff. si quis ius dicenti non obtemp.Decius consi.94.in fin.

Fallit, quando deponerent super eo quod est conforme iuri,per glo.sing.in cap. clerici.81.dist. Barba.cons.64.Illud.col.11.vol.3.Fallit etiam,nisi illi qui deponunt de negatiua, etiam de affirmatiua deponerẽt, vt si dicerent Titium non possedisse per annum:sed Gaius possedit. nam ex ista negatione necessariò concluditur affirmatiua. quia duo non possunt in solidũ posidere.l. si vt certò.§.si duobus.ff.commodati.Bald.in §.si quis per triginta.col.2.Si de feudo fuerit cõtro.Scripsi in tit.de Annatis.in Concord.Ias.consi.81. communitas.col.5.in 3.vol. Intellige nisi deponerent de negatiua probabili, & rationem asignarent: tunc non procederet gl.in d.§.si plures.Barba.ibi. Vnde si testes dicant, nos non audiuimus quòd Titius fecerit testamentum, vel nescimus, non probant.Sed si contrarium eius quod alij dicunt asserant, dicendo se fuisse præsentes, & non potuisse facere quin audiuissemus, tunc stabitur maiori numero testium.Bart.in l. hæredes palàm.in princ.col.2.ff.de testa.Ias.& Claud.in l.vt vim.ff. de iustit.& iure.De Ripa in ca. cùm ecclesia.nu. 89.de causa possess.& Socin.in tract.fallent. reg. 426. testi vni. Vbi quatuor modis limitat. Vide Panor.& Aretin.in ca.cùm in tua.de testib.

122 Sextò,præferuntur testes qui præcellunt.c. ex literis.de probat.& qui dicantur digniores,statur arbitrio iudicis secundũ Barba.ibi. Et qualitas personarum est summopere consideranda.c. De parentela.35.q.6. Et testes amplioris honoris inferioribus.l.fi.ff.de fide instru. Ideo magis credendum est Cardinalibus,quàm pannosis clericis,& paucis notabilibus & honestis viris, quàm multis rusticis & aliis vilibus. Iacobi. in d. l. ob carmen.§.fin.ff.de testib.

123 Septimò,qui verisimiliora dicunt.l.Ob carmen.§.fi.ff.de testib.& illi pręferri debent,qui rei, vel negotio aptiora in suis testimoniis expresserũt.c.licet causam,in fi.de probatio.& c.pręterea. de testib.Et verisimiliora dicũtur deponere,quando super eo testificantur,quod Iuri cõmuni conuenit.Inno.in c.auditis.de pręscript.Ideo qui deponunt vnam ecclesiam non esse hospitale, sed prioratum,præferri debent aliis. Barba.consi.64. Illud.col.9.in 3.vol.& consil.54.Illud. col. 3.vol. primo.Vel si testes deponãt aliquem esse frigidæ naturæ,alij contrarium,hi præferentur, quia naturæ aptiora deponunt.arg.d.§.fi.Corset.in sing. incip.Testis.8.etiam si esset minor numerus pro verisimilitudine.Bart.in l.Testium.col.pen.C.de testib.Refert Ias.consil.126.Alluuionis.in fin.vol. 4.Quia experimentum verorum sermonum est, vt cõcordet rebus sensatis,teste Auerroe,& refert Bald.in concilio,Schisma.col.14.doct.in ca.quia verisimile.de pręsumptionib.Et datis duobus verisimilibus, attendi debet illud quod est magis verisimile.Bal.in l.fi.2.oppo.de hęred.instit.Et verisimilitudo maior tollit minorem.Bal. in l. siue posidetis.col.6.de probat. sicut pręsumptio maior tollit minorem.l.Diuus.ff.de in integr. restit. Ideo iudex non debet admittere probationem non verisimilem.Anto.in c.super hoc.de renuntia.Refert Iaso.in l.si extraneus.col.2. & seq.ff.de condict causa data. Octauò, possessoris testes præferuntur d.c.Ex literis.

Nonò,viri mulieribus,quæ variæ & mutabiles sunt.cap.forus.in fi.de verb.signific.l.fin.ff.de fide instru.vbi Iacobi.& Bald.& Barba.in d.consil.64.col.10.vol.3.Bal.in l.1.ff.de Senator.Et virgines viduis.Bald.in cap. penul. de probat. Corset.in singul.incip.testis.6.Petrus Gerard. singul. 11.his casibus,&c.vbi limitat, quando deponerẽt pro reo.arg.glo.sing.in d.c.clerici.81.dist.

Decimo,clerici præferuntur laicis.glo. in cap. Monachus.77.dist.vbi dicit,testimoniũ quatuor clericorum,tantum valere, quantum sex laicorũ,quãdo illi laici essent pro actore:secus si clerici & laici pro reo.glo.in d.cap.clerici.81.dist.Item magis creditur religiosis quàm laicis.c.in nostra. de procura.Corset.sing.Testis.duo testes.&c.

Vndecimò, nobiles præferuntur ignobilibus l.3.in princ.ff.de testib.Fel.in d.c.In nostra. col.3. Quod est verũ,quando essent bonę famę & receptæ authoritatis.secus si tyrannidẽ exercerent in suos

suos subditos: vel aliàs essent malæ famæ per notat. in §. sancimus. in authen. de testib. colla. 7.

124 Duodecimò, tabelliones non tabellionibus. glo. in verbo, tabulariis. in §. si verò absunt. in auth. de hæred. & fal. colla. 1. Bal. in auth. Sed cùm testator. C. ad legem Falcid. Roma. sing. 360. Duo testes. Et Corset. in verb. testis. vers. duo testes. in sing. Barba. cõsi. 25. clementissimũ. col. 2. in 4. vol.

125 Decimotertiò, testibus & depositionibus illorum etiam negatiuis, per quas excluditur delictum, magis statur, quàm aliis. gl. sing. in c. clerici. 81. dist. Bald. in l. data. C. qui accusa. non possunt. Roma. cons. 241. Spectabiles. col. 2. Pro illa gl. vide Barba. in rubr. de rescri. in cle. col. 20. & cle. 2. in prin. col. 5. de elect. & in c. cùm esses. col. 3. nu. 7. de testa. & in consil. 27. col. 6. & consi. 29. col. 2. in 1. vol. ac consil. 12. col. 2. in 2. vol. & consil. 47. ibid. & in cõsi. 43. col. vlt. in 3. vol. & consi. 51. ibid. ac consilio 64. col. 11. ibid. & consil. 25. col. 2. in 4. vol. & consi. 77. ibid. ac Hippol. consi. 51. num. 40. & in rubr. de fideiusso. nu. 49. & Iason. consi. 167. col. pen. vol. 4. & in rub. de iureiur. num. 8. & in l. admonendi. num. 8. & in repet. num. 71. ac Francisquin. Curt. consil. 17. in fi. colum. 1. post feudorum tractat.

Item magis creditur testibus deponẽtibus pro instrumento, quàm contra instrumentum deponentibus. Bart. in l. 1. §. Si quis. ff. quemadmod. testa. aperi. Bald. in l. exercendis. C. de fide instru. Imol. & alij in cap. Cùm Ioan. de fide instru. Cornel. consil. 219. licet. col. vlt. vol. 1. Vnde si duo testes in instrumento descripti contradicant instrumento, ex hoc videtur falsum argui. l. optimam. C. de contrahend. stipu. Tamen si dictum instrumentum coadiuuetur per alios testes, ista probatio coadiuuans instrumẽtum præponderat propter authoritatem notarij. Iason. consi. 137. in causa. col. 5. versi. tertiò, quod dicta. in 4. vol.

Senes præterea iunioribus præferuntur. glo. & doct. in l. Cum quid. ff. si cert. petat. l. fi. de fide instru. Roma. in l. si verò. 23. fallent. ff. soluto. matri.

Decimoquartò, in probanda possessione præferuntur vicini extraneis. Bald. in §. Si res. de pace tenend. argu. l. Si vicinus. C. de nupt. & c. quosdam. de præsump.

Decimoquintò, magis creditur primis testibus quàm secundis, ex quibus indirectè volo probare contra id quod primi deposuerunt, ratione præsumptæ subornationis. cap. fraternitatis. & c. ex tenore. de testib.

126 Decimosextò, præferuntur testes deponentes pro causa pia. l. lege Iulia. ff. de manu. cap. Ex literis. de proba. Bald. in l. Cum magistratus. & l. fi. C. Quando prouocar. non est necesse, & vtraq; pia & fauorabilis est, tunc pro magis fauorabili præferetur probatio secundum Corset. singul. incip. Pia causa. Barba. consil. 29. illud. col. 2. vol. 1. & consil. 8. Sapienter. col. 1. in 2 vol. & consil. 40. A Ioue. col. 17. in 3. vol. Alexan. in l. de die. col. 2. ff. qui satisdar. cogantur. Iason in l. Sed & possessori. §. fin. de iureiurand.

127 Decimoseptimò, si duo testes deponãt aliquem vi, vel metu resignasse beneficiũ: alij multo plures deponunt quod sponte resignauit. præferuntur testes de vi, vel metu deponentes. tex. & ibi Innoc. & alij in cap. super hoc. de renuncia. Quia deponentes de vi, vel metu verisimilius deponunt. nam nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quisquam beneficium multis fortè expensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facilè sine magna causa sua spõte resignet. verba sunt dict. cap. super hoc. & quia depositioni illorum, qui vim & metum allegant assistit ius, ergo præferenda, vt suprà dixi. nam nullus præsumitur iactare suum. l. Cũ de indebito. ff. de probat. Et ideo habet etiam locum in renunciatione rei prophanæ. Corset. singul. incipien. Testis mille testes, &c. Barbat. consilio 54. illud. colum. 2. vol. 1. vbi dicit posse probari per circunstantias metum non fuisse illatum: vtpote, quia vnus est potens, alter debilis. & quia spontanea voluntas in animo consistit, metus verò in facto, quod facilè potest à teste perpendi: voluntatis verò declaratio in solius Dei est potestate.

128 Vltimò, illi præferri debent, de quibus verisimile est quòd pro aliquo nõ deierarent. tex. in cap. in literis. in fin. de testib. & illum text. singul. not. Barbat. consilio 54. colum. 4. in 1. volum. nota tamen quòd quando iudex adhæret aliquibus testibus, debet causam adhæsionis inscribere in actis, secundum Baldum in l. cum magistratus in fin. C. quando prouoca. non est necesse. facit quod not. Bartol. in l. Lucius. ff. de his, qui not. infam.

129 Contrarij testes dicuntur, quando dictum vnius est incompatibile cum dicto alterius. Bald. in 1. constitutio. Cod. §. quibus. col. 1. vel quando deponunt duo impossibilia. vt si deponant contractum fuisse factum Lugduni prima Iulij, & eodẽ die dicant fuisse Paris. Iacob. in l. qui falso. ff. de testib. & Tynda. in tract. de testib. parte 3. c. 7. & sequen. vide infra in verbo, contrarius testis, & adde hîc.

130 Varij sunt, quando vnum dicunt in vno articulo, & aliud in alio. c. si testes. §. qui falsò. 4. q. 3. Bart. in l. eos. ff. ad leg. Cornel. de fal. vel qui non stat firmus in dicto. Bal. in marga. in verb. testis. q. 66. Et variare, est sibi contradicere. Aufre. in decis. Tholos. q. 378. Hippol. sing. 103. varietas.

131 Vacillantes dicuntur, quãdo dubitando, vel tremendo, vel variè loquuntur. Ioã. Andr. & Anchar. in c. Prçterea. de testib. cogend. vbi dicit variare eum, qui primò vnum dixit, & postea dicit contrarium, nullã variationis causam assignans.

Vel vacillare dicuntur, qui titubando, & diuinando loquuntur: & qui variè. d. l. eos, qui. ff. ad leg. Corne. de fal. & dicitur propriè vacillare testis, quando non se firmat in aliquo extremorũ: alioqui diceretur varius. gloss. in l. de statu. ff. de testa. Item vacillatio est vnius ad seipsum: variatio est diuersitas, vt si deponat, quod Titius mutuauit aureos solis: postea dicit mutuasse aureos Regis. Baldus in cap. Præterea. colum. 2. de testi. cogendi vbi plus dicit, quòd variãs mutat, contrarius emendat. l. edita. C. de edendo. defectus supplet, obscurus declarat, superfluus minuit. sub vocabulo tamẽ mutationis omnis diuersitas continetur & alteratio, quæ non est adiacens dicto

priori ipsius testis ex natura rei, vel interpretatione ipsius legis. quod est notandum.

Vacillans testis reprobatur. gloss. & docto. in cap. cum ecclesia. de causa possess. in verbo, vacillasse. & in cap. si per his. de pœnis: quia requiritur in teste, vt deponat de his, quæ sensu corporis percipiuntur: & quòd firmum habeat animum, qui non est in vacillante, sicut in eo, qui dicit, hoc iudicio suo esse verum, vel credit sic esse. Bartolus in l. Quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbitr.

132 Saluatur, quando vacillaret in circunstantiis & non in substantia, nec in principali; quia accessorium non vitiat principale, regula, Accessorium. de reg. iur. in 6.

Secundò quando primo deposuit concludenter sine vacillatione: postea in aliquibus vacillat. tunc illa depositio ritè facta & concludens, rectè probat, licet alia verba sint vacillantia, vt Bartol. in dict. l. Quid tamen. dixi in verbo, credere. supra eod.

133 Tertiò iudex debet præcipere notario, vt scribat vacillationem quæ ipsi videtur, & non quæ videtur notario. Bartol. in l. 3. in fine princ. ff. de testib. & l. Lucius in fin. de his, qui notant. infam. Specul. in titul. de teste. §. nunc tractandum. versic. Hoc autem scias. vbi dicit notarium non posse ex capite suo scribere vacillationem sine iudicis mandato. & si scriberet non probaret. Innoc. in cap. Quoniam contra. de proba. vbi Decius. Bald. hoc plenius probat, num. 50. & Panormit. in cap. causam. colum. 2. de re iudica. & in l. Presbyteri. 1, colum. 1. C. de episcop. & cleric. Anton. Butr. in cap. cum causam. in 1. colum. 7. de testib. Hippolyt. refert in l. de minore. §. plurimum. nu. 27. ff. de quæstionib.

Et debent iudex & tabellio modum vacillandi scribere, scilicet quòd dubitando, tremendo, vel sudando, præ nimio tremore, loquebatur: vel pallidus, siue rubicundus efficiebatur, & debet hoc præsente & audiente teste notarius scribere: aliàs testis poterit contradicere: & notarius scribere tenebitur se non vidisse vacillationem: sed ex iudicis mandato hoc scripsit, Specul. in dict. §. nunc tractandum, versic. hoc autem. quod dicit notandum esse Decius. in d. c. Quoniam. col. 25.

134 Varius testis in eadem depositione reprobatur. l. qui falso. ff. de testib. gloss. in cap. super his. de pœnis. Bartol. in l. eos. ff. ad legem Cornel. de fals. nec potest iudex ferre sententiam pro parte, pro qua deposuit. Innocen. in cap. præterea. de testib. congend. refert Hippol. sing. 103. varietas. Tynda. in tract. de testib. c. 7. tertię partis.

135 Saluatur, quando incontinenti se correxit. cap. præterea. de testis cogend. Et dicitur se incontinenti corrigere, quando durante illa depositione se corrigit, antequam iudicis conspectum exeat, & cum partibus loqui potuerit. Bart. in l. si postulauerit. §. sed si negauerint. ff. de adult. & hęc est communis opinio, licet aliqui arbitrio iudicis relinquant. Tynda. in tract. de testib. c. quarto. Ias. in l. lecta. col. 13. nu. 21. ff. si cert. petat.

136 Secundò excusatur, quando secundum dictum fuit cum tortura, primum sine: tunc vltimo dicto statur. Bartolus in dict. l. si postulauerit. §. si negauerint. ff. de adult. Baldus in l. fin. circa finem. C. de quæstio. text. in l. vnius. §. testes. ff. de quæstio. Roma. singul. 799. Dicit. cap. 1. &c. Et an possit puniri de falso. dic vt per Tyndar. in dict. tract. de testib. cap. tertio, quòd non: nisi perseueraret in illo dicto extra tormenta: sicut pars in confessione. vide ibi.

137 Tertiò, quando primo aliquid dixisset calore iracundiæ: tunc secundo dicto emanato bona mente, stabo. l. quicquid. ff. de reg. iur. glo. sing. in c. ex literis. de diuortiis.

138 Idem si primò dubitatiuè deposuisset, dicens fortè se non bene recordari: tunc etiam ex interuallo dicendo se nunc recordari, deponere poterit. Imol. in l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de damno infect. docto. in cap. cum causam. 2. de testib. facit l. 2. ff. quis ordo in bonor. possess. seruetur. & l. 2. §. duæ causæ. de carbonian. edict. Et isti vltimo dicto stabitur. l. sed & si. §. fin. vbi gloss. ff. ad reg. Aquil. iuncta glo. in l. item quæritur. §. Iulianus. ff. loca. Tynda. in tract. de testib. cap. septimo. lib. primo.

139 Quartò, quando est varius in diuersis depositionibus, stabitur primo dicto, & depositioni, maximè iuratæ. l. generaliter. C. de non numerata pecun.

140 Quintò, quando primo per verbum videtur, vel credulitatis deposuit: secundo per verbum veritatis assertiuum: tunc etiam secundæ depositioni statur. dict. l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de damno infect. & l. 2. §. duæ causę. de carbo. edict. & Tyndar. in dict. tract. de testib. in cap. quinto & sexto, vbi dixit tunc non puniendum falsi.

141 Sextò varietas in teste facit vt possit torqueri. l. ex libero. vbi Bartol. & Hippol. ff. de quæstio. Alex. consil. 63. breuiter in 1. vol.

Septimò, quando in modico erat varius vel contrarius. Anto. in cap. 2. in fi. de regul. & consil. 452. Alexan. consi. 122. nu. 10. vol. 2. Decius consi. 602. viso puncto. col. 2.

Octauò fallit, quando variando in tempore referret se ad aliam depositionem. Anchar. consi. 361. visa plena. col. 2.

Imò quando iudex habet testem variantem, scribat omnes variationes, & alia omnia, quę dicit. nam ex his variationibus poterit repetere torturam, & iterũ torquere variantem sine aliis nouis indicis. Bart. in d. l. ex libero, & l. fi. ff. de quæstio. Angel. de arimino in addi. ad Angel. in tract. de malefic. in glo. fama. vers. nonò quæro. Roma. consi. 8. viso tacto. refert Hippol. in d. sing. 103. incipien. varietas. vbi dicit mẽdaciũ esse sufficiens indicium ad torturam. quod est verum si concurrat cum aliis: sed sola variatio nõ. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. Bart. in d. l. fi. & Bal. in l. Presbyteri. C. de episcop. & cleric. & quando iustè torqueretur, aliàs si iniustè, mille variationes non essent sufficientes ad torturam. l. penul. ff. de quæstio. Hippol. in d. §. plurimum. nu. 29.

Cautela ergo est, ne quis vacillet, vel variet, vt semel deposuerit, & super eisdem articulis iterum ducatur, quod dicat refero me ad illa quæ primò deposui,

deposui, vel depono prout in prima depositione.l.fundi Trebatiani.de vsufru.lega.ff.Et illa depositio habetur ac si in vltima idem quod in prima dixisset.§.1.& l.quærebatur.ff.de testam. militar.l.qui ex liberis.§.testamento.de bonor.possess. secundum tabul.Bart.in l.eos. ff. de fals.Alexan. consi.56.Viso.& 133.Viso.in 2.vol.Nisi iudex haberet illos testes suspectos:quia tunc iterum coget eos deponere.Bal.in l.1.§.editiones.col.2.ff.de edendo.& l.fin.in fin.C. de testib. Hæc cumulat Hippolyt.in l.ex libero.nu.10.ff.de quæstio.

Nonò, testis varius præsumitur dolosè deposuisse. Vnde pœna falsi tenetur.l. eos. ff.de falsis.Fit tamen interpretatio,vt quantum possibile est,à contrarietate euitetur,& à falsi pœna.Alciat. in tract.Præsumptionum,31.præsumptione.2. regulæ 3.partis.

142 Contrarius testis in eadem depositione & causa reprobatur.l.qui falso.ff.de testibus.& nulli dicto creditur. glos. in cap. in nostra.de testib. etiam si fuerit rusticus.Barbat.consil.11.Illud.

Primò fallit, quando prius calore iracundiæ deposuisset, & postea mentis compos iterum deposuisset:quia tunc secundo stabitur.l.quicquid. ff.de regul. iuris. Facit gloss. in cap. ex literis.de diuortiis.

Secundò, etiam dictum secundum cum tormentis probabit, licet fuerit contrarium primo. Bar.in l.si postulauerit.§.si negauerint.ff.de adult. Roma.consil.505.Cum testis.Alex.consil.63. breuiter.volum.1.& consil.251. quidam.in 6.volum. vbi dicit vtrobique vacillantem testem, varium & contrarium torqueri posse, etiamsi ex interuallo fuerit emissum.Rom sing.799. dicit. Item quando animo corrigendi dixerit contrarium, quod probatur in c.præterea.de testibus cogend. Et si in prima tortura vnum dixerit,& in secunda aliud,iterum torquebitur, & stabitur illi dicto in quo perseuerabit, teste Paride de puteo in tract.syndicatus.in verb.testis in testimonio. fol. 270.in paruo vol.per glo.& doct.in l.fina. C.de quæstionibus.

143 Secundò repellitur dictum testis dicentis contrarium in alio iudicio: sed primo stabitur. glo.magna in fin.in cap. in nostra.& in cap.cum in tua.de testib. Quia tempore secundæ depositionis est periurus.Ergo isti secundæ depositioni non stabitur: & quia subornatus præsumitur in secunda depositione:& ita seruatur,teste Guido. Papæ quæstio.546.& in statuto,si quis. in verbo, communi æstimatione. col. antepenul. versicul. testis in vno iudicio. per gloss. in §. quia verò. in verb. Non habebit.in authen.de testib. col.7.

Fallit primò in causa hæresis.c.accusatus.§. licet.de hæret. in 6. Secundò fallit quando deposuisset primò in iudicio nullo & inualido: quia tunc secundo staretur:cum non præstet impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Regul.non præstat.de regul.iur.in 6.glo.vlt.in c. cum causam.in fin.de testib.

Item primum dictum debilitatur per secundum,ita quòd propter illum non deferetur iuramentum in supplementum vberioris probationis.Panor.& alij in d.c.Cùm in tua.

144 Tertiò, nota quòd si testis vnum in iudicio dicat, & aliud extra iudicium, secundum dictum non eneruat effectum primi. cap. sicut à nobis.de testib. Facit cap per tuas. de probationib.Bartol.in l.eos. col.2.de falsis.quia iuramentum confirmat etiam actum inualidum. authen. sacramenta. C.si aduer.vend.Alex.consi.124.quoniam.in 6.vol.etiamsi hoc moriens diceret. arg. l.Si quis in graui.§.si quis moriens.ff.de senatusconsult.Sillan.siue sententia lata sit,siue ferenda. Felin.in d.c.Cùm in tua.

145 Quartò, si testis vnum extra iudicium dixit,& aliud in iudicio,punitur vt falsarius. Bart. in d.l.eos. Panorm. & alij in d. cap. per tuas. de probat. Contrarium tenet gloss. videlicet quòd probet, & quòd non puniatur, in cap. cum causam.in gloss.vltim.de testib.& ibi Imol. & Bald, tex.in §.1. quid sit inuestitura. Tum quia sæpius extra iudicium vnum dicit,vt complaceat partibus. tum etiam quia assertio extraiudicialis sequens non nocet dicto primo,vt d. cap.sicut. sic nec quando præcedit:cùm non sit diuersa ratio. Ad hæc, quia deficit primo dicto tam citatio partis, quàm iuramentum testium, & sic iudicij forma. Et hæc opinio seruatur, teste Aufrer. in decis.Tholos.quæst.280.Item si testis.& est communis,secundum eum q.376.Item Bar. Tyndar. in tract.de testib.lib.1.c.11.& seq. 2.cap.1. vbi plenè probat.Intellige, nisi in primo dicto interuenisset iuramentum, quia tunc non valebit secundum.Et ista opinio est communior & verior, teste Felin.in d. cap. Cùm in tua.col.vlt. & Angel.in tracta. de malefic. in gloss. falsario. versic. an testis.

Non refragatur d.l. eos. quia ibi deponebat contra propriam scripturam, sigillo suo sigillatam: secus si deponeret contra illud quod extra iudicium dixit. Vel ibi loquitur quando in vna & eadem productione solenni testis est sibiipsi contrarius: & quando est suo sigillo contrarius: & in diuersis productionibus solenniter factis in iudicio,vt consuluit Bald.consil. 486. licet assessores.in 3.vol.vbi miratur Bar. Sic intelligitur in asserente contra factum proprium:secus si alienum,vt ibi dicitur.

Item quando coniecturæ essent pro primo dicto, stabitur illi.Panorm.consil.52. quidam in primo volum.& Bernard.de Landria.in additionibus ad Angelum in dict.§.falsario.Barba.consilio 29.illud.col.9.volum.1.alleg.textum singul. in cap. literas. vbi Panorm. & Felin. notant, de præsumpt. & Barba. consil.11. illud. col.4. volu. 4.Et consil. 69.illud.col.pen.ibid.

146 Quartò saluantur testes varij contrarij,vel vacillantes, quando in accessoriis variant, vel contradicunt.Bart.in l.eos.ff.de fals. Decius in c. licet.not.9.de proba.Soci.consi. 244. considerata.col.1.vol.2.

147 Quintò, si vnus contradiceret alteri, & vnus sit melior & dignior altero, poterit iudex deferre iuramentum illi pro quo dignior deposuit.Io.And.& Panor. in c. in nostra.de testibus. refert Hippol.sing.488.dignitas. Alia vide infra, in verb.vacillantes.

148 Condemnatus publico iudicio. ( vt l. 3.§. lege Iulia ff. de testib.) à testimonio reprobatur: etiam si tantum de calumnia cõdemnatus fuerit.l.quæsitum.ff.de testib.idem si repetundarum damnatus sit. l. repetundarum. ff. illo titul. vel adulterij.l.scio.ibidem.idem si sit furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, vel de dolo malo damnatus.quia est infamis.l.1.ff. de his, qui notan.infam.& C.illo titul.l.2.& l.non damnatos.

Excusatur, quando pendente appellatione ab illa sententia deponeret, tunc licet appellatio post testimonium deseratur,non eo minus valebit depositio:quia attenditur tempus depositionis: vt suprà in præfa.huius tract.dixit Barto.in l. furti.§.1.ff.de infam. nam valet testimonium decedentis appellatione pendente.l. Qui à latronibus.§.fi.ff.de testamen.

Item quando notoriè non habebatur vt infamis.glo.singul. in l. cum lege.ff.de testa. declara tamen vt ibi per Imol. vide quæ scripsi suprà, in verb.accusatus.

§. Ideo condemnatus ad multam ex leui crimine,non est infamis.l.1.C.de modo mulctar. scripsi in l.Aliud est fraus.§.1.ff.de verb.signific. & sic non repellitur à testimonio.

149 Cõsanguineus pro sanguineo à testimonio repellitur aduersus extraneos.c. consanguinei.3. q.5.glo. ibid.in summa.& Spec. in tit.de teste.§.1. vers. sed nunquid frater & in vers. nũquid agnati.quia iniuria,quæ fit vni, cẽsetur fieri omnibus. argum.l.vnic. C. de senatuscon. Claudiano tollend.Bald.in l.parentes.C.de testib. Et ideo hi in criminalibus prohibẽtur deponere. Bart. in l.lex Cornelia.ff.De iniur.

Saluantur in ciuilibus, cùm non reperiantur prohibiti.glo.in cap.Insinuante. de offic. delega. glo.in cap.Accedens.vt lite non contesta.ca. super eo.2.de testib.& cap.absens.3.quæst. 8. & ista est communis opinio, teste Alber.in d.tract. de testib.in fi.part.1.vbi dicit, quòd specialis prohibitio non habetur, quòd testis consanguineus admittatur vsque ad certum gradum,vel non.

Intellige si velint:quia vsque ad quartum gradum consanguinei contra consanguineos testimonium dicere non compelluntur.glo.in l.Iurisconsultus.ff.de gradib.

Tamen non tantum creditur istis consanguineis,quantum plenariis testibus:sed eis diminuitur de fide pro qualitate personæ & proximitatis,allegatur Albericus in d.l. lege Iulia. ff. de testib.licet ibi non inuenerim.vide de patre,fratre, & aliis infra suis locis,vbi dicetur.

Saluatur etiam, quando agitur de probanda consanguinitate: tunc quia genealogia censetur melius nota consanguineis, quàm aliis, ob id illis plus creditur, quàm extraneis. cap.quoties.de testib.cap.videtur.qui mat.accusa.possunt.c.1. 35. q.5.sed hoc intelligerem quando ex illa depositione non resultaret cõsanguineo commodum: aliàs contra per l.omnibus.C.de testibus.

Secundò non procedit quando cõsanguineus se offerret ad testimonium. tũc enim minus crederetur ei.casus est sing.in c.cum in tua.de sponsal.secundũ Areti. in c. cũ in tua.not.3. de testib.

150 Consors an reprobetur prò consorte, vide quæ dixi in rub.C.de consort.eiusdem litis.

151 Consilium qui semel in causa præbuit, reprobatur. quia affectionem ad causam habere videtur. sicut aduocatus & procurator, & vt ei sit honori si vincat.cap.fin.de testib. lib. 6. vnde scribit Ioan.Neuizan.in silua nuptiali, doctorem quendam medio decessisse,quod suam primam causam in qua consuluerat,amiserat.

152 Conspiratores à testimonio omnino repelluntur contra illum in quem conspirauerunt, etiam si per viam inquisitionis agatur. cap. Per tuas.1.de simo. cap. coniurationum. & sequen.11. quæst.1.& cap.conspiratores.3.quæst. 4. quia sunt infames. cap. conspirationum.11. quæstio.1. cap. per tuas.1.de simo.glo.& docto. in cap. exhibita. de iudic.

Si verò fuerit conspirator ex bona causa contra alios admittitur, secus si ex mala:diminuetur tamen de fide pro qualitate personarum,vel augebitur & pro preiudicio & necessitate probandi prout in aliis criminosis.vt per Panorm. in c. cum I.& A.col.3.de re iudica. Specu. in titul. de teste.§. 1.col.1. versic.item quòd est conspirator. Bald. in §. conuenticula. in prin. de pace ten. & iura.firm.

Coniuratio est quædam confederatio iurata in præiudicium tertij. Felin. in cap. fin.col.1. de testib. cogend. & coniuratio & conspiratio pro eodem accipiuntur: sed coniuratio est iurata: conspiratio non,quæ est duplex, quædam licita, altera illicita. Licita est,quæ ad vtilitatẽ ecclesiæ, vel reipubl.fit.Archi.& Domin.in c.constitutionem.de verbo.signifi.in 6.& contra tyrannum.c. Sanè. 16.q.7.& ibi glo.quam sing.dicit Barba.in rubr.de testa.col.18.

Illicita conspiratio, quæ fit ad tumultum & seditionem vel ad alterius circunuentionem.l. Diuus.ff.de re iudic.& tales in vna libra auri puniuntur.§. conuenticula. de pace ten. & iura.firmand. in vsib. feudo. Et facientes seditionem pœna capitis.l.1.C.de seditio. plenè Do. Boer. in tract.de seditios.& in dubio est prohibita, & capitur in malum. d.§. conuenticula. & c 1. de scimat. Bald. in l.1. C. de monopoliis. vbi dicit expellendos esse de ciuitate, & bona eorum publicanda. Aliquando accipitur in bonũ, & importat vnanimem consensum in bono opere.l. magistros.ibi,optimorum conspirante consensu.C. de professor.& med.lib.10.

153 Conscientiam secundum suam deponens testis reprobatur.quia de rebus sensatis deponere debet,& non de conscientia cap. 1. §. si à iudice. de consue.recti feud.Bald.in c.pastoralis.in prin. de rescript.& cap.bonæ.1. col. penult. de electio. & cap. nisi cum pridem. col. 2. de renuncia. Iason in §.sed istæ.nume.34.insti.de actionib.

154 Corruptus testis à testimonio repellitur. text.in l.3.§.lege Iulia. ff. de testib.cap. quotiens. & c.si cui.illo titul.Spec.in eo.titul.§.1.vers.item opponitur testi.Bar.in l.Diuus.ff.de re iudica.Felinus in c.licet causam.not.10.de proba.

155 Credo sic esse. Testis istis verbis deponens reprobari potest:quia per vnum ex sensibus corporis de

poris deponere debet. l. testium. & ibi glo. C. de testib. cap. testes ibi, & mouerunt. 3 quæst. 9. & c. relatum. 5. quæst. 2. Spec. in titul. de teste. §. 1. vers. item quod deposuit de credulitate. Corne. consi. 266. in hac causa. col. 5. versic. nam vnus. in 1. vol. & quia non concludit necessariò, credo sic esse: ergo ita est. Bald. in l. 2. §. quod obseruari. nume. 11. C. de iureiuran. propter calum. dando. Francisqui. Curtius consil. 144. Gaudeo. col. 2.

Vnde Imol. & Felin. in cap. quoties. de testib. dicunt testes dicẽtes credere metum Titio fuisse factum, non probare: quia testis debet testificari sic esse, vel non esse: non per credere. glos. per illum tex. in authen. de hæred. & falcid. §. si verò absunt. in verb. & vidisse colla. 1. Hippol. consil. 51. licet. 7. & seq.

Idem si dicat, scio: quia credo. Bald. in l. conuenticula. col. 5. versic. Ex prædictis infero. C. de episcop. & cleric. quia credulitas stat simul cum opposita veritate: & possibile est, quod testis credat, & tamen non est verum.

156 Idem si diceret, se firmiter, vel pro certo credere. cap. tertio loco. de præsumpt. nec probat etiam præsumptiue, nisi adiiciat originem credulitatis. Bald. in l. siue possidetis. col. 2. nume. 7. C. de proba. per Ias. in l. qui hæreditatem. col. 2. ff. de acquirenda hæred. & in l. 1. col. vlt. de re iudicata. vel nisi rationem assignaret. Antho. But. in c. per inquisitionem. not. 5. de electione. etiam si consuetudo haberet, quod illi crederetur plenè. nam illa consuetudo non valebit, nec statutum. Antho. in cap. 1. de appella. Tyndar. in tracta. de testib. cap. 5. pen. partis. Roma. singul. 358. Ideo reprobatur consuetudo Angliæ, quæ habet quod duodecim testibus iuratis, asserentibus se ita credere, stetur. Hostien. in d. c. 1.

Excusantur, quando deponerent ad defensionem & pro innocentia rei. argum. cap. literas: de præsumptio. vbi frater ad purgandam innocentiã fratris admittitur. hoc expressim scribit Decius consil. 469. visa. vnde si testis deposuerit talem occidisse Titium ad suam defensionem, vt credit: valebit eius testimonium. allegatur Bart. consil. 110. quidam Massiolus Pet. licet hoc non dicat: sed nuncupatim tradi casum in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. numero 4. Hippolytus in l. vnius. §. cogniturum. nume. 64. & seq. ff. de quęst. & in sing. 19. Tu scis, quia testis non potest videre an aggrediens velit occidere aggressum: nisi ex actibus visis perpendat. Ideo, si dicat causas bonas ad hoc tendentes, licet postea dicat credere, probat: vt consuluit Alexand. consil. 76. visa inquisitione. volum. 1. & consil. 109. visis. in fin. ibid. Guido Papæ sing. 895. dictum testis.

157 Secundo, quando subiungeret rationem, cur ita credit. vt quia vidit. nam dicebat Christus, quia vidisti me Thoma, credidisti. Bald. in c. cum causam in fi. de testib. & d. l. conuenticula. Quia ratio dat esse dicto suo: vt trahat ad se dictum, & in suam naturam conuertat ipsum: & destruit dictum si non congruat: quia tota virtus probationis stat in ratione. Bald. in d. l. conuenticula. num. 5. & l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de lega. 1. vbi per illum text. notab. quod ratio adiuncta facit à propria significatione verborum antecedentium recedere, & facit dictum dubium planum. Vnde si testis dicat credo, quia vidi, probat: non ratione dicti: sed rationis adiunctæ dicto. Soci. consil. 92. in causa. nume. 3. in 3. volum. Alex. consil. 133. viso. nume. 5. volum. 1. & consil. 147. ponderatis. col. vltim. & consil. 187. in hac. nu. 18. volum. 2. Iason in l. 1. in prin. col. pen. ff. de iusti. & iure. & consil. 61. consulturus. col. 2. in 1. volum. Cæpola cautela 43. tu scis. Decius in l. 1. in 2. lectu. ff. si certum petatur. Barba. in clem. gratiæ. col. 4. de rescript. idem si dicat, credo sic esse: quia pręsens fui. Barba. consil. 25. clementissimum. col. 7. in 4. vol. quod non est precise verum: vt alibi dicam. vide eundem Barba. consil. 30. scribitur. col. 7. nu. 12. in 1. vol.

158 Tertiò excusatur dictum testis deponentis se ita credere, quando prius rite deposuit, & congruam rationem assignauit: quia testimonium rite datum, postea per hoc verbum non irritatur: glo. no. & ibi Bal. in l. 2. §. quod obseruari. col. 3. versic. tertio oppo. de iureiurand. propter calum. dando. & l. 3. C. de testib. Alex. consil. 133. viso. col. 3. num. 5. vol. 1. quia vtile non debet per inutile vitiari, per regulam iuris. Aretin. in c. causam, quæ. in 1. col. 1. de testib.

159 Ideo rescindi debent interrogatoria, quibus cauetur quòd testes interrogentur, an quę deposuerint credant esse vera: vel an dicãt illa ex auditu, vel credulitate: quia sunt captiosa, & si testes deponerent super his interrogatoriis, non vitiarentur depositiones iam ritè factæ. nam credere tunc exponitur pro scire. Panor. Imola, Fel. & alij in dict. cap. quotiens. & in cap. inquisitionis. §. quæsiuisti. col. 1. de accusa. Cæpol. cautel. 74. testibus. vbi asserit iudicem debere lacerare illa.

160 Quartò excusantur testes quando deponerent super materia, quæ nõ potest perfectè cognosci per sensum corporis. text. in d. c. quoties. Vnde si testis deponat super filiatione potest dicere, se credere talem esse filium hominis, quia ex viro & vxore simul cõmorantibus natus est. l. filium. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. difficile quippe est filiationem probare. Bart. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua pluuia arcẽd. & l. Lucius. de conditio. demonstra. Alexand. consil. 24. animaduersis. num. 16. volum. 2. idem dicendum est quando testimonium de credulitate, est coniunctum actibus rei probandę propinquis: vt si dicat se vidisse nudum cum nuda in lecto, & credere quod causa fornicationis. per text. in cap. literis. de præsumptionib. sequitur plenè Hippo. in rubr. de proba. fol. 4. versi. & potest poni exemplum Barbat. in clem. gratiæ. col. 4. de rescriptis. Hippol. plenè singul. 19. Tu scis, clarum. &c. & in repe. rub. de proba. fol. 4. colum. 3. vers. Et potest. etiam per cap. Tertio loco. & sequent. de proba. Ideo valet dictum testis super iniuria, quod Titius maluisset de suo perdere centum aureos, vt credit, teste Socin. consil. 146. viso. col. 4. in tertio dubio. vol. 2.

161 Quintò, quando credulitas esset proxima sensui, per quẽ percipitur veritas. vtpote, quando filius

filius est natus in domo, vel quando testis dicit se vidisse solum cum sola, nudos in lecto iacentes: dicens, se credere quod adulterium committebant. cap. literis. de præsumptio. Secus si dixisset se credere aliquos commisisse adulterium cum tali muliere: eo quia inuenit eos simul loquētes, vel dicit credere talem occidisse Titium, quia inuenit eum armatum illa hora: tunc non valet illa credulitas. quia non est necessaria præsumptio, & probatio, per quam debeat credere ita esse. Barba. in cle. gratiæ. col. 4. de rescrip. Feli. in d. c. inquisitionis. §. quæsiuisti. de accusationib.

162 Sextò quando deponeret de peritia suæ artis, tunc eidem crederetur. l. 1. in princ. vbi Bart. ff. de ventre inspic. & in proœ. digest. in princ. in vlt. col. l. hac edictali. §. illud. C. de secund. nupt. Barba. consil. 29. illud. col. 11. in 1. vol. nec coguntur iurare de veritate: sed de credulitate. c. proposuisti. de proba. Decius consil. 489. in casu nume. 12. Barba. in cle. gratiæ. col. 4. de rescrip.

Vnde si doctores regente Cancellario vniuersitatis dicant se credere Titium idoneum ad licentiæ gradum, eis credi debet: vt Feli. & Dec. asserunt in d. cap. proposuisti. refert de Ripa in c. 1. nu. 36. vers. tertio aduerte. de iudiciis.

Nec excusatur tunc à falso testimonio, etiam si testificetur per verbum, credo; quia præsumitur, quod non sine ratione credidit. Bald. in l. data opera. col. 7. numero 35. C. qui accusa. non possunt.

163 Septimò saluatur contra producentem: eo quòd producens dicta eorum rata habere videtur Rom. consil. 104. pater. in fi. argum. glo. sing. verb. & supplicij. & ibi multa addidi. §. Et licet in auth. de testib. colla. 7. Soci. in tract. fallen. regul. 407. testis de credulitate.

164 Octauò, testis dicens se credere, facit iudicium efficacissimum. Angel. expressim consil. 4. publicatus. Ias. in rub. ff. de iureiurando. col. 4. numero 9. sicut testis deponens de auditu alieno, facit præsumptionem. Archi. in cap. hoc videtur. 26. q. 5. 2.

165 Nono, confessio partis de credulitate, probat: sicut si esset de veritate. glo. sing. in cap. Ex literis. de iureiuran. Et talis confessio propriè non dicitur confessio: sed releuatio à probatione. Bal. in l. 2. §. quod obseruari. num. 11. C. de iureiuran. propter calum. dando. Ancha. in cap. 1. col. vlt. de iura. calum. in 6. Et per verbum credo, fit litis contestatio. c. cum ad sedem. de restitu. spolia.

166 Decimò excusantur testes deponentes per verbum credo, quando sunt conformes testibus de veritate deponentibus. per l. si quis ex argentariis. §. 1. post. ff. de edendo, hoc expressim tradit Barba. consil. 25. Clementissimum. col. 6. vol. 4.

167 Vndecimò in omnibus casibus, quibus admittitur testimonium de auditu, recipietur testimonium credulitatis. Spec. in d. §. 1. vers. Itē quod deposuit de credulitate. Pan. & alij in d. c. quoties. de proba. Alex. cōsi. 187. in causa. col. pe. in 2. vol.

Ideo cum in antiquis testimonium de auditu admittitur. glo. in c. licet ex quadam. & ibi doct. de testib. Areti. consil. 37. Sequendo. in 2. dubio. ita & de credulitate; quia in antiquis difficilis probatio sit, vt notoriè patet. sic concludit Iason consil. 65. visis. col. penul. in 3. vol.

168 Postremò sententia lata per dicta illorum testium, non transit in rem iudicatam, quin retractari possit per alios testes de veritate deponentes. Anto. Butr. nuncupatim ita tenet in cap. proposuisti. de proba. Fel. in cap. inquisitionis. §. quęsiuisti. col. 2. de accusa. vbi dicit quòd ille, qui dixit heri credo: hodie potest ex causa dicere, non credo. Idem si per verbū, videtur, deponat, etiam testimonio repellitur: tum quia non deponit per sensum corporis, & probatio non concludit necessario: tum quia non firmat animum suum in suis depositionibus. Bartol. in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de recept. arbitr. & l. Diuus. de liberal. causa Bald. in sua pract. rubric. quæstiones circa probationes. quæst. 13. docto. in cap. præterea. de appella. Guido Papæ. singul. 895. dictum testis. Cæpol. consil. 32. quidam rusticus. col. 9. in 1. vol. & Corne. consi. 204. vol. 1. Alexan. consil. 109. visis. colum. 1. Barba. in clem. gratiæ. col. 4. de rescri. Ias. in rubr. ff. de iureiur. Decius consi. 363. in causa. colum. 1. vbi limitant, quando illi testes assignarent bonam & congruentem rationem, per ea quę proximè dixi de teste deponente per verbum credo. & limitat hæc per supradicta Dec. consi. 363. in causa. col. 1.

169 Non absimile est dum testis deponit per iudicium suum: vt, iudicio meo Titius mutuauit decem. ad iudicem enim spectat iudicare: & non ad testem. Innoc. in cap. causam. de testib. Vnde si testis dicat promisit per stipulationē. non concludit, teste Bartol. in l. 1. C. de vsur. Idem si dicat, quod talis est dominus: quia iudicat. Bartol. in l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. Dec. consi. 221. non patitur. colum. 3. Aretin. consi. 64. diligenter. col. 3. versic. Et primo, quia ista. Alexan. consil. 114. in causa. col. penul. in 4. vol. ac consi. 29. clarissimè. col. 1. & sequen. in 7. vol. Ias. consil. 153. difficultas. col. 6. col. 2. & consil. 167. formatæ. col. 3. vol. 4. nisi adderet alia verba denotantia sensum corporis, & sic rationem bonam assignaret. hoc expressim tradit Curtius consi. 56. super processu. num. 38. & Alexan. consil. 149. viso processu. col. 1. vol. 5. vbi dicit probationē testis deponentis de tempore per verbum iudicio suo, non vitiari, si circa negocium principale deposuerit de scientia ex proprio sensu corporis. per l. quid tamen. §. si arbiter. & ibi Bar. ff. de recep. arbitr. & Socin. consi. 171. diu profecto. col. 2. & seq. in 2. vol. Dec. consilio 459. viso. in fin. Franciscqui. consil. 144. gaudeo. colum. 2.

170 Idem si dicat, cognoui ita esse. nam iudicat: nisi ageretur de persona, vel tali actu, de quo posset sic dicere, cognoui. Innoc. & alij in d. cap. causam. de testib. Bal. consi. 425. statuto. in 5. vol.

171 Idem si dicat, salua veritate: quia non firmiter deponit: sed dubitatiuè. Alexand. consil. 82. in causa vol. 4.

172 Idem si dicat, ni fallor, talis mutuauit. l. 1. & ibi Ias. ff. de iustit. & iure; quia dubitatiuè deponit: nisi prius congruam rationem assignasset, vt supra dictum extitit.

173 Idem si dicat, fortè talis mutuauit decem. nam

nam postquam dubitatiuè deponit, eidem non creditur. Alex. consi. 29. clarissimè. col. 3. in 7. vol. nã verbum fortè, dubitatiuum est. l. si duo. ff. de recep. arbitr. c. ex parte. de celebra. missa.

174 Idem si dicat, hoc sibi videri secundum conscientiam. Alex. consil. 132. perlectis num. 12. & seq. col. penult. in 5. vol. post Bal. in c. nisi cum pridem. col. 2. de renuncia. Ias. in l. 1. col. penul. ff. de iustit. & iure.

Non tamen vitiabitur dictum testis si rite deposuerit: & postea dicat, si bene recordor ita est: vel si memini: quia tacitè inest. ideo eius expressio non vitiat. l. 3. ff. de leg. 1. sic concludit Corne. consi. 94. viso processu. col. 2. in 3. vol.

Et sufficit recordari de substantia negotij. Ias. consi. 42. in præsenti. colum. 3. volum. 1. per gloss. in cap. dudum. in verb. substantia. de conuersione coniuga.

Et si testis dicat se non recordari, potest petere tempus ad reminiscendum. Bal. in cap. ab excommunicato. col. 2. de rescript.

175 Criminosus condemnatus de iure ciuili à testimonio repellitur. l. 3. §. lege Iulia. ibi iudicatus. & l. quæsitũ. & ibi Iacobi. ff. de testib. l. quod ad statum. ibi, nam sola sententia, non genus criminis spectatur. ff. de pœnis. & l. qui iudicio publico. ibi, quíve præuaricationis calumniæve causa quid fecisse iudicio publico pronunciatus erit, &c. ff. de accusa.

De iure verò canonico non requiritur quod sit condemnatus de crimine: sed sufficit quod conuincatur id temporis, quo producitur in testem. c. super eo. 1. & cap. testimonium. de testib. ideo hoc ius seruabitur in foro ecclesiæ: alterum in foro seculari. Ratio differentiæ est, quia de iure ciuili infamis infamia facti, nõ repellitur à testimonio. Sed de iure canonico secus. Barba. in repe. cap. testimonium. col. 7. versi. & ideo. de testib. vide infra in verbo infamis. vbi dico istam esse communem optnionem.

Ius ciuile seruatur etiam in curiis parlamentorum, teste Aufrerio in stylo parlá. par. 1. rubr. Sequitur aduisamẽtum. §. item cauerat, quod si aliquem. Barba. consil. 9. præclarè. col. 4. in fin. vel 2. dixi in pract. mea rub. de reproba. test. art. 5.

176 Requiritur etiam, quod sit condemnatus à iudice competente, aliàs non valet. c. at si clerici. de iudic. condemnatum eum accipere debemus, qui rite condemnatus est. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata.

Item requiritur, quod tempore suæ depositionis sit condemnatus, aliàs non excluderetur, cum habilitas tempore tantum depositionis & iuramenti requiratur: vt suprà in præfa. dixi.

Insuper requiritur, quod sit verè condemnatus. Ideo si per contumaciam fuisset habitus pro confesso & condemnato, non propterea reprobabitur: quia verè non est condemnatus. hoc expressè tenet Corne. consil. 42. videtur in hac. vol. 1. debilitatur tamen eius fides. Barba. consil. 3. col. 4. volum. 2.

Sufficit si sit condemnatus, etiam si non appellauerit: quia pro sententia præsumitur, si verò appellauerit, & interim deposuerit, valebit testimonium: tum quia tempus talis testimonij inspici debet: vt l. 1. C. de testam. tum quia factum negligentis prosequi appellationem, parti nocere non debet. Bart. expressim in l. furti. §. 1. in fi. ff. de his, qui not. infam. Felin. in cap. testimonium. num. 17. de testibus.

Item damnatus pendente appellatione, testamentum facere potest. ergo & testimonium ferre. l. eius, qui. §. fin. ff. de testa.

Saluatur quando post condemnationem esset per principem restitutus. Barba. consil. 3. clementissimum. in 2. vol. tex. in c. Euphemium. ibi, quorum sicut examinatio & castigatio, ita & in integrum restitutio non nisi ad ciuilem iudicem spectat. 2. quæst. 3. Barba. plenè in dicto cap. testimonium. col. 12. de testib.

Item hic condemnatus de alio crimine in crimine hæresis non repellitur. Panor. in cap. licet Heli. nu. 21. de simo.

177 Debitor pro creditore deponens reprobari potest. Iacobi. in l. nullus idoneus. ff. de testib. quia est seruus debitoris. Prouerb. 22. cap. & glo. in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. Et sicut seruus prohibetur testificari pro domino. l. si serui. ff. de testib. & l. seruos. C. illo. titu. sic & debitor. Quod intelligerem esse verum, quando esset ita obnoxius debitor, quod non posset commodè soluere, & esset pauper, & vilis, & timeret creditorem potentem, tunc posset excusari testis, vt non deponeret: vel si deponeret, reprobari posset. Secus si esset debitor paruæ quantitatis, & esset bonę famę & opinionis. nam tunc eum non repellerem: quia non inuenio hoc iure cautum.

178 Declarare potest testis dictũ suũ. Bart. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. nec tenetur denuo iurare. Bald. in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam.

Intellige ex officio iudicis, non ad partis instantiam. glo. in c. in præsentia. de proba. in verb. dubium. & in §. quia verò multi. in authen. de testib. colla. 7. in verb. non habebit.

Item intellige, quod testis non tenetur declarare, nisi suum primum dictum legatur ei. textus & ibi Bald. in l. fi. C. plus valere quod agitur. Curtius in d. l. si quis intentionem. de iudiciis.

Postremò si non declarauerit, dictum testis ambiguum cõtra producentem interpretabitur. Alex. consi. 136. vol. 1.

179 Denuncians maleficium, repellitur à testimonio. Bar. in l. Diuus. in fi. ff. de custod. reor.

Saluatur quando iudex postea processit per inquisitionem, & quę denunciauit non stetit, nec persecutus est iudicium. Bal. in cap. in omni. col. penult. de testib. Panor. & Dec. in cap. iurauit. de proba. & in rub. qui matr. accusa. possunt. Salicet. in l. ea quidem. C. de accusa. in materia denunciationis. quæst. 13. Angel. in tracta. de malefic. in verb. nec non. versic. quæro, an iudex. & Alexan. in dict. l. Diuus.

Dignitate ob turpitudinem remotus, à testimonio repellitur. l. 2. ff. de senat. c. infamis. §. tria. 3. quæst. 7. Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. Item quod est remotus.

180 Degradatus, à testimonio repellitur: quia est infamis,

infamis, & condemnatus. cap. degradatio. de pœn.in 6.quia non fit degradatio,nisi pro crimine grauissimo.docto. in cap. cum non ab homine.de iudiciis.

181 Discipulus in causa magistri reprobatur. quia filius dicitur.l.1.C.de excusa.artific.lib.10.& in causa patris filius non admittitur. l. parentes. vbi docto.C.de testib. Nam sicut persona patris naturalis debet videri sancta filio:ita & magistri discipulo.l.liberto.ff.de obseq.& ibi gloss. Et discipulus debet obedire magistro,sicut patri.Bart. in l.omnes populi.in 6.quæst. primæ principalis. ff.de iustit.& iure,& excusare sententiam sui magistri debet.l.dicere.ff.de recep.arbitr.

182 Excusantur etiā discipuli, quando non essent amplius sub ferula talis magistri : vel si essent non timerent eum : vt sunt scholastici legum,vel canonum, seu medicinę,aut theologię. Tunc etiam potest eidē discipulo credi, pro arbitrio tamen iudicis, & secundum qualitatem personarum : secus si essent in collegio, & timerent præceptorem sæuum. per not.in l.etiam. C. de testibus.

183 Diuinatores à testimonio repelluntur:quia etiam propter criminis detestationem ad accusationem non admittuntur. cap. quisquis. 2.q.8. Et qui ab accusatione repellitur,etiam à testimonio : vt per glo.in cap.ipsi apostoli.2. quæst.7.& dixi suprà in præfa. vide quæ abundantius scripsi in verb.aruspices.

184 Domesticus repellitur à testimonio. l.pen. ff.de testib.& l.etiam. C. illo tit.glos.in summa.3. q.5. & cap.fin.§.item idonei.4.q.3.text. in cap.super prudentia.14.q.2.Quia domestici solent obedire domino per fas & nefas:nec curant nisi domino placere.Bald.in dict.cap.in literis. facit ratio cap.visis.16.quæst.2. ibi, humani moris est illum vereri, cuius iudicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. qui timet autem verum dicere , non est testis idoneus. Bald. in l.Eos. C. de testibus.

185 Saluatur, quando agitur de probando factum domesticum,quod in domo fit ; quoniam non facilè,quæ domi geruntur,per alienos poterunt confiteri.l.consensu.§. super plagis.C.de repud.Barto.in l.si quando.colum.vlt.C.vnde vi.l. quoties.de naufrag.lib.11. Guido Papæ, sing. 48. testes domestici. Et quando nulli alij inueniuntur ratione necessitatis admittuntur : & in subsidium , vt infra dicetur arg.l.vt gradatim.§.1.ff.de munerib.& hono.& sic quando aliter veritas haberi non possit. Panormit. in cap.cum in tua.de sponsal.refert Hippol.consi.102.pauci sunt.Soci. consi.17.supradicta.col.2.vol.1.vbi dicit credi domesticis,quando is qui eos producit non fuit in culpa , non adhibendo alios testes idoneos : vtpote quando mulier vi fuit in domo rapta & adulterata:secus si culpa imputari potest,vtpote, quia de matrimonio agitur, vel de contractu, quod est notandum,& dixi supr.in verb. seruus.

186 Secundò saluātur domestici testes,quando essent testes instrumentarij per partes adhibiti. gloss.sing.in verb.& suppliciis.§.& licet.in auth. de testib.colla.7.quia tunc eorum persona videtur approbata per partes. l. Theopompus. ff. de dote prælег.Corse.in singulari incipiente, testis. in 2.declarat.Hippol.sing.92.licet testis, &c.multa addidi ad dictum gloss.& Alex.consi.191.visis nouis.in 7.vol.

187 Tertiò excusatur,quando domesticus haberet alios contestes.quia tunc dictum illius supplebitur ex persona aliorum. l. si quis ex argentariis. §. coguntur.ff. de edend. Barba. consil.50. col.6.in 1.volum.& consi.54.col.12.eo.volum. ac consilio 18.col.18.in 2.volum.& consil.36. col.8. ibidem,& consil.33.in 3.vol.& consil.40.colum. 8.ibidem,& consil.90.colum.3.in eo.vol.ac consil.5.col.7.in 4.vol.ac consil.25. col.5.ibidem , & seq.consilio, col.3.Feli. in c.Tertio loco. col.vlt. de proba. Catelli. Cotta in 2. parte memora. in verb.legalitas.& in verb.testis vnius.

188 Quartò excusantur subditi principis,regis, vel episcopi honesti,quod ex qualitate personæ, cui seruiunt præsumitur. quia in his non habet princeps ius patriæ potestatis,vel dominicæ,quo prohibeat : alioqui nullus pro his testificaretur, Specul. in titul. de statu monacho. §. 1. versicu. duodecimo.Barba.consilio 37.scribitur.col. 4. in 1.vol.Bart.in l.Idonei.ff.de testib.

Intellige,nisi dominus,princeps , vel prælatus esset talis, qui violentiam soleret inferre testi cōtra eū deponenti : quia tunc subditus pro domino, vel contra non admittitur. arg.c. fi. de appella.l.de pupillo.§.Si quis ipsi.ff.de noui oper.nuncia.Baldus in l.eos. C.de testib.aliàs secus.Panor. in c.insuper.in fi. de testib. erit tamē arbitrarium quanta fides adhiberi debeat,considerata persona & qualitate testis, vt sequitur in sequen. limitatione.

Fallit, quando isti famuli starent cum aliquo magnate pro solis expensis , sine salario : quia tunc repelletur.teste Card.in c.insinuante, de offic.delega. & Lanfranc. in repe.c.quoniam contra.in 2.specie repellendorum testium.vers. quæro ergo 1.de probat,sequitur.Bertach. in tract.de episcopo in 5.parte.lib. 4.q. 47. quanuis contrarium teneat Hippol.in sing.5. Regula est. dicens se habuisse in facto.

189 Quintò, nisi ille domesticus esset sanctæ vitæ & integrę. c. in literis,de testi. quia non est verisimile quod hi debeant pro aliquo deierare, dicit ibi text. & integritas vitæ facit cessare suspitionem falsitatis.Spec. in tit.de iudice delega.in §.superest.vers. quod si eum. vbi iudex bonæ vitæ,licet sit consanguineus aduersarij , non potest recusari vt suspectus.not.doct. in c.postremo.de appella. multa tradit Ias.in repe.l. Admonendi.num. 180.cum seq.ff. de iureiur. & Barba. consilio.54.col.9.in 1.volum.huic sententiæ subscribit Hippol.consi.1.circa finem.

190 Sextò excusatur quando probaretur,quod tantum habitaret in domo , & non esset mercenarius meus , quia tunc cessaret ratio domesticitatis.Alexan. consilio 78.in causa.colum. 2. volum.1.& consilio 149. viso.colum.2.in 5.volum. sic expressè tenuit Bauer.in §.Pater.colum.13. instit.de testa.versi.septimò limita.

191 Septimò saluatur, quando desinit esse domesticus

mesticus: quia in teste attenditur tempus depositionis.l.3.§.duæ causæ. ff. de carb.edict.glo.in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verborum signific.Bartol.in l.1.§.Idem Nummio.ff.de questio. & dixi suprà in princip. Et famulus expulsus desinit habere reuerentiam, & velle obsequi domino: sicut soluto matrimonio dicitur soluta affinitas. gloss. in l.sed hæc ita. ff. de re iudica. Hippolyt.in l. etiam. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionib. Imò inimicus vocatur maritus, qui diuertit ab vxore.in l. cum in feudo. §. quod si vxor. ff. de iure dotium. vnde per illum textum dixi non credendum domino,qui à se famulum suum separauerat.& postea cum accusabat.argum. illius text. Nisi ad tempus simulatè esset remissus,vt deponeret. Feli.in dict.cap. in literis.Simulatio cognoscitur, si incontinenti post depositionem ad dominum redit: secus si ex interuallo l.si ventri.§.si.ff.de priuileg.cred.& ibi glo.in argu.

192 Octauò, quando ex illo testimonio commodum & incommodum veniret ad producentem:vt in matrimonio asserit Anchar. per illum text.in cap. super eo. de testibus.sequitur Barbat. consil.36.sapienter.colum.9.vol.2. quod nouum esse dicit.

193 Nonò saluatur, quando deponeret inter æqualiter domesticos.l.non solùm.§.1.& ibi Bar. ff.de ritu nuptiar. Bauer. expresśim in d.§.pater. de testa.per glo.not.in c.super prudentia.14.q.2.

194 Decimò non procedit in domestico domestici.Specul.in titu. de inquisitio.§.1.versic.sed nunquid &c.quia socij mei socius,non est meus socius.l.nam & socij.ff. pro socio.sic nec domestici domesticus. Innocent. in cap.insinuante. de offi.deleg.Bal.in l.qui testamento. §.quæcunque.ff.de testa.

195 Vndecimò non procedit,quando non posset eis imperari, nisi ratione cuiusdam familiaritatis.dict.cap.in literis.de testib.Alexan.consi.88. quoniam.col.4. in 5.vol.vbi dicit, quòd licet testis dicat, quòd exponeret corpus pro eo, pro quo deponit: non tamen ob hoc vitiatur testimonium eius.quia non sequitur quod vellet ponere animam.

196 Duodecimò saluantur,quando deponerent de innocentia vel defensione rei accusati. c. literas.de præsumptionib.cõsi.59.visa.col.2.Hippol. in pract.criminali.in §.oportune.nu.15.Alexand. cons.5.in casu.col.3.volum.1.Dec. cons.469.visa. col.1.facit,per cap.cum pastoris.2.q.7.Iacobi.in l. penult.ff.de testib. Ias.in l.vt vim.col.2.nu.5.ff.de iustit.& iure.& dicam infra in verbo, familiares. & quis dicatur domesticus.Respond.ex dictis in stilo Bitur.in §.1.glo.*domestiques*. rub.de adiorna. quæ hìc adde.

197 Decimotertiò excusantur: vt per gloss. & docto. in c.plures.16.q.1.vt quando melius nouerunt veritatem, quæ per alios sciri non potest. tunc etiam recipiuntur.Alexand.consil.100.visa. col.2.vol.6.& supra dixi.vide decem & octo casus, in quibus recipitur dictum testis domestici, per Bertach.in tract.de episcopo.in 5.parte.q.47. Vltimò not. quòd testis domesticus,si examinetur, non facit indicium, quia non debet audiri. Panor.Fel.& alij in d.c.in literis.quod est verum, quando pars contradicit:aliàs secus,& in casibus hic exceptis. Bald. in margar.in verb.testis.q.89. vbi indicium facere asserit.

198 Dominus pro suo subdito non est idoneus testis:sed est suspectus,nec omni exceptione maior. cap. coram. de offic. delega. quia dominus in omnibus vicem fideli reddere, debet. inquit tex.in c.1.de forma fidelita.in fin.Iacobi.in l.idonei.ff.de testib.& maximè,quando esset vilis conditionis:vel timeret subditum,eo fortè,quòd cõmisisset aliquod delictum in conspectu familiæ, per quod eandem timeret. Vt in simili de vxore dicit Spec.in tit.de teste.§.1.versi. sed nunquid de vxore.& expresśe Aufrer.in hoc tract.in verb.dominus. vbi dicit aliàs posse dominum testificari pro subdito. per gl.in c.insinuante.de offi.deleg. Fel.in c.in literis.col.vlt.versi.vlt.de testib.& maximè, quando causa esset inter duos subditos eiusdem domini: quia tunc par affectionis causa excusat dominum.per l.non solum.§. de vno.ff. de ritu nupt.Iacobi.in d.l.idonei.

199 Donator in causa donatarij non potest esse testis.Cy.Io.Fab.Bal.& Salic.in l.omnibus. C.de testib.Bal.& Sal.in l.si à te.C.de fal.Panor.& Fel. in c.insuper.de testib.Aufrer.in decis.Tholos. q. 94.quia sua interest,vt donatarius re fruatur donata: vt demũ ad antidora teneatur.l.sed si lege. §.consuluit.ff.de petitio.hæred.& quia personale pactum transmittitur in donatarium.l. si tibi decem.§.pactum.ff.de pact.ad hæc quia donans affectat donationem valere. Sali. in l.& si ad te.C. ad leg. Cornel. de fals. & maximè in donatione remuneratoria,in qua donans de euictione tenetur.Bar.in l.Iulianus.§.1.ff.de verbo.oblig.

200 Dubius in fide à testimonio reprobatur. Aufrer.eo.verb.quia infidelis est.c.1.& ibid.doct. de hæret. Dubitatio enim est æqualitas contrariarum dubitationum.Bal.in l.iustitia.ff.de iustitia & iure.l.scire.de legib.

Nota tamen quòd verba testis dubia interpretari in dubio debent contra producentẽ.doct. in cap.in præsentia.de proba.Do.de Rota. decis. 195.nota quòd verbum.in antiq.

201 Ebrius non potest esse testis,cùm sit alienus à mente,sicut furiosus.instit.de successo. subla.in glo.nec valeret eius testimonium.Bald.& docto. in c.1.in fin.de testib.vnde dicit text.in c. fine.15. q.1.nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent, iacent sepulti. hi tamen si examinentur ante ebrietatem,& sic ieiuni, valebit eius depositio.docto. d. c.1.& nunquam vidi ob hoc reprobari: quia si iudex vel commissarius inueniret eum ebrium,illum nõ audiret, nec sua dicta scriberet. Emphyteota reprobatur in causa domini, quando mouetur controuersia de re data in emphytheosim eidem, quia tunc versatur interesse emphyteotę ne ab eo res remoueatur: secus si de alia re quæstio fuerit. Anto.& alij in c.insuper.in fi.de testib.sequitur Albert.Maleta.in tract.de testib. rubr. quando testes repellantur ratione domesticitatis.vers.vlterius est videndum.

202 Excommunicatus reprobatur à testimo-

nio.c.veniens.2. de testib. c.decernimus.de sent. excom.in 6. quia pro mortuo habetur.§.minor. instit.de capit.diminut.nec credantur quæ ab eis dicuntur, vel conscribantur.c.nullus.3.q.4.Dec. in c.intelleximus.de iudic.

Tam in curia ecclesiastica, quàm seculari repelluntur excommunicati, per text.in c.postulasti.de homicid.vbi coram rege fuit hæc exceptio excommunicationis opposita,& sic coram seculari: vt not.ibi Ioan.qua & Felin.Et quod possit opponi in foro seculari coram iudice laico, tradit Bal.in c.intelleximus.de iud.& in l.quoties.in fi.C.de iudic. & l.placet. in fi.de sacrosan.eccles. per glo.in l.1.de iur.& facti igno. Imò iudices seculares sunt per censuram ecclesiasticam compellendi, vt excommunicatos ab actibus iudicij repellant in suis curiis. c. decernimus de senten. excom.in 6. & Pictones conscientia suffarcinati repellunt illos etiam in curiis secularibus, vt in eorum stilo est videre.art.4.rub. *& bailler obiects.*

Etiam non valeret statutum, vel consuetudo non admittens excommunicationem Alexan.in addit.ad Bar.in l.1.§.onerandæ.ff.quarum rerum actio non detur. Felin.in c.fi.col.2.de except. & in c.nouerint.de senten.excom. Et quia est contra libertatem ecclesiæ, non potest approbari authen.Cassa.C.de sacros.eccles.Anto.de Tremol. in addi.ad Vbertũ.de Bonacurso.in rubr.quibus modis exam.iud.declin.versi.& est seruus.fo.44. Et est maximus abusus, quod excommunicatio non admittatur, quia multæ animæ ex conuersatione excommunicatorum illaqueantur:& potissimè iudicum, qui cotidie eis communicãt. Ideo deberent Dom. senatores, qui reformant abusus,hunc maximum reformare,ne eis sit fraudi:nec excusantur à peccato iudices, qui eos admittunt in suis curiis.Bened.in rep.c.Raynutius. in verb.mortuo. in 1.nu. 284. de testa.& miratur vnde tantus processerit abusus in hoc Christianissimo regno,vt excommunicatus in foro seculari non repellatur,& posset dicere quod transeat cum cæteris abusibus regni: sicut dicebat de erroribus canonistarum.& ista consuetudo fuit annullata in cõcilio Constantien.& Carolus quartus ibidem existens imperiali auctoritate cassauit & annullauit, vt patet in confirmatione constitutionum Federici secundi,& Carolinę,in literis Carolus &c. Credo hoc processisse ex opinone Io.Fabri.in §.fi.insti.de cura.qui dicit curiam laicalem non esse assuetam dimittere sententiam excõmunicationis.& hoc de facto seruant quędã curiæ regni in ipsarum perniciẽ, vt tradit Aufre. in decis. Tholos. q.133. si excommunicatus. dixi in arbo. exceptionum,in 2. diuisione. Ideo solet absolui excommunicatus ad cautelam, vt d.cap. veniens.& Aufrer.in decis.Tholo.q.189. An excõmunicatus.& debet absolui per suum iudicem non per iudicem delegatum.doct.in d.c.solet. de sent.excom in 6. tamẽ absolui ad cautelam nunquam debet,quando aliter veritas haberi potest. & completo testimonio reincidit in eandem, secundum Hosti.Fel.& alios in d.c.veniẽs. Admittitur excõmunicatus non declaratus. doct.in c.1. de excep.in 6.tex.in §.1.de excom.non vitand.gl. ibid.in prag.Gui.Pap.sing.97.testis excõmunicatus, nõ requiritur tamen quod fuerit denũciatus. Guido Pap.in statuto, si quis per literas.in verb. cõmuni æstimatione.versic.quintò à testimonio.

Secundò fallit in testamentis.Petr.de Ferra.in prac.in forma iura testiũ.in verb.potestate.Corn. cons.59.in 1.vol.Barto.in l.si quærimus.in fi.ff.de testa. vide in quibus casibus admittatur,in repet. c.postulastis.in 2.not.de cleric.excom.ministr.

Tertiò saluatur in excommunicato minori excommunicatione,quæ solum à perceptione sacramentorum repellit.c.si celebrat.de cleric. exc. minist.gl.& doc in c.decernimus.de excom.in 6.

Quartò excusatur, quãdo describeretur testis in instrumẽto.nam instrumentum valeret. Inno. in c.1.col.vlt.de excep.Imol.in c.ex literis.de trãsact.non posset tamen ante absolutionem,instrumentum viua voce iuuare.dom. in d. c. decernimus.in fi.refert Fel.in d.c.veniens.in fi.

203 Familiaris repellitur à testimonio.c.in literis.de testib.vbi glos.dicit familiares esse consanguineos, colonos, adscripticios mercenarios, & alios in potestate,libertos,ac omnes in domo habitantes.Adde hic quæ scripsi in stilo Bitur. art.1. in glo.*familiers*.rub.*des adiournemens.*

204 Falsum deponens in vno capitulo reprobatur in aliis.c.si ad scripturas.ex dist.161. gl.& in c.pura.3.q.9. Inno.& Fel.in c.fraternitatis.de hæretic.& in c.ex literis.in fi.de fide instru. Spec.in tit.de teste.§.1. versic. Item quod aliquid.Bald.in margar.in verb.testis.q.134.& consi.406.præmittendum. in 4. vol. etiam si articuli sint separati. Oldrad.consil.37.ad primam quæstionem.col.1. qui actus testificandi est indiuisibilis,& iuramentũ: & ideo totus redditur infectus & irritus propter periurium. Aretin.in l.1.§.penul.col.vlt.ff.de verb.oblig.Ias.in l.si ex falsis.C.de transact.Bald. in l.fin.in 4.oppos.C.de edict.diui Adria.tollendo.licet idem Bald. in rub.de controuersia inuestituræ.col.2.dicat,quòd dicta per testes sustinentur antequam falsum dixerint:licet postea mentiantur:quia nõ erant periuri cùm primò verum deposuerint.quem sequitur Areti.in l.si ex falsis. in fi.C.de transact.& consi.71.diligenter.col.2.licet hoc reprobet Alex.consil.44. visa.col.3. in 2. vol.& cons.134.in causa.nu.6.ibid.& Hippol.primam sententiã sequitur cons.70.scientiarũ.nu.8.

205 Saluatur quando mentitus est extra substantialia.Bart.in l.eos.ff.de fals.& in d.l.si ex falsis.Io.Andr.in addi.ad Spec.in d.§.1.Areti. consi. 60.excellentissime.col.2.versi.Nec obstat,quod, & Alex.consi.88.quoniam.col.pen.vol.5.vnde si testis contrahentem esse ciuem Parisinum, qui tamen non sit,deponat,vel esse affinem talis, vel domesticum:cùm ista nõ tangant testimonium, non vitiant.vel si dicant quod debet solui de pecunia aurea, dummodo super contractus substantia non immisceatur falsum, non annullatur eius dictum. Spec.in d.titul.de teste,§.1.vers.Item quod aliquid.Hippo.sing.76.communis conclusio.&c. vbi plus dicit, nempe posse illum puniri de mẽdacio crimine stellionatus. vt Angel. consilio 194.visis processibus.in fi.2.col.nam dicitur Prouerbio.1.c.in fi.quòd testis mendax peribit.

Secundò

205 Secundò excusatur quando ignorãter falsum dixerit, quia sic putabat esse. Bald. in dict. l. si ex falsis. quia in falso requiritur dolus. l. nec exẽplum. & l. damus. C. de fals. vel quando errauit. Pirrhus in reg. 1. ff. de reg. iuris.

Quod est intelligendum, quando probabiliter dubitare poterat: vt in facto antiquo, vel valde prolixo, aliàs secus: quia de his, quæ cadunt in eius sensum deponere debet, & non aliter. Felinus in dicto cap. fraternitatis. & Areti. in cap. in nostra. de testib.

207 Tertiò saluatur, quando testis de peritia artis deposuisset, & plures eum melioribus rationibus conuincant. nam tunc præsumitur potius error in eo, quàm dolus. argu. l. quoties. §. tantundem. & ibi Bart. ff. de hæred. institu. facit text. in l. penult. C. de his, qui sibi adscribunt in testa. Areti. in c. in nostra. de testib. quia in peritia artis consistit error: etenim vnus est plus peritus in illa, quàm alius. c. cum causam. de proba. hoc refert & sequitur Feli. in d. c. fraternitatis. col. vlt.

208 Quartò excusatur, quando ex confessione alterius partis appareret, quòd reliqua capitula non sunt falsa: tunc aliis credetur. l. 1. ff. ad legem Corneliam de fals. Iacobi. expressim in dict. l. si ex falsis. colum. vltim. facit quod not. Innoc. in cap. quia plerique. colum. 2. de immunit. eccle. vbi dicit iudicem posse corrigere sententiam, quando pars in cuius vtilitatem est lata, eam iniquam esse confiteretur. scripsi plenè in l. quod iussit. nota. 2. num. 138. ff. de re iudica.

209 Quintò excusatur, si præsumptio sit super vno capitulo, quod testis falsum dixerit: non tamen ob hoc omnia erunt falsa. per not. in l. filius. §. sequens. ff. ad legem Cornel. de fal. per Bar. & per Baldum in l. si vnus. & in l. Iubemus. C. de testamentis.

210 Sextò non potest Rex concedere quod capitula, in quibus testis verum dixit, non vitientur propter illam falsitatem. quia non potest legem superioris tollere. Ioan. de Anan. in cap. fraternitatis. de heretic. Oldra. consilio 37. ad primam. Archi. in cap. si quis presbyter, aut diaconus. 50. distinct.

Intellige in Rege recognoscente superiorem: secus in rege nostro, qui nemini subest in temporalibus. cap. per venerabilem. qui filij sint legi. nam istud concedere, non est auferre ius quæsitum parti. quia reprobatio est in odium producentis testem, & non in fauorem partis. Et in Papa, & in Imperatore, quòd hoc possint concedere confirmat Felinus in dicto capite fraternitatis.

211 Septimò excusatur testis, si super extraneis, iudicis officio interrogatus, falsum dixerit. vtpote si super nubibus cœli, vel alio extraneo. Baldus in rubri. de controuers. inuestituræ. nisi iurasset veritatem dicere de omnibus, super quibus interrogabitur.

212 Octauò, si testis conuincatur de falso super causa tradita, fortè deposuit per visum: & tamen audiuerat, vt super iniuria verbali, vel aliàs, non ob hoc punitur tanquam verè falsarius: nisi quando deponeret contra innocentem. Baldus in §. iniuria in fine, de pace tenen. & iuram. fir. Anchara. consilio 2. visa inquisitione. & cap. dicit literis opus esse: non vidi tamen in practica, has literas concedi.

213 Familiares & domestici repelluntur. cap. in literis. de testib. & dixi supra in verbo, domesticus. & vide in practica mea, in articul. 1. glossa *familiers.*

214 Familiares iudicis repelluntur à testimonio, etiam si causa non sit propria iudicis: si tamen iudex aliquam gerat affectionem ad causam: vtpote, si ex officio procedat: aliàs non. Hostiens. Panormitanus & alij in cap. 1. in fin. de officio iudic. in fine. & tunc non omnino repellerentur: sed non facerent plenam probationem, si iudicis aliquo modo interesse posset. etiam ratione affectionis. Adde hîc 18. effectus familiaritatis, quos scripsi artic. 1. glo. 5. de cita. seu adiorna. in stilo Biturig.

215 Famulus pro domino repellitur à testimonio: quia domesticus. l. 2. & l. Seruus. de testib. quia sibi imperari potest, & est familiaris. 4. quæstione 3. §. item idonei & cap. quia si domino suo sit infidelis, diabolus est. glossa in cap. Christus. 1. quæstione 1. & multò minus potest pro se deponere, vtpote quod ipse reportauerit librum. l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci. Decius consilio 94. in causa. columna secunda.

Saluatur, quando erat sanctæ vitæ. Barba. in c. cum in iure. col. 3. de offic. deleg. vel honestæ vitæ. cap. in literis de testib.

Secundò, quando non haberet salarium. Hippolyt. singul. 5. regula &c. post Spec. in tit. de teste. §. 1. versi. Sed de quo mercenarium Roma. consi. 420. in proposita.

Tertiò, quando esset famulus tutoris, in causa pupilli, testis esse non prohibebitur. Nec famulus abbatis in causa monasterij. Specul. eod. titul. §. 1.

Alioqui posset Abbas substrahere probationes monasterij. Bald. consil. 444. ad euidentiam. in fin. vol. 1.

Quartò, quando tempore quo producitur in testem, non erat famulus producentis. l. 3. §. affinitatis. ff. de postulando. Barbat. consilio 26. colum. 8. in 4. volum. Salicetus in l. seruos. C. de quæstio. Ideo cautela est, quod expellatur, per octo dies ante, quod si fuerit probatum in fraudem factum, non stabitur dicto huius testis. Speculat. in dicto §. 1. versicul. quid si olim fuit, & præsumitur deiectus in fraudem quando statim reuertitur post suam depositionem, argu. l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. credito. Barba. consilio 26. Clementissimum. col. 8. in 4. vol.

Quintò, quando erat famulus alicuius principis, episcopi, vel alterius magni domini, & erat ipse honestæ vitæ: adeo quòd non esset verisimile eum deieraturum, cum sit grauis & honesta persona, aliàs secus. Innoc. & alij in d. c. in literis. de testib.

Vltimò, famulus iudicis, & eius familia repellitur à testimonio, quando iudex habet affectionem ad causam: vtpote, quia procedit ex of-

ficio, & pro aliquo consanguineo;tunc quia iudex sic facilè posset quemlibet condemnare:aliàs cessante affectione, non repelletur. Panor.in c.1. in fi.de ofic.iudic.

216 Fideicommissarius vniuersalis non potest esse testis pro testamento: vel in quo iubentur bona eidem restitui. quia est causa propria, vbi damnum, vel emolumentum habere potest, & loco hæredis habetur. l.qui necem.§. fi.ff.de bonis liberto. & l. qui quadringenta. & l.1.§. si hæres. ff. ad Trebel. vnde sicut hæres non est idoneus: ita nec fideicommissarius vniuersalis.Istius sententiæ est Angel. Porcus, & Bauer. in dicto §.legatariis. Institut. de testament. Licet contrarium teneat Iaso.in l.dictantibus.colum.2. C. de testament.

217 Fideiussor in causa in qua fideiusſit debitori, testificari prohibetur: quia ipsius interest creditori solui, ne eum conueniat.l.si cui. §.fin. ff.de legat.1.Spec.in titu.de teste.§.1. versi.quid de fideiussore.Iacobi.in l.apertissimi, colum.vlt, C. de iudiciis.

Etiam si principalis esset soluendo: quia fideiussoris etiam interest litibus & sumptibus non vexari.l.minoribus. ff. de minor. & ista est communis opinio, teste Aretin. & Iason in dict. l. si cui.§.fin.

Sed Baldus & Alexand.in dicto §. fin. dicunt tunc reprobari, quando fideiussor renunciasset. authent.præsente.C. de fideiussorib. & sic quando posset conuenit ante principalem: vel quando principalis non esset soluendo. quia tunc interesset fideiussoris: aliàs non, cum non possit esse in damno. Alexand. consilio 78. in causa, colum.1.in 1.vol.Felin.in cap.insuper.col.penult. de testibus.

Ego dicerem qualitatem personarum hoc casu esse considerandam.nam si fideiussor sit timidus, & principalis litigiosus, & qui facilè non soluit debita sine lite: tunc etiam si soluendo sit principalis, diminuetur de fide fideiussoris. quia vellet obligatione liberari, & quando posset aliquod damnum incurrere quod consueuit ex his fideiussionibus euenire, vt practica nos docuit. Ideo iudex cõsideret, an ex hac fideiussione possit damnũ incurrere fideiussor, vel vexationem, & tunc repellere poterit. Angel.consilio 296. visis attestationibus.colum.1.

Poterit tamen fideiussor admitti in alia causa, in qua non fideiusſit:& etiam in illa pro confideiussore: quia principaliter in causa sua non testificatur.Bartolus in l.si quis ita.per illum textum.ff.de reb.dub.Baldus & alij in l. dictantibus. C. de testament. Quod ego crederem verum, quando nullum emolumentum haberet ex sua depositione: aliàs secus. per l. omnibus. C. de testib. vtpote si ageretur contra vnum fideiussorem insolidum, & probaretur per alium fideiussorem, quod est insolidum obligatus,reprobaretur testimonium illius per prædicta.

218 Frater pro fratre à testimonio repellitur. tum quòd affectionem habeat fratri: tum quòd sit illi consanguineus.glo.in cap.consanguinei.3. quæstione 5.plenè Felinus in cap.cum oporteat. colum.3.de accusa. Socin.consilio 17.supradicta. volum. 1. Ad hæc quòd liberi inuicem testimonium, nec quidem volentes ferre possunt. l. parentes.C. de testib.& cap.si testes. §. Item parentes. 4. quæstione 3. & sic satis reperitur prohibitum, licet docto. contrarium dicant in cap.literas. de præsumpt. maximè Felinus volens fratrem pro fratre regulariter admitti, quod non est verum. nam si alij consanguinei etiam vlteriores repellantur, dicto cap. consanguinei. fortius frater.

Tam in causa ciuili, quàm criminali, ratione affectionis.l.humanitatis. C. de excusa.tuto.vide Socin. consil.17.supradicta vol.1, & consil. 20.in fi.ac consil.235.in fin.vol.2.Curtius in rub.de iureiurando.col.vltim.vbi fratrem dicit admitti in præiudicium fisci,sed non in præiudicium tertij. idem firmat Alexan.consi.4.viso.in fi.vol.6.

Excusatur frater, quando purgat fratris innocentiam, pro qua sententia allegatur tex singul. in cap.literas.de præsumptio.sed non probat hoc simpliciter: sed bene dicit, quod frater,qui accusauerat fratrem de hæresi, poterit illum purgare. Ergo si fuisset per alium accusatus,& conuictus, vix audiretur frater volens illum purgare: alioqui nullus habens fratrem condemnaretur,quia frater semper fratrem purgaret, licet doct.simpliciter intelligant illum textum: tamen Iacobi. in l.pater.ff.de testib. sic declarat, & Alexand. conlio.5.in casu.col.3.vol.1.Barba.consi.45. scribitur. col.2.vol.1.& consi.46.scripsit.col.7.vol.2.

Excusatur,quando causa esset ciuilis,& leuis, & frater maneret seorsum à fratre. Socin.d.consilio 17.supradicta.col.3.vol.1. & consilio 130. visa contingentia.in fin. ibidem. iudex tamen pro qualitate personæ arbitrari debet quatenus sit ei credendum.Bald.consilio 39. factum super quo, colum.2.vol.2.Barba.consi.25. Clementissimum, colum.3.vol.4.Bartol.in l.qui testamento.§.quæcunque.colum.penult.ff.de testam.

Secundò excusatur, quando aliter veritas haberi non posset,Iacob. in l. lege Iulia. col.1. ff. de testib.ne veritas occultetur. Imol.& alij in cap. 1. de testib.cogendis.

Tertiò saluatur inter æqualiter coniunctos & fratres: quia par causa affectionis tollit suspitionem,l.non solum.§.1.ff. de ritu nuptia.Bal.consil. 10.in quæstione.col.2.vol.5.

Quartò excusatur quando commodum non respiceret directè fratrem. vt in l.qui testamento. §.1.ff.de testa.& in §.legatariis.instit.illo titu.Ideo poterit deponere pro testamento, in quo frater est legatarius: vt ibi.& pro ciuitate, in qua frater habebit commodum in consequentiam. Barba. consi.25.Clementissimum.col.4.vol.4.

Quamuis gloss.in l.parentes.C.de testib.dicat regulariter testimonium fratris esse recipiendum. & gl.in cap.insinuante.de offic.delegat.quia forte nulla inuenitur maior inuidia fraterna. l. cum oporttet.§. sin autem res. C. de bonis, quæ liber. quando semel orta est:tamen odium inter fratres non præsumitur. vt dicto capitulo literas.de præsumptio. sed est verisimile quod fratres, nisi maligni fuerint, se inuicem diligant. Alciat. in

tract.

tracta. præsumptio.regul.prima. præsumptio. 23. fol.97.habetur.& qui hoc allegat probare debet odium,cum sit cõtra eum præsumptio.Ego non multum cõsiderem de testimonio fratris contra fratrem.nã si velit excusare se potest.d.l.lege Iulia. ff. de testib. Si non se excuset,videtur habere affectionem, vt deponat pro fratre:& sic videtur se ingerere.nã si contra fratrem deponere vellet, verisimile est quod frater eum non produceret. & quod ipse se excusaret. Quare concludo, in arbitrio iudicis esse quantam fidem illi adhibeat.§.pater.instit.de testam.3.not. Corne. consilio 172. primus consultationis. columna penult. volum. 2.

219 Fur à testimonio reprobatur.cap. ex parte A.de testib.Et dicitur fur,qui in occulto furatur, & sine armis.authen.Sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis.

220 Latrones verò, qui in viis publicis furantur.l.capitalium.§.famosos.ff.de pœnis.Hi etiam à testimonio repelluntur:vt patet in d.c. ex parte A.& ibi declarant doct.

221 Raptores etiam à testimonio repelluntur. c.constituimus.3.q.5.

222 Furiosus à testimonio reprobatur.quia nõ habet animi iudicium.l. cum prætor. ff. de iudic. Spec.in tit.de teste.§.1.versi.Item quòd est furiosus, &c. Quomodo verò furor probetur, latè Dec.consi.448.vis tota.

223 Idem in mente capto, & stulto consuluit Decius in dict.consil.448.vis tota.&c. Ipsi enim pro absentibus & ignorantibus habentur. l. 1. §. furiosus.ff.de acquiren.possess. Et loco quiescentium sunt.l.2.§. furiosus.ff.de iure codicillorum. Nec possunt etiam si vellent deponere de his, quæ viderunt tempore sanæ mentis, quia tempus depositionis attenditur.Alberic.in tractat.de testib.rubr.quando repellantur testes ratione defectus personæ.versic.consequenter.

Excusaretur furiosus quando haberet dilucida interualla, & illo tempore deponeret. l. qui testamento. §.cum qui.ff.de testam. etiam si vellet deponere de eo, quod vidit tempore furoris. Alber. vbi supra. cum tempus depositionis attendatur.

224 Fustibus cæsus à testimonio repellitur. l. fustibus. C. ex quibus causis infam. irroga. Aufrer.in eo verb.quia est infamis:vt ibi dicitur.

Excusatur, quando fuit fustigatus sine causæ cognitione,& de facto, sine sententia: quia tunc fustium ictus nullam irrogat infamiam.l.ictus.& ibi gl.& doct.ff. de his qui not.infam.Soc. consi. 32.col.penul.vol.1.

Idem si fuerit fustigatus, vel tortus ad veritatem eruendam. quia tunc etiam nullam existimationis infamiam pertimescere debet.l.nullam. C.ex quibus causis infam.irrogatur.

225 Histriones à testimonio reprobãtur. l.2.in fin. cum l.sequent. ff. de his qui not. infam.quia sunt infames, vt ibidem dicitur.& cap.1. 4.quæstione 1. Quod est verum, quando causa quæstus in publico spectaculum sui corporis faceret: secus si causa recreationis, etiam si in publico,vt quandoque solent facere scholares.glos.in cap.1. de vita & honesta. cleric. in 6. vbi Dominic. & Panormit.in cap.cum decorum.de vita & honesta.cleric.Idem dicendum de citharędis, & aliis, qui causa lucri variis vtuntur instrumentis, quibus ius prohibet donare.can.Donare.86.distinct. vtpote agitatori & pantomimo, de quibus in l. Titius.in fin.ff.de actio.emp.l.3.§.si liber,de condict.causa data.l.patronus. de oper.liber.l.si qua. C.de spectacu.lib.10.

Pantomimus est, qui omnia imitatur, & in theatro modò vnius, modò alterius personam gerit.Catellia Cotta in 2.parte memoria. in ver. Pantomimus. & sunt personati viri, agentes in scena.Pirrhus in rub.C.de specta.lib.10.

Histriones sunt propriè, qui muliebri indumento gestus impudicarum fœminarum exprimunt. hi autem saltando etiam historias, & res gestas demonstrant, & dicti sunt histriones siue, quod ab Histria id genus sit deductum, siue quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi histriones, ita Lucas de Penna in dicta l. si qua.lib.10.de spectacul.ex Isidoro refert.

226 Hæreticus à testimonio repellitur in iudicio.Bartolus in l.Quoniam.per illum text. C.de hæretic.Specul.in titul.de teste.§.1.versic.quid de portantibus.Bal.in l.1.num.5.C.de summa trinit. Etiam si fuerint fautores,credentes,receptatores, vel defensores.c.excommunicamus.§.credentes. de hæreticis. dixi in bulla cœnę,de mulcta contra istos. Excusatur contra alium hæreticum in crimine hæreseos.cap. si hæreticus.2.q. 7. glo.in testimonium.de testib.

227 Hermaphroditus à testimonio reprobatur in illis casibus, in quibus mulier. gloss. in §. Item.4.quæst.3.Specul.in titul.de teste.§.1.versic. Item,quod est hermaphroditus.nisi in sexu virili esset potentior, & eo vteretur: quia tunc pro viro haberi debet.l.quæritur.ff.de statu hom.

228 Homicidæ à testimonio reprobantur:quia infames.cap.constituimus.3.quæst.5. cap. admonere.33.quæst.2.

Quod est verum si damnatus fuerit, & non fuerit restitutus. l.3.§. lege Iulia. ff. de testib. cap. Euphemium.& cap.sequent.2.quæst.3. Specul.in titul. de teste.§.1.versic.Item quod est homicida. vbi Ioan. Andr.in addi.ad eum.

229 Idonei testes omnes dicuntur, si non sint expressè à iure prohibiti.l. 1. ff. de testib. Idoneus tamen non dicitur, qui dicere veritatem timet. Bald.in l.eos.in fin. C. de testib. & idoneus dicitur, qui non repellitur aliqua exceptione. cap. 1. iuncta glo.de testib.

Et in dubio postquam iudices eos acceptauerunt, videntur idonei.Bald.consilio 145.inuentarium.col.2.in 4.vol.

Idoneus in causa ciuili, non est idoneus in causa criminali, etiam ciuiliter mota. Baldus in l.si quis ad se fundum.colum.2. C. ad legem Iuliam.de vi publ.

230 Ieiunus testis debet testimonium dicere, aliàs non valet sua attestatio. cap. 1. de testib. & hoc est ratione iuramenti,quod à ieiunis recipitur.glossa in cap.sacramenta.de consecra.distinctione 1.

Hodie de consuetudine siue ieiunus, siue non testimonium dicere poterit: nisi solitus fuerit inebriari. glo. & doct. in dict. cap. 1. Bal. in marga. in verbo, habens. & Masuer. in pract. sua, rubr. de testib. §. item ex honestate.

231 Impubes à testimonio reprobatur. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. Dyn. in consilio 46. in quæstione. colum. 2.

Quia hæc ætas ignorat quicquid videt. l. 1. C. de falsa moneta. & ideo causam reddere nescit. Lucas de Penna. in l. 1. colum. 4. in fin. C. de desertor. lib. 12.

Et quia iurare non potest. l. videamus. ff. de in litem iurando. cap. paruuli. ac c. pueri. 22. quæst. 5.

Nisi in casu. l. fin. ff. de liber. causa. & testis non iuratus repellitur. cap. nuper. de testib. l. iurisiurandi. C. illo titul. Spec. in titul. de teste. §. 1. versic. Item quod est talis. & §. item excipitur, quod est impubes.

Excusatur, quando factus pubes vellet deponere de his, quæ vidit in impubertate, quod potest. glo. in l. notionem. ff. de verb. signifi. glo. in d. l. 3. §. lege Iulia. & ibi addidi. ff. de testib.

Quod intellige verum, quando erat talis iudicij, vt posset percipere & intelligere ea, quæ tunc agebantur: vt pote, quia erat doli capax, & pubertati proximus: secus si in infantia. argu. text. in l. excipiuntur. ff. de senatusconsul. Silla. Bartol. in dict. l. notionem. gloss. in cap. relatum. 37. distinct. præposit. in cap. fin. colum. 2. qui ma. accusa. possunt. Aretin. consil. 103. in causa. col. 3. versic. circa. secundum Alexand. consil. 88. quoniam. colum. 5. num. 14. in 5. volum. & consil. 29. clarissime. col. 4. vol. 7. Secus esset si esset infantiæ proximus, & vellet postea deponere de his, quæ id temporis vidit, quæ non tunc intelligebat: vt in falsa moneta. l. 1. C. de falsa mo. Ioan. Andre. in additionib. ad Specul. in dict. §. 1. versi. sed nunquid factus. in verbo, omnes. sequitur eũ Mar. Anto. Bauer. in §. testes. col. 9. instit. de testa. Si verò hoc intelligebat, deponere poterit, vt si deponeret talem esse 30. annorum: quia recordabatur fuisse secum in scholis tali tempore. Areti. & alij in d. §. testes. vel si deponeret de eo, quod vidit in pupillari ætate, & quando erat maior continuatione. Barba. in consi. 64. illud. colum. 7. vol. 3. In criminali tamen eo non credetur. cap. testes. §. lege Iulia. 4. quęst. 3. Barto. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de testam. Hippol. in l. infans. numero 35. versicul. modo reddendo. ff. ad legem Corneliam. de sicar. nisi aliter veritas haberi non posset: quia tunc saltem ad faciendum iudicium etiam ad torturam, iste impubes admitteretur, quod est notandum.

232 Incestus à testimonio repellitur: quia & ab accusatione. cap. constituimus. 3. quæst. 5. Spec. in titul. de accusa. §. 1. versic. Item quod est incestuosus. vt refert Aufrer. in eodem verb. licet non inuenerim Spec. hoc dicentem. potest tamen probari in l. vna. C. de mulie. quæ seruis propriis se coniunxerunt. vbi bastardi omnibus dignitatibus exuti inter infames computantur.

233 Infamis infamia iuris à testimonio repellitur. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. & text. in cap. licet. de probat. & c. testimonium. hoc tit. & cap. præterea. de testib. cogen. Specul. in titul. de teste. §. 1. vers. item excipitur quod est infamis, quia eis lux veritatis non assistit. l. ob carmen. §. fi. vbi Iacobi. col. 2. ff. de testib. Et quia lex præsumit eos celaturos veritatem aut vitæ prauitatẽ. regula, semel malus. de regulis iuris in 6. Bauerius in §. sed cum aliquis. colum. 12. de testam. in instit. quandoquidem infamibus actus legitimi sunt interdicti, per regulam iuris. & testificari est actus legitimus. Baldus per illum tex. in dicto cap. licet. in 2. colum. de testib. Etiam infamibus portę dignitatis non patent. l. 2. C. de dignitatibus. lib. 12. Sed testificari est dignitatis. cap. præceptum. 32. quæst. 5. & quia fundamentum testimonij est fides. cap. forus. in fin. de verb. signific. quæ non est in infami. cum status eius sit diminutus, & eius opinio grauata. dict. cap. testimonium. vbi Felin. & alij, Ias. consil. 13. colum. 2. vol. 1.

Excusatur in criminibus hæresis, simoniæ, læsæ maiestatis, fraudati census, fraudatæque annonæ. Specu. in titul. de accusatore. §. 1. in fin. Fel. in dict. cap. licet. not. 8. de testib. docto. in cap. fin. ibidem.

Saluatur etiam, quando de facto proprio deponeret, id est se fecisse aliquid. glo. 1. quam sequitur Paulus, & Alexand. in l 2. §. si absens. ff. si ex noxa. causa aga. facit tex. in l. quæro. §. fi. ff. de edilic. edict. Ias. plene in l. 1. col. pen. C. de summa. trinit. Dec. consi. 362. in causa. col. 1.

Item quando esset ab vtraque parte approbatus. gloss. singul. in §. licet. in verb. & suppliciis. in authen. de testib. colla. 7.

Excusantur, quando tempore iuramenti & depositionis non erat infamis. Bartolus in l. ad testium. §. ad conditionem. ff. de testam. & in l. 1. C. illo titul. Bauer. in §. sed cum aliquis. §. consequens. colum. 9. instit. illo titul. quia non debet vitiari actus perfectus, licet perueniat ad casum, à quo incipere non poterat. per regu. ius. Corne. consi. 42. videtur. col. 2. vol. 1.

Item quando erat leuis infamia, Innoc. in cap. cum oporteat. col. 2. de accusat.

Etiam excusantur, quando inhabilitas erat oculta: glo. singul. in l. cum lege. in fin. ff. de testa. per l. Barbarius. ff. de officio prætor. & l. 1. C. de testamen. Decius in cap. 1. de exceptio. Felinus in cap. super eodem 1. de testib. & in cap. testimonium. ibid.

234 Infamis infamia facti, in ciuilibus non repellitur, licet de fide diminuatur. cap. licet causam. de proba. gloss. & Bartolus in l. 3. §. duæ causæ. ff. de carboniano edict. & in l. Cassius. de senato. Baldus in l. 1. num. 5. C. de summa trinitat. versicul. ex quibus. Corne. consilio 91. visa. columna 11. versicul. ex quibus. in 1. volumi. licet Barbat. in repeti. cap. testimonium. in 2. parte. de testib. vbi dicit infamem infamia facti, non posse admitti ad testimonium, quando resultat illa infamia ex crimine: secus si ex contractu.

Nisi esset causa ciuilis ardua. Baldus in cap. Ad nostram. per illum textum. & cap. licet. de probationibus. quia æquiparatur criminali. per docto. in repet. l. admonendi. ff. de iureiurand.

c.1.de restit. spolia. in sexto. plenè Hippol. singu 109.infamis.Alex.consil.152. factum, super quo. col.3.vol.5. fallit ad probandam ingratitudinem, quo casu repellitur.ca.1. quot testes sunt necessa. ad probandam ingratitu.ibi summæ atque integræ opinioni.quem not.Roman.sing.463.Idem, quando requirerentur testes omni exceptione maiores.Bald.in l.qui accusare.col.1.C. de edendo.Soc.in tract.fallen.regula 416.testis infamis.

Item contra Cardinalem repellitur.c.Preside. ibi,sine aliqua sint infamia.2.q.4. Barba.in tract. de præstant.Card.in 8.q.1.partis.nu.12.

Item in criminalibus infamia facti repellit testem: quia in his probationes debent esse luce meridiana clariores.l.sciant.C.de proba. Bart. in d.l.Cassius.per illum text. etiam si esset magnus numerus.Ias.in authen.Si verò.C.de iud.in 3.no. per cap. licet. de probationib. idem in causa mixta, Decius.in cap. si pro debilitate.3.not.de offi. deleg. Alexan.consil.143.quoniam. vol.2.c. tuæ. de procurat.

Item quo ad indicia faciẽda excusari possunt. quia faciunt indicium & præsumptionem ad torturam.Bart.in l.quæstioni.ff.de quæstio.Bald. in d.l.1.& communiter doct. C. de summa trinita.Et quando aliter veritas haberi non posset:tũc saltem cum tortura admittentur, quando esset vilis.Bart.in d.l.1.& Bal.in rub.de summa trinita. col.3.nume.15.facit cap.fin. de testib. cogend.per text.in l.serui responso.& l.ob carmen.§.1.ibi,vbi arenarium testem,vel consimilem personam admittere cogimur, sine tormentis testimonio eius credendum non est.ff.de testib.Corne.consil.42. videtur.col.2.vol.1.Soc consil.415.testes infames. vbi limitat. vide eum. Excusari etiam potest in casibus in quibus est infamis infamia iuris:& est valde arbitrarium,inspecta qualitate personæ.

235 Et infamia iuris siue ciuilis est, quæ à iure vel lege ciuili, propter aliquod maleficium irrogatur aliquando ipso iure,aliquando per sententiam.l.1.cum l.seq.ff.de his, qui notan.infam. vbi declaratur. tunc infertur per sententiam, quando lex dicit iudicatus furti, est infamis. ergo requiritur sententia:secus si illo verbo non vtatur. l. si quis maior. C. de transactio. & contrahitur ex genere delicti pœnæ,& facti, vt declarat text. in c.infames.§.porro.3.q.7.

236 Infamia facti est, quæ grauat apud homines famam alicuius ratione facti per eum perpetrati.l.2.ff.de obsequiis à lib. Dy. in regula infamibus.de reg.iuris.in 6. & Bal.in c.testimonium. de testib. dicit, quod infamia facti nihil aliud est, quàm vitæ diuulgata vilitas. Alia est infamia canonica, quæ prouenit ex quolibet peccato mortali.c.Infames.6.q.1.& hæc, data perseuerantia repellit à testimonio, quando crimen infamaret,vel repelleret ab accusatione seu à promotione.tex.& doct.in cap.testimonium. de testib. vbi dicunt hanc tolli pœnitentia.

Vltimò quod si ex dispositione legis, vel statuti aliquis veniat puniendus pœna infamiæ, & ipse est infamis, tunc iudex debet alterare pœnam,& aliam imponere.text. sing.in l.nouerint. C.vt intra certum tempus criminalis quęstio termi.secundum Barba.in repe. ca. testimonium.2. parte.in fin. de testib. Casus in quibus infamia contrahitur vide pulchrè cumulatos per Spec.in suo breuiar.rubr.Casus vtriusque iuris in quibus infamia contrahitur.

237 Inhabiles verò testes repelluntur:quia lex eos præsumit, propter prauitatem vitæ eorum, veritatem celaturos.l.3.ff.de testib.quia semel malus,semper præsumitur.regula,semel malus. Feli. in c.intimauit.col.penult.de testib. Fallit quo ad innocentiam probandam.Io. de Anania. consil. 59.inquisitione.col.2.Alex.consi.24.animaduersis.col.penult.vol.2.Hippol.in sua pract.§. oportune.nume.15.& in singul.59.innocentibus. Dec. in c.quoniam contra.col.3.de proba.Idem quando de proprio facto testatur: vtpote, quia eam proiecit de suo lecto. Dec. consil. 363. in causa. Idem,quando multi in eandem sententiam concurrunt,& conueniunt.argum.l.si vnus.§.1.ff. de edend.Bald.expressim consil.337.Quædam mulier.in 3.vol.

238 Inimicus reprobatur à testimonio.ca. cum P.& c.cum oporteat.de accusa.§.si verò dicatur. in auth.de testib.colla.7.& C.illo titul.authen. si testis.Quia facile inimici mentiuntur.l.1. §. præterea.ff.de quæstio.& in corde suo insidiatur inimicus, vt subuertat te in foueam: in oculis suis lachrimatur,& si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine:& si incurrerint tibi mala inuenies illic eum priorem, sed quasi adiuuans suffodiet plantas tuas.Ecclesiastici cap.12. & Prouerbio.c. 26.dicitur, Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius, etiam quia irati nocere cupiunt, & læsi se vlcisci.c.accusatoribus.3.q.5.

239 Inimicus noster dicitur, qui bona nostra tollit.tex. vbi ad hoc põderat Bal.in c.Item cum quis.de resti.spol.Anto.Butr.in c.accedens.2.col. 2.vt lite non contesta.Io.de Ana. in d. cap. cum oporteat.quia pecunia dicitur vita, & secundus sanguis hominis. gloss. in l. aduocati. C. de aduoca.diuerso.iudicior.dixi in prooem.concorda. in glo.subnixa.

240 Item, qui mecum litigat. l. si aduersarius. C.de pact.doct.in c.1.de iudic. Alex.& Iacobi. in l.13.in princ.ff.de testib.

241 Item,qui alteri nocet,vel noceret si posset. Bal.in l.vna,circa finem.C. si quacunque præditus potestate.Io.de Ana.in d.c.cum oporteat. vel qui me offendit in persona, aut rebus. Bald. in l, in his.§.1.in fi.ff.solu.matrim.

242 Item,qui me non salutat, quando erat solitus salutare.glo. in c. cum Adrianus. 63. distin. hoc tamen in forensi iudicio non seruatur.

243 Item, qui habitat cum meis inimicis.dict. c.repellantur.& cap.accusatores.3. q.5. Quod est verum continua habitatione: secus in modica. per l.licet.§.in factum.ff.nautæ caupo. Imò dicit Matthe.de Afflictis in constitu. Neapolita.lib.3. rub.de alleator. col.1.illum,qui nimium conuersatur cum aduersario repellendum ait.quod ego intelligerem aliis concurrentibus: vtpote, quia esset vilis,& malæ famæ.ideo hoc arbitrio iudicis relinquo.

244 Item inimicus dicitur, qui contraxit affinitatem cum inimicis, vel confœderationem facit:& ob id feudum perdit vassallus.glo.in l.liberi.C.de inoffic.testam.tex.in ca.1.quot testes sint necessar.ad proband. ingra. glo.in c. si inimicus. 93.distinct. Imò vassalus, qui fecit parentelam, vel confœderationem cum inimicis domini, dicitur proditor.Bal.in l.1.q.4.ff. de rerum diuisio. quia in perniciem domini censetur facere.Io. de Ana.consil. 7. Intellige, nisi hoc fecerit coactè. Bal.in c.1.quibus modis feudū amitta.col.vlt. facit text.in l.cura.§.nec si per vim. ff.de munerib. & hono. plenè hoc probat Hippol. in l.1.§. præterea.nume.12.cum sequen.ff.de quæstio.& consilio 99.

245 Item inimicus est, qui minatus est mortem.Io.de Ana.in d.cap. cum oporteat. Intellige quādo erat solitus deducere minas ad effectum. docto. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. & l. 1. C. vnde vi.

246 Item,qui est consanguineus,vel affinis seu magnus amicus, vel domesticus inimici mei. Barto.in l.sciendum.ff.de legat.allegat. clem. pastoralis.de re iudica.vide Alex.consi. 18.viso.99. in causa.col.2.in 1.vol. & consil.90. in causa nu. 6.in 2. volum. hæc tamen dimittuntur arbitrio iudicis secundum facti qualitatem, & regionis consuetudinem.Bart.in l.tutor.§.si tutor.ff.de suspect.tuto.Alex.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori.col.5.ff.de no.oper.nuncia.

247 Item qui contra me in causa capitali deposuit.glo.in c.fraternitatis.de testib.Innoc. in c. cum P.de accusa. Bald. in marga. in verb. testis. quæst.39.

248 Item inimicus aliàs dicitur arbitrio iudicis per glo. & doct.in cap. cum oporteat.de accusa. & Bald.in d.authen.si dicatur.de testib.vide quæ scripsi in dictiona. Alberic.in verb.inimicus.

249 Amplia etiam si esset recōciliatus, adhuc reprobari potest.text.in c.Accusatores.1. in 3. q.5. Roma. singul. 315.Inno. quia remanent reliquiæ prioris inimicitiæ.argum.l.vnius.§. seruus. ff. de quæstio. vbi seruus contra priorem dominum in memoriam prioris odij interrogari non debet. nam homo homini reseruat iram,& à Deo quærit medelam.Ecclesiasti.cap.29.Ioa. de terra rubea in trac.contra rebelles regum.in 7.effectu. in fi.tract.2. fol.43. conclus.12. Barba. consil. 80. quàm egregiè.col.penult.in 4.vol.nisi reconciliatio fuerit antiqua.Bald.in margar.in verb. testis. quæstio. 114. testis inimicus. quia ex antiquitate temporis præsumitur obliuio, & quasi nullæ supersint inimicitiæ reliquiæ.arg.l.sciendum. ff. de vsur.Bald.in margar.in verb.testis.q.114.

250 Secundò procedit etiam si is inimicus deponeret in infirmitate, vel sub mortem existens. l.si quis in graui.§. 1.ff. de senatuscon.Silla. dixi in rep. l. Diuus.ibidem.sic consuluit Bertrandus consil.22.cum honestus.col.2.volu. 1.secundum impressionem 2.& consil.189.non est credēdum. col.1.ibidem.

251 Tertiò etiam repellitur in enormibus criminib.vt hæresis,læsæ maiestatis, simoniæ,& similibus.ca.cum P.& ibi Panor.per illum text.de accusat.& c.per tuas.de simo.Bar.in l.in quęstionibus.ff.ad l.Iuliam maiest.

252 Quartò procedit, etiam in inimico præsumpto, vel qui habet causam inimicitiæ, licet ignoret eam.Bar.in l.1.in fin.ff.de his, quibus vt indig.Innocen.in cap.cum I.& A.in fi.de re iudi. Bald.in Marga.in verb.testis.quæstio.153. & Hippol.sing.178.inimicus.Iason consi.153. difficultas. col.5.volum.2.& consil.167. in istis. col. penult. in 4.lib.

253 Quintò, etiam si aliter veritas haberi non posset.Spec.in tit.de accusa.§.1.in fin.per ca. per tuas.1.de simonia.

254 Intellige repelli inimicum capitalem: secus si sit leuis inimicitia, quia tunc non omnino repelletur:sed minus fidei adderetur arbitrio iudicis.Inno.& alij in d.c.cum oporteat.in fi. Salice. in d.auth.§.si testis dicatur.per glo.in ca. accusatoribus.3.quæst.5. quod nō procedit quo ad Repellum à Præuio.Bal. per illum tex.in l.Athletę. §.dat remissionem.ff.de excusa.tuto. non tamen facit indicium ad torturam depositio vnius.Bar. in l.Maritus.ff.de quæstio.Bal.in consi.138.vnius. in 3.vol.

255 Capitalis inimicus est mihi,qui verberauit me, vel atrociter vulnerauit.Alex.consil. 99.in causa col.1.vt refert Hippol.in l.1. §. præterea.ff. de quæstio.

256 Idem si minatur mortem mihi.text. & ibi gl.in l.licet.ff.de arbitr.quoad Rauen.sequitur in alphab.in verb.inimici.

257 Idem si de crimine capitali me accusauit, vt ibi,& l.qui cum maior.ff.de bonis libert.Bart. in l.3.§.fi.de adimen.lega.gl. in §.item si propter. insti.de excusa.tuto.

258 Idem si occiderit consanguineum,vel affinem.l.lex Cornelia.ff.de iniur. Bart.l.3. in fin. de adimend.lega.Bal. consil.41. præsupposito.col.1. volum.5.

259 Idem si adulterium commiserit cum vxore Titij, is dicitur capitalis inimicus.l.cū pater.§. filius matrem.ff.de lega.2.vel quando retinet vxorem suam,Alex.in addi.ad Bart.in d.l.3.§.fin. Ob id filius agit contra patrem.tex. in c. non est vobis.de sponsalib.

260 Item,qui mouet quæstionem de statu, vel maiori parte bonorum.c.frequens.de restitu.spolia.in 6.Bal.d.l. Athletæ.§. dat remissionem.ff. de excusa.tuto.

261 Idem si causa criminalis, vel pecuniaria magnæ quantitatis mo.reatur.Bartol.in d. l.3.in princ.ff.de testib.affectus inimicitię tradit Hippo. in d.l.1.§.præterea.ff.de quæstionib.

262 Excusatur,quando is,in quem producuntur, dedisset causam inimicitiæ:vtpote quia verberauit testem ne contra eum deponeret. l. 1.§. cum quis.& §. præterea.ff. de quæstio. Archi. & Do. in c.statutum.§.cum autem.de rescript. in 6.

263 Nota tamen si testis confiteatur se infamem, vel inimicum, non credetur eidem, cùm super hoc non sit productus,nec iuratus respondeat; quia accessorium est.Verbis vtor Baldi in Marga.in verb.testis.quæstione 131.qui allegat Innocen. in ca.Inquisitionis.de accusa. quia multi vellent

vellent se excusare,quando coacti deponunt.
264 Instruere potest pars suos testes,vt verum dicant. Felin.in cap. præterea.col.2.de testib. cogend.Bald. in l.fin. in fin. C. si ex falsis instrum. Dec.consi.189.lætatus.col.7.nu.13. de Ripa in l.1. nu.37.ff.si certum peta.
265 Iudæus à testimonio repellitur contra Christianum.c.non potest.& c.si hæreticus.2.q.Spec. in titul.de teste.§.1.versic.item,quod est Iudæus. Idem in alio infideli d. c. si hæreticus. Imò papa non posset facere vt eisdem,in odium Christianorum,crederetur.doct.in clem.1.de testib. Item si fuerint effecti Christiani & in fide Christi preuaricati fuerint, ad testimonium dicendum admitti non debent.d.c.non potest.2.q.7.
266 Excusantur tamen Iudæi in testamentis & contractibus.c.quoniam.in fi.de hæretic. Saluantur etiã quando vtraque pars consentiret.per gl. in §.& licet.in verb.& supplicij.in auth.de testib. colla.7.glo.& doct.in d.l.quoniam. scienti enim non fit iniuria neque dolus. l.1.ff. de iniur. hoc expressim decidit Bonifac.vital.in d.cle.1. col. 4. de testib.Inter se ipsos admittuntur, & christiani aduersus eos.c.Iudæi.& ibi Fel.& alij.de testib.
267 Iudex de actis gestis in causa testificari non potest.c.cum à nobis.de testib.Barto.in l. ne arbitris.C.de arbitr.Bal.in l.iubemus.2.§.sane.C. de sacrosanct.ecclesiis.
268 Ratio est, quia affectionem habere censetur ad facta sua sicut aduocatus, & procurator: & laus est ei,dum actus eius approbatur.& quando laus,vel dedecus potest adscribi testi, non est ei adhibenda fides. & quia facit quod ad suum non spectat officium. Anton.consil.24. quæstio hæc dubia.& Ancha.consil.178. visis & diligenter.col.2.
269 Procedit hoc siue in vno iudice, siue in duobus:cum sit eadem ratio.Bald.in c.quoniam contra.col.1.versi.restat aliqua.num.51.de proba. facit text.in l.singularia.ff.si certum peta.
270 Secundò etiam procedit in arbitro, per eand.rationem.& Bart.in d.l.ne arbiter. Fel.in d. c.cum à nobis.
271 Tertiò etiam habet locum non solum quando produceretur in causa principali, super qua iudicauit: sed etiam si ageretur ad iustificationem suæ sententiæ.c.statutum.2.q.6.Anto. in d.c.cum à nobis. quia si iniquitas sententiæ probetur, iudex ad interesse tenebitur.l. si filiusfa.ff. de iud.Bar.in disputa incipien.iudex qui per imperitiam.Bald.in l.obseruare.§.proficisci.q. 28.ff. de offic.procon.& in §.iudex. de pace ten. & iuram.firm.
272 Idem si sententia diceretur nulla, propter formam, vel solennitatem omissam: quia tunc arguitur in iudicio dolus, vel lata culpa, & imperitia.l. si iudex. & ibi docto. ff. de variis & extr.cogni.
273 Excusatur verò,quando deponeret de voluntate partium.§.quoniam verò, in authen. de testib.colla.7.Soci. in tract. fallen.regul.199. iudex de actis in c.dilectorum. de testib.cogen. facit quod not. in l. Theopompus.ff.de dote prælega.& l.1.§.fi.de verb.obligationib.

274 Excusatur quartò,in subsidium. cap. peruenit.2.de testib.cogend. & gl.in c.cum dilectus. in verb. & si tres simul. de elect. vbi Anto. dicit non esse integros testes:sed arbitrio iudicis relinquendum esse: quia parti imputati debet, cum non probet per testes acta, quæ in multorum præsentia fiunt.
275 Quintò contra ipsum actum poterit testificari.ca.non fine. secundum vnum intellectum, de arbitr.vbi glo.Panorm.& alij,facit glo.in cap. attestationes. de desponsa. impub. Quod est verum, quando allegaret probabilem errorem: secus si turpitudinem suam ex tali crimine, quod aliàs testificari non possent. Anto.& Panorm. in dicto cap.non fine.vide Barba.consil.26.col.6.in 4.volumine.
276 Sextò ad præsumptionem inducendam, quam induceret eius testimonium.d. c.non fine. secundum alium intellectum.Soc.d.regula.199. fallen.1.idem si examinetur non vt probet,sed vt iudicem alium instruat de his,quę gesta sunt coram eo.glo.in cap.de consiliis 18.dist.Imol.in ca. olim.per illum text.de rescript. Rota decisio.89. iudex.in not.
277 Septimò fallit,quando non venisset ad sententiam:vt pote, quia fuit recusatus:vel compromissum expirauit.c.dilecto.de testib.& tunc non plus credetur illi,quàm vni testi. ca. licet ex quadam.de testib.l. ob carmen.§. 1.ff. de testib. Lanfranc.in repet.c.quoniam.contra.in verb.testium depositiones.col.23.de probationib.
278 Octauò,quando testificarentur ad solennitatem gestorum coram eis.Imol.in d.cap. non fine. de arbitr.facit quod aduocatus potest describi vt testis in his, quæ geruntur in causa:& postea de his poterit testificari, licet ad commodum clientuli non possit.vt Inno.no.in c.ex literis.per illum tex.de transact.& supra dixi in verb.aduocatus.nisi statutum requireret certum numerum testium, tunc iudex non poterit adhiberi testis ad illum actum. Ancha. in d.consil.178.visis, & diligenter.
279 Nonò quando producitur iudex ad declarandum obscuram sententiam.Bart. in d.l. ne in arbitris:quia cum in animo consistat,non posset per alium declarari. per glo.in §. sed iste.vers. nanque.Instit.de actio.& declarando dictum debet bonam causam suæ declarationis assignare. Bart.in d.cap. cum à nobis. & hoc potest facere iudex ex officio, non ad petitionem partis, propter timorem subornationis, quando pars vidisset.per no.in l.si quis decurio. C. de fals. Spec.in titul.de arbitr.§.fi.versicul. sed nunquid verbum. vbi arbitrum concludit non posse declarare verbum ambiguum, si hoc faciat tanquam testis, tanquam iudex, vel arbiter. hoc plenè prosequitur Bart.in l.ab executore.ff.de appel.& Bal. in l. ea,quæ.C.comminat.vel epistol.
280 Decimò, quando nemini fieret præiudicium per eorum testimonium.Archi.& Dom.in c.de consiliis 18.dist.Iacobi.in l.ob carmen. §. illud.ff.de testib.
281 Vndecimò,quando nõ immineret laus,vel vituperium ipsi iudici ex sua depositione. Ioan. And.

And. Anto.& Felin.in d.c.cum à nobis.vbi Feli. dicit vix posse considerari casum, in quo non immineat vel laus,vel vituperium: sed si aliquis inueniretur, crederetur iudici propter cessationem rationis regulæ: vt si dubitetur an sit iudicatum.Bartol.in d. cap. quoniam,numero 51. de probationib.

282 Duodecimò, si necessarius fuerit iudex, & de re illa sciat veritatem,recusari poterit,vt testificetur.tex.in c.dilecto.de testib.dicit tamen glo. quam ibi doct.approbant,quòd si iudex iuret se nihil scire, non poterit recusari. vide ibi plenius.

283 Iudicio suo testis deponens reprobatur, vt sup.dixi in verb.credo.

284 Non iuratus testis reprobatur.l.iurisiurandi.C.de testib.cap.tertio loco.de proba.cap. tuis. de testib.Bald.in cap. vno. si de inuestitura inter dom.& vassal.lis oria.Petr.de Ferra.in pract.pap. in forma opponendi contra testes. verb. & non iurati.Barba.in clem.fi.col.3.de testib.Iaf.in rep.l. admonendi.nume.235.ff. de iureiurand. Hippol. consil. 12. cor mundum. nume. 17.& consil. 95. numero 7.

285 Et hoc iuramentum introductum est in fauorem partium:vt dicat veritatem.ideo poterit illi renunciare.glos.in l.1. ff. de feriis. nam Deus vult esse testis ad terrorem: ne quis falsum iuret, vel iudicet cõtra iustitiam. cum tam testis quàm iudex,loquantur vt Deus,si loquantur prout loqui debent. quoniam veritas est ipse Deus:vt est in Euangelio.his verbis vsus est Bal.in c. vno.in fi.qualiter dominus feudi proprieta.priuetur.

286 Etiam si esset iuratus super vno articulo, & non super alio, adhuc super non iurato non probabit c.de testibus.eod.tit de testib.quia super illo non est iuratus.

287 Item debet iurare manu dextra,Esaię cap. 62.Iurauit Dominus in dextera sua,& in brachio &c.Lucas de Penna in l.fi.col.5. C. de eroga. militar.anno.lib.12.vt veritas iuramenti receptione aperiatur:vel tactis sacrosanctis Euangeliis. glo. in c.vt circa.in verb.corporali.de elect.in 6.Lanfranc.in repe.c.quoniam contra.in verb. testium depositiones.in princ.de proba.vbi dicitur,testes debere tangere scripturam. & glo. in verb. tacta. in clemen.1.§. porro. de hæretic. in hoc autem est attendenda consuetudo curiarum super quo iuretur.

288 Nec sufficeret per fidem iurare.Gomes. in §.Item si quis postulante.col.12.de actio.in instit. doct.in l.si quis maior.C.de transact.

289 Amplia etiam in causa appellationis, si iterum testes audiantur super nouis articulis, super quibus non iurauerunt.Bald.& alij per illum tex.in c.fraternitatis.de testib.c.pręterea.de testib. cogendis.

290 Secundò amplia, vt teneatur iurare dicere veritatem pro vtraque parte.Bald.in l.presbyteri.C.de episco.& cleric.quem refert & sequitur Lanfranc.in repet.c.quoniam contra.in verb. testium depositiones. col.1. de proba. etiam debet iurare non dicere falsitatem.Bal.in c. vno.col. 2. si de inuestitu.inter do.& vassal.lis oriatur. sufficit tamen iurare dicere veritatem. quia à contrario iurat non dicere falsitatem. arg.l.Pomponius.§.sed & is.ff.de procuratorib.

291 Potest etiam iurare, quòd non postponet veritatem exprimere timore,odio, nec amore.c. quotiens.de testib.

292 Item non valet dictum testis,si primò deposuerit,& postea iurauerit:nisi in cõtinenti post depositionem iuraret.Bald.in ca. fraternitatis.de testib.Ancha.in c.de testib.illo titul.Bald.in l.iurisiurandi.C.illo titu.Lanfranc.vbi sup.q.2.repe-to.infr.nu.209.

293 Tertiò amplia etiam si esset religiosus,qui iurare etiam testimonij causa tenetur.tex.singul. in cap.nuper. de testib.quam singul. ad hoc no. Barbat.in tract.de præstan.Card.2.quęst.2.partis. col.vlt.

294 Quartò procedit etiam in criminalibus. c.in primis.§.quia igitur.2.quæst.1.ibi, si eo præsente,qui accusatus est sub iureiurando testimonium contra eum dictũ est. Ideo in quibus casibus socij & participes criminis admittuntur ad testificandum debet iurare.Hippol.in prac.sua in §.diligenter.nume.63.& seq. vbi per hoc dicit se quendam accusatum defendisse,per dictum stupendum Feli.in cap.constitutus.de rescript. Barba.in clem.fin.col.3.de testib. Hippol. consil. 29. solamen.num.17.Imò non posset papa dispensare,vt testi credatur sine iuramento: quia hoc est de iure diuino.nam Iacob testimonium & promissionem soceri per iuramentum habere voluit Genes.31.c.Augusti.de Anchona in tracta.de potesta.papæ.quæst.55. in fi. hoc dicit Hippol. in d.§.diligenter.facit quod habetur ad Hebræos.c. 6. homines per maiorem sui iurant:& omnis eorum controuersiæ finis ad confirmationem est iuramentum.Cotta in 2.parte memora. in verb. testi iurato.

295 Quintò etiam habet locum,si testis fuerit ab vtraque parte productus,Angel.in rep.l.si vacantia.col.2.C.de bonis vacan.lib. 10. vbi etiam dicit, si statutum vel ordinatio dicat standum dicto alicuius,intelligi debere si iuret.

296 Sextò amplia,etiam si essent multi testes. quia multitudo non supplet iuramentum.Dom. in c.multis.44.Iaf.in repet.l.admonendi nu.234. ff.de iureiurando.

297 Septimò amplia, etiam non credi testi, etiam Cardinali sine iuramento in præiudicium tertij.gl. sing.in c.cum olim.1.in verb.fratrum.de priuilegiis.secund.Iaf.in repe.l.Admonendi. col. 7.nu.189.ff.de iureiur.& in consil.72.col.penult. in 1.volu.

298 Octauò etiam iurare testis debet in summariis:quia de iure diuino inductum est ne veritas occultetur.c.& si Christus. de iureiur. hoc expressim tradit Bart. in extra.ad reprimendum.in verb.& figura in medio, quem sequitur Alex. in l.milites.col.penult.C.de testam.milit.refert Catelia Cotta in 2.parte memorabil.in verbo, testi non iurato.

299 Nonò amplia vt hoc iuramentum apud acta recipi debeat. Bald. in cap. iurauit. col.2. de probationib.

300 Nisi de consuetudine ius domi redderetur.Dec.

tur.Dec.consil.163. in causa.col.6. versic. decimò obstare.nu.8.

301 Imò si Graferius in actis diceret, talis testis citatus,iuratus,& examinatus,sic deposuit, tamẽ ei non crederetur, si non appareret de die, & coram quo iurauit. c.quoniam, de proba. Bald.in sua prac. quam Tancredo de Corneto tribuunt, in rubr.quæstiones circa probationes.cap.vtrum videatur. quæstio. 9. dicit tamen Mathesillanus nota.134.nota singul.sufficere notario,quod scribat simpliciter dictum testis. & sufficit constare de die & loco iuramenti testis, fortè per processum verbalem commissariorum,vel aliàs.

302 Decimò etiam tenetur iurare is,cuius con scientiæ relinquitur, quòd sua conscientia dictat hoc quod facit.Lucas de Penna.in l.1.de nauicula.lib.11.C.Alex.& Ias.in l.de pupillo.§.qui opus. ff.de oper.no.nuncia.Ias. in l. admonendi.nu. 11. ff.de iureiur.& in §.sed iste.num. 121.de actio.in instit.& l.apertissimi.in fin. C.de iudic.Præpo.in rub.de appella.col.14.& seq.Alex.consi.218.visis. in 2.vol.& consi.45.vol.6.Bened.in repet.c.Raynutius.in verb.mortuo.1.nu.322.de testa.Hippol. in d.§.diligenter.

303 Vndecimò etiam non valeret dictum testis,si primò deponeret, & postea iuraret. quia primo iurare debet, vt in honorem iuramenti verum dicat.Spec.in titul.de teste. §. sequitur. in fi.Bal.in Marga.in verb.testis. q.55. Guido papæ. in decis.delph.q.125.& seq.Fel.in cap.de testibus. col.3.& cap.fraternitatis de testib. dixi supra numero 198.

304 Si tamẽ appareret in actis testem iuratum, præsumendum esset iuramentum pręcessisse depositionem.Ias.in d.l.admonendi.num.230. quia quando duo actus eodem die reperiuntur confecti, præsumitur quod ille actus præcesserit, qui facit vtrunque valere.l.cum in testamento.§.hęc verba.ff.d.hæredib.institu.doct.in l.1.ff.solu. matr.

305 Duodecimò tenetur iurare etiam sacerdos,qui de pœnitentia confitentis facta deponit, ne duo specialia concurrant. scilicet ne vni credatur,& non iurato.ista est sententia Fel.per glo. ibi in c.1.col 2.de except.

306 Decimotertiò,etiam adiunctus,qui recipitur à commissario volente examinare testes, debet iurare, aliàs attestationes sunt nullæ, & aliàs fuerunt annullatæ per senatum, anno 1534. die 4.Martij.

307 Excusatur primo,quando examinatus super no.c.tua nos.de cohab.cleric. & mulier.iũcta gl.ibi. Ideo quando agitur de probanda cõsuetu. inducta à populo illius ciuitatis, creditur testib. non iuratis.Inno.in c.1.de postula.præla.Anto.in c.cum in tua.in fi.de sponsa.

308 Secundò excusatur, quando pars contra quam producuntur,iuramentum remitteret.glo. sing.in l.1.ff.de ferijs.Soc.in tract.fal. regula 424. testis non iuratus.& sufficit remissio partis contra quam producuntur per dictum cap.tua.Iaso. in repe.l.admonendi.nume.235. & seq.col. 77.ff. de iureiurando.sed Ioa.Andr.Cardinalis, & Panorm.in d.cap.tuis.tenent consensum vtriusque partis necessarium,cum eas tangat. & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, per regulam iur.nec refragatur d. cap. tuis. ibi, à parte aduersa.nam monachi, qui alios producebant monachos, petebãt eos recipi in testes sine iuramento,& tex.respon.si ab aduersa parte remittatur,quod recipi debent, cum altera pars producens consentiat, aliàs non. & huic sententiæ adhæreo, quia pro vtraque parte testes deponere debent.cap.de testibus.eod.tit.de testib.

309 Tertiò, quando testis esset electus à partibus,vt deponeret quod sibi videretur.Barto.in l. Theopompus.ff.de dote prælega.Roma. consil. 20.viso puncto.col.1.

310 Quartò punitur testis,licet non iuratus, si falsum deposuerit. quia fecit quod potuit:& ideo haberi pro consumato debet.Ioan.And.in regula,non est sine.colum.1.de regul.iur.in 6.in mercur.Bart.in l.si quis legatum.in fine.ff.de fal. Bal. & Sali.in l.1.col.1.C.de sepul. viol. Panor. & alij in cap.de testibus.de test.Iaso.in d.l.admonendi. nume.223.

311 Quintò saluatur, quando iudex eos ad informationem curiæ reciperet. §. si duo. titul. de pace tenend.& eius viola.vbi glo.no.& singu.secundum Barba. in repe.rub. C. qui admitti. col. 34.& in tract.de præstan.Card.2.quæstio.2. partes.col.vlt.

312 Sextò,quando Papa vel rex mandaret alicui,vt de certo negocio se informaret:nisi adiiceret, quod diligenter se informaret. Bald.& in l. Neque natales.C.de probationib.Feder.consi.81. Soci.in tract.fallen.regula 424. testis nõ iuratus. Decius in c.2.de testib.refert.

313 Septimò saluatur in teste episcopo.gl. in d. l.iurisiurandi.per tex.in auth.sed iudex.C.de episco.& cleric.

314 Octauò excusatur, quando consuetudo, statutum, vel ordinatio statueret esse sine aliqua iuris solennitate procedendum, tunc sine iuramento testes recipientur.Bart. in l. filiusfa.col.2. ff.de dona.Alex.in addi.ad Bar.in l. 1. in prin.ff. de vent.inspiciendo.Barba.in d.clem.fin.col.3.de testib.Roma.d.consil.20. viso puncto. tum quia vt testis iuret est inuentum de iure positiuo. d.l. iurisiurandi.ibi præcipimus.tum quia pactis partium remitti potest, cur ipsa legis autoritate negabitur.l.fi.C.de fideiusso. & quia illa constitutio est iuri diuino conformis, non requirens iuramentum:sed dicens, in ore duorum, vel trium stare omne verbum.cap.relatum.de testa.& cap. in omni.de testib.sequitur Barba. in clem.2.col. 3.& seq.de testib.

315 Nonò excusatur,quando deponeret quem baptisatum, vel de eo quod in nullius præiudicium glo.in cap.quanto.2.q.5. glo. & doct. in c. tanta. 86. distin. & in cap. placuit. de consecrat. dist.4.& ca.cum itaque.ibid. & in c.licet vniuersis.de testib.

316 Decimò sacerdoti super pœnitentia alicuius facta creditur non iurato.Archi.in c.in capite.50. dist.& c.ipsi apostoli.2.q.7.Fel.in c.tuis.de col.2. de testib.no.doct.in c.omnis vtriusque sexus. de pœn.& remiss.

317 Vndecimò excusatur testis non iuratus, quando

quando de peritia artis deponeret. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de ventre inspiciendo. Iaso. in d. l. admonendi. nume. 226.

318 Quamuis tex. in l. nemini. C. de aduoca. diuers. iudic. dicat doctores iuratos esse debere, & idem tradit Bart. in l. magistro. C. de professo. & med. lib. 10. & glos. in §. item, vt de cętero. in verb. benemeritus. de colla. in prag. & Lode. iurant deponentes etiam de peritia artis, vt vidi: sed doctores non solent iurare doctorandum esse habilem de consuetudine, & si iurarent, non punirentur tanquã periuri de consuetudine, vt scribit Roch. Curtius in repe. c. fi. col. 10. in fin. de consuet. in 3. no. & in 2. limita.

319 Duodecimò si pars haberet vnum testem vltra alteram partem, licet non iuratum: tamen illa pars obtinere debebit. Bald. in §. si duo. col. 2. de pace tenen. & eius viola. nam licet non iurati non probent: tamen præsumptionem faciunt si sint honestæ personæ. glo. & doct. in c. cum olim. 1. in verb. quorundam fratrum. de priuileg. & Ias. in d. l. admonendi. nu. 220.

320 Decimotertiò excusatur, quoad præsumptioné. Dec. consil. 540. quæritur. circa finem, per glo. in c. nuper. de testib. quia dictum honesti viri inducit iustam credulitatem. glo. in l. Titio. ff. de cond. & demonstra. & glo. in c. cupientes. in verb. notitiam. de elect. in 6.

321 Laici contra clericos non admittuntur ad testimonium in causa criminali. ca. de cætero. de testib. Tum quia infesti sunt clericis. c. laicos. 2. q. 7. & c. clericos. de immunita. eccles. tamẽ propter reuerentiam, quia non est paris conuersationis, vel gradus cum laico. in addi. ad Panorm. in d. c. de cætero. Etiam si sit clericus tantùm primæ tonsuræ, probatur in c. cleros. 21. dist. & ibi glo. in verb. Psalmista. & in cap. sicut sacerdotes. 2. q. 7. quia clerici dicuntur, & clericorum appellatione veniunt. Panorm. in rubr. de vita & honesta. clericorum.

322 Saluantur, quando crimen clerici esset notorium, vtpote quia publicè alit meretricem domi, & filios suos. text. in c. cum dilectis. ibi, testis vniuersæ viciniæ populus. de purga. cano. Butrius & Panorm. in cap. cum non ab homine. de iudiciis.

323 Secundò ad probandum infamiam contra clericum admittuntur. Io. Andr. & alij in ca. tam literis. vlt. col. de testib. post Spec. in titul. de teste. §. 1. vers. item quod est laicus. cum sequen.

324 Tertiò in criminibus simoniæ, hæresis, læsæ maiestatis & aliis exceptis. c. per tuas de simo. c. in fidei fauorem. de hæretic. in 6. glo. & doct. in d. c. de cætero.

325 Quartò, quando nõ ageretur criminaliter: sed ciuiliter tantùm. c. quoniam, & c. ex parte A. c. tam literis. de testib. vbi idem dicitur si ageretur per viam denunciationis, vel inquisitionis.

326 Quintò, quando deponeret pro clerico. in c. peruenit. 2. de testib. cogend. glo. in cap. clerici. 81. distin.

327 Sextò saluantur in defectum aliorum. ca. fuisset. in illo loco, vel in illo delicto, ne veritas occultetur. c. veniens. de testib. cap. fi. de testib. cogend. & ne detur materia delinquendi: sed vt crimina non remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & tum non possit haberi probatio vera, recipitur præsumptiua. ca. tertio loco. & c. literis. de præsumptio. Soci. in tract. fallen. regula 409. Testes laici.

328 Septimò, licet laici non recipiantur ad plenam probationem: tamen ad indicia probant. & quo ad torturam. l. quæro. in fi. ff. de ædilit. edict. glo. in l. capite quinto. ff. de adult. quia vbi probatio priuilegiata plene probat in ciuilibus, facit in criminalibus indicium sufficiens ad torturam. Bart. in l. fi. ff. de in lit. iur. Feli. & communiter alij in d. c. de cætero. licet ibi Areti. contra, & Panor. opinionem probat. Hippo. Marsil. in pract. criminal. §. diligenter. nu. 132.

329 Lenones à testimonio repelluntur. l. Athletas. §. 1. ff. de his qui not. infa. quia sunt infames. glo. ibi, quæ allegat. l. 2. §. lenocinij. & l. mariti. ff. ad leg. Iul. de adulteriis. de lenonibus vide, multa in authen. de lenonibus. colla. 3. vbi multa contra lenones notanda sunt. Primò, quod illicitè viuant. Secundò quod decipiant iuuenculas promittendo calciamenta & vestimenta quędam, & his illas venari. Tertiò, quod habeant eas puellas in suis habitationibus constitutas, vt eis dent cibum. Quartò, quod eas tradãt ad luxuriam volentibus. Quintò, quod quæstum miserabilem ex corpore earum prouenientem accipiant. Sextò, quod cautiones, & conscriptiones à mulieribus accipiant, quod ipsæ vsque ad tempus quod placuerit eis lenonibus, obseruabunt impiam & scelestam hanc functionem. & quod tales capitali pœna plecti debẽt. Alij verò, qui non sunt huius qualitatis, fustigari solẽt, & etiam mulieres lenę: vt vidi sæpius: sed hodie bene multæ fustigarentur maximè Parisiis.

330 Litigans facilè & continuus ad litigandum repellitur à testimonio. quia calumniosus præsumitur. c. suspectos. & c. similiter. & c. nullus. 3. quæst. 5. Roma. sing. 314. nunquid. Corset. in 3. q. 5. singular. incipien. testis, an redemptor, &c. litigiosi namque vel adulationibus animos principum sibi conciliant, vel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt: vel inter fratres discordiam seminando, seditionem nunquam facere cessant. c. 1. 46. dist. is enim fideiussor idoneus non dicitur esse. Barto. in l. fideiussor. in princip. ff. qui satisda. cogant. & facilè litigans animam pignori diabolo committeret, vt obtinere posset. Ergo facilè non litiges: sed si quis petierit à te tunicam, da ei pallium, insequendo dictum Euangelij.

331 Lusores publici, quia infames sunt, à testimonio reprobantur. Ancha. consil. 415. primum dubium. per cap. inter. de excessib. prælat. Quod est verum, quando sunt lusores taxillorum, & alterius ludi prohibiti publicè. Matth. de Afflict. in constitu. Neapol. rub. de aleatorib. lib. 3. plus dicit quod omnes, qui continuo ludunt, & de ludo viuunt, & nulli alij officio vacant, vel qui lapillos & aleas tenent, & aliis ad ludendum commodant, sunt infames, nec ad testimonium admitti debent, nec ad aliquod officium publicum. Crederem hoc procedere in istis lusoribus, quos vulgari

vulgari sermone trichenos dicimus: secus in aliis, cùm lusorum in regno Franciæ infinitus sit numerus,& multi visi receptę authoritatis viri sunt tantum ludere, vt visum ad tempus ob ludum prorsus amiserint. & quidem prælati etiam tantùm ludo addicti sunt, vt sine illo esse non possint. vnde Iob illis loquitur, c. 21. Infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt. O vox tremenda & timenda.

332 Maleficus à testimonio repellitur. c. constituimus. 3. q. 5. quia infamis & funesta est vox eorum. vt ibi dicitur.

333 Mandatarius criminis, qui acceptauit mandatum, non potest esse plenus testis, super illo crimine. quia est particeps criminis. l. quoniam. C. de testib. l. fi. C de accusa. nisi quoad instructionem. l. qui vltimo. ff. de pœnis.

334 Si verò non acceptauerit mandatum, sic. l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. quia licet fuerit tentatus, perseuerauit tamē in innocentia, potius laudandus est. quia non consensit, sed potius reuelauit. d. l. si quis seruo & l. vna. C. si quis Imperatori maled. l. vtrum. ff. de parricid. sic consuluit Bal. consil. 429 an mandatarius. in 3. vol. vide quæ scripsi in verb. socius.

335 Mater repellitur à testimonio in causa filij, ratione affectionis, quam in filium gerit. l. parentes. C. de testib.

336 Excusatur in causa status. Bar. in l. 3. §. duæ autem causæ. ff. de carbon. edicto. per l. fin. ff. de probationib.

337 Secundò excusatur, quando deponeret de ætate filij. l. etiam matris. ff. de probat.

338 Tertiò saluatur, quando deponeret super consanguinitate filij, tunc quia melius scire debet consanguinitatem, quàm extranei. c. videtur. Qui mat. accusare possunt. poterit deponere ad impediendum, vel ad contrahendum matrimonium, si non sit inęqualitas in matrimonio, iuxta text. in cap. super eo. in 2. de testib. cap. consanguineos. 35. quæst. 6. Barbat. consilio 40. à Ioue. volum. 3. Aretin. consilio 82. factum super. Alex. consil. 153. colum. 3. in 5. vol. & consil. seq. eod. lib. Dec. consi. 310. visis.

339 Mediator & proxeneta reprobatur à testimonio: nisi in casibus exceptis, scilicet simoniæ, hæresis, & maiestatis. cap. 1. de testib. in 6. Ancha. consi. 331. visis diligenter. col. 2.

340 Quia præsumitur quod habeat affectionem ad actum, vt sortiatur effectum, ratione salarij, quod percipit. gloss. & docto. ibi, & quia communiter sunt viles. Aliud autem de his, qui non sunt huiusmodi professionis, licet sint prolocutores & amicabiles tractatores. l. idem Pomponius. §. recepisse. ff. de arbitr. vtor verbis Baldi in consilio 50. videndum est. in 2. volum. Ideo qui gratis coadiuuat partes ad faciendum contractum, vel testes vocauit, non dicitur proxeneta, nec à testimonio repellitur. Bald. consilio 370. tria dubia. in 4. vol.

341 Saluatur vtraque parte consentiente. §. quoniam verò. in auth. de testib. colla. 7.

342 Item, quando producitur altera parte volente & altera non, ei credi potest: sed non erit compellendus ferre testimonium: secus vtraque parte volente. Baldus & Salicet. in l. omnibus. C. de testib. & ista est communis sententia, teste Barba. in consilio 40 à Ioue. colum. 11. in 3. vol. vbi etiam dicit proxenetam probare, si habeat alios testes adiuuantes eum. nam si quis habeat tres testes probantes intentionem suam, frustra aduersarius opponit contra vnum ex illis. quod est notandum, licet contrarium idem Barba. consuluerit consilio 54. illud. colum. 5. volum. 1. vbi concludit altera parte notante, proxenetam testificari non posse. sequitur Corne. consilio 63. videbatur. colum. 2. in 1. volum. & istam communem dicit Alexand. consil 13. ex his, quæ. num. 18. versic. Item per dictam &c. in 1. volum. quia affectionem habet ad contractum.

Idem tenet consilio 128. ponderatis. volum. 2. per dict. c. 1. de testib. in 6. vbi in illo casu compellitur altera parte inuita. ergo in aliis casibus, non. Quas opiniones ego concordarem, vt altera parte inuita compelli posset, quando cessat alia probatio: vel tunc arbitrarium est, quantum istis testibus iudex credat. Alex. consil. 127. viso processu. in fi. vol. 7.

343 Mendax testis à testimonio repellitur. c. 1. 3. q. 9. quod est verū si circa substantialia sit mendax: secus si circa alia. Spec. in tit. de teste. § 1. vers. Item quod aliquid. Fel. in c. fraternitatis. de hæretic. & suprà dixi in verbo, falsum deponens.

344 Mente captus à testimonio repellitur: quia furioso comparatur. §. Item furiosi. Insti. quibus nō est permiss facere testa. c. infamis. §. tua. 3. q. 7. Spec. in tit. de teste. § 1. vers. Itē quod est furiosus.

345 Mercenarius, quia domesticus est, à testimonio reprobatur. Spec. in tit. de teste. §. 1. versic. Item excipitur quod est domesticus. dixi suprà in verb. domesticus.

346 Meretrix à testimonio repellitur propter eius vilitatem. nam non meretur legum laqueis innodari. l. quæ adulterium. C. de adulter. facit l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus & Alexand. consil. 11. Circa. volum. 1. Innoc. in cap. cum P. de accusa. Matthe. de Afflictis. in constit. Neapolita. lib. 3. rubr. de aleatorib. col. 3. vide glos. in l. patruus. ff. si quis à parente manu. fuerit. & Hippol. consil. 88. & consil. 101.

347 Mulier à testimonio repellitur in feudali causa. text. in c. 1. in fi. qui testes sint necessarij. & ibi Bal. not. & sing. eum dicit Bened. in repe. cap. Raynutius. in verb. duas. nu. 30. de testam.

348 Item repellitur in testamentis. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. quia est fragilis & corruptibilis. glo. ibi, & Bald. in consil. 39. factum super quo. in fi. vol. 2.

349 Nisi testamentum fuerit factum ad pias causas. Bald. in l. 1. in fin. C. de sacrosanct. eccles. Alexand. consil. 105. viso. num. 17. lib. 4. & Corne. consil. 115. videtur. col. 2. vol. secundo. Roman. tenet contrarium in repeti. auth. similiter. col. 16. C. ad leg. Falc. quia testamentum ad pias causas debet probari duobus testibus legitimis. Ergo mulier non admittetur. Sed respon. quòd mulieres

sunt legitimi testes secundum iura, quæ tantum duos requirunt: & secūdum regulas communes, vt in c.cum esses,& c.relatum.de testa.facit l.Lucius. ff. de testa.milit.vbi militis voluntas legitimis probationibus probari debet:& tamen ordinaria probatio sufficiet, vt ibid. dicitur, & in l.1. ff. eod. & sic mulieres admittentur. quia summa est ratio, quæ facit pro religione, & pia causa. l. sunt personæ.ff. de religio. & sumptib.funerum. Quod est verum quando vna mulier esset testis cum masculo: secus si omnes essent mulieres. Bauerius in §.testes.colum.6.Instit.de testament. quia testimonium mulieris supplebitur ex habilitate testis masculi.l.si quis.§.1.ff. de edendo.

350 Idem in testamento inter liberos, vt mulier etiam recipi possit.glo.in auth.quod sine. C. de testa. Guido Papæ, decis.538.factum est testamentum &c. quia fuit de iuris ciuilis subtilitate statutum,quòd masculi tantum recipiantur,quæ subtilitas non attenditur inter liberos, & ista est communis, quam plenè prosequitur Hiero. Zanitius in sua disputatione,in 5.dubio.2.quęst.nec in testamento militis,vt dict.l.Lucius.de Ripa.in tract.de peste.in 2.particula 2.partis,quæst.2. vbi idem concludit tempore pestis. & Ias.in l.fi,C.de testa.licet contrarium teneat Alexand. consi.70, viso.nu.15.in 2.vol.

351 Idem putarem si consuetudo, vel statutum disponeret testamentum valere coram duobus testibus:quia tunc etiam ordinaria probatio valebit.docto,in dict.l.quod sine.quia reducitur ad ius gentium.

352 Item in codicillis recipitur.glo.in l.fi.C.de codicil.& glos.in d.§.mulier.Soci.in tract.fallen, regul.419.testis mulier.

353 Sed repellitur in scriptura priuata.l.scripturas.C.qui potio.in pign.habeant. vbi text. vtitur verbis. virorum Francis. Crauetæ singular. 144. Quamquam mulier. quia cum omnes solennitates desint in his scripturis priuatis, quæ in publicis solent interuenire, Ideo lex voluit viros tantùm adhibendos. Catelian. Cotta in 2. parte memora.in verb.mulier.

354 Repellitur etiam mulier in causa criminali iure canonico.c.mulierem.33.q.5.& cap.forus.de verb.sign.& ideo in foro ecclesiastico repelletur, nisi ageretur de crimine ciuiliter. c. quoniam.de testib.& quando hoc fit declarat gl.in l.3.ff.de sepulchro viola.doc.in rub, dē iudic.in decretalib, vel in crimine simoniæ. c. tanta. de simo, vel nisi in subsidium. Decius in regula fœminæ.nu.35.ff. de reg.iur.Alexan.consi.24.aduersis.nu.13.vol.2. Hippol.in consi.5.in causa.nu.9.& seq.vide eum consi.31.bonorum.nu.32.& seq.& consil. 41. Diuini. Decius consil.363. in causa. col.2. & in aliis descriptis in cap.cum P. Manconella.de accusa, gloss. in cap. mulieres.de iudic.in 6.Idem si agatur per viam inquisitionis, vel denunciationis. gloss. in summa.15.quæstione 3. Henric. Boic, & alij in dicto cap.3.Idem si procederetur per viam exceptionis: quia etiam tum mulier non repellitur.cap.tam ex literis.de testib.in additionib,ad tract.de præsumption.per Arelat.in 47.præsumptione.1.regulæ in 3.parte.

355 De iure verò ciuili etiam in criminali admittitur mulieris testimoniū.l.ex eo. ff.de testib. quia nullus repellitur, nisi à iure prohibeatur.l.1. ff.de testib.& suprà in prin. scripsi.quamuis contrarium teneat Hippoly.consi.22.gratia domini. col.2.quod ius seruabitur in foro seculari,siue in contractibus, siue in omnibus aliis, prout abunde scribit Do.Tiraquel.in tract.de legib.connubial.in 8.leg.connubiali.fol. 97. & seq. & Bauer. in §.testes.col.3.& sequen. Insti.de testamen.Imò fuit damnatus & reprobatus per parlamentum Parisiens. quidam vsus, in Lauduno longo tempore seruatus per quē mulieres in criminalibus admittebantur, non in ciuilibus: cum esset contra ius ciuile, vt asserit Io.Gallus in quæstio. per arresta.163.q.3.

356 In casibus tamen in quibus recipitur mulier minus credetur ei,quàm masculo.Panormit. in dict.cap.forus.post Bald.per illum tex.in l.fin. ff. de fide instru. quia in mulieribus periurium promptum est.§.quia verò. 2.in authen.de nupt. collat. 4. nisi testimonium fœminarum tenderet in fauorem rei, quia tunc præferretur testimonium mulierum.per glo.singu.in c.clerici.81.dist. hoc tenet expressè Hippolyt. Mars. in l. vnius.§. in ea causa.nu.7.ff.de quæstio.

357 Et vltra casus supr.numeratos testimoniū mulieris non reprobatur de iure ciuili, quod seruatur in curiis secularibus Franciæ, & vbique. Bal.in sua pract.rub. Quæstiones circa probationes.q.12.licet legibus Platonis mulieri ferre testimonium non liceret: nisi cum quadraginta annos excesserat, vt Plato testatur. lib.11. de legib. & Carolus 6. statuit mulieres in causis ciuilibus recipiendas ad testimonium, non obstante consuetudine contraria, quam improbat in d. cōstit. edita anno 1394.mense Nouembris, quę ordinatio est in libro antiquar. ordina.fol.33. Parisiens.

358 Monachus in causa sui monasterij repellitur à testimonio.c.insuper. de testib. vbi doct.& suprà dixi in verb.canonicus.

359 Nati in eadem patria nimis fauorabiles sunt, quando longè distant à sua patria, & ideo vnus pro altero suspectus est. quia fratres quodammodo reputantur, & aliquando maiori honore & amore se prosequūtur.Bal.in c.accedens. 2.col.2.vt lite non contesta.Arbitrio ergo iudicis relinquitur quanta fides sit eis adhibenda per l.3. §.tu magis scire debes.ff.de testibus.

360 Necessariæ personæ à testimonio reprobantur ratione domesticitatis & potestatis,quam habet pater, vel dominus in eas: & ratione sanguinis,vt suprà dixi in verb.domesticus.

361 Et dicuntur personæ necessariæ strictè filij & serui.§.1.Institut. de hæred. qualita.& differentia. Largè omnes consanguinei necessariæ personæ dici possunt.gloss.& docto.in l.Imperator.ff.de pact, Barbat. in repet. l. cum acutissimi. col.57.C.de fideicom.

362 Negatiuam satagens probare repellitur à testimonio.c.quoniam.de probatio. vt supr.dixi.

363 Nepos pro patruo à testimonio reprobatur: quia consanguineus, vt dixi suprà in verb. consanguinei.

364 Necro

364 Necromanticus à testimonio repellitur. c. nec mirum.26.q.5.quia inter infames habetur.
365 Notarius causæ, vel grapherius, si fuerit recusatus, & postea audiat testes, reprobari potest, nec valebit depositio illorum. Alexand. consilio 104.circa.colum.2.volum. 5. sicut decisum est in iudice. in cap. iudex. de officio delegati. in 6. quòd non valeant eius gesta post recusationem cap. suspitionis. de officio delegat.l. apertissimi. C. de iudic. Et quod notarius possit recusari, & grapherius est gl.singul.in §.& quod sæpe.in verb. artificis. in authen. de triente & semisse.collat.3.secundum Lanfranc.in repet. cap. quoniam contra.in verb.recusationes.& in verb. interlocutiones.colum.6. de proba.& præpos. in c.cum parati.col.7.de appel.
366 Et iuramento partis statur in recusatione notarij, consultoris, & procuratoris, sine probatione causæ: quia de modico præiudicio agitur. Alex.d.consi.104.quem sequitur Purpura.in rubr.de offic. assesso.q.3.in fi. Quid si datus grapherio fuerit eidem adiunctus, vide Rebuf. in l. nulli. C.de munera.& actuar.lib.11.
367 Nuptias binas eodem tempore, & viuente eadem vxore,contrahens, à testimonio repellitur, cum sit infamis ipso facto. l.1. in fin. ff. de his,qui notan.infam.l.eum,qui. C.de adulter. Bal. in c.cum venissent.de testib.& contra talem potest inquiri de hæresi,vt scripsi.in §.fi.de publicis concubina.in concorda.
368 Idem si duo sponsalia eodem tempore contraxerit.dict.l.1.in fin.vel si haberet vxorem cum sponsa, etiam à testimonio repellitur, tanquam infamis glo.in d.l.eum,qui.
369 Idem si haberet vxorem cum concubina, vel duas concubinas. §. si verò effusa.in authent. quibus mod.nat. efficiantur sui. collat.7. Baldus in l.neminem.C.de incest.nupt. Rauen.in alpha. in verb.concubina.
370 Et quamuis non obseruetur de facto: tamen si in iudicio opponeretur deberet obseruari, secundum Baldum in dict. l.1. quem sequitur Barba.in repet.cap.testimonium. colum. penult. de testib. & bene multi essent infames in hoc regno,si hoc seruaretur.
371 Nurus à testimonio pro socero repellitur: quia sub familia continetur.not.in l.Nurus.ff.de verb.sig.& quia socero loco filiæ habetur. cap.si vir.35.quæst.3.
372 Operarij loco domesticorum habentur, ob id repelluntur à testimonio.Specul.in titul.de teste.§.1.versic.Item excipitur quod est domesticus.glo.& doct.in cap.in literis.de testib.
373 Officium testis si dicatur quem habere, vt interdum in quibusdam regionibus de hoc infamatis, est videre. vtpote,quia indifferenter pro omnibus quis deponit, talis licet non sit condemnatus, repelli tamen debet, etiam in foro seculari. quia publicus falsarius, leno, & vsurarij, & similes repelluntur, vt supra dictum fuit, sic & isti:& ita vidi in curia suprema iudicari.facit tex.in l. scio. ibi, & sanè iustè testimonij officium ei interdictum existimo.ff.eod.
374 Pactus suo nomine furti, iniuriarum, & similium criminum, pretio dato infamis est: ob id à testimonio repellitur.l.Athletas.§.fin. cum l. seq.& l.furti.§.pactus.ff.de his.qui not.infa.secus si remissa fuerit iniuria nihil dato,nec accepto.d. §.pactus.
375 Particeps criminis repellitur,vt dixi in verb. Socius.consule locum.
376 Parentes in causa filij repelluntur.l.parentes.C.de testib.l.Testis idoneus. ff. illo titul.tum ratione affectionis, quæ maior est in filio, quàm in semetipso.l. isti quidem.ff. quod metus causa. tum quia videtur vna persona patris & filij.l.fin. C.de impuberum & aliis.
377 Excusatur pater in causa religionis. cap. præsens.20.q. 3. & maxime quando agitur de fide,& ad eius illuminationem, in quibus affectio carnalis nihil operatur:vt in Euangelio,ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me pater.c. in omni negocio.de testib.vbi Panor.
378 Secundò recipitur pater testis in testamento filij testantis de castrensi, vel quasi.l. qui testamento.§.per contrarium.ff.de testa.
379 Tertiò excusatur pater in l. quoties. C. de naufrag.lib.11.
380 Quartò,in causis matrimonialibus,quando allegatur consanguinitas, vel affinitas. cum ipsi melius sciant consanguinitatem, quàm alij, ad eam probandam admittuntur parentes. c. videtur. Qui mat. accusa. possunt. cap.super eo.2. de testib.vbi dicitur hoc verum esse,quando personæ sunt pares: secus si illa persona per quam pater, vel mater vult deponere,sit inferior altera, potentia,diuitiis,aut nobilitate.Io.de Ana.consil. 52.in causa.col.2.
381 Quintò, potest pater testificari in causa, in qua filius est procurator, dummodo non respiciat commodum filij: sed causæ.glo.& Barto.in l.qui testamento.§.quæcunque. ff. de testa. Bald. in marga.in verb.testis.q.24. Angel. & Bauer.in §.Pater.insti.de testa.
382 Sextò quando ageretur de probanda ætate filij, quam melius scire debet, quàm extranei.l.etiam matris.ff.de proba. Ioan.de Plat.& in dict.§.pater.Insti.de testa.& qualiter probetur. vide per Bart.consil.92.in quæstione.
383 Septimò excusatur, quando pater fuisset adhibitus testis in instrumento confecto inter Titium & filium, & à partibus rogatus. per glo. in §. Et licet. in verbo, & suppliciis. in authentica de testib.collatio.7. Porcus Pla. & Bauerius in dict. §. Pater. vbi vide octo limitationes per Bauer.in 2.notab.
384 Pater spiritualis, quem patrinum vulgus vocat, repellitur pro filiolo suo, quem de sacro fonte leuauit à testimonio: & contrario. Baldus in l.generaliter. ff. de in ius vocando. Iacob.in l. apertissimi.columna penult.C. de iudic.quia ita diligendus est pater spiritualis, sicut naturalis. cap.ita diligere.30. quæstione 3. Imò dicit glossa in cap.qui dormierit.27. quæstione secunda.cognationem spiritualem esse maiorem carnali,dixi suprà in verbo, compater.Philip. Perus.in c.1. col.vlt.de cognat.spirit.

385 Contrarium tenuit idem Baldus sibi contrarius in l.parentes. C. de testibus.& ibi Salicetus quia edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum: sed istæ non reperiuntur prohibitę. ergo admittentur. Benedict. in repeti.cap. Raynutius.in verb.& vxorem. numero 766.de testament. & Bauerius in §.pater. colum. 4. in 2. limita. institut. de testament. Bartolus in consilio 92. In quæstione. columna tertia, dicit plus credi debere ei, tanquam homini eum spiritualiter diligenti.

386 Possent conciliari opiniones, & inspici qualitates personarum. quia si affectionem ad suum filiolum habeat, & maximum amorem: tunc pro qualitate personæ repelletur, vel admittetur. & hoc est arbitrarium. Nam si affectio procuratoris & aduocati repellat eos à testimonio: multo fortius hæc affectio. & licet verbis edicti non videantur prohibiti: tamen ex ipsa sententia sic, & quando similis vel fortior ratio est, tunc idem dicere debemus. §. porro. quæ fuit prima causa benefic. amittendi. in vsib. feudo. vel saltem diminueretur de fide, inspecta qualitate personæ.

387 Pauper repellitur à testimonio. cap. in primis. §. Quia igitur. 2. quæstione prima. & cap. si testes. §. Item testium. 4. quæstione tertia.l.3.ff. de testibus. Socin.consilio 17. supradicta,colum. vltim.vol.1.

388 Quod est verum, quando propter vitium suum incidit in paupertatem.quia hoc casu non solum rerum suarum: sed & famæ suæ prodigus est. Ideò vitiosus in se præsumitur in alium vitiosus.l.fin.C.de senten.passis.Alexan.consilio 237.perspectis.in 6.vol.Socin. consil.17. supradicta.col.vlt.vol.1.

389 Si sine vitio suo pauper factus sit,& sit bonæ famæ,non repellitur: quia paupertas non est de genere malorum. cap. illa.15. quæst.1. & l. humilem. C. de incestis nupt. pauperes & diuites vna terra supportat.cap.quo iure.8.distin. Barba. consilio 29.illud. columna 13. in 1.vol. & magis creditur virtuoso pauperi, quàm vitioso diuiti. vtor verbis Baldi in cap. si qui testium. de testib. alioqui multi sancti viri, & boni religiosi & philosophi, qui abiiciunt pecunias repellerentur à testimonio, quod non est dicendum.Specul. in titul.de teste.§.1.versicul. Item opponitur, quod est pauper. Barbat. consilio 29. illud. colum. 13. volum.1.

390 Si verò non sit bonæ,nec malę famæ:tunc minus ei creditur, quàm diuiti. gloss.in §.sancimus.in authen.de testib.colla.7.quia facilius pecunia corrumpi potest. Fallit, quando quis esset effectus diues illicitè, tunc facilius pauperi credetur qui noluit illicitè ditari. Aretin.in §.1.Insti. quib. ex causis ma. poterit tamen numerus testium supplere, nisi quod deficiet in fide, iuxta glo.in l.3.§.eiusdem.in verb.numerus.ff.de testib.

391 Relinquitur tamen arbitrio iudicis,secundum Baldum & alios in d.c.si qui testium.

392 Si tamen vacillaret & nō esset persona honesta,posset torqueri in criminalibus.Bart.in l.ex libero.ff.de quæstionib.nec tantùm in criminalibus creditur pauperi sicut diuiti,secundum eum.

393 Item si sponte offerat se,nihil ei creditur.§. si verò ignoti.in verbo, festinantes.in authen.de testib.colla.7.

394 Præterea si esset inops, nihil omnino habens,& malæ famæ, & vilis,nihil eidem crederetur,vt consuluit Alexand.consilio 131. perspectis. in 6. vol. Et magna est præsumptio contra pauperrimum in causa ardua, maximè in criminali: nisi bona fama sit velamentum nuditatis testis, secundum eum.quod etiam repetit consilio 237. eodem vol.& consi.176.visis.col.2.vol.7. Hippo. consi.65.in causa.nu.30.versic. Obstat præterea.

395 Et in hoc senatu solet repelli, quando ostiatim mendicaret, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. quoniam pro chopina vini,& frusto panis deieraret.

396 Periurus nedum in causa, in qua est periurus, verùm etiam in qualibet alia à testimonio repellitur. cap. ex parte A. de testib. text. in cap.paruuli.22.quæstio.5.gloss. in l.qui cum vno. §.ignominia. ff. de re militari. cap. quicunque.6. questione prima. Nec examinatus facit iudicium quo ad effectum probationis, licet præstet iustam causam inquirendi. text. in cap. sicut. ibi, non enim testimonium prædictorum, cum periuri sint, est in hoc casu aliquatenus admittendum.de testib.& ibi plene §. Areti.& alij. quia fides maximè in teste requiritur, quæ non est in periuro.Et postquam est semel periurus,non debet ei amplius credi.Bal.in authen.contra. C. de non numera.pecu. Et etiam, quia semel periurus semper præsumitur quod erit periurus regul. semel.de reg.iur.lib.6.

397 Etiam si non sit condemnatus.Bald.in l.si non veteris.col.2.de fide instru.C.quod declarat Tynda.in tract.de testib.lib.1.c.12.

398 Et etiam si non esset infamis.Bald.in auth. si dicatur.col.vlt.C.de testib.per c. testimonium. de testib.l.Lucius. cum ibi not.ff.de his, qui not. infa.requiritur tamen quod opponatur,& probetur quod sit periurus in tali causa, & sic speciatim. c.præsentium.de testib.in 6.

399 Saluatur,quando pœnitentiam egerat. facit cap.fidelior. 50. distinct. Bartolus expressim. in l.imperialis.§.primo.C.de nupt. facit text. singularis.in §.si verò is.in auth.de monach.colla.1. vbi si malus per tres annos pœniteat, non pręsumitur amplius malus: sed præsumitur purgatus & emendatus. Corset.in singul.præsumptio. prima: licet glossa teneat contrarium in cap.fin. de iureiurand. in 6. quæ fortè posset procedere, vt iudex debeat inspecta qualitate personæ, & pœnitentia arbitrari. & communis opinio est, quod etiam si egerit pœnitentiam, quod non admittitur. per cap. testimonium. de testib. vbi plene docto.

400 Saluatur quando iuramentum erat temerarium.Innoc.in c.constitutis.in 1.de testib.gloss. in c.Florentinum.85.dist.& in c.quicunque.Pan. & alij in d.c.testimonium.

401 Excusatur etiam quando esset dispensatus à Papa ad testificandum,non obstante iuramento.Specul.in titul.de teste.§.1.versic. sed quæritur

arg.

arg.cap.cum te.de re iudic.& §.sed & quod principi.de iure natur. in insti. quia sicut potest cum eo in ordinibus dispensare.cap.dilectus.in fin.de tempore.ordi.& legitimare.cap.per venerabilem. qui filij sint legi. ita & ad testimonium. docto.in dict.c. testimonium. & dixi supra in præfatione, versic.decimoseptimo,&c.

402 Excusatur in crimine hæresis,quo ad fidei fauorem.c.accusatus.§.licet.de hæretic.in 6.

403 Pretium recipiens testis, vt deponeret,reprobatur.cap.1.de testib. quia eo ipso quod accipit pecunias, vt testimonium dicat, vel non dicat,committit falsum. text. iuncta gloss. in verb. aduocationem.in l.1.§.1.ff.de falsis,quam sing.dicit Baldus in Margarit. in verb.testis. quæstione 30.& Anton. de Tremolis. Bartolus in l. Diuus. in fin.ff. de re iud. dein addetur ad practicam de Bona curso rub. de exceptio.quæ post sentētiam diffi. oppo. sequitur Bartolus in l.Diuus. colum. penult. ff. de re iudic. nam gratuitum debet esse suum officium: & veritatem gratis debet dicere, & non lucri causa. l. 3. in princip. ff eod. Et quando aliquis accipit pecuniam, vt faciat id quod gratis facere tenetur, turpiter facit. gloss. singul.in l.4. §. fina. ff. de condictio. ob turpem causam.secundum Iasonem ibidem.Imò sufficit pecuniam esse promissam. l. si quis testibus. ibi, donatione,aut promissione. C.de testib.Bertran. consi.198.vidimus.nu.6.in 1.volu.secundum nouam impressionem.

404 Etiam, quando produceretur per illum, in cuius præiudicium data fuit testi pecunia.singul.text.in cap.1.§. 1. si de inuestitura inter dom. & vassallum lis oriatur.quem singu.nota.Roma. sing.326.tu scis,&c. facit glo.in §.& licet.in verb. & suppliciis.in auth.de testib.colla.7.

405 Etiam si verum deponeret. nec enim ei credetur postquam recepit pretium, vt deponeret. text. in cap. non sane quicquid. 14. quæst.5. non stari sententiæ,quæ non valet,si propter pecuniam lata fuerit, etiam si iusta sit.gloss. sing.in cap.vendentes.in verbo, iustitiam.1.quæstione 3. secundum Felin.in cap.licet.col.16.de probat.

Tamen si receperit testis pecuniam,vt verum diceret, & dixit, non debet tunc pœna falsi puniri: tum quia non dicit mendacium,nec occultat veritatem, nec immutat, quibus casibus tenetur quis de falso.cap.1. de crimine falsi. & quia nemini pro præiudicat dicendo veritatem, quo casu non punitur,quis pœna falsi.glo.singul.in l. Damus.C.ad legem Cornel. de fals.nec refragatur dict.l.1.ff. de fals. quia debet intelligi, quando quis recepit pecuniam, vt falsum deponeret: quia pro vero testimonio non præsumitur accepisse pretium: Imò potest describi in catalogo sanctorum, qui non mouetur pecunia. Rauen.in c.1.de testibus.nec affectione:& omnibus claudit oculos,vt posteà rectè non iudicent. maximè qui non habent affectionem ad consanguineos sunt ita rari, sicut phœnix, & huius sententiæ est Dec. in d.c.1.vbi dicit illum text.posse puniri non pœna falsi: sed extraordinarie arbitrio iudicis,quamuis Baldus in margar.in verbo, testis.q.30.dicat posse etiam de falso puniri.

406 Saluatur, quando testis reciperet expensas, quas facit eundo, stando, & redeundo. l. quoniam liberi.de testib. cap. statutum. §. proferendo. de rescript. in 6. Imò si pars non sartiat expensas in causa inquisitionis, satisfaciet respublica de mandato iudicis. per l. cum monachorum. C. de nauicular.libr. 11. & mandabitur massario communis,vt faciat expensas de publico,secundum Bald.Aretin. Felin.& alios in dict. cap.1.eod.titul.

407 Secundò excusatur, quando pars emendaret damnum, quod passus est testis per latrones.non cogeretur tamen pars de rigore. l. inter. §. non omnia. ff. mandati.l. si seruus.§.quod verò.de furt.Bal.Fel.& alij in d.c.1.eod.tit.

408 Tertiò non repellitur testis, quando eidem aliquid daretur in recompensationem operarum, quas perdidit. quia officium non debet esse eidem damnosum. l.sed si quis. ff. quemadmodum testa.aperian.l.Idémque.§. idem Labeo. ff.manda.vbi glo.dicit dari debere pro conditione & qualitate testis: nam si sit rusticus, pedes incedet, & si nobilis,eques: & cibi etiam sic distribuentur. quia grossi rusticis, fabæ videlicet & caseus: sed perdices & aliæ bonæ carnes nobilibus.gl.in l.seruis vrbanis legatis. ff.de legat.3.

409 Intellige quando in sarciendo istas expensas & damna,concurreret scientia & auctoritas iudicis ne fieri fraus posit. Hostien. & Anto. in dict.c.1. Et ideo per iudicem solet taxari salarium.Vnde si testis aliàs nollet dicere veritatem, nisi darem eidem decem, quæ dedi, non ob hoc annullabitur dictum eius, dummodo publicè detur:& non secretè.Bald.in c.fin.in fin.de appel. quia est redimere vexationem.Archid.in cap.qui rectè.11.q.3. sequitur Decius consil. 189. lætatus. num.12.& sequen.vers. non obstat dictum.Bald. Item, quando quis acciperet pecuniam generaliter, vt ferret auxilium parti in tali casu, valeret suum testimonium: secus specialiter vt testificetur,vel non.Roma.singul.327.si do iudici. quod non videtur verum,alias posset fieri fraus de nomine ad nomen. & semper posset testis recipere pecuniam; vt ferret auxilium parti,& sic semper corrumperetur,& daretur materia corrumpendi testes,quod non est faciendum.Imò si testis timeret sibi inferri damnum ab aliquo, poterit excusari à testimonio ferendo.Barba.consi.60. sapienter.col.6.nu.7.in 1.vol.quia si non teneatur contra consanguineos testificari.l. Iurisconsultus. ff. de gradib.multo fortius non tenebitur contra se.

410 Item non refert in his,quæ facti sunt vtrum timeat periculum facti,vel iuris.l. interpositas.de transact.C.Bald.nuncupatim sic scribit in l. cum nuncius.de testib.

411 Prælatus in causa Ecclesiæ an posit esse testis,vide supra in verb.Abbas.

412 Præsentem si quis dicat Titium, & is neget,potest inquiri contra istum testem.Bald.in l. Testium.col.4.versicul.modò hic insurgit. C.de testib.non tamen omnino reprobatur,Hippolyt. sing.408. attende.& Guido Papæ.singul.895.dictum testis.vide Ancha.consil.296.visis.Alexan. consi.34.viso processu.col.2.in 3.vol.

413 Idem si quis dicat Titium præsentẽ fuisse, & is contrarium dixerit. Bart.in l.diem proferre. §.coram.ff.de arbitr.& l.coram.de verb.sign.non tamen punietur de falso si probetur illum fuisse præsentem,licet non intellexerit.not.Bart.& alij, in l.1.in fin.ff.de aucto.tuto.vbi dicunt testem reprobari, qui dicit se fuisse præsentem, si dicat se non intelligere: sequitur Alexand.consil.180. in causa. volum. 2. Ias. plenè in l.2. §. voluntatem. colum.4.num. 22. cum sequent. ff.soluto matri. Et an sufficiat assignare rationem; quia fui præsens, vide infra in verb. sensus. in quinto sensu. versic.sufficit.

414 Testes debent deponere per verba facti, & non per verba iuris. Ideo si dicant aliquem possidere, intelligitur de possessione naturali, & non de ciuili. glo. in l.stipulatio ista. §. hæc quo que.ff.de verborum oblig.Anchar.consilio 296. visis articulis.

415 Idem si deponat rem esse alterius, vel certæ iurisdictionis, vel territorij. Baldus consilio 286.Thema proponitur. colum. 2.volum.2. vbi etiam limitat, quando assignaret rationem corporali sensu perceptibilem.

416 Præuaricator condemnatus, à testimonio repellitur.l.1.ff.de his,qui notan.infam.

417 Procurator an repellatur,vide supr.in verb. aduocatus,vbi de hoc,& aliis plerisque multa.

418 Productus testis super vno articulo, si super alio interrogetur reprobatur in illo. glo.in l. si quis libertatem.in gloss.vlt.ff.de petitio.hæred, Bart.in marga.in verb.testis. q.42. Fel.in c.de testibus.tit.de testib.

419 Propria in causa deponens testis reprobatur.l.nullus.ff. de testib.l.omnibus. C. illo titu. c. de cætero.illo titul. in decret. & dicitur res sua, cuius commodum, vel emolumentum spectat ad aliquem nomine suo.gloss. in cap. si testes. §. Item nullus.4.quæstione 3. & sic dicitur propria ratione vtilitatis.Aliquando dicitur propria iure rei,vt in l.sæpe.ff.de re iudic. Aliquando iure instantiæ: vt in procuratore.l.1. C.de senten. & in aduocato.l.fi.ff.de testib.Bal.in l.dictantibus.col. 2.de testam.

420 Reprobatur etiam quando laus,vel vituperium ipsi testi deponenti accedit.Corne.consi. 89.visis actis.col.14.in 1.vol.Alexan. consi.10.diuini.col.4.vol.6.

421 Vnde non credetur notario siue graferio scribenti quod sibi fuerit commissum scribere, vel aliud facere. Bartolus in l. ex sententia. & ibi addidi. ff. de testamen.tutel. licet consuetudo sit quod credatur, si aliquis articulus eidem graferio, seu scribæ committatur: nisi probetur contrarium. Collect. in cap. si qui testium. colum.2. de testib.licet in Francia contrarium seruetur,teste Guido.Papæ.in decis.Delphinalib.quæst.126. an in hac curia,&c.Non debet credi testi in causa propria deponenti etiam in præiudicium tertij.Ioan.de Ana.consil.49.Dubium.& consil. 59. visa.col.2.

422 Item non admittitur testis etiam in facto proprio, si quod habeat interesse,vt si velim probare me mutuasse centum Titio,quæ ei misi per seruum talem, non debeo recipi.Archi.& alij in cap.Romana.in fin.de testib.in 6.Bartol.in l. deferre.§.idem decreuerunt. ff. de iure fisci. nam si tibi tradidit,deferens est liberatus: si minus, non erit liberatus.Alexand.consil.71.in causa.col.1.in 7.volum. vbi dicit reprobari testem, quando ad exonerationem suam deponit. & idem concludit consil.32.in 6.vol.

423 Saluatur, quando principaliter non haberet commodum; sed in quandam consequentiam.§.legatariis.insti.de testa.Alexan.consi.172. visis.vol.2.Bald.consil.10.alleg.Angelus in 3.vol. & consil.293.factum.vlt.col.ibidem.Barba.consi. 77.illud.col.5.vol.3. per cap.insuper. & cap.cum nuncius.de testib.

424 Secundò propter connexitatem:quia commodum & incommodum sunt indiuisibilia, tũc poterit testificari. text.in cap. super eo.& ad hoc ibi ponderat Ancha.de testib.vbi mater pro matrimonio deponi potest. quia commodum & incommodum continere potest,sequitur Barba.in cap.iurauit.num. 52. de proba. & consilio 36. sapienter.colum.9.volum.2. facit l.si communem, ff.quemadmod.seruit.amitta. cumulaui in priuileg. scholarium multa iura huic proposito respondentia.

425 Tertiò in casu necessitatis, & in aliorum defectum.cap.3.de testib.Hippoly.singul.73. plures sunt. vbi dicit tunc demum testes inhabiles recipi, quando ex natura facti seu negocij alij testes haberi non possent: vt de his quæ in capitulo fiunt.gloss.in cap.cum dilecti.de elect. vel de his, quæ domi fiunt.l.consensu. §. super plagis.C.de repud. Secus si alij testes, ex natura negocij & actus, poterant adesse; licet non interfuerint tunc repelluntur inhabiles, etiam si aliter veritas sciri non posit. vt si mutuauerim coram duobus meis filiis, aut seruis: tunc mihi imputandum est, cur alios non vocaui. quia natura negocij hoc non requirebat.Anton.Butr.in cap. Tertio loco.de proba.Panormit. in cap.fin. de testib.& Alexand.consil.64.viso themate.col. 2.volu.1. alioqui testes inhabiles semper admitterentur.Alexa.consilio 152. viso processu.nu.11. in 5.volum.

Item necesse est probare quòd aliter haberi veritas non poterat.Hippoly.in l.fin.C.ad legem Corneliam de sicar. & consilio 31. numero 32.& sequen.& consilio 41.num. 6. consilio 80. in fin. & consilio 127.

426 Quartò, quando deponunt pro vniuersitate.Bartolus in l.in tantum.§.vniuersitatis. ff. de rerum diuisio.Panormit.& alij in cap.Tertio loco.de proba. & in cap.insuper. & cap.cum nuncius.de testibus. licet dicatur causa propria vniuersis, non singulis. vt in cap.tuis.de testib. dixi in verb.vniuersitatis.

427 Quintò,quando testis protestaretur,quòd ex sua depositione nullum commodum vult habere, vel aliquod ius sibi quærere. Federic. consilio 63. Quidam. Vnde si testis, qui soluit vsuram, deponat: debet protestari quòd ex sua attestatione nullum vult consequi commodum, & tunc non recusabitur. Baldus in l. dictantibus.C.

bus. C. de testament. Ioan. de Ana. in cap. cum tu. de vsuris.

428 Sextò excusatur in causa denunciationis, in qua potest esse testis etiam in facto proprio. c. in omni. de testib. Socin. in tracta. fallen. regula 422. testis in causa, &c.

429 Septimò, quando quis deponeret de facto proprio ad vtilitatem tertij. Paul. in l. 2. §. si absens. columna penult. ff. si ex noxali causa aga. quia cessat ratio supra posita: nisi de magno ageretur præiudicio.

430 Octauò, quando quis non posset probare debitum: & cederet omne ius, quod habet cuidam tertio amico: tunc cedens testis esse poterit. Guillelm. de Cugno, in l. & hæredi. §. nos. ff. de pact. sed quidam hoc reprobant, teste Socin. vbi supra, regula 422. testis. & ego supra dixi in verb. cedens.

431 Proxenetæ à testimonio repellũtur: tum ratione affectionis, quam habẽt vt contractus perficiatur: tum etiam, quia solent esse viles. tex. in §. quoniam verò in authen. de testi. colla. 7. & dixi etiam sup. in verbo mediator.

432 Excusatur, quando vtraque pars vult. glo. ibi, & gloss. in ca. fi. de testib. in 6. Feli. & alij in c. dilectorum. col. 1. de testib. cogendis.

433 Item in criminibus simoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis. cap. 1. de testib. vide suprà in verbo mediator.

434 Rationem non assignans testis in sua depositione reprobatur. l. solam. C. de testib. quia homo sine ratione, nõ dicitur homo. c. si homo. 27. q. 1. Bal. in l. cõuenticula. col. 3. C. de episcop. & cler. aliàs testis deponens sine ratione dicitur tan quã pecus Mœlibei deponere. Ias. in l. cum hi. §. vult. col. 1. ff. de transact. Ripa in c. si quando. col. penult. de rescript. quod enim ratione caret, extirpandum est. c. Chorepiscopi. 68. dist. & sicut legem ratio commendat. c. consuetudo. 1. distin. ita & dictum testis. Ideo interrogandus est testis de causa sciẽtię: quia omne quod scitur, per causam cognoscitur. Aristot. Metaphysic. 2. & duo sunt, scilicet scientia & modus sciendi: in teste verò modus sciendi vocatur ratio scientię. & cum agitur, dicitur testis causam facere manifestam, cum manifestat scientiam suam, per modum sciendi, hoc est per sensus corporeos. Bald. in c. cum causam. 2. col. 1. de testib.

435 Idem si minus sufficientem asignat: quia paria sunt non asignare, & minus sufficientem asignare. l. quoties. ff. qui satisdar. cogant. sic consuluit Alex. cons. 120. ponderatis. col. 2. vol. 5. facit tex. in c. præterea. de testib. Spec. in tit. de teste. §. 1. versic. Item quod interrogatus: quia ratio debet certificare dictum, & aliquid addere in rei notitia. Bald. in d. cap. cum causam. col. 3. nec valeret statutum, vel consuetudo, volens quòd testi asignanti malam rationem credatur: secus si statueret quòd asignanti nullam crederetur. Feli. in d. c. cum causam. col. 9. Decius consi. 37. in causa. col. 2. Barba. in cap. testimonium. col. 2. & seq. de testib. allegat Bal. in d. l. solam. non tamen exigitur ratio à teste, quæ exigitur à Philosopho, vel iniusta. vtor verbis Baldi in d. cap. cum causam. per l. si quid venditor. in prin. ff. de ædil. edict. sed vt reddat causam ex illo sensu corporis, quo percipit illud, quod dicit, non ex alio. Pet. Anchara. & Imol. in l. qui testamento. §. fi. ff. de testam. Imò non valeret consuetudo, vt credatur testibus malam rationem asignãtibus. vt no. Bal. in l. si non speciali. in fi. C. de testa. refert Dec. in cap. 1. col. 3. de appella. Item non valet ratio testis, si sit eadem cum dicto: vt pote si dicat scio, quia scio. Bartol. in l. qui interrogatus. ff. de petitio. hæred.

436 Excusatur primò, quando deponeret super eo, quod non potest sciri, nisi præsumptiuè. tunc enim non exquiritur ratio nisi præsumptiua. Angel. in l. non omnium. ff. de legib.

437 Rationem dicti sui testis non interrogatus reddere non tenetur, tum ne sit verbosus: tum ne se ingerat respondere his, de quibus non requiritur. glo. & doct. in l. solam. C. de testib. & in cap. sicut. de re iudic. facit cap. si habes. 24. quæstione 3.

438 Sufficit tamen si iuret dicere veritatem: quia in veritate etiam causa continetur. Felin. in cap. cum causam. de testib. per glo. in cap. fraternitatis. in vlt. glo. de testib. sed glo. illa hoc non dicit: sed bene in terminis. gloss. posset forte procedere, quando testis iuraret dicere omnem veritatem, siue interrogetur, siue non: aliàs si iuret simpliciter dicere veritatem non interrogatus, credo quòd non teneretur reddere causam. & ita intellexit Bald.

439 Idem si iudex diceret testi, dic omnia, quæ scis, vel dic quod scis. quia etiam de causa videtur eum interrogare implicitè: & tunc non valeret dictum testis si nõ redderet causam sui dicti. Fel. in d. c. cum causam. col. 2. nu. 2. quia scire est rem per causam cognoscere & exprimere, vt sup. dixi, secundum Philosophum.

440 Item si iudex per dolum, vel negligentiam à parte requisitus, non interrogaret testem de ratione, quia sciebat testem non redditurum bonam causam, tenetur illi parti contra quam deposuit testis nõ expressa causa, quam si expressisset non nocuisset teste Io. And. in addi. ad Spe. in titul. de teste. §. 1. versicul. Item quod interrogatus. doct. in d. ca. cum causam. de testib. & post publicationem adhuc interrogari poterũt testes. cap. per tuas. de testib. & iudex non interrogans testem de ratione, præsumitur hoc maliciæ causa facere, quia omittit illa quæ suo solerti officio incumbunt. Bald. in Marga. in verb. testis. q. 81.

441 Imò si iudex omittat testes interrogare super interrogatoriis datis per partem, attestationes erunt nullæ, vel etiam publicatis attestationibus. Iterum super eis audientur testes, si dicta interrogatoria in principio à iudice non fuerint reiecta. Spec. in titul. de teste. §. iam de interrogatoriis. vers. Item cautela est &c. ergo vt interrogatoria producantur, & in actis scribantur: vt post publicationem possis opponere attestationes esse nullas. Card. & Panorm. in d. cap. cum causam. de testib.

442 Si tamen testis interrogatus à iudice non reddat causam, vel minus sufficientem, non probat. nec etiam facit præsumptionem, secundum

Spec. in tit. de teste. §. 1. vers. Item quod interrogatus &c. quod arbitrarium esse testantur Panor. & Fel. in d. c. cum causam.

443 Idem si dicat Titium fuisse secum, & Titius dicit non interfuisse: quia tunc suspectus redditur per tex. in l. 1. §. fin. ff. quemadmodum testa. aperiant. Lanfranc. in repe. c. quoniam contra. in verb. testium depositiones. col. 6. versi. quęro iuxta præmissa. de probationib.

444 Intellige, quod si testis bonam causam primò assignauerit: vtpote quia vidit: & postea malam, vt quia rex est in Francia: tunc non probat. argum. l. qui falsa. ff. de testib. huic sententiæ acquiescit Felin. in cap. cum causam. col. tertia. de testib.

445 Quod ego verum concederem, quando super vno actu hoc fieret, vel super vno articulo, vel connexis: secus si in diuersis. quia tũc vtile per inutile non vitiabitur. per d. regulam, vtile per inutile &c.

446 Item non tenetur testis reddere causam contractus: vt pote quare talis mutuauit, quare verberauit, vel aliud fecit: sed causam scientiæ, id est, quomodo scit hoc esse factum. Bald. in l. data opera. col. 7. C. qui accusa. non possunt. vide Bal. in cap. cum super. col. vlt. de confessis. & Imol. in cap. super hoc. de renuncia. col. 2. vbi dicit sufficere, quod simpliciter recitet factũ, prout factum est ab alio. & iustificet assertionem sententiæ circa tale factum ex causa, ex qua concludatur scientia ipsius testis per sensum corporeum. & sic arctatur ad assignandam causam per quam concludat se habere scientiam facti per sensum corporeum. hoc ille, & sic ratio reddita per testem, debet consistere in facto: non in iure. l. stipulatio. §. hæc quoque. ff. de verborum. obliga. quam sing. dicit Bal. in Marga. in verb. testis. q. 9.

447 Item sufficit siue directè, siue indirectè: siue tacitè, siue expressè ratio testis concludat. & quando ratio includitur in dicto testis, non debet interim de ratione interrogari: quandoque simul iuncta in eodem structu verborum sunt ratio & dictum, & semper est idem effectus. Bald. in l. data opera. col. 8. nume. 40. C. qui accusare non possunt.

448 Et bona ratio testis facit bonum esse dictum eius: & mala ratio malum dictum. l. 2. §. circa. ff. de doli except. & ad id adaptatur dictum, ad quod ratio. l. si is, qui animo. ff. de acquir. posse. Bald. in marga. in verb. testis. quęst. 164. Et vide cautelam ad interrogandum testem de ratione dicti sui, & quod ad talem interrogationem ipse testis non aduertat, per Thom. Ferra. cautela 42. Testis interrogatus.

449 Primò excusatur, quando super interesse deponeret. Bal. in l. Testium. C. de testib. Decius & Pyrrus in l. quatenus. ff. de reg. iur. scripsi in repeti. l. vnicæ. in glo. subtilitatem. nume. 57. C. de senten. quæ pro eo quod interest. vel super valore rei. Panorm. in ca. cum causam, quæ inter. col. 2. de testib.

450 Secundò, quando super fama deponeret. Alex. consi. 57. in causa. col. 4. vol. 7. Decius cõsi. 37. in causa. nu. 7. vnde si deponant aliquem esse bonæ, vel malæ famæ, etiam non interrogati, rationem reddere debent. Alex. consil. 25. in causa. col. 2. volum. 4. Decius in cap. 1. col. 4. de appellationibus.

451 Tertiò, quando super negligentia, Bald. in l. solam. in fin. de testib. C. quia negligentia non sentitur, nec videtur. vnde testis deponit de non senseri: ergo non probat sine ratione. Bart. consi. 102. charissime domine. col. 2.

452 Quartò eadem ratione etiam non interrogatus super negatiua rationem reddere tenetur: Bald. in l. cum hi. §. nihil. ff. de transact. in addi. ad Bald. in d. l. solam. in fi & in addi. ad Panorm. in d. cap. cum causam. de testib. & quæ dicatur ratio congrua in negatiua tradit Decius consil. 94. in casu. in fi. & consi. 101. pro tenui. & consi. 534. procedendo &c. col. 2. vbi dicit debere testem dicere, quod actus, de quo agitur, non fuit factus. quia eisdem tempore, & loco, ipse testis præsens erat: & fieri non potuisset, quin ipse testis vidisset, & sciuisset. allegat Angel. in §. hinc nobis. in auth. de hæred. & falcid. colla. 1. Ripa in ca. cum ecclesiam. nu. 88. de causa possessio. post Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. numero 8. ff. de itinere actúque priuato.

453 Quintò in consuetudine probãda, Decius consil. 538. viso puncto. col. 2. post Bar. in l. de quibus. col. antepe nu. 23. versi. sed quid debent. ff. de legib. quia effectus consuetudinis cõsistit in iure: sicut dominium. Ideo testes, etiam non interrogati, debent congruam rationem allegare. Imo. & alij in c. cum causam. de testib.

454 Sextò, si deponeret super eo, quod percipitur iudicio rationis: vt pote si deponat Titium esse dominum fundi. nam dominium in facto consistit, id est, vt dixi, in facto & traditione, quæ non percipitur immediatè per sensum corporeum: sed per iudicium rationis: vt pote si vidit Titium emisse illam rem, & postea sibi traditam fuisse, illam demum possedisse. Bal. in d. ca. cum causam. col. 2. & in Margar. in verb. testis. q. 9. Imol. in c. super hæc. col. 6. nu. 18. de renuncia. Alex. consi. 136. viso. col. 3. vol. 1. Corne. consil. 123. viso. col. 2. vol. 1.

455 Septimò, quando dictum testis tacitam includeret rationem, sufficit. per l. 1. §. 1. ff. de fluminib. no. in l. 2. C. quando fiscus, vel priuatus. & in l. dominus horreorum. ff. loca. hoc expressim Innoc. in c. cum oporteat. de accusa. tradit Pantha. cald. in repet. l. 2. col. 76. vers. quintus principalis modus &c. C. de rescinden. vendi.

456 Octauò, quando deponeret super aliquo æquiuoco Anto. Butr. in cap. vestra. de cohabita. clericor. Barba. in c. si quando. col. 4. de rescript. Chassa. in consuet. Burgund. in rub. *des iustices*. §. 2. in glo. pœnę. nu. 18. vbi 13. casus tradit. vide Soc. in tract. fallen. regul. 401. & seq.

457 Nonò, quando testis producitur ad reprobandum aliquod instrumentum productum ab aduersario, tunc etiam non interrogatus tenetur reddere rationem. Bald. in l. presbyteri. in fine. C. de episco. & cler. refert & sequitur Alex. in l. 1. in fi. prin. ff. de noui operis nuncia. ac Fel. in ca. cum Ioannes. col. 10. num. 42. de fide instru. quia pro in

pro instrumento est præsumptio.l.cum precibus. C.de proba.

458 Decimò si deponeret in his casibus, qui iudicio intellectus percipiuntur:& potius in intellectu consistũt,quàm in vera ratione vt si quis velit probare aliquẽ dementem,vel furiosum,vel ebrium:nam hæ sunt passiones cerebri, quas vix cognoscit visus.refero verba Bal.& Fel.in c.cum causam.nu.19.de testib.Innoc.in c. cum causam. de testib.Bal.& alij in l.furiosum C.qui testa. facere possunt.Alex.consil.57.in causa.col.4.nu.8. volum.7.Bauer. in §.item furiosi. in fin. institu. quibus non est permissum facere testam. Barba. consi.29.illud.col.14.in 1.vol. & consil.83. supremus.col.3.vol.4.& Soci.consil.42. in causa.col.1. cum seq.vol.1.& consil.171.col 3.vol.2.Ias. consil. 2.col.4 volu.1.Bertrand.consil. 48. Ex processu. nu.29.& seq.vol.1.

459 Vndecimò,quando deponeret cõtractum esse simulatum.Iacobi.in l.iurisgentium.§.pactorum.in fin.primæ lecturæ.ff. de pact. quia multi sunt modi simulationis.Bald. in l. ab Anastasio. C.manda.Cæpol.in tract.de simulatio. contract. Bart.in consil. 65. factum est tale, Petrus Niholæ.col.2.

460 Duodecimò,testis deponens super vita & miraculis alicuius, non probat: nisi rationem etiam non reddat. quia hæc transcendunt naturam.cap.venerabili.de testib.Bal.in l.solum. col, pen.C.illo titul.

461 Idem,si dicant aliquem clericum: nisi dicant quod viderunt eum ordinari, & tunc probant plenè:secus si dicant Titium clericum:quia viderunt eum incedere publicè cum habitu, & tonsura,tunc præsumptiue probant.Bal.& Fel.in d.c.cum causam.de testib.

462 Decimotertiò, in criminalibus ad faciendum plenam probationem tenentur testes reddere rationem dicti sui, etiam si non fuerint interrogati,secundum Salic.in l.fi.C.de proba. quem sequitur Alex.consi.15.viso processu.col.5. num. 13.in 1.vol.Hippol.consil.51.licet.nume.11.Iaso. in repe.l.admonendi.col.89.num.274.ff.de iureiur. Decius consil.37.in causa.col.3.& consil.429.licet in causa.Idem in tortura, arguendo de parte ad totum,firmat Hippol.in pract. criminal.§. diligenter.num.30.cum seq.quod dicit notandum. vnde si testes dicãt,scimus Titium occidisse Gaium,non probant: nisi rationem assignent. quia sciri potest multis modis.Bald.in c. fi.in fi. de iureiuran.secus secundum eũ,si dicant verum esse, quod Titius occidit Gaium,& hoc dicunt scire. tunc si non interrogentur de ratione, valebit ex officio dictum illorum. quia veritas nihil aliud est,nisi res visu percepta, & in memoria retenta. l.2.in princ.ff.de aqua pluuia arcend.debebit iudex hoc casu repetere testes, & reaudire vt veritas per omnia elucescat.nam acutius in criminalibus sunt interrogandi testes,quàm in ciuilibus. l.prius.ff.de senatuscon.Sillan.Bal.in c. præterea. col.2.de testib.

463 Decimoquartò, testis dictum super deterioratione rei non valet:nisi esset certũ. & oportet quod deponat de duobus temporibus, primo, de valore, quando quis commodauit equum: & de valore respectu temporis quo fuit redditus. Lanfranc.in repe.cap. quoniam contra. in verb. testium.q.13.de proba.doct. in l. 2.C. de rescind. venditio.Fel.in c.ad aures.in fi.de rescrip.

464 Decimoquintò, ad probandum adulterium.Bald.in d.l.solam.Fel.in cap. præterea. col. 2.de testib. quia non potest videri plenè & concludenter sciri per rationes intrinsecas: sed per extrinsecas.quę non præsumũtur,nisi exprimantur.Fel.in d.c.cum causam. Idem dicens, quoties testis producitur ad probandum inuisibilem qualitatem animi, vt amicitia, inimicitia, fatuitas, & sapientia,requiri rationem,etiam si nõ exprimatur.secus si agatur de visibilibus qualitatibus.

465 Decimosextò excusatur in testibus impugnãtibus instrumentum. nam si non reddiderint rationem etiam non interrogati, non reprobant instrumentum Bal.in l.presbyteri.1.col.vlt.C. de episcop.& cleric.Bald.& Imol.in cap.ad audientiam.1.de rescript.Felin.in cap.cum Ioannes. col. 3.versic.tertiò declara.de fide instrum.refert Bertrandus in consil.248.ex themate.col.1.vol. 3. in secunda impressione.

466 Decimoseptimò testes contra tabellionem deponentes sine redditione causæ non probant. Bald.in l.presbyteri. col.vlt.C.de episcop.& cleric.Felin.in d.cap.cum causam.versic.fallit tertio &c.refert, quia ratione officij magis videtur credi isti,quàm testib.sine causa deponentibus.quod verum intelligerem, quando deponerent contra instrumẽtum factum pro eum.cum pro illo præsumatur.ca.cum precibus. C.de proba. vel in his quæ tangunt officium: secus in alijs, in quibus pro priuato habetur.

467 Decimooctauò,quando deponeret super notorio,& alijs,quæ percipiuntur magno rationis discursu:secus in illis,quæ facili discursu percipiuntur. Bartol.in tractat. de testibus. versicul. quædam.refert Panorm.in d. cap. cum causam. col.4.& quia multa reputãtur notoria, quæ non sunt.cap.consuluit.1.de appella. & quid sit notorium communiter ignoramus,licet de eo loquamur.glo.in c.manifesta.2.q.1. Decius & alij in d. c.consuluit.expressè tenent hunc casum.

468 Decimononò, quando testis vult de alicuius fundi æstimatione deponere:debet assignare congruentem rationem etiam non interrogatus.teste Innoc. in cap. cùm causam. de testib. & iniquit Bart.in tract.de teste.col.2.quod quando testis vult deponere de æstimatione, requiritur diligens inuestigatio. Alex.consi.183.viso. in fin. vol.7.refert Franciscqui.Curtius consi.144.Gaudeo.in fi.

469 Vigesimò, fallit quando ordinatum esset quòd commissarius interrogaret testes de ratione:nam qui examinat,interrogare de ratione tenetur,propter legem vel ordinationem:nempe si commissum est alicui,quòd examinet testes diligenter: si non interrogat de ratione, non valet examinatio, nec testis dictum: licet de iure non incumbat testi:tamẽ incumbit examinatori hoc casu,qui non seruat formam mandati, si non interroget de ratione.Ergo non tenet examinatio,

teste

teste Baldo, in ca. sicut. col. 2. de re iudic. Vbi plus dicit, quòd in nudo testimonio semper præsumitur ratio visus. Ideo si testis non sit interrogatus de causa scientiæ, semper subintelligitur tacitè efficax causa scientiæ, vt testimonium valeat, & non pereat. quod non est verum: alioqui semper valeret dictum testis sine ratione: & in his quæ per visum sciri non possunt, præsumeretur mala causa, scilicet visus: quod non habet ratione͂, nec in practica seruaretur. Ideo tene quod scripsi.

470 Religiosus sine superioris licentia à testimonio repellitur. argu. c. super. 14. q. 3. & c. monachi. 16. q. 1. & cap. 2. de postuland. ca. non magno. ne cleric. vel mona. & expresśim tradit Specul. in tit. de teste. §. 1. versi. Item excipitur quod est monachus &c. tum quia pro mortuis habentur, quo ad actus ciuiles. l. Deo nobis. de episco. & cleric. cap. placuit. 16. quæst. 1. glo. in authen. Idem. C. de bonis, quæ lib. instar serui. l. quod attinet. ff. de regul. iur. & eorum vox funesta potius interdici, quàm audiri debet. c. placuit. 2. q. 7. & quia nec nolle quidem, nec velle habent. c. non dicatis. 12. q. 1. c. si religiosus. de elect. in 6. Soci. consil. 17. supradicta &c. col. vlt. vol. 1.

471 Saluatur quando esset testis instrumentarius. glo. in §. cogitandum in auth. de monach. colla. 1. quia tunc non vitiaretur instrumentum propter licentiæ superioris carentiam Soci. consil. 17. supradicta. in fi. vbi idem etiam dicit si pars aduersa non opposuisset. Soci. d. consi. 17. in fi.

472 Secundò excusatur, quando esset absens à suo monasterio. cum licentia, forte causa studij: quia dando ei licentiam eundi ad studium videtur etiam dedisse illam licentiam testificãdi de actibus, qui coram eo gerentur. argu. l. si longius. §. fin. & ibi glo. vlt. ff. de iud. scripsi multa in priuileg. scholarium.

473 Remissus ignominiæ causa ab exercitu, non potest esse testis: quia est infamis. l. quod ait. §. hoc amplius. ff. de his, qui notan. infam.

474 Reuelans dictum suum parti reprobatur à testimonio. d. qui falso. iuncta glo. ff. de testib. ne ex istius dicto alij testes subornentur l. Athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. infam.

475 Intelligendum est quando reuelauit post depositione͂, se ita deposuisse: secus si antequam deponeret diceret parti quòd erat depositurus. tex. in c. dilectus. de capel. mo. Felin. in c. fi. col. 2. de testib. coge͂d. vel reprobatur si dicat parti ante depositionem se scire multa quæ proderunt ipsi. Io. And. in addi. ad Spec. in titul. de teste. §. 1. vers. Item quod falso &c.

476 Sacrilegi, quia infames sunt, à testimonio repelluntur. c. constituimus. 3. q. 5.

477 Secreto & sigillatim examinand sunt testes, ne vnus alium instruat, & vt falsitas cognosci posśit. text. & ibi glo. 2. & doct. in ca. cum causam. & c. venerabili. de testib. l. nullum. C. illo tit. glo. in c. quia propter. in verb. secretæ. de elect.

478 Excusatur, quando vtraque pars consentiret. Bal. in marga. in verb. testis. q. 5. 1. per c. venerabili. de testibus.

479 Secundò excusantur in causis summariis, quæ sunt modici præiudicij. Bal. in l. prolatã. C. de senten. & interlocu. om. iudic. dixi in glo. deponentes. in §. cum verò. de colla. in concorda.

480 Tertiò possunt adhiberi in examinatione vnius testis alij testes, qui audiant eum deponere in arduis. cap. vt officium. §. verum. de hæretic. in 6. & sic partes aliquando iudici, vel commissario dant adiunctum, qui etiam interesse debet in examinatione testium.

481 Similem habens causam, à testimonio repellitur. ca. personas. de testib. c. causam, quæ. 2. de iudic. vbi dicunt doct. esse verum, quando esset similis in specie: secus si in genere, vt pote, quia vtraque est spiritualis. quia hæc similitudo non repellit. Pano. & alij in d. c. causam.

482 Socer pro genero, & econtra reprobatur. gl. in l. Testis idoneus. ff. de testib. & Bart. in l. qui testamento. §. quæcunque. de testa. quia socer vicem patris obtinet. l. quia parentis. ff. solu. matr.

483 Socius criminis reprobatur à testimonio. l. quoniã liberi. C. de testi. l. fi. de accusa. & c. quoniã. c. personas. de testi. tum quia est criminosus: tum criminis particeps. & dicitur socius criminis, siue socius fuerit ante crimen ad id perpetrandu͂: siue in ipso crimine, siue post crimen ad ipsum continuandum. Bal. consil. 487. considerandum. in 4. vol. siue deponat pro socio, siue cõtra. Alex. consil. 132. visa. in fi. vol. 1. per glo. in l. si filium. C. de liberali causa. etiam si ille socius non esset ad malum, nec putaret delinquere. Decius consil. 189. lætatus. nu. 7.

484 Excusatur tamen quo ad præsumptiones, & indicia, quæ facit sua depositio. glo. & doct. in d. cap. quoniam. & Panor. in c. 1. col. 2. de confessis. Alex. consil. 120. viso. num. 2. in 7. vol. Angel. in tract. de malefic. in glo. fama. vers. quæro, an particeps &c. & quo ad inquirendum, non quo ad torquendum ex illa sola depositione socij criminis, quando de sociis non erat interrogandus. in c. 1. de confesśis. Cyn. & Salice. in d. l. fi. de accusa. Alex. consil. 128. quoniam abunde. col. vlt. in vol. 4. Decius consil. 234. in effectu. col. 1. Hippol. consil. 78. salus. nu. 13. & seq.

485 Item excusatur, quando esset emendatus de crimine, & ageretur ciuiliter. Innoc. in ca. 3. de testib. Soci. in tract. fallen. reg. 425. Testis socius.

486 Item in delictis, quæ principaliter committuntur ad commodum delinquentis. Alex. consil. 89. viso. col. 1. 3. vol. vnde in facto socius admittitur contra socium. Areti. consil. 61.

487 Item saluatur, quando examinatur cum tormentis. Innoc. in d. cap. 3. & Soci. vbi suprà. ac Hippol. d. consil. 78.

488 Secundò excusatur in crimine simoniæ, tam in detestationem criminis, quàm quod per alios conuinci non posśit. tex. in cap. 1. de testib. in 6. glo. in c. per tuas. de simo. nisi fuerit particeps criminis & muneris. cap. veniens. 1. de testib. duo enim vincula repellere possunt: licet vnum non posśit. arg. c. 1. de treuga. & hæresis. ca. in fidei fauorem. de hæretic. in 6. ac læsæ maiestatis. ca. 1. & ibi Henric. Boic. de confesśis. & læsæ maiestatis, cùm æquiparentur. c. fine. 15. q. 3. glo. in c. si quis papa. 79. dist. & l. quisquis. C. ad leg. Iuliã maiesta. c. 1. de confesśis.

489 Idem

489 Idem in crimine conspirationis.cap.fi. de testib.cog.glo.in c.veniens,de testib. Spec. in tit. de teste.§.1.vers. item, quòd est socius criminis. Alex.consil.120.viso processu.col.1.vol.7.intellige,quando accusatus esset malæ famæ: aliàs repelluntur.c.per tuas.de simonia.glo.in verb. crimine.in c.in primis.2.q.1.

490 Item, quando ageretur de crimine ciuiliter.Bauer.in §.legatariis.col. vlt. insti. de testam. vel quando iudex ex officio procederet ad mulctam extraordinariam imponendam. quia tunc leuiores probationes sufficiunt.Hostien.in summa de confessis. §. qualiter vers. per participes. auth.& in rub. de extraordinar. criminibus puniendis.sub tit.de accusa.& vide plenius per Henricum Boic in d.c.1.

491 Idem quando socius criminis posset interrogari de sociis.Alex.consil. 69.visa.in fin.vol. 2. & an eis tunc credatur,vide in l.fi. C. de accusa. & ego ipse tradidi regulam negatiuam,cum 11.limitationib.in repe. l. Diuus.fol.2. cum seq. ff.de senatuscon.Silan.

492 Vltimò excusatur quo ad euitandum peccatum.c.præterea.2.de sponsal. secundum vnum intellectum.& in casu sing.cap.si quis papa. 79. dist.vbi particeps criminis,reuelando, ex omni culpa dicitur exutus: sed etiam remuneratione dignus,licet aliàs regulariter contra.l.4.§.fi.ff. de condict.ob turpem causam.l. solent. Ias. de præscrip.verb.alius casus traditur.in c.si quis.6.q.1.& in l.quisquis.C.ad leg.Iuliam maiesta.

493 Debet tamen opponens cauere, nec dicat illum socium criminis: quia fateretur delictum. sed pôterit accusare illum testem de pari delicto. glo.in c.1.in fin.de testib.lib.6. & in l.si filium.C. de liberali causa.Spec.in titul. de accusatore. §.1. vers.item repellitur &c.ibi,caue tamen.

494 Socius omnium bonorum in causa socij reprobatur.quia futurum commune lucrum,vel damnum esset.arg.l.1.§.in propria.ff.quando appell.sit.nec ergo admittitur pro socio, nec compellitur contra eum,argu.l.omnibus. & l. nimis. C.de testib.& idem si deponeret in illa causa, in qua est socius pactione,vel consuetudine,eadem ratione.§.legatariis.vbi gl.& doct.instit. de testa. glo.in c.insuper. vbi Henri.Boic.de testib. quasi futurum sit commune lucrum.arg.d.l.1.§.in propria.ff.quando appel.sit.Spec.eo.titul. §.1. versic. sed nunquid socius.

495 In aliis causis regulariter socius certorum bonorum,vel negotiationis,si nõ agatur de eius interesse,testis esse potest.l.quoniam.C.de testib. glo.& ibi Iacobi.in l. si duo rei. ff. si quis cautionib.Angel.consil.296.visis. col.1. Aret. consil.13. viso.col.10.

496 Maximè si sit socius re ipsa societate incidente. vt quando est factum legatum duobus in eodem testamento, tunc vnus collegatarius non dicitur verè socius alterius, & facta de sociis mentione isti non comprehenduntur. Alexan. consi.40. perspectis.in fi.vol.2.per glo.sing.in §. item si inter aliquos.de obliga.quę ex quasi contract.in institu.sequitur Bauer.in §.legatariis.col. penult.instit.de testam.

497 Si tamen esset eadem causa defensionis vnius, quæ est alterius, repelleretur vnus pro alio, quia saltem præsumptione iuris cõmodum & incommodum pertineret ad vtrunque. arg. l. si quis separatim.ff.de appella.& c.causam, quæ. de iud.Henric.Boic.in d.c.quoniam.Ioa. And.in addi. ad Spec. in d. vers. sed nunquid socius. in verb.communis.

498 Si verò sit socius habitationis, vel res sit diuisa,non repellitur etiam pro socio,vel contra, nisi reuocauerit ad animum iniuriam socio illatum. Aufrer.in deci.Tholo.q.94.faciunt not. per Bartol. in l.cum scimus. C.de agricol. & censit. libro 11.

499 Sollicitator à testimonio repellitur, ob affectionem,quam ad causam gerit. Anto. Imol. & alij in cap. cum à nobis. de testib. quando est sollicitator causæ. nempe sollicitator secundum adiunctum interpretatur:vt sollicitatores alienarum nuptiarum.l.1.ff.de extraord.criminib.

500 Excusatur,quando non haberet salarium. Roma.consil. 420. in proposita. Et parti dicenti eum salariatum incumbit onus probandi.l. ab ea parte. & l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationibus.

501 Sed ego tenerem, etiam si non habeat salarium à parte,tamen repellendum. quia non est minor affectio,quando non habet salarium.quia sperat habere, vel honorem, vel lucrum causæ: Ideo non potest inficiari quin magnam habeat. affectionem.& ita seruat praxis, vt repellatur si à parte sit constitutus.

502 Excusatur tamen, quando non esset constitutus sollicitator à principali: sed forte ad instantiam procuratoris, vel aduocati, seu amici partis semel locutus fuisset cum iudice, commendando eidem talem partem: tunc si is esset honestę vitæ & opinionis, eum non repellerem, vt etiam Felinus videtur tenere in d.c.cum à nobis.in fi.vel si esset causa pia, aut fidei, & doctor theologus sollicitasset,vt iustitia fieret, non esset ob id repellēdus.quia inde nullum est habiturus lucrum,nec commodum.

503 Excusari etiam potest, quando non esset solicitator,in hoc processu.quia non videtur habere affectionem ad istum processum.arg. ca. fi. de testib.lib.6. vbi idem dicitur in aduocato, & procuratore.

504 Excusatur etiam si alij testes iungerentur cum isto. per l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de edendo.

505 Nota, quòd ad instantiam vnius partis compelli non potest ad deponendum solicitator,qui secreta alterius partis scit, quoad secreta causæ:sed bene quo ad alia extra secreta.vt anno 1513.die 13.Martij pronunciatum est in Senatu. & anno 1520.mense Maio.

506 Spurij reprobantur à testimonio: quia dignitatibus repelluntur,legitimis extantibus.l.generaliter.§.spurios.& l.spurij.ff.de decur.sed quia ferre testimonium est dignitas.gl.in c. Testimonium.de testib.& in c.præceptum.3.q.5.

507 Et hoc maximè procedit,vbi requiruntur integri testes,vel omni exceptione maiores.vt in

l.in

l.in bonæ fidei.C.de rebus cred.& l.admonendi. ff.illo titul.de iureiurand.& cap.fi.co.titul. & sic non defertur iuramentum parti habenti spurium.Nicol.de Vbal. in tracta. de succeß. ab intesta.col.48.in paruo vol.

508 Et duo in criminalibus non facerent plenam fidem.per l.fi.C.de proba.Bal.in l. cunctos populos.nu.5.C.de summa trinita.

509 Item non possunt esse testes in testamento paterno,teste Spec.in titul.de instru. editio. §. compendiosè vt fideicom.sequitur Io. Lupus in repe.c.per vestras.fol.89.vers.conclusio.de dona. inter virum & vxorem.

510 In regno tamen Franciæ non obseruaretur, si persona spurij esset bonæ famæ: quia ex consuetudine regni non sunt infames. nam seruamus in hoc ius canonicum.c.nasci.& cap.vbicunque.66.dist.Bened.in repeti.ca.Raynutius.in princ. de testament. ideo ego non vidi repelli spurios à testimonio.

511 Surdus in his, quæ auditu percipiuntur, si nihil audiat,reprobatur:secus si sit surdaster.doct. in l.discretis.C. qui testam.facere possunt. Spec. in tit.de teste.§.nunc tractandum.vers.de auditu. Bald.in margar.in verb.testis.q.116.

512 Singulares testes à testimonio repelluntur, & eis non creditur.cap.Bonæ.1. & cap.cùm dilectus.de elect. & cap. tam literis. de testib. Ratio est,quia actus debet probari per duos testes ad minimum.l.vbi numerus.ff.de testib.ca.in omni. de testib.Sed quando testes sunt singulares, non probatur nisi per vnum, cùm de diuersis actibus deponant:ideo non probant, cùm sint contestes: nam in diuersum eunt. Bal. in cap. cùm causam. col.2.de proba. Et quia non est sufficiens numerus testium.Bal.in l.iurisiurandi. col.3.C.de testi. nam singularitas testium non consistit in sensu. Quia naturaliter quilibet testis habet proprium sensum ab alio teste separatum: & non potest vnus sensus numero esse in duobus corporibus, sed consistit in sensato, id est, quia non videtur vnũ & idem,sed diuersum numero,essentia, seu specie,vel qualitate. Et quia vbi testes non viderunt idem,non probant idem.Bald. in cap. cum omnes.nume.29.de constitu. & quando testes se referunt ad diuersos terminos,sunt singulares, si ad vnum communem terminum,dicentur varij. Bald.consil.33.Verba instrumenti.col.vltim. in 1. volum.Et testes dicuntur singulares, vbicunque dicta eorum ex diuersitate factorum separationem recipiunt.Bald.in l.1.col.2.num.8.C.si vnus ex pluribus appella.Lanfranc. in repet.cap. quoniam contra.in verb. Testium depositiones. col. 5.versic.vlterius est aduertẽdum.de probationib. vel quando loquuntur de diuersis.Bald.in 1.constit.Cod.§.Quibus.col.1.vel quando deponit de eo quod ipse solus & vnicus scit, & alius nescit: vel si scit,non deponit de eodem facto.Bal.consi. 394.In causa Ludouici.col.1.volum.2.& quando in rebus testificatis discrepant.Bald.consi.39.proponitur.col.vlt.volum.3. vbi dicit etiam esse singulares, quando deponunt super eo quod vnusquisque scit de se & de alio nescit: quia talis est facti natura, vt quando vnusquisque deponit se non citatũ.c.bonæ memoriç Magunt.de electio. Ex constructione apparet, an testes sint singulares,vel non. Nam si possint construi cum verbo pluralis numeri,vtpote cum verbo deposuerunt, propter discrepantiam,quia non terminantur ad idem, sunt singulares. Vt si Titius deponat de boue, & Seius de asino, non possumus dicere quòd Titius & Seius deposuerunt, quia inter eos coniunctio nulla est.l.per hanc. C. de temp. appellat.Si verò de asino ambo deponant, possunt cum verbo pluralis numeri construi,vt Titius & Seius deposuerunt de asino:quia hic terminus asinus,qui subiicitur probationi, est vnus & idem terminus,vnum & idem subiectum testificationis,secundum eum.

513 Vnde testes dici possunt singulares in decẽ prædicamentis. In prædicamento substantiæ, vt cum vnus deponit de Titio, alter de Seio. Vnus lapide fuisse occisum,alter ferro.Bal.in l.testium. col.5.num.14.C.de testib.Vnus dicit numeratam pecuniam Titio,alter procuratori Titij. Et substantia est duplex:corporea quæ patet sensui, vt ager,fundus,mancipium. Incorporea est contractus,obligatio,actio,dominium,& omne intellectuale.Bald.in cap.cùm causam.col.6. nume.27. de testib.In hoc prædicamento potest testis reddere rationem. Viuebat Titius: quia vidi eum viuere,vel eum loqui audiui.Audiebat, quia ad interrogata formaliter respondebat, vel non viuebat,quia tetigit eum, & non habebat pulsum nec motum, vel erat frigidus & rigidus absque motu.Nam accidentia & operationes remotæ à subiecto,manifestant corruptionem formæ substantialis: quia nunquam est forma substantialis sine operatione naturali. Vnde licet forma substantialis sit indiuisibilis, vt anima:tamen demonstratio denotat animam esse, vt Aristoteles testatur.

514 Secundò dicuntur singulares in prædicamento quantitatis,vt si vnus deponat de decem, alter de quinque:sunt enim quoad decem singulares,& quoad quinque,concordes. l. diem proferre.§.si plures.ff.de arbitr.Et quantitas rei est in visu, & quantitas verbi est sub verbo. Prima visui,secunda auditui subiacet,vt 10.& 20. Natura enim entium amicißima non decipit nos, sed vult quòd in subiecto non erretur,nec præsumitur errari, cùm sit naturale. Quia naturalia semper præsumuntur inesse nobis, vt sensus & ratio. l.ab ea parte.ff.de probat. Nam qui ius naturale negat alicui inesse, hoc debet probare.l. Nec codicillum.C.de codicil.Idem si vnus dicat, quòd tota res fuit vendita: alter quòd medietas. Bald. in l.testium. C. de testib. Refert Matthæ. de Afflict.in decis.Neapol.q. 72.Nardus. Et quantitas est duplex:continua, videlicet augmentum substantiæ.l.inficiando.§.infans.ff.de furt.& discreta est augmentum,vt dixi in repet.l.vnicæ.num.39. C.de senten. quæ pro eo quod interest. in gloss. quantitatem.Vel continua,vsque ad talem arborem promisit.Discreta,vt decem. Bald. in l. data opera.nu.32.C.qui accusa.non possunt.An stetur minori quantitati, quòd non, consuluit Alex. consil.64.visa.in 2.vol.

515 Ter

515 Tertiò, sunt singulares in prædicamento qualitatis,cùm vnus deponit de vino albo, alter de rubeo : vel vnus dicit furem noctu deprehensum, alter interdiu.l.furem. ff. ad legem Cornel. de sicar.vel vnus purè,alter sub conditione. cap. Cum Ioannes.de fide instru. Et est etiam qualitas rei:vt seruitus,& ordinaria iurisdictio.l.si quis diuturno.ff. si seruit. vendi.l.1. §. cum vrbem. de offic. præfect. vrb. Altera est qualitas verbi formata per verba loquentiũ.vt d.l.1.§.quod autem. Alia est hominis qualitas, vt virtus & scientia, in quam viri literati reddere secũdum scientiam suam testimonium debent.l.nemini. §. iurisperitos. C. de aduocatis diuers.iudiciorum. Et apud legistas qualitas est quicquid inducit alteratione subiecti,siue locus,siue tempus,siue quodcunque accidens.l.aut facta § qualitas.ff.de pœnis.

516 Quartò etiam singulares probantur in prædicamento vbi, seu loci : vt si vnus deponat sub schino,alter sub pino,vt de Susanna Daniel. 13.patet. Alexan. consilio 116. Postea.in 1.volum. & hoc prædicamentum subiacet visui, quia ad locum est spacium illuminandi à sole, vel igne: & sic non potest probari nisi per visum. Et de hoc prædicamento loquitur §.quantum.in auth. quibus modis natural.efficiant. legit. colla. 7. Et ideo maleficium in obscuritate noctis factum, est difficilis inquisitionis & probationis.l.Si cum exceptione.§.in hac.ff.quod metus causa.Cepol. cautela.229.Si aliquis. Angel.in tract.de malefic. in glo.comparent dicti inquisiti. in fin. Alexan. consil.4.in 6.vol.

517 Nota quòd quando factum super quo testes deponunt,non est iterabile,tunc si testes sint in loco varij, illa loci diuersitas inducit contrarietatem, & incompatibilitatem. Quia quando vnum factũ proponitur,& ad illud probandum de diuerso loco deponitur,falsum deponi necesse est. Verba sunt Baldi consil.25. Punctus infrascripti.col.1.in 3.vol. Secus secundum eum, si factum est iterabile, vt confesio:tunc loci diuersitas non reddit eos contrarios, sed singulares, & singularitas testium diuidit testimonia,& lacerat ea:quia omne diuisum laceratum est. & ideo nõ probant.vt l.testium.C.de testib.& l.ob carmen. §.fi.ff.illo tit. Vide Guid.Papæ in decis.Delphin. q.544.quidam elegit.&c.Vnde locus potest considerari dupliciter : videlicet vt designet partem locatam, in qua, vt sub pino, sub schino, vt in Susanna. Secundo modo vt designet partem in quam. Nam cùm dico fuisse percussum in facie, vel in pede, significo partem corporis in quam fuit ictus. Et differunt istæ duæ partes,in qua, & in quam:quia pars in qua,necessariò singularitatem denotat,& contradictionem implicat, quod idem corpus eodem instanti sit in pluribus & diuersis locis,& distantibus : & ideo testimoniũ est falsum,quia est contra naturam.Et quando vterque testis deponit de loco diuerso. Sed si vnus deponit de loco,alter non : quia dicit se non recordari, vel non est interrogatus de loco, licet isti testes sint singulares : tamen si locus non est de substantia probationis, talis solemnitas non vitiat : quia in subtilitate probandorum consonant.Cardi. Alex.in c.Nihilominus. col.pen.3.q. 9.Singularitas verò in quam,etsi reddat testes nõ probantes:tamen non infert necessariò eos inuicem aduersantes,si vtrunque compati possit: vt si vnus deponat talem percussum in auricula,alter verò in manu, dum fricaret auriculam : isti, quamuis singulares sint in parte corporis, tamen in identitate actus,vterque à vitio falsi saluari potest. Quia possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile. Secus si vnus deponeret quòd percusit in fronte,alter retro post ceruicem:quia hoc conuenire non potest: & meliorem testem, quàm rerum naturam non habemus, quæ mentiri non nouit. Verba sunt Aristotelis relata per Bald.in d.l.testium.

518 Quintò,in prędicamento temporis quando, vtpote quando vnus testis deponit factum esse Calendis Maij,alter Iulij.Illa diuersitas in tempore vitiat dicta testium.c. Nihilominus.3.q.9.Bart. in l.non solum.§.sed & probari.ff. de noui oper. nuntiat.Alex.d.consil.116.in 1.vol.Soc.consil.44. in causa.col.3.nu.3.in 4.vol.Ias.consi.2. Inter col. pen.vol.3.Lanfranc.in repet.clem.dispendiosam. col.9.de iudiciis.Et hoc prędicamentũ correspondet omni sensui : vtpote, quando vidisti,quando audisti,gustasti,odorasti,vel tetigisti? Respondet testis,Nudiustertius,heri,vel alio tempore,& memoria est hic sensus principalior. l. quidam.ff.de furt. Et quando est quæstio de tempore, debet tempus probari.l.eum actum.de nego.gest.

519 Sextò,sunt singulares in prædicamento relationis, vt si vnus deponat quòd pater occidit Ioannem, alter quòd filius. l. post mortem.ff.de adopt.l.Zenodorus.C.ad Macedo. vel vnus loquitur de domino, alter de seruo.l.moueor.C. si seruus exportan.veneat.Et in hoc prædicamento oportet testes extrema rimari : quia non esset relatio sine suis extremis.cap.per tuas.de probat.& not.35.q.6.c.de parentela. Et interdum duo testes probant vnũ capitulum, alij duo aliud seorsum: nulli probãt: sed ex testimoniorum coniunctione:vtpote duo testes probãt quòd Titius fuit filius Bertæ,alij duo probant quòd Martinus,si separatim accipiantur,non erit probatũ quòd Titius & Martinus sint fratres, si coniunctim probata erit fraternitas.glo.& doct.in c.licet ex quadam.de testib. Facit tex.in authen.de instru.cautela & fide. §. si verò nullus. collat. 6. cap. Cum Ioannes.de fide instrument.

520 Septimò,in prædicamento situs, vt si vnus dicat rem esse sitam in iurisdictione Bituricensi, alter in iurisdictione Montispessul.vel vnus dicit prope,alter longè.§.insula. Instit.de rerum diuis. Et nota quòd situs idem est quod locus, seu loci immobilitas.Et habet sex differentias,vt sursum, deorsum,ante,retro,dextrum & sinistrum,secundum Aristotel.in lib.1.de Cælo & mundo. Vnde si testes in his discordant, dissonãt in situ:vt si testis dicat,ante domũ,alter retro.Bald.in l.de quibus.col.antepen.versi.& nota quòd situs.ff.de legib. Et hoc prædicamentũ est sub visu, ideo cæcus nõ testificatur de situ,vtpote de finibus:quia color lustratus à sole,facit nos omnia videre,qui in cęcum non cadit.l.forma.ff.de censib.l.patro-

nus.§.1.de legat.3. Vnde in accusationibus, inquantum ponimus locū, vtpote in platea, sumus in prędicamento vbi. Sed inquantū loci ordinem designamus, & significamus locum per cōtinens, sumus sub prædicamento situs.l.libellorum.ff.de accusa.& habetur in c.præsentium.de testib.in 6.

521 Octauò, in prædicamento agere & pati. Vt vnus dicit, quòd pars voluit agere: alter dicit quòd egit, sunt singulares: cum aliud sit agere, aliud, agere velle.l.amplius.ff.rem ratam haberi. Vel vnus deponit Gaiū fecisse homicidium: alter dicit tulisse opem: alter dicit mandasse: alter dicit consuluisse.l.sæpe.ff.de verb.signif.In hoc prædicamento redditur ratio per visum, vt vidi percuti talem.Bal.in d.c.cum causam.nu.42. de testib. aut de verbo ore prolato, & tunc per auditum, vt iniuria, est quasi prædicamentum, non agere nec pati.l.1.§. cum arietes.ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Pati etiam probatur per testes, & dicuntur pati, prout inest patiēti: sed facilius probatur facere quàm pati: quia facilius comprehendit testis vitam quàm mortem. Nam multi mortui videntur, qui non sunt. Ideo deponens de morte alicuius, debet dicere quòd corpus erat sine pulsu & motu, totum frigidum & rigidum, vel putridum: vt suprà dixi in 1.prædicamento.& tradit Bald.in d.l.data opera.num.63.

522 Nonò, in prædicamēto habere, vtpote vnus testis dicit talem habere rem ad proprium vsum: alter ad communem.l.hoc legatum.ff.de legat.3. Vel vnus dicebat, quod possidebat pro domino; alter pro creditore. l.Titia.ff. de solut. Vel vnus dicit, quòd talis habet talem mulierem pro concubina, alter pro vxore. In hoc ergo prędicamento redditur ratio per visum. l. stipulatio. §. hoc quoque.ff.de verb.obli. & hoc de habere corporali: sed intellectuale habere non probatur visu, nisi præsumptiuè, quia visa naturali possessione pręsumitur ciuilis.doct.in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acq. posses. Et quia habere in multis consistit diuerso modo, ratio reddi debet secundū subiectam materiā: tunc perfectè enuntiamus, cum secundum subiectam materiam loquimur, teste Aristotele, quem sequitur Bald.in l. data opera.nu.45.& seq.C.qui accus.nō possunt. vbi plenè tradit. Item quandocunque differentia est probanda, illa differentia reddit testes singulares. Et ista inspectio potest singulariter reduci ad quatuor causas; puta ad differentiam causæ efficientis. Vnus dicit quòd Petrus fecit, alter quòd Ioannes. Item ad differentiam causæ formalis. Vnus dicit de stipulatione, alter de nudo pacto. Et idem ad differentiam causæ materialis. Vnus deponit quòd fundus fuit venditus cum domo, alter sine domo. Item ad differentiam modi seu causæ finalis. Vt vnus dicit quod fuit contractus do vt des, alter, quòd fuit do vt facias. Bal.in d.l. testium.nu.14.C.de testib. Et octo modis quis dicitur habere, quos tradit Florent.in 3.parte summæ, tit.9.c.11.rub.de testib.§.fin.

523 Decimò, dicuntur singulares in sensu sic, vt si vnus deponat, audiuisse talem confitentem, se habuisse decem aureos mutuò: alter dicit se vidisse mutuare, non plenè probant, sed quoddam indicium faciunt. Bal.in l.si ex cautione.q.12.C. de nō num.pecu.Cy.in l.2.C.quæ sit longa consuet.Bertrand.consi.216.ex productis.colum.2.& seq.in 3.vol.secundum nouam impresionem. & Alex.consi.143.quoniam abunde.col.1.vol.2.

Idem super causa, si vnus vnam assignet, alter alteram. Alex.consi.100. Super primo.col.penul. in 1.vol. Quod ego intelligerem verum, quando illæ causæ ad vnum effectum non tenderent, vel quando nō possent simul iungi: aliàs secus. argu. l.qui sententiam. C.de pœnis. Nam vbi propter singularitatem testium vacillat depositio, ibi singularitas omnino vitiat. Feli. in c.licet ex quadā. col.4.versi.modò aduerte.de testib. vbi etiam testes dicit non esse singulares, quando sunt contestes respectu finis, per d.l.qui sententiam.

524 Vndecimò, in verbis dicuntur esse testes singulares; vtpote si vnus dicat testatorem dixisse, talem hæredem instituo: alter dicat, eundem dixisse, sit hæres; & his verbis vsum Alexand. consilio 176. Visis narratis. colum.2.volu.7.vbi plus dicit, quòd si sit necesse probare verba formalia, oportet quòd in verbis testes conueniant, aliàs sunt singulares.Soc.consi.253.In causa.volum.2. Corne.consi.153.colum.2.vol.1.& consil.172.Primus.col.6.& seq.in 2.vol.Panor.& alij in c. nihil obstat.de verbor.signifi.Barba.in rubr.de proba. num.20.& consil.54. Illud.col.7.num.12.vol.1.& consil.75.Sapienter.colum.3.vol.4. ac consil.80. Quàm egregiè.colum.2.ibidem.& consil.88. Sapienter.colum.2. eod. vol. Cotta in 2. parte memora.in verbo testes concordantes. Hippolyt.in rubr.de probat. folio 43. Non tamen curatur de verbis, nisi sit inter partes contentio. Anton. in cap.Cum ecclesia.de causa posses.Refert Corne. consi.2.Viso.in fin.vol.1.

525 Duodecimò, quando testes sunt singulares, non defertur iuramentum in supplementū probationis; quia non probant. Imò vnus plus probat, quàm mille; nisi singularitas esset adminiculatiue.Lanfranc.in repeti.l. Admonendi.col. 20. in conclus.2.ff.de iureiuran.Barbat.consil.72.Sapienter.col.13.vol.4.Alex.consil.19. Non minuitur.in fi.& consil.21.Repetitus.volum.4. Hippol. consil.51.Licet.nu.3.

Vltimò reprobātur testes qui possunt esse singulares, vtpote qui deposuerūt talem decem annis possedisse, sed non deponunt de quibus.Bart. in l.Celsus.in fi.ff.de vsucap. Bal.in l.fi.15.oppos. C.de edict.diui Adria.tollendo.Aret.consi.122.In præsenti.col.pen.Corne.cōs.13.quāuis.in fi.vol.1. & cons.40.viso.ac consi.110.videtur.vol.3.& consilio 112.viso themate.col.1.vol.1.& cōsi.135. visis. col.2.ibidem.& consi.250.viso statuto.col.2.ibid. ac vel nisi in quolibet intellectu conclusiuè probarent intentionem producentis: vtpote si testes deponant, Titium occidisse Gaium ense, alij clava: tamen valet, eo quòd homicidium concludunt. Alexand.in l.Inter stipulantem.§.1.Nisi appareat eos in vno esse contestes.Corne.consi.130. viso libello.col.2.vol.1.

526 Saluantur quando plures actus habent vnā originem & vnam causam: tunc illa origo probatur per testes singulares, vel quando ex di-

ctis

ctis testium nō resultat nisi vnum factum quod deducitur. Vt si vnus deponat me iurisdictionem exercuisse in causa Titij, alter in causa Martini, singuli de iurisdictione deponunt. Bald. in cap. licet. 2. in fi. de testibus. & in Margar. in verb. testis. quæst. 31. Guido Papæ in statuto, si quis. in verb. testes. col. 8. versic. sed an depositiones. Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra. in verb. testium. colum. 5. de probat. Vel si vnus dicat me possidere, quia vidit me collegisse frumentum, alter vinum, probant possessionem. Vel si vnus deponat quòd Titius volebat inuadere castrum, alius dicit, voluisse occupare, alius capere, probant delictum. Innoc. in cap. qualiter. 2. colum. penul. de accus. Sic consueuit Ancharan. consil. 439. ex prædicta col. 4. num. 8. & 9. in 2. quæst. & Alex. consil 117. viso processu circa finem. vol. 2. Idem si quis dicat, talem fecisse concusionem in tali causa: & alius in alia causa, probant concusionem in genere, licet singulares: & ita iudicauit magnum consilium contra quendam anno 1550.

527 Secundò excusatur in crimine hæresis: vt si vnus deponat audisse talem hæreticum dixisse venerandos non esse sanctos, alter, ieiunandum non esse: vel aliam propositionem, certè hæreticus iudicabitur. Bald. consilio 205. præponitur. in 4. volum. & consil. 465. visis. colum. 1. volum. 4. & in cap. Cum omnes. num. 28. versic. Quærit collecta. de constitut. & l. vna. C. qui numero tutel. Corne. consilio 91. visa facti. colum. 13. volum. 1. Bertrand. consilio 48. ex processu. num. 22. vol. 1.

Hoc verum, quando inducerentur testes ad probandum hæresim in genere: sed quando talem hæresim in specie, tunc singulares testes non probarent. Felinus in dicto cap. licet ex quadam. colum. 5. in secunda limita. de testibus. Et sic debet intelligi dictum Ioannis Andr. in cap. vt officium. §. 1. de hæret. in 6. Baldus in Margar. in verb. testes singulares. quæstione 143. Idem in crimine læsæ maiestatis, cùm æquiparentur. l. Manichæos. C. de hæret. Ioan. de Ana. in cap. Licet Heli. de simon. quem refert & sequitur Hippolyt. consilio 1. numero 27. & sequen. Idem in causa vsurarum, si vnus dicat Titium mutuasse decem aureos ad vsuram tali tempore, & alter mutuasse centum alio tempore, probant. Vel si aliqui dicant, vni ad vsuram mutuasse, alij alteri. Alexand. consilio 72. inspecto. colum. 2. in 1. volum. Licet contrarium teneat Iason consilio 78. visis. colum. 2. & sequen. volum. 3. sed primæ sententiæ hæret Angel. in disputatione incip. Astensis miles. colum. 14. versic. his autem sic decisis. Nisi testes deponerent, quòd sibiipsis mutuauit. Nam tunc eis non creditur: quia in facto proprio in quo commodum habere possunt, ratione vsuræ eis restituendæ. Baldus in l. dictantibus. C. qui testament. facere possunt. Fallit quando protestaretur se nolle ex illo testimonio aliquid commodi percipere. Felin. in cap. personas. in fin. de testib. Tho. Ferra. cautel. 40. Testimonium.

528 Item saluantur quando agitur de probando actum in genere. Nam si vnus deponat quòd talis erat furiosus, quia vidit quòd proiiciebat lapides, vel panem: alter deponit quòd tenebatur ligatus, probatur ex his furor. Alexand. consilio 14. ponderatis. colum. 2. volum. 1. & consilio 85. viso. in fin. volum. 2. & consilio 10. diuini. colum. 2. in 6. volum. Dec. consilio 448. vis tota. Alexand. in l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. Vide tamen Dec. in cap. licet. not. 9. de proba. vbi dicit in hoc casu, quòd vnus testis alteri adminiculatur: sed non coniunguntur, vt plena probatio habeatur. Corne. consilio 91. visa facti. colum. 13. volum. 1. Idem si agatur de probatione, quòd nauis præteriit: secus si certa nauis. Alexan. consilio 112. in causa. col. vlt. vol. 4.

Fallit quando non assignarent causam, vel minus sufficientem: quia sicut non probant actum particularem, ita nec in genere. Ias. consilio 81. communitas. colum. 4. versic. nec ad hoc. in 3. volum. Fallit etiam quando tractatur de probatione alicuius rei, in qua tempus sit de substantia, vtpote quia possedit tali tempore. Alexand. consilio 72. Inspecto. colum. 2. Et consilio 100. super primo. colum. 4. num. 5. in 1. vol. per gloss. singul. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Quam sequitur Panor. cap. cum dilectus. notab. 4. de elect. & Socin. consilio 105. viso processu. colum. 2. in 3. vol. Vnde si plures testes deponant Titium possedisse decem annis, non probant: quia cùm non deponant specificè de eodem tempore, possunt esse singulares: quia de diuersis tēporibus deponere, & possessionibus intelligi possunt. Bart. in l. Celsus. in fi. ff. de vsucapi. Ias. consi. 81. communitas. col. 4. in 3. vol.

529 Item saluantur dum deponunt in actibus habentibus factum successiuum, & indiuiduum, vt in hæreditatis aditione, in iurisdictionis probatione, possessionis, seu quasi. Socin. consilio 295. in causa contra filios. colum. 2. in 2. volum. Probus in addit. ad Ioan. Monachum, in rubr. de hæretic. in fin. Licet contrarium teneat gloss. in cap. Nihilominus. 3. quæst. 9. & text. in cap. licet. vbi Bald. de probat. Panormit. consil. 43. ex multis. col. 2. vol. 1. & Ias. in consi. 154. in causa. colum vlt. in 2. volum.

530 Saluantur etiam quando iudex per illos singulares testes induceretur in credulitatem: vtpote quia sancti viri: quia tunc illis credere poterit. Paul. in l. admonendi. colum. 7. ff. de iureiurand. & in l. Lucius. de his qui not. infa. Vbi dicit Bartolus quòd iudex potest non credere testibus, etiamsi contestes sint: pariter si contestes non sint, moueri potest ex quibusdam causis ad credendum. Socin. consilio 37. viso. volum. 3. vbi dicit quòd omnis virtus probationis arbitrio iudicis ponderatur, & diiudicatur an sit sufficiens vel non. l. 3. §. tu magis. ff. de testib. Sequitur Probus in cap. vt commissi. colum. 1. de hæret. licet corruptè alleget Socin. hoc dicentem. Hoc plenè probat Hippolyt. singul. 114. vulgatum. Item excusantur in eo, in quo non sunt singulares. Corne. consil. 223. in hac. colum. 1. volum. 1. Item in probando generalem consuetudinem. Decius consilio 586. in causa. colum. 1. Philip.

Peruſ.in regul.ſine poſſeſsione.colum.1. de regulis iuris in 6.

531 Item ſaluantur, quando in dicto principali ſunt conteſtes, in aliis ſunt ſingulares. Dec. in cap. licet.not.9. de probationib.per glo. in cap. Cum eccleſia.de cauſa poſſeſ.& in c.dudum.de cōuerſ. coniugat. Alex.conſil.53.in cauſa.nu.4.in 1.vol.

532 Item excuſantur, quando ad eundum rei finem & effectum tenderent. Baldus in rubric. controuer.inueſtiturę.columna prima.& in cap. bonæ. columna quinta. de elect. & in cap. licet. colum. 7. de probat. Facit lex Qui ſententiam. C.de pœnis. Iaſo.conſilio 131. domina. columna penult.in 2.volum. Calca.conſilio 9. & conſilio 76.Decius conſilio 650. colum.2. Barba. conſil. 29.illud.colum.7.volum 1.Hippolyt. in rubr. de proba.folio 43. colum.1.verſic.dico enim, quòd incertitudo &c.Nam Euangeliſtę vnum & idem tradunt euangelium Chriſti in effectu: ſed in verbis diuerſum. Tex. in c.periculoſè. de pœnit. diſt.1.Barba.conſi.47.præclarè.col.2.in 2.vol.

Et quamuis teſtes ſemper videantur ſingulares, quia quilibet deponit de proprio ſenſu, tamen vna eſt veritas & vnum obiectum, ſicut per multas vias itur Romam, & finaliter eſt vna concluſio: ita per multos oculos vna videtur veritas: & iſta eſt conuenientia & coniunctio ſenſuum in idem. Baldus in cap.Bonæ.1. colum. 3.in fin. num. 9. de elect. Alexand. conſilio 64. viſa. columna penult.in 2.volum. Vnde duplex eſt ſingularitas, quædam contradictoria & obſtatiua: & iſta inficit teſtimonia, vt non probent teſtes, de qua ſuprà diximus in teſtibus Suſannæ. Altera eſt adminiculatiua: & hæc non inficit teſtimonium: vt quando teſtes per diuerſa media conformia tendunt ad eundem finem: vt ſi duo de fama, alius de veritate. Baldus in rubric. de controuer.inueſtituræ, quem ſequitur Barbat.conſilio 29.Illud afferam.num. 13. verſic. modo ex.in 1.vol.& dicto conſi.47.volum.2. & conſilio 40. A Ioue. col.13.vol.3. ac conſilio 72. Sapienter.colum.13.in 4.vol. & conſil.80. quàm egregiè.col.1.ibidem.

533 Item ſaluantur ad probandum communem opinionem & famam. Nam ſi vnus nominat aliquos, alter alios. & vnus dicit, in platea audiuiſſe, alter in alio loco, probabunt. l. ob carmen.in fin.ff.de teſtib. Hoc expreſsim docet Bartolus in l. de minore. §. plurimum. col.6. verſicul. ſed quid ſi teſtes.ff. de quæſtio. Alexan. ſequitur in conſi.51.viſo & diſcuſſo.col.2.vol.1.

534 Item ſaluantur, quando negocium & factum eſſet vnum & connexum, vt ſi quis velit probare quem irregularem, eo quòd poſt excommunicationem celebrauerit: & vnus teſtis dicat audiuiſſe, Gloria in excelſis: alter dicit interfuiſſe quando in altari dixit, Agnus Dei. tunc probatum erit factum. arg.l. Cum antiquitas. C. de teſtament. ſic ſcribit expreſsim Bald. in l.Ob carmen.§. fi.ff. de teſtib.poſt glo. in cap. Nihilominus.quam Bald. non allegat.3.quæſt.9. reſtringe duobus modis, vt per Felinum in cap. licet ex quadam.col.pen.de teſtib.

535 Item excuſantur, quando deponunt de actu reiterabili: quia tunc non dicuntur ſingulares. Alexan.conſil.53.In cauſa.col.2.vol.1. Nam tunc debent concordari, vt dixi ſuprà de concordia teſtium, poſt docto.in cap.Cum tu.de teſtib.Niſi deponerent de duplici partis confeſsione: tunc non iungentur, vt probent. Anto.Butr.in c.Licet ex quadam.de teſtib.quē refert & ſequitur Alex. conſi.36.viſo proceſſu.col.vlt.in 5.vol. & Hippo. in practica ſua criminali.§.diligenter.nu.14. cum ſeq. Imò ſi teſtes poſsint ex congrua verborum interpretatione adiuuari, erunt ſingulares. Bald. in d.l.de quibus.ff.de legib quem refert & ſequitur Lanfranc.in repet.cap.Quoniam contra.col. 5.verſi.Circa iſtam.de proba.

536 Senſus corporis quinque ſunt. gloſſ. in l. quod meo.ff.de acquirend.hæred. & cur tantùm quinque tradit Cælius Lectionum antiquar.lib. 1.cap.50.& ſequen.Senſuum autem alij ſunt corporei, alij incorporei & intellectuales qui ſunt in anima. Bald.in cap.cauſam.2. colum.1. de teſtib. argu.l Seruus.§.incorporales. ff.de acquir.rerum dom.& inſtit.de reb.corp. & incorp. Deus enim ſua gratuita bonitate genuina fecit hominem, vt eſſet vltima, id eſt finalis perfectio in materia: & ingeminata eſt natura ſecundum Albertum in lib. de propriet. rerum. Contulit autem homini omnium rerū virtutes, & conſtituit eum regem in medio animalium omnium, & terrenorum, & eſt ſicut ſol in medio cæli, & ſicut rex apum in medio populi ſui. Nā in apibus ſunt duo exemplaria: ſcilicet concors ſolicitudo populi, hoc eſt multitudinis, cum obedientia, & regis benignitas, & prudentia. Et quia operationes hominis ſunt multæ & nobiles, dedit ei & neceſſaria nobilia organa & inſtrumenta, id eſt temperatiſſimos & moderatiſsimos ſenſus: cui dedit refectionem per animam intellectiuam. Nam Politicon 7.c.inquit Ariſtotel. Teſtis eſt mihi Deus, quòd in eiſdem ſumus fœlices nos & dij, ſcilicet intellectibus illuſtrantibus, ſibi datis ſenſibus. Vide multa de ſenſu per Barbat. in cap.1. col. 14. & ſequen.de conſtitut.

537 Primus ergo eſt ſenſus viſus, & tendit ad viſibilia, ſicut ſunt corporea & qualitates corporum, vt ſunt colores: & circa quantitates corporum: quia magnum & paruum corpus viſu cognoſcitur. Inſtitut. de rebus corpor. Vnde ait Ariſtot.Metaphyſic. 1. quod videre magis diligimus, quia plures & certiores nobis differentias demonſtrat. Videmus autem mediante lumine: nam omne quod manifeſtatur, à lumine manifeſtatur. Et vas luminis eſt oculus, & ſine oculis non videmus.l.diſcretis. C. qui teſtam. facere poſſunt. Et quod oculi teſtium non vident, non poſſunt teſtificari. Bald. in l.2.colum. penult. C. de reſcind.vendit.Iaſ.conſilio 126. Alluuionis.in fin.vol.4. Vnde inoleuit adagium, Teſtem oculatum & auritum eſſe debere. Et ſenſata oculi (teſte Philoſopho) ſunt decem, Pulchritudo, lux, tenebræ, color, corpus, ſigna, ſitus, remotio, propinquitas, motus, & quies, vt refert Bal.in cap. Cum cauſam.col.5.num.35. de teſtib. Aliquando viſus ponitur pro omni certitudine. l. Teſtium. C. de teſtib.cap.teſtes.3.quæſt. 9. vbi gloſſ.& cap. Vide

quantum

quantum bonum est claritas.1.q.1.c.vidêtes.12.q.1.& c. vides.23. q.6.Prouerb.vltimo, Gustauit,& vidit quoniam bona est negotiatio eius. Vnde dicit Isidorus lib.etymol.11.cap.1.quod visus dictus est, eo quòd est viuacior & præstantior cæteris sensibus,siue velocior. Nam visus,teste Fulgentio, reliquos quatuor inspicit sensus, qui & eum qui clamat videt & palpata notat, & gustãda inspicit,& odoranda intendit. Vide super hoc plenè Fel.in c.cum causam.col.7. de testib.vbi dicit testem recipiendum deponentem de visu,si materia congruat visui, licet etiam alio sensu percipiatur. Vt si testes deponãt Titiũ promisisse decẽ Gaio,quia viderũt,valet eorum dictum,quia ipsi viderunt personam Titij, cum persona Gaij, cui promissum extitit: & sic interfuerunt, & præsumuntur audiuisse verba. Secus si testis deponeret de visu in materia quæ percipitur aliter, quàm auditu. Nam tunc non probarent,secũdum eum allegantem. Bal.in l.testium.C.de testib. Tamen vnicuique sensui propria natura data est. Nam quod videndum est,oculis capitur:quod audiendum est, auribus. Mollia & dura tactu æstimantur: sapor gustu: odor naribus ducitur. Lucas de Penna in l. nemo. colum. 5. de re militar.lib. 12. Apertius tamen deponit quis per nomen proprium illius sensus. Bald.in Margar.in verbo,testis.q.162. Nam oculus est sensus sensuum,& porta intellectus, sicut manus est organum organorum. Ideo aliquando pro pede sumitur,vt in inuestitura manuali.l.1.in princ.ff.de acquir.possess. Per visum intellige omnem sensum corporeum, prout melius adaptari potest rei sentiendæ. Et sicut in altiori & notabiliori parte capitis, secundum intellectum, scilicet in regno cerebri inferius & posterius sedet oculus corporalis:ita oculus intellectus nobilior est oculo corporali. Bald. in c.cũ causam.col.1. Et sic visus est princeps sensuum: verũ est quando ponitur æquiuocè secus si vniuocè & propriè. Bald. in c.fin.de iur.calum. Duplex tamen est visus corporeus,quia per corporalia videmus æterna, vt ait Apostolus. Item per possessiones lõgissimi temporis,dominia videmus,id est cõtemplamur, & argumento mentis cognoscimus.cap.seruitium.18.quæstio.2. Dicunt tamen Baldus & Imol. in l. 1. ff. de his quæ in testament.delent. quòd triplex est visus: vnus propriè quando quicquam oculis corporeis prospicitur: alius impropriè sumitur,pro omni sensu corporeo.dict.cap.testes.3.quæst.9.quidam improprijssimus,vt ille qui oculo intellectus percipitur.l. quid tamen.§. si arbiter. ff. de arbitr. & l. item apud.§.si quis sic fecit.ibi, video dominum iniuriarum agere posse.ff.de iniuriis. An quis de visu alieno deponere possit, videtur quod sic. Genes.45.cap.En oculi vestri & oculi fratris mei Beniamin vident, quòd os meum loquatur ad vos: sed ibi de visu potius intellectiuo accipiendum est, teste Luca in l.vnicuique. colum.5. C. de proximis sacror.scrinior.lib.12. Et sic saluatur testis,quando dicit se vidisse quod oculo corporali videri non potest, vt ad oculum intellectus referatur. Bartol. in l.1.ff.de aqua quotidia. Alex. in l.1.in fin.princ.ff.de verborum obligat. Claud. Seicel.per illum text.in l.1. §. Ius naturale. de iustitia & iure.

Post visum est auditus,qui est sensus multum notabilis & velox,ex natura conformatur & melioratur & in ipso, per quem acquiruntur etiam virtutes & scientiæ, sentimus etiam melodias & mœrores. Nam qui cantant, verisimile est quòd gaudeant, & contristentur qui plorant.l.1. §.potuisset.ff. de Senatusconsul. Silaniano. Et sensus visus & auditus sunt nobiles. Baldus in prooem. Decret. Gregorius.nu.18. Et duplex est testimonium de auditu. Archidia.in cap.hoc videtur.22. q. 5. vbi ponit octo casus in quibus requiritur oculorum testimonium,vt visus.

Tertius sensus est odoratus: nam in odoribus consistunt nobilia, & cor hominis confortantia,& contra horribiles odores, maximè qui in viis Parisiensib. sunt, corrumpunt vas humanum. Dicit enim Philosophus in secretis secretor. quòd in odoratu reficitur anima. Baldus in dict.cap.causam.

Quartus sensus est gustus, qui sentit sapores. Dicit Galenus,quod bene sapit,bene nutrit. Horribiles autem sapores idem sunt quod venena. Bal.d.c.cum causam.

Quintus sensus est tactus, qui est attributus manibus licet toti corpori & cuilibet sensui insit,cum sit necessarius. Ait Aristotel.2.de Anima, quòd omnis sensus est passio, quæ fit tactu quodam. Vnde probatur aliquid non esse per hoc quod inuenitur abesse: vtpote quia non inuenitur pulsus in homine,nec motus in corpore, apparet, ipsum non viuere. Et ait Galenus, quòd pulsus est præco qui non mentitur. Et non habere pulsum idem est quod mors in habentibus animam sensitiuam. Nam sicut viuere, viuentibus est esse, ita non viuere, est non esse, quod dicitur mors. Et sensus est motus à corpore naturæ sensibilis. Oportet ergo testes habere scientiam sensuum, & discretionem & differentiam, vt sciant eos distinguere naturaliter: alioqui quod vident ignorant.l.1.C.de falsa moneta.Bal. in d.cap.cùm causam.

538 Ex prædictis patet, non valere dictum testis,si non deponat per aliquem ex sensibus corporis.cap.testes.399.l.solam.& l.testium.C.de testib. Et si res sit duplici sensu perceptibilis, debet per duplicem sensum deponere.cap.1.14.quæst.2. Barbat.in cap.2.col.7.de consuet. Sufficit tamen quòd testis dicat, quia præsens fui. d. l. testium. quia omnis sensus hoc verbo,præsens fui, significatur,secundùm Bald.in d.l.cum causam.col.5. de testibus. vbi tradit quòd si notarius in instrumento dicat,in omnibus interfui, ex tali scriptura probatur visus & auditus.cap.super eo.vbi Felinus col.vlt.de testibus cogend.& cap. peruenit. 2. ibidem Decius consil. 630. in causa.colum.2. Hoc intellige,si dicat, scio,quia interfui: vel supradicta sunt vera, quibus interfui. Hoc etiam notab.8. Anchar.per illum tex.in cap.cùm Ioannes.colum.2. de fide instrum. firmat, dicens neminem posse dicere se fuisse præsentem, nisi intellexerit.l.diem proferre.§. coram. ff. de recept. arbitr. Secus si de præsentia alterius deponeret

quia potest interfuisse, & non audiuisse, nec vidisse. cap. auditis & intellectis. de elect. Idem in titul. de procur. in eodem cap. Baldus in cap. fin. in fin de iuramen. calum. Bartolus in l. si per illum. ff. de aucto. tutor. Sed si vellet aliquem probare consensisse, tunc non sufficit dicere quòd præsens fuit. Baldus in l. 2. §. voluntate. ff. soluto matrimonio. Vide alios casus per Felin. in cap. Cum causam. colum. 8. versicul. secundò declara de testibus. Item in testimonio conscientiæ non est reddenda ratio per sensum corporis. Bald. in §. 2. Si de inuestitur. inter dom. & vassal. lis oriatur. refert addit. ad Bal. in l. Solum. colum. 2. C. de testibus. Item si super ætate deponeret. Bartolus in l. de ætate ff. de minor. Baldus in l. 2. per illum textum. C. de tempore appellat. Bald. plenè in consil. 218. testes. vol. 4.

Idem si diceret, Scio quia coram me actus fuit factus. Quia verbum coram, includit scientiam & intelligentiam. cap. vt circa. Vbi Domi. in §. 1. de elect. in 6. l. coram. ff. de verb. signific.

Idem si diceret, Scio, quia sum vicinus. Bart. & alij in l. 1. ff. si certum petat. Felin. in cap. literis. colum. 2. de præsumptio.

Valet etiam si testis dicat se recordari, quia reperit in suo memoriali, quod tunc scripserat. Baldus in l. iubemus. colum. penult. C. de testam. per illum tex. Felin. in dict. c. cum causam. col. 9. versic. Sextò not. Alias limitationes supplebis in verb. rationem &c.

539 Subditus alicuius domini reprobatur à testimonio, si ad voluntatem domini imponi ei onus posśit, & (vt nostri dicunt) si sit talliabilis ad voluntatem. Quia hoc casu non auderet contra dominum deponere; alioqui dominus ab eo exigeret, & imponeret collectam quam volet. Quamuis intelligatur de voluntate iuxta arbitrium viri boni. l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. libertor. Hoc copiose docet Benedict. in repet. cap. Rainutius. in verbo, condidit 1. nu. 18. cum seq. de testam.

Licet de iure dominus altæ iustitiæ non posśit collectam imponere extra quatuor casus à iure permissos. Videlicet, si dominus velit ire ad visitandum terram sanctam. cap. fortitudo. 23. quæstione 3. & in Bulla Cœnæ Domini dixi. Facit cap. Magnæ. & sequent. cum cap. Ex multa de voto. Item si captus sit in bello, nec posśit se sine graui rerum suarum damno redimere. Albert. in dictionario, in verbo, dominus facit. c. Cum Apostolus. §. prohibemus. de censibus. & §. item si delator. Quæ fuit prima causa benefic. amittend. & moderatè & charitatiuè exigi debet, non cum violentia. dicto §. prohibemus. Docet Ioan. Rayuard. in comprehenso feuda. tit. de prohibita feudi alienat. §. firmiter.

Idem si filium militem faciat, vel ipsum dominum. Et hoc fit ne minuantur bona domini, nec status eius. argumen. l. 3. §. præses. & l. honor. ff. de muner. & honor. l. ad subeunda. C. de decur. Sed istum casum reiicit Ioan. Blanchi. in sua feudor. summa. tit. quibus modis feudum amittat. dicens sibi debere imputari, qui ad has impensas se adstrinxit, & non est ei subueniendum, qui se posuit in necesśitate. l. si fideiussor. ff. qui satisdare cogantur. l. 2. §. penult. Si quis cautio. refert & sequitur Ioannes Raynard. in dicto §. firmiter. num. 28. Guido Papæ in decis. 57. An vassallus. Vel filiam nuptui tradat: quia pro dote opus est magna pecunia, & pro impensis matrimonij. Ideo his debere succurrere subditos. Benedict. in repetitio. cap. Raynutius. in verbo, dotem, de testam. Francisc. Marc. in decis. 65. in 2. parte.

Pro refectionibus etiam pontium necessariorum. Alexand. in addit. ad Bartol. in l. placet. C. de excusa. muner. lib. 10. Tamen iste casus non recipitur, nec est de casibus quatuor, quos dominus meri imperij, seu altæ iustitiæ habere dicitur, & tres casus non sunt reiterabiles, vnus verò sic in personis plurium filiarum: sed non in vnius persona filiæ, teste Masuer. in titul. de taliis. §. item quatuor casus. Vbi etiam scribit quomodo imponi debeat.

In his tamen casibus, & aliis in quibus aliquid exigit, hoc cum moderamine & ratione fieri debet, & non ad grauamen. cap. vnio. 10. quæst. 3. c. cum Apostolus. §. prohibemus. de censib. Hostiens. in summa illius tit.

Notandum est tamen etiam hos quatuor casus nullo iure approbatos, nec quidem iure feudorum, cùm nec ipse princeps quidem posśit à subditis suis collectas indebitas exigere. cap. vno. de capitul. Corrad. & in §. firmiter. de prohibit. feudi alien. per Federic. & iura debita à vassallis colliguntur. in cap. vno. de noua forma fidelita. & cap. de forma. 22. quæst 5. Cyn. in l. 2. num. 7. C. quæ sit longa consuetud. Baldus in cap. vno. de capitul. Corradi. Facit lex cùm scimus. §. caueant. C. de agricol. & censit. lib. 11. Ideo concludit Petrus Iacobi. in sua praxi, titul. de causis ex quibus vassallus. hos quatuor casus nullo iure debitos, dominósque non posse imponere collectam, etiam in his casibus; imò principes ipsos ad restitutionem teneri, nisi ad euidentem reipubl. vtilitatem imponant.

Ego existimarem, in patria, vbi esset antiqua consuetudo, cuius memoria non est in contrarium, quam dominus probare tenetur, in his quatuor casibus imponi posse collectam vassallis, aliis non: quod probat Guido Papæ consilio 1. num. 9. in consuet. Burg. in rubr. *des inuestitures*. §. 4. & Ioan. Raynard. in dict. §. firmiter. post Alexand. consilio 35. Viso themate. in 2. volum. Iacobi. in tracta. de feudis. in verbo, & cum mero imperio. colum. 4. versicul. quæro vlterius & fusius in verbo, qui quidem inuestiti. colum. 20. & sequen. versicul. videndum est. Et Albert. Brunus consilio 32. dum quæritur. Ideo cùm nunquam in lingua Occitana fuerit ab aliis quàm à regibus imposita collecta, de nouo non posset imponi ab aliquo domino inferiore, etiamsi haberet meram & altam iustitiam. quod est notandum pro illa patria. Et ego audiui ab antiquis nunquam fuisse imposità, nec vidi imponi mea memoria, quæ est sexaginta annorum. Idem dicunt, si testis sit homo manus mortuæ illius contra quem producitur: vt in diœcesi Niuernensi.

540 Testis dictum reprobatur, si non deponat de tempore, quando tempus erat de substantia. cap. Ex tenore. de testibus. Secus si non fuerit de substantia. text. & ibi glo. in cap. cùm Ioannes. in verb. recordari. de fide instrum. Idem de loco consuluit Alex. consil. 185. Viso processu. in 7. vol.

541 Testis dictum suum iudici in scriptis tradens reprobatur. c. relatum. 5. q. 2. c. Testes. 3. q. 9. l. 3. §. idē diuus. in verb. testimoniis. ff. de testib. Bal. in c. 1. de testib. Dom. consil. 132. Fel. & alij in c. de testibus. eod tit. de testib. c. primates. ibi, canonicè examinatos. 2. q. 1.

542 Ratio est, quia non posset videre iudex quo vultu, qua trepidatione deponeret, vt requirit. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. vel an vacillet, non posset cognosci. l. Nullum. C. de testib. & multa erubescimus dicere, quæ scribere non veremur. Bald. in rub. de testib. in decretal. Acuitas viuæ vocis fortius mouet animum iudicis. argum. l. si in tres. ff. de arbitr. & l. duo. de re iud. Licet Bar. in l. Theopompus. in fin. ff. de dote prælega. contrarium teneat: nec refragatur ille text. vbi fuit testificatus sine figura iudicij, qui fuerat à testatore approbatus. Ergo potuit per scripturam deponere. secus in aliis testibus. vel ibi non erat testis: sed voluntatem ibi declaratam referebat.

543 Excusatur in non valentibus loqui: vt in muto, qui sciret scribere. exemplo Zachar. Lucæ cap. 1. Specu. in titul. de teste. §. nunc tractandum versic. Quid de muto, &c. Anto. Butr. in cap. cum apud. in fin. de sponsal. & iud. cap. de testib. col. 2.

544 Secundò excusantur quo ad pręsumptionem faciendam. c. à nobis. qui mat. accusa. poss. Anto. Imol. & alij in cap. cum in ecclesiis. de maior. & obed.

545 Tertiò depositio testium in scripturā redigi debet, aliàs nō valebit. gl. in l. prolatam. C. de sen. & interlocu. iud. Bal. in margar. in verbo, Testis. q. 13. per tex. in c. Accedens. 1. ibi, & depositionibus redactis in scriptis, vt lite non contesta.

546 Quartò saluatur, quando deponerent de peritia artis. l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. si mensor falsum modum dixerit, quamuis posit dici loqui in agri mensoribus à partibus electis, nō à iudice, & ideo potius erāt iudices, quàm testes. Fel. in d. c. de testibus. ego cum intelligerem tex. siue electi essent à partibus, siue à iudice, cùm in d. l. 1. non distinguatur. de Ripa in c. 1. nu. 37. de iudiciis.

547 Quintò quando ageretur de fama alicuius probanda extraiudicialiter. per glo. in d. c. relatum. in verb. testimonium. per c. extraneo. dist. 21. facit quod no. Innoc. in c. 1. de postula pręla. & c. cum in tua. de sponsalib.

548 Sextò si agatur de ætate filij plus crederetur scripturæ, quàm viuæ voci patris. Anto. in ca. ex literis. col. pen. de transact. Hippol. in l. de munere. §. plurium. nu. 8. ff. de quæstionib.

549 Vltimò excusatur, quando legeret scripturam coram iudice, & factum esset valde dubium & intricatum. Bald. in l. iurisiurandi. C. de testib. quia sic poterit sacerdoti confiteri. glo. in c. qualis, 30. q. 5. Secus si factum non esset intricatum & difficile: quia tunc non valeret testimonium. quia per eundem sermonem præmeditatum deponeret contra c. cum causam. de testib. & l. 3. illo titul. Et quia non potest constantia, nec vultus cognosci deponentis. Areti. in d. cap. de testibus. Barba. in repe. rub. de fide instru. col. 3.

550 Testis debet deponere per verba facti, & non iuris. ideo si dicant aliquem posidere, intelligetur de possessione naturali, & non de ciuili. glo. in l stipulatio ista. §. hæ quoque. ff. de verb. oblig. Anchar. consil. 296. visis articulis.

551 Idem si deponat rem esse alterius: vel certè iurisdictionis vel territorij. Bal. cons. 286. Thema proponitur. col. 2. vol. 2. vbi etiam limitat quando asignaret rationem corporali sensu perceptibilem.

552 Testes vnum eundemque præmeditatum sermonem afferentis reprobantur. l. 3. §. ideóque. ff. de testib.

553 Intellige, quando deponerent super re, vel actu, qui in eodem effectu multis proferri potest modis. quia tunc videntur subornati vt eadem verba proferant: secus quando vno tantum modo proferri potest, quia dubitatur de formalitate verborum. Areti. in c. ex tenore. in fi. de testib. & scripsi supra in verb. singulares. Soc. consil. 253. in causa. col. 1. vol. 2. multa allegat Hippol. de Marsil. in rub. de probat. fol. 43. col. 2. versic. commu. scias &c.

554 Secundò intellige, quando erant suspecti secus si essent bonæ famæ: tunc per tales testes fit probatio, secundū Barba in consi. 64. illud. col. 8. vers. nonus testis in 3. vol. & consil. 11. col. 5. volu. 4. vnde Hosti. in cap. nihil. de verb. sign. reprehendit notarios scribentes, quòd secundus testis per omnia sicut primus. nam extensè debet scribi dictum testis. nam ex modo loquendi potest deprehendi falsitas. Bal. in titu. de pace Const. in §. die lunæ. & ideo iudex cōsiderare debet ex coniecturis, an proferēdo vnum & eundem præmeditatum sermonem, videantur subornati. Bald. in l. 1. C. de emendan. Iustin. Codice. vbi dicit arbitrio iudicis relinquendum, an testes videantur subornati propter vnum eundémque pręmeditatum sermonem. sequitur Barba. consil. 75. sapienter. col. 5. vol. 4.

555 Testibus illis non creditur in fauorem eius, qui contra personas eorum protestatus est. tex. in cap. præsentium. in fin. de testibus. Ratio est, quia fructum non debet quis consequi ex eo, quod nixus est impugnare. regula ex eo. de reg. iur. lib. 6. Secunda ratio est, ne testes metu impugnationis mentiantur. glo. in d. cap. præsentium. Tertia ratio est, quia dicta testium, ratione inhabilitatis personæ, videntur asseri non vera à protestante. Fel. in d. c. pręsentium. ergo in fauorem illius non probabunt.

556 Primò fallit, quando protestans tantùm protestatus fuisset, & processisset ad actum reprobationis: sed protestationi renunciasset ante testium reprobatoriorum depositionem: tum quia locus est pœnitentiæ in habentibus causam successiuam: tum quia cessat causa. Ioa. Andr. & alij in d. cap. præsentium. probatur per l. Papinanus,

§.Meminisse.ff.de inoffic.testa. & l.alia causa C. de his, quibus vt indign. & l.si falsos.C. de fals. Bar.in l.post legatum.ff.de his,quibus vt indign. col.tertia.

557 Intellige posse renunciari protestationi re integra.nam si aduersarij interesset:vt pote, quia fecisset expensas in saluatione testium, ratione protestationis alterius partis: tunc nõ poterit altera pars eo inuito ab illa protestatione recedere: nisi refusis expensis.Anto. & Imol. in dicto cap. præsentium.

558 Imò si pars contra quam fuit protestatus, intenderet iuuari aliquo modo illis testibus,non esset locus pœnitentiæ, ipsa inuita. argum. cap. ab eo.de electio.in 6.Fel.in d.c.de testib.

559 Secundò excusatur, quando pars protestaretur, quòd salua esset sibi facultas reprobandi testes.quia hæc est secundum ius: secus si protestatur de reprobando eos,secundum Panorm. & alios in d.cap.præsentium,vbi dicit Fel. col.pen. quod illa facultas nõ impugnat testes, nec declarat velle impugnare: sed reseruat, si opus fuerit, potestatem impugnandi & opponendi. alias excusationes tradit ibi Felin. non multum necessarias:tu illum videto. non sunt multũ necessariæ.

560 Tutor in causa pupilli reprobatur à testimonio.Bart. in l.qui testamento.ff. de testa. quia tutor in re pupilli,loco domini habetur:cùm tutelam administrat.l.qui fundum §. si tutor.ff.pro emptore.

561 Excusatur si causa pupillaris per alium agitaretur.Rom.consil.420.in proposita.

562 Item excusatur,quando essent duo tutores & vnus ageret, vel defenderet, quia alter testis esse non prohibetur.Aufrer.in decis. Tholos. q. 204. Varij reprobantur, & qui sint varij testes videndum suprà in verbo, contrarij, vbi latè diximus.

563 Vassallus reprobatur à testimonio pro domino,& cõtra.glo.in cap.de forma. 22.quæst.5. Alber Meleta.in tract.de testib.in 2.q.1.q. princ. versi. vlterius exhibendum. tum quia persona domini videri debet illi sancta.l. liberto. ff. de obsequent. tum ne ingratus videatur ne feudum amittat. nam si testificetur contra dominum,debet feudo priuari.glo.not.in cap.1.§. item si delator. Quæ fuit prima causa beneficij amit.nam maior est obligatio vassalli erga dominum, quàm erga fratrem & patrem. cap. domino guerram. in fi. in titu. hîc finitur lex.sed non potest deponere pro patre,nec contra.in l. parentes.C.de testib.ergo nec pro domino,nec contra dominum à iudice cogeretur. l. post legatum.§.is verò.ff.de his,quib.vt indign.Iacobi. in tract. de feudis. in verb. dicti vassalli. col. 7. versi.sed quid si vassallus.

564 Est tamen in arbitrio iudicis considerata qualitate personæ domini & vassalli.Pan.Fel.& Dec.in cap.insuper.de testib.& sic debet intelligi text. & ibi Aluaro. ponderat, quod vassallus admittatur in §.testes.si de inuestitura inter dominum & vassallũ lis oriatur. & in §.1. quid sit inuestitu.& Specu.de teste §.1.ver.sed nunquid vassallus. Bald.in cap. ego Nicolaus episcopus. de iureiur. Imò Neapoli conclusum fuit & iudicatum, vassallum posse testem esse pro domino suo,etiam si dominus haberet merũ & mixtum imperium in eum:dũmodo non probetur quòd sit maxima amicitia coniunctus cum suo domino, vel eius familiaris & domesticus: seu vilis persona, vt angarius, & parangarius. ita in decis.Neapol.404.in causa.& maximè si coadiuuatur dictis aliorum,qui nõ sunt vassalli credetur istis vassallis,vt concludit Bald.cons.420. verba.col.vlt.in 1.vol. Oportet tamen quod per iudicem cogatur,& non se ingerat, vt suprà dictum extitit.si tamen condemnatus infidelitatis fuerit,non poterit esse testis.Bald.& Fel.in cap. licet vniuersis.de testib.

565 Venditor pro emptore, & emptor pro venditore à testimonio repellitur.quia emptoris secundario interest vt res non euincatur. & econtrario: & res dicitur propria secundario. glo.& doct.in l.omnibus. C.de testib.l. nullus. illo titul.Innoc.& alij in cap.insuper. Aufrer. in decis. Tholos.quæst.94.

566 Excusatur, quando venditor de euictione non tenebatur. quia eo casu videtur cessare interesse. glos.in l.eos. per illum tex. ff.familiæ hercisc. Bald.in d.l.omnibus. Roma.consil.382. quoad primum.col.1.

567 Non erit tamen integrum eius testimonium etiam hoc casu,propter affectionẽ, quam ad causam habere videtur:sed quãta fides huic adhiberi debeat est in arbitrio iudicis, considerata qualitate personæ. Ant.Panorm.& Decius in d.cap insuper.

568 Vilissimi testes reprobantur.c. 2.de testib. cap.in primis.§.testes.2.q.1.§.sancimus. in auth. de testib.collat.7.Et dicuntur vilissimi,qui vltimam artem exercent: vt sunt cloacarij, & alij arbitrio iudicis. text.in l.ne quis.& ibi doct. C. de dignitatib.lib.12.Imol. & alij in cap. sedes. de rescrip.facit glo.in §.sit tibi.in authen.de manda. principum. colla.3. Lucas de penna.in l. si quis. col.1.& seq.C.de spectacul.lib.11.Bon. de Curtili in tract.nobilita.in 7.parte.col. 2. Rauen. in alphab.in verb.vilitas vitæ. vbi tradit quid noceat vilitas vitæ.

569 Excusantur,quãdo ab vtraque parte essent rogati,vel producti glo.singul. in auth.de testib. in §.& licet.in verb.suplicius.colla.7.

570 Secundò excusantur,quando tempore testificationis honor erat auctus, & conditio personæ mutata: tunc etiam de præteritis testificari poterit,quia tempus testificationis attenditur. l.3. §.duæ.ff.de carbo.edict.l.furti.§.1. & ibi est bona glo.de his,qui no.infa.& sup.in præfatione dixi. Si tamen testes adhibeantur ad probationem, id est,ad coadiuuationem sciptutæ solennis inspicitur testium conditio eo tempore,quo subscripserunt,vel inscripti sunt.quia post fortuitos casus post contractum emergentes,non debet vacillare publica fides instrumenti.l.gesta.C.de re iud. c.1. An remoueri debeant testes,qui pares esse desierunt.in vsib.feud.Bal.in d.c.2.

571 Vniuersitatum singuli etiam in causa vniuersitatis vel collegij regulariter ad testimonium admit

admittuntur.c.insuper. & c.cū nuncius.de testib. cap.super prudentia.14.quæst.2.glo.in verb.testis in §.cogitandum.in authen. de monach. colla.1. quando causa est vniuersitatis vel collegij vere, quantum ad vtilitatem, nomen & commodum. l.statuas.ff.de acquir.rer.dom. l.1. §.seruus municipum.de quæstionib.

572 Ratio est, quia singulorum non interest, vt dicit Bald.in d.c. cum nuncius:nam interesse illius dicitur, qui suo nomine potest agere, vel excipere.l.sed si vnus.§.procuratorem.ff.de iniuriis.l.2.§.sed si alius. ff. quando appelland.sit.sed singuli suis nominibus non possunt agere, nec excipere.cap.Edoceri.vbi traditur.de rescrip.cap. causam.1.de iudic.cle.religiosus. de procur. ergo singulorum non dicitur interesse.

573 Nec refragatur quod ipsorum dicatur interesse ratione affectionis: quia vellent vniuersitatem obtinere: nam fac esse ita, tamen leuis suspitio tollitur per iuramentum testis, quo iurat dicere veritatem. Omissa itaque illa affectione deponet.cap. quoties. de testib.& non est verisimile, quòd deierent singuli propter iura vniuersitatis conseruanda.quia quod commune est solet negligi.l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur.lib. 10. & segnius expediunt commissa negocia plures.l. 3.§. apparet.vbi glo. ff.de admi.tutorum. & §. 1.instit.de satisda.tutorum.

574 Item non dicitur propria causa singulorum,cum aliud sit vniuersitas,aliud singuli. cap. episcopus.§.qui manumittitur.12.quæstio.2.l.sed si hac.§.qui manumittitur. ff. de in ius vocando. & actor vniuersitatis non est singulorum.l. 2. ff. quod cuiusque vniuersita. no. largè dicitur propria causa cuiuslibet,& propria vt vniuersis, non vt singulis.ca.tuis.ibi in causis propriis.de testib. vbi sustineri posse conclusionem dixi hanc, videlicet testem in propria causa admittendum, intelligendo quando est propria, vt vniuersis: secus si sit propria, vt singulis.per l.omnibus. C. de testibus.

575 Intellige siue sit vniuersitas clericorum, siue laicorum.quia vtrobique eadem videtur ratio:nec videtur maior affectio, considerando rationes prædictas in vno, quàm in alio:licet dicatur quod laici de rebus secularibus ad libitum possunt disponere:sed non clerici.cap.sine exceptione.12.q.2.Inno.in c. dilecta.de excessib.prælat. Bartol.in l.fin.ff.de colleg.illicit.& sic expressim tenuit Anton.in d. cap. cum nuncius. de testib. quem reprobant Panorm.Felin. & alij in d. cap. Insuper.nec est verum, quod ad libitum possint laici disponere de re vniuersitatis,vt no.Barto. in l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de rerum diuisio.& doct.in §. vniuersitatis. illo titul. in lib. institu. l. ciuitas. ff. si certum peta. & ista est communis, teste Soci.consil.194.subtiliter.col.3.versi.confirmatur.vol.2.de vniuersitate scripsi in §.fi.de coll. in concorda.

576 Reprobantur tamen testes vniuersitatis in ea causa per quam vtilitas,seu honor, veniret ad singulos,si vniuersitas obtineret:quia tunc censentur in causa propria deponere, in qua non admittuntur.l.omnibus.C.de testib. probatur in l.ciuitatibus.ff.de lega.1.l.1.de anno.ciuilib.lib.11. C.& l.1.de frumento vrbis Constantinæ. eo. lib. Lucas de penna in l.in filiis.col.2.de decurio.lib. 10.Bald. consil.168.Casus,homines.in 2. volu. & consil.443.quæstio.in 5. vol. nec filij illorum admitti eo casu possunt.de Ripa respon.7.lib.2. de rescrip.col.3.nu.6.Ideo relinquitur arbitrio iudicis:sed omnino repellit Bald. in l. cum nuncius. de testib.

577 Vnde si agatur,de pascuis, vel nemoribus, vbi bestiæ singulorum pascuntur vel singuli ligna scindunt:tunc reprobabitur testis illius vniuersitatis,vel collegij.Bar.in d.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de rerum diuisio.Bertrand.consil. 51. viso.col.2. volu.1. secundum vlt.impresionem. Idem si vnum castrum contendat cum alio de pascuis, vel nemoribus, quorum singuli vnius castri habent vtilitatem, vt non posint testificari pro eorum castro.Bald.in l. parentes.in fin. C. de testib. vbi idem dicit si singuli. de conuentu commodum perciperent,vt reprobari à testimonio posint:secus si vtilitas pertineret ad vniuersitatem,& redigeretur in arcam communem: & singuli nullum haberent commodum: vt pote pro fabrica ecclesiæ.limita,quando homines castri, vel vniuersitatis soluerent pretium vsus pascendi, vel ligna incidendi, vel ligna incidendi vniuersitati: tunc singuli de vniuersitate non repellerentur etiam pro pascuis, vel nemoribus. Bal.in l.parentes.C. de testib.nam neque interest singulorum, quamuis illa nemora perueniant ad alios. quia eodem pretio dato illi poterunt haberi.Socin.in tracta.fallen. regula 408. Testis prælatus.Alex.consil.99.visis.nu.7.volu.5. quod intelligerem verum, quando eodem pretio habere possent ab aliis:aliàs deponere non possent. Item si alibi posint commodè haberi pascua,vel ligna sine detrimento singulorum, poterunt adhuc deponere,secundum Bald.in d.ca.cum nuncius.& Soci.d.regula. 408. idem quando singuli non essent capaces illius vtilitatis.quia forte animalia non haberent ad pascendum in pascuis. Chassa.in consuet.Burgand. in rub. *des forests*.§. 5. glo. si non &c. nisi ciues aliunde haberent, & nullum commodum prætenderent per supradicta.vel nisi ageretur incidenter de commodo illorum.arg.§.legatariis.de testa.in insti.Petr Gerard.sing.24.vtrum ciuis.

578 Si tamen ab vniuersitate peteretur debitum, ad quod si fuerit condemnata, requiritur quòd singuli mittant manum ad marsupium, vt verbis Baldi vtar. quia necesse erit facere collectam.etiam hoc casu reprobabuntur:quia eorum interest.Bald.in d.c.insuper.de testib.per l.1.§.quibus.ff.quod cuiusque vniuers.nom.secus si villa, vel vniuersitas, ex denariis communibus aliunde habitis,posset soluere. Corne. consil.123. viso processu.col.vlt.volum.1. Bald. consil.391. apparet.in 1. volum.& decisio. Neapol. q.400. nobilis Petrus.

579 Etiam reprobantur hoc casu singuli,licet adesset inopia probationum. quia propter inopiam probationum non permittitur in sua causa testimonium dicere:sed prohibetur.d.l.omnibus.vnde

bus. vnde canonici in causis suarum præbendarum deponere non poterunt.Io.And.& alij in d. c.insuper.& c.cum nuncius.de testib.

580 Idem dicerem si esset quæstio de statu vniuersitatis: vt pote, de eius reformatione, vel de iurisdictione, vel de magno honore vniuersitatis, tunc etiam repellentur. nam propter maximam affectionem debent repelli à testimonio. cum etiam propter amicitiam repellantur, vt suprà dixi in verbo, amicus. & idem quando causa vniuersitatis esset valde ardua. Bald. in d.c.cum nuncius.& in rub.ff.de rerum diuisio.nume.17. vers. nunc de quinto membro. Soc. in tract. fallen. regul.408. Testis prælatus. Curtius consi.24. super eo.num.11.

581 Postremò etiam repelluntur, quando in aliis causis essent inhabiles. tex. in c. cũ nuncius. vbi plenè de testib.

582 Reprobantur etiam testes vniuersitatis, quando causa criminalis esset mota contra vniuersitatem. quia in criminalibus, tanquam in arduis, non debent domestici ad probationem admitti. cap. super prudentia.14.quæstio.2. & maximè hoc procedit quando vniuersitas propter tale crimen puniretur: secus si singuli. Felin. in cap. insuper. de testib. quod quando fit vide quæ scripsi in §. monemus. in verb. vniuersitates. de collat. in concorda. post Barto. in l. aut facta. ff. de pœnis. & text. in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Iaso. in l. sed si hac. §. qui manumittitur. quem §. legit cùm §. patronum. in fi. ff. de in ius vocando.

583 Etiam habet locum si vnus de vniuersitate accusaret alium extraneum. quia etiam hoc casu vnum de vniuersitate in testem contra extraneum non producet. cap. super prudentia. 14. quæst. 2. ca. repellantur. de accusa. nisi in aliorum defectum. Host. in summa de testib. §. quis possit. vers. & cum causa. secus si vnus de vniuersitate produceret alium ex eadem vniuersitate, & contra vnum eiusdem vniuersitatis. quia tunc par causa affectionis tollit suspitionem. l. non solum. §. de vno. ff. de ritu nupt. glo. in c. cum R. canonicus. de offic. delega. quia consanguineus pro alio consanguineo deponere potest, cõtra alium consanguineum. Bal. in l. qui testamento. in prin. ff. de testam.

584 Intellige quando vniuersitas, vel collegium esset adeo paruum, vt omnes habitantes essent domestici: vt in parua vniuersitate. secus in magna vniuersitate, vt Parisiis: quia tunc vnus pro alio eiusdem vniuersitatis non repelleretur etiam in criminali. Panor. & Feli. in d. ca. insuper. & parum vidi reprobari istos testes vniuersitatis in criminalibus apud Paris. cum nec quidem in domo priuata vnus cognoscat alium, etiam in eadem domo commorantem, propter populi frequentiam: in aliis vide plene Dec. in d.c. insuper. & Hippol. in l.1. §. seruum municipum. ff. de quæstionib.

585 Postremò isti de vniuersitate, non solum in subsidium recipi debent: sed etiam quando sunt alij testes. est tamen in arbitrio iudicis quanta fides adhibeatur, inspecta qualitate personarum. arg. l. 3. §.1. ff. de testib. hoc expresśim concludit Decius in c. insuper. nume.7. de testib. vbi vide abundantius.

586 Vnus testis in quibus casibus probet, tradit Spec. in titul. de teste. §.1. glo. & doct. in c. licet vniuersis. de testib. Ias. in repe. l. admonendi. ff. de iureiur. & Hippol. in consil.113. nu.15.

587 Vsurarij manifesti à testimonio reprobantur. Bal. in l.1. q.7. C. de testa. not. in c. quanquam. de vsur. in 6. Alex. consil.93. repetitus. vol.6. quia est infamis. l. improbum. vbi doct. C. ex quibus causis infa. irrog.


588 Vxor pro viro testis esse non potest: quia viro suo est domestica. l. præsenti. §. sicubi. C. de his, qui ad ecclesiam confug. gl. & doct. in l.2. de testib. & quia sunt duo in carne vna. Genes.1.c.

589 Etiam si esset à viro expulsa, propter spem reconciliationis. Bal. in c. in literis. de testib. Soc. consil.17. supradicta. col.4. vol.1.

590 Si tamen vxor esset virago, quę non timeret virum, sed timebatur de viro, tunc posset esse testis, si bonæ aliàs famæ esset. doct. in d. l.2. C. de testib. Aufrer. in decis. Tho. q.3. vbi concludit virum posse cogi contra vxorem ad ferendum testimonium. Quod est verum in defectu aliarum probationum, sicut vxor, & maximè quando essent instrumentarij testes. Alexan. consil.102. super 1. col. vlt. in 7. vol. allegat not. in cap. insuper. de testibus. & tunc quantę fidei erit, arbitrarium esse reor.

*Spes mea Christus.*

TRACT



*TRACTATVS*

# DE EFFECTIBVS LITIS CONTESTATIONIS AVCTORE

D. PETRO REBVFFO IVRIVM DOCTORE.



1 


LITIS contestatio multos ac vtiles effectus præbere solet, quos quàm breuissimè de more relaturus sum, postquam dixero, litis contestationẽ esse negocij principalis hinc inde apud iudicem factam narrationem & subsecutam responsionem. gl. in c. vnico. de litis contestat. & ibi in summa Hostien. vide tamen an possit ita definiri, Litis contestatio est, principali petitioni in iudicio factæ legitima responsio.

2 Primus ergo effectus litis contesta. est, quòd iudicium dicitur ab ea propriè incipere. l. vbi acceptum est iudicium &c. iuncta gloss. ff. de iudiciis. alibi dixi quomodo intelligatur, itaque non repeto.

3 Secundus effectus est, quod post litem contestatam bonæ fidei possessores incipiunt esse malæ fidei. l. sed & si lege. §. si ante litem. ff. de peti. hæredit.

4 Tertius effectus est, quòd omissione litis contestationis processus redditur nullus. l. prolatam. vbi gl. C. de sent. & interlo. omn. iudic. quia est iudicij fundamentum. l. 1. C. de litis contesta. & c. vno, illo tit.

5 Quartus est, quod per litis contestationem procurator efficitur dominus litis. l. ab executore in fin. ff. de app. l. 1. C. de sente. & interloc. omn. iud. l. procuratoribus. C. de procura. & sic poterit substituere. l. neque. C. de procura. c. 1. illo tit. in 6.

6 Quintus, quòd post litem contestatam procurator reuocari sine magna causa non potest. l. post litem. ff. de procur. l. nulla. C. illo tit. ca. 2. de procur. in 6. Idem in aduocato censet tex. vt post litem contestatam non reuocetur. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. Idem in seruientibus & executoribus docet text. in l. 1. C. de sportul. quod tamen non seruatur in forensi iudicio.

7 Sextus si plures sint constituti procuratores insolidum, per litis contestationẽ ab vno factam, alij constituti procuratores illam litem prosequi postea non poterunt. l. pluribus. ff. de procura. c. si duo. de procur. in 6.

8 Septimus, præuentio fit per litis contestationem maximè. l. si quis posteaquam. ff. de iudic. ca. proposuisti. de foro competen.

9 Octauus non potest libellus post litem contestatam emendari. l. edita. C. de edendo.

10 Nonus, delegatus iudex potest alteri, lite contestata, causam illam committere: licet sit ab inferiore à principe delegatus, cùm sit dominus iurisditionis factus, sicut procurator litis, cap. cum Bertoldus de re iud. Io. And. in cap. cum causam. vbi alij docto. de appel.

11 Decimus potest, lite contestata, receptio testium fieri, & probatio ante regulariter non. ca. 1. & per totum, vt lite non contesta. Spec. in §. fi. de litis contesta.

12 Vndecimus facit trãsire actiones ex delicto ad hæredes, & contra hæredes. l. vnica. C. ex delictis defunct. l. vnic. dictũ tamen fuit anno 1344. die 12. Iunij. contra citatum in actione iniuriarum, quod hæres non tenebatur reassumere processum, quia lis non fuerat contestata: sed quo ad damna, interesse & expensas dictum fuit hęredes iniuriantis conueniẽdos in antiquis Arestis vide in l. ex depositi. & l. sciẽdum. ff. de act. & oblig. & semel lite contestata actionem iniuriarum etiam aduersus successores pertinere dicit iuriscon. in l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. vide Boer. q. 64.

13 Duodecimus effectus, per litis contestationem quasi contrahitur. l. 3. §. Idem scribit. ff. de pecul. l. 2. §. fi. de præto. stipu. & ideo contumax in non respondendo libello, non habetur pro respondente. quia in litis contestatione facto opus est, & requiritur consensus verus. ca. 1. vt lite non contestata. & ibi Pano. not. quod secus est in aliis actibus. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. c. 2. de confessis. in 6.

14 Decimustertius post litem contestatam non potest quis variare l. si quis stipulatus sit Stichum. ff. de verb. oblig.

15 Decimus quartus, qui habet plures iudices, post litem contestatam non potest eligere: licet ante posset. auth. Habita. C. ne filius pro patre.

16 Decimusquintus, interrumpit præscriptionem. l. more. C. de rei vend. gl. in verb. interrupta. c. pen. 16. q. 1. Ias. in l. fi. in princ. ff. de eo, per quem factum erit. Io. Franc. in tract. præscrip. in 3. parte sextæ partis princ. col. 42. vers. circa tertiam speciem. vide l. sed & si vsucapio. ff. famil. hercisc.

17 Idem in quasi litis contestatione, de qua loquitur l. 2. C. vbi in rem actio. exerceri debeat. & l. fi. §. quod si super. vbi Soc. in 13. art. in 11. effectu, vt lite non contesta.

18 Decimussextus, per litis contestationem

res ef

res efficitur dubia.glo.& doct.in l.post rem.ff. de transact.

19 Decimusseptimus exceptiones declinatoriæ,lite contestata,opponi non possunt.l.fi.C.de except.nec dilatoriæ.c. exceptionem.de excep.c. inter monasterium. de re iudic.l. ita demum. C. de procuratoribus.Barba in cap. cum M.col.34. de constit.

20 Decimusoctauus, post litem contestatam iudex recusari non potest.l.apertissimi.C de iud. §.si verò apud iudicē.in auth.de litigiof. colla.8.

21 Decimusnonus, per litis contestationem res efficitur litigiosa. l. lite.C.de litigios. ex quo sequuntur quatuordecim effectus,quos tradit Bonifac.in cle.vlt.vt lite pendente.

22 Vigesimus effectus, non valet rescriptum, impetratum post litem contestatam,non facta litis mentione.c. inter monasterium. de re iudic. Ancha.consil.16.Fel.in c.super literis.col.7. vers. sexta regula.&c. de rescript.decis.Neapol.q.220. q.6.Io.Lupus in repe.c.per vestras. fol.102.col. 4. de dona.inter virum & vxorem.Barba.in c.prudentiam.§.Sexta.de offic.delega.per c. vlt. vt lite penden.Francisq. Curt. consil. 174. sacratissimæ trinitatis.col.2.& consil.seq.

23 Vigesimusprimus effectus, non potest quis accusare post litem contestatam.l.is, qui reus. ff. de publ.iudiciis.

24 Vigesimussecundus, post litem contestatam nihil innouandum est, per totum titulum, vt lite penden. & ideo spurius pendente lite super hæreditate paterna,legitimari nō potest,cùm nihil innouari debeat.Bal.c.1. vt lite pēden.Dec. consil. 143. col. 4. vbi consuluit matrimonium contractum, lite pendente super primo, sequestrandum esse, quia in fraudem primi factum censetur.c. Tenor.de re iudica.

25 Vigesimustertius,per litem contestatam in actionibus popularibus præfertur qui litem contestatus est,omnibus aliis,qui litem nō sunt contestati.l.si plures.& seq.ff.de popular.actio.

26 Vigesimusquartus effectus est, quod lit. contest.impedit moræ purgationem. l. si insulam.ff.de verb.oblig.

27 Vigesimusquintus, per litis cōtestationem tollitur facultas soluendi id,quod aliàs ante solui poterat.l.si quis stipulatus fuerit decem in melle.ff.de solutio.l.si pluribus.in fi.de legat.1.

28 Vigesimussextus, per litis contestationem tollitur facultas soluendi adiecto. d.l. si quis stipulatus.

29 Vigesimusseptimus, cōstituit quem in mala fide.§.1.institu.de offic. iudic.l. sed & si lege.§. si ante.ff.de petit.hæred.

30 Vigesimusoctauus, facit fortius puniri contumaciam.c.prout.de dolo.Ioa.Andr.in addi.ad Spec.in tit.de litis contesta.§.fi.in princ.

31 Vigesimusnonus post litis contestationem petendo quis incidit in pœnam promissam si amplius petierit,vel molestauerit.l.si quis maior. C. de transact. nec postea poterit pœnitere. l. quamuis. ff. de in ius vocand. l. amplius.ff. rem ratam haberi.

32 Trigesimus effectus,quòd licet condemnatus noxaliter possit dare animal pro noxa, vel æstimationem damni soluere : tamen si fiat litis contestatio super vno, amplius ad aliud soluendum non admittitur.l.miles.§.decem.ff. de re iudic.l.etiam veniunt.§. cum prædiximus. de hæreditate.

33 Trigesimusprimus quòd per litis contestationem factam cùm accessoria obligatione, impeditur eiusdem confusio, licet illa postea cum principali concurrat. l. seruus.ff.de his, qui not. infam.

34 Trigesimussecundus, si quis plus petat,exigendo per dolum cautionem pluris,& etiam petendo,tunc priuatur debito : nec est locus pœnitentiæ post litem contestatam.antea secus.l. vnica.C.de plus petitio.Innoc.& Panor.in cap.vno. illo titul.

35 Trigesimustertius, competit rei vendicatio contra illum,qui dolo desiit possidere.l.qui dolo.& l. Parem. ff.de reg.iur.l. is, qui dolo. de rei vendic.quod est verum,quando dolo desiit possidere post litem contestatam : sed si ante non competit rei vendicatio, sed actio in factum,ad interesse.ex titul.de alien.iudic. mut. causa facta, Panor.in c.1.col.3. de alien.iudic.sequitur Ias. in §.omnium.col.12.num.78.insti.de actio.

36 Vnde quando reus lite contestata consumpsit rem petitam, iudicium rite inceptum procedet & poterit ferri sententia condemnatoria ad restituendum, teste Petr. Iacobo in sua practica. rub.de actio.in rem contra illum,qui dolo desiit possidere.

37 Trigesimusquartus, potest quis agere sine actione,quando speratur oriri in ipsa litis contestatione.l.si Titius.ff.de verbo.obliga. vide l. fin. ibidem.

38 Trigesimusquintus, quod durat effectus litis contestationis, quando mutatur possessio. Panormit.& Felin.post gloss.in cap.significauerunt.de testib.

39 Trigesimussextus effectus, impedit deliberationem : nam ante quis deliberare debet.l.1.ff. de edendo. auth. offeratur, C. de litis contesta. Spec.in tit.de recusa.§.4.in princ.

40 Trigesimusseptimus, facit currere vsuras post litem contestatam. l.lite. ff.de vsur. Spec. in tit.de litis contesta.§.fi.

41 Trigesimusoctauus, potest inhiberi ei cum quo lis est contestata,ne alienet,cum res sit facta litigiosa .l.fin.C.de litigios.l.illicitas.§. neque. ff. de offic.præsidis.Spec.in titul.de emptio.§.nunc dicendum.vers.sed nunquid ei.cum quo doct. in l.si fundum.C.de rei vend.

42 Trigesimusnonus, ex instantia inchoata per litem contestatam, potest sequi condemnatio,sine alia instantia, & nouo iudicio. l. quanquam.§.Iulianus.ff.de aqua pluuia arcenda. alioqui esset in potestate rei conuenti deludere processum,desistendo possidere, quod non est permittendum. Ioan. Fab. & alij in §. omnium. de actio.in instit.Cyn.& Bald.in l.vna.C. de aliena. iudicij mut.&c.

43 Quadragesimus effectus, non potest quis allegare litem pendere coram iudice, si contestatus sit

tus sit litem coram alio. Bald. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugit. & in l. si pluribus. ff. de legat. I.

44 Quadragesimus primus, aduocatus actoris debet ad litis cõtestationem properare. quia ex hoc fit eius conditio melior. l. in minorum. C. in quib. causis in integrum restit. non est necessa. l. I. C. de iudic. l. videamus. ff. de vsuris. l. aliam. de nouat. Specul. in tit. de litis contestat. §. penult. in fine.

45 Quadragesimus secundus, quæ post litis contestationem contingunt, maximè spectant ad iudicis officium. l. Aediles. §. item sciendum. ff. de Aedilit. edict. l. si tertius. §. officiũ. de aqua pluuia arcenda.

46 Quadragesimus tertius, in litis contestatione requiruntur verba. & ideo nutu fieri non potest. Cyn. in l. I. q. 7. C. de litis contestat. Felin. & alij in c. vno. illo tit.

47 Quadragesimus quartus, quando partes se submittunt iurisdictioni alicuius iudicis eo præsente, tunc lite contestata, non possunt partes voluntatem mutare. l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. I. de iudi. De Ripa, & alij in cap. I. de iudiciis.

48 Quadragesimus quintus effectus, litẽ per defunctum cõtestatam hæres prosequi tenetur. glo. in l. filius. §. multò magis. ff. de inoffi. testa.

49 Quadragesimus sextus effectus, actiones quæ non sunt transitoriæ ad hæredes, vt iniuriarum & criminales ex delicto descẽdentes, de quibus in §. non omnes. institut. de perpetuis & tempo. actio. per litis contestationẽ fiunt transitoriæ. l. vna. C. ex delict. defunct.

50 Idem si non fuerit contestata per subterfugia & malitiam partis c. pen. de iudi. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Alexan. & alij in l. fin. de eo per quem factum erit.

51 Fallit, quando conuentione partium aliter conuentum fuerit. Bartol. in l. cum mota. C. de transact. & in duobus casibus scriptis per Pyrrum, in l. non solet. ff de reg. iur.

52 Quadragesimus septimus effectus, facit causam ad iudicem pertinere. nempe iudex potest ex officio prouidere post litem contestatam, vt possessor caueat ne hæreditatẽ deterioret, teste Spec. in tit. de sequestra. possess. versic. sed nunquid. per textum in l. inter omnes. ff. qui satisda. cogan.

53 Quadragesimus octauus, perpetuat actionem, quæ erat temporalis anni, vel alterius breuis temporis ad quadraginta annos. l. si non cõuitiis. ff. de iniur. l. in honorariis. ff. de actio. & obligat. glos. in l. fin. C. de dolo l. nam & postea. §. si is, qui temporali. vbi Ias. ff. de iureiur. Pyrrus in l. non solet. ff. de reg. iur. de Ripa in l. miles. §. iudicati. de re iudic.

54 Quod tempus computatur à die prosecutionis cessante, & non à die instantiæ finitæ. d. l. fin. & l. I. versic. exceptis. C. de annal. except. aliàs excederet quadraginta annos, quod esset absurdum, & iuri contrarium & ita nuper fuit decisum in hoc Senatu, anno 1542. in mense Ianuario. Fallit in materia possessoria, vbi non est litis contestatio, vt scripsi in verbo, successores. §. declarantes. de mandat. apostol. in concordat. Fallit etiam finita lite, vt in tract. de pacific. possessor. scripsi num. 167. in addit.

55 Quadragesimus nonus, interrumpit præscriptionem. l. more. de rei vendi. gl. interrupta. c. pen. 16. q. I. Ioan. Francisc. Bald. in tract. præscr. in 3. parte 6. partis. col. 42. vers. circa tertiam, &c. Idem in omnibus actionibus temporalibus, vt per litis cõtestationes perpetuentur ad quadraginta annos. l. cùm notissimi. C. de præscrip 30. annorum, vbi glos. in verbo. solam. dicit alias esse ciuiles interruptiones: nempe citationẽ, & conuentionem, interrumpere præscriptionem, sed non perpetuare ad quadraginta annos, sed ad triginta, à tempore conuentionis. gloss. in c. placuit. 2. §. hæc de pręscriptionibus. in verbo, triginta annorum. 16. q. 3. & in l. sicut. in verbo, per executorem. in fi. C. de præscrip. 30. annorũ. Ioan. Francisc. in tracta. præscript. in fi. 6. partis. versicu. secundò quæro. & in arestis Char. fol. 63.

56 Si tamen lis fuerit cõtestata super interdicto vti possidetis, & partes nõ prosequãtur iudicium inchoatum per vnum annum, instãtia perit, & interdictum, ita quòd etiam per literas regias non releuatur, vt vidi decidi.

57 Fallit per glo. in c. placuit. 2. §. potest. 16. q. I. quando sine iusta causa destitit. Alciat. lib. I. de verb. significat.

58 Et sic infertur quod actio, quæ per statutũ, vel ordinationẽ est temporalis, per litis cõtestationẽ erit perpetua, vt in famulis, qui intra annum salarium petere debent, si petierint lite cõtestata, vsque ad quadraginta annos admittentur. Et idem in his, qui intra decem annos petere debent. vt in ordina. reg. de qua scripsi in tract. de rescisio. contract.

59 Quatuor modos perpetuandi actionem scribit Ioan. Francisc. in dicto tracta. præscript. in 4. parte 6. partis. col. 51. & seq.

60 Fallit in l. intra. §. quantum. ff. ad exhibend. l. sed si restituatur. §. sed & si dies. de iudic. l. fina. C. de dolo. & l. fina. de tempo. in integrum restitut. petend. l. cùm mota. secundùm vnum intellectum. C. de transact. clemen. procuratorem. de procurat. clemen. I. de in integrum restit.

61 Quinquagesimus effectus, per litis contestationem quis desinit esse pacificus possessor. ideo decretal. de pacific. possessor. excluditur. vt in tit. de pacific. possess. est videre.

62 Quinquagesimus primus effectus, licet per Papam reuocentur vniones, quæ non sunt sortitæ effectum: vt in regula 12. Cancellariæ. tamen si lis fuerit contestata super vnione, censetur sortita effectum, quo ad hoc vt non censeatur reuocata: quia res amplius non est integra. Bald. in l. mandatum. C. manda.

63 Quinquagesimus secundus, sententia diffinitiua potest in absentem lite contestata ferri. l. properandum. §. I. & 2. C. de iudic. facit auth. qui semel. iuncta l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex.

64 Quinquagesimus tertius, per litis cõtestationem clauditur via maliciis, & subterfugiis, & reus iudici subiicitur, & actori obligatur. l. apertissimi. C.de iudic. l. Aediles. §.item sciendum. ff. de Aedilit. edict. Specul. in tit. de litis contest.§.fin.in fine.

65 De quasi litis contestatione scribit Socin. in cap.quoniam.§.vlt.in fi.in 10.& 11.effectu.fol. 119.& seq.vt lite non contest. l. si minor filiofamil.ff.de minorib.l.electio.§.penult.de noxal.l.1. ne de statu defunct.& l.2.Hostiẽs.in summa,de litis contestat.§.fin.

66 Quinquagesimus quartus,dominus communis serui qui furtum fecit, cedendo partem suam seruo ante acceptum iudicium liberatur, post non sed insolidum tenetur. l.si seruus communis furtum.ff.de noxal.glo.& Dec.in d. l.non solet.

67 Quinquagesimus quintus, actiones iniuriarum & quædam aliæ,non dicuntur in bonis nostris ante litem contestatam. l.iniuriarum actio.ff.de iniur. & institut.de perpet. & temporal.actio.

68 Quinquagesimus sextus,in compensatione procuratori in rem suam ex alterius persona quærenda litis contestationem. l. in rem. ff. de compensat.& l.Postea quàm.ibid.

69 Quinquagesimus septimus effectus. Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem cõtestati sunt.sed plerũque melior.l.Non solet. ff.de reg.iur.vide l.is autem.ex quib.caus.maio.

70 Quinquagesimus octauus.Qui negauerit seruum esse in sua potestate, postea fateri poterit esse suus, & in sua potestate:nisi sit lis contestata.l.electio.§.neque.ff.de noxal.

71 Quinquagesimus nonus est. Post litẽ cõtestatam tenetur quis etiam in stricti iuris actionibus,de interitu rei petitæ: & etiam de fructibus.l.si homo.ff.de re iud.l.sequitur.de verbor. oblig.l.quod te.ff.si cert.peta.l.qui Stichum.de confessis.

72 Sexagesimus effectus est,quòd per litis cõtestationem delegatio fieri potest. l.delegare. ff. de nouationib.

73 Sexagesimus primus,quòd licet is,qui precario rem acceperit, non teneatur nisi de dolo & lata culpa.l.quæsitum.§.illud.cum §.seq.ff.de preca.l.contractus.de reg.iur.Tamen si lis contestata fuerit contra eum, qui precarium accepit & non restituat, etiam de culpa leui tenetur.l.eum,qui.§.is,qui precario.ibi, post interdictũ redditũ,puto eum etiã culpã præstare. ff. de furtis. vbi appellatione culpæ venit ibi leuis.

74 Sexagesimus secundus est, quòd iniuriarum actio in bonis nostris nõ cõputatur, antequã litẽ cõtestemur.l.iniuriarũ actio.ff.de iniu.

75 Sexagesimus tertius est,quòd si is,cuius interest sepulchri violati agere,nolet:potest,pœnitẽtia acta antequã lis ab alio contestetur, dicere se velle agere, & audietur. l.3.§.si is, cuius. ff.de sepulchr.violat.

76 Sexagesimus quartus est,quod instãtia iudicij,perimitur si res petita perierit post litẽ nõ cõtest.l.si homo.vbi de Ripa & alij.ff.de re iudi.

77 Sexagesimus quintus est,quòd tutor post litem constatam potest procuratorem cõstituere,ante,non.c.petitio.vbi doct.de procur.Barb. expresśim in tracta.de præstan.Cardin.in 3.q.1. partis.num.51.

78 Sexagesimus sextus est.Ratihabitionis satisdatio ante litẽ cõtestatã à procuratore exigitur:cæterum semel lite contestata,non compellitur ad cautionẽ. l.Põponius .§.ratihabitionis. ff.de procuratorib.

79 Sexagesimus septimus est, quòd quãtum ad hæredem peruenit in actione quod metus causa,litis contestatæ tempus spectabitur,si modo certum sit aliquid ad eum peruenisse. l.quãtum.ff.quod metus causa.

80 Sexagesimus octauus. Bonæfidei hæreditatis possessor, si soluerit creditoribus, præstando actiones hæredi & petitori liberatur:malæfidei verò cauere tenetur petitorẽ defensum iri.l. si quid possessor,in princ.ff.de petit.hæred.

81 Sexagesimus nonus.Iustus possessor,id est, bonęfidei debet deducere id,quod sibi debetur: malæfidei possessor, non.l.si quid possessor. §.1. in fi.ff.de petit.hæred.

82 Septuagesimus effectus. Ante litem contestatam non tenetur quis de dolo defuncti, nisi quatenus factus est locupletior: post verò omnino tenetur.l.si in rem.ff.de rei vendic.

83 Septuagesimus primus. Post litem contestatam tenetur is, qui precario rogauit ad omnem causam:ante verò de dolo & leui culpa. l. quæsitum. §. illud. & §.sequen.ff.de precar.glo. in l.1.eodem tit.

84 Septuagesimus secundus. Bonæfidei possessor non tenetur si ante petitam hæreditatem sumptũ non fecit quem debuit:quia quasi suam rem neglexit,nulli querelæ subiectus est: secus in malæfidei possessore. l. si quid possessor.§.sicut autem.ff.de petit.hæred.


85 Septuagesimus tertius. Bonæfidei possessor post litem contestatam si hominẽ restituat, de culpa etiam cauere tenetur,licet ante non teneretur nisi de dolo.l.si homo.ff.de rei vendic.

86 Septuagesimus quartus est in l.sed & si hęreditas.& l.seq.ff.de interrogat.actione.

87 Septuagesimus quintus. Procurator procuratorem facere non potest ante litem contestatam.l.si procuratorem.§.1.ff.mandati.

Nota, quod vbi summariè proceditur, litis contestatio non est necessaria,teste Innoc.in c. fina. de offic. iudic. & c.ad nostram.de iureiur. Aufrer.in decis.Tholos. quæst.440. In casibus in quibus non fit contestatio, dicitur etiam iudicium acceptum.l.Item veniunt. §. idem rectè. ff.de petit.hæred.glo.in cap.1.in verbo,absentia. de petit.hæredit. Vide casum in l.ex duobus.2. ff. de duob. reis. & casum in quo nihil proficit contestatio.in l.Papinianus.in fi. ff.de minorib.

TRACT



*TRACTATVS*

# IN QVIBVS CASIBVS IVDICES SECVLARES POSSVNT COGNOSCERE DE PERSONIS ECCLESIASTICIS, AVTHORE D. Petro Rebuffo Iurium Doctore.

1 
SINE dubio potest ecclesiasticus contra clericum solutũ in actionibus personalibus cognoscere, & etiam cõtra clericum coniugatum cum vnica & virgine. Tum quia cõiugatus clericus gaudet priuilegio fori, & canonis. c. vno. de cler. coniug. in 6. Tum etiam, quia nõ est purus laicus: nam purus laicus est, qui nunquam accepit tonsurã. de quibus puris laicis loquitur ordinatio regia nouissima, artic. 1. & 2. vbi defenditur iudicibus ecclesiasticis, ne citare habeant puros laicos in actionibus personalibus.

2 Etiam puto iudicem ecclesiasticum posse actori concedere dilationem, ad probandum reum clericum. nam is, qui dicit eum talem, debet hoc probare. l. nõ ignorat. C. qui accus. non poss. Et si iuramento clerici staretur, præberetur materia peierandi: quod non est faciendum. l. 2. in fi. C. de indict. viduit. tollen. cap. 3. de cohabit. cler. & mulier.

3 Notarius officialis, super taxandis literis sigillo officialis sigillatis, non potest purũ laicum conuenire coram eodem officiali. arg. c. Romana. §. nec etiam. de foro compet. vbi aduocatus pro salario causæ: vel procurator, non potest conuenire partem coram archiepiscopo, licet coram eo tractata fuerit, vt taxet salarium suum, argumento illius text.

4 Nec aliquid facit sigillum officialis, quod non mutat forũ, excepto sigillo Castelleti Paris. aliàs officialis semper apponeret sigillum, & sic tolleretur alia iurisdictio.

5 Hodie tenetur, quòd laicus pro legato pio sibi facto, non possit conuenire laicum coram iudice ecclesiastico, per decisio. Collecta. in cap. Ioannes. col. 1. de testa. & sic fuit decisum Tholosæ, vt Aufrer. testatur. quæst. 214. licet sit text. in contrarium, quòd episcopus possit cogere pro legatis piis etiã laicos. §. si quis autem pro redemptione. in authent. de ecclesiasti. titu. collatio. 9. sed decisio Aufrerij loquitur, quando ageret laicus contra laicum. Secus ergo, si episcopus ex officio suo cogere hæredes vellet ad soluendum legatum: non via ordinaria. quòd potest facere. per l. nulli. C. de episc. & cler. c. nos quidem. de testam.

6 Ius canonicum defendit, vt nihil exigatur pro sepultura. c. abolendæ. de sepult. vult tamen vt consuetudo laicorum laudabilis seruetur. c. ad apostolicam. de simon. Ergo ad seruandum illam consuetudinẽ, possunt cogi laici à iudice ecclesiastico, & ita fuit iudicatum in hoc Senatu, anno 1528. die 4. Martij. vbi curatis fuit permissum prosequi laicos coram iudice ecclesiastico, pro hac consuetudine laudabili seruanda: quia hoc est ecclesiasticũ, super quo iudices laici non debent se intromittere aliquo pacto. Et oportet quòd laici corã iudice ecclesiastico citentur: non vt soluant salarium debitum ratione sepulturæ: sed ad obseruandam consuetudinem laudabilem, alioquin abusus prætenditur.

7 Si verò agatur de possessione iuris funerandi: vel quando quæstio consistit in facto, cognoscit laicus. Panormit. & alij in cap. quanto. in fin. de iudic. allegatur text. quòd vterque iudex cognoscat. in l. hæreditas. ff. de petit. hæred. ibi, principali, aut pontificali. Et sic dicit Panor. in cap. quanto. in fi. de iudic. quòd si agatur pro vsu funeris reali, cognitio ad ecclesiasticum spectat. Si verò de impensa funeris repetenda, vel facienda, cognoscet iudex laicus inter laicos, & de vsu funeris actione personali, quod est notandum.

8 Ecclesiasticus cognoscit quando agitur de fœdere matrimonij an valeat, necne: quia hoc ecclesiasticum est. c. causam matrimonij. de offi. delega. cap. ex tenore. de foro compet. Anchar. in regu. ea, quæ fiunt. in quæstio. 4. de regulis iuris in 6.

9 Et de bannis, an rectè facta sint: & si ex cõsuetudine laudabili quicquã debeatur pro illis, etiam iudex ecclesiasticus est capax. c. tuam. de ordin. cognit. c. 1. de consanguin. & affinita. nam lex aliquando separationẽ concedit & diuortiũ, vt toto tit. de diuort. tamen lex diuina, cui assentit canonica, hoc prohibet. c. 1. 11. dist.

10 Idem in causa natiuitatis. cap. lator. qui filij sint legit. & d. c. tuam. de ordin. cognit.

11 Si verò agatur de bonis, in petitorio, vel possessorio, super personali, vel reali, in matrimonio, vel extra acquisitis, iudex laicus inter laicos cognoscit. gl. & doctor. in c. de prudentia. de donat. inter virum & vxorem. Et etiam inter clericos, de consuetudine in Francia, nisi agatur de personalibus inter laicum & clericum. Et si laicus agat, cõuenire debet clericum coram ecclesiastico. cap. qualiter. de iudic. Si verò agat clericus contra laicum, coram iudice seculari conueniet. quia actor sequitur forũ rei. l. iuris. C. de iurisd. omn. iudic. c. cum sit generale.

de foro competen. Panor.in c.fi diligenti. in 2. notab.de foro competen.

12 Idem fi fuper facto,videlicet,an Titius cõtraxerit matrimonium cum Catharina, vel nõ: fecus fi dubitetur an valeat. quia tunc ecclefiafticus.c.lator.qui fil.fint legit.

13 Si agatur de iure decimarũ percipiẽdo,vel retinẽdo.tunc quia caufa eft fpiritualis. c.parrochianos.& c.ad hæc.de deci. nõ cognofcet laicus iudex:fed tãtùm ecclefiaftus. Vnde fi dubitetur an quis teneatur foluere decimas : vel de quibus rebus , & tunc fiue lis fit inter clericos, fiue inter laicos , fiue inter clericum & laicum: tunc tam principaliter , quàm incidenter iudex cognofcit ecclefiafticus.c.tuã. de ordi.cognit.& fuper ipfo iure decimæ.c.2.Pan.1.no.de iu.calũ.

14 Et idem fi compellatur laicus fuper petitorio ad foluendum decimas.glo.in fumma 11. quæft.1.& c.placuit.2. §. fic etiam.16.q.1. gl.in c. ex tenore.de foro compet. Calder.confil. 15.an iudex.rub.de foro compet.Iaf.conf.93.in caufa. vol.1. Vnde ftatuit Philipp. olim rex Franciæ, vt de cognitione decimarum , non feudalium, gentes regiæ non fe intermitterent , vt habetur in ftilo Parlam.rub.de priuil.ordi.15. in parte 7.

15 Si verò fuerint decimæ infeudatę ante cõfilium:vel prętẽdatur,tunc iudex tantũ fecularis cognofcet ex priuilegio regis Philippi , quod Philippinã vocãt. cuius mentionẽ facit Bened, in repet. c.Raynucius.in verb.fi abfque,in 2.de fubftit.fidecom.numer.45.de tefta. fed an illud priuilegium valeat,videat qui poteft:quantũ ad me,nullius eft momẽti.nam ficut princeps non poteft vfurpare ipfas decimas , fic nec earum cognitionem.

16 Item iudex laicus cognofcit vbicunque de fructibus agitur decimarum:quia tunc non eft caufa fpiritualis,cùm fructus decimarũ locari laicis poffunt. c.veftra. de locat. fed ius fpirituale,non.c.pen.ne præla.vices fuas. Domini.& alij in c.fin.col.vlt.de foro compet.in 6.

17 Idem in poffefforio.& in his cafibus fi iudex ecclefiafticus cognofcere velit, tunc appellatur ab illo, tanquam ab abufu ad Curiam fupremam,& hoc vfurparunt iudices feculares.

18 Item fi fuper facto agatur. l. Titia.ff.foluto matr.vbi Bal.& alij doct.in l.quoties.C.de iud. & in c.decernimus.de iudic.Vnde quando clericus dicit fe turbatum fuper perceptione decimarum. vel quæftio eft an vnus pofsideat , feu alter,tunc iudex fecularis cognofcit : quia non difcutitur ius fpirituale , nec caufa fpiritualis.d, c.petimus.11.quæft.1.

19 Itẽ fi rector petat laicũ compelli ad æftimationẽ decimę fubftractę,poterit laicus cõueniri coram iudice laico.Federic.confil.245.domino Andr.vide quæ fcripfi in tract.de decim.q.9.

20 Idem fi ecclefiafticus imploret auxilium à iudice laico contra nolentem foluere. c. poftulafti.de homicid. Et officiales debent requirere brachium feculare,& non monere. aliàs monitionem abufinam declarauit Senatus anno 1515. die vltima Maij , contra officialem Lugdunen. qui monuerat officiales regios villæ Franchæ, vt compelleret excommunicatum poft annum ad petendam abfolutionem.

21 Super patronatu laicorum inter laicos cognofcit iudex fecularis. Idem fi fuper agat clericus contra laicum. fecus fi agatur de iure patronatus fundato ab ecclefiafticis : vel fi inter clericos , vel inter laicum & clericum, & laicus fit actor : quia tunc ecclefiafticus agnofcet.cap. quanto.de iudic.quicquid dicant doct.ibi,videlicet , quòd ecclefiafticus iudex femper cognofcat de iure patronatus:vt etiam dicit glof. in c. ex tenore. de foro compet. fed hoc,quod fcripfi,feruatur in forenfi iudicio.

22 Puto, quòd iudex ecclefiafticus debeat de iuribus vifitationis cognofcere.arg.cle.attẽdentes.de ftat.regul.vbi doct.c.1.de pœn.in 6. Quia origo ipfius eft à iure canonico , & ideo poteft dici caufa ecclefiaftica , fuper qua laicus nõ debet cognofcere.c.decernimus. de iudi. Et poterit vifitando compellere etiam laicum beneficij conductorem,vt impenfas ad vifitationem det. quia ad hoc nullam volumus excufatã perfonã, dicit tex.in c.cum inftãtia.de cenfib.nempe qui feminat fpiritualia,non eft magnũ fi petat tẽpo ralia,vt teftatur D.Paul.1.ad Corin.9.c.& c.cum ex officij.de præfcr. Si tamen epifcopus peteret vifitationẽ coram archiepifcopo,petet.c.fopitæ, de cenfibus.

23 Si verò ageretur fuper poffefforio iudex laicus,propter regni cõfuetudinem, cognofcet.

24 Item fuper fundationibus vicariarum , & ecclefiarum, poteft iudex ecclefiafticus cognofcere an ritè factæ fint, cum ipfe eam confecrare habeat. c.nemo.de confecrat. dift.1. Etiam quia hæc caufa ecclefiaftica eft,fi agatur fuper facto, vel poffefforio, vel fuper reditibus, tunc iudex laicus cognofcere poterit , vt fuprà dictum fuit de decimis.

25 Etiã poteft iudex ecclefiafticus cognofcere cõtra laicũ,qui promifit alium clericum coram eo fortè fiftere, & repræfentare : eo quòd fe ad hoc exprefsè obligauit. & hoc tenet exprefsè Aufrer.in tract.de potefta.fecul.in 4.reg.fallen. 22.allegat Anchar.in regu.ea quæ fiunt. de reg. iur.in 6.quæft.22.

26 Idẽ in depofito facto auctoritate iudicis ecclefiaftici penes laicũ.vt corã illo iudice,qui dedit depofitũ cõueniri pofsit. tunc clericus qui à iudice laico depofitũ recepit,folet etiam coram iudice feculari cõueniri:quia ex cõfequentibus officij cõuenitur. Bald.in l.acceptã.col.1.de vfuris. vbi dicit clericum poffe cogi à iudice laico ad depofiti reftitutionem , fi ab eo depofitum acceperit:multò fortius laicus à iudice ecclefiaftico,fi ab eo depofitum receperit.

27 Item,clerici in caufa criminali non debẽt cogi per iudicẽ fecularem,vt teftimonium ferãt fine fuperioris licentia. vtpote fi cogẽdus fuerit religiofus , de licentia fui abbatis,vel prioris . fi fuerit clericus fecularis de licentia fui epifcopi. Quod eft verum fi ageretur ciuiliter de crimine : fecus fi criminaliter ageretur. quia tunc ne fit irregularis. iuxta c.fententiam fanguinis. nec cler. vel monach. Clerici cogi non poterũt deponere,

iuris. gloss.in dict. cap.irrefragabiles.

55 An expleta, siue relationes ecclesiasticorũ seruientiũ fidẽ faciant sine testibus? Resp.quòd sic,& seruiẽti creditur in his,quæ suum concernunt officium. vt si se citasse referat, vel non, inuenisse domi,vel alibi citandum,facta perquisitione, & hoc ratione officij. Quia est iuratus. cap.ad audientiam.de præscrip. cap.cum parati. de appellat.Guido Pap.singul.359. In aliis verò non creditur seruienti,vt si dicat se verberatum à parte,nisi quo ad inquisitionem.l.ea quidem. C.de accusat.Bart.in l.1.§.cura carnis.ff.de offic. præfect.vrb.& in extrauag.ad reprimen. in verbo,per nuntium. Relinquitur etiam arbitrio iudicis in arduis, inspecta qualitate seruiẽtis quid & quantum credere debeat.Dec.in d.c.cum parati. & Ias. in §. quadrupli.nu.4.de actionib. in instit.Et licet de hoc extet ordinatio, nõ potest ligare in foro ecclesiastico: posset tamen episcopus, & bonum esset, ad vitandum fraudes, quas seruientes facere possunt, statuere, vt quilibet seruiens duos secum teneatur adhibere testes,alioqui ei nõ creditur, & alios testes quàm seruientes.

56 An notarius officialis posit cõtractus super re prophana, & inter laicos recipere: & an faciant fidem? Breui respõdeo quòd non:quia dicit Ioan.Fab.in l.2.C.de donatio.quòd notarius, etiam apostolicus, non potest in causis temporalibus instrumenta in Francia conficere.Et ideo ordinauit Rex Franciæ,vt refert Aufrer. in stilo Parlamen. in 7. parte, rubr.de fide instrum.artic.21.in hæc verba, prohibemus omnibus subiectis nostris laicis, ne habeant passare,vel recipi facere contractus eorum per notarios apostolicos imperiales, aut episcopales in materiis temporalibus, & prophanis, alioquin nulla fides adhibeatur, reputabuntúrque nulli, & nullius efficaciæ. Ratio est, quia prælati non possunt creare tabelliones in iurisdictione eorum: nisi quo ad spiritualia, & iurisdictionem ad eos pertinentem. Specul.in titu. de instrum. editio.§.restat. versic.sed quis potest facere,&c. & Panor. in c.cum P. tabellio. de fide instrum. Ergo ad ea,quę non est creatus,non potest manum apponere:& sic non poterit scribere contractus inter laicos.

57 An episcopus posit punire exemptos? Respon.non,si delinquant in loco exempto. Si verò extra locum exemptum,poterit episcopus eos punire.per c.1.de priuileg. in 6. & cap. hoc tantùm. ibi, atque extra regulam acta corrigere.18.q.2.Aufrer.in decis.Thol.q.308.

58 Idem ratione rei,si conueniantur super re non exempta, vel super decimis prouenientibus ex loco non exempto,poterit etiam contra exemptos cognoscere.vt d.c.1.

59 Idem si ratione cõtractus gesti alibi quàm in loco exempto.tunc enim poterunt conueniri,si in loco nõ exempto inueniantur,aliàs non, de foro compet.in 6.

60 Nisi in priuilegio exemptionis, exempti expresè essent, etiam in his tribus casibus, vt dicit Philip.Franc.in d.c.1.col.1.Et hoc priuilegium dicit florere.in 2.parte summæ.titu.16.c.9. §.1.prædicatores habere. Ideo episcopus poterit istos dicentes se exemptos compellere,vt ostendant exemptionis priuilegium, & illius exemplum siue copiam eidem episcopo tradant.cap. cum personæ.de priuileg.in 6.

61 Item si exempti haberent priuilegium, ne à quoquam excõmunicari valeant. tunc etiam extra locum exemptum delinquentes non poterunt excommunicari:sed de delicto commisso ab episcopo puniri. Dec. cap.1.§.1. & ibi Philippus Francus.

62 Item si exempti possunt conueniri ab episcopo, si posideant capellas & prioratus non exemptos.c.ex ore.& c.cum capella.de priuileg. Et hi exẽpti tenentur ab episcopo petere chrisma,oleum sanctum,& consecrationes ecclesiarũ,& altarium, & ordinationes clericorum eorum, qui ad sacros ordines promouendi sunt. cap.veniens.de præscript.nisi expresè super his etiam exempti sint.

63 Et sic episcopus istis exemptis religiosis, vel aliis dimissorias literas concedet,non abbas, vel prior: nisi à sede apostolica sit inductum: nec vicarius episcopi, nisi super hoc habeat expressam episcopi potestatem. c. cum nullus.§.1. de temp.ordin.in 6.

64 Imò religiosus sancti Ioannis Hierosolymitani non fuit receptus tanquam appellans ab abusu ad Parlamen. ab officiali Linconen. qui eum citauerat responsurum super sacramento Eucharistiæ,anno 1526.die 17.Aprilis.

65 Imò dicit Card.Zaba.in cle.1.q.3. de offic. ordina. quòd quando superior talium exemptorum,monitus per ordinarium non corrigit suos,poterit episcopus corrigere.& quando factum est notorium, ex quo ipso facto exempti incurrerent excommunicationem,tunc episcopus poterit illos declarare excommunicatos,vt à subditis episcopi euitentur. Et quando delinquunt poterit episcopus reuocare casus episcopales,quos eisdẽ cõcesit, & præcipere suis subditis,ne vadant ad exemptos,donec destiterint. & sic indirectè coërcentur.arg.c.de terris.de decimis.& cap.1.§.miserabilem.de vsur. Aufrer.in dict.clem.1.

66 Item solent iudices seculares mulctam iudicibus ecclesiasticis cõminari:sed non possunt imponere. quia non sunt de sua iurisdictione. Et si imponerent de facto,reuocari de facto debet.teste Henrico Boic in c.1.in fi.de iudic.Guido Pap.in decis.10.Delphi.q.450.suprà,&c.Angel.consil.8.regulares,&c.

67 Nec debet tamen iudex ecclesiasticus clericum captum, & ad eum remissum relaxare, quando est remissus *à la charge du cas priuilegié:* sed debet postquam cognouerit de crimine cõmuni,remittere iterum clericum ad iudicem secularem, seu illum vocare si velit venire ad curiam iudicis ecclesiastici, vt ambo procedant: alioquin appellatur tanquam ab abusu: vt vidi anno 1534.die 18.Martij,in Senatu pronunciari, in magna camera. Fundant hoc in cap.si iudex laicus.de senten.excom.lib.6.

68 Item iudex ecclesiasticus in quibus casibus solet iurisdictionem habere in laicũ, illi pœnam pecuniariam imponere potest. gl. & Pan. in c. licet. de pœnis. & ita seruatur, teste Aufre. in repetitio. d. cle. 1. col. 95. per tex. in c. statuimus. iuncta glo. 16. q. 1. & c. quisquis. 17. q. 4. vbi etiam dicitur quòd licet iudex ecclesiasticus, tẽporalem non habeat iurisdictionem: tamen laicũ temporaliter punire potest, si delictum sit ecclesiasticum. c. ad aures. & c. in quibusdam. vbi Panormit. de pœnis. Facilè tamen non debent prælati imponere pœnã pecuniariam: quia ex hoc præsumptio oritur contra eos, quòd correctionem faciant propter quæstum: non propter Deum. Panor. per illum text. in c. irrefragabili. §. cæterum. col. 1. de offi. ordin.

69 Item non potest iudex ecclesiasticus multam deputatam ad vsum certũ pium diminuere pro expensis: sed debet clericum condemnare ad expensas. nam quando fit remissio à iudice laico ad ecclesiasticum, fit expensis clerici si habeat bona, alioquin expensis episcopi. vt not. Aufrer. in repet. penult. col. 6. in paruo vol. de offi. ordin. glos. in §. quia verò. de publ. concubina. in concordatis.

70 Item potest iudex taxare expensas, etiam contra laicum in casibus, in quibus potest cognoscere: quia cui est iurisdictio commissa, & omnia accessoria censentur commissa, cùm accessorium sequi debeat naturã sui principalis. l. cùm principalis. ff. de reg. iur. & probatur in c. finem. cum multis similibus. de dolo. clemen. 1. de rescriptis.

71 Laicus, qui venit ad defendendũ clericum coram iudice ecclesiastico, defendere enim debet. l. vẽditor. ff. de iudi. quia ex persona defensoris forma iurisdictionis mutari non debet. l. 1. C. vbi in rem act. vbi Bald. nam in clerico veniente ad defensionem laici, dicunt doctores etiam respondere teneri coram laico. cap. clericus nullum. vbi Archid. 11. quæst. 1. Panormit. in cap. fin. colum. 2. de emptione & venditione. Et hoc de consuetudine in clericis seruatur. dicit Aufrer. in d. suo tracta. de potestate secularium. in 5. limita. & quæst. 360. & Benedict. in repetit. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. num. 412. de testam. per l. venditor. ff. de iudiciis. Ideo sententia Præpositi Paris. fuit annullata, eo quod mercatorem condemnauerat ad euictionem: siue, vt practici dicunt, ad sumendum garendum cuiusdam mercatoris flaminugi. nempe iudices regij non remittunt aliquem extra regnum. & oportuisset istum mercatorem sumere euictionem contra regnũ: sed bene fuit mercator condemnatus *à dedommager*, & conseruandum indemnem mercatorem extraneum.

72 Quanuis iuramentum sit mixti fori, & intelligant doct. in c. cùm sit generale. de foro cõpet. quòd vterque iudex potest cognoscere per præuentionem, etiam contra laicos: tamen seruatur in Frãcia in his criminibus mixtis, quòd laici coram iudicibus laicis conueniantur, clerici coram iudicibus ecclesiasticis.

73 Et ideo, quando agitur de reparationibus ecclesiarum: cùm parochiani teneãtur ad reparationes: laici compellentur à iudicibus laicis, clerici autem ab ecclesiasticis, aliàs abusiuè processum pronunciauit Senatus, anno 1509. die 6. Aprilis, pro aliquibus appellãtibus à commissione emanata ab Archidiacono Senonen. contra habitatores de Montdidier.

74 Potest iudex ecclesiasticus cõpellere laicum ad respõdendum coram eo, an sit illo anno peccata sua confessus: vel an receperit sacramentum Eucharistiæ, vt disponitur in cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. vel si excommunicatus acceperit. quia istud est crimen merè ecclesiasticum, & sic ad iudicem ecclesiasticum pertinet. etiam quia hæc non facit præsumitur de hæresi contra eum. Ergo pro illis potest iudex ecclesiasticus inquirere, & punire laicum. c. excommunicamus. 1. de hæretic. cap. vt inquisitionis 6. §. prohibitus. eo. tit. in 6. vbi quotiens est quæstio de fide, vel articulis fidei, iudex ecclesiesticus cõtra laicos cognoscit, & non alius, vt infrà dico.

75 Literæ monitoriæ, quæ in laicos ferri possunt, sunt in duplici differentia. Quædam sunt in forma malefactorum siue tacitis nominibus, & istæ debent omnes monere, cuiuscũque status sint, aut conditionis, vt reuelent: & sic ad reuelandum tantùm esse debent, & si se opponãt, assignari debet eis coram iudice ecclesiastico, vt reuelent tantùm, non vt satisfaciant. quia hìc esse abusum aliquando declaratum est per Senatum. & de his plura scribit Io. Neuisa. in sylua nuptial. & Philip. Probus in c. fin. de constit. in 6. Imò si super immobilibus cõcedantur monitiones, abusiuas eas declarauit Senatus anno 1513. die 28. Martij. quia immobilia patent. ergo possessor debet conueniri, & non per monitionem procedi.

76 Aliæ monitoriæ sunt, vt moniti faciant, fortè soluant, vel restituãt, aut aliud quicquam. & istæ non possunt concedi contra laicos, nisi in causis spiritualibus, & ecclesiasticis: & quando iudicatum est ab ecclesiastico, vel in aliis casibus permissis, de quibus suprà. & in istis casibus, si laicus se opponat, debet iudex ecclesiasticus cognoscere de oppositione. de hoc est text. in c. præterea. 2. de appellat. Cardin. in clem. dispendiosam. de iudiciis. glos. in cap. ex parte de verbo. significat.

77 Iudex ecclesiasticus potest laicũ declarare excõmunicatum, quando iurisdictionem suam contempsit non reuelando, aut aliàs. Et sicut iudex laicus prætendit iurisdictionem in clericos ob iurisdictionem contemptam, & vsurpatam: & licet sibi eam deffendere, etiam pœnali iudicio. per l. vnam. ff. si quis ius dicenti non obtẽper. c. dilecto. de senten. excom. in 6. multò fortius iudex ecclesiasticus in laicũ. nam tunc potest iudex etiam non subditos coercere. c. Romona. de pœn. in 6. Innoc. in c. 1. de offi. delega. vbi plenè post eum doct.

78 Clericus potest ob negociationem cõueniri coram iudice laico. c. sacerdotibus. ne cleri. vel monach. Quia indignum est eis ab ecclesia subue

ponere, etiã si per alios veritas haberi non possset. Inn. & Pan. in c. dilectorum. de testib. cogen.
28 Si verò clerici producãtur in causa ciuili, solent cogi per iudicẽ secularẽ, per arrestationẽ equi, vel aliam leuem coertionẽ. aliàs si per grauem coertionem cogeret iudex secularis, esset excõmunicatus. per c. si quis suadente. 17. q. 4. ita Guido Pap. decis. 65. licet de iure, &c. Contrarium tenet de Ripa in c. decernimus. q. 18. de iudic. vbi dicit, nullo pacto clericos à laicis cogẽdos: sed in subsidium per proprium episcopum compelli. vt testificẽtur coram laico. c. super eo. cum glo. de testib. cogen. sed opinio Guid. Pap. seruatur in iudiciis.
29 Item quo ad tumultus & seditiones factas in ecclesia, potest iudex ecclesiasticus cognoscere etiam contra laicos. c. decet. §. fina. de immunita. eccl. in 6. glos. in auth. item nulla cõmunitas. C. de episc. & cleric.
30 Imò etiam potest iudex ecclesiasticus cõpellere laicum, qui polluit ecclesiam, vt suis impensis reconcilietur, teste Ant. de Butr. in c. proposuisti. de consecrat. ecclesiæ vel altaris. refert Dec. in c. bonæ. in 7. not. de appell.
31 Item si clericus fecerit contractũ corã officiali. puta promittẽs soluere iudicatum pro aliquo: & postea efficiatur bigamus, si postea moneatur, tenetur obedire officiali, habita ratione pristinæ obligationis. & si appellet tanquam ab abusu, non esse appellationẽ recipiendam iudicauit Senatus contra magistrum Nicolaũ Cheualier, aduocatum Senat. Paris. anno 1524.
32 Nam pro iniuria facta clerico à laico, poterit laicus coram ecclesiastico iudice cõueniri: si tamẽ præueniat iudicẽ laicum, auth. itẽ nulla. C. de episc. & cler c. cum sit generale. de foro cõpet. Aufr. in d. cle. 1. col. 96. Guido Pap. in decis. Delphin. q. 562. vtrum officialis, &c. Quia sacrilegium videtur commissum, vt in d. ca. cum sit. officiales tamen regij non permittunt.
33 Operarius laicus, siue magister fabricæ, coram iudice ecclesiastico super his, quæ ecclesiã, vel illius negotia seu eius administrationem tãgunt cõueniri potest, & ad reddendã rationẽ, & reliqua, & ad quos vsus pecuniç cesserit, & corã eodem iudice cogi poterit ad officiarium acceptandum, si iustã non habeat excusationẽ. & sic poterit cõpelli ad emendũ libros, ornamenta, & alia necessaria ecclesiæ. Et hoc dicitur per doct. in c. decernimus. de iudic. & Dec. cons. vlt. in vlt. vol. Quia laici ratione præsumptæ administrationis de rebus ecclesiasticis sortiũtur forũ corã iudice ecclesiastico, teste Soc. in c. licet ex suscepto. col. 6. in 24. casu. de foro compet.
34 Iudex ecclesiasticus quanuis de iure in mixtis actionibus cognoscere posset. docto. in cap. quod clericis. de foro cõpet. tamen tã ex consuetudine, quàm per ordinationes regias in hoc regno est prohibitũ iudici ecclesiastico cognoscere de realibus & etiã de personalib. contra laicos per ordinationes nouissimas, ergo & de mixtis. Et si officialis de his velit cognoscere inter puros laicos, vt suprà dictũ extitit, appellari solet tanquam ab abusu ad Senatum. ita vidi seruari, quicquid aliàs à iure dicatur, licet istã cõsuetudinem non probem, cum consuetudo in his non valeat. Rot. decis. 223. in antiq.
35 Iudex ecclesiasticus prohibere potest, ne multitudo scamnorũ noceat. quẽadmodũ prohibere potest, ne supellectilia in ecclesiis locentur. c. vlti. de custo. euchar. Et is, qui illi ecclesiæ præest hoc potest petere. si verò nullus petat, procurator fiscalis hoc petere poterit. quia ista tendunt quodammodo, ne officium diuinũ impediatur. Ergo super his cognoscet ecclesiasticus. nempe dicit tex. in c. 1. 11. dist. Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt iura ecclesiastica disolui, etiam de his, quæ intra ecclesiam sunt, ipse cognoscere solet. Parlamentum tamen aliquando cognouit inter Richer procuratorem, & Ioannem Maillard primum hostiarium. videatur arrestũ anno 1522. die 5. Martij: & laicus ex tempore immemoriali, potest quærere sibi ius habendi scamnum in ecclesia, dummodo nõ noceat celebrationi diuinorum, vt plenè super hoc consuluit Paul. Paris. consil. 149. in presenti. in 4. vol.
36 Dum quæritur, an possit cõtra laicũ iudex ecclesiasticus cognoscere, si ecclesiam polluerit? Resp. quòd sic. quia est ecclesiasticũ delictũ. c. fi. de cõsecr. eccles. vel alta. c. vno. illo tit. in 6. Ideo secularis iudex non posset cognoscere de hoc. c. cũ pro causa. & ibi doct. de sent. excom. Pan. in c. fin. vlt. not. de immun. eccles. vbi dicit, quòd si laici aliàs delinquant in ecclesia sine pollutione, & sacrilegio, vtpote: quia se in ecclesia verberant, tunc iudex secularis cognoscet cõtra laicos. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. Bar. in l. si cui. §. fin. de accus. Saly. in auth. item nulla cõmunitas. C. de episc. & cler. Plenè Angel. in tract. malefic. in glo. in scalis sancti Petronij. & tales laici poterunt condemnari ad expẽsas reconciliationis faciendæ, cùm causa eorum fieri debeat. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil. facit l. sed addes. §. 1. ff. locati.
37 Itẽ dũ quæritur, quæ sunt causę spirituales, imprimis sciẽdum est spirituale tripliciter dici. Primò, essentialiter: vt gratia, & virtutes. Pan. in c. quãto. col. 2. de indict. & de his nõ loquitur ordinatio regia. quia super his nõ cadit iurisdictio.
38 Secũdò causaliter, vt sacramẽta, quę causant gratiam: sicut baptismus, pro quo non est exigẽda pecunia. c. baptisandis. 1. q. 1. vbi gl. & doct. dicunt melius esse secundùm quosdã, si aliquis relinquat puerum mori sine baptismo, quàm si det pecuniã, cùm simoniã cõmittat. c. cõstitutus. de religios. domi. Idem in Eucharistia, & sacramentis aliis. c. dictum. 21. quæst. 1.
39 Tertiò actualiter, seu effectiuè, vt prædicare, corrigere, visitare, orare, & huiusmodi, quæ sunt actus spirituales, teste Florẽ. in 2. parte summæ tit. 1. c. 5. rub. de simonia. §. 1. & postea hoc fusius declarat. §. 15. art. 16. in seq. in eadem parte.
40 Item spirituale dicitur, quando episcopus exercet competentia ordini sacerdotali, & circa sacramẽta ecclesiastica. Imol. in c. quãto. de iudi.
41 Temporale verò, quando exercet iurisdictionẽ pœnalem in laicos illius loci. gl. & doct.

in c.quod clericis.de foro compet.c.fi.de delict. puer.Innoc.in c.dilectus.de capel.monach.Pręposs.expressè in c.quoniam.col.1.in fi.10.dist.

42 Vel quãdo agitur de bonis temporalibus. d.cap.si quis obiecerit.1.q.1.& quid contineatur horum nomine, vide Francisc.Marc. decis.102. in 1. parte. Item strictè spiritualia dicuntur sola sacramẽta, quæ sancti Spiritus operatione cõficiuntur, & pro spirituum, id est, animarum salute:sed in largiori significatione comprehendit iura ecclesiastica; quia Spiritus sancti gratia debet dignis conferri. & in amplissima significatione comprehendit omnia sacramenta,teste Arch. in c.quod autem.1.q.1. & c.piæ mentis.16. q. 7. vbi comprehendit ea etiam quæ ex sacramento veniunt: vt ius percipiendi decimas, & oblationes, quod ex sacramento ordinis consequitur. & omnis res sacra instituta ad sacramẽtorum celebrationem,vt calix,& similia.

43 Vel spiritualia sunt, quæ vitam concernũt æternam:vt eucharistiæ confectio, articuli fidei, baptismus,& similia.c.quoniam.10.distinct. vbi Domin. in fine sic ait, & in summa, spiritualis dicitur vbi tractatur de spiritualibus: vt de electione, de decimis, de iurepatronat. de vsuris. glo.in summa. 11. q.1. & est duplex, vt ibid. videre licet.glo.& doct.in c.literas. de iur. calum.

44 Causæ ecclesiasticæ siue materiæ dicũtur, quæ ecclesiam tangunt, vt per doct. in c.decernimus.de iudiciis.

45 Iudex ecclesiasticus potest cognoscere cõtra laicos super notorio crimine,nedum vt pœniteat:sed etiam vt satisfaciat.Panor.in c.fin. de sepult. per illum text. quia deprehenditur tunc iudicis secularis negligẽtia quam supplet iudex ecclesiasticus.c.licet.de foro compet.

46 Maximè de crimine hęresis. c. vt cõmissi. & c. vt inquisitionis.de hæretic.in 6. & clem. 1. ibidem. Oldrad.consil.86.& tunc potest capere etiam laicum.authen.causa,quæ fit cum monacho.c.de episcop.& cleric.

47 Etiam pro crimine sortilegij potest eos carcerare. text.cum glos.in c.contra idolorum. 26.quæst.5.vbi dicit,quòd pro crimine ecclesiastico , episcopus potest laicos carcerare. Si tamen non haberet captionem, debet auxilium à iudice seculari inuocare,nec creditur iudici ecclesiastico officiali:vel alij,si dicat se auctoritate regia clericum cœpisse, si alio modo non appareat , vt fuit dictum in Senatu pro magistro Petro du Gat, contra capitulum Amianen. Et in stilo Parlamenti in par.rub.de malefic.ordina 3.statuit Carolus octauus,quod per præuentionem iudicibus regiis cognitio spectet. Ergo si fuerint pręuẽti ab episcopo,ab eo puniri poterunt diuinatores,sortilegi,ac necromantici.

48 Super crimine simoniæ potest solus iudex ecclesiasticus etiam inter laicos cognoscere, cùm crimen sit merè ecclesiasticum. quia simonia,dicitur hęresis. c.fertur.1.q.1.& eius originalis prohibitio ab ecclesia processit. vt in summa 1.q.1.Panor.in c.cum sit generale. col.7. de foro competen.

49 Item blasphematores laici possunt de iure,etiam à iudice ecclesiastico puniri. Calder. consil.2.de iud.vbi dicit, quòd concurrere possunt tam iudex secularis,quàm ecclesiasticus. c. 2.de maled. Quia non debet tolerare ecclesia opprobria illius , qui nostra protulit.c.in nonnullis.de Iudę.hoc enim crimẽ sapit hęresim,si scienter,& animo pensato fiat:& maximè,si sæpius reiteratur.nam hæreticus dicitur,qui malè dogmatizat de fide, vel eius articulis. cap.inter schisma.24.q.3. Tamen die 20.Nouembris anno 1533. fuit dictum in Senatu, officialem abusum fuisse , qui citauerat laicum super blasphemia,quæ est mixti fori, & idem fuit dictum eodem anno,die 22.mensis Decembris.

50 Idem in crimine incestus, quia est crimen ecclesiasticum. quia quicquid super hoc ius ciuile dicat,præualet ius canonicum.Bal.in l.consulta. C.de testa. vbi idem dicit in crimine vsurarum,quod tamen est mixti fori,vt in d.c.cum sit generale. Tamen curia Parlamenti Parisien. anno 1527.die 6.Maij, & seq. contra officialem sancti Benedicti de Saltu , pronunciauit abusiuè citatũ illum laicũ , qui cognouerat aliquam sibi cõiunctam cognatione spirituali. quod est mirandum , & tenent esse mixti fori. Idem cognoscit de crimine sacrilegij.cap.attendendum. 17.q.4. vbi episcopus sacrilegum carcerat. cap. cum sit.& c.conquestus. de foro compet. etiam compellit laicum ad restitutionem rei substractæ ecclesiæ : sed pœnam corporalem imponet iudex laicus.c.quisquis.17.q.4. Aufrer.in tracta. de potesta.secula.in regul.fallen.6.

51 Breuiter iudex ecclesiasticus de criminibus ecclesiasticis laicos corrigere potest quo ad pœnam spiritualem.Quia de quolibet peccato cognoscit.c.nouit.de iudic. Panor.in c. nos inter. de purga.cano.glo.& doct.in c.non est.de consuetud. Et ideo de criminibus à iure canonico introductis , solus iudex ecclesiasticus cognoscit.Domin.in c.2.de except.in 6.

52 Vnde potest cognoscere de delictis à suis officialibus , quanuis laicis commissis, quando in officio commisso à iudice delinquunt. nempe proconsul suos officiales,& comites punit.l. si quis fortè.§.si quos comitum.ff.de pœnis.

53 Item pręsides prouinciarum,& seneschalli, suos puniunt.§.quod si delinquentes.in auth.de manda.princip.collat.3.Petrus Iacob.in rubr. de conditio.ex lege.& institut.de actionib. §.quaquadrupli. Igitur iudex ecclesiasticus non erit deterioris conditionis.

54 Item iudex ecclesiasticus cognoscit contra laicos, si iudex laicus est negligens. c. ex transmissa,& c.licet ex suscepto. de foro compet. Et an,& quoties monere debeat,decidit tex.in cap. administratores.23.q.5. Nam dicitur,quòd prælati negligentes correctionem,subditis impunitatem permittere videntur. cle.vna.de celebrat. missa. Et subditorum sanguis ab eorum manibus requiretur.c.irrefragabili.de offic.ordin. Et qui increpare delinquentes non curat, eos proculdubio tacendo pastor occidit.c. Ephesiis.43. distin. nec erit excusatio pastoris , si lupus oues comedit, & pastor nescit. c. quanuis.de regulis iuris.

subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari.ibid.& Aufrer.in tract.de potesta. secular.reg.1.fallen.17.

79 Clericus super arreragiis cēsus annui cōuenitur coram iudice laico, quando petuntur ratione prædiorum censualium: quia tunc magis videntur conueniri prædia & possessores prædiorum,quàm personæ.l.Imperatores.ff. de publica. & vectiga.l.fin. C.sine censu, vel reliq. Si verò arreragia peterētur ex obligatione personali, vtpote promissi per stipulationem:tunc iudex ecclesiasticus cognosceret,teste Aufrer.in tracta. de potestate secular. super ecclesiast.personis.regul.2.in 4.limita.vbi dicit quòd si fieret in fraudem iurisdictionis regiæ,nō valeret:imò ob hoc abbas sancti Vincentij, fuit ad centum libras condemnatus,vt ibi.

80 Laicus pro salario magistri & doctrinæ, debet conueniri coram iudice laico: quia agit super actione personali, quam ex ordinatione intentare debet coram iudice seculari. Et quia actor debet sequi forum rei.c.cùm sit generale. de foro compet.

81 Iudex ecclesiasticus potest cognoscere cōtra laicos super confratriis, quatenus tangunt diuinum obsequium,aliàs non.tum quia pium est. Alex.consil.102.super primo.in 7.volu.vide Barba.consil.1.in 4.vol.

82 Etiam potest officialis visitare laicos suspectos de lepra. & sic fuit permissum officiali Beluacen.à Senatu,anno 1527. die 19.Decemb.

83 Potest iudex ecclesiasticus citare laicum, visurum se incidisse in canonem: & si neget, potest recollere eidem testes: & declarare eum excommunicatum, & condemnare eum in mulcta & expensis.nam si iudex laicus pro crimine,quod dicit priuilegiatum, punit clericum non sibi subditum, saltem in pecunia: multò fortius iudex laicus facere poterit.nempe quod quisque iuris in alium statuerit,ipse eodem iure vti debet.cap.cum omnes. de constitut. & ff. quod quisque iur. Si tamen litis contestatio fuerit facta super crimine, & incœptus processus coram iudice seculari, ne in diuersis curiis molestetur,illo pendente processu,non permittunt iudices laici istum præuentum citari à iudice ecclesiastico: quòd si fiat, abusiuè factum pronubciauit Senatus,anno 1533.die 20.Nouēb.

84 Imò anno 1536.à D.Poyeto prēside fuit pronunciatum in magna camera, die 9. Ianuarij. clericum non posse petere reparationem contra laicum coram iudice ecclesiastico: sed coram iudice laico petere debet, & officialis solum pronunciare potest talem laicum incidisse in canonem,& esse excommunicatum.

85 Iudex ecclesiasticus poterit per excommunicationem compellere laicos ad testificandum & ad recollendum postea. per c.1.& per totum tit.de testib. cogen.nam cui commissa est iurisdictio, omnia censentur eidem commissa, sine quibus iurisdidictio exerceri nequiret. l.2. ff.de iurisdict.omn.iud.c.præterea.de offi.deleg.

86 Item potest laicus ex officio iudicis ecclesiastici, & non via ordinaria cogi ad portādum testamentū, & viri ecclesiastici maximè,& cogi ab eodem iudice poterit ad executionem dicti testamēti per c.nos quidem.& ibi doct. de testa. & l.nulli.C.de episc.& cle.vt suprà dictū extitit.

87 Et executores testamēti possunt compelli tam per iudicem laicum, quàm per ecclesiasticum,& ad reddendum rationē,& reliqua. l.hæreditas.ff.si pars hæredita.peta.Et si iudex laicus semel cognouerit, potest compellere etiam clericum ad reddendum rationem. Tamen anno 1526.die 11.Martij, quanuis executores testamenti episcopi Lucionen.fuissent à balliuo Paris.condemnati ad reddendum rationem & reliqua:fuerunt tamen remissi ad capitulum Beluacen. tum quod clerici essent, tum quod ageretur de executione personæ ecclesiasticæ.

Item laicus non colens festum à clero & populo celebrari solitum, potest cogi à iudice ecclesiastico,& puniri.tum quia est crimen ecclesiasticum,tum quia sapit quandam hæresim, & ecclesiæ contemptum, ob id iudex ecclesiasticus cognoscit. Venit enim ille laicus contra tertium decalogi præceptum, Sabbata sanctifices. & in tangentibus fidem iudex ecclesiasticus solus cognoscit.cap.quoties.24.quæst.1.notab. in toto tit.de reliq.& venera.sanctorum.cap.fin. & per totum.de feriis.


88 Item laicus, qui falsum deposuit coram iudice ecclesiastico,ab eodem puniri.l.nullum. C. de testib. Quia delinquendo coram iudice ecclesiastico,se adstringit illius foro.teste Bald.in l.nullum. nec hoc dicit in practica seruari Aufrer.in decisio. Tholos.quæst. 378. & in repetit. clement. 1. col. 95. in paruo volum. de offi.ordina.vt iudex ecclesiasticus laicum purum falsum coram se deponentem capiat, & ad scalam ponat.

89 Idem putarem in notario regio, vt incidenter iudex ecclesiasticus cognoscere possit. nam dicit Bartol. in l. si quis obrepserit. in vlti. quæst.ff.de fals.quod quando in actu iudiciario fit aliquod delictum coram iudice, vel à parte, vel à notario,vel à teste,vel aduocato: tunc iudex poterit illos ex officio suo punire. per l. Athaletus. ff.de falsis. Et istud in practica quotidie seruari dicit Aufrer. in repetitio.clemen.1. col.73.in paruo volum.de offi.ordin. vbi etiam dicit clericum posse puniri à laico iudice,si coram eo falsum deposuit, vel calumniam commisit:extraordinariè tamen, & in pecunia,non autem in persona:allegat Federic. in consil.93. factum, quod proponitur. & idem Aufrer. in prima regu.de potestate secularium super ecclesiastic.person.

90 Item si dominus & subiectus petant remissionem, debebit remitti subditus ad priorem iudicem suum ordinarium. Quia laicus non potest sine domini consensu prorogare iurisdictionem, cùm iurisdictiones sint in hoc regno patrimoniales: & interst domini, ne suum diminuatur patrimonium, & iurisdictio. Ideo petit remissionem cum suo subdito, teste Masuer.in rubri.de remissio.in princip. Et Benedict.in repetit. cap. Raynutius. in verb.duas. de testa

de testam.scribitur in tit.de causis. in concorda. Sed ipse solus subditus, cùm se submiserit, & prorogauerit iurisdictionem, quãtum in se est, remissionem non petat.

Item laicus obligatus instrumento sigillato sigillo regio, si se opponat, oppositio debet venire ad eum iudicem regium, ratione sigilli à quo literæ emanarunt. Et si ab alio iudice emanauerit sigillum, ad illum deuoluetur causa: etiam si clericus executioni sententiæ se opponat, tenebitur respondere coram iudice seculari, qui sententiam protulit & exequitur, secundùm Bal. in l. testamenta. in fi. C. de testa. & in l. fina. col. 13. de edict. diui Adria. tollen. Item ad eum oppositio deuolui debet, à quo commissio emanauit, vt ibidem dicitur.



*TRACTATVS*

# EXCEPTIONVM ATQVE ACTIONVM, NVPER AD PRAXIM CVRIARVM, MAXIME IN FRANCIA VIGENTEM, redactus, D. Petro Rebuffo Iurium Doctore Authore.



INVOCATO Dei opti. maxi. ac virginis Mariæ præsidio, in hoc tractatu sequentia persequar. Primò, quot modis capiatur exceptio. Secundò, quid sit. Tertiò, quis sit eius effectus. Quartò, quæ sit differentia inter exceptionem, præscriptionem, & præiudicium. Quintò, cur exceptiones inuentæ sint. Sexto, quo iure inuentæ sint. Septimò, quę vtilitas sit hoc disquirere. Octauò, quæ in exceptionibus consideranda sint. Nono, in quibus conueniant actio & exceptio. Decimò, in quibus differant actio & exceptio. Vndecimò, quotuplex sit exceptio. Duodecimò, quomodo opponãtur, & super his quomodo concludatur. Decimotertiò, adiiciam exceptiones litis finitæ, quas practici vocant fines non recipiendi. Adiungam etiam differentias inter illas, & peremptorias. Decimoquartò, quot remedia reo dentur. Vltimò, maximè pertractabo actiones bonæ fidei, & qualiter super illis concludatur: & exceptiones in quę modum eis obiiciantur. His explicatis finem faciam.

1 Ad primum veniens, quot modis exceptio accipiatur, videndum est primò, verbum excipere, capi pro assumere, subire, suscipere. l. obseruare. §. antequam. ibi, esse enim congruens, vt vnusquisque in sua patria eum exciperet. ff. de offic. proconsul. l. si Titius. ibi, ob ætatem si restituatur in integrum vnus fideiussor, an alter onus obligationis in integrum excipere debet? ff. de fideiussor. Sic etiam constitutum est, non eodem modo puniendos eos esse, qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos qui in recenti sententiam excipiunt. l. si diutino. in fi. ff. de pœnis. Et eũ, qui bona vacantia à fisco cõparauit, debere actionem quæ contra defunctum competebat excipere. l. eum qui. ff. de iure fisci, & C. vbi in rem actio. l. 2. ibi, si actoris intentionem excipiat. l. interdum. in fi. ibi, non debet iudicium recusare negotiorum gestorum: sed actionem eum excipere oportere Iulianus respondit. ff. de iudic. Sic in c. fina. §. quod si super. vt lite non contestata.

2 Secundò, excipere pœnam, est pati. l. si adulterum cum incestu. §. imperatores. ibi, si maritus vxorem in adulterio deprehensam, impetu tactus doloris, interfecerit: non vtiq; legis Corneliæ de sicariis pœnam excipiet. ff. de adulter. iuncta l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad Senatuscons. Silla. & l. Graccus. C. de adulter.

3 Tertiò, excipere pro detrahere, deducere sumitur, vnde participium illud exceptis, id est deductis, detractis. ff. de petit. hæred. l. hæres. ibi, exceptis impensis. & ibi, Sed & si quid circa furiosum necessariò fuerit expensum, & hoc excipietur. & §. in secundo. in proœm. Digestor. & ad Turpill. l. j. §. accusationem. in fi. ibi, omnes excepta muliere & minore. iũcta l. si à domino. in fine. & l. planè. in fine. ff. de petit. hæred. vbi quod in vna lege dicitur exceptis, in aliis dicitur deductis.

4 Quartò, excipere lumina nostra, id est recipere. l. 3. ff. de seruitutib. vrb. pręd. ibi, luminũ seruitute constituta id acquisitũ videtur, vt vicinus lumina nostra excipiat. Et excipere stillicidia, pro recipere. idem in l. si arborem. vel pro accipere, in l. qua ratione. §. pen. ibi, ignorant enim quid eorum quisque excepturus sit: & tamen, quia vult quòd quisque exceperit, eius esse, statim eorum dominũ efficiunt. ff. de acq. rer. dom. iuncto §. hoc amplius. instit. de rer. diuis.

5 Quintò, excipere actiones est accipere, vel suscipere, & sic se defendere. vt declaratur ff. de iud. l. 2. §. sed & si agant. & ff. de noxal. l. nõ solũ. ibi, nã & absurdũ. Alibi Iurisc. per hoc dicit suscipere actiones. in l. sed et si susceperit actionẽ fideicõmissi. ff. de iud. & l. nõ videtur defendere. de reg. iur. Inde exceptor pro actuario & graphario, qui velociter scribit quæ dicuntur. l. sed addes. §. fi. ff. locati. l. inter eos. quib. ex caus. maior.

Sextò,

6 Sextò, excipere est excludere. l. si quis binas ædes, quas solas habet, vel fundũ tradiderit, excipere potest id, quod personæ, non prædij est. ff. de vsufruct. l. & eleganter. in princip. ff. de dolo. quicquid ibi glo. & doct. dicunt: & sic accipitur in l. qui fundum. vbi scripsi, ff. de verb. sign. sic & in l. 1. ff. famil. hercisc. Inde exceptus obligatione, dicit tex. in l. fin. ff. de duobus reis. Inde exceptio, quasi quædam exclusio, de qua tractamus hîc, & l. 2. ff. de exceptionib. Et hæc exceptio à Græcis παραγραφὴ vocatur, vt alibi dixi.

7 Secundò quæro, quid sit exceptio? Dũ iura profiterer ciuilia, anno 1522. edidi exceptionũ arborẽ in qua definitionẽ istã dedi: exceptio est actionis, vel intẽtionis exclusio. Nunc autẽ intentius consideras inueni definitionẽ datam ab Vlpiano, quę talis est. Exceptio est quędam exclusio, quæ actui cuiuscunq; rei interponi solet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationémue deductũ est. l. 12. ff. de except.

8 Declaremus singula definitionis huius verba. Primùm, est quædã exclusio, volens dicere Iurisconsul. quòd omnis exclusio non est exceptio, vt si quis à probatione excludatur, vel à domo, hoc non est exceptio, sed actionis exclusio. l. 1. ff. fam. herc. ibi, potest eũ excludere per exceptionẽ. Ob id Vlpian. Iurisc. ait, quædã exclusio. Et etiã ad excludendũ alias significationes quas habet verbũ, excipere: vt proximè scripsi. Dicit etiã, quasi, quæ dictio denotat improprietatẽ. l. 2. ff. de inoffi. testa. Scripsi in l. inter stuprũ. in fi. de verb. signi. & sic vult dicere nõ esse exclusionem omnimodam, sed quasi quandam exclusionẽ. Etiã hæc dictio, quædã, notat diminutionem, quòd non omnino sit. l. si ei. in fi. ibi, actio quædam inter hæredes & hæreditatem proponitur, de euictionib. Nec refragatur quod doct. dicunt, ibi esse allusionem, & nõ definitionem, quod ibi habetur, exceptio dicta est quasi quædam exclusio: nam respõdetur, Vlpian. noluisse dicere, exclusionem verè exceptionẽ esse: quia exclusio plus facti, quàm iuris habet: vt docet Papinian. de peregre. ff. de acquir. poss. saltẽ plus facti habet exclusio, quàm exceptio. Ideo Iurisconsul. dicit, dicta est: licet regulariter apud Iurisconsul. quod dicitur est. Sed est phrasis Iurisconsul. frequens, vt patet in l. 1. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicatur. l. 2. vbi bonorum raptor. l. si pariter. §. idem. de liber. caus. & rub. si libertinus ingenuus esse dicatur. l. 1. & l. 1. de iniur. l. 1. de dolo. cum similibus sexcentis que possem adducere. Vide in l. 3. in fi. de verb. sign. Et sic exclusio, quę actioni interponitur, exceptio est: & ideo ibi diffinitur exceptio verius quàm allusio ponatur. vt in l. 2. §. appellata. ff. si cert. peta.

9 Secundò declarat quę sit illa exclusio, dum dicit, quæ actioni interponi solet, ex quo inferunt doct. in rubr. de except. in decret. & Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. de exceptio. quòd illa propriè dicetur exceptio, quæ excludit actionẽ: & sic exceptio dilatoria nõ dicitur propriè exceptio, quod non est verum. Nam nõ dicit ibi Iuriscõsult. quòd exceptio sit exclusio actionis: sed exclusio, quæ interponitur actioni: & sic quomodocunque excludat, siue id quod deductum est in condemnationem, siue in intẽtionem, vt est in dilatoriã: est exceptio, & propriè: quamuis docto. contrarium asserant, loquentes cõtra text. in d. l. 2. Etiam probatur per verbum, solet, quod inferius elucidatur. & in l. fi. in princip. ff. de iureiur. ibi, an excludẽdus sit exceptione iurisiurandi. & sic excluditur quis à sua intentione per exceptionem.

10 Tertiò dicitur in definitione, cuiusque rei: vt denotet exceptionem opponi posse, quæcũque res in iudiciũ deducta sit: & hoc per verbũ, cuiusque, quod est generale, pro cuiuscunque. l. cuiusque. ad leg. Iul. maiest. iuncta l. cuiuscunque. de vsufruct. Scripsi in l. 1. ff. de verb. sign.

11 Item per verbum, rei, quod tanquam generale Iurisconsul. elegit. l. 1. in fi. ff. si cert. pet. l. rei. ff. de verb. sign. vbi abundè scripsi, etiam denotare facta, per glos. notab. in §. 1. in verbo, rei. Institut. de obligat. siue res sacra petatur, excipitur. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. siue res prophana, vel alia quęcunque excipi potest. l. fundum. ff. de except.

12 Quartò ponitur in definitione verbũ, interponi, id est, opponi. Exceptio enim non excludit, ipso iure, si ad priuatã tendat vtilitatẽ: nisi opponatur à parte. hoc tamen iudicium nõ datur nisi postulatũ fuerit. docet Vlpian. Iuriscõs. in l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infec. vbi plenè Bart. & post eum Alex. & Ripa. Et sic verbum, interponere, accipitur pro opponere: vt abundè scripsi de hoc verbo in l. hæc verba, cui. ff. de verb. sign. Facit l. iusiurandum. vlt. ibi, interposito eo, ab omni controuersia discedatur. ff. de iureiur. id est, opposito eo, videlicet iureiurando. Et interponi, pro opponi, vtitur Iurisconsul. quãuis quidam nunc dicant intercedere, pro opponere, sed plenius scripsi, ff. de verb. sign.

13 Opponi igitur exceptiones per partẽ conuentam debẽt. Exceptionẽ dilatoriã quidem in initio: probari verò postquam actor asseuerat, oportet. C. de probat. etiam si competãt contra testes. c. 1. de excep. & inferius dicã in diuis. exce.

14 Si perẽptoriæ litis sint, eas omissas in initio antequã sentẽtia feratur, opponi posse perpetuum edictũ declarat. l. peremptorias. C. sent. rescindi non posse. & inferius fusius explicabitur, cum regu. & limitat. in illa quæst. quomodo opponantur, &c.

15 Etiam si fuerint perẽptorię rescripti. l. 2. C. si contra ius, &c. Scribam inferius in versic. alia est exceptio actionis. & an iudex possit supplere, ibi dicam. Vide interim Alexan. & alios in l. eum, qui ita. §. qui ita. ff. de verb. oblig.

16 Quintò, in ea diffinitione apponitur verbũ, solet, ad declarandum, quòd exceptio aliquãdo interponitur, quãuis actio nõ cõpetat: sed solet interponi actioni, quia regulariter sine ea nemo experitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. Si tamen de facto agatur, de facto excipi potest, & vocatur exceptio facti, per gl. in l. qui se debere. ff. de excep. Et hoc vult dicere verbum, solet: quia quod solet fieri, nõ semper fit. l. si locus. & l. solẽnis. ff. de iudic. Bart. in l. Mela. ff. de alim. & cibar.

cibar.leg. Sed regulariter exceptio opponi solet actioni intentatæ: si autem actio erat sublata, & tamen adhuc quis agat, inferius explicabitur.

17 Sextò, verba illa in definitione posita, ad excludendũ id quod deductũ est in intentionẽ, id est, in propositũ & voluntatẽ: & sic voluntatem omnino actoris excludere reus debet, de quo inferius abundantius dicetur. Et sic vides quare & ad quid exceptiones dentur: quia ad excludendum id, quod in intentionem, condemnationémue deductum est. Et sic dicuntur exceptiones, quando excludunt actoris intẽtionẽ. Igitur si excludant intentionẽ agẽtis coram iudice, tunc, vt causa ad iudicẽ ecclesiasticũ remittatur, vel ad aliũ, dicentur propriè exceptiones, & sic dilatoriæ, & declinatoriæ: & quia intentionem agentis excludunt, exceptiones propriæ vocari possent, quicquid doct. in contrarium dicant. Sed de hoc fusius scribam infrà de exceptione intentionis.

18 Vltimò dicitur, cõdẽnationẽ. & sic infertur, quod exceptio datur cõtra id, quod deductũ est in condemnationẽ, si iudex gratia fortè, vel pecunia, vel odio sentẽtiã tulerit, excipietur cõtra illã condemnationẽ. l. si filiusfamil. ff. de iud. vel si ex falsis instrumentis lata sit cõdemnatio. l. 1. C. si ex falsis instr. & inferius dicetur, quæ exceptiones in executione sententię interponi possunt. interim vide gl. & doct. in l. 1. C. de iuris & fact. ignor. In hoc tamen regno vix aliquis auditur contra sententiam, si non appellet: vt alibi dicam per legem regiam hoc disponentem.

19 Vel exceptio est cõtradictio, quę modò eximit reũ à dãnatione, modò minuit dãnationẽ. Paul. in l. exceptio ff. eo. In Pãdect. Flor. est cõdicio, quod verb. pro cõtradictione est accipiẽdum, & tunc demũ exceptio eximit à condemnatione, quãdo opponitur contra totã petitionem: vtpote si petas decem aureos, mihi mutuò datos, & ego probo te fecisse pactum de nõ petendo, eximet me ista exceptio à damnatione, ne iudex me condemnet. Facit lex, Sed & si per prętorem. §. ait prętor. 2. ibi, siue per magistratus, siue dolo malo ipsius actio exẽpta esse dicetur, hoc quoq;, vt si per dilationẽ iudicis effectũ sit, vt actio eximatur, fiat restitutio. Et Iurisconsul. ibi definit exceptionem per effectũ: quia iste est effectus exceptionis præcipuus, vt si opposita sit, eximat à condemnatione, ne reus condemnetur ad petita ab actore, & intellige à damnatione facienda, & interdum à facta, vt superius scripsi, eximit: interdũ perpetuò, vt si obiiciatur exceptio perpetua pacti de nõ petẽdo, vel ad tẽpus, si ad festum fortè Paschatis factũ est pactũ, ne peteretur. l. 3. ff. eod. & infrà abundantius explicabitur: siue loquamur in ciuilibus, siue in criminalibus. l. Præses. C. de plagiar. Eximit enim exceptio iusta à damnatione, etiam aliquãdo in criminalibus, si dicat se fecisse ad suam defensionem. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Plenè Hostien. in summa de except. post rub. de accusat.

20 Aliquando minuit exceptio cõdemnationem, vt si soluerim partẽ, & actor totũ petat, si probem me soluisse partẽ, illa exceptio, vel alia extenuans, minuit condemnationẽ. Nam iudex non condemnabit quatenus probatum erit solutum esse. Est idem si minuat cõdemnationem ratione tẽporis. vt quia adhuc solutio fieri non debeat. Nam minus dicitur, etiam ratione temporis. l. si cui. §. fina. ff. de verb. obligat. vbi minus soluit, qui tardius soluit: nam tempore minus soluitur. Vel potest poni vt in l. cũ in ea causa. §. fin. ff. de ædilit. edicto.

21 Ex his habetis effectus duos præcipuos exceptionis. Vnus est, vt eximat à damnatione, siue opponatur contra rescriptum, vt in c. super literis. de rescript. siue cõtra libellum & actionem. c. examinata. de iudic. l. 1. ff. de edendo. c. 1. de libel. oblat. vbi doct. Non me mouet, quòd exceptio, quæ contra iudicem opponitur, quæ vocatur dilatoria, siue iudicij declinatoria, nõ eximit à condemnatione. c. 1. de iud. vbi doct. Nec illa quæ opponitur contra procuratores. l. licet. C. de procur. quæ vocatur procuratoria, in l. 3. in fi. ff. eod. Nam respon illas eximere reum à condemnatione ad tẽpus: & ideo dicũtur illæ exceptiones temporales in d. §. fi. & §. appellantur. eod. tit. in institut. & sic modò eximit à condemnatione: vt dicit d l. exceptio. nõ perpetuò, vel aliquando, sed sufficit modò eximere.

Item effectus exceptionis est cõtradicere, id est, repellere, per illum text. ibi, & excludere, & non agere. cap. 1. de ordine cognit. Socin. in d. l. exceptio. ff. eodem. quia hîc conueniunt: ob id hos effectus hîc scripsi, licet disposuissem in fine præscribere.

22 Est etiam effectus, vt actionem, vel intentionem, vel id quod in ea deductum est excludat, & repellat. d. l. 2. ff. eod. & dictum fuit suprà.

23 Infertur etiam per d. l. exceptio. quòd negatio est exceptio, cùm sit contradictio, & exceptio est contradictio, vt ibi Iurisconsult. scribit. Ideo Zasius in intellectu legis, qui se debere. in fi. ff. de condict. causa data. ait errorem esse, dicere negationem non esse exceptionem. Hoc enim & contra rhetorica præcepta, & cõtra ius, & cõtra rationem dicitur. Quid enim tam excludit actionem quàm negatio? Denique quò perueniet status coniecturalis, qui ex sola negatione cõsistit? Est ergo negatio actioni opposita verissima intẽtionis exceptio. Hæc ille, nihil aliud addens, nec vnam quidem legem. Ego dicam fusius in diuisione prima.

24 Tertius effectus est, quòd exceptio non ampliat vltra regulam, nec comprehendit alia, quæ in regula non continentur. glo. no. in l. fi. ff. quod quisque iuris. Vnde si constituo procuratorẽ meum ad omnia, præterquã ad iurandum, vel ad vẽdendũ, licet excipiã vnũ casum, requirentem speciale mandatum: tamen mandatum nõ ampliabitur ad alios casus requirẽtes speciale mandatum, per tex & ibi glo. & doct. in c. qui ad agendum. de procurat. in 6. Iason in d. l. fina. Decius & alij in rubri. ff. de reg. iur. & ibi Barr. in l. pen. & in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruct. legat. & in l. Lucius. §. pluribus. ad Trebel. tum quòd inducta ad diminutionẽ & exceptionem, non debẽt augmentum & positionem operari.

l. leg

l.legata.ff.de legat.1.tum etiam, quia actus agendum non debet operari vltra eorũ intentionem. l.non omnis.ff.si cert.petat. Et sic tertia quæstio, videlicet, qui sint effectus exceptionis, aperta & explicata est.

25 Quartò principaliter quæro, quæ sit differentia inter exceptionem, præscriptionem, præiudicium & defensionem. nam & hoc necessarium scire duxi: quia Iurisconsul. in rub.ff.eod.scribit de exception. seu præscriptionib.& præiudiciis. Impera. de exceptionib.seu præscrip. Papa, De exceptio.& lib.6.& clem. Respondeo, præscriptionem consistere in tẽpore, teste Bart. in rub.ff. de diuersis & temporalibus præscript. Et sic intelligitur rubr.C.de præscript.longi tempor. & l.in rebus. versic.omnis autem temporalis exceptio.de iure dotium. Quam sententiam sequitur Paul. Paris. in rubr.de except. in Decretalib. & communiter alij docto. Vnde præscriptio opponi potest, quando in agendo assignatum est certum tempus, vel certa ætas, vel persona, & agitur extra casus assignatos, teste Socy. in rub.ff.eod. Quia præscribere, secundum eum, idem est quod assignare. l.si maritus.§.quinquẽnium.ff.de adult. ibi sunt duæ leges incipientes, Si maritus, sed in illis nullus est. §.si incipiens. Sed fortè voluit allegare legem Si maritus.2.§.præscriptiones quæ obiici solent accusatoribus adulterij, ante solent tractari, quàm quis inter reos recipiatur. Cæterùm postquã semel receptus est, nõ potest præscriptionem obiicere: & sic illa lex non probat Socini sententiam. Sed pro Socino facit lex Intra.§.quadriennij tempus, quod bonis vacantibus nuntiandis præscriptum est.ff.de diuers.& tempor.præscrip. vbi præscriptum tempus, vocatur assignatum & præstitutum Ideo Alciatus in l.vt sunt.ff.de verb.signi. præscriptionem assumere propriè videtur pro exceptione ipsa, quæ ex vsucapione descendit.

26 Istud tamen non videtur verum per legem, qui agnitis. ff.eod.& l.iudicatæ. de exceptio. rei iudicatæ.& l.si seruus.de liberali causa.vbi exceptio rei iudicatæ dicitur præscriptio, quæ tamen ex tempore non procedit: imò si exceptio quæ prouenit ex tempore, diceretur tantùm præscriptio, frustra Iurisconsultus dixisset de temporalibus præscrip. Et Imperator in d.§.Omnis autem exceptio temporalis. Etiam sola exceptio, quę ex præscriptione nascitur, posset præscriptio nominari, quod inferius reprobabitur.

27 Ideo voluit præscriptionem dici, quando intentioni aduersarij principaliter non aduersatur: sed si solùm eam limitat. Docet idem Alciatus in interpretatione legis, Quinque pedum.C. finium regundor. sed hoc etiam non placet, per tex.in l.si debitor.in fi.ibi, doli mali præscriptio excludet.ff.de solut. Etiam exceptio rei iudicatæ principaliter aduersatur intentioni aduersarij, vt omnibus est obuium, & patet in rubr.ff. de exceptio.rei iudicat.& tamen vocatur præscriptio, vt suprà dixi, & exceptio in factum, in l.penult.ff. de exceptio.

28 Vel dicitur præscriptio, quando quis aduersarij intentionem generaliter, alioqui veram eo in casu non procedere, de quo agitur. ostendit idem Alcia.in l.si quis.C.de pact.etiam reprobari potest: quia omnis exceptio tendit ad excludendum illum casum, de quo agitur.l.2 ff.eod.& in 2. q. superius dictum fuit. Ideo illæ sententiæ reiiciendę nobis sunt, & aliæ quærendæ.

29 Ex quo infert idem Alciatus, quòd peremptoriæ exceptiones solæ dicũtur præscriptiones, lib.4.Dispunct.c.vlt. Sed loquitur contra iura dicentia præscriptionem dilatoriam & peremptoriam, vt in l.Nullum.C.de testib.l.pen.& fi.C.eo. l.si fideiussor.ibi, fori præscriptionẽ.ff.qui satisd. cogan.l.penul.ibi, dilatoriam pręscriptionem.C. eod. Nec obest si dicatur, dilatoriã dici cum adiuncto: vt præscriptio dilatoria, fori præscriptio, & similes. Nam respond.in l. Sed si susceperit.§. fin.ff.de iudic. simpliciter præscriptio vocatur ratione loci: & sic dilatoria. ex quo sequitur, tam dilatoriã, quàm peremptoriam præscriptionem dici. Ideo Angel.in rub. de except.in Instit. præscriptionem & exceptionem idem esse ait, per legem præscriptionem.& l.fin.C.eod.& per verbum, seu, positum in rub.ff.eo. Alij dicunt, largè exceptionem vocari posse præscriptionem: sed strictè non, & propriè: sed ista etiam non est vera, vt ex sequentibus apparebit.

30 Aduertendũ est, quòd ob terminorum confusionem doctor. in hac materia hactenus in tenebris fuerunt. Nam oportet discernere præscriptionem ab exceptione, quando pro acquisitione dominij per visum capitur: & tunc præscriptio est acquisitio dominij, & non exceptio. Et de hac præscriptione loquuntur Iuriscõs. in rub. ff. de vsucap. & in Institut. Imperator in rubr.de vsucap.& C.de præscript. per multos titulos: & nomine exceptionis non venit hæc præscriptio: quia tunc nihil commune habet cum exceptione: vt in simili scripsi in l. munus.1.ff. de verbor. signific. & superius dictum fuit. Interdum verò præscriptio accipitur pro exceptione: & tunc exceptio est præscriptio: & nomine exceptionis venit præscriptio. Probatur de exceptione rei iudicatæ, quæ vocatur præscriptio, in l.qui agnitis.ff. eod. iuncta l.rei iudicatæ exceptio. de except. rei iudica. vbi vocatur exceptio. Et sic in hoc intellectu præscriptio non differt ab exceptione: imò quælibet exceptio vocari potest præscriptio. De peremptoria, in l.pręscriptionem peremptoriam. C.eod.& l.nihil interest.in princip. ff. de inoffic. testa. Superius de dilatoria probatum est. & facit lex statuas.ff.de acquir.rerum dom. vbi exceptio vocatur. & in l.pen.eod. tit.ff. præscriptio nominatur in eadem facti specie. Etiam in criminalibus exceptio vocatur præscriptio. Capitis rei fideiussores postulati ex cõtractu, citra vllam præscriptionem à creditore, qui reum postulauerit, rectè conueniuntur.ff.de fideiussorib.& l.seruos. de accusationib. in fin.

31 Ex quo infertur quòd exceptio tanquam genus, comprehendit omnẽ præscriptionem, prout significat exceptionem dilatoriam, l.ita demum. C.de procurator. vel declinatoriam. l. penult. & fin. C. eod. vel peremptoriam. l. præscriptionem peremptoriam. C.eod. siue consistat in tempore, siue nõ. Et generaliter nomine exceptionis, quæ-

libet comprehenditur exceptio, etiam propriè, quia Iurisconsulti vtuntur præscriptione passim, pro exceptione: nec verbis impropriis vtuntur: ideo propriè dicemus etiam præscriptionem, exceptionem dici, cùm genus suas comprehendat exceptiones propriè, secundum dialecticos: & probat Vlpian. in l. item legato. §. item interest. ff. de legat. 3.

32 Et sic perperam Decius & Paul. Parisius concludunt in rubr. de exceptionibus, in Decretalib. quòd præscriptio primò capitur vt genus. & tunc idem est quod exceptio: secundò in specie, pro illa exceptione, quę ex cursu temporis oriatur. Et sic ait idem Parisius, quòd duo termini capiuntur, vt genus in eadem materia, velut præscriptio & exceptio, considerando ambos vt synonyma. Quod non est verũ, salua tamen eorum authoritate, quatenus significat exceptionem: quia in vno inferiori genere non possunt duo esse inferiora genera. Ideo fuerunt decepti non distinguentes casus. Nam interdum præscriptio significat acquisitionem dominij factam à iure tempore præstituto, & tunc genus est comprehendens omnes præscriptiones, de quibus ff. de vsucap. & C. & in Decretalib. & per Hostien. in summa de præscrip. & Ioan. Francisc. Balb. in tract. de prescrip. in par. 1. q. 2. & tunc nihil commune habet cum exceptione, de qua hîc loquimur.

33 Etiam in hoc fuere decepti boni illi patres, dum putãt præscriptionem tantùm consistere in tempore. Nã præscriptio temporis parit & creat exceptionẽ, vt prædixi, & tunc vocatur exceptio, d. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dotium. vbi sic, Omnis autem temporalis exceptio, siue per vsucapionem, siue per decem, siue per viginti annorum curricula, siue ex alio quocunque tempore, vel minore sit introducta, &c. Et sic ibi exceptio, quæ in tempore cõsistit, vocatur etiam exceptio. & l. querelam. C. de fals. & in l. vna. de annali exceptio. & superius scripsi. Vnde si quis non petierit rem suam per viginti annos: iam completa est præscriptio, id est, dominij per vsum acquisitio, & dominium possidenti acquisitum. Si postea primus dominus vel alius illam rem petere velit, excipiet possessor de prescriptione, dicens se prescripsisse. Ex illa igitur præscriptione creata est exceptio, quæ potest etiam vocari præscriptio: & sic potest dici quòd præscriptio præscriptionem parit. Id est, acquisitio dominij per vsum, parit exceptionem. Et si ista discernatis, nulla erit amaritudo, vt etiam scripsi in tit. de vsucap.

34 Et ideo cùm præscriptio pariat exceptionẽ, Iurisconsulti interdũ præscriptionem vocant exceptionem temporis, in l. 1. & penult. ff. si libertus ingen. esse dica. vbi in l. 1. dicitur sine vlla exceptione temporis. & in l. pen. præscriptione temporis non esse summouendum. De præscriptione tẽporis loquitur l. spurij. §. pater. ff. de Decur. & tunc non intelligitur de exceptione, id est, exclusione, de qua hîc loquimur, sed de prescriptione. ff. de vacat. munerum. in prin. ibi, præscriptione repelluntur. l. vicarius. ibi, nõ admissa biennij præscriptione. de lega. l. libertus. §. prescriptio temporum, quæ in honoribus. ff. ad municipales. Si tamẽ inueniatur etiam capi pro exceptione, non erit absurdum, vt plenè docui in interpretatione tituli de præscriptionib. in Decretalib. Sunt tamen quædam exceptiones temporales, quæ ad tempus competunt. l. si duo. §. 1. ff. de solutionibus. De his dicam in diuisionibus, ibi, Temporales, &c.

35 Si quęrat quis, cur præscriptio pro exceptione accipiatur? Respond. Alciatus in d. c. vlt. lib. 4. Dispunctionũ, prescriptiones pro exceptionibus sumi, quòd certis formulis ita constarent, sicut actiones: quod nullo iure probat. & de actionibus tantùm inuenio, non de exceptionibus, in rubr. C. de formul. ob id ad exceptiones extendi non debet, nisi expressum inueniatur.

36 Igitur ego censeo præscriptiones pro exceptionibus accipi: quòd sicut per exceptionẽ excluditur actio, l. 2. ff. de except. ita per prescriptionem, & dominij acquisitionem. l. sicut. & seq. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. vel quòd præ, id est, ante condemnationem scribantur, id est, interponantur regulariter exceptiones. C. de exceptionibus. Nec me mouet quòd dictio, seu, posita in rub. ff. & C. de exceptionib. seu præscript. denotet diuersitatem. Quia respondet Dec. in rub. de exception. in Decretal. col. 2. diuersitatem esse in verbis: sed non in sensu. Nam in dubio dictio, seu, de proprietate sermonis disiungit verba, sed non sensum, vt concludit Bar. in l. si quis ita, ff. de auro & argent. legato. & in rubr. C. de nauicul. & naucler. lib. 11. & expositiuè plerunque ponitur, teste Corneo, consil. 18. in 3. vol. Refert Catell. Cotta in part. 2. memorabil. in verbo seu. Facit text. in cap. vnic. de excessib. prælat. in 6. Archidia. & text. in cap. vt officium. in fi. ibi, ad scrinarij, seu tabellionis officium. de hæret. in 6. iuncto cap. ad audientiam. de præscript. Et potest ibi dici augmentatiuè capi: & in l. cùm quidam. ff. de verb. signif. Cùm iurisconsult. sit tractaturus de exceptionib. siue præscriptiones vocentur, siue prę iudicia, siue defensiones, infertur etiam quòd exceptio, vt genus comprehendit præiudicium, id est exceptiones præiudiciales. & sic Iurisconsult. in rubr. ff. eod. scripsit de exceptio. seu præscript. & præiudiciis.

37 Negant quidam præscriptionem accipi pro acquisitione dominij ex lapsu temporis, & dicunt probari nulla lege: sed aduertendum est hoc probari in tit. ff. de diuers. & temporalib. præscri. & apud Imperatorem patet in tit. de prescri. longi temporis, & in omnibus aliis titulis seq. loquentibus semper de præscriptione.

38 Item ex §. 1. de vsucap. in Institut. probatur, vsucapionem ad res mobiles pertinere, præscriptionem ad res immobiles, & in l. vna. C. de annali except. sed de iure ff. non erat ista differentia assignata, vt dictum superius fuit.

39 Præiudicium est, quando exceptio opposita præiudicat liti: & de ea cognosci prius debet quàm de principali: vt si petenti hereditatem, seruitus opponatur, vel quòd petens est spurius: de eo enim prius cognoscetur, & postea de hæreditate. l. generaliter. ff. eod. §. præiudiciales. Institut. de actionib. vbi abunde Ias. Cantiuncula,

in Top

in Topicis Iuris, in loco à præiudiciis. Et dicitur à præ, & iudico: quia præ, id est prius de ea iudicari debet quàm ad causam procedatur: & inferius abundantius explicabitur, quando prosequar exceptiones istas prçiudiciales. Scripsi quot modis præiudicium capiatur, in interpretatione legis Imperatores. ff. de priuileg. creditor. & in 1. tomo Cõment. ad constit. reg. in præfat. ad tract. de sentent. præiudicial. seu prouisionalibus.

40 Item infertur, quòd exceptio dum capitur vt genus, comprehẽdit omnem præscriptionem, præiudicium & replicationem: quia replicationes nihil aliud sunt quàm exceptiones: & à parte actoris veniunt. l. 2. ff. eod. Hoc asserit glo ibid. & in l. nam postea. in prin. & §. si minor. & ibi doct. & Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. col. 4. ff. de iureiur. Nam replicatio excludit, & est exceptionis exclusio. l. exceptio. ff. eod. Ergo nomine exceptionis comprehenditur. l. fin. C. de edendo. vbi glo. & docto. Imò etiam actio, vt dicit gloss. in l. iurisgentium. §. siue autem. ff. de pactis. Quod tamen non est verum: nam ibi exceptio propriè ponitur: nam contra pactum dolo factum, obstat exceptio: & exceptionis verbo nõ continetur actio, quæ est exceptioni contraria, sicut actionis verbo non continetur exceptio. l. verbum oportebit. in fi. ff. de verb. sig. Ideo dicũt, quòd exceptio duobus sumitur modis: largè pro omni exclusione atque defensione, per cap. cùm inter. de excep. & doct. ibi in rubr.

41 Strictè verò exceptio capitur pro defensione reo competente contra actionem actori spectantem. Hostien. in summa huius tituli, §. 1. docet & Angelus in Instit. in rubr. eod. nec mirum: quia iurisdictio etiam interdum capitur in genere, pro imperio & simplici iurisdictione: interdum pro iurisdictione simplici tantùm. l. imperium. vbi docto. ff. de iurisdict. omn. iudic. Idẽ de adoptione tradunt doct. in l. 2. ff. de adoptionib.

42 Defensio dicitur, quæ ipso iure actionem tollit, vt solutio & acceptilatio: quia solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. §. 1. quib. mod. tollit. obligat. in Instit. Exceptio verò non competit, nisi opponatur. gl. not. in cap. 1. de litis contesta. in 6. & superius dixi in verbo, interponi. Vnde sublata exceptione poterit implorari officium iudicis: secus si defensio sublata fuerit: quia officium iudicis defensio est, teste Bartolo in l. 1. §. & parui. circa fi. ff. quod vi aut clam. quem sequitur Angel. in rubr. Instit. eod. col. 2. in fi. & 3. vers. Verùm quia &c. & Barba. in rubr. de except. in clem. col. 3. & Georgius Natan. in clem. sæpe. in princ. col 75. de verb. signifi. Tamen quia exceptio sapit defensionem, ob id dicitur defensio. l. defensiones. cum multis similibus. C. eodem & infrà dico in 5. q. Vnde in fauorabilibus, qui potest excipere, potest se defendere: sed in odiosis prohibita omni exceptione non prohibetur defensio naturalis: quia tolli non potest. Concludo in 5. q. infrà. & Iurisconsultus defensionem pro exceptione ponit in l. sæpe. ff. de re iudic. Vnde defensio pro exceptione & omni remedio ponitur. l. Bebius. §. ex diuerso. ff. de pact. dotalib. Ego verò arbitror defensionis nomen esse generalius quàm exceptionis: quia defensio continet omne id, quo quis tueri se potest tam de facto, vt l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 11. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. cap. dilecto. de senten. excommu. in 6. quàm de iure. C. quomodo & quando iud. l. si præses. siue in iudicio. l. fin. ff. de in integr. rest. l. de eo. in fin. de noxal. & l. electio. §. neque & l. noxali. ac seq. ibid. siue extra iudicium. l. vt vim. ff. de iust. & iure. Vnde qui tenetur defendere alium, intelligitur de facto & de iure: id est, vt in iudicio ea quæ sunt facti & iuris faciat: vtpote adsistat liti, producat instrumenta & testes, si opus sit, & alia ad defensionem necessaria, quatenus concernunt iudicium: sed armata manu defendere non tenetur, etiamsi promiserit de facto defendere. l. fin. C. de actio empti. Bal. in l. stipulatio ista. in prin. ff. de verb. obliga. Dec. in l. non videtur defendere. de reg. iur. vbi limitat in principe, qui accipit ciuitatem, vel alium in sua protectione & defensione, vt etiam manu armata defendere teneatur: secus in Papa. Panor. consil. 49. in 2. vol.

43 Exceptio verò, quatenus loquitur Iurisconsult. est actionis exclusio: & sic ferè in his quæ in iudicio fiunt proponitur. l. 2. ff. eod. Et superius dixi in 2. quæstione. Nam de his exceptionibus loquitur Iuriscons. quæ interponuntur actioni, ad excludendum id quod deductum est in intentionem vel condemnationem: ergo non de defensione alia.

44 Et sic nomine defensionis continetur exceptio, & omnis tuitio & remediũ, quo quis tueri, & defendi potest. §. 1. de exceptio. in Instit. l. fin. de in integ. restit. l. si præses. C. quomodo & quando iudex. gl. & doct. in l. 1. C. vnde vi. etiam propriè: quia genus suas species propriè comprehendit. l. si quid earum. §. interemptũ. ff. de legat. 3. Abunde dixi in lege potestatis. ff. de verb. signif. & quia per exceptionem defenditur reus in iudicio: ideo exceptio vocari potest defensio. Facit lex Emptor. ibi, defensio tuebitur voluntatis. ff. de rei vend. id est, ipsa voluntas defendetur & tuebitur.

45 Vnde dicit Bal. col. 12. nu. 57. in l. 1. C. qui accusa. non poss. quòd defensio reorum aut in facto, aut in iure fundatur. In facto, vno modo, excipiendo, & nihil ponendo: vt si reus excipiendo negat quamuis propriè accipiẽdo negare, non sit excipere, secundum eum: sed superius cõtrarium docui. Secundo modo excipiendo, & aliquid ponendo. vt l. præses. C. de plagiar. Accusatur quis plagij, excipit suum seruũ esse: hoc ponit, & cessat criminis persecutio. doct. ibi, & in l. si seruus. C. de his qui ad eccles. confug. Probatur in l. si ex cautione. & l. Asseueratio. C. de non numer. pecu.

46 In iure verò consistit defensio, vt dum quis dicit, impune feci: quia bannitum occidi. l. Reos. C. de accusa. per Cyn. quia non negatur factum, nec necandi voluntas, quæ facti est. l. Bonæ fidei. ff. de acquiren. rer. dom. sed negatur obligatio, & pœnæ incursio, vt si dicatur, defendendo hoc feci, quia me est aggressus, & nullo modo poteram euadere, nisi eum occidissem. d. l. 1. C. vnde vi. cap. Ad audientiam de homici. d. l. scientiam. §. Qui cum aliter. ff. Ad leg. Aquil. Item de iure

defensio sumitur: vt si quis dicat se rem petitam præscripsisse.l.1.ff.de vsucap.

47 Ideo dicit Baldus in illa l.1. quod non omnis exceptio, est defensio propriè & strictè loquendo: sed largè. Nam defensio alia plena est, & perpetua: alia non l.Seruum quoque.§. Publicè. ff. de procurat. Propriè ergo illa est vera defensio, quæ crimen de facto, vel de iure excludit, & perimit: sed illa quæ processum retardat, non est proprie defensio.l.pen.§.ad crimen.ff.de publ.iudiciis.vos tamen dicite vt superius docui.

Et sic negatio, est defensio secundum Bal.siue negetur ius, siue factum: vt si dicatur, nego me teneri homicidij, quia iure feci. Vel, nego me homicidium commisisse, & de hoc fusius dicetur in illa elucidatione meræ negationis infra in prima diuisione.

48 Quartò, cur inuentæ sunt exceptiones? Respond. tex. in §.1.eod.tit.in Institu.quòd defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sępe enim accidit, vt licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit: tamē iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur. ideo datur exceptio composita ad impugnandum actionem. verba sunt Imperatoris ibidem. & sic exceptio est inuenta ad defensionem, vt in proxima quæst. in fin. scripsi. Nempe exceptione defendimur.l. Et si post tres. ff.si quis cautio.actione impugnamus.cap. Cùm inter.de exceptionib.

49 Item propter vtilitatem hæ exceptiones inuentę sunt. Plerunque enim suadet vtilitas exceptionem dari.l.vnica.§. plerunque. ff. ne quid in flu. publico. reus enim exceptione adiuuatur. l. Cùm precario aliquid datur. ff. de preca. siue sit liber, siue seruus: nisi quod seruus reip.caussa abesse non potest, præter hanc exceptionem: cæteræ, quia communes sunt, & tam in libero homine, quàm in seruo locū habent.l. si quis seruum. ff. si quis cautionib. ergo principaliter exceptiones fuerunt inuentæ in auxilium reorum. l. non exceptionibus. C. eo. & propter æquitatem.l.qui æquitate.ff.de doli exceptio.

50 Quintò, quo iure exceptio inuenta sit, paucis concludo, si consideremus originem vniuersalem omnium entium, quæ est Deus, dicemus esse inuentam à iure diuino, quia ipse est auctor & thesaurus omnium scientiarum. cap.legimus. 137.distinct.& omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ioan.1. Vnde Adam reprehensus postquam pomum comedisset, excepit, dicens, mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi, & Dominus dixit ad mulierem, quare hoc fecisti? quæ respondit, Serpens decepit me. Genes. cap. 3. & cap. serpens.de pœnit.distin.1. Et sic intelligetur sententia Specu.in proœmio sui operis descripta, quem sequitur Card.in rub.eo.tit.ac Card.Alexand.in proœmio decretal.col.3.& Angel.in rubr.Institu. eod.tit.col.5.versic.veniamus ad secundum, & c. quamuis Fel.& Dec.dicant in rubr.huius titu.ibi loqui de quadam defensione, quæ non est propriè exceptio: sed superius dixi defensionem continere exceptionem.

51 Quòd si exceptio materiam defensionis contineat, quæ iuris naturalis est l. vt vim.ff.de iust. & iure.l.scientiam. §. qui cùm aliter. ff.ad legem Aqui.clem pastoralis.de re iudic.dicetur & exceptio iuris naturalis sicut defensio, vt concludit Panor. in rubr.huius tit. Et dicitur sapere defensionem in criminalibus.maximè, ne innocens lædatur condemnetúrve, ac ne indebitè opprimatur, vt testantur doct.in c.ad hæc.col.fi. de rescri. Nam sicut Deus Optimus Maximus dedit brutis defensionem à natura.l.1.§.sed cum arietes. ff. Si quadrupes pauper.fecisse.dica. ita voluit quòd homines se defenderent, teste Felin. in cap.dilecti.in fi.eod.tit. Iacob.in l.in exceptionibus. ff.de proba. & hoc est quod voluit dicere Cicero in primo Officiorum, Principio, inquit, generi animantium omni à natura est tributum, vt se vitámque, corpúsque tueatur, caueat quæ illi sunt nocitura: conqueritur tamen Plinius lib.7.natural.histo.quòd homo nudus nascatur, & sine instrumentis, cùm & in animalibus diuersum sit: sed hoc est propter peccatum primi parentis.

52 Dum autē materia exceptionis ab ipso iure ciuili introducta est, à iure ciuili dicetur ipsa exceptio inuenta: vt præscriptionis, nō numeratę pecuniæ, & aliæ similes: quia genitum est simile suo generāti.l. Aediles.§.si mācipia.ff. de ædilit.edict. & nō potest esse prius genitū suo patre.§.minorē.de adop.in Instit. Sic nec istę exceptiones à iure ciuili inuentæ, non poterant esse, antequā ius ciuile ortū esset. & sic intelligi debet opinio Bar. in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure.& Io.Fabr.Insti. de obligat. in princ.col.2.Alex.& Ias.in l.1.§.1. ff. ad Trebel.Georg. Nata.in repet.cle.sæpe.versic. Non sic in verb.defensiones.de verb.sig.etiam si à iure canonico inuenta dicatur, iuris erit canonici, vel approbatione, quia ius canonicum approbauit.vt in rub.de exceptio.per doct.

53 Item quatenus exceptio actionem excludit, dicitur de iure ciuili: quia actio est de iure ciuili inuenta.l.in cōmodato.§.sicut.ibi, actiones ciuiles.ff.commod.Ias.& alij.in §.1.de actio. in Instit. Ergo & exceptio, inquātum actionem excludit: quia exclusio nō est inuenta ante materiam, quæ excludenda erat.argu.l.decem.ff.de verb.signific. Iacob.in l.in exceptionibus.ff.de probationib.

54 Præterea ordinem, modum & formam opponendi exceptiones, ius ciuile præstituit. Vt dilatoriis exceptionibus, quod opponantur ante litem contestatam. l.ita demum. C.de procurato. Peremptoriis verò post litem contestatam. l.exceptionem.C.de probationibus.& cap.exceptionem.eod.tit.vt infrà dicetur.ista est Socin.sententia in rubr.ff.eod.& docto. in l.si quis.§.si is, pro quo. ff. Quod quisque iuris. vide quæ scripsi de interesse, quo iure sit inuentum, in præfa.l.vnicę. C.de sentent. quæ pro eo quod interest. in repetitio. illius legis.

55 Inquantum tamen exceptio excludit intentionem partis, hoc erat ante ius ciuile. Nam antea petitiones manu regia expediebantur. l. 2. in princ.ff.de orig.iur.sicut nunc in Francia multa. & excludebatur intentio quo poterat modo, vt ibidem est videre per Zazium. Ergo illæ quę opponebantur exceptiones, in modum defensionis

oppone

opponebantur. & sic ex bono, & æquo, & ratione quadam naturali, & de hac manu regia tractaui in §. primo. in glossa verb. in manibus. de regia nomina. in concordatis.

56 Sextò, ad quid prodest scire, quo iure inuenta sit exceptio. Resp. ad multa. Nā quatenus exceptiones iuris sunt diuini, vel naturalis eas princeps tollere non potest: quia inferior non tollit ius superioris. clem. Ne Romani. de electio. nec eas, quæ continent defensionem. Innoc. in cap. Quæ in ecclesiarum. de constitu. Soci. in rubr. ff. de exceptio. in fi. vbi dicit etiam principem non posse tollere exceptiones, quatenus continent æquitatem & naturalem iustitiam. allegat Bald. in l. rescripta. C. de precib. Imperat. offerend. Baldus hoc expressim tradit in l. cum mulier. col. 5. versicul. Quæro de vna quæstione. ff. soluto matrimonio.

57 Eas verò, quæ ius ciuile concernunt, princeps tollere ex causa potest, & effectus earum. l. nulli prorsus non impetratę actionis opponatur exceptio. C. de formulis &c. & cap. ex parte. 2. de offi. deleg. quia vnum ius ciuile aliud tollere potest: non autē ius naturale. l. eas. ff. de cap. diminu. & §. minus. Instit. de hæredit. quę ab intesta. deferunt. vnde rem acquisitam per præscriptionem tollere & auferre potest, quia ille modus acquirendi fuit ab ipso introductus, etiam sine causa, teste Angelo in l. Lucius. ff. de euict. quem sequitur Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. nu. 48. versi. Quinta declaratio &c. sed peccat mortaliter hoc faciendo, vt ibi refert idem Feli. allegans l. Antiochensium. ff. de priuileg. creditorum.

58 Contrarium tamen tenet Bar. in l. ex hoc iure. colum. 2. ff. de iust. & iure. & in l. 3. C. de fundis patrimon. libr. 11. Quia licet modus acquirendi sit de iure ciuili: tamen ipsum dominium acquisitum, est de iure gentium. ideo illud non potest princeps abdicare. gloss. in l. quoties. C. de precib. Impera. offerend. Siue sit dominium vtile, siue directum, postquam effectus dominij vtilis est de iure gentium. Bartolus in extrauag. Qui sunt rebelles, in verbo rebellando. quem sequitur Aretin. in l. testamenti factio. in fin. ff. de testam. & in cap. 2. col. 2. de probatio. Sic consuluit Curtius senior consi. 65. Seriosa. col. 7.

59 Imò in dispositis à iure ciuili habentibus æquitatem naturalem, vt in actione & appellatione idem iuris est: sicut in dispositis à iure naturali, vel gentium. Quia sine caussa etiam Papa non potest disponere, vel princeps secularis. teste Felin. in cap. Ad audientiam. in 2. colum. 4. de rescript. & hoc esse notandum asserit Anton. de Burg. in rub. de emptio. & vend. col. pen.

60 Quod ego limitarem non procedere, quando princeps condendo legem hoc faceret, tunc ex caussa posset, iuxta l. Item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendica. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. dict. l. Antiochensium. de priuileg. credito. abundè super hoc scripsi in tracta. de congrua portione. non repeto hîc.

61 Item modum, formam, & ordinem disponendi poterit princeps tollere, cum sit ab ipso inductus. Decius & alij in rubr. de exceptio. in decretalib. & scripsi de citatione in 3. tomo ad Constitutiones Reg. plena manu. nam ius vnum ciuile vt dictum fuit, aliud tollere potest. l. eas. ff. de capit. diminut. & omnis penè modus iuris & forma iudiciorum in hoc regno Franciæ non seruatur: sed ordo, vel positus in ordinat. Regiis, vel in stilis & consuetudinibus, vt scripsi in præfatio. ad ordinat. Regias, in verbo, obserues.

62 Septimò videndum est, quæ in exceptionibus consideranda sint. Primò consideranda personæ habilitas. l. quoniam Alexandrum. C. de adult. vt is, qui exceptionem opponit, sit habilis. Baldus in l. edita. nume. 115. in repe. Padua. C. de edend. Et quamuis defensio non sit cuique deneganda. clement. pastoralis. in fin. de re iudic. tamen quædam exceptiones ciuiles denegantur inhabilibus, vt seruis, quod causa reipublicæ fuerit absens. l. si quis seruum. ff. si quis cautionibus.

Item excommunicatus excipit. cap. Cùm inter. de except. non excipit tamen is, qui eodem mali genere tenetur. c. 3. illo tit. l. in arenam. C. de inoffic. testam.

63 Item considerari debet modus & formæ congruitas. l. 1. §. Labeo. ff. de fluminib. vnde ineptè excipiens succumbere debet. per illum text. & Angel. in §. Præterea. 1. colum. 4. de exceptio. in Institu. Nam exceptio necessariò concludere debet, aliàs non est legitima. Baldus in cap. in præsentia. colum. 4. de proba. Ias. in l. duobus. §. ergo. ff. de iureiurand. & l. non solum. §. sciendum. ff. de noui oper. nunciatio. docto. per illum tex. in c. is, qui. de elect. in 6. Et debet concludere clarè, & non in æquiuoco, vt ait Bald. in d. c. in præsentia. nu. 19.

64 Item considerari debet temporis oportunitas. l. Quamuis indubitati. C. de adult. vnde ante tempus litis contestatæ opponi debent dilatoriæ. cap. exceptiones. de except. & l. exceptionem. C. de probationib. Peremptoriæ verò post litem contestatam. l. Peremptorias. C. senten. rescindi non posse. & inferius abundantius explicabitur tradendo regulam cum limitationibus.

65 Præterea semper considerandum est, ad quid excipiatur. l. 2. §. Qui hoc dicit. ff. de adulter. gloss. 1. in cap. Hæc quippe. 3. quæst. 6. Baldus in l. 1. numero 77. C. Qui accusar. non poss. dicit quòd si quis excipiat contra testem, non valet exceptio. quia causa non est cum teste. l. Lucius. ff. de his, qui not. infam. Sed si excipiat contra partem, vel attestationes, est bona forma. quia obiicitur exceptio in rem, id est, in attestationes, quæ comprehendunt omnes personas, possunt tamen exceptiones certæ contra testes opponi. per cap. 2. de excep. de quibus scripsi in tracta. de reproba. & excusa. testium.

66 Debet etiam caussa considerari, vt sit vera & iusta, & ordinata ad excludendum actoris propositum. Baldus in dict. l. edita. columna antepenultima. C. de edend. per text. in l. loci corpus. §. Competit. ff. Si seruit. vendic. l. Qui ex liberis. §. testamento. ff. de bonor. possess. secundum tabul.

67 Rursum debet considerare excipiens, vt ea quæ excipit probare posit, alias frustra excipit. l.1.C.de proba. in l.in exceptionibus. ff. eodem. sic scribitur. In exceptionibus dicendum est reum partibus actoris fungi oportere, ipsúmque exceptionem velut intentionem implere: vt puta si pacti conuenti exceptione vtatur, docere debet pactum conuentum factum esse.

68 Octauò quæro, in quibus conueniant actio & exceptio: & in quibus disconueniant? In hac quæstione multa declaranda erunt. Primo conueniunt: quia sicut actio inepta reiicitur. cap. Examinata. de iudic. ita & exceptio. clement. fin. de apellat. & aduocatus debet diligenter aduertere, quibus verbis suam concipiat exceptionem. quia ex breui mutatione verborum mutatur effectus. teste Specul. eodem titul. §. viso. in princip. Debet etiam esse apta, & suo tempore, loco & ordine obiecta: vt pulchrè asserit Baldus in repet. l. edita. col. antepen. num. 115. in repet. Paduana. C. de edend.

69 Quod non procedit, quando esset in iudicis arbitrio, vtrum obstaret talis exceptio tali modo proposita: quia tunc talis exceptio releuaret etiam ineptè proposita. per text. in l.1. §. sicut autem qui putant. ff. ne quid in flumine publico. Angel. in rubr. huius tit. col. 18. versi. modus autem pronunciandi.

70 Item quando libellus est ineptus, nulla est exceptio pœnalis: & siue reus tunc mentiatur. vt dicendo se posidere nomine alterius, cùm teneat pro se: siue aliter calumnietur, non punitur. l. 1. in verb. solenniter à contrario. C. de his quæ pœnæ nom. quod dicit esse notandum ad statuta de exceptionibus pœnalibus loquentia. Baldus in repetitione l. edita. colum. penultima. C. de edendo.

71 Secundò, sicut ineptè agens succumbit, ita ineptè excipiens. l.1. §. Labeo. ff. de flumin. & illum text. not. Angel. in §. Præterea. 1. colum. 4. eodem in Instit. & Lanfranc. in repetitione cap. Quoniam contra falsam. in verb. exceptiones. in fin. de probationib. Et exceptio debet concludere, alioqui tanquam inepta reiiceretur teste Baldo in l.1. in fin. C. vnde vi. Et paria sunt non excipere, & obscurè vel ineptè excipere. Bald. in dict. l. edita. colum. 9. in repeti. Perusina, quam refert Franciscquinus Curti. consilio 149. sacratissime &c. col. penul.

72 Quod est verum si opponatur à parte de ineptitudine, generalitate, vel obscuritate: vt asserit Lanfranc. vbi supra. & Felinus in rubric. huius titul. colum. 2. nisi esset tanta generalitas, vel ineptitudo, seu obscuritas, per quam exceptio nullo modo concluderet. quia tunc etiam actore non opponente officio iudicis repelleretur, teste Angel. in rubri. huius titul. columna 18. versicul. secundo circa per l.2. §. 1. ff. de doli exceptio. Iason. consilio 7. in 1. vol. sed hoc fortè non reciperetur in Francia. quia semper opponere oportet si quid volueris consequi.

73 Tertiò, vt actio ineptè proposita non interrumpit præscriptionem. l. cum notissimi. §. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorũ. sic nec exceptio ineptè opposita prodest, argum. l. Accusaturus. ff. de adult. Baldus in secunda repet. d. l. edita. nu. 115. C. de edendo.

74 Tertiò, quemadmodum actio in specie proponi debet, ita est exceptio: nec sufficeret dicere saluis meis exceptionibus hoc dico: sed nominatim eas opponere debet per gloss. in c. Pastoralis. quam docto. ibi approbant, de exceptio. per l. scire oportet. §. scire. ff. de excusatio. tutorum. Bart. in l.1. ff. eod. Imò debet esse certa & clara, sicut actio. d. l.1. §. Labeo. ff. de fluminib. Franciscquin. Curtius consilio 149. sacratissime. col. 2. Feli. in d. c. Pastoralis. num. 13. de exceptio. Oldra. consi. 206. in caussa. col. 1.

75 Quod non procedit, quando generaliter proposita concluderet: quia tunc posset sustineri: vt si quis diceret se fecisse homicidium ad defensionem necessariam. Baldus in l.1. in fin. C. vnde vi. Nam si aliquando procedat libellus generalis in agendo, multo fortius procedet in excipiendo, nisi lex requireret specificari. cap. 1. de exceptio. in 6. Nam vbi specialitas requiritur, generalis clausula nihil operatur. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautionib.

76 Quartò illud quod facit actorem in petitione succumbere, facit succumbere & reum in exceptione, nam si peto Titium mihi legatum, & non posim probare de quo testator senserit, succumbam. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. Idem in reo, si hæres dicat legatum adeptum Titio, & non posit probare de quo Titio testator senserit, succumbet. l.3. §. si duobus. vbi Bartol. expresim. ff. de adimend. legatis. Barba. in rubri. de exceptio. in clem. col. 5.

77 Quintò, sicut actor ratione ineptitudinis libelli succumbens, postea aptam actionem proponere & intentare potest. cap. examinata. de iudic. Ita reus ineptè excipiens, poterit repulsus postea aptè excipere, etiam coram delegato. cle. fin. de appellationib. Barba. in dict. rubr. de exceptio. col. 5. in clem.

78 Limita quando propter præsumptam calumniam excluderetur non solum ab instantia: sed etiam à meritis caussæ, & à potentia opponendi per text. singul. in clem. constitutionem. versic. Insuper. de electio. quem not. ibi Imol. & doct. & Barba. vbi supra.

79 Secundò non procedit, quando terminus excipiendi peremptorius esset elapsus, tunc post terminum non proponet etiam aptè. Anchar. in dicta clem. constitutionem. & Fel. in c. pastoralis. nu. 26. de exceptionib.

80 Sextò, sicut intentionem suam actor probare debet. l. Actor. C. de probatio. Ita & reus suam exceptionem. l.1. C. de probatio. l. In exceptionibus. ff. illo titul. Nam qui exceptione vtitur, agere videtur; & reus in exceptione actor est. l. prima. ff. eodem. Ad cuius legis intellectum nota, quòd agere, multis modis capitur. Certum est enim quòd agere, operari est, & facere. Plaut. in Amphitry. Dum hæc aguntur, &c. plenè iuribus probaui in l. Labeo. 2. §. 1. ff. de verborum signific.

81 Et propriè ad animum refertur, teste Varro. vnde

vnde agere dicimus de republ. quod huiusmodi in re,est cura animi. Sic cùm in litibus cura animi maximè versetur,quis dicitur in eis agere. Et cùm reus non minore cura explicare suã exceptionem,& implere debeat,quàm actor suam intentionem:ideo agere videtur. Cũque reus vten do exceptione agat,actor est, ob id iurisconsult. in d.l.1.in fi.dicit actor est : non tamen in omnibus est actor,sed fungitur partibus actoris aliquibus.l.in exceptionibus.ff. eodem. vnde etiã cùm verbum agere, pertineat ad omnes actus humanos.nã qui sedet agit,qui stat, qui cogitat, ita vt nullus posit sine actu esse, vt philosophi declarant.& Bartol.in l.1.in princ.ff.eod. quamobrem reus quoad probationes agere videtur, & est actor.Ita intelligetur text.d.l.1.facit l.1.C. de iuris & fact.ign.vbi dicitur reo,ageres:& exponit gl.id est defenderes : sed malè per prædicta. vel etiam potest dici, quòd ibi primo miles egit,& succubuit ob omissas allegationes:si postea conueniatur ex sententia,poterit defensionibus suis vti.hic est germanus sensus ad illum textum.

82 Quanuis doct. dicant impropriè dici reum agere. Bart.& alij in d l.1.vide Angelum in §. 1.in glo.1.eodem.tit.in institut.

83 Item exceptio est probanda in sua forma,& specie, adeò quòd probatio concludat effectus exceptionis. Bald.in l.1.in princip.C. de condict. ob turpem caus.

84 Etiam si negatiuam reus proponeret, quæ haberet resolutam affirmatiuam.glo.sing. in cle. fi.de rescript. vt si reus neget beneficium tũc esse fundatum.& vndecim casus in quibus reus probare tenetur,scribit Specula.in tit. de probatio.§. probare.versic.nunc ad propositum &c.de negatiua inferius etiam scribam in prima diuisione.

85 Etiam fallit in vno casu alio singulari,videlicet in criminalibus, in quibus reo non clare probante exceptionem, debet sequi absolutio. hæc est singul.doctrina Bart.& aliorum.in l.non solùm.§.sciendum.ff.de noui oper.nuncia.

86 Aduertendum est, quòd si actor, vt obtineat, teneatur simul probare duo, vel plura ab eo deducta : tunc sufficiet reo ad excludendum intentionem actoris,vnum tantùm excludere,& probare. Secus si vnum deductorum per actorem erat sufficiens ad obtinendum. quia tunc opus erit reo,vt omnia deducta per actorem excipiendo excludat : alioqui si remaneret vnum tantùm,succumberet reus. arg.l.si hæredi plures. ff.de conditio.institu.Barto. & Imol. in l.diuus. col.2.ff.de re iudic.Floria.in l.si arbiter.ff.de probatio.Angel.in rubr.institu.eod. in 7.q. versicul. vnum aliud.col.14.plus dicens,quod si vnum sit factum qualificatum,& qualitas sit de substantia actionis,vel exceptionis,tunc debet actus probari cum qualitate.l. habebat. ff. de instito. idem si non sit de substantia, vt in l.in delictis.§. 1. ff. de noxalibus.

87 Notandum est dubitari circa quatuor, an sint de probationis substantia necne. Primum est de caussa si talis sit caussa, sine qua non competeret actio,vel exceptio, tunc ista caussa est probanda ab eo,qui illam allegat. secus si sit impulsiua.l.2.§.fi.& l.seq.vbi glo.& Bart.ff.de donatio. & l.2.in fi.de doli exceptio.

88 Conditio etiam pro sui implemento est probanda,siue per actorem, siue per reum qui eam allegauit l.qui hęredi.ff. de conditio. & demonstrationib.

89 Modus ex contractu innominato est etiam probandus ab eo,qui illum allegat. vt l. ex placito.C.de rer.permuta. Sed in contractu nominato, vel in vltima voluntate ad fundandam actoris intentionem non est necessariò probandus. Sed si de modo exciperetur per reũ, debet probare illius implementum, vel æquipollens per viam replicationis.l.insulã§.fin. ff.loca.l.quibus. §.Termilius.vbi Bart.& Socin.ff. de conditio. & demonstra.

90 Demonstratio est etiam probanda, quando actus remaneret incertus sine illius probatione : aliàs succumberet non probans.l. in tempus.§.fi.ff.de hæredib.instituend.& l.forma. ff.de censibus:secus si res remaneret certa sine ista demonstratione per alia adminicula. quia tunc rei demonstratæ non fit alia demonstratio.l.1.in fi.ff. de dote prælegã.Bald.& Roma.in l. Titia.ff. solut.matrim.Angel.in d.rub.col.14.

91 Septimò, sicut libellus actoris debet iuxta suam intentionem interpretari.l.si quis intentione.ff.de iudic. Ita & rei exceptio secundum rei voluntatem.vnde si dicat debitum solutum, & probet pręscriptum, sufficiet : quia tunc etiam satis potest dici solutum, cùm non posit exigi. teste Soci.in l.nemo prohibetur. ff. eodem. allegat doctores in cap. inter monasterium. de re iudicata.

92 Octauò sicut actor videtur fateri contenta in libello.l.cùm precum.vbi glo.C.de liber.caus. ita & reus.Bart.in l.2.in fi.C.de his,qui potentio. no.Dec.in cap.cum venerabilis.num.22. eod.tit.

93 Intellige tamen quòd exceptionem obiiciens,aduersarij intentionem confiteri non videtur.l.non vtique.ff. de exceptionib. cap. cùm venerabilis. illo titulo. cap. exceptionem. de regul. iur.in 6.

94 Ratio est,quia excipiens excludit intentionem aduersarij : & sic illam iurare non vult. quamobrem inducta ad vnum effectum, non debent parere contrarium effectum. & inducta ad diminutionem,non debent parere augmentum. l.legata.ff.de leg.1. & quod fauore alicuius inductum est, non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore.C.de legib.sed fauore reorum,vt se defendant,inductę sunt exceptiones.§.1.in instit. eod.& sic non retorquentur in illorum odium. vt illas opponendo videantur confiteri aduersarij intentionem. & si viderentur confiteri, fieret litis contestatio, quæ tamen per obiectum exceptionis non fit.c.2.de litis contesta.in 6. Bald. in l.exceptionem.C.de probationib. Videndæ sunt tres rationes per glo. in d. reg. exceptionem. de reg.iur. in 6. nempe actus agentium non debent vltra intentionem eorum operari.l.non omnino. ff.si cert.peta.sed non est intentio rei, vt confiteatur.ergo illa exceptio non operabitur confessionem intentionis aduersarij.

95 Ex quo infertur quod si aliquis petat à me decem, quæ mutuauit: si excipiam me soluisse, non videor confiteri mutuum factum esse: adeò quod si non probet debitum, debeo absolui. glo. sing. in l. Iulianus. ff. de condict. indeb. in gloss. 1. quam singu. dicit Bal. in c. cùm in iure. col. 2. de offic. delega. debeo tamen negare mutuum, & si probetur, dicere me soluisse, vt infra dicam.

96 Secundò infertur, quod qui petit veniam, confiteri non videtur peccatum. c. exhibita. vbi glo. singul. de homicid. secundum Alex. in l. 1. nu. 7. ff. de noui oper. nuntia. & Iaso. in l. Decem. de verbo. obliga. sed hodie ad euitandum istam glo. solet reus interrogari si impetrauerit gratiam, quam præsentat, & si contineat veritatem, & si illa gratia iuuari vult. sic vidi obseruari.

97 Tertiò, qui excipit de pacto de non petendo, non videtur etiam confiteri debitum: quia forte naturalis tãtum erat obligatio. glo. in verb. confessus. in d. cap. cùm venerabilis. vbi omnes doctores, de except.

98 Quartò, qui dicit se interrupisse præscriptionem, non videtur præscriptionem fateri. glo. in d. regula exceptionem. & in d. c. cùm venerabilis. & docto. in c. illud. de præscriptionib.

99 Quintò, petens absolutionem ab excommunicatione, non videtur se fateri excommunicatum. Panorm. in cap. venerabilem. col. penult. de elect. reprobata glo. ibi & in cap. cùm dilectus. de ordine cognitionum. & in cap. exhibita. de homicid. Nicol. de Milis. in reper. in verb. exceptionem obiiciens. quia petendo absolutionem, non potest se excommunicare. & quia ad cautelam potuit peti. c. solet. de senten. excommunicationis. in 6. & bonarum mentium est timere culpam, vbi non est. c. 2. de obseruat. ieiunior. & quia excommunicatio manifestè probari debet. c. 1. de exceptio. in 6. quod non fit excipiendo.

100 Item sicut non videtur fateri excommunicationem, qui petit absolutionem: ita non videtur fateri iudicem meum esse excõmunicatorem. arg. tex. in l. 2. C. de inge. & manumiss. vbi sicut is, qui confitetur manumissionem, non confitetur manumissorem dominum, ita nec iudicem excommunicatorem. Bal. ibi pulchrè, & Ias. in d. l. decem. col. penul. de verb. obliga.

101 Sextò, qui confitetur habuisse rem caussa permutationis à Titio, non videtur eum confiteri dominum: quia forte permutatio fuit de facto contracta. c. cùm venerabilis. de exceptionib.

102 Septimò, qui negat sententiam rite latam, non videtur fateri sententiam latã. Bald. & Imol. in l. gallus. §. forsitan. ff. de liber. & posthu. & in l. decem. de verbo. obligatio. quia negans qualitatem facti non videtur fateri ipsum factum. Alex. in addi. ad Bart. in l. nõ vtique. ff. de exceptionib.

103 Octauò, qui negat aliquem antiquiorem nominatum, non videtur fateri eum nominatum, & ita vidi obtineri per illam regulam, qui negat qualitatem, non videtur confiteri factum. Ias. in l. decem. col. pen. ff. de verb. oblig. & in d. §. forsitan. in notab.

104 Vltimò infertur, quia excipiens non fatetur, si actor non probauerit intentionem, succumbet: nec poterit actor se iuuare illa exceptione, nisi quoad factum. quia ex illa exceptione probabitur quòd excipiens erat reus, & petens actor. Bald. in c. de testibus. col. 2. de testib. vbi dicit quòd excipiens fatetur, quod aduersarius agit, non quod ius habeat agendi. & quando quis opponit pactum de non petendo, illud fateri videtur. & suam exceptionem: sed non illa, quæ tacitè ex exceptione eliciuntur. Panormit. consil. 17. in quæstione. col. 1. & seq. in 2. volu. per text. in cap. ex parte decani. de rescript. vnde dicit Bart. quòd sicut illud quod actor dicit in libello, facit fidem contra se. gloss. in l. cum precium. C. de liberal. caussa. ita illud quod reus in exceptionibus asserit. Bart. in l. 2. in fi. C. de his qui poten. nom. titul. & in l. certum. §. si quis absente. in fi. ff. de confess.

105 Intellige hoc verum, scilicet cõfiteri quod expresse asserit: sed non quod per exceptionem videatur confiteri, quod in ea expressum non erit, vt superius scripsi.

106 Amplia, vt etiam non videatur dubiam actoris probationem declarare, cùm nullo modo posit actor se illa exceptione iuuare. Panorm. & Fel. in d. c. cùm venerabilis. in fi.

107 Secundò etiam procedit, siue quis excipiat conditionaliter, siue simpliciter: cùm generâliter loquantur iura de exceptione, siue de excipiente. quamuis. glo. & Bartol. in l. non vtique. ff. eod. contrarium teneant, ista tamen est communis sententia, teste Bal. in l. exceptionem. col. pen. C. de except. & l. Polla. 2. col. de his quibus. vt indign. & Dec. in d. cap. cum venerabilis. nu. 19. vbi respondet rationiibus adductis per Bartol. nam sublata exceptione & non probata, tacita confessio etiam censetur sublata: quia si expressum non operatur, nec tacitum. & principali extincto, & accessorium extinctum est. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & d. reg. accessorium. & l. 4. depositi. C. vnde si reus non probet suam exceptionem, habetur ac si proposita nõ esset, ob id ex ea non resultat aliqua confessio: secus si reus exceptionem solutionis probasset, tunc videretur fateri recepisse: sicut dicimus in trãsigente, qui videtur fateri debitum. l. quoniam. ff. de his qui not. infa.

108 Tertiò amplia, etiam si reus non probet suam exceptionem: quanuis contrarium teneat glo. in §. suscepto. in verb. litis contestationem: in auth. de exhibend. reis col. 5. quam communiter docto. reprobant. in d. cap. cum venerabilis. & in addi. ad Vbertum de Bonacurso. in rub. de perempto. exceptio. in versicul. animaduertat &c.

109 Quartò amplia etiam si illa exceptio fuerit acceptata: quia factum excipiendi acceptatum videtur, non tacita confesio, quæ non est, per text. in d. c. cum venerabilis. vbi Parisien. nume. 50. & sequen.

110 Primò limitatur quando excipiens confiteretur vltra exceptionem intentionem aduersarij. Dy. in regula. exceptionem. de regul. iur. in 6. Bal. in Margar. in verb. exceptio. q. 12.

111 Item non procedit quando ex consuetudine fori vel stili aliud caueretur, vt eo. titu. in stilo Parlam. §. item si quis conueniat reum actione

persona

personali ad debitum, & reus proponat exceptionem pacti de non petendo, vel solutionis, aut similes, videtur tacitè debitum confiteri. ob id debent esse cauti practici vt sub conditione confiteantur, vel negét, alioqui stilus procederet.
112 Tertiò, non procedit quando confitetur factum: sed negat ius, vt dicit se emisse, sed illam emptionem non valere: quia est à minore facta. tunc illud factum confessum probabit. Bart. in d. l. non vtique. licet eum reprobet Panorm. in d. c. cum venerabilis. vbi vide. & per docto. in d. l. decem. Angel. in §. 1. col. 18. de exceptio. in institu.
113 Quartò, derogatur huic regulæ, quando contra excipientem est præsumptio. vt pote si aliquis confiteatur hominem ad suam defensionem occidisse, tunc capietur confessio, videlicet quod occidit: sed non exceptio, videlicet quod ad suam defensionem. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liber. legat. ratione præsumptionis delicti: vt in l. 1. ad leg. Cornel. de sicar. Alexan. consil. 87. in caussa. col. 1. vol. 1.
114 Contrarium tamen tenet patruus meus Rebuffus. in l. Rura. C. de omni agro deserto. & Bald. in §. item si vassallus. col. 2. de contro. inuestitu. etiam si non dixerit ad suam defensionem necessariam. per tex. in §. si quis hominem. de pace tenend. in vsib. feud. secundum Ludo. Roma. sing. 28. accusatus. contra Bal. in l. vna. C. de confess. col. 5. & contra Bald. firmat Angel. in §. 1. col. 19. de exceptio. in institu. & Alexan. consil. 30. ex allegatis. col. 1 in 7. vol. Ias. in l. nō solum. §. sciendum. col. vlt. ff. de noui operis nunciatio. & Hippol. in sua pract. §. postquam. num. 22. & ibi dicit se defendisse à pœna mortis quendam, qui confessus fuerat se accepisse bona sua, ad se spectantia iure dominij, vel quasi, licet non probauerit ad eum spectare: tamen, quia contra eum nihil fuit probatum, fuit absolutus.
115 Imò dicit per istam exceptionem, quem posse & torturam & mortem euitare. de tortura non fit dubium, quæ non datur nisi in dubiis, & quando quis negat. l. 1. & per totum. ff. de quæstio. & hic non negat.
116 Nec refragatur si diceres, torqueri super eo debeat, an hoc fecerit ad defensionem: quia tantùm super facto quis torquetur, & quando sunt præsumptiones facti: non autem super iuris præsumptionibus, vt est ista, videlicet quod fecerit animo nocendi. l. si non conuitij. C. de iniur. plenè concludit Ferrar. cautela 5. accedit Pau. & Fel. in c. auditis. de præscript.
117 Poterit etiam euitare mortem, cùm non debeat damnari nisi ex probationibus luce meridiana clarioribus. l. fi. C. de probatio. sed probationes non sunt claræ ex illa cōfessione, ad hoc vt condemnari debeat. ergo non condemnabitur ad mortem & hoc quando non erant aliæ directæ probationes: aliàs secus, & poterit etiam pœna arbitraria puniri, cum non probatur plenè delictum. Innoc. in cap. quia verisimile. & doct. in c. afferte. per illum text. de præsumpt. & ista opinio est valde æqua. quamobrem nollem istum condemnare. quia melius est nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare. l. absentem. ff. de pœnis. nam si condemnaretur, damnari posset innocens, quod non est permittendum. & hoc est sing. teste Hippol. sing. 185. confessio. tamen indigeret gratia in hoc regno, & cum eà absolueretur, alioqui non.
118 Vltimò, sicut excipiens non videtur confiteri, ita nec replicans. gl. not. in reg. exceptionem. de regul. iur. in 6.
119 Non me mouet l. in exceptionib. ff. de probatio. & l. 1. C. de probationib. vbi reus suam exceptionem probare debet. nam respon. verum esse postquam actor monstrauerit, quod asseuerat. l. exceptionem. C. de probatio. & d. cap. cùm venerabilis. ergo si actor non probet suam intentionem, per exceptionem non censebitur probata. & idem respon. ad l. fin. C. de solutio. vbi solutionem debet is, qui allegat probare. verum est si debitum probauerit actor, aliàs, non quamuis Specul. in tit. de exceptio. §. viso. versic. est igitur valde. & Angelus in dicto §. 1. col. 20. aliter respondeant.
120 Decimò, sicut sententia lata, ob libellum actoris ineptum, est nulla. gloss. singul. in §. 1. in verbo secundum. instit. de obligatio dicam infra in tertia diuisio. in vers. libelli. ita & ratione exceptionis ineptæ. cle. fi. vbi doct. de appella. Barb. in rub. de exceptio in cle. col. 5.
121 Vndecimò, sicut actor in actione succumbens inepta, in expensis condemnatur. l. properandum. §. 1. C. de iudic. doct. in c. examinata. illo tit. ita & reus. c. 1. de exceptio. in 6.
122 Duodecimò, sicut actor potest emendare & mutare libellum suum ante litem contestatam. l. edita. C. de edendo. ita & reus suam exceptionem, ne liceat actori quod reo non licet. hoc expressim scribit Angel. in rubr. huius titul. in 10. q. princip. col. 24. versicul. Sextò &c. & in q. 14. principa. vbi etiam dicit licere reuocare libellum datum iudici in partis absentia, antequam pars copiam habuerit, vel illi responderit: cùm libellus non sit de processu: teste Bart. in rubr. C. de in ius vocand.
123 Decimotertiò, sicut induciæ deliberatoriæ dantur super actione, vt deliberet reus, an velit cedere, vel contendere. l. 1. ff. de edendo. auth. offeratur. C. de litis contesta. ita super exceptione dabuntur induciæ actori, si petat, quia in exceptionibus reus dicitur actor. l. in exceptionibus. ff. de probatio. ergo super hac exceptione dari debet dilatio, vt not. Cyn. in l. 1. C. de dilatio. refert Angel. in rubr. huius tit. q. 14. princip. versic. Secundò quæro. col. 24.
124 Decimoquartò, sicut sufficit libellum actoris præsumptiuè concludere. l. omnes. §. Titius. ff. quæ in fraudem credito. Bart. in l. certum. §. 1. de confessis. & l. cum quid. si cert. peta. doctor. in l. edita. C. de edend. Ita sufficit quòd exceptio præsumptiuè concludat. per reg. non debet actori licere. de reg. iur. in 6. Angel. expressim in rubr. huius tit. in fi.
125 Decimoquintò, sicut in actione, quæ proponitur per viam accusationis, debet inseri locus & tempus. l. libellorum. ff. de accusa. ita & quando deducitur per viam exceptionis: vt concludit

cludit Melchior Klinc.in §.1.de except. in instit.

126 Decimosextò, sicut quando libellus est ineptus non currit ei terminus ad agēdum.l.edita. vbi docto.C.de edend. idem si libellus est ineptus non currit terminus ad excipiendum. & sic si processus sit nullus, semper poterit libellus emendari: quia semper sumus in initio. l. licet. C.de procurato.Bald. in 2. repet. d. l. edita. numero 115.

127 Decimoseptimò, vt non debeat in actis poni si sit iuri manifestè repugnans:adeo vt nec citari aduersarius debeat super hoc.l 2.in fi.C. vt nemo priuatus. & idem est vbicunque statutum vel ordinatio dicit, non reddatur ius, vel non audiatur:& tunc processus est nullus, si pars non sit præsens, & nihil obiiciens. quia tunc imputet sibi si succumbat,cæterum lata nondum sententia,iudex de nullitate supplebit.per nota.in l. vbi pactum.C.de transactio.Bal.in d.l.edita. nu. 116.

128 Nonò videndum est actio & exceptio in quibus differant.Primò, disconueniunt: quia exceptio non debet,vt actio,in scriptis proponi: sed reo sufficit factum simpliciter narrare, & aptum.Bar.& Soc.in l.1.ff.eod.scripsi in 1.diuisio. in versic.alia est exceptio.actionis,vbi limitatur. vide ibi.

129 Secundò, nō tenetur protestari reus quod non adstringit se ad probandum non necessaria.Ang.in rubr.institu.eod.col. 9.15. & 22. quia actore non probante reus absolui debet.l.qui accusare.C.de edend.etiam si nihil probauerit.imò etiam si reus assumpsisset onus probandi,& non probasset, adhuc actore non probante absoluetur reus. per gloss.sing. in l.circa. ff.de probatio. glo.similis in cap.ex insinuatione. de procurato. quas sequitur Ias.in §.omnium.nume.112.institu. de actionib.

130 Tertiò,is qui primò ad iudicium prouocat dicitur actor, prouocatus reus. l. in tribus.ff. de iud.c.forus.§.actor.de verb.sign.vnde si reus primò compareat, & petat terminū statui creditori ad agendum,dicetur actor. iuxta l. diffamari. C. de ingenu.Bart. in l. libertus à patrono. ff. de in ius vocando.& is, qui petit tenutam, vt verbo doctorum vtar,dicitur actor.& in eo omnia iura de actore locum habent.Bart. in l. de pupillo. §. fin. col.2. versic. quæro ex bannitis. ff. de noui oper.nunciatio.Roma. consil. 217. res ista. secus ergo si prouocatus petat se declarari liberatum & absolutum.Dec.consi.43.& pro tenui.col.1. & qui impugnat dicitur actor:qui defendit reus.ca. cum inter.de exceptio.

131 Quartò, in libello actoris requiritur conclusio expressa. Diuersum est in exceptione rei, in qua potest dicere vel ad excludendum intentionem actoris, vel ad rei defensionem, hæc oppono. & sufficit quod ex ista narratione sequatur conclusio, secundum iuris ordinem. Bald.in l. emptor. C. de præscrip. longi tempo. & consil.super quæstione.col.2.volum.1. Bar. & alij in l 1. ff.de exceptio. quia tacitè videtur concludi ad silentium imponendum.l.1.ff.famil.hercisc.l.2. de exceptione rei iud. Bald. consil. 187. col.3.ff.qui satisda. cog. ratio differentiæ est,quia sententia fieri debet iuxta petitionem & libelli conclusionem.l.vt fundus.ff.communi diuidundo.cap. licet hæc.de simon.sed super exceptione non fertur sententia.not.in l.1.C.de ordin.cogni. Soci.in d.l.1.col.1. & sic postquam factum rei est notum iudici,debet iudex ex officio reum absoluere.l.planè.& l.fin.ff.de petitio.hęred.vnde non est necesse quòd reus petat se absolui, cùm ad hoc iudex ex officio teneatur, teste Angelo in rubr.huius titul.col.19.in 10.quæst.princ.versicul. Quintò circa. sed practici Franciæ solent semper apponere in fine scripturarum rei, vt absoluantur.& istud est tutius, cùm actio non tollatur aliquando, nisi per exceptionem:& tunc exceptio est proponenda.secus si ipso iure tollatur. vt per glo.& docto in l. vbi pactum.C. de transactio.Ang.vbi supra.q.8.col.22.

132 Quintò, reus exceptiones suas producere poterit etiam die feriata, licet actori non sit licitum.Angel.in rub.col.15. in 9. quæstio. sed id in actore scribit Bartol. in l.miles.§.sexaginta.ff. ad leg.Iul.de adult.& est verum,si iudex pronunciauerit quòd intra sex dies producat scripturas suas, vel libellum. tunc enim coram grapherio seu scriba producere poterit:& ita seruat stilus curiarum.diuersum esset in iudicio,in quo producendæ essent:tunc die feriata,qua iudicium nō exercetur,non posset fieri productio.

133 Sexto, in exceptionibus meris non debet lis contestari:nisi exceptio vim actionis habeat. Innoc.in c.super eo.de electio. Alex. in additio, ad Bart.in l.1.ff.eod.secus in actionibus.l.1.& per totum C.de litis contestatio. & Aufrer. in decis. Tholos.q.110. per glo.sing.in c.prudentiā.§.sexta. in verb.ex confessione.de off.delega.

134 Septimò, quod ordo omissus ex parte rei in opponendo exceptiones, fortè contra res potius,quàm contra personas, non vitiat processum.secus ex parte actoris.l.prolatam.& ibi Bart. & alij.C.de senten.Bart. & alij in l.si conuenerarmus.col.1.ff.de testa.

135 Quod est verum,si fiat coram iudice ordinario: secus coram delegato. quia tunc omnis peruersio ordinis sibi in delegatione assignati, etiam in exceptionibus vitiaret processum. per text.in c.exhibita.de iudic.Angel. in rubr. huius tit.col.23.versic.vndecimo &c.

136 Octauò, delictum probatum per modum exceptionis,non punitur pœna ordinaria: secus si via actionis prosequatur seu accusationis.cap. cùm dilectus.in fi.de ord.cognit.glo.& docto. in c.cum super.de confess Oldra.consil.78.an conuen.&c.

137 Nonò, non tenetur reus iurare de calumnia: secus in actore, sed de malicia sic.cap. 2.de iura.calum.in 6.Aufrer.in decis.Tholo. quæstio. 110 intellige vt per glo. & docto.in cap. prudentiam.§.Sexta.in verb.ex cōfessione.de off. deleg.

138 Et sic aliquando licet reo, quod non licet actori,vel è contra.quanuis regula, non licet de reg.imò in 6.videatur contrarium dicere:sed intellige,quando est diuersa ratio in actore & reo, tunc licebit reo,quod non licebit actori:vel contra.l.3.§.si quis duobus.ff.de adimend.lega. Soci.

in d.

in d.l.1.in princ.ff.eod. Georg.Nat.in repet.clem. sæpe.in princ.col.22.de verbo.sign.in 5.not.

139 Et quanuis actor & reus dicantur correlatiua. tamen non fit de vno ad alterum extensio, extante rationis diuersitate. Anchara. in repet.c. 1.in materia correlationis. de constitu. refert & sequitur Soci.in d.l.1.col.1.

140 Decimò,is qui excipiendo succubuit, potest de nouo agere.l.fundum.& l.fundi. ff. de exceptionib. & cap.2.de in integ.restitu. quod non procedit quando sententia lata super exceptione excluderet ius agendi ex eadem caussa. quod est quando de exceptione plenè est cognitum, & exceptio habet eundem effectum,quem actio,& ex eadem materia.Ideo si sint eiusdem naturę in procedendo, & eius efficaciæ in dirimendo, si prius proponitur exceptio,& pronunciatur contra exceptionem,postea non poterit moueri.con sumpta enim materia, consumitur materiatũ. l. & an eandem.§.actiones. cum l. seq. ff. de exceptio.rei iud. l. Quod in hæredem. §. eligere. de tribu.actio. sic consuluit Bald. consil. 187. super quæstione.col.1.in 1.vol.

141 Decimò, quæritur quotuplex sit exceptio? Respon.multiplex.& quia in arbore,quam Tholosę edidi,multas descripsi exceptiones,ob id ordinem illum nunc seruabo, illas diuisiones prosequens, quæ in forensi iudicio versantur, alias autem missas faciemus. Prima igitur sit diuisio, Quædam est exceptio meræ negationis, altera actionis,seu iuris:alia intentionis,vel facti.& ista diuisio probatur per docto.in l.2.ff.eod. quanuis ista non probentur:text.tamen in hac arbore secutus fui iuuenis iurium interpretum sententiam:sed in hoc tractatu vigilantius ista discutio.

142 Exceptio meræ negationis ob id prima locatur:quia homines,vt plurimum, simulatque conuenti sunt,negãt.& ad hoc sunt faciles, sicut ad dissentiendum.l.item si vnus. §.fi. de arbitr.ff.

143 Quæro,quando hæc exceptio opponi possit? Respon. tunc demum quando nulla actio competit aduersus reum, si ab eo quicquam petatur,ipse inficiari potest, si nihil consequi velit: sed tantùm se absolui l.1. §. si reus. ff. de eo per quem factum erit.ibi, cùm contentus esse possit exceptione.l.1.§.si debitori.vt in possess.legato.

144 Et regulariter ei, qui habet exceptionem non prouidetur de actione, quando talis actio est extraordinaria,& in subsidium reperta:vt doli actio.d.§.si reus.& ibi Iaso.per l.primam §.fi.ff. de dolo.

145 Diuersum est si actio esset ordinaria.l.metum.§.sed quod prætor.ff. quod met.causa.nam cui damus actionẽ, multo magis exceptionem. l.1. §. is autem. ff. de superficieb. & l. quod mihi. de liber.lega.& l.inuitus.§.cui damus.de reg.iur. glo.& docto.in c.debitores.de iureiurando.

146 Item quando reus vellet aliquid consequi, tunc vltra negationem agere debebit ad effectum consequendum.l. si inter.ff. de exceptio. rei iud.Bald. consil. 187. super quæstione. col. 2. volum.1.

147 Præterea,si quis ignoret,vel dubitet an debeat:vt pote quia in locum alterius successit, tũc etiam cùm iustam habeat causam,inficiari poterit.l.qui in alterius.ff.de regu.iur.

148 Non poterit tamen quis negare totum debitum,si partem se debere sciat.Bart. & alij in l.1. §.si stipulante.ff.de verbo.oblig.Feli.in cap. nam concupiscentiam.col. vlt.de constitu. Angel. in §.is, qui de mandato. in instit.licet Alex. consil. 183.viso puncto in fin.in 5. vol. dicat positionem totam negari posse respectu partis.post glo. in c. fi.in verb.absque rationabili. de confess.in 6. sequitur Dec.in l.non potest videri.ff.de reg.iur. & Hippol.in rub.de fideiusso.quæstio.46.num.339. nisi pars protestaretur se nolle habere partem, negari tunc totum poterit.vt Fel. dicit in d. cap. nam concupiscentiam. Imò si quis petat decem, & ei non debeantur, nisi quinque, si reus illa quinque non confiteatur,cætera negando, condemnabitur ad illa quinque, & ad expensas. & ita seruatur in forensi iudicio, quanuis doctores teneant contrarium in §.plus autem.de actio. in institu.& in l.vna.C.de plus petitionib. nam qui petit totum,& partẽ petere videtur.l. si quis cum totum.ff.de exceptio.rei iud. Ideo est in mala fide is, qui negat partem. Ideo sic debet ad omnes expensas condemnari.& est periurus si iurauerit se nil debere:vt asserit Aufrer.in decis.Tholos.q. 202.& q.seq.

149 Et hæc exceptio inuenta fuit à maledicto Cain, qui postquam interfecerat fratrem suum Abel,negauit Deo se fecisse. Genes.4.& can. serpens.de pœniten.distin.1. vnde iniuste negantes Caini vocari possunt, id est imitatores Cain. & sicut is ad inferna descendit. ita & ipsi nisi resipiscãt.sic Sarra negauit se risisse, timore perterrita.Genes.18.cap.ita maligni aduocati dicũt clientulis, si cõfitearis, caussam perdes:sed non dicunt si neges,perdes animam:vt testatur.glo. 1. in cap. 1.de confessis.in 6. quæ anima cunctis est rebus præponenda.l.sancimus.C.de sacrosanct. eccles. & alibi in euangelio dicitur,quid prodest homini si totum mundum lucretur, & animę suę detrimentum patiatur? cap. Matthęus. de simo. & primæ Ioannis cap.2.scribitur, quis est mendax, nisi qui negat &c.

150 Et ista exceptio, vt quis non neget, non potest tolli per principem: cùm naturalis sit, & defensionem sapiat.& negatio,est defensio:vt asserit Bald.in l.si quidem C. eod. & in l. 1. nume. 60.C. qui accusa. non possunt.nec in ea aliquid per ius ciuile mutatum est, sed remansit semper & remanet in simplici forma: & hac negatione est vsus Christus sæpius aduersus Iudæos:& maximè cùm dicerent eum dæmonium habere:dicens, ego dæmonium non habeo. Ioan.8.c. & c. nonne.de præsumptionib.& postquam Christus dominus ea est vsus,ideo & nos aduersus calumniantes vti possumus.

151 Ista negatio non est propriè exceptio, teste Bald.& aliis.in rubr.de exceptio.in decret.& negare,non est excipere,ait Bald.in l 1.nu.57. versi. restat.C.qui accus.non possunt.Bart.in l.1.ff.eod. quem sequitur Soci.in rubr.ff. eod. Ideo probari non debet,cum nihil ponat.glo.in l.nam postea. in princ.ff.de iureiurand.facit l.Actor.C. de probatio.

batio. Tunc enim exceptio probari debet, quando supponit aliquod ens in rerum natura, quod non facit negatio. l. in exceptionibus. ff. de probatio. Bald. in l. peremptorias. num. 36. C senten. rescindi non posse. Barba. in c. mandatum. col. 16. de rescript. Decius & alij in rubri. istam dicunt communem.

152 Dicas tamen contrarium, quia negationis exceptio definitioni conuenit. nam actioni interponi solet ad excludendum intentionem, vel condemnationem. & cui conuenit definitio, conuenit definitum. l. 1. ff. de dolo. & huius sententiæ fuit Zas. in intellectu l. qui se debere. ff. de cond. caus. data. quia negatio videtur excludere agentis intentionem, vt in q. 2 supra dixi.

153 Nec refragatur, quod negans non tenetur probare. nam etiam exceptiones aliquæ non indigent probatione: & tamen sunt exceptiones, vt non numeratæ pecuniæ exceptio. l. si ex cautione. C. de non nu. pecu.

154 Nec etiam tenetur probare excipiẽs, quando est pro eo præsumptio. l. generaliter. §. si petitum. versic. non tantùm. ibi, sed cùm ex præsumptione libertas præstituta esse videatur, hæredis est contrariam voluntatem testatoris probare. ff. de fideicom. liberta. & tamen verè excipit. & quia ratio probationis separata videtur ab ipsa exceptione, ergo de vno ad aliud non bene infertur. Bald. in simili per illum text. in l. 1. §. interdum. ff. de legitim. tutel.

155 Etiam, quia negatio in multis casibus est probanda, vt quando est fundamentum intentionis. l. in illa. ff. de verb. obligatio. & infra dicam. ergo in illis casibus, secundum ipsos esset exceptio.

156 Nec refragatur quòd non posit excludere id quòd non est probatum. l. si quidem. C. eod. quia, respond. exceptio opponi solet ad excludendum id quod est deductum in intentionem & petitionem, & antequam reus neget, res est deducta in intentionem, id est in petitionem. ergo negatio excludet, nisi actor probauerit suam intentionem.

157 Et sic nisi materia repugnet, appellatione exceptionis veniet negatio vt si concedatur exceptio contra instrumentum garentigiæ, etiam negatio poterit opponi. huius est sententiæ Zazius. in intellectu singul. l. qui se debere. ff. de condict. causs. dat.

Si tamen tolleretur exceptio, non censeretur sublata negatio, cùm sapiat defensionem, & sit defensio, vt supra dixi.

158 Nec me mouet sententia Decij quòd per negationem non excludatur actor ex quo intentionem eius non fundauit: sed potius non videtur admitti. & cùm actio & exceptio sint correlatiua, vbi non datur actio nec exceptio. Bald. in l. in rebus. C. de iure dot. & probat. l. Si quidem. C. de exceptionib. errat enim Dec. in hoc quod exceptio non sit: nisi actionem excludat. quia excludit & intentionem. d. l. 2. ff. eod. & negatio interponi solet ad excludendum id, quod est deductum, vel in intentionem, vel condemnationem. ergo exceptio rectè dicitur. nec est necesse quod sit actio in exceptione, vt superius dixi in 2. quæst.

159 Item per hoc sequeretur quod exceptiones litis finitæ, quæ opponuntur ad impediendum processum, non essent exceptiones. quia opponuntur antequam sit fundata actoris intentio, quod est absurdum, vt inferius de eis dicetur.

160 Faciamus igitur regulam, quod negatiua regulariter non est probanda, nec is, qui negat eam, probare tenetur. l. actor. ff. de probatio. quia per rerum naturam factum negantis nulla probatio est. vt ibidem dicitur. vt in cap. bonæ. 1. de electio. cap. quoniam de probatio. & quia non se offert sensui. & quod impossibile est in sensu, impossibile est in intellectu. teste Philosopho. & testis super ipsa deponens, non potest asignare rationem per aliquem ex sensibus. vnde si negem qualificatum & graduatum, vel nominatum eum, qui beneficium petit, ego non teneor hoc probare: sed ille, qui se dicit talem. l. nõ ignorat. C. qui accus. non possunt. Et si negem aliquem patronum esse, cùm sit intrinsecum hoc, habebit ipse probare, cùm ecclesia patronata non nascatur. Card. consil. 69. vacante. col. 2. nume. 9.

161 Item, si negem aliquem maiorem esse, & sic non posse ordines sumere, vel beneficium, iuxta cle. fin. de æta. & qualita. c. cùm in cunctis. §. inferiora, de elect. non teneor hoc probare: sed is, quem nego maiorem, ex quo agit: secus si esset reus. glo. solennis in c. presbyter. 78 dist. & quomodo probetur, vide per Speculatorem in tit. de actore. iuxta princ. & Paul. de Leazariis, in q. 6. laico repetenti. col. 1.

162 Item si negem me subditum esse alicuius Baronis, oportet quod ipse probet. Bald. in l. cùm aliquis. in fi. C. de iur. deliberan.

163 Item si negem te diuitem, probabis per vicinos te tantum habere in bonis. teste Rom. consi. 245. ad primum. in fin. doct. per illum text. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. Ias. in l. fi. §. licentia. C. de iure delib. & probatur principalem debitorem non esse soluẽdo, quod non habeat nisi talia bona, & non plus, eo quòd non probatur contrarium. Bart. in l. decem. ff. de verb. obligatio. &, plura non esse bona defuncti, per librum æstimi probatur. Barto. ibi & Soci. consil. 205. difficultas. col. 2. volum. 2. gloss. in l. cùm de lege. ff. de probatio. idem in eo, qui dicit se non habere pecuniam. Bald. consil. 318. practica. in 1. volum. per gloss. in l. super seruis. C. qui milita. non possunt. in lib. 12. Iaso. consil. 34. ad motiua. in 1. volum.

164 Primò limitatur, quando negatiua requirit aliquod factum præcedere, tunc qui eam ponit probare debet, vt si negem te sanæ mentis, oportet quod probem te furiosum & sic furorem præcedere. l. nec codicillos. C. de codicil. & ista vocatur negatiua prægnans, habens in se implicitam affirmatiuam. glos. in c. super hos. de renuncia. in verb. negat.

165 Secundò non procedit in negatiua iuris. vt si negem patrem emancipare filium posse: vel non rectè factam emancipationem, hoc debeo probare.

probare.l.ab ea parte.ff.de probatio. quia, quando ego nego ius, sequitur quod est aliud ius, quod prohibet.ideo illud debeo probare.

166 Vnde, si ego negem aliquem idoneum ad beneficia,cùm quilibet præsumatur idoneus,nisi probetur. cap. fina. de præsumpt. gloss. in cap.si fortè de elect. in 6. vbi dicit glo,quod si negem ea, quæ quis habet à natura, teneor hoc probare: vt de idoneo, cùm quilibet præsumatur idoneus.cap.sicut.1.quæst. 1. Alciat.in tract.præsumptio.regul. 3. præsumptio. 3. Sic præsumitur quilibet bene meritus:nisi contrarium probetur. l.cùm quidam.2.de lega.2.

167 Secus si negem qualitatem acquisitam:vt, nego te ordinatum, debebis hoc probare: quia est qualitas extrinseca, quæ in homine non præsumitur.l.sciendum. ff.de verborum obligatio. l. quæcunque.§.1.de publicia.vel si negem te scholasticum, aut doctorem, aut nominatum, debebis te talem probare, cùm non talis natus fueris.cap.fin.de præsumptio.vbi plene Felin.

168 Tertiò restringitur, quando agens fundaret intentionem suam super negatiua.Barto.in l. penu.§.docere,per illum text.ff.ne quis eum, qui in ius voca.est,vi eximat.& l.hoc iure. & l.in illa. 1. de verborum obligat. Et si mulier vidua petat alimenta extra domum mariti: eo quòd dicat se non posse commodè in domo habitare cum filiis,vel hæredibus mariti,tenetur hoc probare: quia est fundamentum suæ intentionis, vt consuluit Anchar. consilio 254. super primo. in primo dub.Dec.consil.177. quod supra. & Curtius senior consilio 27.colum.9.num.24. & seq. Quod fallit in quinque casibus descriptis per Ias.in d.l.in illa.

169 Quartò, negatiua probari potest, probando oppositam affirmatiuam.vt,si negem Titium possedisse beneficium, ego probare debeo me, vel alium possedisse. & sic negatiua probabitur. Et ista est directa probatio secundum Io. Andr. & alios.in l.cùm ecclesia.de causs.poss.gloss.sing. in verb.nequaquam.in cle. Pastoralis. de re iud. quam ibi nota.

170 Quintò, negatiua probatur per subiecti inspectionem. vt, vendidisti mihi æquum claudum, cæcum, vel alio vitio patente maculatum. tu negas animal habere vitium. probabitur per visum, seu per remotionem à visu. quia si illud vitium in eo non inueniatur, negatiua probata est. Bald.in dict.l.actor. C. de probat. gloss. in l. cum de lege.ff.eod.Et sic negatiua,quæ sensu repræsentatur,potest probari:sicut affirmatiua.vt si dicam te non habere pileum in capite. Io. Andr. in c.bonæ.1.de electio.Socin.consil.96.viso processu.col.pen.in 1.vol.

171 Item per registrum collationum probatur triennalem possessorem fore intrusum, seu titulum non habere,teste Felin.in cap.illud.col.3. de præsumpt. Nam si collatio non inueniatur in libro,vbi aliæ descriptæ sunt, præsumitur falsa, & non falsa: sicut donatio non præsumitur insinuata, si non inueniatur in libro, vbi similes registratæ sunt donationes.Barto.consil.81. Martinus Forniconis. Paulus in authent.si quis in aliquo. in fi. C. de edendo. Et ad probandum aliquem officialem Regium, probatur per librum vbi omnes officiales Regij sunt descripti. text.& ibi.patruus meus Rebuff.in l.3.in fi.C.de agentibus.in reb.lib.12.

172 Sextò, quando negatiua est coartata loco & tempore,probari potest.nẽpe accusatur Titius quod homicidium commiserit hìc Paris.die prima Iulij, anno tali: ipse probat se fuisse illo die Romæ, tunc probatur quòd homicidium non commisit.l.optimam.in fin. C. de contrahen. & committ.stipula. cap. Tertio loco.de probationibus.glo.& Bar.in l.Pantonius.§.rei perduellionis.ff.de acquir.hæredit.Ias.post Barto.& alios,in l.in illa.1.ff.de verb.obligat.

173 Septimò, negatiua consistens in animo probatur iuramento. cap. præsentium. de testib. vnde, si quis dixerit fecisse homicidium non occidendi animo, probabitur per præsumptiones & iuramentum.gloss.solemnis.in l.1.C. ad legem Corne. de Sica.& decem præsumptiones tradit Cæpol. consilio 29. & 31. & Hippolyt. in l. 1. §. Diuus.num. 13. ff. ad legem Corneliam de Sica. & consilio 7.num.44. & consilio 41.num.45. & consilio 96.

174 Notandum est quod quando testes super negatiua deponunt, debent dicere talem non reliquisse legatum, de quo agitur: quia ego fui in suo actu testandi, in quo non fecit hoc legatum: & non potuisset facere, quin vidissem, & audiuissem. sic scribit gloss. in verb. & vidisse. in §.si verò absunt.in authen. de hæred. & falcid. col.1. Bartol.in l.1.§.hoc interdicto.num.8. ff. de itiner. actúque priua.post gloss.ibi & Bartol.in l. hæredes.in fin.princip.de testa. Bald.in l.cum hi.§.nihil.ff.de transact.Alexan.consi.156.viso processu. col.4.in 5.vol.& Dec. consilio 94. in casu ad me transmisso.in fin.

175 Quæro, quomodo ista negatio concipi debeat? Respond. reus sic debet dicere, & in libello suo describere, Nego narrata prout narrantur,& petita prout petuntur. Nam sic negando non perdit reus priuilegia diuisionis:nec fortè alia multa. teste Bartol. in l.si dubitetur. §.1.ff. de fideiusso.vbi Imol. dicit se ex hoc dicto multa fuisse lucratum. Referunt Alexand. & Ias. in l. sed hoc. §. fina. quem legunt cum l.sicut. ff.de re iudic. & Felinus in cap. vno. numero 20. de litis contesta. scripsi in gloss.disposuerit.in fin.§. si quis verò.de colla. in concorda. Quia per talem negationem generalem intelligitur negans solùm negasse facti substantiam:non autem circunstantias, & qualitates libelli. Iason in l. si prius.nu.33.ff.de noui oper.nunciatio. Sicut qui respondet simpliciter contenta in inquisitione esse vera, videtur solùm confiteri contenta principaliter in inquisitione: non autem ea, quæ veniunt in consequentiam, vel accessoria. Baldus in l.si cui. 2. §. si à filio. ff. de legat. 1. & in cap.1. numero 6. de litis contestatione. Et quia ista negatio non refertur ad ea, quæ sunt fauorabilia neganti. Salicet. in l. cum precum. C. de libera.

caus. Alexand. & Ias. in dict. §. fin. Et etiam quia verba libelli ambigua debent interpretari pro libellante. l. si quis intentione. ff. de iudic. Et exceptio dicitur esse libellus rei, qui excipiendo agere videtur. l. 1. ff. eod.

176 Alia est exceptio actionis, seu iuris, vt doctor. vocant, quæ tunc demum datur, quando actio competit, vt si metu, vel dolo promittas decem, si agam condict. certi, tibi exceptio competit, quæ excludet actionem certi mihi competentem ex promissione. iuxta §. 1. de verborum obligat. in instit. Ob id dicitur exceptio actionis, quasi actionis exclusio, allegatur. l. 2. ff. eodem. probat text. in l. 1. ff. de doli exceptio. Ego supra in definitione dixi, quòd exceptio interponi actioni solet ad intentionem excludendum. vel dicitur iuris exclusio, quando excludit ius, vt dicetur infra. & ista sunt vocabula à iuris interpretibus inducta, quæ in arboris elucidatione bona fide secutus sum.

177 Quæro, postquam hæ exceptiones opponi debent, quomodo sunt opponendę? Respond. qui vult excipere, sufficit quòd proponat factum, ex quo resultet exceptio, licet non dicat, excipio, teste Bartolo in l. 1. colum. 3. ff. eod. per text. in l. scire. §. scire. ff. de excusa. tutor. Panorm. in cap. super. numero 8. de renunciatio. in actione idem scribit Papa in cap. dilecti. de iudic. & Imperator. in auth. offeratur. C. de litis contesta.

Siue excipiens sit doctus, siue ignarus. quia doctus non plus ligatur à iure quoad hoc, quàm ignarus, licet contrarium teneat Barbat. in cap. cum caussa. numero 4. de offic. delega. vbi allegat multa iura in contrarium in quibus summus Pontifex hoc dicit, videlicet excipiendo proposuit: sed ibi non statuit sic dicendum esse necessariò. Nam licet legislator dicat, reus excipiendo hoc dicit: non dicit iuris statuendi gratia: sed factum declarando, & partis narrationem. Ideo quamuis pars hoc dixerit: tamen non tenebitur alius hoc sequi. Posset tamen reus libellum dare pro sua exceptione. l. scire oportet. §. oportet. ff. de excusa. tuto. & de iure Digest. actor non tenebatur regulariter libellum offerre. l. prima. ff. de edendo. quamuis sit mutatum in actore. de iure Codicis in authent. offeratur. C. de litis contestatio. Tamen in reo hoc non inuenitur mutatum. Ideo stare non prohibetur. l. præcipimus. C. de appellatio. & sic de necessitate reus in scriptis non tenetur suam exceptionem dare: nisi hoc iudex pronunciet, quod solet in Francia facere, si actor scribat: ne sit in iudiciis inæqualitas, vt est in regula iuris lib. 6.

178 Item non tenetur iudex ferre sententiam conformem exceptioni: sed sufficit, quòd reus absoluatur, actore non probante. l. qui accusare. C. de edendo. nota. in l. prima. de ordin. cognitio. & hoc in practica seruatur. & sufficit quòd exceptiones in acta per notarium causæ, seu scribam redigantur & scribantur: vt est de sententia Bar. in dicta l. prima. ff. eodem. quem sequitur Florian. in l. in exceptionibus. ff. de exceptio. Alexand. & alij. in l. prima. ff. de edendo. Decius in cap. Quoniam. numero 26. de probatio. & ibi Lanfrancus in verbo, exceptiones. reprobantes glossam tenentem contrarium ibi. Idem scribit Tremolius in additio. ad Vbertum de Bonacurso. in rubric. de perempto. exceptio. versic. Et subtiliter &c. & sicut non est necessarium libellum offerre, sic nec litem super ea re contestari: nec de calumnia iurare, sed de malicia secus. cap. 2. de iura. calum. in 6. Aufrer. in decis. Tholos. q. 110. hoc expressim scribit.

179 Limitatur in exceptione recusationis, quæ in scriptis proponi debet. l. apertissimi. C. de iud. teste Philippo Franco in c. appellatio. de appella. in 6. Idem scribitur de exceptione excommunicationis. in c. 1. de exceptio. in 6.

180 Secundò non procedit in exceptione non numeratę dotis & pecuniæ. authen. hanc autem. C. de non numerata pecunia. & in exceptione, quæ contra electionem opponitur. cap. vt circa. de elect. in 6. quia in his opponens dicitur actor, cùm non prouocatus ad iudicium veniat. Igitur tanquam actor debet in scriptis exceptionem interponere. iuxta authen. offeratur. C. de litis contestatione. Et vbicunque excipiendo concluditur ad actionem, & ad viam agendi, tunc in scriptis debet exceptio opponi teste Innoc. in c. dudum. 2. in princip. de elect. & cap. inter. de excessib. prelato. & Angel. in rub. Instit. eod. colum. 19. versic. Tertiò est videndum. & Socin. in d. l. 1.

181 Tertiò fallit, quando stilus curiæ se haberet, vt omnia in scriptis proponi debeant, tunc stilus erit seruandus, & secundum stilum facere debebit pars, & istum sequere, si nolis errare. Et potest iudex compellere partem, vt in scriptis opponat, vel in scripturam redigat, ne postea liceat variare. teste Speculat. in titul. de exceptio. §. viso. versicul. sed nunquid iudex potest. Et hoc seruatur in curiis supremis regni & ferè in aliis, vbi omnia quasi in scriptis dantur & producuntur.

182 Quartò fallit, quando excipiens erat opponens voluntarius, vtpote quando se opponit contra electum. Floria. in l. in exceptio. columna prima. ff. de probat. Felin. in rubr. huius titul. colum. 2.

183 Quintò reus excipiendo in officio iudicis obtinere poterit, si eidem non competebat exceptio. Tum quia iudex ex officio suo reum absoluere debet, actore non probante. l. qui accusare. C. de edend. tum etiam: quia reus videtur agere excipiendo. l. 1. ff. eod. & largè actionis appellatione venit officium iudicis. teste Socin. in dicta l. prima. columna secunda. allegat Ioannem Andream in additio. ad Speculat. in rubr. de officio omnium iudic. scripsi in l. actionis verbo. ff. de verbo. signific. quamuis Bart. in d. l. 1. contrarium videatur tenere.

184 Imò si non proponam aliquam exceptionem: sed dicam ad meam defensionem produco instrumentum solutionis; vel dico solutionem esse factam, vel pactum de non petendo: & probem istam exceptionem mihi competere, iudex debebit me absoluere: quia tunc iudex debet

absoluere, quando notorium est actionem non competere.glo.sing.in l.vbi pactum.C. de transact.sed notum est per acta. ergo &c. hoc expressim firmat Bart.in l.2.in fi.ff.eo.

185 Alia est exceptio, quæ à iuris interpretibus vocatur intentionis seu facti, teste Vbert.de Bonacurso in pract. sua de perempto. exceptio. §. animaduertat igitur. Et est, quando agenti non competit actio: quia fortè solutione sublata, vel alia ex caussa, tunc exceptio intentionem agentis repellet.glos.in l.qui se debere.in verb. doli.ff. de condict.caus.data.& in l.si per imprudentiam. in glo.vlt.de euictio.& glo.magna in 6. parte, in l.prædia.de actio.empti.

186 Facti dicitur, quia si de facto agitur, de facto excipitur. l. vbi pactum.C.de transactio.vbi gloss. & docto. secundum vnum intellectum. l. nuda.de contrahen.stipulat. vel exceptio dicitur facti, quando ignorabam factum: vtpote consanguineum partis esse iudicem, tunc præstito iuramento ignorantiæ, semper exceptio admitti debebit.teste Panor.in c.pastoralis.post gloss.ibi de exceptio per illum text.

187 Notandum est, quod in his intentionis exceptionibus, etiam si pars non opponat, supplet iudex, si ex actis talem reo exceptionem competere ei constet. Diuersum est in aliis exceptionibus.l.veluti.ibi, sed & officio quoque prætoris continetur ex huiusmodi quoque obligationibus actiones denegari. ff. de verborum obligat. gloss.& docto. in l.vbi pactum.C.de transactio. gloss. in l. qui cum maior.§.si patris. in verb. calumniosam.ff.de bonis libert.gloss.in l.1.de offic. assesso. facit text.in l.vna.col.2.C.vt quæ desunt aduocatis.

188 Quæ sint istæ exceptiones? Resp.solutionis acceptilationis, nouationis, præscriptionis, & aliæ, quæ denotant actori nullũ agendi ius competere. Bart.& Ias.in l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.

189 Et ideo dicunt docto. quòd hæc exceptio, non est propriè exceptio: quia nõ excludit actionem. Panorm.& alij in rub.de except.& Ias.in l. Titia.col.1.ff.de verb.obli.

190 Zazius verò in intellectu. l. qui se debere. dicit intentionem pro actione capi. Nam intendere dicuntur, qui alicui rei diligenter incumbunt.Virg.intenti signum expectant. Vnde cum actor multa cum opera intendere, & incumbere suæ petitioni debeat, intentio pro actione vsurpata est.Actuum 21.cap. Iudæi scribuntur crimina intendisse, & status vel controuersia caussæ, ex intentione, & depulsione nascitur, id est ex actione & resistentia. secundum eum, sic & Iureconsulti.in l. si quis intentione ambigua.ff. de iud.l. 2.& l.generaliter. ff. de exceptio.l.fin.§.fin.si cert. peta.l.1.si mensor.fals.modum dixer. l. litem. C. de litigios.§.si quis agens.de actio.in Instit. Reus sua exceptione ad hoc non tendit, vt quicquam eorum vel confiteatur, vel supponat, quæ actor proposuit.l.non vtique.ff.eod.

191 Et ideo exceptio intentionis rectè dicitur illa, quæ actioni necem & interitum intentat, siue de iure, siue de facto actum fuerit. & hoc est quod rheto. dixere, & maximè Cicero in veter. Rheto. primum conflictum caussæ ex intentionis depulsione proficisci.

192 Ex quo infert, omnes exceptiones peremptorias includi sub exceptione intentionis. cùm exceptio nihil aliud sit, quàm actionis exclusio: sed exceptiones dilatoriæ, non sunt exceptiones intentionis, nec incidentes exceptiones, vel quæ sub incidentibus, vel emergentibus proponuntur: nec si contra testes, instrumenta, vel aliæ eiusdem generis exceptiones intentionis dici non possunt: quia non enecant: sed simplici exceptionum nomine continentur. hæc ille.

193 Item negatio vera, intentionis exceptio dicitur, nihil enim tam excludit actionem, quàm negatio actioni opposita. & sic est vera & propria hæc intentionis exceptio: & exceptionis appellatione etiam in statutis venit. Et quamuis reus in exceptionibus actor videatur.l.1.ff. de exceptio. quia onere probandi grauatur: tamen actoris partes verè non sustinet. nisi habeat intentionem, id est actionem, secundum id, quod principaliter intendit, id est in ius deducit. Nisi enim intenderit, actor verè non dicetur. quod in præiudiciis aduerti necesse est, in quibus sæpe de iusta actoris persona dubitari potest. Iste est nouus intellectus Zazij ad dict. l. generaliter. ff.eodem.

194 Ego verò arbitror in his non esse immorandum: quia nullibi hæc exceptio intentionis inuenitur à Iurescon. nominata. ob id si docto. voluerint confingere quædam vocabula, quid super his digladiari opus est? Sed Iurisconsf. verba interpretamur, vel Imperatoris, seu Papæ, qui his vocibus vsi non sunt, saltem non memini me apud eos legisse. Quamobrem de his non curo.

195 Dicam tamen quod intendere, capi potest pro agere.l.fi.ff. communia prædio.vbi prius scribitur, nec vtiliter intendetur ius sibi esse: postea dicitur, vtiliter agetur. Nam qui diligenter intendit, rei litigiosæ, incumbit studiosè actioni suæ, quomodo illam proponat, benè prius examinatam, & expertã.Zaz.in §.omnium.in princ. de actio.in Instit.l.si eo loco. ff.si seruit.vend.l.fi. si cert.petat.

196 Intendere, pro dicere, vel ponere.l.3.ibi, sicut filij hęreditatem nostram esse intendere possumus, ita & Seij. ff. de petit. hæred. iuncta l.si quis filiumfamil. in fin.ff. de acquirend.hæredit. & l. fin. C. de hæred. instituend. l.vnius.§.in ea. ibi.id quod intendit comprobet. id est, quod ponit.ff.de quæstio.l.extat.de iure fisci.

197 Intendere actionem, id est, dirigere, mouere litem.l.seruum. ibi, actionem autem intendere vetamus.ff.de procurato. l. procuratore.ibidem. & l.prætor edixit. in princip. de iniuriis.l.si iniuriæ. ibidem. l. & si satisdationem. de noui oper. nunciatio.l.tertia.§.si filius. ff. Quod quisque iuris.

Intenditur actio, dicit tex.in l.apud Celsum.§. in hac. ff. de doli mali exceptione.

Intentare actionem, pro intendere. l. omnium. ff. de procurat. & l. fin. ff. si libert. ingenuus esse dicatur.

Item intendere crimen. l. 3. ff. de præuarica. id est, intentare prosequi crimen: vt dicit text. in l. vim passam. in fin. ff. de adulte. pro eo quod est agere pro crimine. Et, intentatum crimen, id est, actum pro crimine, dicit. l. quæsitum. in fin. ibidem. intentatum, id est actum. l. 2. ff. de eo, quod cert. loco. Intendere publicam accusationem. l. lege Cornelia. 2. ff. de fal. Intendere animum. l. fin. §. pari modo. ff. de munerib. Intendere actio- ctionem famosam in l. prætor edixit. ff. de iniuriis. Intendere dari oportere. l. vlt. in fin. ff. si certum petat. l. 3. §. Item Iulia. quod certo loco.

198 Intentio ergo accipitur pro actu, qui dirigitur, & exercetur. vt si sit à voluntate hominis, vocatur intentio voluntatis, seu propositi operatio, vnde dicimus, si quis intentione ambigua, id est, petitione & operatione, vsus fuerit. l. si quis intentione. ff. de iudic. Et si actum ex locato & conducto fuerit, dicendum erit non tenere intentionem. l. 1. §. si autem. ff. si mensor fals. modum dixer.

Intentio etiam pro actione. l. vendicantem. ibi, intentione per exceptionem elisa. ff. de euictio. & vbi videbis conuenire actioni, sic exponere poteris. & fortè in l. si ex duobus. §. postquam. de pecul. & intentio. dominij. l. prima. §. cùm prædium. 1. ff. de pignorib.

Intentionem suam suscipere pro actione. l. Iulianus. §. si tibi. ff. ad exhibend. l. Lucius Titius. ff. de peti. hæred. ibi, non ideo repelli ab intentione non iure testamenti facti, quod in falsi accusatione non obtinuerit.

Intentione laboris. l. fin. §. 1. de muneribus exponitur in l. 1. §. Illud tenendum. ibid.

Deducere in intentionem, in actum, & operationem. l. 2. & l. non vtique. ff. eod.

199 Ex quo infertur quòd nulla exceptio potest vocari intentionis: quia opponitur ad id excludendum, quod in intentionem condemnationémve deductum est. Ergo non est intentionis, cùm opponatur ad excludendum intentionem. text. formalis. in dicta l. secunda. ff. de exceptio. Nam cùm actio in libello non exprimatur. cap. dilecti. de iudic. non posset exceptio actionem excludere, ob id intentionem actoris sic deductam coram iudice excludet, & excludens actionem non potest dici actio; sed exceptio excludit intentionem. Ergo exceptio intentionis non potest dici, nec Iurisconsulti aliquam exceptionem intentionis vocarunt: sed sunt termini glossę & docto. qui voluerunt ius nostrum obtenebrare: nisi accipias exceptionem intentionis, id est, exclusionem intentionis, vel intentionem, pro actione. Et sic generaliter omnis exceptio, tam peremptoria, quàm dilatoria, & tam illa, quæ interponitur contra instrumenta, quàm contra testes, tam in incidentibus & emergentibus, quàm in principali poterit vocari intentionis exceptio, id est exclusio voluntatis & propositi actoris. quod est notandum. Et sic doctores hactenus in vanum laborarunt, in elucidatione istius exceptionis: dicentes quòd in statutis appellatione exceptionis non venit hæc exceptio, teste Panormit. Felin. & aliis. in rubr. eiusd. titul. in fin. tamen per prædicta vides contrarium. & miror doctores tanta verba super hoc effudisse, cùm Iurisconsulti de hac exceptione locuti non fuerint, nec praxis, saltem quod legerim.

200 Secunda diuisio. Exceptiones quædam sunt ecclesiasticæ, quædam seculares, quædam mixtæ. Ecclesiasticæ sunt, quæ coram seculari iudice oppositæ, ante iudicem ecclesiasticum probari debent: vtpote si iudex laicus detineat clericum in suis carceribus, poterit clericus excipere, dicens se esse clericum, & petere vt ad iudicem suum ecclesiasticum remittatur, qui de hoc cognoscet, videlicet an iste sit clericus, vel non. tex. in cap. si iudex laicus. de senten. excommunica. in 6. in prin. vbi dicitur quia de re ecclesiastica & spirituali agitur, & ista exceptio est præiudicialis, de qua prius est cognoscendum. vt dicit glo. in dict. cap. si iudex. Domin. de Rota decisio. 202. si clericus. in not. Anchar. consilio 80. in nomine. Nec est fides facienda iudici seculari de tonsura, quando clericus est in habitu, vt ibi dicitur. & Guido Papæ, singul. 316. antequam. Cæpol. consilio 10. Non putet aliquis. & consi. sequen. nisi quoad instructionem, & ad inducendum in laico scientiam clericatus. Bal. in l. si qua per calumniam. col. 2. versic. sed pone. C. de episco. & cleric.

201 Notandum est quòd istæ remissiones fiunt expensis illius, qui petit remitti, & sub fida custodia, teste Fel. in cap. 2. in versic. impetratio &c. de rescript. post Bald. in l. eos. §. super his. C. de appellationibus.

202 Clerici tamen non debent condemnari in expensis per iudicem secularem: vt pulchrè scribit Dec. consili. 41. quod intellige, vt ibidem dicitur, vnde Feder. consi. 235.

203 Miratur tamen Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. numero 441. de testamen. quod in hoc Franciæ Regno non obseruetur, sed non ob hoc sunt in foro conscientiæ tuti iudices non seruantes, teste Bartho. Chassa. in consuetud. Burgund. in rubric. *des iustices*. in verbo, *& droicts d'icelles*. numero 41. & potest dici ei, qui non seruat, id quod in Euangelio scribitur, seruus sciens domini voluntatem, & non faciens, plagis vapulabit multis, sic & iudices Regij, qui iurisdictionem destruunt ecclesiasticam &c.

204 Notandum est, quod quamuis iudices seculares in hoc regno non cognoscant de tonsuræ proprietate: tamen cognoscunt an vestis sit clericalis, & de aliis indumentis: & de his cognoscere dicunt non esse de re spirituali cognoscere: sed temporali: & ita fuit Aresto decisum, vt habetur inter Aresta Aufrerij, Aresto. 184. & 186. & in quæstio. per Aresta Ioan. Galli. quæst. 38. vnde Guido Papæ in decisio. Delphin. quæstio. 138. in camera &c. dicit quòd probatio tituli

tituli clericalis est quid spirituale. per dict. cap.si iudex. secus in probatione habitus, & ita dicit seruari in Delphinatu,vt de habitu iudices seculares cognoscant,nec remittant clericos non deprehensos in habitu.per dict.cap. si iudex. Contrarium tenet Chassa.in consuetud.Burg. in rub. *des iustices*. §. 5. gloss. *s'il n'a grace*. numero 58. & sequent. Prima tamen passim seruatur in curiis secularibus Franciæ. & hodie habitus clericorum vix secerni potest à vestibus lenonum & artificum, quod prouenit ex negligentia prælatorum, qui cùm de iure suo malè tuti, non audent sua vti potestate. cap.fin. vbi Ioan. And.de reb.ecclesi.non alienand.

205 Item in exceptione excommunicationis, vt coram iudice ecclesiastico maximè opponi & probari debeat.c.corripiantur. ibi, episcopale iudicium.24.q.3.& Spec.in tit.de compet.iudi.aditio.§.1.in iud.

206 Poterit etiam in curiis secularibus opponi propter fidelium communionem: & admitti debebit per iudices seculares.c.1. de except.in 6.gl. singul.in l.1.C.de iur. & facti ignor.doct.in cap. intelleximus: de iud. & cap.decernimus. de senten.excommunicatio.in 6.

207 Curia tamen laicalis non admittit exceptionem excommunicationis. teste Ioan. Fabr. in §.fin.de curato.in Institu. & vnde tantus processerit abusus ignorat Benedict. in repetit. cap. Raynutius.in verbo, mortuo.1.numero 282. de testament.Et Aufrer.in decis.Tholos.quæstione 133. & quæstione 189. Hanc etiam consuetudinem reprobat Petrus de Bella pertica. in l. placet.C.de sacrosanct.eccles.Angel. & Porc.in §.1. Instit.de cap.diminut. in institu. & Anton. Tremol.in additio. ad Vbertum de Bonacur. in sua pract.rub.quibus modis examen iudicis ordinarij declinari debeat.

208 Imò non valeret statutum, quod hæc exceptio non posset opponi: quia esset contra libertatem ecclesiasticam: vt plenè probat Ioan. Baptista in repet. l. Omnes populi. in illa quæstione, An statuta contra libertatem ecclesiasticam valeant. ff.de iustitia & iure. per cap. nouerint. de sentent. excommu. Idem firmat Bald. in tract.de statutis contra libertatem ecclesiasticam circa finem.

209 Idem in vsurarum exceptione, vt de ea iudex ecclesiasticus cognoscat.c.Præterea.& per totum.de vsur.cap. ad nostram.2. de iureiurand. Federic. consilio 96. apparet.Decius consil. 170. in fin. viso themate. vbi etiam tradit, an vsurarius criminaliter puniri possit, eo quòd crimen dicant esse ecclesiasticum. gloss.& docto.in cap. cum sit generale. de foro competen. & in cap. 1. de offic.ordin.

210 Nisi,an facta vsura contenderetur: vel an contractus sit vsurarius. Tunc enim iudex secularis poterit cognoscere super isto facto. Bart. & alij.in l.Titia.ff.solut.matrimo.& in l.quoties.C. de iud.ac in l.fin.ff.de iurisd.omn. iud. idem scribit Alexand.consil.91.in 2.vol. & consil. 9. præstantissime.in 4.vol.Maleret.in tract.de elect.fol. 26.& sequen.

211 Idem in exceptione hæresis. cap. ad abolendum.& per totum.de hæretic. cap. vt inquisitionis. illo titul. in 6. Hodie tamen iudices seculares & laici, laicos hæreticos sine alia cognitione iudicis ecclesiastici condemnant, & idem tradunt ratione bullæ Clementis septimi, qui hoc permittit, monendo omnes, vt ab hæresibus abstineant, aliàs eos declarat relapsos, de quibus iudices laici cognoscunt. dicto capitulo ad abolendam.

212 Idem in exceptione decimarum, matrimonij,& aliarum,de quibus text. in Cle. dispendiosam.cum ibi not.de iudic.

213 Intellige,quòd si agatur super iure decimarum percipiendo,vel retinendo: tunc,quia caussa est spiritualis,non cognoscet iudex laicus: sed ecclesiasticus tantùm.gloss.in cap.placuit.2. §. sic etiam.16.quæst.3.& in summa.11.quęst.1.glo. in c. ex tenore.de foro compet.Calder.consilio 15. an iudex.rubr. de foro competen. Anchar.in regul. ea, quæ fiunt.de regul.iur. in 6. Lanfranc. in cle. dispendiosam.in gloss.præmoniti.de iud.& Philippus,olim Franciæ Rex statuit,vt de cognitione decimarum non feudalium in petitorio, vel possessorio, præsertim inter ecclesiasticas personas, gentes Regiæ nullatus se intromittant, nec cognoscant, vt est in stilo Parlamenti in 7. parte.rubr.de priuileg.ord.15.Ias.consilio 93.in caussa.volum.1.

214 Limita in decimis infeudatis ante concilium Lateranens.Nam de illis in Francia ex priuilegio concesso,vt prætenditur,Philippo,quod vocant Philippinam, cùm laici inquietantur,solent literas à Rege, vel ab eius cancellaria impetrare ad inhibendum iudicibus ecclesiasticis, ne de his cognoscant, caussámque ad secularem iudicem remittant. Mandatúrque in illis literis iudicibus laicis, vt faciant laicos vti & gaudere priuilegio prædicto, & iure tenendi, portandi, colligendi, & possidendi huiusmodi decimas. in vim prædicti priuilegij, de quo habet mentionem Benedict.in repet.cap.Raynutius.in verb.si absque.2.de substitu.fideicom.num.45.de testa.& Chassa.in consuet. Burg.in rub.*des iustices*.§.6.in nu.35.

215 Ratio est: quia postquam laici ante concilium Lateranen.erant capaces decimarum, Panormitan. in cap. cùm apostolica. de his, quæ fiunt à prælat. Ergo & eorum iudices: vt in simili notat Ancharan. consilio 34. in caussa. columna secunda, & sequent. vbi concludit tutorem pupilli esse capacem administrationis decimarum, si pupillus sit capax. Nam postquam laicis competebant decimæ. ergo & per consequens iudices eorum cognoscent. Nam cùm iurisdictio est alicui concessa,omnia censentur esse concessa, sine quibus. &c. l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic.ista tamen reprobo.in tracta.meo de decimis,in q.10.

216 Secundò limitatur, vt iudices laici de fructibus decimarum cognoscant: quia caussa non est spiritualis, cum laico titulo locationis concedi possint. cap.vestra. de loca, quod non possent, si ius esset spirituale. cap. penult. ne prælati

vices suas. ob id iudices seculares cognoscere poterunt. Domi. & alij in cap. fin. colum. vlt. de foro compet. in 6.

217 Item super fructibus decimarum compositio fieri poterit cum temporalibus, quæ non fit de spiritualibus. Hostiens. in summa. de transactio. cap. fin. de rerum permutat. Et ista compositio fit ratione temporis præteriti. gloss. singul. in cap. vt super. de reb. eccles. non alienand. secundum Panormit. Imol. & alios. in cap. per tuas. de arbitr. instar alimentorum. l. de alimentis. C. de transactio.

218 Imò etiam potest super fructibus decimarum compromitti in laicum, licet de iure spirituali non possit in eùm compromitti. c. contingit. de arbit. quod est notandum secundum Lanfranc. in d. cle. dispendiosam. col. 4. & seq. Ancha. consi. 34. in hac. col. 2.

219 Vnde in Hispania, cùm decimæ sint fructus bonorum de Realenco, ex regia concessione, iurisdictio fructuum decimarum spectat etiam ad laicos, & non ad ecclesiasticos, & ex lege regni Hispaniarum, & vt testatur Petrus Beluge. in Speculo principum. rubric. 13. §. restat. folio 75.

220 Tertiò, non procedit in concernentibus factum, in quibus etiam iudex laicus est competens. docto. in l. Titia. ff. solut. matri. & in l. quotiens. de iudic. C. & Ripa, & alij. in cap. decernimus de iudiciis.

221 Quartò, iudices Laici, contra Philippinam, passim super possessorio cognoscere solent super decimis etiam non infeudatis. & non est magnum peccatum Ecclesiam super decimis, contra laicos, duos habere iudices, ecclesiasticum & secularem: quia hoc fauorem ecclesiarum concernit. Nam substractio decimarum potest dici sacrilegium, de quo etiam laicus cognoscit. c. cùm sit generale. de foro competent. Feli. in c. caussam. in fin. de præscrip. sic expresim scribit Pirrus in consuetud. Aurelianen. rub. de possess. iudic. cap. 2.

222 Vide Feder. consil. 245. Domino Andreæ. in fi. & Calder. in consi. 15. rub. de iudic. Malcret in tract. de electio. fol. 18. & seq. abundè scripsi in quodam consilio incip. sine dubio, vbi viginti quæstiones tangentes episcopos, & eorum iurisdictionem breui decidi pro Reuerendo patre D. Claromonen. episcopo. Do. de Prato. & vide etiam quę plenè scripsi in tractat. meo de decim. quæstione 10.

223 Item in his exceptionibus potest iudex laicus excipienti statuere tempus intra quod se pręsentet coram iudice ecclesiastico: non tamen quod probet. vt docet Vincent. Hercula. in l. 2. num. 6 ff. de re iud. vide Alexandrum consil. 91. in 2. volum.

224 Seculares dico exceptiones, quæ ad iudicis secularis cognitionem spectant: vt si agatur rei vend. coram ecclesiastico, siue contra laicum, siue clericum, excipiet reus vt conueniatur coram indice rei. l. fin. C. vbi in rem actio exer. debeat. c. quo iure. 8. distin. Inno. & alij in c. cum sit generale. de foro compet.

225 Et in realibus clericos in Francia conueniendos esse coram secularibus iudicibus ex consuetudine immemoriali tradit Ioan. Fabr. in l. statuimus. C. de episcop. & cleric. & hoc disputat. in §. fin. de satisdatio. in Institut. Etiam hoc firmat Masuer. in pract. sua, in rubr. de iudicibus. in princip. & patruus meus Iacobus Rebuffus in l. viros. C. de palat. sacra. largit. libro 12. & Aufrer. in repet. clement. 1. columna 76. in parua impressio. de offic. ordina. Benedict. in repetitio. cap. Raynutius. in verb. & vxorem. numero 431. de testa. Boer. in §. 21. de iurisd. omn. iud. Do. Ioan. le Cirier. in tractat. de iure primogenit. lib. 1. quæstione 24.

226 Quamuis contrarium teneat Petr. Iacobi Gallus in pract. sua. rubric. de actio. vi bono. rapto. per c. qualiter. de iud. vbi omnino prohibentur clerici conuenire, vel conueniri coram iudice laico. idem in cap. si diligenti. & cap. significasti. de foro competen. text. in authen. nullus. & authent. statuimus. C. de episcop. & cleric. vbi in ciuilibus causis conueniri prohibentur coram laico. & quando super actione reali conuenitur, est in ciuilibus, ergo prohibetur. & idem tenet Socin. in cap. sanè. de foro competent. vbi clericus ratione rei suæ conueniri debet coram ecclesiastico in loco rei sitæ. Panormitan. & alij per illum textum in dicto cap. Qualiter. de iudiciis. & quia variæ erant doctorum opiniones, consuetudo super hoc inualuit in Francia adhærens primæ sententiæ, vt seculares de realibus cognoscant. & hoc iure, nescio si dicam, abutimur.

227 Et ideo fuit condemnatum capitulum sancti Maximini in ducentis libris, eo quod de actione reali, contra inueteratam consuetudinem, iudices temporales spoliando, cognouerat: vt est in stilo Parlamen. in 4. parte, Aresto 175. & in quæstio. per Aresta. quæstione 40. vide etiam in eod. stylo, Aresto 15. & 21. & pluribus aliis arestis. ita quod Gallus potest dicere, nota magis nulli domus est sua, quàm mihi, iudicem ecclesiasticũ de realibus cognoscere non posse, etiam contra clericos, & inter clericos controuersia sit.

228 Item si clericus vel ecclesia petat restitutionem in integrum, ex consuetudine etiam immemoriali, solet in Francia literas à Rege impetrare, & coram iudice regio literas verificare, seu vt dicunt, interinare, rescisionem contractus petendo. Ista vidi semper in forensi iudicio seruari, vt omnia rescripta, quæ pro rebus dantur, impetrari soleant à Rege Franciæ. Illa verò, quæ personas respiciunt clericorum, à summo pontifice, quo ad habilitatem, vt abunde scripsi in tractatu meo de rescriptis, seu literis regiis.

229 Quamuis in contrarium allegetur tex. in cap. ad nostram. de rebus ecclesiæ non alienandis. Et quia in petitione restitutionis allegatur dolus, seu deceptio ex proposito, vel re ipsa, & ista æquiparantur. l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligatione. Sicut ergo fundatur iurisdictio ecclesiæ, quando allegatur dolus & deceptio

ceptio ex proposito: ita & quando interuenit re ipsa. Panorm. in c. cùm sit generale. nume. 10. de foro compet. sed hoc iure non vtimur, vt dixi, in Francia.

250 Item de possessorio rerum ecclesiasticarum iudices seculares in hoc Franciæ regno cognoscunt, tam ex priuilegio Martini Papæ de quo per Guido. papæ in decis. Delphinal. quæst. 1. & per Ioan. Feral. in 11. priuileg. regis Franciæ, quam ex consuetudine tanti temporis, cuius memoria non stat in contrarium, etiam de possessorio beneficiorum & rerum spiritualium. & fundant se in cap. caussam. 2. qui filij sint legit. sed ibi vertebatur quæstio inter laicos. & per c. cùm deuotissimam. iuncta suprascriptione. 12. quæst. 2. vbi Regina Galliæ de possessione cognouit. sed ibi ex delegatione Papæ. sed dicunt quod possessorium rei spiritualis, spirituale non est, teste Lanfranc. in repet. clem. vnicæ. de caussa possess. & in stilo Parlamenti Aresto. 176. & in hoc non debent iudices sic cognoscentes, formare sibi scrupulũ. teste Maleret. in tracta. de elect. in 5. limita. versic. Quartò infertur. & sic in hoc regno nullum est dubium, quin iudices regij de possessoriis rerum spiritualium cognoscant, etiam priuatiuè ad iudices ecclesiasticos, quibus est super his cognitio sublata per vsurpationem, licet de iure possint cognoscere. gl. in verb. obtinuerat in cap. inter dilectos. de fide instru. & in c. fin. de iudic.

231 Item petitio laudimiorum solet fieri coram iudice laico. quæ si fiat coram ecclesiastico, solet pars excipere vt coram iudice laico petantur. idem in censu, & reliquis, quæ arreragia vocant. vt per Ioan. Gallum in quæstio. per Aresta. quæstio. 46. & idem tenuit Masuer. in sua pract. rubr. de iudicib. in princ. sed contrarium fuit iudicatum in Parlamento, vt dicti census debiti possint coram iudice ecclesiastico peti: sed hoc debet intelligi quando promissio census iam debiti fuit à parte facta: tunc ratione illius promissionis iudex ecclesiasticus cognoscet inter clericos: secus si aliqua promissio non interuenerit: quia tunc solus secularis solet cognoscere, vt habetur in quæstio. per aresta. q. 82. Chassan. in cõsuetud. Burgund. in rubr. *des censes*. §. 1. in glo. 1. num. 9. & seq. & Boer. q. 69. in decis. Burdegal. Aufrer. in tracta. de potesta. seculari super ecclesi. & person. reg. 2. fallen. 27.

232 Idem in domorum pensionibus, & hæreditatum & retractibus, & annuis reditibus, vt fuit à Rege Carolo ordinatum anno 1430. ante pascha, & regni sui nono.

233 Item si crimen dicatur priuilegiatum, in hoc regno Franciæ iudices seculares solent cognoscere. & sic vsurparunt, vt cognoscant contra clericos. vt est de crimine læsæ maiestatis, falsæ monetæ, saluegardiæ, portus armorum, & aliis descriptis per Bened. in repeti. cap. Raynutius. in verb. & vxorem. nume. 435. de testa. & Ioa. Ferald. in priuileg. Regum Francorum 19. vbi dicit errare iudices volentes quoslibet clericos punire pro portu ensis, vel quorumlibet aliorum armorum. quod non possunt, nisi fuerint homines congregati, & quando deferunt alia arma quàm enses: vel quando villa contra villam insultum facit. secus si duo se verberent, etiam gladiis: & ensibus, quia tunc non potest dici crimen priuilegiatum, vt per Ferald. vbi supra, & in magno cõsuetud. rub. *des droictz Royaulx*. versic. *item auront* &c. in stilo parlamenti. in 7. parte. rubr. de accusa. ordina. Iacob. de Bello visu. in §. contrahentes. nu. 102. de foro compet. in 6. Boer. in tracta. de seditiosis. in 6. præsumpt. in fi. & quando iudex secularis dicit casum priuilegiatũ, an teneatur fidem facere, quo titulo de illis cognoscat, scribit Maleret. in tracta. de electio. folio 31. versicul. circa prædicta.

234 Mixtæ sunt exceptiones, quæ coram iudice ecclesiastico, & seculari opponi & probari possunt. quia de illis vterque cognoscere potest, vt est de crimine sacrilegij. c. cum sit generale. de foro competen.

235 Idem in exceptione iuramenti, vt seruetur. potest enim & coram ecclesiastico & seculari opponi. quia est mixti fori quoad hoc. de ecclesiastico est tex. in cap. fin. de foro compet. in 6. de seculari etiam in cap. licet mulieres. de iureiuran. illo libr. idem scribit Alex. consil. 39. viso. num. 3. in 4. vol. & consil. 151. viso. in 7. vol. Felin. in cap. 2. nume. 28. de rescript. Soci. consil. 110. præsupponitur. in 4. volum. Curtius consil. 66. super. num. 170. & seq.

236 Et idem in exceptione adulterij, vt dicitur in cap. cum sit generale. de foro compet. & in l. quoties. C. de iudic. per docto. & quia iudices ecclesiastici refrenare solebant adulteria laicorum, certè Aresto fuit decisum ne de cætero ecclesiastici iudices de his laicis adulteris cognoscant: sed reseruatur iurisdictio iudicibus secularibus. ob id non puniuntur adulteria, non enim Clodius vult accusare mœchos, nec Catilina Cethegum. & vocatur illud Arestum *contre les ribaux mariez*. qui si pro primo adulterio fustigarẽtur, cogitarent postea, & timerent secundum admittere. vel si vtroque oculo priuarentur vt lege Zaleuci Locrensis cautum erat. Valer. lib. 6. de iustit. scripsi in prooem. concorda. in princip.

237 Idem in aliis exceptionibus nominatis. in d. cap. cum sit generale. vbi omnes docto. intelligunt crimen mixtum, de quo & iudex ecclesiasticus & secularis possunt cognoscere: sed iudices huius regni ista crimina mixta eo arbitrantur, quòd iudices ecclesiastici inter ecclesiasticas personas cognoscant, seculares verò inter laicos & ita seruatur in forensi iudicio, quamuis contrarium scripserint omnes doctores, vt mixtim etiã inter laicos possint cognoscere ecclesiastici.

238 Idem quando de reparatione ecclesiæ agitur, tunc vterque iudex compellere potest etiam clericum ad reparationem. l. hæreditas. ibi, principali, vel pontificali. de petitione hæredit. ff. Alex. consil. 170. circa. volum. 2. & in stilo. parlam. in 4. parte. Aresto 237. ac Benedict. in repet. cap. Raynutius. in verb. si absque. in 2. nume. 35. in substitu. fideicommissaria. de testam. & iudices seculares super hoc sæpius abutuntur, cogendo pauperes beneficiatos, & diuites relinquentes. nec potuit iurison. in d. l. hæreditas. cognitionem

præbere iudicibus fecularibus. cum etiam hoc esset à iure prohibitum:sed hoc iure vtimur, nec repugno.

239 Nota, quòd si laicus vulnerat clericum, crimen est mixtum. secundum Ioan. Baptistam. in repet.l.Cunctos populos.col. 13.C. de summa trinita. nam dicitur Christum crucifigere, qui sacerdotes persequitur.cap.nulla.in fin. 3. quæst. 1.teste Luca de Penna in l.nihil.C.de palat.sacra. largitio.lib.12.& in istis concluditur,vt in dilatoriis.de quibus sequitur.

240 Tertia succedit diuisio principalior,Exceptionum autem quędã sunt dilatorię,alię peremptorię,alię mixtæ,& quædam anomalæ. Diuisio ista dilatoriarum & peremptoriarum probatur in l.2.in fi.ff.eo.& in §.appellantur.instit.eo.de mixtis & anomalis infra dicetur. Dilatoria exceptio est,quæ actionem differt.d.l.2.in fi.ff.eod.& quędam differunt solutionem,quædam autem iudicium:& vocantur etiam declinatoriæ. de quibus per glo.in cap.si quis episcoporum.3.quæstio. 6. Anchar.in cap.pastoralis. col.vlt.eod.tit.Petr. de Ferrar.in sua pract. in forma responsio. rei conuenti.in verb.saluis aliis exceptionibus. de declinatoriis prius dicamus, cum prius interponi soleant.& quod istæ declinatoriæ dilatoriæ vocentur.probat tex.in l.3.in fi.ff.eod.& l.Pomponius. §.ratihabitionis.iuncta gloss. ff. de procurato. & text.in d.cap.si quis episcoporum.§.exceptio fori dilatoria est.ecce ibi text.expressum. Panorm. & Felin.in c.pastoralis.eod.tit.doct.in cap. vt circa. versic. alioqui.de elect. in 6.Præpositus in cap.si duobus.col.5.& seq.& cap.interposita.de appellatio.huic sententiæ conueniunt.

241 Sed dubitant doct.an appellatione dilatoriarum veniant declinatoriæ, quod vulgò receptum est,vt veniant,alioqui diuisiones tam iurisconsultorum,quàm etiam Imperatoris nõ essent sufficientes,cùm non habeant mentionem de declinatoriis.ergo necesse est eas comprehendi sub verbo dilatoriarum. Nam & quæ effectu conueniunt,multo magis nomine conuenire debent.l. à nullo. C. de feriis. sed declinatoriæ in effectu conueniunt cum dilatoriis: tum quia differunt iudicium: tum etiam quia opponuntur ante litis ingressum, vt dilatoriæ.c.inter monasterium. de re iudica.

242 Item negari non potest, quin declinatoriæ species dilatoriarum sint.l.3.ff.eod.& §.appellantur.institu.eod. & certum est speciem sub genere contineri, etiam de proprietate sermonis. l. semper in generalibus.de reg.iur.Bal.in l.de quibus.ff.de legib.ergo & hìc continentur.& ad positionẽ speciei sequitur positio generis.l. si quid earum.§.inter emptum.ff. de lega. 3. & sic posita dilatoria,& declinatoria videtur expressa.

243 Nec refragatur text.iuncta gloss.in c. quoniam contra falsam. de probatio. vbi recusationes exprimuntur,& exceptiones. & sic recusatio non est exceptio. Respon. enim quod ibi primo dicit, quod scriba siue notarius, debet scribere acta iudicij,citationes videlicet, recusationes, & exceptiones. nam primo posuit recusationes, & postea exceptiones:non tamen ibidem probatur quod recusatio non sit exceptio. nam si primò posuisset exceptionem: & postea recusationem, potuisset tunc glo.arguere. & ita scribunt Decius & alij in d. cap. quoniam. nam instituere voluit Papa ordinem scribẽdi processum:& sic,vt prius quàm alia exceptio inscribatur, recusatio opponi & scribi debet: quia illa prius opponi solet, quàm aliæ exceptiones.

244 Primò non procedit, quando declinatoriæ & dilatoriæ simul nominarentur.cle.vna.eo. tit.quia expressum facit cessare tacitum.l.cum filio.ff.de vulga.§.filio.

245 Secundò derogatur,quando de mẽte contraria constaret. quia non aliter recedendum est à verbis: nisi constet de mente.l.non aliter. ff. de lega.3.quæ fuit prima lex, quam Tholosæ interpretatus fui.& debemus intelligere verba secundum mentem.cap.intelligentia.de verb. sig. & c. præterea.ibidem.

246 Tertiò,quando materia non adaptaretur declinatoriæ, tunc intelligemus de dilatoriis, & non de declinatoriis.Paul. Parisius & alij in d.c. quoniam.de probationib.

247 Quartò,quando esset alia ratio in declinatoriis,quàm in dilatoriis,tunc etiam non venirẽt declinatoriæ appellatione dilatoriarum. teste Panor.& aliis,in d.c.quoniam.de probatio.& per hæc tolluntur fundamenta & rationes,quas scribit Barba.in rubr.de exceptio.in cle.col.6.& Soc. in l.2.ff.eod.

248 In causis tributorum non declinat quis. Lucas de penna in l.1.in fi. C.de collat.fundo.fiscal.lib.11.

249 Secundò, non declinat quis citatus super recognitione cedulæ, seu chirographi: vt scripsi in tract.de chirographo.recognit.

250 Tertiò,non declinat quis papam, cùm sit omnium iudex.c.cuncta per mundum.9.q.3. nisi esset hæreticus vel scismaticus.

251 Quartò, non solet declinatoria recipi coram principe à subditis illius, nec à sua curia suprema, quæ parlamentum vocamus. & hoc vidi de consuetudine obseruari.& dicit Bald.in l.proximè.in fi.ff.de his,quæ in testam.delentur.

252 Quintò,non declinat vagabundus.l.hæres absens.in fi.vbi gloss. & docto.ff.de iudic.l.1. de eo,quod certo loco. l. ait prætor.§. si debitorem. quæ in fraudem credito.docto.in cap. Romana. §.contrahentes.de foro compet.in 6.

253 Sextò, non declinat, qui per vim exegit plus,quàm debitum sit.l.1.C.in quib.caus.colon. lib.11.quem tex.singu.not. Ioan. de Plat. ad hoc, quòd patiens violentiam,potest adire quemlibet iudicem,cuius præsentiam habere potest pro tali violentia repellenda.vide tamen Lucam de Penna in l.2.de lucris aduocator. lib.12. & priuilegia declinandi forum sunt sæpius occasiones maleficia committendi,per text. in l.2.C. de priuileg. schola.lib.12.vbi Lucas de penna col.2.Et in istis exceptionibus dilatoriis & declinatoriis concludit quis ad fines non procedendi coram illo iudice, coram quo est conuentus, & vt nostri vocant practici,*à fin de non proceder.*& probatur hęc practica in l. si patri. §. si pecuniam. ibi vlterius

proceden

procedendum non est. ff. de minoribus. cap. ex parte decani. de rescript. & in cap. penult. & fin. de iudiciis.cap.fin.de fer.cap.insinuante.de offic. delega.clem. vna. de causa possess. & communis in iure pontificio text.habent, procedere non debeat: vel, procedatis, vel procedere nimis animosè cœperunt.c.2.de in integr.restit.& sic puto istam regni Franciæ practicam ex illo iure originem habuisse, dum dicunt; *tendre à fin de non proceder.* & sic solet protestari pars in primo termino, *par protestation, que pour chose qu'il die, il ne veult, n'entend sortir sa iurisdiction, mais proteste decliner, & ses fins declinatoires proposer.* Nec solet iudex ante litem contestatam interrogare partem, vt tollat dilatorias, & iudicij declinatorias de stilo curiarum Franciæ. licet Panorm. & alij per illum tex. in cap. 1. de iudic. dicant praxim esse notandam: sed illorum doctrinam non vidi in praxi seruari.

254 Prima est ergo, vt dicunt practici, super iudicij fundatione exceptio interponi solet. Primo dico eum iudicem mihi suspectum. & quia primus actus est legitimatio iudicis, & prius in eum opponi debet. glos. in cap. quoniam. de probat. in verbo exceptiones. & in cap. exceptionem. illo titul. cap. inter. de re iudic. sequitur Vbert. de Bonacurso. in pract. sua rubr. de recusa. versic. & quamquam. & ibi in addit. gloss. in verb. potestate. cap. pastoralis. eod. tit. & Philipp. Franc. in cap. si vnum. & cap. iudex. de offic. deleg. in 6. ac Felin. plenè in dicto cap. inter. col. 2. de re iudic. & ianua defensionis est iudicis recusatio. Bald. in cap. cum inter. in princ. eod. titul. & est prima iudicij porta. Imò proponendo alias dilatorias coram iudice, non potest postea eum reprobare, & reiicere, quia coram eo litigando aprobasse videtur. gloss. & docto. in d. cap. exceptionem. igitur de hac prius tractemus: & sciendum est quòd ista exceptio tripliciter opponitur.

255 Primò ratione consanguinitatis, vel affinitatis iudicis: tunc si quis conueniat me coram suo consanguineo, concludam me coram eo non teneri procedere. quia est partis aduersæ consanguineus, & sic mihi suspectus. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iudic.

256 Item recusatur si sit propitius parti. cap. ad hæc. de rescript.

257 Idem si sit familiaris, domesticus. cap. insinuante. de offic. delega. vel socius. cap. cum R. canonicus. ibidem. Præpos. in cap. postremo. de appella. cap. accedens. 2. vt lite non contesta. & hæc exceptio suspitionis debet esse prima in ordine opponendi: exceptio verò iudicis aliàs incongrui, vel incompetentis, debet esse secunda exceptio: procuratoria tertia. & si opponantur simpliciter, videntur solenniter opponi, & sub ordinato modo, ordine scripturæ non attento. teste Bald. in cap. pastoralis. col. 1. eod. titul. vbi plus dicit, quod contra omnes exceptiones potest seipsum iudex informare in iudicio præterquam contra exceptiones suspitionis in eundem oppositas.

258 Idem si opponatur ei, quòd causa est propria, etiam ratione sportularum. glo. in l. de iure. ff. ad municipal.

259 Secundò declinatur iudex ratione odij, quando alteram partem odio prosequitur, vel est illi inimicus, etiam tunc non tenebitur pars procedere corã illo iudice suspecto, cum durum sit coram eo litigare. cap. cum inter. eod. titul. glo. & docto. in c. cùm super. de offic. deleg. & Deuteronom. c. 32. habetur, non enim est Deus noster, vt dij eorum, & inimici nostri iudices. nam ob hoc peruerti posset iudicium, vt dicitur in c. quatuor modis. 11. q. 3.

260 Item quando iudex constituit se aduersarium partis, tũc illa pars iustè eundem reiicere potest, ne in sua causa iudicet. l. vna. C. ne quis in sua causa iudicet. gloss. dicta singul. in cap. statutum. in verb. copia. de rescrip. & per Panormit. Barba. & alios in cap. super literis. de rescriptis. & Iason in l. secunda. col. quinta. ff. si quis in ius voca. non ierit. & consilio 53 in fin. volum. 4. glo. tamen est similis. in cap. conquerente. de restitutione spoliator. in verbo, volueris. & dicitur constituere se aduersarium, quando de facto coram superiore agit. teste Felino in cap. licet Heli. colum. 4. numero 9. de symo. vel quando ea, quæ ad aduersarium pertinent, exercet, quod arbitrio superioris iudicis relinquitur.

261 Tertiò opponi solet contra iudicem indifferenti ratione, id est, non odij, non amicitiæ: sed alia, forte criminis, quæ exceptio non repellit ordinarium. teste Innocen. & Fel. in c. sciscitatus. de rescript.

262 Idem si opponatur, quòd iudex est surdus, vel mutus. l. cum prætor. ff. de iudic.

263 Vel infamis, coram quo non teneor procedere. l. neq; famosis. C. de dignitatib. lib. 12. l. 2. ff. de senator. vide docto. in d. c. sciscitatus. de rescript. l. cum lege. de arbitr. & l. quidam consulebant. ff. de re iud.

264 Idem quando iudex similem habet causam reprobari potest. cap. cum causam. 2. de iudic. iudicaret enim pro eo, ne postea in simili caussa iudicaretur: nisi esset hypocrita. de quo. gloss. penult. in cap. 1. de concess. præbend. in 6. loquitur.

265 Item iusta caussa recusandi iudicem est, si mecum in alia causa litiget. glo. sing. in cap. cum super. in glo. 1. de offic. delega. secundum Corse. in singul. incipiente, iudex. in 3. Panorm. & alios in cap. 1. de iudic. Barba. consilio 80. col. 7. in 4. volumine.

266 Notandum est circa iudicis incompetentiam quinque esse necessaria. Primò persona, quòd ille qui iudicat sit iudex illius, quem condemnat, alioqui sententia non valet. l. 2. C. si à non compet. iud. iudicat. fuerit. cap. at si clerici. de iud. cap. imprimis. 2. quæst. 1. l. factum à iudice. ff. de regul. iur. nam in primis de persona quærendum est. l. si quæramus. ff. de testam. & primò legitimenda est persona. Barba. in rub. C. qui admitti.

267 Secundò requiritur res, vt si fuerit datus ad vnam rem, de illa tantum iudicet, & non de alia,

alia, alioqui sententia erit nulla.l.1. C. si à non compet.iudice iudicatum fuer.c. cùm olim.1. de off.delega. vnde iudex datus super fundo, non poterit de fructibus prouentis ante delegationem cognoscere: sed de illis, qui post litem contestatam accedunt.sic in l. Aediles.§. sciendum.ff. de ædilit. edict. & de re ad rem nō fit prorogatio, etiam de consensu partium.l.2 ff.de iudic.c.P. & G.de offic.delega.

268 Tertiò, necessaria est causa, vt si causa possessionis tantum sit aliquibus delegata, & ipsi forte possint de ea tantum cognoscere, tunc non debent de proprietate iudicare.l. si de proprietate. C. si à non competen. iud. nisi incidenter. l. quotiens. C. de iudic. & tunc ratihabitio ordinarij iudicis non facit illam sententiam valere, propter iurisdictionis defectum.gloss. & docto. in l. secunda. C. de iure fisci. libro 10. Specul. in titul.de sententia.§.sequitur.versicul.quid si nulla. col. secunda: & ideo suplicationum consiliarij de proprietate seu petitorio cognoscere non possunt, etiam de partium consensu, tum quod eis hoc non sit concessum, tum etiam, quia iurisdictio limitata non potest extendi. argumen. l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio: sic cauetur lege regia in rub. *Des conseilliers tenans les requestes du palais.*

269 Quartò, requiritur tēpus. vt si ad annum sit constitutus Bailliuus Montispessulani post annum non iudicet: sed post tempus quo desiit esse iudex.l.eum qui.ff.de iurisd. om. iudic. vide text. in l. meminisse. vbi doctores, ff. de officio proconsul.

270 Quintò, necessariò considerandus est locus, vt non dicat ius extra locum sibi commissum, extra enim territorium ius dicenti impunè non paretur. l.fina.ff. de iurisdic. omnium iudicum cap.fin.de constitutio. in 6. Baldus tradit in dicta l.prima. C. si à non compet. iudic. etiam in loco maiorum iudicare debet.l. penult. ff.de iustitia & iure. Potest tamen iudex ex causa iusta in qualibet parte territorij iudicare. l. si locus. & ibi glossa ff. de iudic.cap. cùm episcopus. de officio ordinarij. in sexto: quod facere interdum in iuridicis conuentibus, quos assisias vocant, *les assises* videmus, teste Angelo in §. item si in iudicio. col. quinta.de exceptionibus. in institutio.& incompetens dicitur, qui nullam habet iurisdictionem. Specul. in d. titul. de senten.§. sequitur. versicul. quid si nulla. & omnis actus factus à iudice incompetente dicitur fieri sine ordine.Bald.in cap. fin. quo tempore miles inuestitu. petere debeat in feud. de incompetentia fori abunde tractatur in rubrica de foro competenti.

271 Etiam aduertendum, est quod dum opponitur exceptio suggillans, seu notans famam iudicis, vel honorem. vt pote si opponatur, quod est infamis, vel aliud simile, tunc superior debebit cognoscere: vel eligentur arbitri, teste Barto. & aliis in l. quidam consulebant. ff. de re iud.docto.in cap. super literis. de rescriptis. & c. cum super.de offic.delega. Philippus Perus. in c. si contra.2. not. de offic.delega.in 6. Nicol. Milius in reper.in verb.exceptio excommunicationis. hodie extat lex regia in hoc regno, quam elucidaui.in tracta.meo, de recusatio.quæ statuit, vt de his causis recusationis cognoscat is iudex, qui supplet alterius absentiam.vt Locumtenens particularis, seu criminalis, vel aduocatus antiquior, qui est solitus reddere ius deficientibus magistratibus.& ita seruatur.

272 Imò contra iudicem ordinarium non potest infamiæ opponi exceptio, quamdiu tolleratur, vt pulchrè docet Innocent. in cap. sciscitatus. de rescriptis. Angel. Paul. & Iacobi. in l. cum prætor in fin. ff. de iudic. sed contra delegatum opponi poterit hæc exceptio, & aliæ. requiritur tamen antequam opponatur exceptio criminis etiam contra ordinarium, quòd fuerit condemnatus illius criminis: puta adulterij, vel homicidij. alioqui ante condemnationem, licet vera sit exceptio, tamen non recipietur: vt probat Innocen.in d.cap.sciscitatus. & cap.super literis. de rescript. plus dicens, quòd hoc casu, quando non est condemnatus, impetratum rescriptum non erit subreptitium ratione illius taciturnitatis criminis, quia talis taciturnitas non concernit ius partis, sed tantummodo iurisdictionem. sequitur Iacob.in d.l.prętor.col.vlt.

273 Et quanuis glo.sing.in c.quoniam contra. de probat.quam singul.dicit Felin.in rubr.de exceptio. dicat recusationem non esse exceptionem. Tamen ego puto quod verè sit exceptio. quia actioni cuiusque rei interponi solet, ad excludendum intentionem, vt supra scripsi. nam postquam definitioni conuenit,& definito.

274 Et istę exceptiones contra iudices debent interponi ante litem contestatam: vt not. doct. in cap.suspitionis. de offic. delega. nisi illæ redderent iudicium retro nullum. vt si opponatur quod iudex est furiosus, mente captus, mutus, surdus, & aliæ similes.vt doct.not.in cap.licet de procurato. & Iacobi. in dicta l. cum prætor. ff. de iudic.

275 Formam opponendi istas exceptiones tradit Spec.eod.titul.Bart.& alij in l.1.C. de testam. Petr. de Ferrar.in sua pract. in forma libel. de declina. iurisd. alicuius iudic. quod olim seruabatur: sed alia forma opponendi nata est in hoc regno, quæ talis est.

276 Solet sic opponere in Francia reus conuentus coram iudice suspecto, quod non potest cognoscere de eo, nec de causis suis, eo quod est sibi suspectus ratione consanguinitatis, vel inimicitiæ capitalis. & sic non tenetur coram eo procedere, nec respondere.satis probatur per iura supra adducta,& per cap.cum inter. eo.titul.

277 Alia quæ possunt opponi contra iudicem scribit nepos de monte Albano. in lib. qui fugitiuus nuncupatur rubr.exceptiones contra iudices. & Spec.in titul.de iudic.deleg.in §.penult.& Angel. in §.præterea.2.col.8.cum seq.de except. in institu.& Vbert. de bonacurso in rubr. quib. mod.examen ordinar.iudic. declinari debeat. in sua pract.

278 Aliæ

278 Aliæ contra actorem interponi solent. & primo, vt practicè loquar, ratione inhabilitatis, vt pote quod actor est demens, surdus, furiosus, aut is, cui bonis interdictum est, nempe sicut isti non possunt testari, nec postulare. §. præterea. & §. item furiosi. institu. quib. non est permiss. facere testa. l. 1. §. fin. cum l. sequen. ff. de postulando. l. is, cui bonis. de verbo. obligat. ita nec agere, nec alios actus facere. l. in negotiis. ff. de regu. iuris.

279 Item pupillus sine tutore agere non potest. l. 1. & per totum titul. C. qui legit. personam &c. Imò si accusetur, debet habere curatorem. l. clarum. C. de authorita. præst. sed in hoc regno in his, quæ sunt facti, accusatur minor, & interrogatur sine curatore: sed ad defendendum in his, quæ iuris sunt, datur eis curator. & sic debet intelligi illa lex, vt dixi in præfa. ad ordina. reg. in verb. *obseruees*.

280 Idem si filiusfamilias, in potestate patris existens, sine patris consensu agat, poterit etiam repelli per l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis. Et concludit reus, vt iudex pronunciet actorem inhabilem ad standum in iudicio, & sic reum non teneri respondere nec procedere cum eo: sed absolui ab instantia petat, cum expensis. l. properandum. §. primo. C. de iudic.

Idem concludit, si ille inhabilis procuratorem constituat. per tex. in clem. religiosus. de procuratorib. Sed in hac patria solum concluditur non teneri ad procedẽdum cum eo: & absolutio ab instantia petitur cum expensis, vt suprà dictum est.

281 Sunt pleræque exceptiones, quæ contra actorem opponi solent, quas hìc missas facio: quia de his abunde scripsit Spec. in tit. de actore. & Vbertus de Bonacurso. in sua pract. rubr. quib. mod. suo nom. agen. &c. & nepos de monte Albano in suo libro qui fugitiuus dicitur. rubr. exceptiones contra actorem.

282 Tertiò quædam exceptiones competunt ratione rei conuenti, vt pote si legatus durante legatione conueniatur, poterit excipere, & iudicium declinare, concludens non teneri coram illo iudice procedere. l. 2. §. legatis. ff. de iudiciis: siue sit legatus missus à Papa, Imperatore, vel ab alio, cùm ille text. loquatur indefinitè de legato, ergo & de quocunque. cùm indefinita vniuersali æquipolleat, vt omnibus notum est.

283 Hæc exceptio tamen non competit quando in curia Romana legatus conuenitur, vt concludunt D. de Rota. decis. 618. in antiquiorib. cùm Roma cõmunis sit patria. l. Roma. ff. ad municipal. idem videtur in ciuitate Parisiensi, cùm etiam sit communis patria, & forte hodie magis cõmunis, quàm Roma, sed tamen in praxi exceptio recipitur à legato, tam Romæ quàm Paris.

284 Idem si qui testimonij causa vocati sint, vel iudicandi causa accersiti, vel in prouinciam destinati. his enim ius reuocandi domum datur. d. §. legatis. quod prodest. nam videmus sæpe consiliarios huc euocari causa iudicandi: vt nuper ad iudicium Admiralli & D. Poyeti, & aliorum vocati fuerunt.

285 Idem si causa testimonij ferendi, vel prouocationis suæ prosequendæ, hi exceptionem dilatoriam ad fines remittendi allegare possint, si ibi non contraxerint, sed si ibi contraxerint, non remittentur: sed procedere tenebuntur. d. l. 2. §. omnes. nisi in legatis, qui licet ibi contraxerint ante legationem remittentur vt ibid. not.

286 Idem scribo in patre, fratre, vel alio visitante scholasticũ. vt ibi conueniri non possit, vbi est scholasticus. Idem si ob aliã iustam caussam venerit. gloss. in verbo, ob aliã causam. in d. §. legatis. scripsi in scholastico. priuil. 775. priuil.

287 Alia quæ contra reum opponi possunt, vide per Specul. in titul. de reo. except. per totum. & per Vbert. de Bonacurso in sua pract. rubr. quib. mod. examen ordinarij iud. declina. debeat. versicul. ratione rei. vbi etiam mixta consideratione opponi potest, videlicet actoris & rei, vel iudicis & rei, aut iudicis, & actoris per l. Iulianus ait si alter. vbi docto. ff. de iudic.

288 Item concludit reus ratione citationis minus legitimè factæ: &, vt practici dicunt, *de moins suffisant adiourné*. vt pote fuit simpliciter citatus, & tamen vt hæres, vel vt maritus, vel vt tutor debebat citari: tunc poterit concludere citationem minus sufficientem, & in vim illius non teneri respõdere, nec procedere: & partem ad expensas cõdemnari petere. & aduertendum est, quod etiam practici solent excipere de minus sufficienti citatione, vt suprà dictũ est, quando citatus non est nominatus nomine proprio, vel cognomine in citatione: vel citatio non est facta in persona, vel ad domũ, iuxta l. 1. ff. de lib. agnos. & l. scire oportet. §. qui autẽ. de exc. tuto.

289 Item solent excipere rei, quod stultè: &, vt dicunt practici, *d'estre follement conuenu*. Primò, quando conueniuntur coram iudice, qui non potest de causa cognoscere, vt quia est realis actio, & conuenitur coram officiali, qui in Francia de realibus non cognoscit, de consuetudine vel si fuerit citatus pro hæreditate, vel re, in qua nihil iuris prætendit, dicet se conuentum stultè, & non teneri procedere, hac de causa: & conueniens condemnabitur in expensis. & huic conuento facultas migrandi dabitur. & quando simpliciter citatur, & tamen est tutor, vel quando econtra: & vidi fieri executionem contra vnum obligatum in vim nundinarum Campaniæ, qui se opposuit, & coram iudice dixit se stultè conuentum. quia debebat sua oppositio cognosci à præposito feriarum, & non ab alio iudice. & ita fuit dictum cum expensis.

290 Item si seruiens extra ciuitatem hanc citationem fecerit, in quo loco non habebat iudex iurisdictionem, tunc etiam non valebit. l. si. vbi abunde docto. ff. de iurisdict. omn. iud.

291 Præterea practici declinant alio modo, & his verbis dicunt, *estre follement conuenu*, vt pote, quia res non sit illius, qui agit, aliquod ius habeat: tamen suo nomine agit. tunc enim concludet conuentus, vt dicatur eum fuisse stultè conuentum, & non teneri procedere cum isto: sed discedendi habeat facultatem cum expensis.

292 Item si aliquis fuerit captus ad petitionem Titij: postea fuerit citatus Sempronius visurus captum ex carceribus liberari, eo quod

non tangit Sempronium, ipse concludet se stultè conuentum: quia non est is, qui habeat interesse, & quem tangat causa.

293 Item si seruiens citauerit extra territorium, citatus non tenetur comparere: quia extra territorium seruiens est tanquam priuata persona, quæ non potest actus iurisdictionis facere, etiam de consensu aliorum priuatorum. l. priuatorum. ff. de iurisd. omn. iud. docto. in dicta l. fin. ff. eod. tit.

294 Quartò, opponi solet ratione Syndici, in cuius constitutione non fuerunt descripta legitimè nomina constituentium in instrumento. l. fin. vbi Bartol. & Rebuff. C. de vendend. reb. ciuita. lib. 11. Bart. in l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. Albert. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui oper. nuncia. Bald. in practic. sua rubr. de procurator. quæstione 13. & sic iudicauit senatus contra vicarios Turonen. vt aliud procuratorium conficerent in quo singulorum nomina describerentur pro canonicis illius ecclesiæ, vt est in stilo Parlamen. Arresto 398. vel quòd non est à duabus partibus constitutus. l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. penult. de decret. ab ordi. faciend. & l. nominationum. de decur. lib. 10. C. Alex. consi. 210. reuerende. col. 2. volu. 7.

295 Fallit quando tot essent constituentes, qui non possent in pelle pergameni describi. nam tunc sufficeret describere, quod maior & sanior pars talis vniuersitatis, vel ciuitatis constituit talem N. Syndicum, teste Ioanne Fabro in §. fin. instit. de curatorib. & Bartolo in l. prima. ff. de albo scriben. & l. prima, de reb. eorum. & in l. ciuitas. si cert. petat. Lucas de Penna in l. fina. C. de legationibus. libro decimo. Alexan. consilio primo. in quarto volumine. & Barbat. consilio decimooctauo. difficile. in tertio volumi. Iason in l. placet. in secunda lectu. col. 3. numero decimoquinto. de episco. & clericis. & debet dici in instrumento postquam sunt nominati multi canonici, vel scholastici, quod faciunt maiorem partem, *& eux se faisans forts pour les aultres*, aliàs in iudicio contumacia dabitur contra absentes: vt vidi in practica seruari.

296 Item sufficiet scribere nomẽ collectiuum: vt vniuersitas, collegium, capitulum vel aliud nomen collectiuum, vt est de sententia Oldra. consilio 100. in executione. & Imol. in capitulo quanto. de his quæ fiunt à prælat. tamen quia notarius posset nomina ista collectiua apponere, dicerẽ debere inscribi nomina constituentium: & ita fuit pronunciatum in hoc senatu. pro canonicis ecclesiæ Turonen. contra vicarios illius ecclesiæ, qui creauerant procuratorem per ista verba, vicarij & capellani &c. fuit dictum, quòd constituentes nominabuntur in procuratione, aliàs si duo ex quinquaginta essent, posset dicere notarius, decanus & canonici, vel vicarij & capellani &c. anno 1518. die verò decimotertio Iulij, post prandium in magna camera. vnde si nomen collectiuum in instrumento describatur, non solet respui: secus si dicatur per nomina singularia, vt pote canonici, seu vicarij, vel scholastici. vt scribit Ioannes Staphil. in tracta. de literis iustitiæ. fo. 169. versi. hinc insurrexit. sed tene Arestum.

297 Poterit etiã in Syndicum opponi, quòd sit constitutus ab vniuersitate non congregata campana, nuncio, vel alio solito modo. & si sit congregata, non ex commissione rectoris, vel superioris regentis collegium, vel vniuersitatem, vt debet. per tex. in l. 2. C. de decurio. lib. 10. & l. 2. de actuariis. lib. 12.

298 Alia, quæ contra Syndicos opponi possunt, tradit Nepos vbi supra. rubr. contra procuratores Syndicos, & Vbert. de Bonacurso. in sua pract. rubr. de exceptio. oppo. Syndicis. & Specul. in titulo de Syndico. & Angel. in dicto §. præterea. columna vigesimaquarta. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. *des forestz.* §. sexto. in fi.

299 Aliæ opponuntur contra procuratores, & vocantur procuratoriæ. l. tertia §. procuratoriç. ff. eodem. l. & ideo. de noui operis nunciatio. §. appellantur. instit. eodem. & septem potissimè modis contra procuratores solet opponi, de quibus in sequentibus dicetur.

300 Primò, ratione constituentis: vtpote, quia fuit constitutus à minore sine tutoris, vel curatoris authoritate. l. neque. C. de procuratoribus. ob id concludet reus non teneri procedere cum isto procuratore, minus legitimè constituto: sed cum expẽsis petit absolui, & hoc ante litem contestatam. l. Pomponius §. ratihabitionis. ff. de procurato. vbi doct.

301 Secundò opponitur ratione eius, qui constituitur: vtpote, quia est miles surdus, vel mulier quæ personæ prohibentur procuratores esse. l. filiusfamilias. §. milites. & l. mutus. & l. sed & hæ. ff. de procuratoribus. Est tamen differentia. quia si constituatur is, qui nullo modo potest esse in iudicio, vt seruus, & furiosus, tunc ista exceptio poterit etiam post litem contestatam opponi. quia reddit iudicium retro nullum. l. secunda. §. primo. ff. qui satisda. cogant. secus si aliquo modo possint esse in iudicio: quia tunc ante litem contestatam opponi debebunt istæ exceptiones. l. ita demum. C. de procuratoribus. & infra scribo regulam cum limitationibus.

302 Item si cõstituatur procurator is, qui non agit vigesimumquintũ annũ. cap. qui generaliter. §. fi. de procu. in 6. l. minor. ff. eo. quãuis in regno Frãciç nõ obseruetur interdum. Nam in vigesimo anno solent, & interdũ antè in curiis secularibus. & posteaquam quis est procurator in curia, nõ poterit postea ista exceptio opponi, est minor vigintiquinque annis, vt vidi sæpius in forensi iudicio seruari, & ita inuenio in magno cõsuetudinario in 2. li. rub. *De l'office de procureur.* Doct. ita cõcludunt in c. non iniustè. de procur.

303 Tertiò ratione actionis, vt si in causa criminali cõstitutus sit procurator, in qua non potest interuenire. l. seruum. §. publicè. ff. de procur. l. penult. §. ad crimen. de publ. iudic. c. veniens. de accusat. vbi plene Socin.

304 Limitatur quando delinquens esset in carceribus captus, tunc poterit cõstituere procuratorem

torem ad defendendũ eum extra & intra carceres. Bart. & Imol. in §. ad crimen. & de Rota decis. 201. in not. & Philip. Perus. in c. 1. nu. 6. de iudic. in 6. Chassa. in rubr. *des droicts*. §. 5. glos. *és droicts*. num. 22. Et in Francia in illis casibus, in quibus tenetur delinquens loqui, solet cogi, & non constituitur procurator.

305 Item potest procurator rei opponere exceptiones impedientes processum: vtpote quòd iudex non debet inquirere, vel actor accusare: vel quòd libellus accusationis non procedit, secundum Bart. in d. §. ad crimen. & Alex. in cõs. 138. visa copia. col. vlt. in 6. vol. Barb. cõsi. 2. col. 5. vol. 1. Bal. in pract. rub. de procurat. Soc. in c. veniens. de accus. Ias. in l. de pupillo. §. fi. ff. de noui oper. nunciat. Hippoly. in l. lege. §. constitutum. nu. 7. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in pract. sua. §. sequitur. &c. alibi abundantius dicetur.

306 Quartò opponi potest, quod cautionem de rato non præstitit, vt tenetur. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurat. l. de die. §. si seruus. ff. qui satisda. cog. & hoc quando est constitutus ante litem contestatam. vt glos. forma. in d. §. ratihabitionis. vide Doct. in l. 1. C. de procurat. Hæc cautio, de stilo curiarum, non solet à procuratoribus præstari, nisi de mandato dubitetur. l. 1. C. de procurat.

307 Quintò opponitur ratione formæ, quod forma procuratorij nõ est seruata: quia est tantùm constitutus ad agendum, & non ad defendendum, quod non valet. tex. in l. seruũ. §. pen. ff. de procur. c. qui ad agendum. illo tit. in 6. Spec. in tit. de procurat. in §. ratione autem formæ. Et hoc ante litem contestatam debet opponi: quia forma quoad hoc non seruata, nõ reddit mandatum nullum. Si verò formæ redderet mãdatum nullum: vtpote quia instrumẽtum non est factum à duobus notariis, vel non continet testes, tunc quandoque opponi posset. Bart. in d. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procur.

308 Et solet cõcludere pars contra istũ procuratorẽ, vt dicatur minus sufficienter fundatus: & quod pars nõ teneatur eidẽ respõdere, nec cum eo ad vlteriora procedere: sed petit ab instantia absolui, vnà cũ expensis. sic solent nostrates cõcludere. l. properandũ. §. & si quidem. C. de iud.

309 Sextò opponitur contra procuratorẽ ratione officij, vt si tutor, vel curator suscipiat, iure cesso per alium, actiones contra pupillum, vel adultum suum, cuius tutelam, vel curã gerit: vel contra illos constituatur procurator. nam concludet minor nõ teneri procedere cum illis ratione officij. per text. in auth. vt hi qui oblig. se perhib. habere res minorum. in princip. col. 6. l. frater. & ibi not. ff. de condict. indeb. & l. altius. si seruit. vendic.

310 Septimò opponi potest ratione causæ: vt si constitutus sit generaliter, & ipse velit veniam impetrare, in qua impetratione requiritur speciale mandatũ. l. 2. C. de his, qui veniã ætatis impetr. & in aliis casib. in quib. requiritur speciale mãdatũ, quos cõgessi in §. fi. de elect. deroga. in cõcor. C. qui ad agendũ. in fi. de procur. in 6.

311 Et sic solet in Francia vulgò considerari, *si le procureur est habille à auoir charge de procuration. Item faut que la procuration soit seellee de seel autentique, ou autrement en forme probante.*

Tertiò, *que la procuration ne soit vitieuse, au nom ou surnom, ne en datte, ne raturee.*

Quartò, *qu'elle contienne les poinctz principaulx, mesmemẽt le mandemẽt special. dont conclu est que le procureur puisse estre* pro & cõtra, videlicet *tant en demandant qu'en defendant: autremẽt ne pourroit defendre aux exceptions, que lon propose à l'encontre. Et faut que la procuration contienne, que la partie* promittit soluere iudicatum, *payer le iugé.* Quintò, *que le procureur porte l'original de sa procuration, & non la copie.* sic practici solent in hoc regno dicere.

312 Alia, quę cõtra procuratores opponi possunt, scribit Spec. in tit. de procura. per totum. & Nepos de monte Albano. l. fugitiuus. in rubri. Exceptiones contra procuratores. glos. & doct. in cap. 1. in versic. in absentia. de elect. in 6. Alex. consil. 72. in 4. vol. & consil. 61. in 5. vol. Barbat. consil. 77. col. 5. vol. 3.

313 Rescripti ratione quędam exceptiones dilatoriæ opponũtur multis modis. de quibus infrà. sed hæc aliquãdo dicitur peremptoria, quãdoque dilatoria. Peremptoria tunc censetur, quando ex rescripto actio oritur, & per exceptionẽ tollitur: vt si beneficiũ impetretur, ex illo rescripto nascitur actio. sed si cõtra rescriptum impetratum subreptionis exceptio opponatur, & probetur, dicetur gratia perẽptoria. vt scribit Specu. in eo. tit. §. dicto. vers. sed quęro de exceptione. & Hostien. in summa huius. tit. §. quæ sit exceptionum. vers. quædam contra rescriptum.

314 Idem si opponatur cõtra rescriptũ nominationis: vtpote quod non est expressus verus valor, tunc ista exceptio perimit rescriptũ nominationũ. §. volumus. de coll. in cõcor. Et hęc exceptio subreptiõis cõtra rescriptũ dupliciter opponi potest, & in vim perẽptoriæ, & in vim dilatoriæ. tex. est vbi Pan. & alij in c. dilecto. de app.

315 Dilatoria verò dicitur, quãdo super antiqua actione rescriptũ impetratur directũ aliquibus iudicibus: vt cognoscãt. tunc si dicam illud subreptitiũ, vel obreptitiũ, exceptio tamẽ dilatoria dicitur. Nã quanuis exceptio rescriptũ perimat iustitiæ: nõ tamẽ obligationẽ & actionem antiquam, qua mihi Titius est obligatus, & ista contra rescriptum multis opponitur modis.

316 Primò, ratione falsi impugnatur rescriptũ. tex. in c. ad falsariorum. & c. licet. & per totum. de crim. falsi. vbi multis modis rescriptum fals. impugnatur, vt ibidẽ quilibet videre potest.

317 Secundò, ratione formæ: vtpote si non sit secũdùm stilum & formã cãcellariæ impetratũ. vt si Papa vocet episcopos filios, quos fratres ex stilo nominat, & alios vocare debet filios, si vocet eos fratres, rescriptum est contra formã impetratum: ob id falsum censetur. scripsi in forma manda. in princip. in concorda. per c. quàm graui. & c. licet. de crim. falsi.

318 Tertiò, impugnatur ratione impetrãtis: vtpote, quia est seruus. l. 1. C. de precibus imper.

Vel excommunicatus. c. 1. de rescr. in 6. & in aliis casib. notatis in summa, de rescr. per Host.

& per Barb.in rub.de rescr.in cle.scripsi in tractatu meo.de rescript. & literis regiis in præfat.
319 Quartò excipitur ratione eius, cõtra quẽ impetratur: vt si impetretur cõtra priuilegiatũ, non facta mentione priuilegij.c.cum ordinẽ.de rescr.gl.in c.1.illo tit. Vel cũ ille, cõtra quẽ impetratur, erat mortuus.l.pe. ff.quæ sent.sine appel. rescin.Ias.in l.eius.§.quod si stipulatus.si cer.pe.
320 Quintò opponitur contra rescriptũ propter eũ, cui dirigitur. fortè si nõ sit in dignitate cõstitutus, si à Papa rescriptũ emanet, aut à legato.c.statutũ.de rescr.in 6.si verò à Rege, vel eius cancellaria impetretur rescriptum causę cognitionem cõtinens, tunc solet dirigi iudici regio ex stilo, alioqui impugnari vidi per ordin.reg.
321 Sextò impugnatur ob taciturnitatẽ: vtpote si defectũ nataliũ tacuit: vel aliã dispensationem.vt in c.1.& per totũ.de filiis presbyt. Item si aliud tacuerit, quo expresso literas nõ obtinuisset.c.super literis.de rescr.vel saltẽ nõ ita leuiter obtinuisset.c.postulasti.de rescr.scripsi in forma mandat.in verb. pro expressis, in concord. quæ sint exprimẽda, post Fel.in c.in nostra.de rescr.
322 Septimò excipi cõtra rescriptum potest, quòd reus non tenetur procedere corã iudice, eo quòd continentia causæ diuideretur, quod est prohibitum in l.nulli.C.de iudic.& c.1.& 2. de causa possess.& propriet.vide Luc.de Penna in l.fi.col.9.C.de re milit.lib.12.
323 Primò ratione actionis nõ diuiditur cõtinẽtia causæ, vt si super generali actione me cõuenias corã diuersis iudicib. vt in actione tutelę, pro socio, negotiorũ gestorũ, & aliis actionib. generalib. cõcludam non teneri procedere corã secũdo iudice super ista actione.gl.& doct.in d. l.nulli.& l.licet.ibid.quia tũc possent super vna re, diuersa sequi iudicia, & sentẽtiæ, nempe vna absolutoria, altera condemnatoria, quod esset absurdum.
324 Secundò ratione personarũ, vt si sint plures socij, vel plures hæredes indiuisi, vnus corã vno iudice trahi nõ poterit, & alter coram alio, pro eadẽ re & materia. Ob id poterit secundus, qui cõuenitur, excipere nõ teneri respõdere corã illo iudice, nec ad vlteriora procedere, ne causæ cõtinentia diuidatur.l.1.& 2.ff.de quib.rebus apud eundẽ iudicẽ aga.& idem in duobus reis debendi.l.fin.C.de duobus reis debendi.
325 Et habent locũ prędicta nõ solũ in ciuilib. verũ etiã in criminalib.vt testatur Fel.in c.1.nu. 6.de præscrip.per tex.in l.qui de crimine. C.de accus.& l.fi.§.quoniam.de re mil.lib.12.vbi Luc. de Penna, col.2.
326 Ideo datur cautela, quod si plures vulnerauerint, vel occiderint vnũ: si vnus illorũ sit clericus, omnes iudici ecclesiastico sunt remittẽdi, ne causæ cõtinentia diuidatur. teste Ferrar.cautel.10.Soc.cõs.12.col.5.vol.1.& Hippol.sing.180. & Boer.in consuet.Bitur.in rub.de iurisd.omn. iud.§.10.Et hãc cautelã vidit in ducatu Mediolan.seruari. Chassa.in consuet.Burg.in rubr. *des iustices*.§.quinto.gl.*s'il n'a grace*.nu.70.Sed in Frãcia semper vidi in forensi iudicio contrarium exerceri: nam in delicto sic cõmisso à clericis & laicis, clerici ad suũ iudicẽ remittẽtur, & laici ad suũ.& vidi laicũ per suũ iudicẽ suspẽdi, clericũ à suo iudice retineri, ac demum liberari. Nullus ergo laicus in hoc regno glorietur ista cautela: quia ei tantum proderit sicut caduca legata fisco hodie.
327 Tertiò nõ diuiditur causæ cõtinentia ratione subiecti: vt quãdo duo iudicia ad eũdem finẽ tendunt, vt possessoriũ & petitoriũ. Nã iudex, qui de possessione cognouit, facilius decidet petitoriũ, quàm alius nouus iudex.d.c.1.& 2. de causa poss.& propriet.& Vbert. de Bonacur. in sua pract.rub.de impedi. & excep.quæ cõtra rescrip.possunt opponi.& in addit.ad eũ. Alia quæ possunt contra rescripta interponi scribit Spec.in tit.de rescr.præsent.per totũ. & Nepos de mõte Alb.vbi suprà.rub. except.cõtra rescri.
328 Formã pronũtiandi super istis exceptionibus tradit Spec in eo.tit.§.viso.vers. præfixo. ibi, forma interloquẽdi.& Vbert.vbi suprà. Sed longè sumus ab illa forma.ob id cùm pars concludat non teneri procedere propter tales exceptiones, iudex pronunciabit insequẽdo petitionem actoris.l.vt fundus.ff.cõmuni diuid.videlicet reum nõ teneri procedere corã eo, nonobstãtibus allegatis per eum, à qua pronũciatione pars appellare poterit.c.significantib.de offi.dele.iũcta gl.in auth.habita.in fi. C.ne fil.pro patr.
329 Libelli inepti exceptio declinatoria est: ideo opponi potest tanquã dilatoria. c. examinata.de iudic.l.1.ff.de edend.& in hac solet pars excipiens concludere, vt libellus pronuncietur ineptus, & defectiuus, & quod per illum nõ teneatur procedere ad vlteriora, nec respondere: sed ab eo petat absolui ab instantia cum expen. Vidi concludi his verbis, *Ie dis, que le libelle de partie aduerse, est inepte & defectif, & demande qu'il soit tel, ou ainsi declairé, & que par iceluy il ne puisse obtenir à ses fins & conclusions: ains soit dit, que ie ne suis tenu proceder, ne aller auant par vertu d'iceluy: mais demãde estre absoubz auec despens. On peut dire que led: ct libelle est obscur, & que le demandeur soit tenu le faire clair & certain, à fin que le defendeur y puisse certainement respondre: autrement qu'il soit dit, qu'il ne soit tenu à y respondre, & demande congé.*
330 Libellus dicitur ineptus, quãdo nõ est secundũ formã iuris, vel stili factus: vel si nõ fuerint expressa in eo necessaria. Et aliàs dicitur ineptus, quasi non aptus.l.1.ff.de eden.vel quando cõclusio libelli nõ est bona.Bal.in l.fin.de in integr.restit.minor. C.& ineptus dicitur, quando habet defectũ apparentẽ, cùm ineptitudo nihil aliud sit.Bal.in l.si defunctus.in fi.ff.de suis & legit.vel quãdo concludit per malã causam.idem Bald.in l.per diuersas.q.11.C.mandati.
331 Aduertẽdũ est tamẽ quod exceptio libelli inepti potest quãdoque opponi.per gl.in verb. secũdũ.in §.1.de oblig.in instit.& tex.in l.nisi.§. si adhuc.ff.de tutel.& ratio.distrah.l.fi.in verbo, nihil agit.ff.de lib.& posth.per c.cum dilecti.de empt.& vẽd. & Frãc. Curt.cõs.163.sacratissime. col.2.vol.2.& est sing.& in mũdo non est similis.teste Bal.in l.actori.in fi. C.de iureiur. quod ex sententia lata ex libello inepto non oritur actio

actio in factũ, vel officiũ iudicis:quia est nulla, vt scribit Alex.consſ.137.ex causa.col.2.vol.2.& Corn.cons.53.pro decisione.col.pen.in 1.vol.& cõs.45.elegãter.col.1.vol.3.addidi in inst.in d.§.1.
332 Etiã opponi potest post sentẽtiam, vt asserit Angel.cons.178.& consi.198.& Lanfranc.in repet.c.quoniam.in verb.interlocutiones.col.9.de probat.& Ang.in §.appellantur.col.28.instit.eo.per l.si patronus libertũ.ff.de iureiur. quam allegat Barb.in rub.de except.col.4.in cle.etiam in causa appellationis.vt pulchrè cõsuluit Barb.cons.138.præclarè.col.9.vers.præterea.in 2.vol.
333 Quia reddit iudiciũ retro nullum.per d.l.si patronus.ff.de iureiur.l.licet.C.de procurato. Ang.cons.167. cùm ibi iudiciũ esse non posit, vbi nõ est fundamentũ.l.legi.ff.de excep.rei iudic.c.cùm Paulus.1.q.1.c.fi.de presbyt.non bapt. Salic.in l.exceptionẽ.nu.14.C.de probat.Rom.cons.69.Vbert.vbi suprà.rubr.quibus mod.suo nom.ciuiliter.vers.& generaliter.& ibi in addit. Iason in l.& eleganter. §. si quis post. in fi.ff.de condict.indebit.
334 Idem in cõmisione. quia sententia lata vigore cõmisionis nullæ,est nulla.per gl.& ibi Barb.not.col.4.in cle.auditor.de rescr.quia bonum est argumentũ,secundùm eum, de libello ad cõmisionem.Limitat tamen quando iudex pronunciasset eam validã:quia tunc si non fuerit appellatum,valebit sententia.allegat Ang.in l.2.ff.si quis in ius vocat.non ierit.
335 Imò si ex libelli inspectione constaret iudici,libellum fore ineptũ,ex officio poterit reiicere,& dentibus lacerare, vt asserit gl.in l.1.ff.de offi. asses. iudicaretur tamen stultus,si dentibus laceraret,postquã hoc potest manibus facere.Et quod posit hoc ex officio,etiã scribit Innoc.in c.1. de offi.vicar.vt refert Pan.in c.cùm inter. in fi.de consuetu. & c. dilecti.nu.2.de iudic. & c.si clericus.nu.4.de foro cõpet.in c.fi. nu .1. de lib. oblatio.& c.1.nu.5.de depos. & c. inter dilectos. nu.7.de dona.& Iaco.in l.1.col.2.de interro.act.
336 Sed nõ solẽt modesti iudices lacerare:sed libellũ reiiciũt,pronũtiantes partẽ,si bonũ ei videatur,teneri ad aliũ libellũ offerendũ:nec hoc cõmuniter in Frãcia solet fieri,si pars nõ opponat,ne iudex ostẽdat se inclinare ad alterã partẽ.
337 Exceptio verò libelli obscuri, ante litem tantùm contestatam opponi potest. teste Alex. in l.1.not.1.ff.de edendo. Doct.in l.edita. C.illo tit.Socin.in c.2.de libel.oblatio.
338 Limitatur quãdo non requireretur libellus:tũc si datur & ineptus, nõ vitiat processum, nec sentẽtia erit ipso iure nulla. per gl.sing.in l. vinũ.in gl.mag.in fi.ff.si cer.pet.secundũ Doct. ibi.& Ias.in l.patris.ff.de vulg. & in §.omnium. nu.166.instit.de act. & Bauer.plura ad hoc propositũ cõgerit in §.pater.col.9.de testa.in instit.
339 Secundò, non procedit quando libellus posset per improprietatẽ verborũ sustineri.per l. si possessor.§.si iurauero.ff.de iureiur sic expressim limitat Soc.in tract.fallen.reg.368.sententia super inepto libello.&c.vbi vide alias limitatio.
340 Tertiò,fallit in regno Frãciæ,vbi Philippus Franciæ rex ordinauit anno 1303.& in stilo scribitur,his verbis,quod propter ineptitudinẽ libelli, dũmodo ex causa debẽdi,ad causam petẽdi,recta cõclusio sequi posit,iudex sentẽtiam ferre nõ omittat.Similiter propter ineptitudinẽ processus, vel propter iuris solennitatẽ omissã, dũmodo ex propositis & probatis in processu certa posit ferri sentẽtia,iudex nõ omittat sententiã proferre:& valeat sentẽtia,ac si iuris solẽnitas esset obseruata:& executioni demãdetur. Istã ordinationẽ trãsscribit Aufrer.in stilo Parlamenti,in 7.parte.rub.de libelli oblat.arest.2.& huius ordinationis meminit Benedi.in repet.c. Raynutius.in verb.si absq;.2.de substit. fideicõ. nu.50.de testa. Quia sola facti veritas attẽditur, & de apicibus nõ curatur:licet quidã iudices in hac patria tãtùm solennia iudiciorũ respiciant, quod nõ facit illa excelsa curia Tholosana:sed tantùm veritatẽ causæ. & ista ordinatio intelligenda est,quando pars in principio non opposuisset, tunc iudex debet proferre sententiam: secus quando pars opposuit, tunc si pars non corrigat libellum,potest iudex pronũciare partem non teneri ad vlteriora procedere.
341 Notandũ est,quòd dũ libellus est ineptus, tunc nulla actio est pœnalis: vtpote,si reus tunc mẽtiatur,dicẽs se nõ posidere:seu cõfiteatur se pro alio posidere,& verũ non sit:siue aliter super libello calumnietur inepto: tamen non punietur,quod est notandũ pro limitatione.l.fi.ff. de rei vend.& ita scribit Alex.in l.1.per illũ tex. C.de his,qui poten.no. & consil.187.viso.in 6. vol.& Barba.in consil.62.illud.col.2.in 1.vol. & Ias.in d.l.si patronus.ac Cotta.in 2.parte memoral. in verbo, mendax. ac Felin.in c.ex tenore. col.3.versic.de rescripto.rubr. de rescript.scripsi in repet.l.si debitori.ff.de iudic.
342 Loci ratione cõpetunt aliæ exceptiones: vt si quis alio loco, quã solutioni destinato cõueniatur,poterit excipere, se eo loci procedere non teneri,nec corã illo iudice:& debet absolui ab instantia cum expẽsis.per l.vnam. C.de plus petit.& in c.vno.illo tit.in decretalib. §.plus. de actio.in institut. nisi esset in libello apposita illa clausu.saluo iure superflui,quæ clausula ab expensis excusat plus petentẽ.teste Ias.in §.si quis agens.not.1.de actio.in instit. in Francia tamen non releuaret,si vsque ad finem persisteret.
143 Item quando ille,qui promisit soluere in certo loco , latitaret, & nolet eo loci accedere, tunc posset in quolibet loco , vbi inueniretur, conueniri. text. in l.1.ff.de eo,quod certo loco. & l. vna. C.vbi conuenitur. qui certo loco dare promisit. Et si procurator eius inueniretur in loco solutioni destinato , an posit ibi conueniri? non,si non est specialiter ad hoc constitutus,& destinatus.vt consuluit Bald.consi.167. verba dicunt.in 3.vol.
344 Idem puto,si quis conueniatur extra territoriũ sui iudicis,& locũ maiorũ, vt excipere ratione loci posit.l.fi.ff.de iurisdict. omn.iud.l.1. de iud.Vbert.in rubr.de imped.execut.& causę nullitat.versic.septimo,si iudex.
345 Idem si extra regnũ,aut resortũ cõueniatur,vt in rub.de causis.in fi.in cõcor. vbi scripsi

praxim conuenti extra regnum, vt à notorio abusu appellet ad Senatum, in cuius iurisdictione fit executio.

346 Idem si extra locũ insignẽ, quis in causa beneficiali conueniatur, excipere poterit. per c. statutũ. de rescr. in 6. Io. Fab. in §. appellatur. col. 4. eo. tit. in instit. & hodie istæ causæ deciduntur corã bailliuis & seneschallis in sede principali, per ordinationem reg. rub. *des causes beneficiales.*

347 Idẽ si quis in loco non tuto cõueniatur, causa illius loci excipiet se non teneri ibi cõparere: quia locus tutus nõ est. & hoc allegabit per procuratorẽ, quia nõ debet se credere inimicis capitalibus. c. accedens. 2. vt lite non contest. cle. pastoralis. de re iud. etiam si non esset tutus ratione pestis. l. sed sciendum. ff. ad Trebel. plenè Do. de Ripa in suo tract. de peste, post Ioãnem Presbyterum in eodem tract.

348 Tẽporis exceptiones dilatoriẹ sunt: adeò quòd si quis me conueniat tempore feriarum, vel vacationũ, & causa sit ordinaria, potero excipere me non teneri procedere hoc tẽpore. l. 1. & per totum. ff. & C. de feriis. Limita, quãdo illa esset causa priuilegiata. l. 1. in fi. cũ l. seq. ff. de fer.

349 Quæ sint causæ priuilegiatæ, resp. Iurisc. in l. 2. ff. de fer. vt tutores dẽtur, aut curatores: vt officia amoueantur cessantis, excusationes allegentur, alimenta constituãtur, ætates probẽtur, ventris nomine in possessionẽ mittatur, vel rei seruãdẹ causa, vel legatorũ, fideicom. vel damni infecti. Item de testamẽtis exhibendis: & vt curator detur bonorũ eius, cui an hæres extiturus sit incertũ est: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: vel de rebus, quæ tempore, vel morte periturẹ sunt. morte veluti furti, damni, iniuriẹ, iniuriarúmq; atrociũ: & quæ de incẽdio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata raptæ fuisse dicũtur: & si quæ similes sunt. Item si res sunt tẽpore perituræ, aut actionis dies exiturus est. Itẽ in eum, qui quid nundinatũ nomine aduersus cõmunem vtilitatẽ acceperit, omni tempore ius dicitur. l. 3. eo. tit. de fer. & quotiẽs res vrget. d. l. 1. ff. de fer. & per totum illum tit. alij casus abundè ibi explicantur.

350 Exceptio tamẽ potest interponi per reũ die feriata eo casu, quo libellus offerri ab actore id temporis posſit. l. miles. §. sexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult. quia non debet licere actori, quin liceat reo. c. non debet. de reg. iur. in 6.

351 Terminus tamen ad proponendum exceptiones nõ potest dari die feriata. quia causa cognita dari debet. l. 2. ff. de re iud. quæ causæ cognitio hoc tempore feriarum cessare debet. l. fi. C. de fer. Ant. de Butr. in c. pastoralis. in 3. q. eo. tit. Angel. in rubr. institu. eo. q. 9. versic. ex quo infert. Bart. &c. col. 15.

352 Non minus poterit excipere, qui noctu cõuenitur. c. cõsuluit. de offi. deleg. l. nõ minorẽ. C. de transact. vbi Ias. quãuis Areopagitæ litiũ cõtrouersias noctu, & obscura luce, nunquã interdiu iudicarent: vt procul ab omni affectu, qui animos in diuersum agit, tantummodo facta cognoscerent, non personas viderẽt. teste Alex. lib. 3. Genial. dierum. col. 5. fol. 62.

353 Quædam aliæ exceptiones ratione fori cõpetunt: vtpote, quando quis non conuenitur in foro suo, maximè clericus. per text. sing. in c. quicunque. 1. 11. q. 1. Hippol. in l. vna. nu. 132. C. de rapt. virgin. c. si diligenti. & c. significasti. & per totum. de foro compet.

354 Itẽ, quãdo causa est interrupta per annũ: & postea quis cõuenitur. certè opponitur eidẽ interruptio processus annalis, quæ tamen currit non à die assignationis dilationis: sed à die dilationis. vtpote die vltima Decembris fuit data parti dilatio 15. dierũ ad probandum: stetit per annũ, an processus sit interruptus? resp. non, sed à die 15. Ianuar. cõputabitur annus: quia ante illum diem nõ poterit fieri prosecutio. ergo nec interruptio. vide Boer. in §. 23. de iurisdict. omn. iudic. in consuet. Biturig.

355 Vel quando lis in alio pẽdet foro, de qua exceptione infrà dicetur. cùm nõ teneatur quis corã diuersis iudicibus procedere. l. nulli. C. de iudi. in c. ex tenore. de rescr. c. dispendia. illo tit. in 6. Si tamẽ lite pẽdente partes cõpromiserint in arbitrũ cum iuramẽto & sub pœna, si de hoc in prõptu iudici cõstiterit, per literas sigillo authentico sigillatas, reus non cõpelletur vlterius corã illo iudice procedere: sed causa ad arbitrũ remittetur, alioqui cõtra, teste Masuer. in rub. de remiss. vers. itẽ si pendente. in sua pract. vbi plus dicit, quòd istæ remissiones fiunt domino rei requirente, vel eius procuratore habente ad hoc speciale mãdatum. & ibi tradit casus in quibus non fit remissio. vide ibi.

356 Causæ occasione aliæ exceptiones cõpetũt. vt si super pluribus personalib. actionibus, quis me corã diuersis trahat iudicib. potero secũdũ iudiciũ declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ. c. ex tenore. de rescri. c. dispẽdia. illo tit. in 6. & infra dicã. de excep. litis pend.

357 Idẽ si iudex velit iudicare in causa, in qua fuit aduocatus: vel in causa propria, tũc ratione illius causæ declinare potero. Dicã me non teneri corã eo procedere. vel si iurisdictionẽ suã illa causa excedat. l. solet. & l. Prẹtor. & l. si idẽ. ff. de iurisd. omn. iudi. l. vna. C. ne quis in sua cau. iud. Vbert. de Bonacurso, in rub. quib. mod. exa. ord. iud. declin. vers. ratione autem causæ, &c.

358 Vel causa est spiritualis, & iudex corã quo causa introducitur, est laicus, qui de hac causa non potest cognoscere. c. cum sit generale. de foro compet. cle. dispendiosam. de iudic.

359 Vltimò, sunt aliæ dilatoriæ petitionis seu solutionis, quæ petitionẽ & solutionẽ differũt, siue actionẽ, & vocãtur tẽporales, atq; dilatoriẹ, quæ nõ semper locũ habẽt: sed euitari possunt, qualia est pacti cõuenti tẽporalis, ne fortè intra quinquẽniũ ageretur. l. 3. ff. eo. & d. §. appellatur. instit. eo. vnde si cõueniar ante tempus iudicati per iudicẽ assignatũ, excipiã cõtra agentẽ quod præmaturè agat, & petat. & sic me non teneri nunc respõdere, nec vlterius in causa procedere: sed recedendi facultas dabitur cum expẽsis. per c. quod ad consultationẽ. de re iudi. l. 2. & l. debitoribus. ff. illo tit. formam opponẽdi tradit Spec. in eo. tit. §. viso. versi. & nota quòd omnes

dilatoriæ. & Paul. Iurisconſ.ait interim pellendum à petitione actorem.in l. Statius. §.fina.ff. de iure fiſci.

360 Idem quando quis conuenitur ante tempus ſolutioni deſtinatum,etiam poſſunt duplicari induciæ temporis reſtantis.§.ſed hodie.inſtit.eod.l.iuſtas. C.de iure fiſci. lib.10. Vbeit.in ſua pract.rub.quib.mod.ſuo no.& ibi in addit. in verb.impediuntur,&c.quatuor deſcribuntur limitationes.vide Aufrer.in deciſ.Thol.q.279. Præpoſit.in c.ex parte.2.col.2.de appel.

361 Idem ſi obligatus ſum ſub conditione: & ante conditionem euentam, quis me cõueniat. c.vno. de plus petitio. l.eum,qui calendis. ff.de verb.oblig.l.cedere diem.de verb.ſignifi.§.plus. de actio.in inſtit.

362 Idem in dote, ſi ante annum conueniantur hæredes in pecunia, pro eius exactiione,ſoluto matrimonio.l.vna.§.exactio.C.de rei vxo. actio.Specul.in eo.tit.§.nunc videndũ.in princ. Secus in re immobili:vt ibi,& l.diuortio.vbi gl. & Doct.ſoluto matrimonio.

363 Et breui dicendum eſt, quòd omnis exceptio,quæ non perpetuò,ſed ad tempus impedit,dilatoria eſt,& temporalis.Bart.in l.3.ff.eod. & Nicol. Milius in repert.in verb.exceptio ordinis.ſequitur Alexan.& Iaſ.in l.eum,qui.§.qui ita.ff.de verb.oblig.

364 Aliquando tamen differtur actio: & tamen non eſt exceptio dilatoria,per text.not. in l.ex facto.circa fin.ff.de pecul.

365 Regula in his dilatoriis eſt, quòd regulariter ante litem conteſtatam opponi debent, & poſtea non recipiuntur. l. exceptionem. C. de probat.c.exceptionem.eod.tit.in decretalib.

Ratio traditur. Nam pars litem conteſtando conſentit in iudicem: & vult coram eo litigare,ſaltem præſumitur velle, cùm ingrediatur litem. vnde ſi poſtea opponat dilatorias, dicit ſe nolle litigare, nec velle procedere coram illo iudice: quia eſt ſibi contrarius, meritò repellendus eſt.cap.ſolicitudinem. de appellationib. l.vbi repugnantia.ff.de regul.iur. Panorm.hanc tradit rationem in d.cap.exceptionem.num.10. &, quod approbari coram eo litigando, non poſſum poſtea reprobare. l. Pomponius. ff. de negot.geſt.l.in arenã.C.de inoffic.teſta.c.2.& 3. de exceptionib.

366 Amplia procedere etiã in exceptione ordinis, vt prius conueniatur principalis, quàm fideiuſſor. de qua in auth. præſente. C.de fideiuſſor. Quanuis gloſ. in l. 3. ff. eod. dicat illam eſſe anormalam: tamen Bart. & alij ibi dicunt eam dilatoriam: quia non excludit perſonam, nec agere impedit:ſed dicit prius diſcutiendum eſſe principalem, quàm fideiuſſorem, vt ſcripſi infrà in duodecima diuiſione. Specul. in eo.tit. §.dicto.verſic.quid de exceptione. Hoſtienſ. in ſumma huius titu. §.& quando. verſic. quid de exceptione,&c.

367 Secundò,extẽde in exceptione litis pendentis, quæ etiam poſt litem conteſtatam non poteſt interponi. Bald.in l.peremptorias.q.vlti. C.ſent.reſcind.non poſſe.

368 Tertiò, amplia etiam ſi illa exceptio inuenta eſſet ob publicam vtilitatem: vt in milite, qui non poteſt eſſe procurator etiam conſanguinei ſui. l. ita demum. & l. militem. C.de proucrator.

369 Quartò,in exceptione preuentionis.Bal. in authen.ſed nouo iure. col.penult.verſic. ſed pone,in ciuitate, &c. C.de ſeruis fugit. quia eſt iudicij declinatoria. l. ſi quis poſtea.ff.de iud.c. penult.de foro compet.

370 Quintò, idem in delegatione facta vltra vnam dietam,cùm ſit dilatoria, ſi quis excipiat. cap. dilectus filius. I. Sarracenus.vbi Anton. & alij.de reſcript.gloſ. & doctor.in cap. nonnulli. ibidem. cap. ſtatutum. §.1. eod.titu.in 6. Areti. conſil. 58. diligenter conſideratis. col.4.verſic. præterea.

Sextò,ſi aduocatus opponat dilatoriam poſt litem conteſtatam, libra auri mulctari debet. l. penult. C. de exceptionib. Quæ pecunia hodie non exigitur:ſed pars in expenſis condemnatur. text. in d.l. penult.hoc non probat ſimpliciter: ſed dicit, quod ſi aliquis volens poſt litem conteſtatam opponere dilatoriam, fuerit ſubmotus, & nihilominus perſeuerat,quod tũc punitur ea mulcta: ſecus ſi ſimpliciter opponeret,quod eſt notandum.

371 Septimò, exceptio declinatoria etiã poſt litem conteſtatam opponi non poteſt: ſed in initio opponi debet.l.fin. C.de except. §.illud. in authent. de exhibend.reis.colum.5.cap. inter monaſterium. de re iudic. & qui eam in initio non opponit,in ipſum iudicem cõſentire videtur.l.ſancimus.in fi. C.de iudi.Hoſti.in c.paſtoralis.col.2.eo.tit.Ang.in rub.inſtit.eo.in 6.q.

372 Imò non poſſet iudex eas poſt litem cõteſtatam reſeruare, niſi de expreſſo partiũ conſenſu: quia ordinem iudiciariũ immutare non poteſt.Alex.conſ.182.col.2.vol.6. vide Aret.cõſ. 23.col.3.& Iaſ.in l.1.§.fin.ff.de vulgar.

373 Notare tamen debemus differentiam inter dilatoriam ſolutionis,& iudicij:quia dilatoria ſolutionis in initio opponi debet: ſed non probari antequam intentio actoris ſit fundata.l.exceptionem. C.de probat. l.ſi quidem. C. eo.c.1.de litis conteſtatio. cap. cum venerabilis. ibi. Idem nondum epiſcopi intentione fundata præproperè, &c. eodem titu. Secus in declinatoria, quæ in initio eſt opponenda & probanda.c.inter monaſterium.de re iudic.c.exceptionem.eo.tit.

374 Hodie in regno Franciæ, cùm dilatio ad probandum ſit peremptoria vtrique parti, tam actor, quàm reus in eadem dilatione probare tenetur.& ita in forenſi iudicio ſeruatur.

375 Octauò, ampliatur etiam in officio iudicis habente vim declinatoriæ, quod etiam litis conteſtatione tollitur, ſicut exceptio.gloſ.ſing. in l.filiusfamilias.§.veterani.in verb.prætermiſſum.ff.de procurat.not.Bald.in Marga.in verb. officium.q.13.

376 Primò, limitatur illa regula procedere, quando exceptio dilatoria incontinẽti poſt litẽ conteſtatã opponeretur.Nã quę incõtinenti

fiunt, inesse videntur. l.lecta. versic.dicebam.ff. de reb.cred.& paria sunt præstare authoritatem ante actum,vel statim post.l.tutor.ff.de author. tutor.& hoc expressè tenuit glos.singul. reputata in l.Pomponius.§.ratihabitionis. ff.de procurator.est tamen similis in l.2.C.de iureiuran. propter calumn. dando : in verbo, post narrationem.

377 Fallit,vbi esset quæstio de momento : vt in sententia diffinitiua, postquam non poterunt produci instrumenta,etiam incontinenti, teste Bald.in cap.cum dilectus. de fide instrum. quia tunc quod incontinenti fit, non videtur inesse.l.Thais.§.intra certa tempora.ff.de fideicommiss.libert.

Et quia incontinenti lata sententia res est perfecta:lite cõtestata non.quia iudex post sententiam suo functus est officio, quod non est, facta litis contestatione.c.in literis. de offic.delega.l.iudex.ff.de re iudic.

378 Secundò fallit, quando exceptio superueniret post litem contestatam,c.insinuante. de offic.deleg.nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.l.de ætate. §.ex causa. ff.de interrogat.actio. Vnde postquam lis esset contestata,si iudex nupserit sorori partis aduersæ,potero eum suspectum reiicere. Bald.& alij in l.2. C. de consort. eiusd. litis. l.qui autem.ff.si quis cautio.Bald.in c.Pastoralis.col.1.de excep.vel si pars aduersa cœpit seruire iudici. d.c.insinuãte. de offic.deleg.& poterit opponi in primo actu, in quo cœperit de meritis causa tractari. Bartolus in l.Pomponius.§.ratihabitionis.in 1.oppos ff.de procurat. Bald.in l.ita demum.& in l. nulla.C.de procurat.Soc.in tract.fallen.reg.126. exceptio declinatoria. dummodo opponat ante conclusionem in caussa : quia postea probatio non fit. c.cum dilectus. de fide instrum. vel quando opponeretur antequam consentiretur in iudicem,& alius actus esset coram eo factus. cap. insinuante. de offic.delega. Ias.in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condict.indebit.Vide infrà in vlti limitat.huius regulæ,per text.in l.penult.§.si causam.ff.de excusat.muner.vbi sic dicitur, si post causam actam cœperit se excusare iudex,si quidem priuilegio, quod habuit antequam susciperet iudiciũ, velit se excusare:non est audiendus. semel enim agnoscendo iudicium renunciat excusationi.

379 Tertio, non procedit quãdo pars ignorabat illam exceptionem sibi competere tempore litis contestatæ.text.in c.pastoralis.eod.tit. facit cap. præsentium. De testib. glos.in l.error. C.de iuris & facti ignor.facit c.vt circa.de elect. in 6. quia non præsumitur quis renunciare id, quod ignorat.l.mater.ff.de inoffic.testa.

Non poterit tamen opponi, nisi vsque ad conclusionem in causa. : Ideo si post conclusionem superuenerit exceptio, vel eius notitia, tunc non opponetur, teste Ioan. Andr. in cap. generali.in vlti.col.de regul.iur.in 6. in Mercurial. Panor. & alij in d.cap.pastoralis. quia post conclusionem in causa,acta faciunt rem notoriam.Innocen.in c.ex insinuatione.de appellat. Bartol.in l.si mater.§.eandem.in fi.ff.de except. rei iudic. Ideo non potuit pars ignorare, cum esset notorium. Angel. in rubri. institut. eod. colum.penult.

380 Quartò, flectitur regula in minore, & muliere.nam poterunt post litem contestatam opponere. Istis enim ius succurrere solet. l. de die.§.minori.ff.qui satisda.cogan. & per totum tit.de minorib. quia per errorem præsumuntur omisisse. Alex.in addit.ad Bart.in l.1. in magna additio.ff.eod.

Intellige in hoc regno Franciæ, si eisdem concederetur à principe, per literas regias eos releuando ab omissione exceptionis non oppositæ. At sine literis non vidi eis succurri : nec iudices solent absque literis regiis, minoribus hoc auxilium impertiri, vt quotidie vidi in praxi.

381 Quintò moderatur, quãdo non stetit per partem quominus opponeret:sed per iudicem, qui compulit partem statim ad litem contestãdam.glos.in verbo,ante ipsius. in cap.ex quæstione. de restitut. spoliat. Barbat.in clem.vna. col.3.eod.tit.& text.in §.illud.in authent. de exhibend. reis. col.5.glos.2.& doctor. in cap.cum venerabilis.de exceptionib. facit glos.in c.vxor fœlicis.17.quæst.4.

Imò,quando iudex non vult cognoscere de exceptione dilatoria, tunc post litem contestatam poterit opponi. text.sing.in d.cap.ex quæstione.in fi.de restitut.spoliat.quem singul.not. Alex.in l.ille à quo.§.1.nu.5.ff.ad Trebel.

382 Sextò restringitur,quando litis contestatio fuisset nulla. teste Alexand.in l.ita demum. C.de procurat.arg.l.hos accusare.§.hoc beneficio.ff.de accusat. quia non præstat impedimentum,quod de iure non sortitur effectum. regula, non præstat. de regul.iur. in 6. Vnde si pronunciatus fuerit processus nullus, & quod de nouo agendum sit, tunc de nouo opponi poterunt. Bald. & Angel. in l. si conuenerit. ff.de iurisdictio.omn.iudic. Iacob.in d.l.ita demum. Nam ex quo litis contestatio est nulla, semper dicitur ante litem contestatam. §.sancimus igitur.in authen.de exhiben.reis.collat.5. quod est vtile. nẽpe sæpius annullãtur à Senatu gesta coram iudicibus,ob id habebunt locum prędicta.

383 Septimò, non procedit in tertio comparente pro suo interesse post litem contestatam. Is enim exceptionem declinatoriam adhuc opponet. teste Innocent. in cap.capitulum. de rescript. Angel.in l.venditor.ff.de iudic. Barbat. in clemen.vna.col.3.eod.tit. quia res inter alios acta,aliis non præiudicat,vt in rubr. C.eod. patet. Ideo ista litis contestatio facta inter aliquas partes non nocebit aliis.

384 Octauò, non procedit in exceptione dilatoria habente grauamen successiuum, quia quotidie nasci videtur: vt est exceptio loci non tuti, vel suspecti, licet sit dilatoria. secundùm Archidiac. in cap.Hortamur.3.quæst.9. Specul. in tit.de citatio.§.1.colum.2.versic. quid si reus. Bald.in l.eleganter.§.si quis post.colum.2. ff. de condict.indebit.

385 Vnde exceptio feriarum, si non fuerit in primo actu opposita, in secundo opponetur. quia censetur habere grauamen successiuum. Imol.in cap.fina.de fer. Alexand.in l.1.§.1.ff.illo tit. Sed in hoc regno Franciæ per literas regias reciperetur, vix aliter.sumus enim tam addicti literis regiis, vt sine illis iudices vix aliquando gratiosum concedere velint.

386 Nonò restringitur, quando iudex reseruasset parte ius dilatorias opponendi,& de illis pronunciandi post litem contestatam,& de cõsensu illarum. c.ad dissoluendum. vbi Panor.3. not.de despons.impub.

387 Decimò derogatur in exceptione dilatoria,cui ius resisteret: vtpote in exceptione,quæ causæ cõtinentiam diuidat,ea etiam post litem contestatam, & fortius opponetur. Alber. & Alexan.in l.nulli. C.de iudic. Vnde dicit idem Alex.in additio.ad Bart.in l.1.ff.eod. quòd licet exceptio dilatoria ante litem contestatam opponi debeat:tamen hoc est verũ, nisi ante non potuisset opponi obstante iuris impedimento.

388 Vndecimò limitatur non procedere in omni iudicij exceptione dilatoria reddente iudicium retro nullum: vt est iudicium incompetẽtis iudicis respectu iurisdictionis nõ prorogabilis: vel exceptio procuratoria in criminali. istę enim quandocunque opponi poterunt.l.licet. C. de procurator. vbi plenè hoc etiam tradunt interpretes.

389 Idem in exceptione falsi procuratoris. d. l.licet. C.de procurat. Panormit. in c.in nostra. col.2. illo tit. vbi idem dicit in exceptione procuratoria contra monachum, vt semper possit opponi.clem.religiosus.de procurat.

390 Duodecimò flectitur regula,quando per errorem facti non fuit opposita. l. error. C. de iuris & facti ignoan.Angel.in rub.institut.eod. col.penult.quia non opponendo, non videtur consentire in iudicem, cùm nihil tam contrarium consensui,quàm error. l.si conuenerit. ff. de iurisdict.omn.iudic.

391 Decimotertiò, in quibus casibus non fit litis contestatio, tunc debent opponi ante primum actum,qui solet fieri post litem contestatam: & post illum actum non recipietur. glos. singul. in c.1.de electio.in 6. secundùm Panor. in c.insinuante.de offic.deleg.

392 Decimoquartò derogatur, quando pars pateretur dilatoriam opponi post litem contestatam, & nihil diceret, tunc iudex procedere poterit non opponente parte.l.4.§.Hoc autem. vbi doctor. ff.de damno infect. & si opposita à parte fuerit,& à iudice reiecta,poterit appellari, per glo.sing.in c.cum contingat.de offic.deleg. secundùm Panor.ibi, & Felin.in c.inter monasterium.nu.23.de re iudic.

393 Decimoquintò, non procedit in exceptionibus respicientibus executionem: vt exceptio, ne quis conueniatur vltra quàm facere possit, de qua in l.sunt qui.cum legib. sequen. ff.de re iudic.l.maritum.soluto matrimo. Nam licet istæ sint dilatoriæ: tamen etiam in executione opponi poterunt,teste Bart.in l.3.ff.eod. dicetur infrà in decima diuisione abundantius.

394 Decimoquintò, procurator regius dicit regem habere cognitionem actionis deductæ coram ecclesiastico, etiam post litem contestatam, si cognitio spectabat ad Regem. cùm cognitio & iurisdictio videatur esse hæreditaria & patrimonialis, vt declaraui in titu.de causis, in concorda.

395 Notandum est, quòd post terminum à iudice præstitutum nullus has dilatorias opponere poterit, etiam si lis non sit contestata per text.not.in c.pastoralis.eod.titu. Quia præfixio termini, est sententia quædam interlocutoria.l. dicere.in fi. ff. de arbitr. per quam ius partibus quæritur.c.cum inter.de re iudic. Specul. in eo. titu.§.dicto.versi.vtrum, &c.circa finem. Etiam quia videtur non opponens renũciare istis exceptionibus opponendis, quod potest.teste Vbert.de Bonacurso,in pract.sua rubr.de impedi. & exceptionib. quæ contra rescriptum. versic. sed nunquid in vno,&c.

396 Primò amplia, quod hic terminus ad proponendum dilatorias potest assignari, tam in curiis ecclesiasticis, quàm in curiis regiis, & tam de iure canonico,quàm ciuili:quia ista decisio est introducta à iure canonico ad malitiam partium compescendam. d.cap.pastoralis. quæ aliquando maior versatur in curiis Cæsaris, quam in curiis ecclesiasticis. Et quando aliquid est expresè decisum in iure canonico: & est dubium in iure ciuili, tunc seruabitur illa decisio etiam in iure ciuili. text.in cap. Raynutius.vbi doctor.de testam.c.1. de oper. no.nunc. Dec. & alij in d.c.pastoralis. Specul.eod. titu.§. nunc videndum .versicu. cæterum.in fin.& hic terminus est arbitrarius, & iudicis arbitrio datur, cùm non sit à iure præfixus. l. 1. ff.de iure deliber.c.2.de dilatio.

397 Et iste terminus licet non dicatur,censetur peremptorius, post quem terminum non audietur pars aliquas volens opponere exceptiones,per verbum,nullatenus, positum in d. cap.pastoralis.vt tenet Specul.in titu.de dilatio. §.1.versic.& nota quod si datus.

398 Est tamen differentia: quia si terminus peremptoriæ fuerit appositus in dilatione, non poterit pars moram purgare, etiam intra modicum tempus, quamuis ius partis non esset factum deterius.quod secus esset,si illud verbum peremptoriæ non esset appositum. ita expresè scribit Aretin.in §.appellantur.col.2.versicu. in eadem.glos.institut. eod. & habetur in additio. ad Vbertum de Bonacur.rubr.de imped. & exceptio. quæ contra rescriptum, &c.versicu. sed nunquid,&c.

399 Secundò amplia, quod iudex potest assignare hunc terminum in exceptionibus opponendis, siue exceptiones declinatorię sint, siue dilatorię:cùm dilatoriarum appellatione,declinatoriæ veniant.l.2.in fi.& l.3.ff.eo.& d.c.pastoralis.in dilatoriis loquitur.

400 Tertiò amplia in peremptoriis, vt terminus etiam statui possit, tum vt litibus finis imponatur.c.finem.de dolo.& quia etiã eadem

ratio versatur in peremptoriis. Nam & quandoque maliciosè proponuntur, & per eas terminatio causarum prorogatur.

Item, interdum præfigitur terminus ad agendum. l. diffamari. C. de ingenu. man. multò fortius & ad opponendum exceptiones, etiam peremptorias, alioqui materia malignandi non tolleretur.

Itē, quælibet iuris dilatio ex causa coarctari & prorogari potest. l. 2. ff. de re iudic. sic & ista ad opponendum etiam exceptiones peremptorias. c. cum sit Romana. de appellat. & sic tenuerunt D. de Rota, decisio. 30. fuit dubitatum, &c. in nouis.

Nec refragatur quòd ante conclusionem in causa possint peremptoriæ opponi: quia verum est, quando terminus non est præfixus. l. exceptionem. C. de probat. secus est, quando terminus est præstitutus, per d. c. pastoralis.

Nec obstat, quòd de maiori agatur præiudicio in peremptoriis: ergo ad illas nō potest statui terminus. Quia respon. non considerari hîc maius vel minus præiudicium: sed tantùm vt lites abreuientur, & exceptiones maliciosè non opponantur: nec fiet ei præiudicium, si de nouo venerint: vel notitia earum, cùm eas possit postea opponere non obstante termino lapso, vt ibidem scribitur.

Nec obest regula, indultum à iure priuilegium, non esse alicui auferendum. Nam verum est, sine causa: sed ex causa, sic. glo. in d. reg. indultum. Bartol. Roma. & Ias. in d. l. 2. Georg. Natan. in clemen. Sepe. in princ. in 5. not. versic. circa tertium. de verb. sign.

401 Quartò amplia, etiam in mixtis, de quibus infrà dicam: videlicet, vt post terminum assignatum dilatoriis, in vim dilatoriæ opponi non possint. Panormit. & Felin. & cæteri in d. cap. Pastoralis.

Si tamen iudex præstituerit terminum ad opponendas dilatorias, non includentur declinatoriæ, per clem. vnam. de exceptio. ita Panor. in d. cap. pastoralis. col. 4. tum quia præfixio termini est odiosa, ideo restringenda. & diuersitas nominum inducit diuersitatem rerū. l. si idem. C. de codicil. Sed contrarium tenet Dec. & cōmuniter Doctor. quia pars recipiendo dilationem ad opponendum peremptorias, in iudicem consentire videtur. Specul. in titu. de dilationib. §. nunc videamus. versic. sed nunquid. Sed quia declinatoriæ sunt dilatoriæ. l. 3. in fi. ff. eod. cap. inter. de re iudica. Imol. in dict. cap. pastoralis. num. 7. col. 3.

402 Nec obstat d. clemen. vna. quia ibi exprimitur ad maiorem cautelam, & consultius est hoc exprimere: sed non necessarium, nec hoc probat illa clement. & quæ dubitationis tollendæ gratia inseruntur, ius commune nō lædunt, per regulam iuris ff.

403 Si verò præstitutus fuerit terminus ad opponendum exceptiones dilatorias, & declinatorias, non poterunt mixtæ exceptiones in vim dilatoriæ post litem contestatam opponi, quia postquam ve dilatoriæ opponuntur, assumunt naturam dilatoriarum. arg. c. recolentes. de statu regula. ibi. Si enim relictis originalib. &c. Nam subrogatum debet sapere naturā eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Et sicut veræ dilatoriæ non possunt post terminum opponi: nec istæ mixtæ. & sicut non opponerentur post litis cōtestationem, ita nec post terminū, cùm iste terminus subrogetur in locū termini iuris. Innoc. in c. ex ratione. nu. 2. de appellat.

Item est speciale in excommunicationis exceptione: clem. vna. de exceptio. Ergo in aliis ius commune procedet, vt post terminum nō opponantur in vim dilatoriæ, sed imputetur parti, cur non opposuit in termino, si eas volebat, vt dilatorias, proponere.

Poterunt tamen in vim peremptoriæ opponi, si terminus peremptoriarum nō est elapsus: quia peremptoriæ sunt, vt infrà plenius dico in his exceptionibus mixtis.

404 Quintò amplia, iudicem posse terminum assignare, etiam si fuerit recusatus antequam assignaret. quia suum est existimare, an sua sit iurisdictio. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. alioqui posset hodie recusari iudex. & postea exceptiones opponi, vna vno die, altera, altero, & sic causa plus debito prorogaretur. Et stante dubio, an aliquis sit iudex, non est suspensa iurisdictio. c. super literis. de rescript. & ista opinio est communis, secundùm Felin. in d. c. pastoralis. nume. 10. col. 3. eod. Nec per hoc excipienti præiudicatur: sed tantùm eidem aufertur fugiēdi & malignandi materia. Nam ipse poterit in termino omnes exceptiones opponere, tam contra iudicem, quàm cōtra rescriptum, & aliàs sibi competentes. per not. in c. quoniam. de probatio. & Hostiens. expressim scribit in d. c. pastoralis. col. vlt. quem Imol. & Felin. sequi videntur. Sed contrarium tenet Panorm. ibi: quia iudex recusatus, interim non potest in causa procedere, nec terminum assignare, sed arbitri. c. suspitionis. de offic. delegati. ideo non potest mihi assignare hūc terminū. Nam postquā est mihi suspectus in causa principali. ergo & in assignatione huius termini. Nā recusatio claudit os iudicis recusati, vt non possit amplius loqui, donec fuerit de recusatione cognitum, & ad hoc extat doctrina Barto. & aliorum, quod post recusationem suspensa est iurisdictio. in l. quia poterat. ff. ad Trebellian. & per Doctor. in c. cum speciali. de appellatio. Et postquam sine causa non datur iste terminus. Ergo, &c. Nec obstat c. legitima. de appellat. in 6. quia loquitur in iudice assignante terminum arbitris, vt causa appellationis facilius expediatur, vel recusationis: sed non assignat terminum partibus, interim durante recusatione in causa principali, vt tenet Dec. in d. c. pastoralis. in glos. 2. Insurgeret enim quædam contrarietas, quod negem illum iudicem, vel allegem illum suspectum, & quod assignet mihi terminū. Etiam quia eum recuso, posset me grauare in hac termini assignatione. Ideo Felinus in d. c. pastoralis. dicit istam vltimam procedere, si ageretur de suspitione

tione iudicis, cùm gesta per ipsum sint nulla. Bartol.in l.quia poterat.ff.ad Trebel.aliàs secus. Doct.in l.apertissimi. C.de iudic. & istum vltimum sequitur praxis curiarum.

405 Sextò extēde, vt istum terminum teneatur assignare iudex, si pars hoc petat.glo.& Doctor.in c.quoniam.in verb.exceptiones.de probationib. c.pastoralis. ibi, intra certum tempus à iudice assignandum. Gerundia enim passiua denotant necessitatem. glo.& Doct.in rubri.de actio. in institut. Ideo text.dicit assignandum, etiam si reus hoc non peteret:sed actor. Feli.& communiter Doctor.in d.c.pastoralis. quanuis Panor. teneat contrarium, cuius opinio vulgò improbatur, si alius terminus ad deliberandum non fuerat datus, vt infrà dicetur, vt reus etiam possit petere hunc terminum dari.licet tex.d.c. pastoralis.in fauorem actoris hoc statuerit.

406 Septimò amplia, iudicem sine causa terminum non debere statuere in ipso litis exordio: nisi videat alterum duorum, vel malitiam partis, vel lites vltra modum prorogari.per d.c. pastoralis.nam eadem ratio, quæ mouit conditorem, debet mouere iudicem. iuxta text. in c. super literis. in fi. de rescript. sed ratio malitiæ & prorogationis mouit conditorem. d.cap.pastoralis.ergo & iudicem mouere debet. vnde si pars in litis exordio opponat exceptionem feriarum, vel aliam dilatoriam, vel declinatoriam, non debet iudex statim terminum præstituere ad omnes dilatorias proponēdas, sed ad illā oppositam probandum.& si in termino illam oppositam pars non probet:sed aliam velit opponere, tunc iudex terminum istum assignabit: quia de malicia verissimili & prorogatione eidem constat, & sic puto intelligēdum text.dum dicit, per exceptiones maliciosè nonnunquam causarum terminatio prorogatur. Si non prorogetur, sed prima exceptio probetur, sufficiet parti, & sic nō erit opus alium statuere ad alias dilatorias terminum. & ita tenent Imol. Felin. & Paris. sed non ita planè in d.c.pastoralis.vbi dicunt, saltem coloratam causam accedere debere, vel qualitatem litigantis esse inspiciēdam, an sit procurator rixosus, & cauillosus: & minor causa in his debet interuenire quàm in peremptoriis.

407 Limitatur, quando stilus curiæ se haberet, vt vna dilatio ad opponendum omnes dilatorias assignaretur, tunc iudex dilationem illam assignabit sine alia causæ cognitione, insequendo curiæ suæ stilum, & idem puto in peremptoriis. quia stilus curiæ facit ius, & est sequendus. cap. ex literis.de constitutio. plenè de hoc scripsi in rubri.de consuetudin. in ordina.reg.

408 Octauò amplia, vt illa, quæ non fuit opposita in prima instantia ante terminum, vel litem contestatam, non possit in causa appellationis opponi. l. ita demum. C.de procurator. Panormit. in cap.in nostra. colum.2.de procurator.& in dict.cap.pastoralis.colum.vlt. Quod est verum in termino iuris, qui non rescinditur per appellationem: secus in termino à iudice præstituto. Ideo cautus esse debet aduocatus, quod si in termino à iudice statuto non opposuerit:vel non fecerit id, quod erat necessarium, quod appellet. & in appellatione hoc poterit facere. teste Angel.in rubr.institut.eod. quæst.14.princ.versic.quinto quæro,&c.

409 Perdit officium regula. primo. quando exceptio esset de nouo orta. dicto cap.pastoralis. quia quæ de nouo emergūt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interroga. actio. siue esset exceptio dilatoria, siue peremptoria. Panormit. in dict. cap. pastoralis. quia non poterat opponere, quod non erat.

Item cùm maius præiudicium versetur in peremptoriis: ergo si oriantur de nouo, vel peruenerint de nouo ad notitiam, opponi poterunt. Nam cùm terminus possit illis peremptoriis statui, vt suprà dictum extitit, igitur si post terminum accedant, etiam habebit locum text. Nam postquam regula in peremptoriis locum sibi vendicat: idem dicemus in exceptionibus, in quibus non potest ratio diuersitatibus assignari. & ista est communis opinio Doctorum. in d. cap. pastoralis. Etiam si esset orta post litem contestatam.cap.insinuante.vbi Doctor. de offic.deleg.glos.in d.cap.pastoralis. l.2.de consort.eiusd.litis.vbi Bald.Hippolyt. in l.1. §. si quis vltro. nume.18.ff.de quæstio.dummodo fuerit opposita antequā vlterius in causa processum fuerit, secus si aliquis actus postea agitatus fuerit, cùm parte aduersa: quia tunc amplius opponi non poterit. text. in d. cap.insinuante.Bartol.in l.Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procuratorib. Nisi exceptio haberet causam continuam. Bald.in l.elegantet.§.si quis primo. colum. 2. ff.de condict.indebit. Felin.in dict.cap.pastoralis.num.16.in fi. quod intellige siue fuerit orta facto aduersarij, siue facto opponentis. Bartol. in l.1.ff.eodem. Felin. & Paris. in dict. cap. pastoralis. referunt. Oportebit tamen probare aliter, quàm per iuramentum, de nouo ortam exceptionem. cùm text. in d. cap. pastoralis.loquatur tantùm de exceptione, quæ de nouo deuenit ad notitiam, quæ vix potest probari, quamobrem deuenitur ad iuramentum: sed secus est in exceptione de nouo orta. potest enim probari testibus, an de nouo orta sit, vt patet in dict. cap. insinuante. de offic. delega. Si tamen probari non posset testibus, vel alio modo de nouo ortam, tunc putarem iuramento standum esse, cùm ad illud recurratur in defectum aliarum probationum. cap.statutum.§.cùm verò.de rescript.in 6. & sic conciliantur variæ opiniones Doctorum. Ratio in hoc casu, & sequen. est, quia non videtur quis renunciare iuri, & exceptioni, quæ nondum sibi competit, sicut non renunciat futuræ successioni. l. qui superstitis. ff. de acquiren. hæredit. l. pactum. C. de pact. & de collatio. nec etiam videtur renunciare exceptioni, quam ignorat sibi competere, cùm renunciatio ad futura non extendatur. l. mater. ff. de inoffic. testamen. Specul.in eod. titu. §.nunc videndum. versic.cæterum,&c.

410 Secun

410 Secundò derogatur quando de nouo veniret ad sui notitiã. per d.c.pastoralis.glo.in c.si quis episcoporũ.3.q.6.quia paria sunt non esse, & nõ apparere.l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel. & iuramẽto suo stabitur,quod ad suam de nouo peruenerit notitiam, etiam in peremptoriis. Feli.in d.c.pastoralis.nu.6.etiã si deuenerit post litem cõtestatam, dummodo nihil parti imputari possit.Panor.Felin.& Dec.in d.c.pastoralis. contra gl.ibi.& hoc ante conclusionẽ,in causa. c.cùm dilectus. de fide instrum. Hippol.in l.1.§. si quis vltro.num.18.& seq.ff.de quæstio. nisi sit parui præiudicij.Aret.in cap.1.col.3.nume.12.de accusationib.

Nec refragatur l.filiusfamil.§.veterani. ff. de procurat.quia loquitur in eo, qui sciẽter omisit exceptionẽ,& hoc probatur ibi in verbo,etiam si aduersarius velit: nisi hoc tempore litis contestationis, quocunque casu prætermissum est. Ergo si scienter hoc sit prætermissum,non potest postea opponi, aliàs secus. in d. cap. pastoralis. Nam postquam illa quæ de nouo orta est, potest opponi.cap.insinuante. de offic. delega. sic & quando de nouo venit ad notitiam, quia ista duo æquiparantur.d.c.pastoralis.

411 Quod fallit,quando illud fuisset notoriũ & publicum.nam tunc posset illi dici, quod est in Euangelio, Tu solus peregrinus in Hierusalem,& hęc ignoras? Nec præsumitur quis ignorare,quæ notoria sunt, & publica. cap.vestra.de cohabit.cler.c.quanto.de præsumpt.nisi quoad opponẽdum crimina & defectus. cle.constitutionem.de elect. Nisi pars vellet probare quod erat in loco, in quo verisimiliter potuit ignorare.vt in c.fin.qui matrim.accus.poss. vel quod fuit id temporis valetudine detentus:vt in cap. commissa. de elect. in 6. vel nisi notitia peruenerit post tempus datum ad rigorẽ iuris obseruandum gl.in c.vigilanti.in verbo nouerint. de præscrip.Doct.in c.1.de iudiciis.

412 Idem quando factũ erat proprium illius, qui allegat ignorantiã: tunc iuramẽto suo non staretur,cùm ignorantia in facto proprio nõ sit tolerabilis. l.fi.ff.pro suo.l.cùm testamentum.de acq.hæred.vel nisi ignorãtia esset crassa, vel supina,quę scientiæ æquiparatur.c.1.de cõsti.in 6. gl in c.eos.de temp.ordin.eo.lib.

413 Item, si pars aduersa probaret per coniecturas scientiam, tunc non posset iurare de nouo venisse ad suam notitiam. c.nulli. ibi. verissimiliter.de electio.in 6.c.innotuit.illo titu.quia in certis non est opus iuramento,vel aliis coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb. oblig. vide alias limitatio.per Felin. in d.cap.pastoralis. nume.27. & sequen.& in his non debet iudex insistere. sed si videat aliquas coniecturas maliciæ, requirente parte, statuere potest terminum, vt maliciis partium obuietur. cap. sedes.de rescript.

414 Tamen sola leuis suspitio, vel præsumptio,quòd pars sciuerit,non excludit eum à iuramento:nisi probatio in contrarium fuerit vrgens. Ideo iudicis arbitrio relinquitur, quæ & qualis verisimilitudo scientiæ fuerit, vel præsumptio, an minima, an magna, an friuola,vel vrgens.& considerãda est qualitas causæ,& personę iurãtis,an sit fide digna,vel suspecta,vt per Bald.in l.falsus.col.3.in 3.oppos.C.de furt.& in auth.cui relictũ.de indict.viduit.tollẽ. Pan.in c. 2.in fi.de constit.& in c.quosdam.de præsump. & in c.fi.qui matri.accus.poss. Fel.& alij in d.c. pastoralis.Ias.in §.sed istæ.nu.96.de act.in insti. per glo.in c.significasti.1.de homicid.

415 Intellige tamen, quòd si pars ignorabat ius,id est consanguineũ partis aduersæ posse recusari: sed sciebat factũ,id est,iudicẽ consanguineũ esse partis,& non recusauit,post terminum non audietur:nisi in ignorantia facti.glo.vlt. & Doct.in d.c.pastoralis.& in regu.ignorantia.de reg.iur.in 6.Idem in dubitante scribit Feli.in d. c.pastoralis.nu.20.in fi.nec tunc releuaretur per literas. quia quilibet iura scire tenetur vulgaria.l.leges.C.de legib.

416 Tertiò limitatur, quãdo de nouo superuenit facultas probandi. cùm sint paria ad notitiam de nouo venire, vel facultatem probandi de nouo contingere. text. in cap.vt circa. de electio. in 6. cap. 1. eod.tit.in 6.versic. prouiso. Panor.& alij in d.cap. pastoralis. Excipere enim non debebat ea, quorum probandi facultatem non habebat. c. plerunque.2 q.7. Vnde dicunt animam Bartoli in inferno cruciari, qui tenuit scientem proditionem teneri crimine læsæ maiestatis,nisi reuelauerit.quam opin.scripsit in l. vtrum. ff.ad leg.Pompei.de parricid. vbi Alex. eam improbat,& Ang.in tract.de malefic. in gl. *che hai tradita la patria*.vers.quero quis possit,&c. per tex.in c.plerunque.& c.quapropter.2.q.7.& putarẽ scientem reuelare debere ad custodiam, non ad pœnam, vt ciuitas, vel princeps custodiatur:sed nõ quod ob hoc imponi debeat pœna reuelanti,non probanti,nec a teri,si non cõmiserit delictũ. Quia cogitationis pœnam nemo patitur.l.cogitationis.ff.de pœn. & quia nõ est plenè probatum.

Item, procurator se credere exceptionẽ peruenisse de nouo ad notitiam domini iurabit:sed tantùm se credere,non autẽ certò iurabit quod ad domini notitiam peruenerit, ne anceps iuramentum subeat.Dec.vbi suprà.

417 Quando vellet proponere exceptionem contrariam primæ,in qua succubuit tunc nonobstante præfixione termini,illã proponere poterit.tex.in l.cõtra maiores. C.de inoffi.testa.gl. in verb.nullatenus. d.c.pastoralis. & in summa 13.q.2.glo.in c.cùm dilectus.de religios. domib. Ignoscendum est isti,si primo contraria proponere noluit, cùm nullus hoc debeat.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.c.solicitudinem. de appel.

Intellige si fuerit protestatus per istum text. aliàs non,cùm poterit istas exceptiones contrarias sub conditione opponere. Dyn. & alij in regu.nullus pluribus.de reg.iur.in 6. Bal.& alij in l.1.C.de furtis. & in hac patria, sine literis regiis,opponentem non admitterent.

418 Quintò non procedit,si iudex esset incõpetens, & non possem eum facere competẽtem, ex taciturnitate mea:vtpote, quia sum clericus,

& conue

& conuenior coram iudice laico : tunc potero etiam post terminum exceptionem dilatoriam opponere.gl.vlt.in cle.vna.de sequestra.poss. & fruct.& idē si opponerē contra iudicē.Io.Andr. in reg.scienti.in Mercurial.de regul.iur.in 6.vbi præfixio termini nō excludit nullitatē.ergo nec hic.Aret.in c.2.col.3.nu.17.de accus.nec incompetentiam,vt scripsi superius.art.3.

419 Sextò flectitur regula,si quis esset protestatus. c.præsentium. de testib. Oportet tamen quòd illa protestatio sit specialis sic, saluo iure opponēdi contra rescriptū,recuso te iudicē,vel similibus verbis.gl.& cōmuniter doct.in d.c.pastoralis. Alioqui, si esset generalis, saluis aliis meis exceptionib. post terminū nō reciperetur volens aliquas proponere.quia cum protestatio non valeat,pro non facta habetur. l.quoties vitiosè cautum est,pro non cauto habendum est. ff. qui satisda. cogan. & quanuis sit protestatus alias velle opponere, poterit post primum terminum alias omnes opponere,& iudex poterit etiam alterum terminum assignare, post quem non audietur : alioqui daretur materia calumniandi per istas protestationes.Et quanuis post terminum possit opponere, intelligitur si intra alterum terminū has proponat,& probet : quia omnis actus debet de primo intelligi. l. boues. §.hoc sermone. ff.de verb.signific. Alioqui hodie proponeret vnam, & protestaretur se alias velle opponere:& finito hoc termino, alteram, & postea aliam, ita vt nunquam esset litium finis,& infinitas reprobatur. c.2.de rescript. in 6. Scripsi in repet.l.vnicę.not.1. C.de sentent.quæ pro eo, quod interest. Requiritur tamen,quod ista protestatio fiat in termino, secundùm omnes doct.in d.cap.pastoralis.Imò si per sententiam repulsus fuerit ab oppositione dilatoriarum,postea non auditur,etiam si protestetur de appellando,& opponendo nisi appellet.Docto. in c.cum cessante. de appellat. Aret.in c.tam literis.3.nota.de testib.contra Panor.in c.ex conquestione.col.2.de restit.spolia. Quæ opinio in duobus casibus saluari potest,secundùm Fel.in c.exceptionem.col.6.versic.fallit secundo. & in d.c.pastoralis.in fi eo.titu.Ego vidi sic per practicātes opponi.Domine iudex,quia talis reus, vel procurator,non videtur sufficienter fundatus, protestatur de opponendo contra illum, si rectè fundatus non inueniatur : & tunc si fiat aliquis actus,tamen adhuc opponere poterit ratione illius protestationis.

420 Septimò, restringitur per restitutionem in integrum. Nam impetrādo literas à Rege,vt non obstante lapsu termini exceptiones proponere possit, hoc si eidem concedatur, poterit, ex clausula,si qua mihi iusta causa videbitur.l.1. ff.ex quib.caus.maior. Quod est verum in peremptoriis, quæ sunt magni præiudicij. l. quoties.C.de precib.impera.offeren.Secus in declinatoriis, vel dilatoriis, in quibus leue præiudicium imminet.Innoc.in c.corā. de in integrum restit.Ego etiā vidi multoties restitui in dilatoriis,vbi præiudiciū dicitur magnū,ex æquitate, vt dicunt D. de Rota decis.101. omnes domini. in nouis. Et in hoc Frāciæ regno seruatur opinio Compostel.in c.quod sicut. de electio. vbi dicit,quod statuere terminū,est sententia interlocutoria, quæ postquam in rem transiuit iudicatam, non potest reuocari, nisi per restitutionem. Et sic in hoc regno Franciæ non audiretur sine literis regiis, etiam in casibus præmissis. & ita vidi seruari in forensi iudicio:quæ tamen vix in dilatoriis conceduntur.

421 Octauò fallit in iudice, qui post terminū inhabilem repellere poterit. Aret.in cap.1.col.2. nu.6. de accusat. quia terminus excludens partem,nō excludit iudicem. Bal.in l.2.§.sed quia. C.de iureiur.propter calumniam dando. Ant. de Butr.in d.c.pastoralis.per glos.in cap.imprimis.in verbo, quærendum. 2.q.1. Quod est verum in termino assignato ab homine : secus in termino iuris. Nam post litem contestatam iudex hoc non potest.Bald.& Ang.in l.filiusfam. §.veterani. ff.de procurator. & sic in casibus in quibus iudex ex officio supplere potest, in his casibus dilatoriæ opponi poterunt. Panormit. & alij in dicto cap. pastoralis. Quia sicut interlocutoria non transit in rem iudicatum quoad iudicem,vt scripsi in repet.l.quod iussit.1.nota. ampliat.14.ff.de re iud.ita nec hic terminus.

422 Nonò, iste terminus ad proponendum dilatorias nō datur,quādo iudex assignauit reo terminū 20.dierū,vel alium, secundū stilum ad deliberandū.quia hic terminus ad deliberandū datur loco illius:& deliberatus reus debet venire,vt recuset iudicem,& vt alias dilatorias proponat.tex.in auth.offeratur.de litis contestatio. Anto.Imol.Dec. & communiter Doct.in c.pastoralis.circa finem.alioqui quod datur ad lites abbreuiandum,d.c.pastoralis.prorogaret,quod non est faciendum.& cùm in curiis secularibus Frācię in principio dari soleat terminus ad deliberādum,ob id iste terminus rarò assignatur.

423 Decimò, fallit parte non opponēte:tunc exceptio dilatoria post terminum admissa, valet.per cap.in causis. de testib. vbi valet quarta productio testium omissa solēnitate, parte non opponente. & hoc firmat ibi Areti. expressim, & Fel.in d.c.pastoralis.col.penult.Specul.in tit. de dilatio.§.1. versic.sed pone iudex. colum. 2. Quia hoc iudicium nō solet dari, nisi petitum fuerit. l.4. §. hoc autem iudicium. ff.de damno infecto.& ibi Bart.& de Ripa.

424 Vndecimò, limitatur in exceptione excommunicationis propter periculum communionis.cle.vna.de excep.glos.1.in d.c.pastoralis. Alias limitationes elicias ex his,quas suprà dedi in proxima regula.

425 Peremptoriæ exceptiones sunt,quæ rem de qua agitur perimunt. verba sunt Imperatoris.in §.appellantur.institut.eod.Tripho.tamen in l. quod si iuraui. ff. de iureiuran. ait perimi quæstionē actione comprehēsam.Vel sunt illæ, quę semper locū habent,nec euitari possunt.l.3. ff.eo.Et dicuntur peremptorię, quòd rem perimant. & sic à perimendo : sicut peremptorium dictum,quod edisceptationem perimat.l.& tertium.ff.de iudic.

Vbertus

426 Vbertus tamen de Bonacurso in rubr. de peremptor. exceptionib. ait congruentius vocari posse elisorias: quia non perimunt, sed elidunt, nec hoc probat. Sed ego possem dicere, quòd quando elidunt, etiam possunt peremptoriæ vocari: quia sufficit quòd frequentius perimant, licet aliquādo elidant, & elisio, quantum ad effectum, habetur pro peremptione. cle. vna. de homicid. facit l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. vel habitu potest dici peremptoria: sicut dicitur de Augusto. in procem. Institu. & ff. Tene tamen primam: quia melius allusioni vocabuli conuenit. & fatuus est, qui in Iurisconsultum insurgit. Imò dicunt Doct. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthum. reprehendentem Iurisconsultum in Spiritum sanctum peccare. quod etiam probat Ias. in §. 1. de patria potesta. in reprehendente imperatorias leges: quia nutu Spiritus sancti editæ videntur. l. fi. C. de præscri. triginta, vel quadraginta annorum.

427 Peremptoria quintuplex est. quędam est perēptoria personæ, altera obligationis, alia iudicij, pœnę & accusationis. de quibus videndū est.

428 Prima peremptoria personæ est, quę personā perimit, seu à iudicio excludit, nēpe si religiosus sine sui licētia abbatis, vel prioris, aduersum me agat, excipere possum in cū, & eius personā perimere, & à iudicio repellere, ad hoc vt nullo modo agere posit, teste Imol. in cle. cōstitutionē. nu. 26. de elect. Istud exēplum parū cōuenit: & potius dilatoria est, donec licētiam habuerit, quàm perēptoria. & Host. in c. in nostra. de procurat. vocat istā quasi peremptoriā. potest etiā peremptoria vocari. Sed pone cōgruentius exēplū. Si infans, furiosus, vel demens agat, reus excipit se nō teneri procedere cū illo, vel altero illorū: & vt iste agēs nō recipiatur ad agēdum, nec audiatur. per l. 2. C. qui legit. personā. Item si infamis agat, excipiam in eum: & eius personā, quoad hoc perimam. l. cum prætor. ff. de iudic. quia nec nunc aget contra me, nec vnquam: & sic peremptoria dicetur ratione personæ.

429 Peremptoria obligationis est, quæ obligationem perimit. & est quadruplex, quædam naturalem tantùm obligationem tollit, altera ciuilem, alia vtramque, alia neutram.

430 Exceptio perimēs, siue excludēs naturalē tantùm, dicitur quādo hæres ad integra conuenitur legata persoluenda: quia si excipiat vltra dodrantem legatum esse, & se velle quartā detrahere per legē Falcid. ista exceptio tollet, siue excludet naturalem, qua hæres tenebatur ad integra legata soluenda. Bar. Alex. & Ias. in l. 1. ff. de cōdict. inde. & l. cū quis. C. de iuris & fact. ignor.

431 Ciuilis perimitur obligatio, cū debeas mihi decē: & pactū de non petēdo mihi facias, quod tollit naturalē. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. si petas, excipiā. & illa exceptio elidet ciuilē, seu excludet. Spec. eo. tit. §. dicto. vers. & vt plenius, &c.

432 Angelus tamē in rubr. de exceptio. in Instit. dicit cōuenientius exemplum esse in exceptione præscriptionis, quæ tollit ciuilem, non naturalem: cui facilè acquiesco. & docet Bart. in l. fin. ff. rem rat. habe. ac Lucas de Penna in l. fin, columna penult. C. de censib. & peræqua. lib. 11.

433 Nec debet iudex istam pręscriptionis exceptionē supplere, si non opponatur, teste Alex. consi. 213. in 2. vol. & consi. 92. in 5. vol. & in additio. ad Vbert. in rubr. de perēpt. excep. in verb. præscriptionis. vnde Ioan. Franc. Bal. in tracta. de præscrip. in 1. parte. vbi abundè scribit, & Chass. in consuetudin. Burgund. in rubri. *des forestz.* §. 8. in fine.

434 Vtrāque tollit obligationē, siue excludit exceptio Macedoniani per filiūfa. opposita. nā cùm ipse pecuniam receperit, naturaliter tenebatur, & chirographū de ea cōscribendo, ciuiliter. nūc si mutuās illā petat, exceptio Macedoniani opponetur, quę vtrāque tollet seu elidet: vt probatur in l. 1. & per totū ff. ad Maced. & sequitur Ang. in rubr. Instit. eo. col. 14. vide Iacob. in l. frater. col. vlt. ff. de condict. indeb.

435 Neutram obligationē aliquando perimit exceptio: sed sublatam detegit, seu demonstrat: vt solutionis exceptio. nā per solutionē sublata est omnis obligatio. §. 1. quib. mod. tollit. obli. in instit. Angel. in rubr. instit. eod. Si pars igitur iterum petat, oppono exceptionem solutionis, quæ non tollit obligationem iam sublatam per solutionem: sed oppositio demonstrat eas obligationes esse sublatas. quia non potest tollere id, quod sublatum est. §. seruus. de capit. diminut. in instit. Formam opponendi istam exceptionem scribit Specul. in tit. de except. §. viso. versic. vlt.

436 Pœnæ perēptoria exceptio est, si fiat trāsactio in criminalibus. nam per illam pœna perimitur in casibus permissis. in l. transigere. C. de transact. Bal. in tracta. statutor. in verbo, concordia. q. penult. glos. in l. 2. ff. de senatuscons. Sillan. vbi multa scripsi. Angel. in §. 1. Institut. eod. & hoc quoad partes, vt non posit post trāsactionem accusare: sed procurator regius non impeditur per transactionem, vt scripsi in repetit. l. 2. ff. de senatusc. Sillan. Vel potest poni exemplum in eo, qui gratiam à Rege obtinet, qui si postea cōueniatur, excipiet de gratia, quæ pœnā tollet. teste Chassa. in consuet. Burgund. in rub. *des iustices.* §. quinto. in glo. *s'il n'a grace.* facit tex. in l. abolitio. cum legib. seq. ff. ad Turpil. quod est verum, quoad Regem, & eius procuratorē, sed interesse partis non tollit gratia. Imo solet in literis gratiæ reseruari sic, *Satisfaction faicte à partie, ciuilement tant seulement, si faicte n'est.*

437 Peremptoria iudicij est, quę opposita iudicium perimit. vt si opponatur te non esse, nec vnquam fuisse procuratorem: ob id iudicium tecum agitatū non valere. & potest etiā opponi post sententiam: quia iudiciū reddit retro nullum, teste Alexan. consil. 42. in 4. vol. per l. licet. vbi Doct. C. de procurat. vt suprà dixi in exceptione procuratoria.

438 Secus si dicatur tu non potes esse procurator. vtpote, quia es miles. l. ita demum. C. de procuratoribus. Nam hæc dilatoria est. l. licet. C. illo titu. Angel. in §. præterea. colum. 2. Instit. eod. Bald. in l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse.

439 Idem si filiusfam. agat sine patris cõsensu: & in fine iudicij opponã quod est in potestate patris, & sine eius consensu in iudicio stare nõ potest. l. fi. §. necessitate. C. de bonis, quę liber. Ista exceptio iudiciũ perimet, ob id iudicij peremptoria dicitur. Limitatur quando iudex habilem fecisset istum filiumfa supplendo cõsensum patris. Anto. Tremol. in additio. ad Vbert. de Bonacursi. in rubr. quib. modis suo nom. ciuiliter agentes. versi. sed quid si. facit l. bonorum quidem possessionem. C. qui admitti. & quæ ibi addidi.

440 Secundò flectitur de generali regni Franciæ consuetudine, secundũ quam maior viginti quinque annis sine auctoritate patris stare in iudicio potest. cùm sit prorsus absolutus, & non in potestate. gl. sing. in §. fi. Instit. de patria potestate. sed illa gl. non est vera, & quotidie video patres emancipare filios quod nõ esset necesse, si verum diceret glo. & Chassa. in consuetud. Burg. in rubr. *des enfans de plusieurs licts*. §. 3. num. 21. dicit contra illam gl. interuenisse arestum. Sed illa glos. potest esse vera in filiisfa. coniugatis, qui de facto, cùm sint in potestate vxorum Franciæ, de consuetud. Paris. saltẽ, liberatur à patris potestate, ne sint in potestate duorum. Nam sat'est illum esse vxoris seruum: non vult vicarius esse, vt dicit Iuuenalis.

441 Tertiò non procedit quoad curias parlamenti, in quibus non curatur de patria potestate: nec ob id annullatur processus factus sine patris consensu, si filius fuerit maior. teste Guido Pap. in decis. Delphi. q. 54. tempore. sequitur Guillel. Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verbo, si absque. in 2. de substitut. fideicom. nu. 50. de testa. Si tamen allegetur filium esse in patris potestate, in hoc senatu, vidi ante arestum, patriam illam potestatem, in casibus ex bono & æquo, considerari.

442 Item in curia parui sigilli Montispellani & conuentionum Nemausi non annullaretur processus factus cum filiofa. maiore, cùm in illis curiis tres tantùm exceptiones recipiantur. teste Guido. Papæ. q. 15. & in stilo parlamenti, rubr. de actio. personal. §. item hac. in 1. parte.

443 Quartò derogatur regulæ in criminalibus. de consuetudine enim accusatur filiusfa. sine patris consensu, vel authoritate. teste Ioan. Masuer. in rubr. de except. versic. Item similiter. ibi, de consuetudine &c. allegat. l. inter liberas. §. filius. ff. de adult. & §. fi. de noxalib.

444 Peremptoria accusationis est, quando accusatio perimitur: vt si me accuses plagij eo, quòd seruum vel filium tuũ subtraxi, & vendidi: & ego excipiam meum esse, ita exceptio tollet accusationem, quia cum meus sit, in eo non potui plagium committere. l. præses. C. ad legem Flauiam. de plagia. facit l. quoniam Alexãdrum. C. ad leg. Iul. de adul. Barba. in addit. ad Bal. in §. naturales. in verbo, nota. Si de feudo defuncti cõtentio fuerit inter do. & agna. vassal. Vel pone exemplum: si dicatur Semproniũ surripuisse filium Aegyptij: & is dicat esse suum filiũ, & probet Bohemium surripuisse. nã hoc soliti sunt facere. Tunc Aegyptij accusatio aduersus Sempronium, qui filium suum probauit, tolletur. Specul. declarat in tit. de accusa. §. fi. in princ. in 4. parte. dicens hanc pœnã esse capitalẽ. Hodie tamen Cardinales, & alij solent inuicem donare bonos nuncios, & tamen non incidunt in legem Flauiã, teste Bar. in l. lege. ff. ad legem Flauiã. Barb. in rub. de cõmoda. col. 2. in Decretal. Quod bene seruatur in Francia, quia non donantur tanquã serui: sed vt liberi, nec ius prętẽditur seruitutis, alioqui plagiũ cõmitteretur.

445 Regula est, quòd exceptio peremptoria post litem contestatam, vsque ad sententiam, vel conclusionem in causa est opponenda, & probanda. l. peremptorias. C. senten. rescin. non poss. l. præscriptionem. illo tit.

446 Et obiectus illarum exceptionũ non impedit litis contestationem regulariter. per text. in c. 1. de lit. contest. in 6. nec per oppositionẽ earum fit litis contestatio. c. fin. ibid. Ratio est, quia perimere non oportet, quod non est: sed ante litẽ contestatam non est lis. ergo non potest perimi. quia priuatio præsupponit habitũ. l. decem. ff. de verb. oblig. §. seruus. de capit. diminut. in Instit. Et cùm peremptoriæ concernant negotium principale, oportet quod prius partes ingrediãtur iudicium super ipso negotio principali, quàm deueniãt ad conflictum, & oppositionẽ. sunt verba Panor. in c. exceptionem. nu. 15. de exceptio. vnde Iurisсon. ait, qui vult ire agere, tantisper quoad de seruitute constet, non debet de suo iure docere. l. 3. §. itaq;. ff. de itiner. Fallit si illa exceptio esset notoria. Archid. in c. 2. de filiis presbytero. refert Socin. in tract. fallen. regula 127. Exceptio perẽptoria &c. quia in notoriis non debet pati iudex causam in iudicium deduci. per c. quoniam. de filiis presbyt. Secundò fallit in exceptionibus litis finitæ, vbi etiam ante litem contestatam opponuntur. c. 1. de litis contest. in 6. Pan. & alij in d. c. exceptionem. Tertiò fallit in exceptione, quæ redderet iudiciũ retro nullũ: quia tunc illa exceptio peremptoria poterit opponi etiam post sententiã: vt exceptio, quæ cõcludit per falsas probationes iudicatum. c. licet. de probatio. c. cũ venerabilis. eo. tit. Quartò fallit post sententiam, quæ non transit in rem iudicatã, vt causa matrimonialis. c. Tenor. & c. lator. de re iudica. Quintò non procedit in exceptionibus, quæ executionem modificant, & in ea opponi possunt. l. Nesennius. de re iud. ff. & infra dicam. Sextò limitatur in ecclesia, & in minore, qui beneficio restitutionis omissas exceptiones opponere possunt. l. 2. C. senten rescindi nõ posse & idem in absentibus reip. causa. c. 1. & per totũ. de in integrum restitu. Imol. in d. c. exceptionem. col. 3. de exceptio. & in militibus. & aliis casibus de quibus per gl. & doct. in l. 1. C. de iuris & facti ignoran. Septimò limita in casu l. 1. C. de iur. & fact. ignoran. vbi etiam. gl. addidit casus & doct. postea, & Bal. in c. de cætero. col. 1. de re iudic.

447 Quasi peremptoria exceptio dicitur, quæ cõtra testes opponitur: quia directè non perimit intentionem aduersarij: sed per obliquum, nẽpe sublata probatione ius partis inutile remanet. c. sæpe. de restit. spol. l. duo sunt. ff. de testa. tutel. sic istam vocauit quasi peremptoriã gl. in c. 1. de except. & c. ex parte A. de testib. licet glo. in c. de testibus. in illo tit. vocet eam peremptoriã. & Imol. in cle. cõstitutionem. nu. 22. de electio. & Dec. in

d. c. 1. dicit eam aptitudine peremptoriam: quia excludit testes inhabiles. Feli. in c. 1. de except. dicit, quod exceptio opposita contra testes tangit negotium principale, & ad hoc allegat textũ singularẽ in c. cum I. & A. de re iudic. sed vtcunque vocetur, non est curandũ. Notandum est, quod duobus modis potest opponi in testes. Primò in personas, secundò in dicta: vt scripsi in præfat. tracta. de reproba. testium. Primò igitur opponi potest in personas crimẽ, infamia, suspitio, & macula manifesta. c. 1. vbi Panor. & alij eod. tit.

448 Sed quod crimen obiiciatur? Respon. illa crimina, quæ repellunt accusantem, repellunt & testem. c. vlt. de testib. scripsi plenè in tracta. de reproba. & saluat. testium, in præfa. versi. 13. &c.

449 Secũdò, infamia repellit testes: vt in c. testimoniũ. de testib. l. 3. §. lege Iulia. ff. illo tit. & an infamia iuris, vel facti. tradidi plenè in dicto tracta. de reprobatio. testium in verbo, infamis.

450 Tertiò, suspitio repellit testem. Si sit meus inimicus: eo est mihi suspectus: quia inimici facilè mentiuntur. l. 1. §. cum quis. ff. de quæstionib. scripsi in d. tract. de reproba. testium. in verb. inimici. vel suspitio criminis probati non tantum oppsiti. docto. in dicto cap. 1. sed primæ inhærerem sententiæ.

451 Quartò, macula repellit testem. cap. 1. de exceptionibus. & intelligunt quidam illum text. de macula corporis. per tex. in cap. hinc etenim. 49. dist. sicut vitiatus corpore ab ordinibus repellitur. cap. 1. & per totum. de corpore vitiatis. Ita & à testimonio in criminali, cùm bonũ sit argumentum à testimonio ad ordines: & econtra. c. testes. 2. q. 7. vbi tales testes requiruntur, quales ad sacerdotium eligi diuina iubet authoritas. Tamẽ hic intellectus reprobatur. Nam qui non bibit vinum, promoueri prohibetur. gl. in c. ipsi Apostoli. 2. q. 7. tamen à testimonio non prohibetur. c. 1. de testib. vbi not. doct. etiam quia natura non est culpanda, si claudum produxit. l. maximum vitium. C. de liber. præteri. & afflictio non est danda afflicto. l. Diuus. ff. de offic. præsid. quæ daretur, si reprobaretur quis propter maculam, & alibi dicit tex. maculam in oculo non obesse in c. 2. de corpor. vitiatis. Secundò intelligunt alij maculam pro crimine, & sic maculam manifestam pro crimine manifesto, & iste est cõmunis intellectus: sed mihi non placet. quia text. in d. c. 1. esset superfluus. Nam primò dicit testes ob crimen repellendos: & postea ob maculam. Igitur exponere ob crimen, esset idem per idem. Imò ipsi intelligunt maculam manifestam, id est crimẽ manifestum, si possint repelli ob crimen, vt ipsi dicunt ocultum. ergo & ob crimen manifestum. ob id iste intellectus reiicitur. Alij intelligunt in clerico, quòd habens vitium corporis non recipitur contra clericum. per nota. in c. tam literis. & c. de cætero. de testib. sed istud est nimis restringere text. d. c. 1. qui non loquitur solum. de clerico: sed generaliter. ergo generaliter intelligi debet. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. Ego puto maculam generaliter accipi, pro quacunque nota. est enim terminus generalis, ideo ad illum declarandum solet opponi aliqua dictio: vt firmat Iurisconf. in l. fi. ff. de natalib. restituend. maculam seruitutis. in l. 1. C. de natural. liber. maculam infamiæ, & alibi dicitur macula corporis.

Sed arbitror hîc, quod voluit intelligere de nota manifesta, quòd repellat à testimonio, & hoc elucidatur per tex. in c. diffiniuimus. 4. quęst. 1. ibi dum dicit, omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est histriones, aut turpitudinibus subiectę personæ &c. Ecce ibi tex. declarantem illud cap. 1. de exceptionib. vt non requiratur nota occulta ad repellendum testem: sed macula manifesta, id est nota manifesta: vtpote, si quis sit aleator publicus, vel custos lupanaris, habet maculam manifestam. Sic puto intelligendum text. quamuis doct. aliter intelligant, videlicet de crimine, quod non est verum. Et istud est bene notandum, & dicitur, labe criminis, quæ labes, si sit manifesta, excludit testem à testimonio: quia ex illo crimine contraxit sibi maculam manifestam. vt si fortè delictum commisit, furtum fortè, vel aliud ratione illius delicti, licet non sit punitus, contraxit labem manifestam. Ideo ratione illius labis puniri debet, si sit manifesta: si verò occulta, non.

452 Quæro, quando possit ista exceptio opponi contra testes? Respon. vsque ad sententiam, sicut peremptoria c. 1. de except. plenè Felin. & alij in c. ex parte A. de testib. vbi abundantius quilibet videre potest. Ante tamen conclusionem in causa. gl. in c. in primis. in verb. quęrendum. 2. q. 1. Collecta. in d. c. 1. Quod non procedit, quando stetit per iudicem, qui probationem noluit recipere. text. iuncta glo. in verb. iuramenta. c. cum I. & A. de re iud. vbi etiam post conclusionem.

Limitatur secundo, quando terminus parti fuisset assignatus ad reprobandum testes, etiam post terminum elapsum non poterit pars opponere. c. Pastoralis. eo. tit. c. licet de probat. Hostien. expressè scribit in dict. cap. 1. eo. tit. nisi per beneficium restitutionis in integrum. cap. auditis. de in integrum restitutio. vtpote impetrando literas Regias in hoc regno super aliqua iusta causa fundatas. Imò etiam si testis post depositionem mortuus fuerit, adhuc poterit contra eum opponi. gloss. & docto. in cap. præsentata. de testib. quia opponitur, non vt puniatur: sed vt testimonium eius reiiciatur.

Etiam poterit opponi in causa appellationis. glossa & doctores in cap. 1. de testib. & in cap. ex parte. & cap. de testibus. de testib. quia parat præiudicium negotio principali. Collecta in d. c. 1.

Nisi maliciosè distulerit opponere in priori iudicio: tunc enim non poterit obiicere in causa appellationis. Ponormit. in dict. cap. 1. gloss. & docto. in cap. inter monasterium. de iudic. Felin. in cap. ad audientiam. 2. nu. 13. de rescript. Barba. consil. 35. in minimis. in 3. volum.

Contrarium tenet Imol. in dicto cap. ad audientiam. & in dicto cap. inter monasterium. & ista videtur verior. Decius in dicto cap. primo de exceptionibus.

In practica seruatur quod non opponatur in causa appellationis sine literis regiis, quibus hoc conceditur: & condemnatur in expensis quousque opposuerit dictam exceptionem: quia pars iustam

iustam habuit causam litigandi vsque ad oppositionem emissam.

453 Nota quod quando iudex videt reum exceptiones maliciosè opponere, poterit vno ex quatuor modis obuiare.

Primò, pręfigendo terminum ad probandum. cap. pastoralis. de exceptio.

Secundò, condemnando eum in expensis, si exceptionem non probauerit. iuxta c. 1. eod. tit. in 6. & c. finem. de dolo.

Tertiò potest condemnari ad pœnam extraordinariam, & eam imponere, si partis maliciam videat esse magnam. iuxta not. in c. sicut. de electio. per Compostel. & Cyn. in l. vna. C. vt quæ desunt aduocatis part.

Quartò poterit iudex, si vehementer de calumnia suspicetur, ad vlteriora procedere, & valebit processus: nisi reus postea coram iudice appellationis exceptionem probauerit veram esse, teste Innocen. in cap. post electionem. de concess. præbend. Ancha. in d. c. pastoralis. col. 1.

454 Dubium est, an opponens contra testes, & non probãs crimen oppositũ, debeat mulctari. & tex. in c. 2. in fi. de ordine cognit. decidit quod nõ: tum quia accusatio in testes secundum ordinem iuris non procedat. text. in d. 1. de exceptio. tum quòd hoc fecerit animo se defendendi. Ias. & alij in l. fi. ff. quod quisque iuris. Cùm ergo non agatur ad hoc: & modus agendi semper inspici debeat. gl. fin. in c. hæc quippe. 3. q. 2. secundum Bal. in d. c. 1. & Ias. in l. 2. col. 3. not. 10. ff. solut. matrim. opponens nõ punietur. Intellige non debere puniri nec pœna ordinaria, nec extraordinaria regulariter: quia sufficit eos repelli à testimonio. d. c. 1. Et natura illius verbi, sufficit, est: vt aliud non requiratur. gl. in verbo, canonicis. in c. statutum. de rescript. in 6. facit l. sufficit. ff. de condict. indebiti. Corset. in sing. incipien. sufficit. Et non debet sumi arg. à contrario in illo tex. contra declarationem ipsius Nam ibi dicitur, quod pœna ordinaria mulctari non debet. quia accusatio non procedit secundum ordinem iuris. & quia sufficit quòd repellantur à testimonio, præsertim si crimen non contigerit causam. quia etiam tunc pœna aliqua: sed paulo minore essent puniendi. & iste est verus intellectus, & clarus ad d. c. 1. vt pœna ordinaria puniri non debeant testes: præsertim vbi crimen, quod eis obiicitur, causam de qua agitur contingere non videtur. Nam si crimen contingat causam, tunc pœna extraordinaria puniendos non negat tex. vide in d. c. cum dilectus. in fin. de ord. cognit. vbi dicit quod duntaxat eius testimonio non creditur. & sic repellitur. Nisi voces pœnam extraordinariam, quòd à testimonio repellantur. vt vocat Dec. in dict. c. 1. colum. 2. per text. in l. Moris. §. sunt autem. ff. de pœn. & l. testamento centurio. de manumiss. testa. sed hoc non probant illi text.

455 Amplia etiam si testis, contra quem obiicitur, defensionem susciperet. Panor. in c. 2. nu. 31. de ordin. cognitio. Rom. in l. cùm mulier. col. 1. ff. solu. matrim. Intellige, quando suscepit defensionem tanquam testis: vt honorem suum tueretur, quod potest facere. Panor. in c. testimonium. in fi. de testib. secus si suscepisset defensionem, & voluisset subire iudicium; & vt de eodem delicto contra eum cognosceretur, etiam ordinariè procedendo: tunc esset puniendus. & sic debet intelligi opinio Archid. in c. in primis. 2. q. 1. teste Dec. in d. c. 1. Limita, quando crimen oppositum tangit causam de qua agitur: tunc etiã pœna ordinaria puniri non poterit. vt dicto cap. 1. dum dicit, præsertim vbi crimen quod eis obiicitur, causam de qua agitur, contingere non videtur. Ergo si videatur contingere, puniendus erit, dummodo fuerit præsens, vel citatus, & cum eo actum fuerit. gloss. & docto. in l. nullum. C. de testibus. quia is cuius interest citandus est. l. de vnoquoque. ff. de re iudicat.

Et dicitur crimen contingere causam, si testis vacillauit, vel falsum deposuit, vel corruptè, vel est socius criminis. Barto. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. Panor. & alij in dict. cap. 1. de exceptio. not. docto. in l. nullum. C. de testib. per illum text. Et aliàs dicitur contingere causam, de qua agitur, si respiciat illud factum, de quo principaliter agitur, & inter easdem personas. Panor. & Felin. in dict. c. 1. & tunc extraordinaria pœna punietur. vt suprà dixi. Istam materiam prolixius tradit Feli. in c. 1. de except. si amplius requiras, ibi videto. Ego breui dicerem testem, cui obiectum est crimen, & probatum, non esse puniendum, nec pœna ordinaria, nec extraordinaria. per dict. cap. 1. de except. & dicto cap. 2. vbi dicit duntaxat, ei non creditur. quod non procedit, quando crimen illud oppositum, est commissum in illa causa vtpote quia falsum deposuit coram illo iudice. & tunc si iudex sit illius, poterit eum etiam pœna ordinaria punire. per l. nullum. C. de testib. & hęc si se defenderit coram illo: & de hoc crimine interrogatus, & defensus fuerit. Si verò non fuerit iudex illius, tunc pœna puniet extraordinaria post defensionem. & ita loquuntur illi text. & sic seruatur: nec vnquam vidi testem puniri etiam pœna extraordinaria: nisi prius auditus fuerit, quod non solet ille iudex facere, coram quo illud crimen fuerit oppositum: nisi sit iudex illius, vel in caussa sit commissum crimen: quia tunc ratione accessionis cognoscit. l. quoties. C. de iudiciis.

456 Notandum est quod de iure ciuili testis ob crimen non repellitur, nisi condemnatus fuerit. l. 3. §. lege Iulia. in fin. ff. de testib. Hostiens. in dict. cap. 1. de exceptio. & istud seruatur in curiis secularibus & temporalibus Regni Franciæ de stilo. teste Aufrer. in stilo Parlamenti. in 1. parte. in fin. rubr. sequitur aduisamentum. §. penult.

Fallit in casibus, in quibus ipso facto testis esset infamis, & sic vbi lex notaret factum. l. Palam. §. quæ in adulterio. ff. de ritu. nuptiar.

Secundò fallit, quando crimen tangeret causam: vtpote, quia testis esset corruptus in illa causa, quia tunc sufficit quòd sit conuictus. dict. l. lege Iulia. Iacobi. in l. quæsitum. illo tit.

De iure canonico sufficit, si probetur testis criminosus. cap. super eo. 1. de testib. vbi diuersitatis rationes tradunt doct. & quomodo intelligatur elucidatur in cap. testimonium. ibid.

Item de consuetudine in hoc regno seruata, opponens contra testes crimen, & non probans, non potest conueniri iniuriarum. teste Guido. Papæ in statuto, si quis per literas. in verb. communi æstimatione, col.15. quem sequitur Boer. in consil. descripto post consuetud. Bitur. incipien. si quis animo. Guillel. de Ludo. singul. 86. per gloss. in l. quisquis. in verb. vtilitas. C. de postulando. Chassan. in consuet. Burgund. in rubr. *des enfans de plusieurs licts*. §.4. glo.1. in fi. Ias. in l. fin. ff. quod quisque iuris. quia hoc non facit animo iniuriandi. & sic puniri non debet. l. si non conuicij. C. de iniuriis.

Et maximè si fuerit protestatus, quando opponit quòd animo iniuriandi hoc non facit: sed tantùm causa se defendendi: vt assolet in practica fieri. teste Masuer. in practica sua: rub. de iniur. versic. Item si aliquis, licet de iure illa protestatio non iuuet, per l. si quis extraneus. ff. de acquiren. hæredita. scribit Fel. in c.1. in fin. de excep. nos tamen in practica vtimur.

Quamuis Anton. Tremolius in additio. ad Vbertum de Bonacurs. in rubric. quib. mod. suo. nom. ciuiliter agentes, versic repelluntur. in verb. erat nocens, dicat se vidisse Tholosæ, testes agentes reportasse sentētiam pro ipsis, & dicit consuetudinē non valere: eam tamen semper vidi seruari. Si tamen iudex videret calumniam opponentis, posset eum extraordinariè punire. Fel. in cap.1. in fi. de exceptio. & hoc fieri debet quando pars opponit cōtra testem omni exceptione maiorem. Imò fortius, si quis opposuerit crimen parti in modum exceptionis, & non probet, non tenetur iniuriarum, si fuerit protestatus, & non fuerit pertinax in probando. secundum Aufrer. in decis. Tholos. q.409. maximè in hac consuetudinaria patria, in qua nō solet agi iniuriarum pro verbis iniuriosis, vt scripsi in interpreta. auth. habita. C. ne filius pro patre. & ista sunt notanda.

457 Mixtæ seu dubiæ sunt, quando dubitatur, an dilatoria, an peremptoria sit, vt si promittas decem sub conditione: ac pendente conditione peto, tu excipere poteris de cōditione non euenta, quæ si non eueniret, peremptoria exceptio erit. cùm conditio ad esse, & non esse se habeat. l. respiciendum. ff. si certum petat.

Si verò eueniat conditio, dilatoria erit exceptio. Et quia dubium est an veniat, vel non: ideo vocatur dubia. Sed tamen in hoc dubio peremptoria iudicatur. l. sufficit. ff. de condict. indeb. gloss. & doct. in cap. Si gratiosè. de rescrip. in 6. Spec. eod. tit. §.1. Alex. in l.2. §. si quis, in iudicio. ff. si quis cautionib.

Item exceptio inopiæ, principaliter est peremptoria: sed potentialiter est dilatoria. quia potest pauper ad pinguiorē fortunam peruenire. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & honorib. tamen inops nō cogitur iudicium pati. l. Titius. ff. de procuratorib. l. Idémq;. §. si ignorantes. Manda. Bal. not. in cap. pastoralis. colum. vlt. eod. titul.

458 Vel exceptiones mixtæ eo vocantur: quia mixtam habere causam videntur. Quia possunt opponi prout reo placuerit, vel ad impediendum processum, vel ad merita causæ, dummodo legitimo tempore opponantur. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indeb. vbi Bar. & alij.

459 Et in his exceptionibus impedientibus litis ingressum solent practici concludere ad fines non recipiendi: videlicet vt actor non recipiatur ad agendum, & si reciperetur, opponere eas exceptiones potest ad finem peremptorias sic, *à fin qu'il demeure quitte deliuré & absous des fins & conclusions prinses contre luy auec despens*. Sic vidi concludi per practicātes regni. & hoc quando opponitur ad processum, opponi dicitur ad fines non recipiendi, si ad merita causę: tunc in vim peremptoriarum. Ita poteris dignoscere istos terminos in practica. cap. dilecto. ibi non debent contra ipsos procedere. de appellat. & inferius abundantius tractabitur. Quęro, quando dicantur opponi ad processum? Resp. si ante litem contestatā opponantur. hoc modo, non potes agere cōtra me: quia non habes actionē, vel tibi non competit aliquod ius agendi, simili modo, teste Aufrer. in decis. Tholo. q.67. Ad merita verò caussæ hoc modo opponitur, nihil debeo: quia solui. ob id produco instrumentum solutionis. & hoc facit reus post litem contestatā, & tunc iudex vtriusq; partis iura discutiet. & si reperiat exceptionē admissibilem, reū diffinitiuè absoluet. Bar. & alij. in l. nā postea. in prin. quā legit cum l. ait prætor. §. fi. ff. de iureiur. Bar. in d. l. eleganter. & in l. fi. ff. pro suo. & l. cū quærebatur. iudic. solum. Angel. in §. æque. col. pen. & §. appellantur. colum.19. Instit. eo. Lanfranc. in repet. c. quoniam. in verbo, exceptiones, col.3. de probationib.

460 Consuluit tamen Spec. in tit. isto, §. d. versf. Quid de exceptione &c. quod ante litē contestatam proponantur: & erit cautius. Idem scribit Io. Fabr. in d. §. appellantur. in fi. Instit. eo. Bar. in l. de pupillo. §, si quis ipse. ff. de noui oper. nunciat. Guid. pap. q.195. Vbert. de Bonacur. in rub. de perempt. excep. vers. pen. incip. est & exceptio &c.

461 Anomalę sunt, quæ aliarū normam non sequuntur vt exceptio excōmunicationis, quę licet dilatoria sit: tamen opponi potest, & ante litē contestatam, & post, c. exceptionē. eo tit. c.1. illo. tit. & idem tenet de Bella Pertica. in q.27. & Innoc. in c. dudum. 2. col.1. de elect. Feli. in c. nonnulli. §. fi. col. pen. de rescript. licet Bar. dicat in l.3. ff. eo. nos non habere tex. qui vocet aliquam exceptionem anormalem: sed sunt vocabula magistrorū, causa vberioris declarationis conficta. Ideo ea non esse seruanda arbitror. sed vt declarem & text. & dicta docto. ista describere ratus sum.

462 Vel dicuntur anomalæ, eo quòd etiam in vim dilatoriæ in qualibet litis parte opponi possint, teste Cardi. in d. cle. vna. q.3. Quando dicantur opponi in vim dilatoriæ, declarat Spec. in tit. eo. §. dicto. versi. hoc quoq; notandum est. dicens peremptoriam tunc demū in vim dilatoriæ opponi, quando reus dicit, Tu nō potes esse iudex in hac causa. quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de non petendo in perpetuum: vel mihi detulit iuramentū, & ego iuraui me nil sibi debere, vel fui absolutus. Dilatoria verò tunc in vim peremptoriæ opponitur sic: non teneor tibi dare decem, quę petis: quia iudex coram quo

me con

me conuenis est tuus amicus: vel rescriptum est subreptitium. Ista tamen stare non possunt, cum habeant diuersos effectus, quia quod est dilatoriè, scilicet differre, tribunal peremptoriè: & econtrario, quod esse non debet, secundum Speculat. vbi suprà.

463 Vel anomalæ dici possunt: eo, quòd temporales & perpetuæ esse possunt. l. 3. §. temporales. ff. eod. vbi Albert. & Hostien. in summa huius titul. §. quæ sit. Angel. in rubr. colum. 7. Specul. in titul. isto. §. 1. versicul. anomale. & §. nunc videndum. versic. porro. vide Ancha. in cap. pastoralis. colum. vltim. eod. titul. Idem in exceptione filiationis: vt dicatur anomala, teste Luca de Penna. in l. 1. in fin. C. de dignitat. lib. 12. Formam opponendi tradit Specu. eod. tit. §. viso. versic. sed quoniam. vide Soc. in c. vno. 2. q: princ. col. 4. fol. 96. de litis contesta. & in stylo Parlamenti. eod. tit. in 1. parte. & in rub. de adiornand. hæredib. Dom. in c. si quis episcoporum. 3. q. 6. §. 1.

464 Quarta diuisio exceptionum. Quædam sunt temporales, aliæ perpetuæ, aliæ de quibus dubitatur. probatur hæc diuisio in l. 3. ff. eod.

465 Temporales sunt, quæ non semper locum habent: sed euitari possunt: & rem de qua agitur nec perimunt. text. in §. appellantur. Institut. eod. & dicta l. 3. vt, pactum de non petendo ad tempus. Nam si ante tempus agatur excipiendum erit: non tamen perpetuo euitabit quis, quominus soluat: sed ad tempus tantùm, ob id temporalis dicitur: not. Hostien. in summa huius titul. §. quæ sit. & Specul. eodem titul. §. 1. Felin. in cap. si autem. de rescript.

Idem in exceptione restitutionis. per tex. in l. necnon. §. exemplo. ff. ex quibus causis maior. l. nam postea. §. si minor. de iureiurand. l. fin. C. de tempor. in integr. restit. petend. Aufrer. in decisio. Tholosa. q. 238. vide Socin. in l. qui agnitis. col. vlt. ff. eod.

466 Perpetuæ sunt, quæ semper locum habent, & perpetuo euitari possunt, ac rem, de qua agitur perimunt. d. l. 3. & §. appellantur. vt doli exceptio. Nam si induxeris me ad promittendum tibi aliquid, vel ad faciendum: & postea agas, potero de dolo excipere, & perpetuo etiam vsque ad mille annos. teste Azo. in summa huius titul. §. fina. Hostiens. in summa. §. Et quando. versic. Item in ciuilibus. Specul. in tit. eod. §. 1. versic. Est autem. Vbert. de Bonacurso. in pract. sua rub. de perempto. except. in princ.

467 Quamobrem perpetuæ dicuntur: quia si perpetuò agatur, perpetuò excipietur. Feli. in d. c. si autem. l. pure. §. fin. ff. de except. rei iudic. Fallit, quando alicui competit exceptio: quia competit actio: vt in exceptione compẽsationis, tunc quia exceptio est fundata in virtute actionis, & non nititur propriis viribus: ideo sublata actione, tollitur exceptio. arg. l. fin. ff. rem rat. haberi. Bartol. & Socin. in l. 2. ff. eod. Aliquando exceptio non competit, quin competat actio: sed illa exceptio nititur propriis viribus, & tunc licet tollatur actio, non tollitur exceptio: quia non est in virtute actionis fundata: sed in propria materia, ex qua competit. l. qui æquitate. ff. de doli except. Innoc. Card. & alij. in d. c. si autem. Imol. in clem. vna. de in integr. restitu.

468 Et nota quòd omnes ferè exceptiones peremptoriæ, perpetuæ sunt. vt scribit Speculat. eod. titul. §. viso. versic. Item not. quòd ferè. per d. l. 3. & §. appellantur.

Et sic pacti de non petendo exceptio, perpetua est. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. quando sic conceptum est.

Idem in pacto de non agendo. l. postquàm liti. C. de pact. Aufrer. in decis. Tholo. q. 259. Hæc tamen, cùm declinatoria sit ante litem contestatã opponi debet. Perus. in c. 1. de litis contest. in 6.

Idem in pacto de quota litis. l. litem. C. de procuratoribus.

469 Idem in pacto de non mouendo quæstionem. de quo per Inno. in d. cùm venissent. de instit. in quibus omnibus pactis si agat quis, perpetuò excipere potero. Bal. in Margar. in verbo, exceptio. quæst. 50.

470 Idem si contra leges quicquã perpetratum sit, vtpote si maritus renitente vxore prædium alienauerit dotale: & emptor agat, vxor perpetuò excipiet alienationem esse contra leges.

471 Idem si contra senatusconsulta: vtpote contra senatusconsultum Velleianum. vt ff. & C. ad senatuscon. Velleia. Bart. in l. certi condictio. num. 11. ff. si cert. peta. Petr. de Bella pertica. q. 34. Angel. in §. Item. col. 12. cum seq. Institu. eod.

472 Idem in exceptione iurisiurandi, in qua not. quod in hoc senatu Parisi. non solet recipi iuramentum, nisi super sanctis Euangeliis: non super corpore Christi, super reliquiis beati Antonij, vel si alio modo delatum sit. quia ita est in vno periurus, sicut in alio, & ideo non seruatur. l. 3. §. iurari autem oportet, vt delatum est. ff. de iureiur. quia solum defertur super sanctis Euangeliis. & super hoc multa interuenerunt aresta, maximè anno 1527. die 6. Febr. etiam si per partem fuerit acceptatum: vt ibi, quia procurator regius dixit partem non posse contra consuetudinem, & aresta curiæ contrahere. Imò fortius, aliquando quis iurat, sufficit partem esse presentem in iuramento præstãdo: nec requiritur quod ibidem interrogetur parte presente. Vel si postea interrogetur, non requiritur partis presentia: quia interrogationem perturbare posset. ita fuit in senatu pronunciatũ anno 1527. die verò 12. August.

473 Aliæ sunt, de quibus dubitatur, an sint temporales vel perpetuæ: vt exceptio, Ne maritus conueniatur soluto matrimonio super dote restituenda, vltra quàm facere posit, deducto ne egeat. iuxta tex. in l. Maritum. ff. soluto matrimo. & l. sunt. cum legibus seq. ff. de re iudic. Nam dubitatur, an maritus perueniat ad pinguiorem fortunam: vel an in eadem paupertate permanserit: quia hoc casu perpetua erit: si verò diues effectus fuerit, exceptio temporalis erit, quia tunc conueniri poterit. glo. in dict. l. 3. ff. eod.

Intellige tamen maritum posse iuuari hac exceptione: nisi persona principalis, contra quam hæc exceptio opponitur, indigeat: tunc enim hæc exceptio cessabit, cum charitas bene ordinata à seipso incipiat. l. præses. C. de seruitutibus

& aqua.l.si quis.§.de alimentis.ff.de liber.agnosc. gloss. in cap.Romanorum.19. distinct. & in cap. qui vult ordinatè. de pœnit.distin.3. Nam potius debeo me diligere, quàm alium.gloss. in cap. ex parte.2.de cleric. non resident.& hoc expresśim scribit Roma.in repet.l.si verò.§. de viro. col. 36. fallen.39.ff. soluto matrimonio. Et licet istæ exceptiones pośsint contra certas personas opponi,vt in d.l.sunt. tamen nunquam poterit aliquis eas opponere, antequam præstiterit cautionem de soluendo ex integro,si ad pinguiorem peruenerit fortunam.per tex.in l.vna.§.cum autem.C. de rei vxo. actio.& sequitur Anto.in additio. ad Vbertum de Bonacurso in rubr. de exceptio. & benefic.in verbo,& cum legibus sequent.

Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis, teste Hostiens. in summa huius titul.§.quæ sit.versicul. de quibusdam. Specul.eod.tit.§.1. versic.est quoque & §.1. dicto versic. quid de exceptio. An omnibus exceptionibus renunciari pośsit,scribit Petr. à Bella pertica in q.155.

474 Quinta diuisio est. Exceptionum quædam sunt personales, & quædam reales. Personales sunt, quæ personæ cohærent:& personam, vel eius qualitatem concernunt, & ad alios non transeunt.l.exceptiones,quæ personæ. ff.eodem. §. finali.in fin.Instit.de replica. vbi Angel.

Et harum quædam inhærent personæ per quam agentes repelluntur, aliæ personæ contra quam excipitur: vt est de sententia Ioan.Andre. in additio.ad Specul.in tit.eod.§.1.in fin.

475 Exceptiones inhærētes personæ per quam agentes repelluntur, sunt illæ, quæ legatis mißsis ob rempublic. dantur, vt si legatus missus conueniatur durante legatione, habebit exceptionem per quam agentem repellet. per l.2. §. legatis.ff.de iudic.

Idem in teste caussa testimonij ferendi accersito,& aliis expresśis causis in d.§.legatis.

Idem si clericus coram iudice seculari conueniatur.cùm hoc à iure prohibitum existat. c. clericum nullus.11.q.1.& c.si diligenti.ac c. significasti.de foro competen.

Idem si exemptus coram alio iudice, quàm suo trahatur.Is enim exceptionem suæ inhærentem personę habebit,ad excludendum agentem. per totum tit.de priuileg. Debent tamen prædictæ personę cauere quod se sistent coram eorum iudicibus.vt dict.l.2.§. sed si dubitent.ff.de iudic. vide Hostiens.in summa huius titul.§.fin. versic. Item est effectus.& Spec.in tit.de reo.per totum.

476 Inhærentes personæ contra quam excipitur, sunt sequentes. Primò, iudicis suspitio, quæ inhæret personæ iudicis, contra quem excipitur de suspecto.quia durum est coram iudice suspecto litigare. c. cum inter. de exceptio.vbi caussas suspitionum scribunt doct. & in c.caussam.2.de iudic.& doct.in cap.suspitionis.de offic. delegat. Præpos.in c.postremo.de appel.& c.2.illo.titu.in 6.Aufrer.in suo tract.de recusat. Et an istæ exceptiones fideiussoribus competant, facias regulam,vt sequitur.

477 Regula ergo est, quod omnes exceptiones,quæ reo competunt, fideiussori quoq; etiam inuito reo prosunt. l.omnes.ff.eo.& l.tam mandatori.C.de non numer.pecun.& l.defensiones. C.eod. Ex persona rei & quidem inuito reo, exceptio, & cętera rei commoda fideiussori cæterísque accessoribus competere possunt. l. ex persona.ff.de fideiussorib. Ratio est, ne si fortè reus soluendo non fuerit, pecuniam fideiussor amittat.l.fideiussor. ff. de donatio. Et quia potius interest nostra non soluere, quàm solutum repetere.l.3 ff.de compensa.interest enim eius,ait Iulianus, pecuniam retinere potius, quàm solutam stipulatori à reo repetere. l. si stipulatus esses. in princip.ff.de fideiussorib. Ex quo infertur, quòd si Titius fideiusserit pro muliere, quæ intercesserat,potest iuuari exceptione Velleiani:sicut mulier.text.in l.exceptiones, quæ personæ.§. intercesśionis.ff.eod. & habet priuilegium, quod habet mulier.l.si alius.ff.quę res.pigno.obliga.poss. l.mulierem.& seq. ad Velleianum. Idem in exceptione Macedoniani, vt fideiussori etiā filiifam. competat.l. sed etsi paterfam.§.non solum. ff. ad Macedo.nisi pater ratum habuisset mutuum.Bal. in l.fi.col.1. C. ad Macedo.vel in casibus in quibus filiusfam. non iuuatur exceptione, nec tunc iuuabitur fideiussor. casus habes in glo. l.1. ff. ad Velleia.& infrà dico in except.Velleian.

478 Amplia etiā in spontaneo fideiussore,qui non præcedentibus precibus debitoris fideiusśit tex.sing.in l.si mulier cōtra.ff. ad Velleian.secundū Ludo.Ro.singu.317.*tu scis*, quòd exceptiones.

479 Secundò amplia, vt fideiussor pośsit opponere exceptionem competentem reo,licet ipse reus opponere non pośsit:vtpote, quia principalis erat bannitus. Bald. in l.cum mulier. col.5. versicul.quæro de vna quæstione. ff. soluto matrimonio.quem sequitur Hippolyt.in rubr. de fideiussor. quæst.36. vnde fideiussor excommunicati exceptionem compensationis opponere poterit:vt scribit Panormit.& alij in cap. cum inter. de exceptio. Nam sicut exceptio personalis non transit ad fideiussorem, vt infra dicetur: ita nec odium personale, siue dolus rei non officit fideiussori.l.apud.§.de tutoris.ff.de doli except.Bald. pulchrè in tracta. statuto (si Bald.dici pośsit) in verb.excipere.quæst.2. Alber.in tracta.statuto.q. 4.partis quartæ.

480 Tertiò etiam procedit in fideiussore, qui promisit liberè soluere, & sine aliqua exceptione: adhuc tamen poterit opponere, quòd prius executiatur principalis debitor,quàm fideiussor. per auth.pręsente.C.de fideiussor.quia ea,quę veniunt ex natura cōtractus opponi possunt.l.quęro.§.inter locatorē.ff. locat.& illa verba, sine aliqua exceptione,intelligūtur de friuola.c. ex parte.2.de offic.deleg.sic consuluit Roma.consi.211. allegationes.quem sequitur Iason in l.1.C. de sacrosf.eccles.& Hippol.in singu.332. credo te scire.

481 Quartò,quando fideiussor conuenitur,debet denunciare principali debitori, vt veniat ad defendēdum eum: & vt iudicium in se suscipiat, aliàs fideiussori imputabitur. l.idémque. §. generaliter. ff. manda.gloss. in l.si fideiussori. §. quædam. ibidem. Iason in l. Et si fideiussor. quam legit

legit cum l. si cum procuratore.ff. de re iudic. & tunc poterit reus opponere exceptionem, & defendere fideiussorem, alioqui nihil prodesset ei sua exceptio:quia mandati teneretur fideiussori. d.l.idémque §. generaliter. sic expresśim scribit Angel.in rub.instit.eo.col.8.& seq.in 5.q.vers.sed tu aduertas.

482 Fallit quando fideiussor non esset habiturus regressum contra principalem:tunc exceptio competens debitori, non nocebit fideiussori : vt pote,si animo donandi fideiusserit.l.& hæredi.§. fin.iuncta gloss.de pact.glo.in verb.patronus. l.1. in fin. quarum rerum actio non detur. Ias. in l. quod dicitur.de pact.ff.

483 Secundò fallit, quando status debitoris mutatus esset:vt pote, quia bona eius sunt confiscata.l.1. C. de fideiussorib. l. defensiones. C. de exceptionib.

484 Tertiò fallit in exceptione minori competente, quæ fideiussori non competit, si in integrum minor restituatur.l.1.& 2. C. de fideiussor. minor.vide tex.& ibi docto.in l.minor.ff.de procuratorib.Ioannem Fabr.& Angel.in §.fi.institu. de replica.

Quartò derogatur,vt per Soci.in d.l.exceptiones,quæ personæ.col.1.ff.eod.

485 Primò limitatur regula vt non procedat in exceptione, quæ personæ rei cohæret. veluti, vt non conueniatur vltra quàm facere potest. tunc illa non competet fideiussori.l.execeptiones quę personæ.ff. eod. quia priuilegium personale personam non egreditur. regula, Priuilegium de reg.iur. in 6. & pactum personale, ad personam aliam non transit. l. si vnus.§. ante omnia. ff. de pact.& alia est rei persona,alia fideiussoris.l.si stipulatus.§.Chrysogonus.ff. de verb.obligat.vnde exceptio fori declinatoria competens principali, non competit eius fideiussori.l.si reus. ff. iudica. sol.l.sed si restituatur.§.1.de iud.Roma.sing.627. nunquid fideiussor.

486 Item, si reus dicat instrumentum vsurarium coram iudice ecclesiastico,& fuerit ei facta inhibitio, ne interim capiatur illa inhibitio non proderit fideiussori, quin posśit capi. Bald. in l. 1.in fin.C.de diuers.rescriptis.Areti.consi.33.consultatio.col.1.per l.creditor.in princ.ff.manda.

487 Intellige, quòd vbi exceptio rei non prodest fideiussori,tunc poterit adhuc opponere fideiussor, quod primò reus excutiatur, iuxta d. authen.pręsenti.C.de fideiussor. vel quod creditor cedat sibi actiones contra principalem.quod cùm hoc facere non posśit,repelletur ab actione proponenda,etiam contra fideiussorem.gloss.est magistral.in l.nisi.ff.de pact.quam not.ibi Iacob. & alij & Angel.in rub.insti.eod.in 5.q.col.8.vers. secundo postquam &c.

488 Et si sint plures fideiussores,vnus offerendo pecuniam potest compellere creditorem, vt sibi cedat actiones aduersus debitorem.l.fideiussoribus.ff.de fideiussor. non tamen debet cedere actiones aduersus alios fideiussores,cùm soluens contra debitorem regressum habeat.l. si stipulatus esses.§.fin.ff.de fideiussorib.licet glo. ibi multa iactet,quæ non sunt vera.idem in pupillo,qui alterum tutorem liberauit:si contra alterum agat repellitur exceptione cedendarum actionum.l.si pupillus.ff.de administra.tutorum.

489 Sciendum est tamen, quod tunc demum repellitur creditor à fideiussore, quando exceptio competebat facto & culpa creditoris:vt pote,quando creditor fecit pactum de non petendo à creditore tantùm,tunc petendo à fideiussore repellitur per d.glo.in d. l. nisi. & text.in l.stichum.§.penul.ff.de solutio.ibi, cùm ipsius vitio acciderit.

490 Secus quando debitor non poterat conueniri,absque tamen facto & creditoris culpa.vt, si fideiussor obligauerit se pro eo,qui tantùm naturaliter erat obligatus : vel pro pupillo,qui sine tutoris authoritate cõtraxerat,tunc debitor conueniri non poterat ex sola obligatione naturali. §.1.institu.de obliga. absque facto creditoris igitur fideiussor conuentus, hoc casu non opponet excusśionis exceptionem,nec cedendarum actionum.per text.in l. Marcellus. vbi Bart.ff. de fideiussorib.Alex.& alij in l.3.§.si is,pro quo.ff. quod quisque iuris.Limita quinque modis vt per Anton. Negusantium in tract. de pignor.in 3.membro quintæ partis.nu.36.in 1.parte illius membri.

491 Item doli exceptio generalis,quæ competit ratione cuiuscunque exceptionis. l.2.§. & generaliter.ff.de doli exceptio. competet etiam in subsidium fideiussori.quia dolo facit,quicunque id,quod qualibet exceptione elidi potest,petit.d. §.& generaliter. Iacob. in dicta l. nisi. col.vlt. ff. de pact.

492 Vltimò nota, quòd quando aliqua exceptio competit principali,quæ non competit fideiussori:tamen quia exceptio est defensio,& innititur æquitati. l. qui ætate.ff. de doli exceptione. cap.cum inter.de exceptio. poterit eo casu fideiussor implorare officium iudicis ad obtinendum illam exceptionem. & debebit sibi concedi, non obstante iuris prohibitione. quia, qui non potest excipere, potest tamen implorare iudicis officium.l.planè. & l.fin. vbi Barto. ff. de petitio.hæredi.plenè probat hoc Ias. in l.1.col. 6. nume. 9. ff. de iurisdict. omni.iud. & refert eum Hippol.in rubr.de fideiussor.q.36.circa finem & ego putarem isto casu posse impetrari literas ad hunc effectum, quæ ex æquitate interinandæ essent.

493 Reales sunt,quæ rei adhærent:& radicem obligationis concernunt : ac fideiussori competere possunt.d.l.exceptiones.§. rei.ff. eod. & sunt in duplici differentia,quædam rem ipsam de qua principaliter agitur, concernunt, quædam verò quamlibet rem.

494 Concernentes rem de qua agitur sunt: vt si petis beneficium, dico & excipio esse sublatum de ecclesia. iuxta cap. cùm accesśissent. de constitu.

Vel excipio,tibi non deberi ex qualitate beneficij : vt pote,quia est curatum, & tu es minor vigintiquinque annis, & sic inhabilis. c. cum in cunctis.§.inferiora.de electio.c.si eo tempore. de rescript.in 6.

Et ista ad omnem transit successorem,Angel.

teste in rubr.huius titul.in instit.col.1.vers. venio nunc ad quintum, vt est exceptio rei iudicatæ Angel.consil.58.commune Florentiæ.

495 Aliæ respiciunt quamlibet rem:vt, locum assignatum non tutum,remotum, inhonestum, rescriptum vitiosum: libellum ineptè cõceptum. nam de qualibet re,& in qualibet excipiam,siue fuerit ecclesiastica,siue prophana.per text.in cap. ex parte.1.de appella. & c. venerabilibus. §. sed si ex causa.de senten.excommunica.in 6.clem. pastoralis.de re iud.l.de ætate.cum l.seq.& ibi Alex. qui legit illas cum §.fin. l.recusare. ff.ad Trebel. Cardinal.& alij in clem.vna de foro competenti.Fel.in c.cum R.de off.delega.

496 Et istæ licet sint dilatoriæ:tamen quia habent causam successiuam,& multiplicatiuam,ob id possunt post litem contestatam opponi:quia si de nouo citetur quis de nouo grauatur.& ideo prodest oppositio quoad futuros actus,non quoad præteritos.vt notat.in c.dilectus.2.de rescript. Nicol. Milius in reperto.in verb.exceptio dilatoria habens causam.Ias.in l.prætor.§. fi. col.vlt. ff. de no.oper.nunciatio.

Imò licet quis comparuerit in loco pestifero semel,vel pluries: non tamen tenebitur amplius in illo loco comparere, etiam si promiserit se sistere in illo loco.per text.in l.2.§.fi.ff. si quis cautio.nec tenetur mittere procuratorem.cap. accedens. 2. vt lite non contesta. Vbert. in pract.sua rubr. quibus modis citatio impunè contemni possit.§.1.

497 Sexta diuisio. except.quædam sunt fauorabiles:odiosę aliæ,quædam inductæ propter iuris rigorem seruandum:aliæ inductę propter naturalem æquitatem.

498 Fauorabiles sunt,quæ principaliter in merum alicuius fauorem inductę sunt:vt in l.qui exceptionem.ff.de condict.indebit.Bald.in l. negasti.in princ.si cert.peta.Et tunc præsumuntur inductæ in fauorem,quando ob imbecilitatem alicuius introductæ sunt:vt exceptio Velleiani,propter fragilitatem.l.1. & per totum. ff. ad Velleianum.& infra dicam.

499 Odiosæ verò dicuntur, quando ob dolum introductę sunt:vt exceptio Macedoniani, de qua in l.1. & per totum.ff.ad Macedon.docet Bald.in l.pen.C.de pact.Lanfranc.in tracta.de interpreta.statuto.col.1.

500 Notandum est, quòd hæc exceptio est quadruplex: prima est, quæ non opposita nunquam elidit,vt exceptio epistolæ diui Adriani. & tunc solutũ,non opposita exceptione,nunquam repetitur,per casum sing.in l.si testamẽto.§.quod si duo.ff.de fideiussorib.vide tex.in §.si plures.institu.illo titul.

Et hæ, scilicet Velleiani, & Macedoniani in executione opponi possunt. Alber.in tracta. statuto.in 2.parte.q.148.vt inferius dicetur.

Altera est, quæ non opposita elidit quodammodo naturalem obligationem:& sic ius agendi. vt pactum de non petendo, & tunc indebitum solutum repetitur.d.l. qui exceptionem. Bald. in margar.in verb.exceptio.in 20.q.

Alia est fauorabilis & perpetua:& est illa,quæ nascitur cum ipso contractu: vt Velleiani exceptio.ff.& C.ad Velleia.& Angel.in §.item.col.12. insti.eod.Petr.de Bella pertica.quæst.34. & plenè Vbert.in sua practica.rubr.de perempt.exceptio. versi.exceptio Velleiani.& ibi in additio.ad eum. Fel.in rubr.huius tit.col.2.

Alia est, quæ non competit nisi expresè opponatur:vt exceptio compensationis, de qua per Vbert.de Bonacurso in d.pract.rubr. quib. mod. suo nom.ciuiliter agentes.versi.præterea.in verb. pecuniariis.& ibi in additio.ad eum, & Alexan. consil.149.viso processu.in 2.vol.& consil.61. & si puto.in 3.vol.& Fel.in c.suborta.de re iud.glo. vlt.tenet contrariumin c. exceptionem.de exceptio.ibi vide.

Et an excommunicatus prædictam exceptionem opponere posit,quod non tenet Aufrer.in decisio.capel.Tholos.q.1.& q. 171.& q. 300. vide docto.in c.cùm inter.de exceptio. scripsi in rubr. de excommunica.vitand.in concorda.vbi scripsi excommunicatorum pœnas.

Item hæc in executione opponi potest: vt tenet Angel.consil.132.quidam Nicolaus.& consi. 259.quædam damna.& inferius dicetur.

501 Odiosæ sunt, quæ in odium alicuius principaliter inductæ sunt.d. l. qui exceptionem. vbi Bart.ff.de cond.indeb.vt d.exceptio Macedoniani, quæ est inducta contra rationem naturalem, in odium fænerantium filiisfamil.vt ff. & C. ad Macedo.quia, vt filius solueret mutuum à fæneratore sibi traditum, ante diem patrios inquirebat in annos:vt dicit Ouidi.quem refert glo.in l. fin.C.de pact.& plenè scribit glos. & Angel.in §. item si iustè.de exceptio. in institu. & hoc prius tentauit pessimus ille nebulo Macedo, qui vt solueret aes alienum patrem suum occidit:vt habetur in §.illud.institu.quod cum eo. vbi Theophilus,licet docto. dicant fuisse fæneratorem.sed melius conuenit, quod in odium per illius filij Macedonis,qui interfecerat patrem,fuerit introductum senatusconsultum Macedonianum, vt scripsi in l.1.ff.ad Macedo.

Idem in exceptione criminum.c.accedens. de accusa.Specul.eod.titul. §.docti. versicu. Vtrum autem &c.

502 Notandum est tamen, quod omnis exceptio,sui natura, fauorabilis dici potest, cum ipsius mater sit æquitas. l. qui æquitate. ff. de doli exceptio.institu.eodem in princ.& exceptionem opponi æquum dicit Iurisconsult. in l. si tamen. §.in ædilitiis.ff.de ædilit.edicto.Bartol.in l.1. ff.de vacat.munerum.Azo in summa huius tit. Bald. in Margar.in verb.exceptio.q.32.Panorm.in cap. cùm inter. col. eadem.& Felin. in rubrica ea. & Angel.in d.rubr.de exceptio.col.6.versic.Capiamus tertium.vide glo. sing. in l.Venia. C. de in ius vocand.& Card.in rubric.huius tituli.ac Barba. in tracta. de præstantia Cardinal. in 1. q. primæ partis.nume. 73.col.vlt.sed quatenus respicit actorem, non dicitur fauorabilis : quia excludit actionem & intentionẽ ipsius:sed ratione rei sic.

503 Aliæ inductæ sunt ad rigorem iuris seruandum:vt rei iudicatę exceptio.toto titul.ff. de exceptio.rei iudica.& c.fi.de except.in 6.Petr. de

Ferra.in sua pract.in forma respon. rei conuenti in verb.reique iudicatæ.& Vbert. de Bonacurso. in pract.sua rubr.de perempto.exceptio.in verb. rei iudicatæ.& ibi in additio.ad eum.

504 Notandum est, quòd res iudicata dicitur, quę finem controuersiarum pronunciatione iudicis accepit:quod vel condemnatione,vel absolutione contingit l.1. ff. de re iud. & pro veritate habetur.l.ingenuum.ff.de stat.homi.& l.res iudicata.de reg.iur.ita facit filium alicuius, licet non sit.l.1.in fine. cum duabus legibus seq.ff.de liber. cognoscend.& facit hæredem,qui non est. & de non ente,ens.gloss. singula. in l.si non sortem.§. Hæredi.ff.de condict.indebi.vbi cumulaui alia.

Quæro,cui detur hæc exceptio? Resp. victori, si super ea re ab eodem qui succubuit conueniatur.l.3.& per totum.ff.eod.

Quare hæc exceptio rei iudicatæ inuenta sit? Respon. vt singulę controuersiæ, singulis actionibus finiantur.& vt sit litium finis.tex.in l.singulis.ff.eod.de except.rei iud.vbi Soci.hoc notat.

505 Quatuor in hac exceptione rei iudicatæ requiruntur antequam competat. Primò, quòd sit eadem res,& quæstio.l.1.ff.eo. de eadem enim re agere videtur,qui rem ipsam,in qua succubuit persequitur. l. de eadem. in fin. & l.cum de hoc, ibidem.eadem enim res accipitur,& si pars petatur eius, quod totum petitum est.l. si quis cum totum. ibidem vbi totiens eandem rem agi dicit,quotiens apud iudicem posteriorem, id quæritur quod apud priorem quæsitum est.& generaliter,exceptio hæc rei iudicatæ obstat,quotiens inter easdem personas eadem quęstio reuocatur ibid.§.& generaliter.

Intellige siue res sit corporalis,siue incorporalis.l.si mater.§.si quis iter. & l. quantitas. ff. eod. Paul.in l.cum quæritur.ibid. si autem vna causa penderet ab alia,& vna res ab altera:tunc sententia lata super vna re pareret exceptionem super alia re dependente, quanuis hæc tria copulatiuè non interuenirent, tradita in d. l. cum quæritur. cum legibus sequen.aliàs secus.probat l.fundum. cum l.seq.& ibi Soci.col.2. scribit.ff.eod. allegat l.qui Romæ. §.duo fratres ff. de verb. obligatio. secundum vnum intellectum.

506 Secundò,quòd sit eadem causa petendi.& eadem causa dicitur iuris interpretatione etiam illa,quæ pendet ab alia,simul cum illa,à qua pendet:licet concurrat in veritate causarum diuersitas.Soci.in l.de eadem.in fin.ff.eod.ideo,quando quis petiit tanquam hæres, & victus fuit:si petat, quia emit,& sic ex alia causa, non poterit opponi exceptio rei iudicatæ.l. si mater.§. eandem. & per totam legem.ff.eo.Ioan.de Ana.consi.9.visa. & Anto.Butri.cons.36.quidam.vide tex.in l.si ex testamento.cum l.seq.ff.eod.

507 Tertiò requiritur, quòd sit iudicatum inter easdem personas.l. Iulianus. ff. eod. rei enim iudicatæ exceptio videtur continere omnes personas, quæ rem in iudicio deducere solent. l. rei iudicatæ.ff.eod. Ideo sententia lata contra tutorem,nocet pupillo, & lata contra procuratorem domino.quia videtur eadem persona fictè, teste Soci.in d.l.rei iudicatæ. sed ego putarem etiam verè dici eandem personam: quia prædictæ personæ nomine alieno prosequuntur: & sententia, etiam in tutorem, nomine tutorio lata, videtur quod verè dicatur lata etiam contra pupillum & dominum.l.si mater.§.hoc iure.ibid. & sententia lata contra vnum nocet hæredibus.glo.in l.& an eadem.ff.eod.Dec.consil.445.in casu. nume.29. l.si cum vno.& l.exceptio.ff.eod.sententia tamen lata contra vnum hæredem, non obstat alteri. l. iudicatæ.ff.eod.& lata contra vnum, non obstat si alio nomine agat.l.si is qui.§. fin .ff.eod. & iurisconf.Paulus notat.& qui alio iure venit,quàm eo,quod amisit,non noceret id quod perdidit.l.si filius,qui.in princ.ff.de bonis liberto.

508 Quartò requiritur quòd fuerit lata à iudice competente.cap.seculares.de foro competenti in 6.cap.fin.vbi Perus.de exceptio.ibid.Alex.in l. sæpe.ff.de re iud.& l.qui Romæ. de verbo. obligatio. quia sententia lata à iudice incompetente est nulla.l.1. & per totum.C. si à non competen. iud. iudicatum fuerit.& sententia nulla non potest producere exceptionem rei iudicatæ. l. vna. C.de latina libert.tollenda.

509 Quintò requiritur quòd ante annum exequatur.nam post annum si quis velit rem iudicatam,etiam arestum exequi,non exequetur parte opponente:sed oportet quòd audiatur denuo summariè, eo quod pendente illo anno potuit pars possessionem acquisiuisse.c.si autem.& cap. plerumque.de rescript.

Imò,si aliquis intra triginta annos non petat executionem rei iudicatæ, postea non poterit eam petere.testib.Innoc.& Bald.in c.fin. de exceptionib.& Fel.in c.inter monasterium.col.16.nu. 36.de re iudic.

510 Quæritur, quomodo concludatur in hac exceptione? tex.in c.sicut.vbi Panor. & alij de re iudic.tradit sic esse concludendum,Non teneor, cum aliàs super hoc fuerim absolutus.

In hoc tamen regno solemus concludere ad fines non recipiendi,vt actor petens tales res non recipiatur ad petendum: vt infra dicam in exceptionibus litis finitæ.

Item, quando aliquod ius est deductum per exceptionē, & super illo succubuit Titius, si iterum illud ius deducatur per actionem, obstabit rei iudicatę exceptio.l.duobus.ff.eod. Panormit. consil.50.in 1.vol.Barto.in l.1.C.de ord.iudicior. Bald.consil.187.super quæstione.col. 2. volum.1. vbi dicit,quòd per exceptionem petierat sibi perpetuum silentium imponi iterum agendo. & sic duplicitatis ratione repellitur.

511 Etiam obstabit exceptio rei iudicatæ,si alia actione agatur:vt pote, rei vendicatione sunt petitæ aliquæ res hæreditariæ,in quibus petens succubuit.si postea totam hæreditatem petat, obstabit rei iudicatæ exceptio.Soc.in l.si quis cùm totum.in fi. ibi, quæ identitatem actionis non considerat.& l.Iulianus.ff.eod.quia de eadem re agere videtur, & qui non eadem actione agit, qua ab initio agebat,l. de eadem ibidem. Idem est si fuerit absolutus super toto, si pars petatur. obstabit enim hæc exceptio. l. si quis cùm totum. ff.eodem.

512 Item

512 Item exceptio rei indicatæ competens reo competit & fideiussori:quia res iudicata pro veritate habetur:sicut iuramentum.l.fi.§.fi.ff. de iureiurando.docto.in l.duobus.illo titul.Soci. in l. exceptiones,quæ personæ.colum. 3.eodem titul.

Competit hæc exceptio,etiam si per iniuriam iudicatum fuerit:quia non quæritur de hoc:sed an iudicatum fuerit.l.1.§.penult.ff. de liber. exhibend.quia appellare debebat is, qui fuerat condemnatus.

513 Limitetis non procedere, quando cessaret causa sententiæ.tunc enim quamuis sit idem corpus,eadem causa petendi, & eædem personæ:tamen exceptio rei iudicatæ non competit. per text.not.in cap.aduersario. de exceptio. vbi licet reus fuerit absolutus,quia non possidebat: si tamen postea inceperit possidere, poterit denuo conueniri:nec poterit obiici exceptio rei iudicatæ:quia cessat causa absolutionis,quod non possidebat, & nunc possidet: ergo conuenietur, & condemnabitur.tex.not.in l.si à te.ff.de exceptio. rei iud.vbi in 2.not.scribit Soc.iudicem in actione reali,vel mixta,quando reum absoluit,debere causam adiicere,quia non possidet: ne aliàs absolutus videatur simpliciter: & sic actori posset postea afferre preiudicium.per l.si mater.in prin. ibidem. sicut quando absoluit ab obseruatione iudicij.l.properandum.§.1.C.de iudic.nam quando sententia potest producere plures effectus, tunc iudex debet causam exprimere ad hoc, vt non noceat:nisi quoad effectum,ad quem est lata.argum.l.2.§.ignominiæ.ff.de infa.l. Biblius. de pact. dotal. & si dubitetur ex qua causa lata est, debemus recurrere ad acta.l.si rem.& in l.si quis ad exhibendum.ff.de exceptio.rei iudic.aliàs regulariter causam exprimere non debet iudex.gl. & docto.in c.sicut.de re iudica.

514 Secundò, quando fertur sententia super exceptione,eo quòd nõ est probata:postea agenti non obstat rei iudicatæ exceptio.Bart.in l.fundum.ff.eodem & Soci.consil.94. in causa, col.3. quæstio.2. volum.3.& in dubio lata præsumitur: quia non probatum.Bart.in l.Iulianus.ff.de condict.indeb.Feli. & alij in d.c.aduersario.de exceptio.quod Angel.dicit esse notandum.in rub.institu.eod.q.5.in fi.versic.vnum tamen.per l.si res obligata.in fi.ff.de legat.1.

515 Tertiò fallit per viam denunciationis euangelicæ.Panorm.& alij in c.nouit.de iudiciis.

516 Quartò fallit, quando verteretur periculum animæ per partes non remissibile:vt in sententia lata contra matrimonium, quæ propter periculum animæ non transit in rem iudicatam:nec postea rei iudicatæ obstat exceptio. cap. Lator.& cap.Tenor.de re iud.secus si pro matrimonio. quia vitium sententiæ est per partes remissibile.hoc probat Panor.in consil.60.in causa.col.2.volum.2. quia matrimonium per subsequentem consensum creatur.

517 Quintò non obstat exceptio rei iudicatæ extra prosecuta, licet petitio fuerit generalis, & sententia:sed prosecutio fuit specialis.l.de rebus. ff.de arbitr.glo.in l.si mater.§.eadem.ff.eod.Bart. in l.& an eandem.§.1.ibidem.Panorm. in d. cap. penult.in fi.de exceptio.gloss.& docto.in l. Age cum Geminiano.C. de transact. & in l. licet. de iudiciis.

518 Sextò, si per rescriptum principis ex causa fuisset sublata exceptio,adiecta clausula,non obstante tali sententia transacta in rem iudicatam, aliter rescriptum non valeret.l.fi.C.senten.rescindi non posse.Alexan.consil.94.in causa.col.1.in 2.vol.alibi dico.

519 Septimò, si ex falsis instrumentis iudicatum fuerit,executio iudicati suspendi solet.l. fin. C.si ex falsis instru.

520 Octauò si ageretur contra iudicem, quod iniquè & per sortes condemnauerit partem:tunc non obstat rei iudicatæ exceptio:vt instit.de obligatio. quæ ex quasi.delict. nascuntur.in princip. quia aliæ sunt personæ inter quas nũc agit pars: & alia est res,vt docet Panor.in c.ad hæc.1.in fi. de appellatio.

521 Euidenter enim iniquissimum est proficere rei iudicatæ exceptionem ei, contra quem iudicatum est.l.euidenter.ff.de exceptio.rei iud.l. si à te.§.1.ibidem intellige principaliter: sed inconsequentiam potest prodesse:vt pote, si remoueatur tutor ab administratione,proderit ei illa sententia,vt non teneatur de periculo administrationis rerum.l.Decreto.ff.de suspect. tutorib. Paul. in d.l.euidenter. & sic poterit ex prima actione agere is,qui sententiam obtinuit:nec condemnatus poterit excipere de iudicato per illum. text. Ideo si victori sit vtile,aget prima actione: quod potest prodesse aliquando, vt scribit Petr. Iacob. in pract.sua.rubric. de actio.in fact. ex re iudica. versic.sed si prima sententia. vide Boer. quæstio. 43.in decisio. Burdegal. nam si nominatus succumbat in vno beneficio, non computabitur ei in summa ducentorum ducatorum auri de camera.de quo in §.volumus.de colla.in cõcorda.

522 Idem in exceptione litis pendentis. l. Iulianus.ff.de condict. indeb. & l. qui exceptionem. ibid.Angel.in §.item si in iudic.eo.tit. in institu. & illa quatuor quę concurrere debent in sententia, debent etiam in litis exceptione pendentis interuenire.Philipp.Perus.in d.c.fi.eo.titul. Soci. consil.94.in causa.3.vol.

523 Vnde lis pendere dicitur multis modis. Primò per libelli oblationem.l. 2.& 3. C. vt lite pendente.

Secundò, per appellationem. ff. nihil nouar. appella.pendent.docto.in c.dilectæ.de exceptio.

Tertiò, per relationem, seu consultationem superiori factam.l.ex illo tempore.& per totum. C.de appella.& in l.vna C.de relationib.

Quartò,per iudicis recusationem. c. secundò requiris. C.c.cum speciali. de appella.l. apertissimi.C.de iudiciis.

Quintò,per postulationem in integrum restitionis.l.vna.C.in integr.restitu.postulata,ne quid noui fiat.& Petr. de Ferra. in sua pract.in forma respons. rei conuenti.in verb. exceptionem litis pendentis.Alex.consi.105.magnifice.in 3.vol.nu. 22.& consi.132.in causa.eod.vol. & Soc.consi.38. pro decisione.vol 1.Fel.in c.exceptionem.nu.41. eodem titul.

524 Intel

524 Intellige exceptionem hanc litis pendentiæ, posse opponi, quando pendet coram iudice competente; aliàs non. per text. in cle. vlt. vt lite penden. Peruſ. in d. c. fin. & debet opponi ante litem conteſtatam ſuper ſecundo libello, aliàs opponi non poterit. quia reus litem conteſtando cogitur omnino procedere in cauſa, & eã proſequi. anthen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. Bald. in l. peremptorias. in fin. C. ſenten. reſcind. non poſſe. Soci. in l. generaliter. ff. eod.

525 Moroſus non poteſt litis pendentiam allegare. Alex. in l. de die. §. Tutor. ff. qui ſatiſd. cogantur. De exceptione compromiſsi pendentis vide per Alex. conſil. 71. videretur. in 5. vol.

526 Sunt & aliæ inductæ propter naturalem æquitatem, vt exceptio doli. rubr. de doli exceptio. & Alex. in l. ſi quis cum aliter. de verborum obligatio. glo. in l. qui ſe debere. de condict. cauſa data.

527 Aduertendum eſt tamen, quòd hæc exceptio de dolo plebeio, ſeu humili non datur contra conſtitutum in dignitate. per tex. in l. non debet. ff. de dolo. qui eſt ſing. ſecundum Areti. in §. 1. colum. 12. Inſtitu. eod. ſecus dicentem in exceptione metus. vide Cæpol. cautel. 107. & 161. & Petr. de Ferra. in ſua pract. in forma. reſpon. rei conuenti. in verb. doli exceptio. Vbert de Bonacurſo. in practic. rubr. de perempto. exceptio. in verb. perempto. & ibi in additio. ad eum. l. non diſtinguemus. §. cùm quidam. ibi, per hanc igitur exceptionem, quædam appellandi ſpecies eſt. ff. de arbitr.

528 Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, erroris, & ignorantiæ. l. 1. & per totum. C. de non nume. pecu. Et de exceptione erroris. clem. vna. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. Angel. in §. appellantur. col. 18. eo. tit. in inſtitu. vide Felin. in c. ſi cautio. de fide inſtrumento.

529 Et iſta exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt etiam poſt biennium opponi ab eccleſiaſticis perſonis. I nò prelatus eccleſię huic renuncians non præiudicat eccleſiæ, teſte Ioann. Andr. in c. fi. de ſolutio. Bald. in auth. hoc ius. C. de ſacroſ. eccle. Nico. Milius in verb. exceptio non numeratæ pecuniæ. Iaſ. in l. cum quis. C. de iuris & facti ignor. Angel. conſilio 245. columna tertia. in 2. quæſt.

530 Imò fortius dicit Angel. conſil 156. videtur. quòd ſi exceptio non numeratæ pecuniæ obiicitur contra illum, qui dicit ſe numeraſſe pecuniam, perpetuò competet hæc exceptio de dolo: & poteſt opponi, quia ei opponitur de dolo ſuo, in quo verſatur cùm ſcire debeat pecuniam non numeraſſe, ex quo de ſua numeratione agitur, de qua non poteſt ignorantiam prætendere. l. fin. ff. pro ſuo. licet ſecus eſſet ſi opponeretur contra alium: vt pote, ſucceſſorem, qui non numerauit, & hoc etiam ex benignitate canonica procedit, ſecundum eundem Angel. ibidem.

Idẽ dic in exceptione rei litigioſæ, tranſactionis, pietatis, vel malitiæ. Hoſtien. in ſumma huius titul. §. quæ ſit. verſic. vlt. Formam opponendi ſcribit Specul. in eo. tit. §. viſo. verſic. ſuper exceptione.

531 Septima diuiſio exceptionum. Quædam ſunt diuerſæ, alternatiuæ, & contrariæ. diuerſæ ſunt, quando multa remedia propono, & diuerſa ſimul. vt ſi petas à me domum, excipiam quòd feciſti mihi pactum de non petendo, ac res iudicata eſt, & tranſacta: nec hoc facere quis prohibetur. per text. in l. contra maiores. C. de inoffic. teſta. Bald. & Salicet. in l. ſi quidem. C. eod. & in l. peremptorias. C. ſentent. reſcind. non poſſe.

532 De conſuetudine tamen defenſio non poteſt in plures partes diuidi: & potiſsimẽ quando ad vnum finem tendit. per l. iam tamen. §. penult. ff. iudica. ſolui. Ideo ſi reus habebat plura remedia, aut plures exceptiones ad vnum finem tendentes, illas ſimul proponere tenetur, aliàs non eſt audiendus ad aliquid de nouo proponendum. teſte Maſuer. in practic. ſua rub. de exceptio. verſic. de conſuetudine. & ſeq. idem in parlamento ſeruatur: vt eſt in ſtilo parlamenti. eo. tit. §. fin. niſi in caſibus deſcriptis per Aufre. in d. ſtilo parla. §. fin. & vide Ioa. de Selua in tracta. de benefic. in 3. parte. q. 19.

533 Alternatiuæ ſunt per quas reus alternatim excipit, & opponit: vt ſi agas contra me, dico te excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut interdictum, vel furem, ſeu homicidam, & hæc regulariter non admittuntur. quia alternatiua parit obſcuritatem. c. vt quis duas. de elect. in 6. Fallit in tribus caſibus relatis per Felin. in c. Tertio loco. de probatio. col. 3. Ioan. Andr. & alios in regul. in alternatiuis. de reg. iur. in 6.

534 Quot ſunt ſpecies alternatiuarum tradit text. & ibi Bart. & alij. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco. Ioan. Fabr. in §. huic autem. inſtitu. de actio. Chaſſa. in conſuetud. Burgund. in rubr. *des mains mortes*. §. 21. in glo. fi.

535 Contrariæ dicuntur, quæ contraria continent: vt ſi à me petas decem, quæ nego me habuiſſe, & ſoluiſſe. Vel ſi reus accuſetur de homicidio: & neget ſe occidiſſe, & feciſſe ad ſuam defenſionem, quod nõ eſt in hoc caſu prohibitum, teſte Ioan. Andr. in reg. nullus. de reg. iur. in 6. in Mercurial. & Bartol. in l. cum de indebito. ff. de probatio. & in authen. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. Alex. Iaſ. & alij. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obliga. Bart. in l. nemo. ff. eod.

Con-lariy

536 Aduertendum eſt, quod exceptiones contrarias poteſt quis conditionaliter opponere. vt, nego me habuiſſe: & ſi habuerim, ſolui. glo. in c. cum dilectus. de religio. domib. Panor. & Fel. in c. paſtoralis. nu. 14. eo. titul. idem Panor. & alij in c. auditis. de præſcript. Bal. in l. ſi quidem. C. eod.

537 Specu. verò in eod. titul. §. viſo. verſic. quid ſi debitor. docet nos alia via excipere poſſe. videlicet per verbum, dubito. & hoc poſſet procedere in hærede, qui iuſtam cauſam dubitandi habere poteſt. per l. qui in alterius. ff. de regul. iur. ſed is cum quo contractus factus eſt, cogeretur pertinenter reſpondere, non per verba dubitatiua: cum notus eſſe debeat de ſuo facto. l. fin. ff. pro ſuo. & pro hoc allegat tex. in l. ſi debitor. ibi, neget, aut dubitet. ff. de petitio. hæred. facit l. iuſiurandum & ad pecunias. ibi, putet deceſsiſſe. ff. de iureiurando, cum ſimilibus.

538 Et quando sit licitum vide per Dec.tradentem tres conclusiones in cap.pastoralis. de exceptio.Soci.in d.l.nemo.ff.eod.Vbert. in sua pract. rubr.quib.mod.suo nom.ciuiliter agentes &c. §. similiter. Bald.in l. 1. C. de furtis.Præpos. & Perus.in cap. dilecto.de appella. Petr. de Ferrar. in sua practica.in forma respon.rei cōuenti.in verb. contrarietatem.Flor. in l. cùm de indebito. ff. de probatio.Areti.consil.96.Aufrer. in decisi. Tholos.quæst.21.

539 Octaua diuisio.exceptiones quædam sunt ciuiles,quædam prætoriæ,vt in §.alioquin. institu.eodem.instar actionū,de quibus in §. sed istæ. institu.de actionib.

540 Ciuiles seu legales sunt, quæ à lege introductæ sunt:vt exceptio suspitionis.l. apertissimi. C.de iudic.Barba. in rubr. huius tituli, in clem.

Nec obstat text.in cap. quod suspecti in fin.3. quæst.5.& cap.Secundò requiris.de appella. quæ dicunt recusationem à iure naturali scaturire: quia ibi dicitur,quodammodo, & sic impropriè.

Item c.Secundò requiris.non loquitur de iure naturali communi omnibus animalibus : sed de ratione naturali. nam quamuis causa iudici suspecto committatur:tamen recusatione remota, poterit bene iudicare,& sic non grauabitur pars: & si grauetur,poterit appellare.Barba.& alij in c. ex parte.2.de offic.delegati.

Vel potest poni,si quis agat ex instrumento,& in eo non sit scriptus annus,vel dies, vel alia requisita de iure ciuili tradita in l.generali per glo. ibi.C.de tabula.lib.10.Ideo iste poterit contra instrumentum excipere:vt in authen. vt præpona. nomen impera.colla.5.& in l.1.ff.de edendo.

541 Prætoriæ, quæ à prætore inductæ sunt : vt doli exceptio,metus:vt in rubr. ff. de doli mali, metúsve exceptione.

542 Nona diuisio.quædam sunt directæ , aliæ vtiles.in actionibus probat tex.in l.penult. in fin. ibi,vtiles actiones necessariȩ non erunt , cùm & directæ competant.C.de senten.passis & restitut.

543 Directæ sunt, quando verba & mens legis conueniunt,vt si petebam totum fundum,& fuit iudicatum contra me : si iterum petam partem, obstat mihi rei iudicatæ exceptio directa.nam si super toto iudicatum est , & super parte. l.si quis cùm totum. §. & generaliter. & per totum. ff. de exceptio.rei iudica.

544 Idem si petebam generaliter rationem administratȩ tutelæ,& transegimus, vel fuisti absolutus:si petam iterum , obstabit mihi directa exceptio.l.sub prætextu.C.de transactio.glo. in l. si quis id quod.ff.de iurisd. omni.iudic. l. si iudex. de minorib.

545 Vtilis dicitur, quando nec verba, nec mens conueniunt:sed extenditur ex mente legis. vel quando verba nihil dicunt:sed mens hoc habet.l.licet.C.de iudic.Vel quia subest eadem ratio. Cæpol.in tracta. de seruiturib. vrba. prædio. cap.81.vide glo.in l.curatoris.C.de nego. gest. & l.actionis verbo.ff.de actio.& oblig.doct.in rubr. de rei vendica.& Fel.in c.aduersario.eod.tit.

546 Decima diuisio. quædam sunt modificatoriæ condemnationis, aliæ executionis.Condemnationis modificatoriæ sunt,quȩ cōdemnationem molliunt , & moderant : vt si contra patrem agatur ratione obligationis filij : excipere poterit,vt condemnetur quatenus est in peculio & hæc exceptio modificabit condemnationem futuram.l.pen.vbi Bart.ff.quod cum eo.& Bar.in l.si dubitet.§.fi.de fideiussorib.& in l.fin.C. quod cum eo.Fab.de Plat.Angel.& Iaso.in §.actiones. institu.de actio,vide Boer. decis. 43. super cuiusquidem Aresto &c.

547 Item, quando filius est emancipatus. non enim tenetur de debitis ante emancipationem: nisi in quantum facere potest.per text. in l.2. ff. quod cum eo.l.si ex alio.C.illo titul.Cæpol. cautel.14.Iaso. in l.qui iurasse.§.1.ff.de iureiurando. Idem in tributoria.l.1.& per totum.ff. de tributo. actio.& §.introduxit.institu.cum eo.Idem in exceptione de in rem verso.§.præterea.instit. quod cum eo.l.1.& per totum.ff.de in rem verso.

548 Et istæ tempore peremptoriarum opponi possunt. quia quatenus minuunt , eatenus perimunt. Bald. in l. exceptionem. C. de probatio. Vbert.in rubr. de impedimen.executio. per totum.& ibi in additio.

549 Modificatoriæ executionis sunt,quæ executionem moderant,& leniunt:vt pote, si socius omnium bonorum contra alium socium agat: & is sit condemnatus , in quem fit executio : is poterit opponere exceptionem , ne ab eo exigatur vltra quàm facere possit.l.Maritum. cum legib.seq.ff.soluto matr.l.sunt.cum legib.seq. ff. de re iud.Bertrand.consil.15.in 1.vol.

550 Idem in exceptione inuentarij confecti.l. fi.C.de iure deliberand.& §.hinc nobis. in authe. de hæredib.& falcid. collat.1. Et an sit dilatoria, vel peremptoria exceptio, scribit Baldus.in cap. pastoralis.col.2.de exceptio.& addi. ad Panorm. col.4.ibidem.& Fel.in cap. exceptionem. nume. 44. ibidem. dic quod postquam respiciunt moderationem executionis,semper opponi possunt. teste Bart.in l.1.C.de iur. & facti ignorantia.hoc nūcupatim scribit Dec. in c.reprehensibilis.col. pen.vers.quartò, dū Abbas &c. de appellationib.

551 Idem in exceptione pretij non soluti:vt in executione opponi possit.l. fundus.ff. de rescinden.vendi. Bald. consil. 513. in 5. volum. Specul. eod.titul.§.dicto.versic.sed pone.& in tit.de executio.senten.§.fi. refert Nicol.de Miliis.in reperto.in verb.emptor. Purpura.in l.2.§.fi.num.25.ff. si cert.petatur.Cotta in 2.parte memoral.in verb. exceptio.Vbert.de Bonacurso in rub. de impedi. executio.per totum.ratio est,quia dolo facit emptor,post sententiam non soluendo pretium : sicut antè. ergo exceptio opponi poterit etiā post sententiam,quasi ex nouo dolo.l.pater.§.ex quadrante.ff.de doli exceptio. Item pretium est pars contractus:& contractus non debet diuidi , quia totum vnum est instructum, secundum Bald. in l.peremptorias.C.senten.rescindi nō posse. quin imo iudex ex officio poterit emptori agenti.prȩcipere,vt soluat pretium.Bal. in l.si pater.in fi. C. de actio. empt. quia est quid connexum actioni.

552 Idem in exceptione rei non traditæ.Fel. in c.suborta.de re iudic.& c.cùm Ioā.de fide instru.

Idem

Idem in exceptione compensationis. doct. in c.cum inter.de excep.Fel.plenè in c.suborta.col. 2.de re iudic.Franciscus Marc.q.146.in 2.parte.

553 Idem in exceptione solutionis, saltem per in integrum restitutionem.Spec.in tit.de execut. senten.§.fi. vers.illud autem.& ibi Io. Andr.Imol. in c.exceptionē.col.3.de excep. Io. Gall. q.106.in quæstu. per aresta. vbi in oppositione dicit posse deduci exceptionē pretij soluti,etiā contra arestū.

554 Idem in exceptione reddendarū actionum: vt etiam post sententiam opponi possit.l. si fideiussores.ff.de fideiussoribus. gl.in l.si non ex propria.C.de contra.iudic.tutelæ.vide Bald.in l.1.C. de iuris.& facti ignoran.& in Specul.princip.folio 191.in meo volum.

555 Idem in exceptione expensarum : vtpote,si aliquas fecerit.Spec.in titul.eo.de excep. §.dicto. vers.sed pone.refert & sequitur Collecta. in cap. decætero.col.1.de re iudi. vide alias exceptiones. per Imo.in c.quod ad consultationē. de re iudic.

556 Item in causa executionis testamenti, potest legis falcidiæ beneficium opponi.l.fin. C. de reb.credit.

557 Item si clericus fuerit à laico condemnatus:& postea in executione exceptionem opponat suæ tonsuræ, & quod non debet exequi in mobilibus, illa exceptio admitti debet. c. seculares.de foro compet.in 6. & quia iudex laicus hāc exceptionem non admisisset, rectè appellatum iudicauit Senatus anno 1526.die 14.Iunij.

558 Item omnis exceptio, quæ non venit ad infringendam, vel impugnandam sententiā, potest post sententiā opponi, secus quando per exceptionem venitur contra sententiā.Ista est Bart. sententia.in l.Nesennius.§.fi.ff.de re iudic.Aufre. in decisio. Tholos.q.321.& vide Bar.in l.2.ff.eod. & in Spec.principum.fol.188.& seq.& Ripam in l.2.col.2.ff. de re iudic.vbi describit exceptiones, quæ post sententiam opponuntur. vide Boer. q. 45.& 48.ac 53.in decis.Burdegal.

559 Et quia prædictæ exceptiones executionē modificant,& executionem respiciunt,ideo post sententiam & in executione opponi possunt.Bar. & alij in l.3.ff. eod. & executor de his cognoscit. Aufrer.in decis.Tho.q.344. Alex. & Ias.in l.Qui Romæ.§.fi.ff.de verbo.oblig.& Alex.consi.95.in 4.vol. Vbert.de Bonacurso. in rubr.de exceptio. & benef.quæ post diffi. seu oppo.Salicet.in l.exceptionem.nu.24.C.de probatio.Vital.de Camba.in tracta.clausularum.in clausula, nulla exceptionē obstante.folio 11.Rauen.in alphab.in verbo,quis potest.Chassa.in consuetud.Burgund.in rub. *des successions*. §.13.glo.1.

560 Quæro de quibus exceptionibus possit executor cognoscere? Respond. de his, quæ post sententiam opponuntur:si nō tangant negotium principale,sed tantùm executionē,& non sit executor meri facti.l.penu.ff.de confess.c.pastoralis. vbi glo.in §.quia verò.de offic.deleg.c.de cætero. de re iudic. Ideò non potest executor meri facti de aliquibus exceptionibus cognoscere. l. si vt proponis.& l.executorem.C.de executio.rei iud. Alius executor poterit cognoscere de prædictis, quæ in executione vertuntur:vt in l.à Diuo Pio. §.si super.ff.de iudic.Secus si quis diceret sententiam nullam : vtpote dolo partis latam, vel per falsa instrumenta:aut iniquam. Bart. in l.à Diuo Pio.ff.de re iud. Aufrer.in decis. Tholos. q. 344. Guido Papæ.q.574. Boer.q. 43. super cuius quidem aresti executione &c.

561 Vndecima diuisio.Quædam sunt incidentes, aliæ emergentes. incidentes sunt, quæ ante processum originem habuerunt:vt exceptio pacti, iurisiurandi, & aliæ ante motum processum competentes glo.& docto.in c.1.de ordin.cognitio. An si exceptio ecclesiastica coram seculari incidat, possit ipse iudex cognoscere, latè scribit Fel.in c.cum sit generale.de foro compet.

562 Emergentes sunt, quæ in ipso negotio, id est in ipsa lite, de nouo oriuntur. vt si producas testes, excipio esse tuos consanguineos. ob id repellendos,vel peto dilationem,excipis non dandam. istud de nouo in lite emergit : & sic emergens dicitur.Bald.& alij in l.1.C.de ord.iudicior. glo.& doct.in l.quod iussit.vbi scripsi.ff.de re iudic.Pan.in c.2.de ord.cognitio.Imol.in cle.sæpe. nu.22.de verb.sig.Bart. in extrauag.ad reprimendam.&c.in verb.summariè. Bal. in l.præscriptione.col.9. C. si contra ius vel vtilit. publ. Petr. de Ferrar. in sua forma excipiendi contra positiones.in verb.petens. Fel.in c.suborta.de re iudica. Hodie practici omnia, quæ incidunt, vel emergunt vocant incidentia, seu incidens, & nullam rationem habent emergentium.

563 Duodecima diuisio.Quædam exceptiones sunt ordinis:quędam verò prępostera tionis,ponderatur Bal.in l.cum eorum.C. de sentent. & interlocu.om.iud.

564 Exceptio ordinis est, quæ ad ordinis obseruationem tendit. vt si pro aliquo fideiussi, & conueniat ante principalem debitorem : potero excipere, vt prius debitor excutiatur.authen.præsente.C.de fideiussor. & §. sed neque.eod.titul.in authent.colum. 1. Et potest opponi,licet iurauerim soluere.Aufrer.in decis.Tholos.quæst.139.

Valebit tamen processus si non fuerit opposita Aufre.vbi supra.quæst 81.Et dicitur anomala. per gloss.in l.3.ff.eod.& Cyn. in dict.authen.pręsente.& in l.exceptionem.vbi etiam Bald. C. de probationib. Angel. in l. si mancipium. §.1. ff.de euictio. Guido Papæ in suis decisio.quæst. 570. vbi dicit opponi debere ante litem contestatam. Alexand.consil.114.in 6.volum.& consilio 29.in 7. vol. Nec in causa appellationis admittetur si in prima instantia fuit omissa. Alexan. consil.34. in 4.vol. Item potest opponi,quod is,qui recepit pecuniam prius conueniatur, quando duo sunt obligati.Barba.pulchrè in consil. 43. sempiterna. col.4.& seq.in 2.vol.

565 Alia exceptio præposterationis est duplex. vna est vnius causæ ad aliam, inter easdem personas. vt quando ageretur prius rei vendicatione,quàm cōmuni diuidundo. de quo in l.1.ff.cōmuni diuidundo. Vel si quis opponat peremptorias,postea dilatorias opponere præposterum erit : nisi peremptorias in vim dilatoriæ opponeret, vt superius elucidaui. Itē si quis agat actione familiæ herciscundæ:excipere possum illum non

esse hæredem: & sic præpostere agere.cum petitionem hæreditatis primò mouere debuerat, & postea familię hercíscundę.vt in l.2.C.communi diuidundo l.si mācipium.§.1.ff.de euictio.l.1. vbi Floria.ff. famil.hercisc.l.præposteri. C. de testam. Bart.in rubr.C.de hæred.actio.Bal.in sua disput. incipien.accusatus.col.4.versic.6. sic & in l.exceptionem.C.de probatio.Alexand.consil.46.in 6. vol.Felin.in c.cum dilecta. versic.demum ad ornatum.de rescript.text.in §. si quis ita.Institu. de inutilib.stipula.Archid.in cap.qualiter.1.colum.3. de accusationib.

566 Altera est exceptio prępostcrationis,de vna persona ad aliam: vt prius conueniatur debitor, quàm possessor bonorū. authen. hoc si debitor. C.de pign.Curtius in l.bona fides.col.2.ff.deposi.

567 Decimatertia diuisio. Exceptionum quædam sunt rationabiles & legitimæ:alię irrationabiles & frustratoriæ,seu friuolæ. Rationabiles & legitimæ sunt, quæ à ratione vel lege fundatæ & approbatę sunt:vt exceptio suspitionis contra iudicem.cap.cum inter. de except. Et de hac exceptione legitima est tex.in c.nouit.in fi.de iudic.

Idem in aliis exceptionibus,quæ verè competunt. l. si alius.§.bellissimè. ff. quod vi aut clam. Bart.in extrauag.ad reprimendum. in verbo, saluariè.Card.Imol.& Georg.Nata.in clem.sæpe.in verbo,dilationes.de verbo.signific.

Item in dubiis statur arbitrio iudicis, an sint rationabiles.Barba.in c.ex parte.2.nu.16.de offic. delegat.per tex.in c.ea,quæ.& c.lator.& cap.cum super. de re iud. sicut de consuetudine dicitur in c.fi.de consuetud.

568 Irrationabiles & frustratoriæ sunt, quæ iudicium frustrantur & differunt verius, quàm veritatem concernant.vt si velim iudicem recusare eo,quod est te allocutus:vel quia est eodem panni colore indutus:vel tuus vicinus:vel opponitur excommunicatio contra reum contra c.cum inter.cum aliis multis.de exceptio. Nisi excommunicatus reus absolutionem obtinere potuisset,sed non curauit: tunc eam contemnere videtur. Ob id in iudicio etiam se defendere nón poterit: vt est singul.dictum Ioan.Calder.in cap.ab excommunicato.colum.13. in parua impressione. de rescript. refert Barbat.in rubr.de rescript.colum.7. nu.54.vide Panor.in cap.super hoc.col.4. nu.19. de renunciatio.

569 Et breuiter dici potest, quod omnis exceptio dicitur frustratoria & irrationabilis, quæ caussam non tangit, nec excludit: sed subterfugij causa proponitur,quam inutilem & superuacuam vocat text.in cap.in nostra. de procurato. Quamobrem rogo, ne aliquas friuolè proponas in animæ tuæ detrimentum. vt dicit Vbert. de Bonacurso. in sua practica. rubr. de recusatio.in princip.dicens, quod omnis exceptio, aut est vera & legitima:aut frustratoria,& friuola.quid dicatur frustratorium vide per glo.in l.merito.ff.de vi & vi armat.& in cle.sæpe.de verb.sign. Angel. in q.14.rubr.de except.in Instit.

570 Notandum est, quòd si pars calumniandi animo apponat exceptionem, iudex eam repellere potest.l.satis apertè.C.de fals.c.super hoc. de renunciat.glo.in c.super eo.de offic.deleg.Bal.in l.1. C. qui accusa. non possunt.Barba. in cap.1.in princip. in 2.vol. & vbi præsumit, quod calumniosè opponitur: oportet tamen quod illud faciat ex vehementi præsumptione, vt docet Iaso. consil.44.col.vlt.in 3.vol.

571 Decimaquarta diuisio est, quod exceptio quædam est generalis, quædā obscura,alia clara.

572 Generalis est quando generaliter proponitur, vt si dicatur quis inimicus, & non exprimatur inimicitiæ causa.secundum Bald.C.de testib. in l.si qui testibus.Idem si dicatur infamis,& non dicatur ex qua causa, prout fieri debet. per text. singularem in c. præsentium.§.testes.ibi, facta sigillatim specificatione.de testib.in 6.Bart.in l.3.§. lege Iulia. ff. de testib. & in l. 1. C. de testament. Marc.Anto.Bauer. in §.sed cum aliquis. col.2.de testam. Idem si exprimat sibi damnum datum: quia non debet audiri, nisi in specie exprimatur quomodo est sibi datum.glo.in l.cùm stichus.ff. de solutio. Felinus in cap. pastoralis. num. 13. de exceptionibus.

573 Et ista exceptio generalis non releuat parte opponente.l.fi.C.de annali exceptio.Bartol.& alij in l.1.ff. de condict. ob turpem causam. Bald. in l.edita.in repet.Perusina. C. de edendo.docto. in c.postulastis. eod.titu.docto.in cap.dudum.de decimis.text.in l.scire oportet.§.scire.ff. de excusat. tutor.Alexand.consil.181.num.2.in 6. volum. Angel. consilio 61.text. in l.quicquid.ff.communia prædiorum.glo.in clement.appellanti.de appellat.consilio 8.columna penult. in 1.volumine. Andr. Tiraquel.in 8.lege Connubial.folio 92.in meo volum.

574 Limita nisi excipiens generaliter,probaret suam exceptionem in specie,& sigillatam. Tunc esset audiendus in sua exceptione.l.1.§.si quis argentum.ff.deposi.Bauer.in d.§.sed cùm aliquis.

575 Et quid operetur illa clausula, quam practicantes ponūt in libello post aliquas exceptiones oppositas:dicentes, & generaliter oppono omnes exceptiones mihi competentes: vide per doct.in c.pastoralis.eo.tit.Bald. & alios in l.scire, §.sufficit.de excusa.tuto.Alex.& Ias.in l.Titiæ.ff. de lega.1.Feli.in c.sedes.col.2. versic.clausula generalis.de rescript.

576 Nec potest dici dispositio generalis, quæ non comprehendat totum genus:sed in vna specie verificatur sub genere comprehensa. l. si hæres. ff. de optio. legata. docto. in cap. ex parte 2. de offic.delegat.Barto.in l.si domino.ff. de legat. 1.Felinus in cap.pastoralis. §. finali. in princip.de rescriptis.

577 Obscura exceptio est,quæ intelligi non potest: sed obscuris verbis & ambagibus proponitur.l.ita fidei.ff.de iure fisci. & l.2.de his quæ pro non scriptis habent.l.aut qui aliter. §. si quis. ibi, obscurè.ff.quod vi aut clam Angel.in rubr.instit. eo.col.18.& seq.& col.23.

578 Vel aliquid dicitur obscurum, quod multipliciter intelligi potest. l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis. Alexand. consilio 238. in 6. volum.l. quoties in stipulationibus. ff. de verborum obligatio. si enim quis excipiat contra testes, quod

non

non sunt omni exceptione maiores, illa exceptio obscura dicetur, quia verb. sunt, denotat tempus præsens. l. cùm stipulamur. ff. de verb. obli. l. si quis ita. de auro & argent. legato. Nam poterat esse, quod tempore iuramenti testes erant omni exceptione maiores. quamobrem opus est expressione. Angel. in consil. 1. Alber. in tract. statuto. in 4. parte q. 71. Specula. in tit. de instrum. editio. §. videndum restat. versic. Item non exhibeas. Aufrer. in stilo Parlamenti. in 1. parte rubr. sequitur aduisamentum. §. penult. in additio. Alexan. consilio 15. in 5. vol.

579 Et hæc exceptio dubia seu obscura, quæ potest concludere, & non concludere, à iudice admitti debet, cum postea in processu possit declarari. gl. in c. ex insinuatione. de procura. Anto. de Butr. in cap. ex literis. de restitu. spol. Vbert. de Bonacurso in pract. sua rubr. quib. mod. suo nomine ciuiliter agen. §. & generaliter.

580 Poterit tamen iudex, quando dubitat, admittere, si & inquantum à iure admitti debent, vt pulchrè dicit gloss. in cap. cùm contingat. de offic. deleg. Roma. consil. 501. Præpo. in cap. sæpe. col. 4. de appella. Corset. in sing. incip. iudex &c.

581 Notandum est, quod si actor plenè probauerit intentionem suam, & reus per exceptionem & illius probationem eam reddiderit dubiam: tamen debet obtinere. per gloss. singul. in c[illegible]. vltim. de rescript. quam notant Panorm. & [illegible] in cap. in præsentia. de probatio. & Præpo[illegible] in cap. veniens. 2. de sponsalibus. Iason in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui operis nunciat. & notant docto. in l. quod te. ff. si certum petatur.

582 Certa & clara est exceptio, quando speciatim est opposita & planè, in qua tergiuersatio omnis cessare possit, & regulariter omnes sic debent esse. vt per docto. in d. l. Titiæ. ff. de lega. 1.

583 Decimaquinta diuisio. Quædam sunt præiudiciales: aliæ non. de quibus per Bar. & alios in l. 1. C. de ord. iudic. & in l. fundi. & l. fundum. cum l. generaliter. ff. eod. glo. in l. 1. §. 1. ff. de rei vendica. & l. per minorem. de iudic. Bald. in Margar. in verbo, exceptio. quæst. 57. & in d. l. exceptionem. Angel. in rubr. huius titul. in instit. col. 2. Præpos. in cap. super eo. col. 1. de appel. Aufrer. in decisio. Tholosa. q. 29. & sunt in multiplici differentia, teste Geminia. consi. 66. pro declaratione. col. 1. & consi. 95. præsupponitur.

584 Nota quod, quotiescunque aliquis vult admitti in aliquo iudicio pro suo interesse, debet saltem semiplenè probare sua interesse: & hic articulus præiudicialis est: & sic prius examinandus. teste Bart. in l. si quæramus. ff. de testa. & Feli. in c. cum super. in princ. de re iudic.

*De exceptione, ne fiat præiudicium hæreditatis petitioni.*

585 PRimò præmittendum est, quòd Iurisconsulti introduxerunt hanc exceptionem contra illum, qui volebat aliquam rem petere ab eo, qui agere volebat petitione hæreditatis, ne illi hæreditatis petitioni fieret præiudicium. Et hæc exceptio competebat ante futurum iudicium, & ante litem contestatam: postea autem non competebat. quia factum iam erat iudicium. Et hæ exceptiones comparatæ erant nomine futuri iudicij, non facti. l. si post. ff. eod. Nec lite contestata fiebat præiudiciũ petitioni hæreditatis, quia iam erat petita per litis contestationem. l. amplius. ff. rem ratam haberi. vbi quis dicitur petere per litem contestam. & sic loquitur l. fin. C. de petitio. hęredit. vbi sunt hęc verba, cùm hæreditatis petitioni locus fuerat, exceptio assumebatur, quę tuebatur hæreditatis petitionem, ne fieret ei præiudicium, magnitudo etenim, & authoritas cẽtumuiralis iudicij non patiebatur per alios tramites viam hæreditatis petionis infringi, &c. facit l. si quis libertatem. §. Diuus. ff. de petitio. hæredit. vbi dicit, quoniã esset hæreditatis nomine iudicium suscepturus, & paulò ante dũ dicit, & petiturum hæreditatem, &c. Nam maior causa erat petitio hæreditatis. ideo trahebat ad se minorem, id est rei vendica. vel aliud iudicium singulare. l. per minorem. ff. de iudic. & sic debet intellig. dict. l. si post. Quamuis docto. intelligant de iudicio facto: id est, per sententiam finito. quod non potest sustineri: tum quia non esset factum iudicium: sed per sententiam extinctum. & Iurisconsultus finitum dixisset, non factum. vt in d. l. si quis libertatem. Item non haberet dubium tex. sic intelligendo de iudicio finito. & lex debet esse de dubio. l. quod Labeo. ff. de carbon. edicto.

586 Item iudicium cœptum dicitur per litem contestatam. l. 1. C. de iudic. & id quod cœptum est, dicitur factum. l. & si non sint. §. infecti. ff. de auro & argento lega. ibi, Quid ergo si cœptum sit argentum fabricari, nondum tamen perfectum: vtrum facti, an infecti appellatione contineatur, dubitari potest: sed puto magis facti. facit l. stipulatio. §. opus. ff. de noui oper. nunciatio. Et in hoc iuris interpretes errauerunt, putantes non posse iudicium factum dici, nisi sit finitum. cùm aliud sit factum, aliud sit perfectum. per d. l. & si non sint. quod est notandum. licet quandoque factum dicatur quando est perfectum. l. fi. ff. de mortuo inferendo. vide quæ scripsi in l. rei. 1. §. opere. ff. de verb. sign.

587 Item probat hoc dicta l. si quis libertatem, quando vult liberale iudicium differri, donec iudicium inducatur. ergo postquam est inductum per contestationem, non competit hæc exceptio ratione disiunctiuę, & multo magis quando est finitum. Sed de hoc non dubitauit Imperator Traianus in dicta l. si quis libertatem. vbi Iurisconsultus refert verba Traiani, quæ tamen reprobat his verbis, ita demum autem sustinentur liberalia iudicia, si iam de inofficioso iudicium contestatum est. Cæterum si nõ contestetur, non expectantur liberalia iudicia, & ita Diuus Pius rescripsit. Huic igitur sententiæ subscribit item Vlpian. qui condidit d. l. si post. Nam expectare iudicium libertatis, vsque ad finem causæ, quæ aliquando durabit per triginta annos, & interim remaneret seruus, non habet iuris adminicula. Et ita debent intelligi nouiter prædictę leges, quamuis hactenus doct. aliter intellexerint.

588 Regula ergo ex prædictis erat, quod iudi-

cium singulare non poterit moueri ante petitionem hæreditatis. aliàs hæc exceptio competet. Fallit quando aliàs quis vendicaret rem sibi debitam, quam ex testamento: tunc posset consequi vel actione personali, aut reali. tex. in l. fin. C. de petio. hæredit. & tex. magis expressus in d. l. si quis libertatem. in fi. ibi, si se non ex testamento liberum esse dicit: sed aliàs. Nam in d. l. fi. potest quis agere ad rem legatam, quæ potest vendicari, cùm tres actiones pro ea dentur. l. 1. C. communia de lega. quamuis in hoc docto. contra teneant: sed loquuntur in tertio. & hæc limitatio procedit inter contendentes. Nam si agam, vel agere velim petitione hereditatis, & interim velim vnam rem vendicare: quia eam emeram à testatore, potero, non obstante exceptione hac. quia non fiebat præiudicium petitioni hæreditatis. cùm non sit de hæreditate, eo quòd aliena. Soci. in d. l. si post. col. 2. de exceptionib.

589 Secundò fallit, vbi tertius pendente iudicio petionis hereditatis moueret singulare iudicium contra petitorem, vel possessorem, tūc posset. per l. fin. C. de petit. hæred. glo. Bartol. & Paul. in d. l. si post. alioqui possent actor & reus colludere, & nunquam iudicium contestari, vel mouere, vt petitiones creditorum & præstationes legatorum cessarent: quod est absurdum. Ideo emanauit d. l. fin. quæ disponit creditores & legatarios posse agere siue ante motam petitionem hæreditatis, quod iure Digest. non erat declaratū: siue postea.

590 Tertiò etiam fallit, quando actio erat tempore peritura. l. hæreditas ex Trebel. in fin. ff. ad Trebel. l. si bonę fidei. & l. Diuus. ff. de petit. hęred. Bar. & alij in d. l. si post quamuis Soci. in d. l. dicat has leges non probare.

591 Quartò, in summariis. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. intelligendo tamen, vt scribit Bart. in l. ita tamen. §. quoties. eod. tit. Bart. & alij. in d. l. si post.

592 Quintò limitat Bart. in d. l. si post. quando lis super petione hæreditatis esset finita, quod non esset dubium: quia hæc exceptio, ne fiat præiudicium petitioni hæreditatis, tantum prohibebat fieri præiudicium petitioni, post petitionem ergo hæreditatis factam & cōtestatam, non erat prohibitio, ne præiudiciū fiat petitioni: quia iam petitio facta erat. Et in hoc omnes fuere decepti Doctores, qui voluerunt iudicium debere esse finitum antequam posset iudicium singulare intentari. cùm nec d. l. si post. velit, quod singulæ res possunt peti post litem contestatam super hæreditate: vt in prima pręfatione dixi rationem: sed vltra ibi dicta patet, quod post litem contestatam non opponebatur hæc exceptio. quia postquam petitio hereditatis erat introducta per contestationem, super ea prius iudicandum erat, quàm super singulis rebus. per l. qui prior appellat. ff. de iudic. ob id non fiebat præiudicium petitioni hereditatis. facit c. cùm dispendia. §. reus, de rescrip. in 6.

593 Sextò limitat Socin. in dict. l. si post. quando quis vellet mouere aliud iudicium vniuersale, quia tunc posset, nō obstante hac exceptione, quæ tantùm iudiciū singulare prohibet. d. l. fi. nisi in fisco. vt in l. apud Iulianum. ff. de iure fisci.

594 Septimò fallit, quādo hæc exceptio à parte non opponeretur. nam hoc iudicium non datur, nisi postulatum fuerit. l. 4. §. hoc autē iudicium. ff. de dam. infect. facit l. 1. §. apud Iulia. deposi.

595 Alia est exceptio præiudicialis, ratione præposterationis, vt si petam debitum antequam petam hæreditatem, præpostera petitio est. l. vt debitum. C. de hæred. actio. & de his superius dictum extitit.

596 Alia est ratione ordinis, vt prius causa criminalis, tractetur, quàm ciuilis, vt l. fin. C. de ord. iudic. & in rubr. C. quando ciuilis actio. præiudicet criminali.

597 Alia est ratione præiudicialitatis, dicit Bal. in l. fi. C. de petitio. hæred. vtpote, quando vnum crimen alteri tanquam grauius præiudicat. l. 1. C. qui accus. non poss.

598 Alia est ratione perplexitatis: vt si à te petā fundum, interim volo petere viam ad illum: non possum, ne pręiudicium prædio fiat. l. fundū. cum l. seq. ff. de exceptionib. & ratio est, quia sententia absolutoria super fundo, parit exceptionem rei iudicatæ super seruitute viæ. nam illi, qui non est dominus fundi, non potest deberi seruitus: cum non debeatur nisi domino fundi. l. 1. ff. communia prædio.

599 Et cautus in his præiudiciis debet esse causidicus: vt quando aliquam istarum opponit, vt incontinenti offerat se illam probaturum, & probet: vt scribit Angel. in rubr. instit. eod. col. 2. vers. sis tamen cautus.

600 Duodecimò, quæ sunt exceptiones litis finitæ? Respondeo, quas nos vocamus ad fines non recipiendi: & ad finiendam litem concludimus, vt non recipiatur petitor ad petendum talem rem. quia est præscripta. Prima igitur est, exceptio præscriptionis, quæ principiū tollit agendi. l. fin. C. de censib. & peræqua. lib. 11. ibi, quod si tempus adscriptum silentio fuerit interueniente transactione nullum penitus repetendi volumus esse principiū. & quia præscriptio ad lites finiendas inuenta est. l. fin. ff. pro suo. quia impedit processum. l. fi. C. de edict. D. Adria. tol. quando in ea ritè concluditur. Bar. & alij in d. l. fi. ff. pro suo.

601 Secunda, exceptio rei iudicatæ, quia res iudicata finem controuersiis imponit. l. 1. ff. de re iudica. l. Idem. C. illo. titu. c. 1. de litis contesta. in 6. vbi impedit litem contestari. Alexand. consil. 42. viso processu. vol. 4. Intellige, quando iudicatum est ab eo, qui iudicandi potestatem habebat: alioqui contra. l. 1. in fin. ff. ad Tertullia.

Idem in præcepto facto in confessum: quia habet vim diffinitiuæ, & ex eo oritur actio: sicut ex diffinitiua: quod non est ex mera interlocutoria. glo. in cle. vna de sequestra. possess. & fruct. Spec. in tit. de sent. excom. §. breuiter. circa finem. Intelligite, vt dixi in interpretat. l. quod iussit, ff. de re iudic. & in l. si debitori. de iudic.

602 Tertia, exceptio transactionis. l. causas. C. de transactionib. dicto cap. 1. de litis contestat. in 6. Bartol. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condictione indebi. Quod est verum, si transactio bona fide facta fuerit. d. l. 1. in fi. ad Tertul. ff.

603 Quarta

603 Quarta est, iurisiurandi exceptio. Maximum enim remedium expediendarum litium in vsum venit, ait Iuriscon. iurisiurandi religio.l.1.& 2.ff.de iureiur. Quod est intelligēdum de iureiurando delato à parte parti: quia illud maiorē authoritatem habet, quàm res iudicata.l.2.ff.de iureiurand.& quia nihil quęritur post iuramētum: nisi an iuratum fuerit.l.non erit.§.dato. ff. de iureiur.quia actio semel extincta fuit per iuramentum.ergo postea non potest suscitari.l.qui res. §. aream. ff. de solutio.l.2.§.1.ff.de eo,per quem factum erit.c.quæris.de consecrat.dist.4.

604 Quinta est,exceptio renunciationis,quando quis renunciauit liti & causæ, impeditur litis ingressus : & causam instaurari initā nulla ratio censet. l.postquam liti.C.de pact.etiam si renunciatio fuerit facta rei & beneficij.c.2.& cap.super hoc. de renunciatione. Etiam ante litem contestatam.Soc.in c.vnico.de litis contesta.

605 Sexta est, exceptio arbitramenti homologati,quia instar transactionis habet,§.si contigerit.& §.1.in authen.vt differentes iudices.collat.9. glo.& doct.in c.exposita.de arbitr.l.penul.C.illo tit. Bartol.in l.peremptorias. C. sentent. rescindi non posse.

606 Septima est, vbicunque Iurisconf.dicunt non cogendum accipere iudicium : tunc illa exceptio est litis finitæ: vt in l.si reus paratus.ff.de procura.& in l.fi.ff.si certum petat.

607 Decimotertiò quæro, quot remedia dentur reo habenti exceptionem? Angel. in rubric. Instit.eod.colum.24.quæst.14.versic. Quartò aduertendum. dicit multa remedia reo competere. Primò, competit reo ius excipiendi, si actor petat: vt per totum titul. de exceptio. & perpetuo excipere poterit, etiam si temporalis esset actio. Nam quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.l.purè.in fi.ff.de except. rei iud.c.si autem.vbi doct.de rescript.& superius dictum extitit.

608 Secundò potest reus implorare officium iudicis,loco exceptionis.l.si contendat.ff.de fideiussor.& hoc dupliciter,aut excipiendo,aut agendo. Agere enim potest reus iudicis officiū implorando, vt liberetur à iure, quod actor prætendit aduersus eum,vel vt iudex declaret sibi exceptionem competere.gl.no.in l.Aurelius.§. si certum. ff.de libera. lega.gloss. in l.1.de feriis.& l.quæ sub conditione.in fi.ff.de cond.instit. & l.1.quæ sent. sine appel.rescind.l.si duo.de iureiur.

609 Tertiò potest reus petere, vt actori imponatur perpetuum silentium. glo.ibi.facit l.fin. C. vt lite pendente &c.

610 Quartò potest reus condicere liberationem : & sic principaliter agere.l.3.vbi Baldus. C. depos. facit l. si quis accepto. ff. de condict. ob caussam. Nam omnis ille, qui potest exceptione repelli, dicitur esse obligatus ad non petendum. sicut dicitur de eo, qui fecit pactum de non petendo. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. vbi Bartol.& docto. in l.Mæuia. §. si fundus. soluto matrimonio.

611 Quintò potest reus petere testes examinari ad perpetuam memoriam.l.in lege Aquilia. si deletum.ff.ad legem Aquil.c.fin.vt lite non contesta. & debet iudex publicare testes iuxta formam.c.significauit.de testib.vbi est bonus tex.

612 Vltimum nunc super est pertractare,videlicet & bonæ fidei actiones : & qualiter super his concludatur & excipiatur. Et quamuis donatio nobilior sit inter contractus, quia beatius est dare,quàm accipere.cap.cùm Martę.de celebratio. Missar.tamen,quia pauci hodie donant, inualuit vt contractus emptionis sit inter alios magis frequens. Igitur in eo à diffinitione, licet doctores eam neglectam habuerint, incipiam : quæróque quid sit emptio & venditio? Respon. est contractus bonæ fidei & iurisgentium,qui consensu,rei traditione, & certo pretio perficitur, causam dominij,vel vsucapionis præbens.

613 Primò dico,quod est contractus,ad differentiam vltimarum voluntatum. l. verba contraxerunt.ff.de verb.sign. & delictorum, distractuum, & aliorum actuum. Et quia propriè dicitur contractus is, qui est vltro citróque obligatorius l. Labeo.ff.de verb. signific.sic & iste. Vnde venditor emptori obligatur,& emptor venditori,& alter alteri.l.consensu.in fin.ff. de actio. & oblig.& Institu.de obligat.ex consensu.in fi.

614 Item dicitur bonę fidei,ad differentiā contractuum stricti iuris, videlicet stipulationis, & aliorum contractuum, & hoc probatur in §. Actionum.Institu.de actionib.

615 Item dico,quod est iurisgentium. Nam ferè omnes cōtractus iurisgentium sunt.l. ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.§.ius autem gentium.de iure nat.in Instit.& maximè iste cōtractus emptionis.l.1.in fin.ff.de contrahen.empt.& sic princeps emptionem,cùm sit de iure gentium,tollere non poterit.per gloss.in l.quoties.C.de precib. Imper. offer.vbi dominium de iure gētium acquisitum tollere non potest.Bal. & alij in l.Testamentum. C.de testa.Felin.in c.quæ in ecclesiarum.de constit.Burgo.in rub.de emptio.

616 Subsequitur in definitione, qui consensu, scilicet peragitur. hoc scribitur in l. 1. in fin. & l. in venditionibus.ff.de contrahend.emptio.etiam sine stipulatione.l.si stipuler. §. fin. ff. de verborum obligat. Intellige consensu vtriusque, nam nec alterius tantùm sufficeret consensus. dicta l. consensu.& Instit.de obliga. ex consensu. in fin. Et sicut consensu vtriusque perficitur,ita & contrario consensu dissoluitur. l. 1. & per totum. C. quādo liceat ab empt.disced. Et error vitiat emptionem. l. in omnibus negotiis. ff. de actio. & obliga.l.in venditionibus.ff. de contrah.empt. & l.alioquin.ibid.

617 Prętereà dicitur,rei traditione,scilicet peragitur:quia sine re nulla est venditio.l. nec venditio.ff.de contrahen.empt. pro qua vide Bartol. in l.Cotem.§.qui maximos. colum.2.num. 4. ff. de publica.

618 Item in definitione dicitur, causam dominij præbent : quia traditio facit emptorem dominum, si venditor dominus fuerit. Sin minus euictionis nomine venditorem obligat, si modo pretium est numeratum, dicit text. in l. ex empto.in princip. ff. de actionibus empt.& sic in

rebus,quæ tradi non possunt,venditio non consistit:vt si non sint in commercio nostro Institu. eod.titul.§.fin.

619 Ad hæc in prædicta definitione dicitur,vel vsucapionis, quia si venditor tradens non fuerit dominus, transfert vsucapiendi conditionem. l. Clauibus. ff. de contrahend,emptio. Angel.in §. pretium.instit.eod.

620 Itē dicitur in definitione, pretio; quia sine pretio venditio nulla est. nō autem pretij numeratio:sed conuentio perficit sine scriptis habitam emptionem.l.2.in fin.ff. de contrah.empt.l.pretij causa.C.de rescin.vend.Vnde quando fit de pretio mētio,in dubio præsumitur emptio.glo.sing. in l.cùm dotē.C.de iure dotium.& text.in l.fi.C. de præd.curial.lib.10.Ias.in l.1.col.5.nu.23.de iure emphy.Hippoly.sing.105.vbicunque &c.

621 Postea dicitur, certo pretio. Nam certum pretium constituere oportet.§.pretiū.de emptio. & venditio.in Instit.Et paria sunt vel pretiū non interuenire vel incertum.l.hæc venditio.§.pen.& vlt.ff. eod. facit textus arg.in l.duo sunt Titij.ff. de testa.tutel.§.pretium.Instit,eod.

622 Item in prædicta diffinitione ponitur verbum,rite,vt denotet solemnitatem.Nā venditio, quæ nō habet solemnitatem est nulla,quando de iure requiritur solēnitas,vt in venditione rerum minoris,de qua in l.lex,quæ tutores.C.de administ.tut.& l.1.& per totum.C.de præd.minor.& l. magis puto.§.ne passim.ff.de reb.cor.

623 Idem in venditione rerum ecclesiæ, in qua vltra prædicta requiritur solemnitas.c.sine exceptione.12.q.2.& scripsi abundantius in compendio alienationum rerum ecclesiæ.

624 Item in rebus ciuitatis seruatur forma & solemnitas.l.fin.C.de vend.reb.ciuita.lib.11.in rebus etiam fisci solemnitas exigitur tradita in l.1. C.de fide instru.& iure hastæ fisca.lib.10.

625 In hac igitur actione concludit emptor contra venditorem: vt res tradatur & venditio ad effectum perducatur. §.pretiū.de emptio. in Instit.

626 Item concludit ad fructus à tempore moræ perceptos.l.videamus. 2. §. si actionem. ff. de vsur.ibi,ex causa extantes.l.fi.§.fructus.ff. quæ in fraud.creditorum.

627 Item ad id quod interest, iuxta l. 1. ff. de actionib.empt.alternatiuè concludendo, videlicet ad tradendum,vel ad interesse.

628 Itē si deterior res facta sit.l.Aediles.1.§.item sciēdum.ff.de ædilit.edicto. & sic à die solutionis pretij fructus debentur.l.Iulianus.§.si fructibus.& seq.ff.de actio.empt.l.fructus.& l.curabit.C. eod. venditor verò concludit ad dandū pretium conuentum.iuxta l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de actio. empt.vnà cum interesse,damnis,& expensis.l.curabit. C. de actio.empt. Et si fructus non extant ad æstimationē illorum intellige prædicta quando agitur directa actione. Si verò agerent vtili actione ex empto,vel vendito:vtpote, quia dicebam te mihi vendidisse; & iuraui mihi esse venditam,tunc vtilis competit: vt in l.sed & possessori.§.fin.iuncta l. si duo. §.si quis iurauerit.ff. de iureiurando.

629 Aduertendum est quod licet doct. dicant appellatione venditionis contineri omnem contractum per quem dominium transfertur:tamen non mihi videtur verū.per l.fi.C. de iure emphy. & l.fi.de præd.curial.lib.10.cum similib. quia diuersitas nominum inducit rerum diuersitatem.l. si idem codicilli. C. de Codicil. & tituli sunt distincti, ergo vnum alterius appellatione non venit. & absurdum est quod si venditio prohibeatur, quod etiam omnis alius contractus sub illo verbo prohibitus existat.

630 Nec refragatur l.statuliberi à cæteris.§.fin. ibi, quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur. ff. de statuliber. Quia ibi dicitur complecti omnem alienationem, ratione subiectę materiæ: vtpote,si dictū fuerit quòd si seruus venditus fuerit, quòd sit liber:si alienatus fuerit erit liber.quia tunc libertatis fauor & materia hoc postulant, sed non,quod venditionis appellatione comprehendatur alius contractus. verùm enimuero si materia subiecta pateretur,tunc appellatione venditionis veniret alius contractus materiæ conueniens,quia per venditionem alienatur res.Ideo prohibita alienatione per venditionem,si eadem ratio sit de alia alienatione,tunc veniet alienatio: alioqui contra,& sic intelligi debet, quod scribit Fabia.de monte.in tract.de empt.q.2.& Anto.de Burgos.in rubr. de empt. & ita etiam interpretatur vsus communis,qui in hoc est maximè attendendus per l.Labeo.ff.de supellect.lega.scripsi in l.alienationis.ff.de verb.signifi.

631 Excipitur contra emptionem,videlicet eam non valere. nam is, qui eam fecit consensum non habebat; vtpote, quia erat furiosus,qui non intelligit quod agit.l.1.§. furiosum. ff. de actio.& obliga. l. in negotiis.ff. de regulis iuris. §. furiosus.de inutilib. stipula. in Instit. Idem in demente,fatuo,& phrenetico.Bald. in l.2.num.13. C. de rescindenda venditione. & in l. humanitatis. de impuber. text. in cap. cum dilectus. de successio.ab intesta.

632 Item infans consensum non habet: & sic emere vel vendere nō potest.l.infans.ff.ad l.Cornel.de Sicar.l.1.in princ.ff.de verb.obligat.d.l.1.§. furiosum.de actio.& obliga.

633 Nec dormiens contrahere potest. Bal.in l. 1.nu.50.in repetitio.C.vnde vi.quia non consentit.c.testamentum.& c.sed pensandum. 6. distin. docto.in cle.si furiosus.de homicid.

634 Item monachus & religiosus contrahere non potest. quia non habet velle nec nolle:& sic nec consensum. c.si religiosus. de electio.in 6. c. fi.de sepult.illo lib. & quia mundo mortui sunt. l.Deo nobis. C. de episcop.& cleric.cap.placuit. 2.in 16.quæst.1. Quod est verum in fratribus minoribus & religiosis, qui nihil possunt habere in particulari: tunc quia nihil habere possunt, ergo nec vendere,quæ non habent. cle.exiui de paradiso.de verb.sign.& Barto. in tracta.minoritar.& sic quilibet potest emere & vendere, si sui patrimonij administrationem habeat:nisi de iure prohibeatur: & qui sunt illi plenè tradit Fabian. de Monte, in tractat.de empt.q. 3. vbi quadraginta quæstiones ad hoc congerit.

635 Item

635 Item opponitur, quòd venditio facta fuit ab ebrio, qui consensum non habet.c.sanè.15.q.1.vbi tex dicit,nã quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. nesciunt enim quid loquantur qui nimio vino indulgẽt, iacent sepulti,& promisio ebrij non tenet. glo. not. in cap.vnusquisque 22.quæstio.4.quam not. Benedict.in repetit. cap. Raynutius. in verb. adiectæ. nume.84.de testam.& sicut non potest consentire ad delicta. cap. inebriauerunt. 15. quæstio. 1.l. omne delictum.§.per vinum.ff. de re milita. nec potest facere testam.Bald.in cap.1.in fi. de testib. ergo nec contractus ex his habes,quod tam venditor, quàm emptor potest contra emptionem vel venditionem opponere, si verum sit ratione personarum supra expressarum.vide Petr. Iacobi. in sua pract. in rubr. 1. de actione ex empto. versic. item quia emptio. vbi scribit 18. casus excludentes consensum.

636 Item excipitur quòd consensus abfuit: eo quod dolus interuenit, & dedit contractui causam:& tunc nullus est contractus emptionis.l.& eleganter.ff.de dolo.

637 Si verò dolus inciderit in venditione. nam aliàs eram venditurus, sed non ita vili:tunc annullabitur emptio. idem in metu dicitur.l.1.& l.si dolo.C.de rescind.vend.

638 Item,quod venditio est simulata.& sic non interuenit consensus. ob id pro non facta est. l. nuda.ff.de contra.empt.l.2.& per totum.C. plus valere quod agitur.

639 Item opponitur, quod erant personę quæ non poterant contrahere. vt pater & filius.l.2. in princip.ff.de contrah.emptio.vel officialis in loco,in quo officiũ gerit.l.non licet.& l. qui officij. ff.de contrah.emptio.l.fi.C. de rescindenda vendit. istæ tamen leges non seruantur in Francia. nam & perpetui magistratus ex consuetudine,& temporales,emere & vendere non prohibentur: si pecunias tamen habeant.

640 Item opponi potest, quòd nulla erat res tempore venditionis: vel non extabat. & tunc nulla est emptio ex rei defectu.l. & si cõsensum. & l.Dominus.ff. de contrah. emptio.vbi, si pro parte extabat res, tunc pro parte valebit. & munietur pretium officio iudicis. quid si rem communem vendat,vel plura capita: & vnum præstare non possit,an valeat in aliis, & quando teneat.scribit Roma.consil.396.in casu.

641 Si verò res tempore venditionis extabat: & postea sine venditoris culpa interierit, periculo emptoris peribit.§.cum autem.institu. de emptio.l.1.& per totum.ff.& C. de pericul. & commod.rei vendit.decem interuenientibus, quæ gl. scribit in d. §. cùm autem. vnde si emptor rem hoc casu petat à venditore: poterit venditor excipere rẽ periisse,& non extare,& sine culpa,fortè fulgure vel alio fortuito casu, & res perit periculo domini.l.pignus.C.de pignorat.actio.quando est de iure communi dominus:secus de iure speciali.gloss. singularis.in l.non omnis.§. fin.in verb.eius, scilicet accipientis. ff. si cert.peta. vbi alia addidi.

642 Item excipi potest quòd res, quæ petitur non est in commercio nostro, & sic vendi non potuit,vt res sacra & homo liber, nec res publicis vsibus destinata, tunc eiùs nulla est emptio.l. sed Celsus. in princ. & l. si in emptione. §. omnium.& §.liberum.ff.de contrah.empt.facit l. inter stipulantem.§.sacram.de verbo.obligatio.nisi ignoranter hominis liberi venditio fierit celebrata.l.& liberi.& l.liberi.ff. de contrah. emptio. & nisi à patre filius,causa famis,fuerit venditus.l. fin.C.de patrib. qui filios distraxer. & breui tene quod omnium rerum,quas quis habere vel possidere, vel persequi potest,venditio rectè fit,quas verò natura,vel gentum ius, vel mores ciuitatis commercio exemerunt,earum nulla est vẽditio. tex.elegans in l.si in emptione. §. omnium. ff. de contrah. emptio. & res, quæ non possunt vendi scribit Fabia.de monte.in d.tracta.q.4. vbi ponitur regula,quòd omnis res potest vendi,fallit tamen in rebus ibi enumeratis melius, quàm alibi per 21.quæstio.

643 Item excipitur quòd illa res vẽdi non potuit:vt est purpura, & aliæ res de quibus in l.1. & per totum.C. quæ res vendi non possunt. qui titulus non seruatur in regno: sed omni habenti pecuniam res vendũtur: nisi per ordinationes regni prohibitum sit. sed titulus quæ res exportari non debeant seruari debet: vt scripsi in bulla cœnæ domini.

644 Item excipitur quòd non potuit à domo separari: quia domui adiunctum erat: vt trabes, columnæ,& marmora ædibus affixa.l.senatus.ff. de contrah. emptio. l. Cætera. de lega.1. imò ad duplum pretij punitur emptor. in d.l. senatus. & pro hoc facit lex regia Philippi pulchri. art.1. & plenè scribit Bened.in repetitio.c.Raynutius. in verb.domum.de testa.

645 Item excipitur,quòd res erat furtiua,cuius rei non valet emptio in domini præiudicium. l. si in emptione. §. item si emptor. ff. de contrah. emptio.sed dominus eam rem suam repetere potest,etiam sine pretij restitutione. l. inciuilem. C. de furt.nisi nomine domini emisset: vt consulit Cæpola cautela decima.si quis emit &c. emptorem debere sic protestari,quod nomine illus, cuius est,emit & quandocunque est ei restituturus pretio suo accepto. allegatur Hostien.in summa de pœniten.& remissio.§. vltim. versicul. quid si emit rem deprędatam quod est verum, quando emisset palam,& à latronibus, vel ab armigeris, qui eam deferebant, & nunquam ad dominum peruenisset:aliàs secus.l.mulier.ff.de capt.& postli.reuers. alioqui receptatores dicerent se nomine domini emisse, & semper haberent pretium, quod non est dicendum. Ideo ego tria requirerem ad illam cautelam.primum,quòd res nomine domini emeretur,secundum,quòd emptor illam emat à latrunculis, vel ab aliis, quibus non potest resisti.tertium,quod vtilitatem domini fecerit & his concurrentibus seruarem cautelam, aliàs non.

646 Item opponi potest,si verum sit quod venditio fuit facta sub conditione: quia nondum venit, nec cessit dies. ob id interea agi non potest.l.necessario.§.quod si pendente.ff.de pericul.

& commodo rei venditæ. decision. Neapol. 280. quondam &c.

647 Item excipi potest quòd venditio non est perfecta. quia fuit conuentum quòd contractus fieret in scriptis: & sic ante scripturam altera pars potest resilire. l. cõtractus. vbi plenè Paulus Castr. C. de fide instrumento. §. 1. institu. eo. & quando dicatur emptio perfecta declarat glo. & docto. in l. 1. C. de pericul. & commod. rei vend. vel quod emptio fuit conditionalis, vel in diem, & ante conditionem vel diem agitur. contra. l. cedere diem. ff. de verb. signifi. vide in l. hæc venditio. ff. de contrah. emptio. & §. emptio. institu. eodem.

648 Item in his, quæ degustationem requirũt, vt vinum, opponi potest degustationem nõ esse factam. l. quod sæpe. §. fi. ff. de contrah. empt. l. 1 de pericul. & commod. rei vẽditæ. vbi vide plenius.

649 Item potest opponi quod non interuenit pretium: vel si interuenerit, non in quantitate, seu in pecunia: sed in specie: vt do tibi istum saccum pecuniarum pro domo. vel do pecuniam, quam in arca habeo: tunc dicitur species. & sic erit contractus innominatus do, vt des. l. naturalis. §. 1. ff. de præscript. verb. l. vltima. secundum vnum intellectum, de condict. causa data. facit l. sed & si certos. ff. de lega. 1. secus si vendatur res pro centum aureis, quos in arca habeo. l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contrah. emptio. venditio verò theologica non requirit pretium: vt patet Isaiæ 52. c. gratis venundati estis. & Dauid Psalm. Vendiderunt populum meum sine pretio. de qua vide per Bercho. in dictio. in verb. vendere. vbi triplicem ponit venditionem. & sic posset sustineri conclusio, quod sine pretio venditio fieri potest. intellige de venditione prędicta theologica. & etiam quoad publicianam. l. de precio. ff. de public. in rem actio.

650 Item excipitur, quod est deceptus vltra dimidiam iusti pretij. l. 2. C. de rescind. venditio. c. dilecti. & c. cum causa. de emptio. & venditio.

651 Item excipitur quod non interuenit decretum, vel alia solennitas quæ interuenire debebat. l. 1. & per totum. C. de præd. minorum sine decreto non alienand. l. lex quæ tutores. C. de administra. tutor. & alia multa opponi possunt, quæ potes mutuo accipere à Fabia. de Monte. in d. tracta. de emptio. q. quinta.

652 Nota, quòd emptor, qui vult agere ad rem, prius pretium totum offerre debet: aliàs male agit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. glo. notab. in c. in tantum. in verb. qui prius. de simonia. nisi fuerit habita fides de precio. §. venditæ. de rer. diuisio. in institu. talis erat lex duodecim tabularum, venditæ res & traditæ, post pretium solutum: aut si alio modo satisfactum existat, emptori acquiruntur. & per Oldendorp. in titu. 9. in legib. 12. tab.

653 Vel pecunia deponi debet in manibus (vt aiunt practici) iustitiæ, aut grafferij. vel alterius electi, in quem iudex decernet faciendum. l. si soluturus. ff. de solutionib. Roffre. in tracta. libellor. in 4. parte rubr. de actio. ex empto. & si emptor nolit recipere rem venditam, tenetur ad damna & interesse. l. si venditor. §. 1. ff. de actio. empti.

654 Solennis est decisio, quod ab illo tempore quo venditor tradidit rem, debetur pretium cum vsuris. l. curabit. C. de actio. empti. quia postquam emptor recipit fructus rei, iustum est vt per quantitatẽ fructuum ad interesse teneatur, etiã in cõsciẽtia, & in foro poli. vt plenè ibi probat Hiero. Cagno. in repetitio. illius l. curabit. & bona cautela est, vt si emptor non soluat totum pretium, quod venditor tradat ei rem venditam nomine precario. & si ille non soluerit die pręstituto, venditor vendicabit rem venditam. l. qui ea lege. C. de pact. inter emptor. & vẽdito. & ibi gl. & doct. si verò soluerit dimidiam partem pretij, & nihil fuit dictum, lucratur emptor fructus rei emptæ pro illa parte, quos in sortem tenebitur computare venditor. per tex. in l. fi. §. fi. ff. de fundo dotali non alienando Bar. in l. fistulas. §. qui fundum. ff. eod. Alex. consil. 121. viso. col. 1. vol. 4.

655 Item opponi potest, quòd venditio fuit hoc modo facta, quanti velis sit tibi empta: vel quanti æstimaueris: vel aliquid de substantialibus venditionis fuit relictum dispositioni alterius partis: tunc emptio non valet: quia non est obligatoria. l. quod sæpe. §. 1. ff. de contrah. emptio. l. in vẽdentis. C. eod. titul. secus si fiat venditio, vel locatio, quanti æstimauerit Titius. quia tunc valet, si ille arbitratus fuerit. l. si merces. in princip. ff. locati. §. pretium. institu. de emptio. docto. in l. 1. ff. de legatis. vel ex dispositione legis, per tex. in l. vulgo. & ibi Iason. ff. de in litem iurando.

656 Item in casu singulari l. fi. C. de patrib. qui filios suos distraxer. potest venditor post venditionem perfectam, rem venditam repetere, offerendo pretium: licet aliàs regulariter contra. per l. non est. C. de rescinden. venditione.

657 Alias exceptiones vide in rub. ff. de exceptione rei venditę & traditę.

*De contractu locationis.*

658 Locatio est contractus iurisgentium, qui consensu, certo pretio, & locatoris patientia perficitur. Vel sic secundum Hostiensem in summa, huius tituli, locatio est personæ, vel rei ad vsum facta, certo pretio constituto, concessio.

659 Primò dictum est quòd sit contractus iurisgentium, est tex. in l. 1. ff. loca. cũ omnes pœnæ cõtractus iurisgentiũ sint. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & supra dixi. de emptione & venditione.

660 Item dicitur contractus: quia vltro citróque obligatorius. nam locatur ad patientiã. l. qui ad certum. ibi, cùm patitur. & l. ex conducto. ff. eod. interdum tamen locator non obligatur & cõductor obligatur: veluti cum emptor fundum conducit, donec pretium soluat. l. sicut. ff. locati. esset tamen vsura, si venditor habuisset fidem de pretio, & postea locasset, & ita intelligi debet cautelã Cæpol. 125. qui vult alias, quia tunc dominiũ esset trãslatum in emptorem & sic in re sua non consisteret locatio. per l. neque pignus. ff. de reg. iur. sic consuluit Alex. consil. 121. visis. vol. 5.

661 Item dicitur, consensu. l. 1. ff. eod. & l. consensu. ff. de actio. & obligat.

662 Postea dicitur, certo precio: quia sicut in venditione ista requiruntur, vt suprà dixi: ita & in locatione. & talem habent familiaritatem emptio &

ptio & conductio : vt vix discerni possint, dicit tex.in l.1.& 2.ff.eod.sed in emptorem transfertur dominium:in conductorem verò vsus.§.adeo.de locat.in instit.l.conuenit. ff. de contrah. emptio. qui text. melius quàm alius, differentiam inter emptionem & locationem.

663 Item dicitur, certo pretio:quia pretium in locatione requiritur:sicut in venditione.l.2.ff.eo. imò conductio vno nummo facta,non valet.l.si quis conduxerit.ff.eo.& in hoc licitũ est decipere inuicē:sicut in emendo & vendendo.l.itē si pretio.§.fi.ff.eo.l.si voluntate.C.de rescin.vend. Locator est, qui rem locat,& pretium pro ea capit.

664 Cōductor recipit rē ad vsum,& pretiũ pro eius vsu soluit.Hosti. in summa huius tit. §. quis conductor.Bart.& alij in l.2.contra.gl.ibi.C.eo.

665 Nota quod locator ad vnum ex tribus agere potest.interdum agit ad pretium locationis & pensionem promissam.l.ædem.C.locat.c.propter.in fi.eo.tit. & quamuis de iure non soluens pēsionem,possit ante tempus expelli.l.ædem. C. locati.etiam si conuentum fuerit,quod eum non expelleret.l.quæro.§.inter.ff.eo.tamē de generali regni Franciæ consuetudine non expellitur : sed cogitur soluere conductor,postquam est obligatus ad hoc faciendum.& ita vidi seruari, nisi ille conductor esset inops factus:tunc cogeretur vel dare fideiussorem,vel migrare, aliàs non succurreretur domino.

666 Contra prędicta conductor excipit multis modis. Primò, quòd non est finita locatio, vel terminus cōductionis:vt in l.legē.C.eo.vbi dicitur quando pensio debeatur,scripsi inter scholasticorum priuilegia.7. priuilegio. si tamen conductor per contumaciam non restituit, ad interesse tenebitur.l.videamus.§. qui vinum.ff.eo. & poterit iurari in litem : sicut in aliis bonæ fidei actionibus.l.in actionibus.ff.de in litem iurando. imò si conductor vsque ad diffinitiuam sententiam rem cōductam restituere recusauerit, condemnabitur non solum ad rem restituendam:sed & ad æstimationem rei.l.conductores.C.eo.quæ tamen pœna nō seruatur in regno:sed pœna arbitraria imponitur:& ita vidi seruari in forēsibus.

667 Vel excipit,quod fit contra legem locationis.d.l.legem.& l.dominu.§.vlt.ff.locat.&§.conductor.institu.illo tit.

668 Item excipit,quod tu mihi non locasti:sed locasti Titio, qui mihi locauit : & ego sum illi obligatus.l.si Tibi.2.ff.eo.& rem mihi cōductam alteri locare possum,si nihil aliud conuenit l.nemo.C. eo. & sicut locator non potest ante tempus conductorem expellere, ita nec conductor rem conductam ante tempus finitum dimittere, alioqui ad interesse tenetur.l.habitatores.§.fi.& l. dominus.§.qui contra legē.ff.locati.& statim poterit dominus agere.l.si in lege.§.si domus.ff. eo.

669 Vel quòd est facta tacita relocatio.l. item quæritur.§.fi.cũ l.seq. ff.eo. & in rusticis pro eodem tēpore,quo prius facta fuit:in vrbanis quantum habitauerit.l.legem.vbi glo.& doct.C. eod.

670 Tertiò opponitur, quod illud pretium, quod petis,solui tuo mādato creditori tuo:& sic sum liberatus.l.solutum.§.solutam.ff. de pignor. actio.refero in tracta.libellorũ in 4.parte,eod. tit.

671 Vel oppo.quod remiseris mihi, quod non pręsumitur.l.cùm de indebito.ff.de probationib. non tamen minus locatio dicetur.l.si tibi.1.ff.eo. vel quod pretium in reparationibus domus est expositum.& fecit expensas necessarias,quas deducit,vel repetit.l.Dominus.§.in conducto. & l. colonus.in princip.ff.eo.Areti.consi.111. cōsideratis.in 2.dubio.Soc.consi.17.prosequēdo.in 3.vol.

672 Item opponitur, quod non potui vti illa re locata tua culpa : & tunc quando locator impedit,vel alius quē potest ipse locator prohibere, tenetur ad totum id, quod interest. secus si per alium quem nō potest dominus prohibere:quia tũc ad exonerationem mercedis tantùm tenetur. l.si fundus.& l.perinde. & l. & hæc distinctio. ff. eo.Bal.consi.434.Actum.vol.1.

673 Item opponitur sterilitas.l.si merces. §. vis maior.ff.locati.& quomodo super hoc cōcludatur tradit Bar.consi.193.commune Lucignani.& Petr. Iacob.in pract.rubr. de actio. ex conducto. tradit plures limitationes,tu illas ibi videto.Et dicitur sterilitas,quando non potuit recolligere semen.Bar.in d.§.vis maior.vel melius,quādo non habuit dimidiam partem,vel tertiam eius,quam solitus erat habere : & aliàs relinquitur arbitrio iudicis. Panor.in c.propter.de locat.

674 Item locasti mihi domum, & non potui inhabitare:non teneor soluere pensionem.l.cùm in plures.ff.eod.

675 Item excipitur quòd pensio remissa fuit:& sic peti non potest.l.si in lege.§.fi.ff.eod.

676 Interdum locator petit rem conductam post tempus locationis finitum.vt l. videamus.§. qui vinum.ff eod.l.si quis conductionis.& l.conductores.C.eo. & aliquando non finita locatione, forte, quia indiget re locata : vel conductor malè versatur in illa,iuxta l.ædem.C.loca.c.propter.§.fi.eo.tit.in decretalib.

677 Item locator excipit contra conductorem,quòd res locata sine culpa sua periit:& ipse non tenetur,nisi de dolo lata & leui culpa.§. fin. institu.eod.vnde si conductor equum nimis magno pondere onerauerit, tenetur. l. qui insulam. §.qui mulas. ff. locati. idem si non commiserit equũ bono custodi:quia est in leui culpa.vt consuluit Bal.consi. 404.in isto contractu.in 2.vol.

678 Sed contra hoc conductor replicare potest,quòd domus erat tantum necessaria tempore locationis,quantum nunc : & quod tempore locationis imminebat necessitas : ideo prospicere debuit locator:& tunc non expellitur conductor.l.si quis domum.§.hic subiungi.& l.qui insulam.in princ.ff.locati.& d.§.fi.c.propter.

679 Item excipi potest,quòd sum scholasticus, vel doctor,qui in hoc habeo priuilegium, etiam si illa re indigeas : propter publicam doctoris & scholastici vtilitatem.vt scripsi plenè in 8.scholasticorum priuileg.ibi vide.

680 Item quòd in instrumento renunciasti isti tuo priuilegio,etiam si postea indigeres. quæ renunciatio valet : quia priuilegio pro se indulto quilibet renunciare potest.l.penult.C.de pact.c.si diligenti.de foro compet.cum similib.

681 Item

681 Item dico, quod alium domum habes: & ideo ista non est tibi necessaria Hostiens.eod.tit. §.quæ actiones.versic.item potest inquilinus.

682 Aliquando locator agit ad interesse, si contra legem locationis factum extiterit, etiam si casu fortuito res locata perierit. vt, locaui domum, conuentione facta ne fœnum, paleásue intra illam apponeres.tu contrarium fecisti, domus est combusta, teneris.l.videamus.§.1.& §.fi.ff.eo.

683 Item si non laborauerit terras suo tempore.nam ante omnia colonus curare debet, vt opera rustica suo quoque tempore faciat, ne intempestiua cultura deteriorem fundum faceret. l. si merces.§.conductor.ff.eod.Feder.consil.110. Casus talis &c.

684 Excipitur per conductorem contra locatorem agentem vt sibi res conducta restituatur: quia conductor peruersè & inhonestè se habet in illa domo, quòd fuit conducta ad illum vsum ex qualitate loci, vt quia est iuxta lupanar, & omnes domus proximæ sunt sic infectę. Bal.in d.l. ædem.per tex.in l.cũ supra virentes.C. de re milita.lib.12.vide quæ scripsi.in 20.scholastic. priuil.

685 Item, quod culpa locatoris factum est, seu mandato locatoris. vt pote, quia locator duxit meretrices, vel lenones, & peruersos homines: tunc non expellet inuitum conductorem. sed si conductor velit migrare quando dominus peruerse conuersatur in domo, poterit: teste Bald. in d.l.ædem.& plenè scripsi in d.20.priuileg.

686 Item concludit conductor contra locatorem: vt rem locatam tradat, vel vti frui patiatur, vel quod possessio totius rei locatæ præstetur: & vt stabulum reficiatur, & ad alia quæ in conuentione expressa sunt.l.ex conducto.in princ.ff.eo. Alex.consil.176.in causa.col.2.vol.6.Iaso. consil. 109.in quæstione.col.1.in 1.vol.& interdum conductor agit vt à locatione liberetur.l.si vno.in fi. ff.eod.vel ad interesse.l.si fundus.ff.eo.

687 Contra conductorem petentem rem sibi locatam: excipit locator, quod locatio est nulla ob defectum consensus.l. qui ad certum. ff. eod. vel ob defectum pretij.l.2.ff.eod.vel quod res locata nõ est in nostro commercio.arg.l. multum. ff.de verbo.oblig.& sup.dixi de emptione.

688 Vel est seruitus realis, quæ locari non potest.l.locare.ff. eod. quia nulla esset vtilitas conductoris, vt in l.1.ff.communia prædior.

689 Fallit in seruitute personali, vt vsusfructus.l.arboribus §. vsusfructuarius. & §. non solum.ff.de vsufructu.

690 Idem in seruitute reali & rustica. nam si prædium habeas vicinum, seruitutem itineris, vel aliam tibi commodam locare potero. l. si is, qui bona.§.vlt.& l.seq.ff.de pignor.

691 Seruitutem verò vrbanam non: vt si seruitutem tigni immittendi debeas domui meæ: tibi locare non potero, ne vrbs, finita locatione, ruinis deformetur.l.cætera.ff.de lega.1.

692 Item rem tuam tibi locare non possum.l. neque pignus.ff.de regu.iuris.l.ad probationem. C.locati. & hoc casu locator non retinet possessionem: quando scilicet domino locauit, licet regulariter contra.l. ei à quo. §.primo. ff.de vsucapio.l.prima. C. communia de vsucapio.

693 Item opponitur, quod est miles, qui conducit prædia, vel alias res non necessarias suæ militiæ: tunc locator non tenetur illi tradere nec pati.imò milites puniuntur.vt l.milites.& l.fi. C. locati.Idem in clericis.c.1.ne cleric. vel monach.

694 Conductor verò concludit ad id quod interest, si re quam conduxit frui ei non liceat. fortè quia possessio aut totius agri, aut partis, non præstatur: aut villa non reficitur, vel stabulum, vel si quid in lege conuentionis conuenit, si hoc non præstetur, ex conducto agetur.l. ex conducto.in princip.ff.locati.

*De negotiis gestis.*

695 Paulus Castrens. in rubr. de procurato. ff.dicit. quod titulus de negotiis gestis, est valde difficilis & intricatus: nec potest de facili intelligi, nisi audiatur voce, & plurimæ leges huius tituli sunt difficillimæ: maximè leges Pomponij duæ: & hoc edictum censet Vlpia. necessarium in l.1.ff.eo.quoniam ait magna vtilitas absentium versatur: ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel pœnæ committendę actionem: vel iniuria rem suam amittant.iuriscons. verò in l.ex maleficiis.§.ideo. ff. de actio.& oblig. sic dicit, ideo autem id, videlicet obligari partes, ita receptum est. quia plerumque homines eo animo peregre proficiscuntur, quasi statim redituri: nec ob id vlli curam negotiorum suorum mandant: deinde nouis causis interuenentibus ex necessitate diutius absunt, quorum negotia deperire iniquum est. quæ sanè deperirent si is, qui obtulisset se negotiis gerendis, nullam habiturus esset actionem de eo, quod vtiliter de suo impendisset: vel is, cuius negotia gesta essent, aduersus eos, qui iuuasissent negotia eius, nullo iure agere posset.

696 Notandum est, quòd duplex actio oritur ex gestione negotiorum. prima domino, cuius negotia gesta sunt aduersus eum, qui gessit sua negotia: & dicitur directa.§.igitur.institu.de obliga. quæ ex quasi contractu nascuntur.vel contra illum, cuius mandato negotia gesta sunt. l. nam & Seruius.§.fi.ff.eo.& l.si quis mandato. & concludit dominus contra gestorem: vel vt actus sui rationem reddere debeat: & eo condemnari quicquid vel vt non oportuit gessit, vel ex his negotiis retinet.tex.in l.2. ff. eod. & sic concludet, quod reddat rationem, & vt reliqua restituat. glo. Bar.& Ias.in l.1.ff.de edend. text. in §.igitur. & totum debes mihi restituere, quod ex re mea habes. l. siautem.§.1.ff.eod.

697 Vel æstimationem rei deterioratæ petere poterit, & interesse, prætextu malæ administrationis.Petr. Iacob. in sua pract.in rubr. de actio. nego.gestorum directa.etiam quando gessit per alium.l.nam & Seruius.in fi.ff.eod.

698 Contraria verò actio negotiorum gestorum est illa, quæ datur gestori negotiorum ad petendum, si vtiliter gessit, ei præstari quicquid eo nomine vel abest ei, vel absuturum est. text. in l.2.in fin.ff. eodem. & sic expensas in re gesta

factas repetet, siue sit extraneus, siue coniunctus, siue socius: non tamen faciendas sicut procurator. Ioan. Andr. scribit in additio. ad Spec. in rub. de expens. nec illas, quas impendere non debebat. l. si quis negotia. 2. ff. eod. Salarium tamen eo nomine petere non potest: sicut nec consules, nec scabini, vel iurati pro administratione ciuitatis: nec tutores, vel curatores, nec mandatarij, teste Guido. Papæ in decis. Delphinali b. q. 68. dominus Petrus. Ante eum tradiderat Petr. Iacobi. in sua pract. rubr. de actio. mandati contrar. vers. nunc est notandum. idem scribit Ioan. de Platea. in §. actionum. in ista actione. in fi. instit. de actione vtili negotiorum gestorum. quia practici parum differentiæ tradunt. ob id vide Petr. Iacobi. in sua pract. rubr. de actio. negotio. gesto. contra. vbi plenè loquitur & dico infra. de mandato. & tex. in l. actio. ff. eod.

699 Quinque necessaria in gestoris persona numerat Ludo. Roma. consil. 426. negotiorum. Primò, quod si gerens coniuncta persona sit, vt pupillares debitores in iudicio interpellet interrumpendæ præscriptionis gratia, aliàs tenetur. l. si ante. in prin. ff. de nego. gestis.

700 Si verò non sit coniuncta persona, ipse à se debet exigere, quod domino debet, cuius negotia gerit: non autem imputatur si alios debitores ad iudicium non trahat, cùm actionem contra eos non habeat. l. si pupilli. §. videamus. ff. eo. & l. tutori. in fi. C. illo titul.

701 Secundò quòd nihil omittere debet, quod ad vtilitatem patrimonij domini expedit: alioqui tenetur, si alius gessisset eo gestionem non assumēte. vt in d. §. videamus. plenè est decisum.

702 Si verò nullus alius gesturus fuisset negotium, de omissis non tenetur, cùm gestioni finem faciat propria voluntas. d. l. tutori. & l. tutores. §. qui se in negotiis. ff. de administra. tut. pulchre distinguit Corne. in consi. 255. præsens consultatio. in 1. vol. vide eum, & multa in hac materia inuenies.

703 Tertiò, quòd negotium explicare debet quod incepit, etiam mortuo domino, cuius negotia inceperat administrare. l. nam & Seruius. §. si viuo. ff. de negoc. gestis.

704 Quartò si pecuniæ quis negotium gerat, periculum eorum nominum, quæ ipse contraxit præstare tenetur: nisi fortuitis casibus debitores ita fortunas suas amiserint, vt tempore litis contestatę ex ea actione debitores soluendo non essent. l. litis. §. si pecuniæ. ff. eod. & idem putarem teneri gestorem ad periculum nominum, quę ipse contraxit, etiam si alterius rei administrationem gereret, tum quod pecuniæ appellatione omnes res contineantur. l. fin. C. de constit. pecu. tum etiam ne negotiorum gestori licitum sit donare contrahendo cum paupere, & bona diminui, maléque administrare.

705 Quintò, gestor à se pecuniam, quam debet, exigere tenetur. & l. debitor. ff. eod. sed istud videtur superfluum: quia in primo requisito supra, hoc fuit dictum.

706 Sextò, vltra Roma. requiritur quod negotia absentis gesta sint; vel præsentis & ignorantis. vt in §. igitur. de obligat. quæ ex quasi contractu. l. ex mandato. in fin. ff. manda. alioqui si quis gereret negotia præsentis & patientis, locum haberet actio mandati: quia mandare videtur, quando negotium principaliter spectat ad eum: aliàs secus. l. si remunerandi. §. si passus. & l. qui patitur. ff. mandati. Bartolus in l. post dotem. ff. solu. matri. Alexan. consil. 80. viso processu. col. 3. in 4. volum. Decius in l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iuris vnde arbiter censetur acceptare compromissum, eo quòd patitur in se compromitti, vt consuluit Socin. consilio 63. in causa. col. 1. in 4. volum.

707 Septimò non requiritur quòd quis gerat sponte. nam etiam si necessitate gesserit officij, vel suspitione necessitatis, haberet locum negotiorum gestorum actio. d. l. ait prętor. §. hac actione. ff. eod. docto. in l. tutori. C. eod.

708 Octauò requiritur, quòd viuentis negotia gerantur: alioqui si post mortem, non haberet locum negotiorum gestorū actio. d. l. ait prætor. in princ. & §. hæc verba. ff. eod. nisi eo viuo inchoasset ea gerere. l. nā & Seruius. §. si viuo. ff. eo.

709 Nonò requiritur quod omnia negotia gerat, si eo animo accedit, vel quando alius erat gesturus: aliàs sufficeret si vnum gereret negotium. l. si pupilli. §. fi. & l. Pomponius. 2. ff. eo. l. tutori. vbi glo. & doct. C. eo. & Corne. d. consil. 255. in 1. volu.

710 Decimò pulchre dicit Bal. in consi. 8. erant quinque &c. in 1. volum. quod ille, qui aggreditur aliquod negotium debet aggredi negotium possibile & vtiliter: & quod non sit minus oneraturus patremfam. l. sed an vltro. §. 1. & sequent. ff. eod. vbi qui per viam armorum multas fecit impensas ad castri reparationem, nō potest contra socium ad expensas agere. quia actus temere inchoatus extitit, & magis temere prosecutus.

711 Excipere igitur potest gestor contra dominum petentem deteriorationem, quod negotium fuit vtiliter cœptum & gestum, licet finem vtilem non habuerit: tamen gestor non tenetur. l. sed an vltro. §. 1. ff. de nego. gest. gloss. in l. ex parte. ff. famil. herciscund. in verbo, & obtinuit. facit l. quid ergo. §. sufficit. de contrar. actio. tutel. Barba. consi. 71. illud afferam. col. 3. in 4. volum. vbi dicit expensas posse repeti à Rege Franciæ per eum, qui eius negotia gessit. & consil. 46. illud adducam. col. 1. cum seq. in 4. vol. quod si aliquis castrum defenderit pro rege, tenebitur rex ad omnes expensas, dummodo temere hoc non fecerit, vt suprà dictum extitit.

712 Item contra dominum petentem rem opponitur, quod gestor expensas fecit in illa re: ob id eas, donec sibi satisfaciat, retinere licet. l. si in area. ff. de condict. indeb. vbi res potest pro expensis retineri. & plene tradit de hac retentione Negusantius in tract. de pignorib. in 4. membro quintæ partis.

713 Item opponitur quod plures erant gestores voluntarij, qui insolidum, si non concedatur eis administratio insolidum non tenentur: sed pro parte Bartol. in l. cum alicuius. ff. de nego. gest.

714 Contra gestorem repetentem expensas excipi potest, quod domino prohibente gessit: & licet bene gesserit, tamen denegatur ei actio. l. fi. C. eod. nam postquam contra voluntatem domini gessit, non dicitur bene gessisse. arg. l. fin. ff. de vsu & habita facit l. 3. §. in bello. ff. de re milita. & incidit in delictum, qui contra domini voluntatem rebus suis se immiscet. gloss. in l. 3. ff. de acq. rer. domi. & sic ex suo delicto actionem quęrere, non est à iure alienum. l. itaque. ff. de furt.

715 Item, quod voluptuarias impensas fecit. l. ex duobus. ff. de nego. gest.

716 Item excipitur contra gestorem, quod inchoatum est temere negotium: & quod erat magis onerare patremfa. cuius negotium gessit. l. sed an vltro. §. is enim. & §. ego verò. ff. de negoc. gest. Bald. consil. 8. in 1. volum. & supra dixi.

717 Item quod paterna affectione gessit. l. si paterno. C. eod. Alex. consil. 110. videretur. in 7. vol. nisi fuerit protestatus. l. Nesennius. ff. de neg. gest. vel librum expensarum fecerit: vel nisi aliàs administraret bona priuigni, vel alterius, quia tunc de bonis illius pręsumitur impendisse. l. fin. C. de dot. promissione. Anchar. consil. 435. præmittendum.

718 Idem si causa pietatis. l. alimenta. l. 1. C. de nego. gest. quia non potest repeti. l. cum is. §. si mulier. ff. de condic. indeb. l. ex duobus. §. fi. ff. eodem, nisi fuerit facta in educationem filij expositi. l. Patrem. C. de nupt. l. 1. de infantib. exposit.

719 Item excipitur quod ille, qui negotia gessit protestatus fuit se nolle repetere, quod expendet. glo. in l. si paterno. C. eod. & d. l. Nesennius.

720 Item, quòd alius gratis erat gesturus. text. in l. 2. C. de nego. gest.

721 Vel deprędandi animo gessit: vel sui commodi gratia & tunc non tenetur dominus: nisi quatenus est factus locupletior. l. pupilli. §. sed & si quis negotia. ff. eod. Barba. in §. ex parte. not. 2. de constitut.

722 Item, quod pupilli negotia gessit, qui non tenetur gestori: nisi quatenus factus est locupletior. l. si pupilli, in princ. ff. de nego. gest. Idem in ecclesia & ciuitate scribit glos. in l. prætor. §. quid ait. in verb. sufficit. ff. de bon. auth. iudic. possid. Paul. in d. l. si pupilli. & inspicitur tēpus litis contestatę. l. litis. ff. eod. vel si pupillus contra gestorem agat, computare tenetur expensas, insolidum. l. ait prætor. §. pupillus. ff. eod.

723 Vel si mandato tutoris gessit, habet actionem negotiorum gestorum in pupillum: & mandati contra tutorem. l. qui pupillæ. C. eod.

724 Item excipitur, quod sententiam reportauit contra se: & ob id litis sumptus repetere non potest. tex. in l. iam tamen. §. in hac. 2. ff. iudica. solui. vbi Bar. & l. etiam. C. mandati.

725 Itē, quod culpa in gestione interuenit. l. si negotia. vbi est bona gl. ff. eo. Roffredus in tract. libellorum. in 1. parte. rub. de contra. actio. nego. gesto. Dec. & alij. in l. contractus. ff. de regul. iur.

726 Notandum est, quod negotium alienum, siue alterius, dicitur, septem modis. Cura, & solicitudine, re ipsa, ratihabitione, ipso gestu, more ciuitatis, naturali ratione, & ex virtute cōsequentiæ. glo. & Bart. in l. si pupilli. §. Item quæritur. ff. de negoc. gest.

727 Primò negotium spectat ad tutorem, curatorem, procuratorem, & præceptorem, cura & solicitudine: quia singuli in negotiis sibi commissis tenentur curam adhibere. vnde si amicus tutoris, vel preceptoris, aluerit discipulum contemplatione tutoris, vel præceptoris, tenetur tutor vel præceptor duobus concurrentibus: videlicet quòd negotium gestum sit, & quòd præceptoris vel tutoris contemplatione. l. si pupilli. in princ. & l. mandasti. ff. eod.

728 Et hoc probatur, videlicet quod contemplatione pręceptoris, vel tutoris, seu alterius fecerit: ita demum si fuerit protestatus. l. Nesennius. ff. de nego. gest. & ratione amicitiæ quam habebat in pręceptorem, non in patrē, vel consanguineum pupilli. d. l. si pupilli. §. sed si ego & aliis ex cōiecturis, quas iudex ex facto colligere poterit.

729 Item dominus tenetur, dummodo is, qui gerit sciat negotium ad illum spectare. l. si pupilli. §. si quis ita. ff. eod. secus in eo, ad quem negotium spectat sollicitudine: quia tunc non sufficit sola scientia videlicet vt sciam ad eum negotium sic spectare: sed requiritur etiam quod eius contemplatione hoc faciam: vt infra dicetur.

730 Secundò negotium dicitur alienum re ipsa: vt pote, quando impendo in rem tuam in reficiendo domum, vel aliam rem. idem si rei contemplatione. & tūc dominus tenetur in solidum quando gestum est contemplatione domini. l. si pupilli. §. si Titij. ff. de nego. gest. nisi animo deprędandi gesserit. d. l. si pupilli. §. sed & si quis. & in pupillo fallit. l. 2. C. eo. & duo oportet probare, videlicet negotium gestum esse & contemplatione domini: vel pupillum fuisse locupletatum. Bart. in d. §. item quæritur. Ioā. de Plat. in §. actionum. de nego. gest. in instit.

731 Tertiò, spectat negotium ratihabitione: vt quando ratum habeo id, quod fecisti nomine meo. vtpote, emisti nomine meo libros, vel possessiones, seu exigis pecuniam mihi debitam nomine meo ratum habeo: tunc id negotium ratihabitione spectare ad me dicitur. l. si pupilli. §. itē quæritur. ibi, sed ratihabitio, inquit, fecit tuum negotiū. & l. Pōponius. 1. ff. de nego. gest. requiritur tamē quod sit nomine meo gestum, aliàs ratum illud habere non possum. c. ratū. de regu. iur. in 6.

732 Quartò, negotium ipso gestu spectare ad te dicitur. nam si solui tuo nomine tuo creditori, ipso gestu negotium est tuum. ob id à te repetere possum actione negoc. gestorum si vtiliter gessi. Secus si intererat tua, quod non soluerem. l. cùm pecuniam. ff. de negoc. gest.

733 Si verò nomine meo soluerim, habeo actionem negotiorum gestorum contra debitorem, si ipse recognouerit debitum, & creditor hoc acceptauerit. l. si tibi. ff. de donatio. Bar. in d. l. si pupilli. §. quid igitur.

734 Nec refragatur, quod condictio indebiti orta esset soluenti. l. si à patre. C. de condict. indebiti. verum est à principio: sed postea hoc potest contingere. l. si vendidero. §. si Titius. ff. de furtis. Item si aliquis pro me suscepit iudicium de

soluendo,

ſoluendo.l.de qua re.§.fina.ff.de iudiciis.

735 Quintò,negotiũ dicitur ad nos pertinere more ciuitatis, vt in donis nuptialib. vel in donis factis præceptoribus.l.cùm plures.§.fin.ff.de administrat.tuto.l.1.§.ſed nonnullos.de tutel. & ratio.diſtrahen.

736 Sextò, ratione naturali. vt ſi expendam redimendo tuum conſanguineum,fortè filium ab hoſtibus,quẽ naturali ratione redimere debebas:tunc actione negotiorũ geſtorũ repetam. l. queuis.cũ l.ſeq.vbi Bar.ff.ſol.matr.Imò ſi filius negligat patrẽ redimere captiuũ,vel cõtra,priuatur ſucceſsione.auth.ſi captiui.C.de epiſ.& cler.

737 Septimò,ex virtute conſequentię.l.ex facto.ff.de neg.geſt.vt ſi cõfideiuſſor ſoluat,principaliter hoc facit vt reum liberet:ſed per cõſequens porrigitur ad alterũ fideiuſſorem:tamen negotiorũ geſtorũ non aget ſoluẽs cõtra ſuum fideiuſſorẽ: niſi fundet intentionẽ ſuam ex eo quod geſtũ eſt.l.vt fideiuſſor.ff.de fideiuſſori.& tunc repetet ſumptus.l.ſi.C.de bonis.auth.iudi. poſsiden.Bart.in d.l.ex facto.vel ſi miſſus ſis in poſſeſsionem bonorũ mei debitoris ex primo decreto in vim conſequẽtiæ, prodeſt etiã mihi. quia poſſum vti illa miſsione pro meo debito: ſed actione negotiorum geſtorum ad expẽſas, quas feciſti pro rata.l.cum vnus.ff.de bon.auth. iudic.poſsiden. Ioan.de Plat. in d.§.actionum. in inſtitut.de actionib.

*De Mandato.*

738 Mandatum, eſt officium gratuitò ab eo,qui ſuſcepit exhibendum. gloſ. in §.1.inſtitut.eod.

739 Primò dicitur,officium:quia mandatum originem trahit ab amicitia & officio,dicit tex. in l.1.in fi.ff.manda. & homo homini officium debet.glo.in l.officio.C.de neg.geſt.

740 Poſtea dicitur in definitione , gratuitò: quia gratuitum eſſe debet : aliàs non eſt mandatum,ſed ad alium contractum tranſit.l.1. & l. ſi tibi rem.ff.de præſcript.verb.

741 Itẽ dicitur ab eo qui ſuſceperit.igitur non tenetur quis ſuſcipere:ſed poſtquã ſuſcepit implere cogitur.§.mandatum.inſtitu.eo.Ego puto addendum, rei honeſtæ : videlicet eſt officium rei honeſtæ gratuitò ab eo,qui ſuſcepit,conſumendum:vt in d.§.mandatum, vel implendum per l.diligenter.ff.eo.

742 Item addo,honeſtæ rei:quia mandatum rei turpis nullũ eſt.l.ſi remunerãdi.§.rei turpis. & l.ſi mãdauero.§.qui ædem.ff.mãda. & §.illud inſtit.eo.quia cùm iſte cõtractus ſit iuriſgẽtium, iniquum eſſet ex eo contra ęquitatẽ actionem produci.c.erit autem lex.4.diſt.etiã ſi iuramentum interueniret non obligaret, tanquã contra bonos mores. regul. non eſt obligatorium. de regul.iur.in 6.

743 Ex hoc mãdato duę proficiſcũtur actiones,vna mãdati directa,quę mãdãti datur cõtra mandatariũ,qui poſt ſuſceptũ mandatum non geſsit negotia:vel malè geſsit. tunc ad id quod mãdantis intereſt cõdemnatur. Si nihil interſit ceſſabit actio,per tex.in l.ſi procuratorẽ.§.mandati,actio.& l.ſi remunerandi.§.1.ff.mãdati.Alex. conſil.52.viſo primo.in 6.vol. Et fructus etiam rei petere poteſt.l.idémque.§.idem Labeo.ff.eo. Bonæfidei enim congruum eſt, ne lucrum de alieno ſentiat.d.l.ſi procuratorem.

744 Ex mandato apud eũ, qui ſuſcepit nihil remanere oportet:ſicuti nec damnũ pati debet. l.ex mãdato.ff.eo.vnde ex hoc datur cautela acquirendi rem ſine pretio : videlicet, vt mandes amico,vt ſuis nũmis talem fundum, vel pratum emat:ſi emerit & ſibi traditus fuerit & poſſederit longo tẽpore, tenebitur fructus in ſortẽ cõputare,qui fortè aſcenderit vſq; ad pretiũ datũ. ſic ſcribit Franc.Cremo.ſing.168. Titius. quod reaſſumit Petr.Gerard.ſing.31.ſi mandaui. Hoc habuerunt à Bal.in rub. C.de cõtrah.empt.q.15. ſequitur Iaſ.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſolu.matr.& in l.2.§.mutui datio.col.vlt.ſi cer.pet.

745 Item rectè cõcludere mãdans poteſt aduerſus mandatarium:vt caueat non impoſuiſſe ſeruitutẽ,vel alij non obligaſſe rem ſibi ratione mandati traditam.l.de tuo.ff.eod.

746 Item,vt actionẽ cedat,agit mandans aduerſus mandatarium.l. ſi procuratorem.§.fin.ff. manda.& ſi dolo emere neglexit,pecunia fortè accepta.d.l.ſi procuratorem.§.dolo.

747 Contraria verò datur ei,qui mandatum adimpleuit,ad omne id quod expoſuit pro mãdante.l.ſi verò non remunerandi.§.cõtrario. & §.ſi mihi. & l.idémque.§.idẽ Labeo. ff.eo.etiam ad vſuras,quas ſoluit.d.§.ſi mihi.deciſ.Neapoli. q.91.Iterũ in rubr.dicitur,mandati vel cõtra. ad denotãdam actionẽ mandati directam ibidem tractari,& contrariam:& quod ex mandato detur actio mandati directa,vel contraria.dicit gl. in l.conſenſu.ff.de actio. & oblig. quod vbi diſtincta ſunt nomina,vt emptor,venditor, locator,& conductor, tunc dantur duæ actiones,& vtraque directa eſt : vt actio empti & venditi. Idem,vbi eſt idem nomen:vt ſocius.Sed quãdo nomen à nomine deſcendit, vt mãdans & mãdatarius:commandans & commãdatarius, tunc duæ oriuntur actiones vna directa, altera contraria.illam gl.ſequitur Petr.Iacob.in pract.ſua, rubr.de actio.neg.geſt.contrar.vbi plenius.

748 Et quinque modis contrahitur.vt in §.1. & ſeq.inſtit.eo.& fit per hæc verba,mãdo,rogo, iubeo,pręcipio,volo,& ſimilia.l.1.ff.eo.per verba tamen cõmẽdatoria non obligatur mãdans. l.ſi verò non remunerãdi. §.cùm quidam.ff.eo. & originem habet ex amicitia.l.1.ff.eo.

749 Excipit mandatarius contra mãdantem agẽtem multis modis.Primò,quòd nullum interuenit mãdatum:& ſi interuenerit,quod illud non ſuſcepit mãdatum.vnde non tenetur, quia in initio liberum eſt ſuſcipere,vel non:ſed poſt ſuſceptum quis tenetur implere.l.in commodato.§.ſicut.ff.commod.§.mandatum.inſtit.eo.

750 Obligatur enim quis non eo.quòd non geſſerit : ſed quia negotia gerenda ſuſcepit. l.ſi remunerandi. §.1.ff.eod.facit l.ſicut. de actio. & oblig. C. aliquando tamen quis obligatur ſine mandato,quando paſſus eſt aliquid ab alio fieri in ſuum cõmodum.l.ſi remunerãdi.§.ſi paſſus.

ff.eo. Poteſt etiã quis ſuo mandato renunciare, dummodo tempeſtiuè.d.§.mandatũ.1. inſtit.eo.

751 Item excipit quod ille, qui mãdauit non potuit mãdare. quia erat furioſus,amẽs,infans, & aliæ perſonæ, quæ non poſſunt obligari. de quibus ſuprà de emptio.diximus. Et in hoc mãdato requiritur conſenſus : vt patet in rubr. de obligatio.quæ ex conſenſu.

752 Item,quod mandans, re integra,& antequam mandatarius poſſet explere mandatum, mortuus eſt:& ideo mandatum finitur. l.mandatum. C.mandati.& multis aliis modis finitur mãdatum:vt per Azo.in ſumma huius tituli, & per Doct.in l.& quia.ff.de iuriſdict.omn. iudic. & §.rectè.inſtit.mãdati. Fallit in caſu poſito per Franciſc.de Cremo. ſingul.143. plenè ſcripſi in d.l.mandatum.C.eod.

753 Aliquando finitur mandatum, & durat actio mandati.l.inter cauſas.ff.eod.

754 Item excipitur, quod mala geſtio venit fato,& non dolo,aut culpa gerentis.quãobrem non tenetur,cùm non teneatur mãdatarius,niſi de dolo,lata culpa,vel leui.text. in l.à procuratore.C.eo.vide abundantius Doct. in l.contractus.ff.de reg.iur.& infrà dicam.

755 Item excipitur,quod non intererat mandantis.l.ſi procuratorem.§.mãdanti actio. ff.eo. fallit,quando non fieret gratia mandatarij, vel poſtea cœperit intereſſe. l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. ff. eodem.

756 Item, quòd poſt ſuſceptum mandatum prohibuiſti, & ſic nõ geſsi:vel tuus procurator prohibuit.l.ſi hominem. ff.manda.vbi eſt caſus ſingularis,quod procurator ex cauſa iuſta, quã dominus ignorauit poteſt reuocare mandatum à domino factum.& illum tex.allegaui pro curiis ſupremis, vt poſsint aliquando prohibere Locumtenenti Regis,ne exerceat officiũ ſuum in aliquo caſu.in prooem. concorda. in verbo, ſummas.

757 Item excipi poteſt, quòd mãdatarius accepit mercedem pro mandato : & ſic cum gratuitum mandatum ſit, non dicetur mandatum: ſed locatio, vel contractus innominatus l. 1. §. mandatum.ff.eo.& §.fin.inſtit.iſto tit.

758 Item excipitur, quòd res erat empta ante mandatum,vel vendita: & mandatũ non retrotrahitur.Corn.cõſil.269.in hac.vol.1. quia non conſentit in id, quod factum eſt.nam mãdatur fieri:& mandatum ſine conſenſu,nullum eſt, vt inſtit.de obligat.quæ ex conſenſu.& nullum eſt mandatum pro eo, quod eſt factum. l. ſi verò non remunerandi.§.ſi poſt.ff.eo.quòd eſt verũ: niſi meo nomine eſſet factum, & poſtea ratum haberem : quia ratihabitio mandato comparatur.regula,ratihabitionem.de regul.iur. in 6. ſic conſuluit Alex. conſil. 146.in cauſa.vol.5. vide Iaſ.in l.quominus.q.21.ff.de fluminib.

759 Item, quòd per valetudinem aduerſam non potuit mandatum explicare. nam mandatarius tunc non tenetur.l.ſi mandauero.2.§.fin. & ſeq.ff.eod.& non tenetur,niſi de dolo,& lata culpa.l.ſi procuratorem. §. dolo. ff.eod. & hoc quando negotium requirit modicam diligentiam : vt portare literas: niſi receperit pretium pro illa re deferẽda. nam tunc etiam tenetur de periculo rei.l.eum,qui. §. ſi epiſtola. ff. de furt. Porc.in §.fin.inſtit.eod. quod facit contra portantes libros,aut merces,ſecundùm eum.

760 Item de leuiſsima culpa tenetur,quando negotium requirebat exactiſsimam diligẽtiam: vt ſi in iudicio, quis procurator eſſet : quia ſuſcipiens hoc onus, videtur ſe peritum aſſerere: ob id & de leuiſsima tenetur. l. à procuratore. C. mandati.

761 Si verò factum requirat tantùm diligentiam exactam:vt ſoluere pecuniam,de leui tantũ tenetur.l.in re mandata.C.eod.

762 In actione contraria mãdati venit etiam leuiſsima culpa : ſicut in contraria depoſiti.l. ſi ſeruus communis.§.quod verò.ff.de furt. vnde legatus omnia damna, quæ in itinere paſſus eſt petit:niſi affectauerit.Bart.in l.inter cauſas.§.nõ omnia.ff.mandati.& in l.quod Nerua. ff.depoſiti.Doct.in l.contractus.ff.de reg.iur.

763 Si contraria actione agatur ad id, quod malè geſtum eſt, vel non geſtum, excipiet reus primò non mandaſſe, ſi verum ſit : & ſic actio mandanti ceſſabit.

764 Item,quòd malè adminiſtraſti,non inſequendo formam mandati iuxta l.diligenter.ff. eod.vnde qui excedit fines mandati,nihil agere dicitur.Igitur ſi vẽdat rem minori pretio,quàm fuerit ei mandatum, non transfert dominium illius rei.ob id dominus eam poterit vendicare. per d.l.diligẽter.Iaſ.in addit.ad Porc.in §.illud. inſtit.manda. licet præſtet cauſam vſucapiendi. l.qui fundum.§.fi.ff.pro empto.

765 Item,quòd poſtea prohibui & vetaui. l.ſi remunerandi.§.ſi paſſus.ff.eo.vbi glo.actionem mandati ceſſare ſcribit in quatuor caſibus,quos ibi vide. Et quod mandans poſsit mandatario prohibere. vide in l. ſi verò non remunerandi. §.ſi mandauero.ff.manda.

766 Item,quòd nondũ impleuiſti mandatum ex parte tua:quia mandati vt pro me fideiuberes,& adhuc nõ ſoluiſti,nec diu ſtetiſti in obligatione.l.Lucius.ff.manda.vbi vide gl. & doct. Panor.& Barb.in c.2.de fideiuſſor.

767 Item excipit reus cõtra mandantẽ petentem,domũ ſuo mandato emptã,reſtitui : quòd non fuit ſibi tradita,& ante traditionẽ non agit mandans ad ſibi reſtituẽdũ rem,de qua eſt ſibi mandatũ : imò liberatur reus cedẽdo actionem mãdanti.l.ſi mãdato.1.in princ.ff.eo.& quia tradita eſt mandatario eo animo, vt acquireretur mandanti,& ipſe ſic acceperit, acquiritur mandanti.l.qui mihi donatum. ff.de donat. alioqui non acquiritur res mandanti ante traditionem ſibi factam.l.res ex mandato.ff.de acquiren. rerum domin.

768 Itẽ excipit de pretio nõ ſoluto, & offerri debet pretium antequam res petatur.l.Iulianus. §.offerri.ff.de actio.empt.tamen ſi mandatarius pluris emerit, quàm fuit ſibi mandatum, illud plus nõ repetit.nec ob hoc retinere poteſt rem. §.is,qui exequitur.inſtitu.manda. Petr.Iacob.in rubr.de actio.manda.directa.

De

*De Deposito.*

769 Depositum est, quod custodiendum alicui datũ est.dictũ ex eo,quòd ponitur. Præpositio enim,de,auget positũ:vt ostẽdat totũ fidei eius cõmissum,quod ad custodiã pertinet.tex.in l.1.in princ.ff.eo.Host.in summa huius tit.§.1. hanc actionẽ bonæfidei esse dubitari non oportet.l.1.§.hãc actionem. ff.depositi.

770 Duæ actiones ex deposito oriũtur,directa videlicet,& contraria.directa est,quæ datur deponẽti ad repetendum rem depositã. l.1.§.est autẽ.& per totũ.ff.depos.instit.quib.mod.re cõtrah.oblig.§.præterea. & Leuit.6.c.potest etiam deponens cõcludere ad fructus rei,partus,& ad omnem causam.vt in d.§.hanc actionẽ. dicitur. Et quid veniat appellatione omnis causæ, declarat l.cùm fundus.ff.si cert.pet.

771 Item, si quis rem meam ab alio recipiat, cõueniri depositi potest,vt restituat.l.die sponsaliorum.ff.eod.

772 Item,si res deposita reddatur, agi potest quasi non sit reddita.l.1.§.si res deposita.ff.eod. & ad pecuniam datam causa depositum repetendi.l.fin.ff.eod.

773 Actio cõtraria est,quæ datur depositario ad expensas,quas in re deposita fecit,repetẽdas: & de indemnitate eius,qui depositum suscepit. l.ei apud.& l.actione.ff.depositi.

774 Nota, quòd depositum interdum fit & communius,ratione deponẽtis tantùm:& tunc depositarius non tenetur nisi de dolo, & lata culpa.d.§.præterea.l.contractus. ff. de regul. iur. quia imputandum est rei,qui negligẽti rem custodiendam tradit. vt ibi. & quis non debet in alienis rebus diligentior esse, quàm in suis. l. quod Nerua.ff.depositi.

775 Interdũ fit depositarij tãtùm gratia. vt si peregrè proficisci volebas,& dubitabas me indigere interim nũmis. quamobrem rogaui vt eos penes me deponeres,quibus si vtar mutuo mihi erũt:si non vtar depositum erit. hoc casu de leuissima culpa tenebor:instar cõmodati,cũ mea gratia tãtùm fiat. & dicitur depositũ irregulare. per glo.in l.si quis nec causam.ff.si cert.pet. l.1. §.si pecunia.ff.eo.etiam de leuissima tenetur, si conuentum fuerit.l.1.§.si conueniat. ff.eod. vel quando deponens obtulit se deposito. d. l.1. §. sæpe.& si culpa,vel dolus præcedat. §.si rẽ.ibid. vel si mora precesserit.l.si in Asia.§.fin.ff.eod.& quando dicatur depositum,vel mutuum,declarat Bal.consil.355.quidam.in 3.vol.

776 Aliquando fit depositũ gratia vtriusq;:& tunc vterq; de leui tenetur.Bart.& alij in l.contractus.ff.de reg.iur.l.1.§.si quis seruum.ff.eo.Et an valeat pactũ, quod depositarius dat aliquid pro deposito,plenè scribit Rom.cons.500.summarius.vbi vide.Et quãdo officialis recipit salariũ pro custodia,tenetur de leui culpa,vt scribit Dec.cons.473.quæritur.per l.si vt certo.§.nunc videndum.ff.cõmoda.non de furto aliter facto.

777 Contra depositarium cõcludit actor, vt rem depositam restituat depositarius, vnà cum litis expensis.

778 Contra deponentem agentem excipitur, quòd nihil est depositũ:sed bene cõuentum de deponẽdo.& sola conuẽtio non facit depositũ, nisi res interueniat,cùm re cõtrahatur depositũ. §.preterea.instit.quib.mod.re contrah.oblig.

779 Itẽ opponitur,quòd res sit propria illius apud quem est deposita:& tũc rei suæ depositũ non est.l.neque.ff.de reg.iur.l.qui rem.ff.eo.

780 Item,quod equus depositus,vel liber,periit sine depositarij culpa:vt l.si plures.§.fi.ff.eo. Si tamen eam rem iterum deprehenderis,depositi teneberis.l.si sine.ff.eod.

781 Item excipitur,quòd is contra quem agitur,recusauit eam custodiendam recipere:ob id non fit depositum,vel saltẽ nõ tenebatur.Doct. in c.1.de depos.in decretal.

782 Item, quòd pro illa re accepi pecuniã ad custodiẽdũ:& tũc nõ potest agi depositi,sed locati:vel præscriptis verb.l.1.§.si quis seruũ.ff.eo.

783 Item,quòd dominiũ translatũ est in recipientẽ:& tunc nõ erit depositũ:sed mutuum. l. Lucius.1.ff.eo.vide l.die sponsaliorũ.§.vlt.ff.eo. l.in naue Saupheli.§.idem.ff.loca.Bal.cons.219. præmittendum.in 5.volu.Si tamen pecunia deponatur penes officialem, vel alium authoritate iudicis, vt sæpius fit, & is pro custodia recipiat salarium,si pecunia perdatur per furtũ sine culpa custodis factum, non tenebitur custos: quia est debitor in specie,nõ in genere.Ex quo dicit Bartol.in l.1. C.de auri public. persecutor. lib. 10. per illum text. quòd exactores siue thesaurarij publici, pecuniam quam exigunt, non debent redigere in florenos:sed in specie illam Regi reddere debent, vt consuluit Dec. consil. 473.quæritur.col.2.

784 Itẽ illius rei, quam petis alia sunt signa, quàm à te expressa.ob id in petitione rei depositæ signa dicenda sunt. l.1. §.si quis argentum, ff. depositi.

785 Item,quòd apud me non est deposita:sed suasi vt penes alium deponeres.& tunc non teneor, sed is,qui recepit. Secus si tuo nomine apud alium deposuerim,vel periculo tuo. l.1.§. idem etiam Pomponius.ff.eo.

786 Item restitui domino rei:& sic nõ potest latro deponẽs me cõuenire.l.bona fides.ff.eo.

787 Cõtra repetentẽ impẽsas factas in re deposita cõtraria depositi actione,excipitur quod expẽsa non erat necessaria,nec vtilis,ob id non repetitur. vel erat modica, & depositarius erat vsus.l.in rebus.§.possunt.ff.commodati.

788 Item si petat auenæ mẽsuram,quam singulis diebus dedit.excipit reus,quod equus nõ laborabat:& sic non debebat tantũ mãducare. quia,qui non laborat, non manducet. Etiam, quia dominus equi non consueuerat dare auenam: ob id depositarius sciens hoc, non debet dare.aliàs non repetit, cũ consuetudo patrisfa. inspici debeat.l.vel vniuersorũ.ff.de pign.actio. l.si seruus plurium.§.fin.ff.de legat.1.

789 Ad hęc solet opponi,quòd equus erat rustici,qui nõ solẽt in hyeme dare auenã equis nõ laborãtibus.vel equus erat modici valoris:& sic nõ debebat ei dari vna mensura auenæ,vel erat admodum cara.ob id non debebat sic dari.

790 Itẽ, quòd alius hoſpes nutriuiſſet illum equum pro decem, & ille petit quindecim: tunc non debuit depoſitarius ex alieno corio largas corigias facere. l. ſi pignore. ff. de furt. Petrus Iacob. in ſua pract. rubri. de actio. depoſit. contra.

791 Item, quòd depoſitum factum fuit recipientis gratia, non aliàs facturus: & tunc expenſas non repetet. not. in d. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur.

792 Item, quia conuentum eſt, vt nullas expenſas repeteret: & conuentio cõtractui legem dat. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſiti.

793 Item excipitur, quòd illas expenſas ſciens in re aliena fecit, & ſic donare videtur. l. adeo. §. ex diuerſo. ff. de acquir. rer. domin. & §. cum in ſuo. de rer. diuiſio. in inſtitut. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur.

794 Aduerte tamen, quia depoſitarius, vel mandatarius, ſeu alius, domini voluntate rem habens, non videtur donare: ſed tunc demum quãdo nulla præcedit cauſa, vel titulus. Rofred. in tract. libello. rubr. de actio. depoſiti contrar. in fi. in 4. parte. quod eſt verũ, quãdo ex neceſſitate hoc facit: ſecus ſi ex voluntate: quia tũc donare videtur, vt probatur in d. §. ex diuerſo.

795 Specialia contractus depoſiti ſunt hæc. Primò, quia ſuper depoſito non recipitur compenſatio. l. fin. C. de compenſatio. cap. fin. eo. tit. quia ſpoliare videtur, qui legem depoſiti non ſeruat. Dyn. in cap. qui ad agendum. de regul. iur. in 6. quem refert Bald. conſil. 384. duo ſunt. in 1. volu. vbi tenet non habere locum in depoſito confeſſato. per gloſ. in l. aſsiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. Contrarium tenet Franc. Curt. in l. 2. nu. 15. ff. cert. petat.

796 Secũdum, quòd illico & ſine dilatione cõpellendus eſt depoſitarius ad reddendum depoſitum. d. l. pen. etiam nõ obſtante exceptione turpitudinis. Bal. conſ. 105. verba dicũt. in 1. vol.

797 Tertium, quòd inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam, vt ibi. & tradit Iaſ. in additio. ad Porcum, in §. præterea. quibus modis re contrah. oblig. in inſtitut. Dec. conſil. 645. præſuppoſita. col. 1.

798 Quartum, quòd nullam deductionem poteſt depoſitarius facere. d. l. penult. ibi nullam compenſationem, vel deductionem. c. fin. eo. tit. cõſiderata tamen æquitate per exceptionẽ doli repelleretur. per l. ſi me. ff. ſi cert. pet. Bald. conſi. 317. ad euidentiam. in 3. vol.

799 Quintum, quòd res depoſita non poteſt ſequeſtrari: ſed debet deponẽti reſtitui. authen. ſed iam cautum. C. depoſiti.

800 Fallit, quando ille, qui depoſuit, eſſet de fuga ſuſpectus. glo. in verbo, extrinſecus. in authenti. de depoſito. §. 1. colum. 6. quam ſequitur Franciſc. Curtius in l. bona fides. depoſiti. C. colum. penulti. per l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſda. cogantur.

801 Sextum, quòd depoſitum poteſt quãdocunque repeti, licet ad certum tempus datũ fuerit. tex. ſingul. in l. 1. §. penult. ff. de depoſiti. Bald. conſil. 379. retentis. volum. 5. Ratio eſt, quia non intereſſet depoſitarij, cùm non poſsit depoſito vti: imò eo vtendo committit furtum. l. ſi depoſiti. C. depoſiti. nec in depoſitarium tranſit: niſi ſola detentio, quam dominus, quando vult repetere poteſt, quanuis Bar. aſsignet aliam rationem in d. §. pen. quæ parum videtur ſatisfacere.

802 Septimum priuilegium eſt in l. ſi hominem. §. quoties. ff. depoſiti. vbi ſic dicitur, quoties foro cedunt nũmularij, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorũ, hoc eſt eorũ, qui depoſitas pecunias habuerint, &c. Foro dicuntur cedere mercatores, qui negociationem deſerũt. vulgus dicit facere banquã ruptã, teſte Bud. in annot. d. §. quoties. & ſic in actione perſonali creditor ex cauſa depoſiti aliis præfertur: niſi debitum eſſet vſurarium, quia tunc cùm aliis cõcurrit. Bald. conſil. 276. ſuper facto.

803 Intellige etiã hęc priuilegia cõpetere pro depoſito irregulari: vt quãdo trãsfertur dominiũ. l. Lucius. cũ l. ſeq. ff. depoſ. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. peta. Et quòd iſta priuilegia competant illi depoſito, probat d. §. quoties. cum l. ſeq. Et ſequitur Franciſc. in d. l. bona fides. in fi. facit quod dicit Bald. in l. in contractibus. §. 1. C. de non num. pecun. quod depoſitũ confeſſatum habet priuilegia depoſiti. Quia cum transferatur dominium ex irregulari, & ſic depoſitarius habet maiorem vtilitatem: ergo efficacius obligabitur. argum. l. ſecundùm naturam. ff. de regul. iuris.

804 Octauum, quòd inficiãdo depoſitũ, quis cõmittit furtũ. l. inficiando. ff. de furt. Iaſ. in d. §. pręterea, &c. hoc eſſe depoſiti priuilegiũ aſſerit.

805 Nonũ, quòd ſi depoſitũ pecuniæ fiat penes aliquem, vt vtatur ſi indigeat: ſi illa pecunia pereat, tenetur depoſitarius tantundem reddere. l. die ſponſaliorum. §. fin. ff. depoſiti. quia aſſumit naturam mutui, & egreditur naturam depoſiti. Roma. conſil. 500. & conſil. 520. circa, &c.

806 Decimum, quòd exceptio nõ numeratæ pecuniæ non recipitur contra depoſitum. l. in contractibus. §. ſed quoniam. C. de non numer. pecun. Curt. in l. 1. C. de edendo. & in l. 2. nu. 15. ff. ſi certum petatur.

807 Vndecimum, quòd qui non reſtituit depoſitum, condemnatus ad eius reſtitutionem, infamia notatur. l. qui depoſitum. C. depoſiti.

808 Eſt & alia depoſiti actio prætoria, quãuis ſupraſcripta ciuilis ſit: & hæc datur deponenti cauſa incendij, ruinæ, tumultus, vel naufragij. l. quod tumultus. & l. 1. §. 1. ff. eod. & datur ad duplum, ſi depoſitarius inficiatur depoſitum. §. ſequent. inſtit. de actionib.

809 Et concludit actor, vt res depoſita reſtituatur: & ſi inficietur depoſitum, duplum petat, & vnà cum expenſis, teſte Petr. Iacob. in ſua pract. rubr. de actio. depoſiti propter incẽdium. Hodie practici non ſolent concludere ad duplum, nec iudex condemnare, cùm pœnæ ſint ob conſcientiam ſublatæ dupli, tripli, & quadrupli. gloſ. ſingul. in c. fraternitas. 12. q. 2. Sed ſolent petere in pœnam inficiationis quãtitatem pecuniæ: & iudex arbitrio ſuo taxat & ſic vidi in foreſi iudicio ſeruari, quãuis apud Piſidas de

abiur

abiurato deposito, maximum esset indicium, nam depositum abiurans, facinus morte luebat, teste Alex.genial.dier.lib.6.c.10.

810 Contra istum deponētem agentem potest excipi, vt proximè dictū fuit, suprà in alio deposito.

811 Item, quòd metus nullus erat, nec incendij, vel ruinæ, seu seditionis timor: vel fortè vanus, & vani timoris nulla est executio.l.vani.ff. quod met.caus.l.habitatores. in fi.locati. & l. si quis ab alio.in princ.de re iudic.

812 Item, quòd incēdium non appropinquauit domui tuę per quatuor domos: & sic timere incendium non debebas. quia non erat vicinū. l.si alius.§.est & alia.ff.quod vi, aut clam.l.si quis fumo.ff.ad leg.Aquil.

813 Item, quòd restitui, & sic nō potes iterum petere: quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.l.bona fides.ff.de reg.iur.

814 Itē excipitur, quòd alio tēpore fuit depositum, quàm in aliquo istorū casuum: & sic non potest crescere per inficiationē.vt per Rofre.in tract.libel.rub.de actio.depos.in 1.parte.

*De Commodato.*

815 COmmodatum, est alicuius rei ad certum vsum gratuita cōcessio. Hostiens. in summa huius titu.glo.in cap.vno.eo tit.vide Exod.22.c.legem de commodato antiquam.

816 Primò dicitur, alicuius rei, siue sit mobilis, siue immobilis: siue corporalis, siue incorporalis.l.1.§.1.ff.cōmodati.glo.in c.vnico. eo.tit.

817 Fallit in rebus, quæ vsu consumuntur, in quibus non cōsistit cōmodatum, sed mutuum: vt in pecunia, frumēto, & aliis rebus, quæ in suo genere functionem recipiunt.l 2.ff.si cert.pet.

818 Nisi alicui ad pompam, seu ad ostentationem commodarentur: & vt ditior appareret, vt facilius nubere posset.l.2.§.fi.cū l.seq.ff.cōmod.

819 Possunt tam serui commodari.l.2.C.eod. quàm homines liberi. & videmus multoties quod quis concedit famulum suum ad scribendum, ad cantandum. & hoc maximè exercent Cardinales, & magni domini, qui sibi inuicem donant, vel commodant coquos, cantores, vel alios peritos famulos: nec incidunt ob hoc in legem Flauiam, de plagiariis.Bart.in l.lege.ff.ad leg.Flauiam, de plagiar.

820 Itē dicitur, ad certū vsum, quia ad certum vsum fieri debet, aliàs dicitur precarium. l.1.vbi Bart. ff.de precar.& l.in commodato.§.sicut.ff. eod.etiam ad certum tempus cōceditur, saltem tacitè arbitrio iudicis.l.si vt certo.ff.eod.Panor. in c.fin.nu.11.de precar.vt, si commodas, vt possim transscribere librum, inest tacitè tempus, intra quod ego hoc commodè facere possum: & si tempus sit elapsum, quo potui perficere, & non perfeci, reuocari poterit commodatum.gl. & Bartol. in l.in commodato. §. sicut. ff. commodati.etiam si habueris impedimentum. Dec. in l.contractus.nu.22.ff.de reg.iur.Si tamen cōmodans esset damnum passurus, poterit ante tempus illud reuocare. Angel. de Cla. in summa, in verbo, commodatum.q.3.vbi vide.

821 Item scholastici ex priuilegio, ante vsum finitum reuocant commodatum: vt scripsi in priuileg.scholast.16.

822 Item in definitione dicitur, gratuita concessio, quia si merces interuenerit, vel vna res pro alia, non esset commodatum: sed cōtractus innominatus. text. singul. in l.si rem tibi inspiciendam. §. 1. ff. de præscript.verb. Secundùm Ludouic.Roma.sing.38. & Barb.in rubr.de cōmodato.col.2.& §.item is, cui.in fi.institu.quib. mod.re contrah.obliga.vbi dicit gratuitum debere esse commodatum.

823 Notandū est duas esse actiones super hoc. directam, videlicet, & contrariam. In directa, concludit commodans se ad certum vsum gratis commodasse, & vsum finitum. quare petit sibi rem commodatam restitui.d.l.1.Petr.Iacob. in sua pract.rubr.de actio.commod.directa. Potest etiam inserere in eodem libello, quòd si res non extet petit æstimationem. quod probatur in l.iure. ff. de condict. furt. & sic potest petere in actionibus personalibus, per quas agitur ad aliquam rem mobilem restituendam, si post interitū reus remaneat obligatus: vt asserit idem Petr.Iacob.in rubr.de actio commod.

824 Item potest concludere, vt sibi reddatur res ratione interesse deteriorationis: quia, quoniam est reddita deterior, non videtur reddita. l.3.§.1.ff.eod. vbi Bart. Sed ego vidi concludere ad interesse deteriorationis tantùm, & non ad rem, per actionem commodati.

825 Excipitur cōtra cōmodantem, rem commodatam repetētem. Primò, quòd res non fuit commodata: sed donata, vel alio modo cōcessa. & sic actio cōmodati non competebat, vel precario: & est differentia, vt in l.1.ff.de precar.

826 Item, quòd is, cui commodasti erat furiosus, demens, vel infans, qui cōmodati non obligatur: vt suprà dixi de vendit.& empt.Pupillus tamen tenetur, quatenus factus est locupletior. l.1.§.fin.cum l.seq.ff.eo.

827 Item, quòd commodasti Titio, & non mihi: nec ego pro Titio me obligaui: quia duo rei insolidum in commodato fieri possunt. l.si vt certo.§.si duobus.ff.commod.

828 Item, quòd transtulisti dominiū in commodantem contra naturam commodati. l. rei. cum seq.ff.eo.fortè postea commodatario vendendo.instit.de rer.diuisio.§.interdum.

829 Item, quòd dedi tibi decē, vt mihi cōmodares, & sic nō est cōmodatum, quod est gratuitum.l.si vt certo. §.nunc vidēdum.ff.commod.

830 Item, quòd gratia tui cōmodasti: & tunc non teneor: nisi de dolo, & lata culpa. Secus, si gratia cōmodatarij. quia tunc etiam de leuissima.l.si vt certo.§.cōmodatum. & §.custodiam. & §.sed interdum.& §.interdum.ff.eo.

831 Item excipitur, quòd res commodata naturaliter perit sine dolo & culpa.l..si vt certo.§. quod verò.ff.eod.

832 Item, quòd illam tradidi famulo cōmodantis reddēdam.l.eum, qui. §.fi.ff.commodati.

833 Item, quòd commodans eam surripuit: & illi dedi æstimationem. nam tunc receptā æsti-

mationem per actionem cõmodati contrariam. l.in commodato.§.fin.ff.eod.

834 Imò actionem furti habebo, si illam rem poteram ob expensas retinere.l.si is, cui cõmodata ff.de furt.aliàs non potero furti agere.

835 Item de expẽsis excipitur,& petitur compensatio,& retentio,donec solutæ fuerint. l. in rebus.§.fin.ff.commodati. quod est verũ in magnis:secus in paruis.d.l.in rebus.§.possunt.

836 In actione contraria cõmodati,concludit actor contra cõmodantem ad expẽsas necessariò factas in re cõmodata.l.in cõmodato.§.cõtraria.l.in rebus.§.possunt. ff. eo.vel si cõmodauit mihi dolium vitiosum,quod effudit vinum, vel fecit illud mucidum , quod valet viginti: quare peto illa viginti,vt per Petr.Iacob.in rub. de commod.contrar.

837 Itẽ concludit,vt æstimatio rei cõmodatę, quam cõmodãs furto subtraxerat , re commodata inuenta, sibi commodatario restituatur. l. rem mihi.ff.eod.

838 Contra cõmodatarium repetentẽ expensas in re cõmodata factas,solet excipi quòd illæ expensæ sunt alimenta,& cibi, qui debebant ex natura commodati dari.l.si vt certo.§.sumptus. & l.in rebus.§.possunt.ff.eo.

839 Sicut maritus non recuperat cibaria,quæ famulis dotalibus ministrauit:quia sibi laborãt. l.si id,quod.ff.de donat.inter vir.& vxor.

840 Item, si cõmodatarius agat contra commodantem vasa vitiosa,potest excipi,quod cõmodans præmonuit:& sic cauere debebat,aliàs commodans tenetur.l.in cõmodato. §. sicut. in fi.& l.in rebus.§.item,qui. ff.commodati. scripsi abundantius ad quid teneatur commodans,videlicet,quando est sciens,non quãdo est ignorans in repetitione l.vnic.in gl.dupli.C.de sent. quæ pro eo,quòd interest.per l.pen.ff.eo.

841 Item,si commodatarius agat cõtra commodantem ne intempestiuè, & ante vsum reuocet , excipitur vsum finitum ,vel illum abuti re commodata.l.in commodato.§.sicut.ff.eo.

842 Idem, si cõmodatarius agat contra commodantem,qui equum sciens commodauit,vel bouem terribilem,qui mihi nocuit:tunc ad interesse aget cõtra cõmodãtẽ,qui nõ denũciauit. vel si cõmodauit mihi famulũ furẽ. l.pe.ff.eod.

843 Nota, quòd interdum cõmodatum gratia cõmodatarij fit,& in dubio : & tunc tenetur de leuissima culpa.c.vno.eo.tit. & l.1. §.is verò. ff.de actio.& obligatio.non de casu fortuito, vt ibi. Fallit quando culpa præcedit casum. l. si vt certo.§.sed interdum.ff.eo.& d.c.vno.

844 Interdum fit gratia commodantis. d. l.si vt certo.§.interdum.& tunc de dolo tantùm tenetur:vtpote si vxori suæ quo honestius culta ad se deduceretur.

845 Idem, si conuentum fuit, vt de dolo tantùm commodatarius teneretur.quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. contractus. de regul.iuris.

846 Vel quando vltro & spõte se obtulit cõmodaturum, quòd facit contra munificos & se offerentes, teste Angel.in §.item is,cui. institut. quib.mod.re contrah. obligat. quia tunc etiam gratia offerentis fieri videtur.

847 Item , si quis ludos edens scenicis commodauit.d.§.interdum. Panor.Imol.& Barbat. in d.c.vno.eo.tit.

848 Quandoque gratia vtriusque,& tunc de leui tantùm tenetur.d.§.nunc videndũ.veluti si cõmunem amicum ad cœnam inuitauerimus, túque eius rei curam susceperis, & ego tibi argentum commodauerim. l. in rebus.§.1.in fi.ff. eo.l.1.§.is verò.de actio.& obligatio.

849 De casu non tenetur cõmodatarius, nisi culpa præcedat casum: vel ita conuentum fuerat,seu mora intercesserit.c.vno.eo.tit.§.item is, cui.institut. eod.

*De Societate.*

850 Societas est duorum pluriúmue honesta contracta communio,ob cõmodiorẽ & vberiorẽ quæstum. gl.in rub. instit.eo.

851 Primò dicitur,duorum vel plurium,quia in vno non potest esse societas : sicut nec conuentio.l.1.ff.de pact.

852 Item dicitur,honesta,quia rei turpis nulla est societas.l.si fratres.§.vlti. cum l. seq. & l. nec prætermittendum.ff.eod. Petr. de Vbald.in tracta.de duobus fratrib.in 5.parte.q.2. & quanuis conquestus sint communes de cõsuetudine inter virum & vxorem in Francia,& pro hoc not. Henric. Boic.in c.conquestus. de foro compet. tamen non ex illicitè acquisitis. per l.quod seruus. ff. de acquiren.possess. & plenè hoc scribit Ioan.Lupus in repet.c.per vestras.§.65.limita.3. de donat.inter vir.& vxo.vbi etiam in Hispania procedere dicit,vide ibi. Nam is,cuius interest, habet actionem,si ex honesta causa interest.l.is, cuius.ff.de furt.

853 Postea dicitur,cõtracta,quę duobus contrahitur modis:expressè,vt cùm socij ineunt societatem stipulatione,vel pacto.l.vt sit. & l.nam cum contractu habito.& l.duo.ff.eod.

854 Expressè aliquando contrahitur ad omnia bona.l.coiri.ff.eo.Et tũc omnes res, quæ coeuntium sunt continuò communicantur, licet specialiter traditio non interuenerit. l. 1. ff.eod. quia licet specialiter traditio non fiat tacitè : tamen creditur interuenire.l.2.ibid.& tunc hæreditas,legatum,& quod donatum est:aut quacũque ratione acquisitum est , cõmunioni acquiritur.l.ea,quæ.ff.eod.l.si fratres.§.idem Papinianus.& §.socium. & l.si societatem. vniuersorũ. ff.eo.In hac tamen institutiones non veniunt.l. duo societatem.§.fin.ff.eod.

855 Aliquando verò cõtrahitur societas vniuersorũ,quæ ex quęstu,opera,ac industria proueniunt.vt l.coiri.cum legib.seq.ff.eod.

856 Tacitè,vt exercendo actus societatis : vtpote emendo communi nomine,& alia faciendo quæ socij faciunt.Bartol.in l.Titium.§.altero.ff.de administrat.tuto.Bald.in l.si patruus. C. communia vtriusque iudicij.

857 Interdum societas vitæ nuncupatur : vt quando duo fratres in eadẽ domo vno pane & vino

vino vescuntur & degũt:tunc videtur cõtracta societas vitæ. Bald.in l.fi.C.de collat.& in §.fi.si duo fratres.de fratrib.de no.benefic.inuestitis.

858 Contrahitur societas solo consensu.l.qui admittitur.& l.planè. ff.eod. Qui consensus declaratur verbis,& etiã re: vt si quis emat nomine communi,acquirit communitati.l.vt sit.pro socio. ff.pro socio.l.prędiis.§.penult.de legat.3. Sicut ex actibus dissoluta præsumitur: ita ex contrariis actibus contracta. l.itaque. & l.actione.ff.eod. Et non solùm verbis declaratur consensus: sed etiam factis.l.de quibus. ff.de legib. cap.dilecti.de appellat. Nec refragatur,quòd re non contrahatur societas.verum est re tantùm. l.vt sit. cum tribus legibus seq. ff.eod.quia non est de contractibus, qui re contrahuntur. sed iste consensus potest re, & verbis declarari, vt suprà dixi.

859 Altera est societas negotiationis alicuius, vt quando ad mercantiam exercendam contrahitur, vel ad argentariam, vel ad grammaticam in vno collegio docẽdam. l.3.§.de illo.& l. duo.ff.eod.Petr.de Vbald.in tract.de duob.fratrib.q.1.primæ partis.

860 Alia est societas vectigalis: & si duo,vel plures vectigalia conducãt.l.societas. & l.adeò. ff.pro socio.

861 Alia est vnius rei: vt si animo societatis contrahendæ,rem aliquam emimus.l.cùm proponas. C. eod. quia hos coniungit ad societatem non consensus: sed res. l. hæredes. §. non tantùm. ff. eod. vel si domum conduximus ad tabernam,seu ad homines hospitãdum. l.vt sit. & l. cùm duobus. in princ.& l.si fratres. §.item Mela.& l.actione.§.item si societatem.ff.eod. Si verò in rem communem incidimus,non est societas:nisi affectio societatis insit.vtpote,si duobus res sit legata,donata: aut à duobus empta, vel cõducta, non est tunc locus actioni pro socio.l.2.ff.communi diuidundo. Ias.consil.185.in ista. col.2.in 2.volu. In dubio tamen iudicatur societas.Bart.& Bal.in d.l.cùm proponas. C.eo.

862 Alia ex cõsuetudine est societas, quæ inter virum & vxorem contrahitur: non de iure, nisi animorum & corporum,quæ vitæ societas vocatur.in l.1.ff.rerum amota. Nam vxor socia dicitur diuinæ & humanæ domus. in l.aduersus.C.de crim.expilla.hæredi.Sed de consuetudine in Francia & Hispania societas bonorum mobilium contrahitur,& conquestuum,durante matrimonio acquisitorum,siue sint conquestus mobiles siue immobiles. tex.in c.significauit.de donatio.inter vir.& vxo.Ioan.Fab.& alij in l.1.C.de summa trinit. & fide cathol. & in l. in donatione. C.de secund.nupt. & de hac societate alibi plenè scripsi.

863 Nota,quòd in actione pro socio concludit socius,vt ille socius,qui ex pecunia cõmuni suo emit nomine domũ,vel aliam rem, & non nomine cõmuni, debeat communicare partem socio.l.si quis societatem. ff.pro socio.& l.1.cõmuni diuidund. Si semel esset res quæsita ante societatem, esset communis effecta contrahẽdo societatem.l.1.ff.eod.vnde dissoluta societate sic agere poterit. l.tandiu. C.eo.& sic hæc actio ad communicandum datur.& postquam est communis effectu, datur actio communi diuidundo.ad illam rem diuidendam, & l.1.ff.communi diuidun.& l.si actum sit.ff.eod.

864 Item concludit socius contra sociũ durante societate,vt cõferat quod debebat cõmunicare.debebat enim cẽtum aureos in societate cõmunicare & tradere: non facit,sic agetur.vel si scholasticus fecit suam hebdomadam,& alter non vult eam facere,potest sic compelli.l.si fratres.§.idem Papinianus.cũ multis §§.seq. ff.eo.

865 Itẽ cõcludit socius,vt alter socius, qui recepit fructus rerũ cõmunium,reddat rationẽ,& partẽ perceptorũ mihi contingentem tradat & restituat.Et generaliter agit socius contra sociũ de omnib.quæ dolo malo per sociũ gesta sunt, l.verum.ff.pro socio.Alex.cõs.80.viso processu. colum.1.volum.4.

866 Itẽ,si expẽsas fecit pro cõmunibus bonis partẽ illarũ petet l.si fratres.§.si qs ex sociis.ff.eo.

867 Itẽ,vt damnũ emendet socius rectè concluditur,videlicet quòd passus est socius pro re cõmuni.l.cũ duobus. §.Daria.& §.vlt.ff.eo.& l. sic is cũ quo. ff. cõmu.diuid. nisi sua culpa esset passus. vel si socius in re cõmuni dederit damnũ,aget cõtra sociũ actione legis Aquiliæ.l.sed & si.§.si damnum.cum trib.legib.seq.ff.eo.

868 Excipitur contra socium agẽtem ad cõmunicandum quod res fuit empta ex pecunia donata soli socio,& sic non erat cõmunis, nec communicãda quando dicitur quod soli socio acquiratur,sicut quando datur res filiofamil. vt vsusfructus patri non quæratur. auth.excipitur. C.de bonis quæ liber.

869 Item, quòd socius voluit vt sibi acquireretur insolidum ob aliquas expensas, quas emptor socius in re communi fecerat, & sic conuentio seruanda.

870 Item, quòd res est acquisita ex turpi lucro ob id non communicanda.l.cum duobus. §.vlt.cum l.seq.ff.eod.

871 Item, quòd is,qui acquisiuit non poterat contrahere societatem,vtpote quia minor:& sic sibi acquirere potuit non alteri.

872 Item, quòd societas est leonina & non æqualis vt esse debet.l.si nõn fuerint.§.vlt.ff.pro socio. quia societas ius obtinet fraternitatis. l. verum.ff.pro socio.& ideo non valet, nisi vnus adhiberet maiorem operã vel pecuniam. l.cum duobus. §. si in coeunda. ff. eod. & §.1.institut. eod. & tunc tantùm damnum habere debebit quot lucrum, vt si duas partes lucri subeat, & duas partes damni habebit. §.illud.1.institu.eod. Rofredus in tracta.libellorum. in 4.parte.rubr. de actio.pro socio.

873 Item excipitur, quòd societas est finita: quod fit multis modis.§.soluitur.instit.eo. Primò consensu vtriusque: sicut fuit cõtracta. l.verum.§.fi.ff.eo.nam nihil tam naturale est, quàm eodem genere quodque dissoluere, quo colligatũ est. l. nihil.ff.de reg.iur.l.prout.ff.de solutionibus. Item morte vnius ex sociis. l. adeo.ff. eodem. l. actione. §. morte. Item, quando res

perierunt, vel sunt publicatæ. d.l.actione, §.publicatione. ff.eod. Item, si socius sit rixosus. l.si conuenerit.ff.eo. plenè scripsi inter scholasticorum priuilegia, 12. priuilegio.

874 Item excipitur, quòd socius dolo malo gessit, & sic expensas non repetit.l.verum.ff.pro socio. & socius tenetur alteri de dolo, lata culpa, & leui.§.fin.instit.eod.

875 Itē imputātur in partē socij ea, quę ob maleficia pro eo soluta sunt.l.si fratres.§.fi.ff.eo. ac l.si communis familia.de noxal.actio.

876 Item contra emptorē petentē rem cōmunem opponet alter socius, quòd fuit vendita sine suo consensu, quod non potuit fieri, quia socius in quacunque parte fundi partē habet. l.1. & 2.C.de commu.rer.alien. ideo partem suam vendicare poterit, vel retinere si habeat.

877 Associationes, quas vocant Occitani, siue confrairamenta, debent esse æqualia. per tex.in authen. æqualitas. C. de pact.conuent. vnde si mulier det ducentos aureos: vel è contra, & vir ducentos habeat in bonis: & inter illos fiat societas, valebit. Si verò habuerit mille, non valebit: nisi in ducentis, tum ne mulieres remaneāt indotatæ: tum ne matrimonia quasi venalia fiant. hæc est senten.Ioan.Berberij, in viator.iur. rubr.de societate.

De consuetudine tamen generali in lingua Occitana, ac in Francia sustinentur illæ societates inter virum & vxorem, siue vir habeat plura bona, siue mulier. & illius consuetudinis meminit glos. in d.auth.æqualitas. tum quia nihil est tam congruum, quàm ea quæ placuerunt inter contrahentes seruare.l.1.ff.de pact.

Item, quia ista pacta matrimonij fauore fiunt, & valere debēt.vt in rubr.ff.& C.de pact.dotal.

878 Item, ante matrimonium donatio inter virum & vxorem valet: quia non est, nisi constante matrimonio prohibita. l.1. & per totum. ff.de donat.inter virum & vxo.Ideo is, qui plura habet bona, donare videtur alteri fauore matrimonij, quod potuit. & ante matrimonium fiunt societates, quamobrem valere testatur Cępol.cautel.62.debes scire, &c.

879 Præterea, ista consuetudo est iuri cōformis, quòd omnium bonorum fiat societas inter virum & vxorem.l.ex diuerso.§.item Proculus. ff.solu.matrim.l.alimenta.§.fin.de alimen. & cibar.legat.Bald.in l.si vxorem. C. de condictio. insert.Bened.in repet.c. Raynutius.in verbo, & vxorem.nu.789.de testa. Petr.Gerard. sing.99. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. *des droicts*, &c.§.septimo.glos. *ne autres contracts.*

880 Et quòd istæ societates inter cōiuges valeant, etiam data inæqualitate, firmat de Petrucia in tracta. de virib. iura. in 2. effectu. dicens confirmari iuramento. maximè, quando in instrumento societatis est clausula donationis illius, quod ex parte altera excedit. & ita seruatur in ressortu Tholosano. & in Delphinatu, teste Guid.Pap.in decis.Delphin.q.364.licet in pact.

Fallit, quando fieret in præiudicium liberorū primi notarij.per l.hac edictali.C.de secund. nupt.Roma.consil.44.ex suprà narrato.

*De Tutela.*

881 QVid sit tutela diffinit Paul.in l.1.ff.de tutel. & Imperator in §.1.illo titu. in institut. & ibi alludens ait tutores dici, quasi tuitores, ac defensores pupillorum. Sed hodie versa est etymologia à communi vsu, vt dicantur tutores, quasi tollitores: quia omnia bona, vel maiorem partem bonorum pupillis tollunt: & curatores, quod curent adultum omnibus bonis, & spolient.

882 In actione tutelę directa, qua agit adultus finita tutela contra tutorem, cōcludit vt teneatur reddere rationem de gestis, & reddita ratione reliqua præstare: sic concludit Petr.Iacob. in sua practi.in rubr.de actione tutelæ directa. per tex.in l.1.§.officio.ff.de tutel.& ratio. distrah. & l.tutorem.& l.Lucius.2.§.tutelæ. de admini.tut.

883 Potest etiam actor concludere, vt sibi restituantur bona in inuentario descripta, simul cū fructibus, prouētibus, & redditibus receptis ex bonis prędictis: & ad interesse eorū in quibus damnum passus est, tam ex tutoris mala administratione, quàm ex sua negligentia.Berber.in viator.iur.in 4.parte.

884 Item petere potest, vt res comparata pecunia pupilli, eidem restituatur.l.si curator. C. arbitr. tutel. Idem in milite dicit text. in l. si vt proponis. C. de rei vendicat. & idem dicit ibi glos.in ecclesia.

885 Item concludit aliquando minor contra tutorem quondam, qui res suas abstulit, vel in vsus suos conuertit, vt eas restituat, si extent: vel æstimationem earum. & vltra potest petere duplum per actionem de rationibus distrahendis. vt probatur in l.1.§.de rationibus.& l.2.ff.eo.

886 Imò, si animo furandi hoc fecerit, furti agi potest d.l.2.de tutel.& ration.distrahend. Et quamuis interdum in vsus suos consumendo tutor furtum non committat: tamen malè & perfidè se habet. & ob id potest agi ista actione de ration.distrahen. ad duplum, vt scribit Petr. Iacob.in sua pract. in rubr.de actione & ration. distrahen.

887 Excipitur contra minorem agentē, quod is qui conuenitur non fuit tutor: & si fuerit, non administrauit.vnde qui se non immiscuerunt tutelæ, vel curę ex persona eorum, qui gesserunt, & idonei sunt, non onerantur.l.fin. C.si tut.vel curat.gess.Bar.& alij in l.1.C.de transact.

888 Item excipitur, quòd non potest agere. quia non est finita tutela, & ea durante non est nata actio: vel si nata sit, non competit. l. si finita.& l.si tutor.& l.cum tutor.ff.de tutel. & ratio.distrahen. Idem in curatore, finita, videlicet cura. l. aduersus. C.de administrat.tutor.§.fina. instit.de Attili.tuto.

889 Fallit in curatore furiosi. in d. l. nisi. & quando tutor, vel curator promitteret reddere rationem singulis annis, vel quadrimestribus: quia potest renunciare iuri in suum fauorem introducto.l.penult. C.de pact.sic cōsuluit Barb. consil.60.col.15.in 5.dub.vol.3.

890 Idem putarē, si testator hoc in testamēto expressisset, & tutor vel curator ea lege administrationem

ſtrationē ſumpſiſſet.quia dicitur,diſponat teſtator,& erit lex.§.diſponat.in auth.de nupt.col.4.

891 Itē, fallit in tutore putatiuo.is enim pro tutore ſtatim cōueniri poteſt.l.1.§.finito autem officio.ff.de contra.& vtil.actio.tutel.

892 Item excipitur, quòd teſtator remiſit tutori reditionem rationum & confectionem inuentarij.l.fin.C.arbitr.tutel.

893 An teſtator poſsit remittere tutori redditionē rationū? Reſpon.ſic,legando ei damnum quodcūq; ſenſerit pupillus ex adminiſtratione, & illud quod apparuerit tutorē debere:aliàs remittere nō poteſt,quin de dolo teneatur, & reliqua reddere. quia nemo ius publicū remittere poteſt,& dolū de futuro.l.quidā decedens.ff.de adminiſtr.tut.Alex.conſ.62. ſereniſsimus. col.3. vol.4.Dec.conſ.178.in cauſa.& 349.cōſuluit.in fi.Sed prodeſt iſta remiſsio redditionis rationis, vt non debeat fieri ſcrupuloſa inquiſitio redditionis,hoc eſt,vt negligentum ratio non habeatur:ſed tantùm fraudum.l.ſi ſeruus vetitus. ff.de legat.1.Feli.in cap.ſi diligenti.nu.26.in 6.fallen. de foro competenti.

894 Sed an poſsit remittere tutori confectionem inuentarij?Reſpon.ſic,vetādo ne inuentarium faciat tex.in l.fin.C.arbitr.tutel.quia prohibendo videtur hoc in fauorē pupillorum,vel ſuum,prohibere.fortè ne ſecreta patrimonij pādantur, & ne diuitiæ inuidiæ ſubmittātur:ſecus eſt,quādo ſimpliciter remiſit.quia hoc in fauorē tutoris videtur facere, quod iudex poteſt nō admittere. & quia incitaretur tutor ad delinquēdum,quod iura nō admittūt.iſta fuit ſentētia Io.Andr.in addit.ad Spec.in tit.de tutore.§. generaliter.verſ.hoc autē notandum,&c. quem ſequitur Cyn.& Sali.in d.l.fi.per illum text.qui vtitur verb.vetauit.idē tenet Ang.in §.prętерea. col.27.inſtit.de except.& Io.Crot.in repet.l.nemo.col.18.verſ.ſexto quærit.Bart.ff.de lega.1.

895 Amplia, vt etiā iudex confectionē inuētarij ex cauſa remittere poſsit.Bar.in l.tutor,qui repertorium.col.pen.ff.de adminiſt.tut.ſi nō expediat bona pupilli adminiſtrari. l.2. §.tractari. ff.ad Tertul.l.vlt. de alimen.pupil.præſtand.l.2. C.quando & quib.quarta pars deb.lib.10.

896 Fallit quando eſſet conſuetudo, vt ſemper cōficeretur, vt Pariſ.quia tūc ſemper aliqua deſcriptio fieri debet ne bona pupilli perdantur & occultentur.vide alia,quæ addidi ad d.l.fina. arbitrium tutel.

897 Cōtraria actione agit tutor, finita tutela, ad impenſas factas in re pupilli:& concludit,vt dictus adultus cōdemnetur ad dandū & ſoluēdum centū libras, quas actor impēdit in negociis pupillarib.& hoc prętor induxit in vſum,vt facilius tutores ad adminiſtrationē accederent, ſcientes pupillū ſibi obligatū fore ex ſua adminiſtratione.tex.in l.1.ff.de cōtrar.& vti.act.tutel.

898 Sed,finito officio, hanc actionem cōpetere dicemus tutori.cęterùm quandiu durat,nōdum competit. d.l.1. §.finito. & ad quid detur, traditur in l.quid ergo. per totum. & in l.à tutela remotus.ibid.vide Petr.Iacob.in hoc tit.

899 Itē eſt alia actio protutelæ, & eſt pratoria,qua agitur cōtra illū,qui credēs ſe tutorem, vel fingēs,negocia pupilli geſsit:ex qua geſtione centū ſunt apud gerētē:vel pupillus damnū paſſus eſt in cētū ex illa geſtione:vel eo quod omiſit negocia pupilli, nō certioratis cōſanguineis pupilli,dū ſciuit ſe nō eſſe tutorē.hæc probātur in l.1.& per totū.ff.de eo,qui pro tut.neg.geſsit. Alber.in rubr.dicit,quod propter ſimilitudinē, quā habent actio tutelæ,& protutelæ, aduocati quandoq; decipiuntur,dicētes aliquē tutorē,& tamē nō eſt.vnde debent dicere tutorē,vel protorem:aliàs ſi probaret ſe procuratorē,& ageretur tanquā contra tutorem ſuccumberet agens. vide vnam differētiam in l.fi. C.de interd.matr.

900 Excipit protutor, quòd illa negocia geſsit authoritate iudicis, & ſic haberet locum vtilis actio negotiorum geſtorum, non actio protutelæ. vt d.l.1.§.ſi curator.

901 Item excipi poteſt quòd geſsit negocia poſthumi. Nā vt protutore quis gerat,eam eſſe perſonam oportere,cuius ętas recipiat tutorem. §.ſi quis quaſi.in d.l.1.

902 Itē quòd ille erat maior,cuius negocia geſſit,& ſic nō erat in tutela.d.§.ſi quis quaſi tutor.

903 Itē quòd nō potuit obligari ſine tutore.l.2. ff.de nouat.Sed reſp.verū eſſe ex cōtractu:ſed re id eſt de geſtione,poteſt etiā furioſus obligari. l.furioſus.ff.de act.& obliga.Et quāuis ſit actio perſonalis:tamē ex re venit, ſicut pignoratitia.l. fi.C.de diſtract.pigno.l.1.ff.de contrar.act.tutel.

904 Cōtraria etiā actio protutelæ datur illi, qui pupilli negocia geſsit,credēs ſe tutorem,ad repetendum id quod vtiliter in reb. pupilli impenderit.l.fi.ff.de eo,qui pro tut.negoc.geſſ.etiā ſi aliquid abſit gerēti: vel ſit obligatus pro pupillo,pro his agere poterit:ſicut verus tutor.l.1. & per totum.ff.de contrar.& vtili actio.tutel.

905 Excipitur,quòd alia actio competebat:& ſic iſta non datur quoties alia competit.l.1.§.an in hoc iudicio.ff.de contrar.actio.tutel.& compenſare poterit: niſi compenſatio fuerit reprobata.ibid.§.præterea.

906 Item excipitur, quòd ſponte geſsiſti, & non tanquam tutor, & ſic eſt negociorum geſtorum actio, & non protutelæ contraria. Rofred.in tract.libello.rubr. de contrar. protutelæ actio.in 1.parte.

907 Excipitur,quòd voluptatis cauſa,& non vtiliter geſsiſti. l. quid ergo.§.ſufficit.ff.de contrar.actio.tutel.

908 Interdum quis cōtrahit cum aliquo,qui ſe ſcit non eſſe tutorem : falſò tamen ſe aſſeruit tutorem cùm non eſſet:& dolo malo.ob id poteſt agi ad id, quod intereſſet contractū valere, actione in factum orta ex rubri. ff.de eo, quod falſò tūt.autho.geſt.eſſe dicetur.& ad expenſas, quas facturus eſt in iudicio reſtitutorio.l.1. & l. nouiſsimè.§.Pomponius.ff.eod.

909 Excipit falſus tutor, quòd dolo malo non aſſeruit, ſed ſic credebat : & tunc non tenetur iſta actione, ſed actione protutelæ. l. 1. ff. eodem. & maximè quando erat datus tutor. ſed in teſtamento inualido, teſte Ioanne Andrea in additio.ad Speculator.in titu.de execut.

ſent

sentent. §. sequitur. versic. sed pone, lite, &c. in verbo, minor.

910 Item, quòd tu sciẽs me non esse tutorem contraxisti: & scienti non subuenit Prætor meritò: quoniam ipse se decepit. d. l. 1. §. fin.

911 Item, quòd fuit tibi denũciatum me non esse tutorem: & tu non credidisti. l. 2. ff. eo. cui legi tres intellectus scribit Præpositus in c. solicitudinem. col. 39. de appellat.

912 Item, quòd tu eras contracturus præter authoritatem meam cum illo pupillo.

913 Item, quòd alius verus tutor interfuit: & sic actus valuit. l. 1. §. sed Pomponius. ff. eo.

914 Item pupillus, qui est damnum passus ex gestione falsi tutoris, poterat agere actione in factum vtili ex illo edicto, Quod falso tutore authore negotium gestum esse dicetur. contra illum, qui dolo malo eius negotia gessit. & cõcludit ad damnum, quod passus est ex illa gestione. l. vlt. ff eod. Rofred in tracta. libellor. in 3. parte. Hippol. in l. 1. §. præterea. num. 16. ff. ad leg. Cornel. de sicar.

915 Nec refragatur quod possit petere restitutionem, si læsus sit. vt ff. de minorib. per totum, Verum est contra illum, qui emit suam rem: tamen si sumptus velit vitare & lites restitutionis, agere poterit contra istum falsum tutorẽ. l. etiam. C. si tutor, vel curat. interuen. quamobrem si sumptus restitutionis vitare velit. l. minoribus. ff. de minorib. poterit contra hunc falsum tutorem agere, vt prædixi.

*De Pignoratitia.*

916 Pignus, est obligatio rei licitę ad creditoris securitatem facta.

917 Pignoratitia actio directa datur debitori ad repetendum pignus soluto debito, vel aliter satisfacto. nã omnis pecunia exoluta esse debet: aut eo nomine satisfactũ, vt nascatur pignoratitia actio. l. si rem. §. omnis. ff. de pignora. actio, l. si quis. §. res pignori. si cert. peta. quæ ita nascitur quoad exercitium, scilicet soluto debito. d. §. omnis. licet quoad natiuitatem fuerit orta per dationẽ pignoris. & sic re mobili in pignus data. §. creditor. quib. mod. re contrah. obliga.

918 Item sufficit oblatio & cõsignatio, si creditor nolit accipere debitum. l. aliena. §. si per creditorem. ff. de pigno. act. Federic. consil. 226. quæstio, &c. Nec valeret statutum, vel cõsuetudo, quòd creditor post oblationem & cõsignationem; vel post solutionem retineret pignus. Bald. consil. 32. statutum. vol. 5.

919 Concludit ergo debitor per hanc actionem, vt pignus sibi restituatur, scilicet solutione facta, vel satisfactione, aut oblatione & consignatione, vt suprà dictum fuit.

920 Item concludit ad repetendũ illud, quod est penes creditorem, qui vendidit pignus vltra quàm sibi esset debitum. l. quanuis. §. fina. cum l. seq. & l. creditor. ff. de pignorat. actio. vbi etiam veniunt vsuræ, cum sit bonę fidei. & l. fina. de distract. pignorum.

921 Item concludit ad interesse, quòd debitor passus est. eo quòd creditor noluit restituere instrumenta rei pignoratæ. l. fin. in princ. ff. de pignoratitia actione.

922 Item potest concludere, si res pignorata sit culpa creditoris deteriorata. vtpote si vestimenta à tineis sint consumpta. Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. vel quando rem pignoratam nõ refecit, ob id corruit. quãdo cõmodè hoc poterat aliàs denunciare debitori, debet. Paul. in d. l. si seruos. ff. de pign. act. arg. l. item. §. exercitu. ff. locat. Bald. in l. creditor. 2. C. eod. vbi dicit rem posse peti in eo statu, in quo prius erat, antequam pignori data esset.

923 Item potest concludere debitor, vt sibi de dolo repromittatur super re pignorata. eo quòd dolo nihil actũ est super illa re. vt si illi rei seruitus debebatur, quòd non est amissa. l. creditor. 1. ff. de pignor. actio. sed non debet fieri ista repromissio cum fideiussore, cùm nihil de hoc dicatur à lege. Salicetus in l. debitor. §. fina. ibid. licet glo. teneat contrarium.

924 Item, quòd compenset fructus ex re pignorata perceptos. l. 1. & 2. C. de pign. act.

925 Excipit creditor, quòd pecunia soluta per debitorẽ est reproba, quæ nõ liberat soluentẽ. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. act.

926 Item excipi potest, quòd pignus periit casu fortuito: & creditor non tenetur: nisi de dolo, lata culpa, & leui. §. creditor. quib. mod. re contrah. obligat. in institut. l. si cum venderet. §. fin. ff. de pignor. actio.

927 Item excipit is, qui habet pignus, se illud à domino emisse; ob id postea non repetitur. l. aliena. §. fin. ff. de pignorat. actio.

928 Item excipitur, quòd est singularis successor: fortè emptor, qui pignus à creditore emit. nam debitor, soluto debito, nõ aget pignoratitia actione contra emptorẽ: sed cõtra creditorẽ: nisi in duobus casibus descriptis in l. 1. vbi glo. & docto. C. si vend. pigno. agat. & quando conuentum fuit per creditorem. l. si cùm venderet. ff. de pignor. actio.

929 Idẽ dico cõtra fideiussorẽ. nõ enim aget debitor aduersus eũ, licet possideat pignus, soluto debito, actione pignoratitia, ad recuperandũ pignus. quia actio ista est personalis, quæ nõ sequitur rẽ: sed actione mãdati aget. l. 2. ff. de pign. & quia ista personalis oritur ex cõtractu, qui nõ interuenit inter fideiussorem & debitorem. sed quia pro illo fideiussit: & sic videtur mandasse solui. ideo competit actio mandati. sic intelligitur tex. in l. fideiussor. in princ. ff. de pignor.

930 Nec refragatur text. in c. cùm contra. de pign. vbi hæredes debitoris agũt cõtra secundũ creditorẽ, cui hæredes primi creditoris pignus pignori dederãt: vt fructus cõpensentur in sortẽ. Nam ibi pignoratitia nõ sequitur rẽ: sed potest debitor agere personali tam cõtra primum creditorem, cui dedit pignus, quàm contra secundum cui creditor dedit pignus: vel contra hæredes. per tex. in l. petenti. iuncta l. debitor. §. fin. ff. de pignorat. actio. vbi etiam dicunt Doctor. quòd facta solutione primo, resoluitur ius secundi creditoris, & vtraque hypotheca. d. l. debitor. §. fi. imò poterit debitor soluere secũdo creditori, vel cõpensare ad resoluẽdũ ius primi.

l.grege.§.cum pignori.vbi Bart.ff.de pignor. & l.nomen.C.quæ res pigno.oblig.poss.

931 Nam secundus creditor, quasi idem creditor cẽsetur: & quia in locum primi subrogatur, ideo naturã primi sapit. nam habet vtilem pignoratitiam, licet directa cõpeteret. d.§. cum pignori. & l.1. & 2. C. si pignus pignori datum sit. Bartol.in l.Aristo.vlt.col. ff.quæ res pignori obliga.poss.Salic.in l.1. C.de his, quæ in prior. credito.loc.succedunt.

932 Item excipitur contra debitorem pignus repetentẽ,quòd pecunia non est soluta,& ante non competit actio.d.l.si rem.§.omnis.

933 Idem si non sit integra soluta. l.quandiu. C.de distract.pignor.tunc creditor, ne quidem vnam rem tradere tenetur: nisi integra satisfactione facta.l.qui pignori. ff. de pignorib.plenè scribit Anto.de Fano,in tract.de pignorib. in 1. membro 6.partis.nu.20.cum seq.

934 Idem si debitor vnã rem repetendo non cauet de indemnitate creditori, qui vnam rem pignoratam vendidit.& se de euictione obligauit.l.si necessarias.§.1.ff.de pignor.actio.

935 Nisi pignus sub spe futurę numerationis datum fuerit: & tamen creditor nõ vult postea numerare:tunc solutione nõ facta,aget pignoratitia. l. solutum. §.1.de pignor.actio.quia non debet soluere quod non recepit.

936 Idem si creditor fecit pactum de non petendo debitori:vel eum alio liberauit modo:vel pignus datum fuit sub conditione,quæ defecit. vtpote nobilis tradidit vestes in pignus, donec rex veniret. si rex veniat, aget pignoratitia, etiã non soluto debito.d.l.solutum.§.1.

937 Idẽ si creditor malè & inhonestè tractat res:vtpote abutitur ancilla, tunc aget pignoratitia ad repetendum pignus. secus si alio modo abutatur.nam aget tantũ ad interesse.l.elegãter. §.fina.ff.de pign.actio.Et idem in damnis dolo creditoris datis.l.vlt.in fi.ff.de pign.actio. Alios casus tradit Negusant.plenè,in tract.de pignor. & hypothec.in 2.membro 7.partis.

938 Contaria pignoratitia datur creditori ad petendum expensas, quas in re pignorata fecit necessarias:vtpote in reficiendo domum, vel in alendo seruum, seu necessariis artificiis imbuẽdo.l.si seruos.ff.eo.gl.& doct. in l.si necessarias. in princ.ibid.vbi retentio datur, quando res pignorata est penes ipsum: secus si penes tertiũ, vel quando est perempta.

939 Et in illis expensis necessariis debet præferri omnibus creditoribus etiam anterioribus Bart.in l.interdum. cum l. seq. ff.qui potior. in pignor.habeantur.Doct.in l.creditor.si cert.pet. vtiles verò expensas, seu voluptuarias non repetit, nisi factæ fuerint de voluntate debitoris expressa vel tacita. l.si seruos. vbi Paulus ff. de pignor.actio.

940 Item per hanc actionem creditor repetit interesse furti facti per seruum datum pignori à debitore,si debitor illũ sciebat esse furem. Nam si ignorans, dando illum pro noxa liberaretur. l.si seruus.vbi glo.Bart.& alij.ff.eod.

941 Item datur contra illum debitorem, qui cõuenit vnam rem pignori dare:& dedit aliam in locum primæ:vtpote pro auro,dedit æs.tunc ad interesse cõtra debitorem agetur hac actione,ex crimine stellionatus.l.1. & l. si quis in pignore.ff. de pignor.actio.

942 Nisi iam tradidisset aurũ, & postea submisisset æs:tunc furti debitor astringeretur. d. l. si quis in pignore.& quando contractasset.Bar. in l.sed nec.in fi.ff.de condict.furt.

943 Item concludit creditor, quod res aliena est sibi pignori data, vel alteri hypothecata, vel quando erat prohibita à testatore obligari, vel erat obligata reip. iuxta l.si rem alienam. 1. & l. tutor.§.contrariam.ff.eod. vt interesse sibi præstetur.glo.in l.cum debitore.ff.eod.quod debet æstimari quantò minus valet illud nomẽ, propter rei pignoratæ defectum. per l.1.§. si hæres. ff. ad Trebellian. nec poterit agere vt aliud pignus sibi detur,cùm istud non sit in obligatiōe. Bartol.in d.l.cum debitore. Bald.in l.creditor.C.de pignorib.

944 Nec recõualesceret pignus,etiam si dominus rei pignoratæ succederet debitori: sed posset agi contra eũ vtili pignoratitia contraria, ratione rei alienæ datæ per debitorẽ. l.si Titio. & ibi Bar.ff.de pign.vbi etiam pulchrè Salic.

945 Item agit creditor contraria,quando debitor conduxit pignus à creditore,& postea recusat & detrectat illud restituere.tunc aget creditor ad interesse,non ad pignus restituendum: quia tunc haberet aliam actionem. text. in l. si pignore.§.si post distractum. vbi Bart.& alij. ff. de pignor.actio.

946 Imò ratione fidei ruptæ defertur creditori iuramentum in litem.glo.in d.§.si post. & in l.ei apud quem.à contrario sensu.ff.depositi. licet regulariter in contrariis non deferatur:sed in directis tantùm.gl.in l.in actionibus. ff.de in litem iurand. glo.in l.1.§.in depositi. ff.depositi. Alex.cons.214.quando dolus.in 7.vol.vide per Angel. in §. actionum. vbi format libellum in vtraque actione. In vno tantùm casu, videlicet ad expensas,multa scribit Negusant.in tract.de pignorib.in vlt.membro 7.partis.

947 Excipit debitor quod expẽsę erant onerosæ & voluptuariæ:& sic non possunt repeti.l. si seruos.ff.eo.l.in summa.ff.de pignor.

948 Item,quòd illa res obligata duobus, erat suffectura ambobus. & sic valet. l. si quis in pignore.in fi.ff.eo.dicẽs rationem, quasi in nullo captus sit,qui pignus secundo loco accepit.

949 Itẽ excipit debitor,quod dedit fideiussorem:sed replicat creditor quòd cõtra fideiussorem potest agi ad pecuniam debitã:sed non ad interesse rei alienę datæ:quia ad hoc nõ se obligauit.tex.& ibi Bar.in l.si in pignore.ff.de fideiusso.Alia excipiuntur,quæ plenè scribit Anto. Negusantius in tracta. de pignorib.vbi, si non graueris, vide.

*Familiæ erciscundæ.*

950 HAec actio proficiscitur ex lege 12. tabul,l.1.ff.eo.quę lex ita habebat, Cohęredes à cõmunione discedere volẽtes agũto. Nã cohæredibus volẽtibus à cõmunione discedere

dere necessarium fuit aliquā actionē cōstitui.d. l. 1. hæc igitur actio datur hæredi siue ex testamento,siue ab intestato.l.2.ff.eod. & bonorum possessori, & ei, cui restituta est hæreditas ex Trebelliano Senatusconsulto,& cæteris honorariis successoribus.l.sed & eius rei. §.fi.ff.eo.siue sit vna hæreditas diuidēda,siue plures.l. Hæredes. §. de pluribus.ff.eod. etiam contra hæredem putatiuum.l.cum putarem. ff.eod. concludit etiam hæres in hac actione contra cohæredem,vt hæreditas diuidatur & cuilibet pars hęreditatis adiudicetur.probatur in l.1.ff.famil.ercisc.& de offic.iudic.in institut. §. si familiæ erciscundæ.& iudex potest diuidere,vel compellere hæredes ad eligendum homines,qui diuidant.l.vlt.ff.eod. vel ad interponendum cautiones,quibus inter eos communicentur commoda & incommoda.l.item ex diuerso.& l.si quę. & l.Pomponius.ff.eo.

951 Item potest cōcludere actor, quod pro re indiuisibili alter cogatur pecuniam dare,& vni per iudicem assignetur : & quod alter alteri de euictione caueat de seruanda prædicta diuisione. l. Mæuius. §. si arbiter.& l.hæredes.§.in familiæ.ff.familiæ erciscund. Petrus Iacob.in sua practi.rubri.de actio.famil.erciscund. vbi dicit, quod non obstante diuisione poterit post mortem vnius alter superstés fideicommissum petere per l.si familiæ erciscūdæ. C.eo.& l.1.communia vtriusque iudic. Scribit Alex. consil.21. viso cōpromisso,&c.vol.5.Item vnus hęres potest petere sumptus à cohęrede,quos bona fide fecit.l.his consequenter.§.sumptuū.& l.ex parte.ff.eo.de fructib.vide in l.inter.§.fructus. & §. fina.ibidem.fallit in l.qui erat.in fi.ff.eod. quando nō illas fecit vt hæres. poterunt etiam sumptus compensari.l.Mæuius.§.arbiter.ff.eod.

952 Item, vt cogatur hæres soluere partem suam,vt pignus luatur.text. in l.his consequentibus.§.Celsus.& l.hæredes.§.idem iuris.ff.eo.

953 Item,potest petere dotem,quam pater recepit à sua vxore,vel patre vxoris : & ea imprimis deduci de hęreditate debet.l.si filia.§.1.ff.famil. erciscun. Potest etiam hæres vnus petere, vt res diuidatur,etiam si locata fuerit, quanuis sit res mobilis, & fiet diuisio soluto iure locationis.& vt practici dicunt, *à la charge des baulx*, nec expectabitur finis locationis. ita fuit pronunciatum anno 1522.die 18.Februarij.

954 Excipitur cōtra actorem, & negatur esse hæres:& sic excluditur. l.1.ff.eod. nisi possideat hæreditatem,vel partem.quia petitione hæreditatis tunc agitur, quando negatur hæres: vel quando non possidet, vt ibi.potest tamen possidens agere hoc iudicio contra non possidentem.l.hæredes.§.quantum.ff.eod.

955 Item excipitur,quòd hęreditas semel fuit diuisa:ob id iterum non datur actio familię erciscundę pro vna re:sed communi diuidundo. l. si filia. §. familiæ erciscundæ iudicium. ff. famil.erciscund.l.hæredes.§. 1.ibidem. nisi intercedat ætatis auxilium. l. fina. ff. eod. & si læsus fuerit vnus : & maximè si in diuisione dictum fuerit, quòd si res euincantur ab vno, alij non tenebūtur de euictione. quia hoc iniquum est, vt iudicauit Senatus.& dictam diuisionem annullauit anno 1528. die 2.Martij. pro Catarina de la Barre,contra Lamberit.

Itē,quòd illa res,cuius petis partem, erat mihi prælegata.l.si ita legatum.ff.eo.

956 Item excipitur,quòd res hęreditatis sunt indiuisibiles, vel difficiles ad diuidendum: & tunc vni adiudicari debēt.l.antepen.ff.eo. vel si in nominibus cōsistunt:& tunc illa nomina assignanda sunt,non diuidenda.nam quæ in nominibus cōsistunt, non recipiunt diuisionem, cum ipso iure in portiones hæreditarias, ex lege duodecim tabularū diuisa sunt.tex.in l.ea, quæ.C.eod.l.hæredes.§.quemadmodum. ff.eo. vnde extabat lex duodecim tabul.in hęc verba, Pro hęreditaria parte debitores hęredibus obligati sunto.facit tex.in l.planè.& l.cæteræ.ff.eod. vnde dicit l.hæreditas.ff.de petitio.hæred.quòd hæreditas iuris intellectum habet.

957 Item,qui debebat viam, vel seruitutē decesserat, tunc illa seruitus nō diuiditur:sed omnibus insolidum competit actio,vt quilibet habeat seruitutem, propter partem hæreditariam, quam habet.l.hæredes.§.an ea stipulatio. ff.eo.

958 Item, quod est res religiosa, quæ diuidi non potest.l.fundus.1.ff.eo.vel commodata,seu deposita.l.inter.vbi glo.ff.eo.

959 Excipitur etiam, quod illa hæreditas est malè quæsita,tunc diuidi non debet : sed bona restitui his ad quos spectant.l. cæteræ. ff. famil. erciscundæ. vbi Florian. ait bona vsurarij non esse diuidenda : sed illis à quibus extorta sunt, restituenda.

960 Item excipitur,quod ego titulo pro emptore,pro donato,vel alio titulo possideo:& sic alter excludi debet, cùm hæc actio non detur contra titulo possidentem. d.l.hæredes. §.quod pro emptore. ff.eod. idem si sit ab vno alienata res.l.ex hæreditate.ibid.

961 Item excipitur,quòd testator diuisit inter hæredes hæreditatem:& sic amplius non debet diuidi.ff.eo.l.si filia.§.si pater.l.quoties. C.eo.& quæ pater non diuisit veniunt diuidenda.l.quæ pater.1.ff.eod.

962 Item, quod præscripta est hæreditas.l.1.§. ad hæc.C.de annali except.vbi per triginta annos præscribitur,quādo vnus tantùm eam possedit : sed quandiu hæredes, vel socij stant in cōmunione, non currit præscriptio nec in cōmuni diuidundo,nec in familię erciscūdæ,quo minus diuisionem petere possint. Cyn.& Salic. in d.§.ad hæc.Bald.in l.fin. C.communi diuid. tum quia præscriptio non currit contra illū,qui possidet.l.malè agitur.& l.cùm notissimi. §. sed & si quis. C.de præscr.trigin.annor.Sed socij & hæredes in nomine simul possident hęreditatē. Igitur nō curret præscriptio : tū etiā quia pacto non potest fieri,nec iuramēto, quod perpetuò stetur in cōmunione.l.in hoc iudicio.§.si cōueniat.ff.cōm.diui.Ias.in l.si nō sortē.§.si cētū.ff.de cōdic. inde.ergo nec præscriptione prohibebitur diuisio.abūdātius probat Io.Frāc.Bal.in tract.de pręscr.in 4.parte 4.partis prin.q.13.col.47.

963 Item excipi poteſt,quod quarta debetur:& ei, cui quarta debetur ex arrogatione, non datur hoc iudiciũ directũ:ſed vtile.l.2.§.ſi quarta.ff.eo.

*De communi diuidundo.*

964 Communi diuidundo actio datur illi, qui vult rem communem diuidi, ſiue ſit communis ex ſocietate,ſiue ſine ſocietate, vtpote,quia res eſt legata:& datur contra ſocium.l.1.& 2.ff.cõmuni diuid. Sicut enim quis ad communionem ineundam non compellitur. l.ſi non ſortem.§.ſi centum. ff. de condict.indeb. ita non detinetur quis in ſocietate inuitus.l.vlt. C. communi diuid.niſi ad tempus communio conuenta ſit.l.in hoc iudiciũ.§.ſi conueniat.ff.communi diuid. vel niſi ſint iura, quæ inuitis ſociis remanent communia: vt iura ſepulchrorum,& libertorum.l.quędam.ff.famil.herciſc.l.ſi ſepulchrum. C.de religioſis.Et quãdo per triginta annos quis ſtetit in communione, ſecundum quoſdam, per tex.in l.1.§.ad hæc.C.de annali except.ſed in rub. familiæ herciſcundæ,dixi ſocios, etiam ſi remanerent per annos Matuſſalenos, non poſſe præſcribere,quòd diuiſio non petatur.ibi vide.

965 Item petere poſſum,vt fructus rei communis diuidantur, & pro dimidia parte mihi adiudicentur, vel pro alia parte, quæ me contingit.l. per hoc iudicium. §. hoc iudicium.l.ſi conuenerit.ff.eod. Item partus ac acceſsiones,ac deceſsiones.l.ſi quis putans.§.ſi quid poſt.ff.eod.

966 Item concludere poſſum, vt dimidiã partem expenſarum quas feci in re communi,ſocius det,cùm non poſſem commodè pro parte facere. quæ impenſæ aſcendunt ad centum aureos. l. ſi quis putans.§. hoc ideo. & l. in hoc iudicium.ff. eod. niſi ante communionem fuerint factæ.l.per hoc iudicium.§.hoc iudicium.ff.eod. poſt interitum tamen rei vtile iudicium communi diuidundo competit.l.in ſumma. ff. eod. vel ſi quis agat contra me ob expenſas à me factas,rem retinere potero.l.in hoc iudicium.ff.eod.

967 Item per hanc actionem petam mihi ſarciri damnum datum in rebus communibus per ſocium, pro dimidia, quod eſt decem librarum. l.3.& l.& ſi nõ omnes.§.venit.& l.Item quamuis. ff.eo.Quod eſt verum,quando communi nomine hoc factum extitit: ſecus ſi alter non cõmuni nomine,ſed vt lucretur ſolus hoc fecerit.quia tũc magis eſſe oportet vt damnum ad ipſum reſpiciat.tex.in l.ſi quis putans.§.ſiue autem.ff.eod.

968 Item,quòd culpa vnius venit,debet ſarciri alteri.l.ſi is cum quo.ff.eo.Alber.in tract.ſtatut.in 3.parte q.9.& 51.& Barba.conſil.11.col.6. in 1.vol. tex.in l.communis ſeruus.2.ff.eod.

969 Item,vt mihi de euictione caueatur,quando tota res ex cauſa mihi adiudicatur. l. item quamuis.§.ſi.ff.eo.l.ſi fratres.C. cõmunia vtriuſque iudic. vel quando ſub conditione debetur cautiones interponi debent.l.cum ſocij.ff.eod.

970 Item,ſi ædes communes ſint,aut paries,& eum reficere,vel demoliri, vel in eũ mittere quid opus ſit,communi diuidundo iudicio agendum erit.l.ſi ædes.ff.communi diuid.& Pet.de Vbald. in tract.de duob.fratrib.in 6.parte.q.4.

971 Excipitur, quòd illæ res petitæ non ſunt communes:ſed propriæ res,ob id diuidi non debent.ff.eo.l.1.& l.familiæ. C. communia vtriuſq; iudic. Sed tunc actione rei vendicationis agetur pro parte, quæ prætenditur.l.fundi.ff.de except. Berber.in viat.iuris in 4.parte.in hoc libello.

972 Intellige directam actionẽ non competere:ſed vtilem ſic,iuxta l.ſi quis putans.in princip. & l.ſed & poſtquam.& l.in ſumma.ff.eod.

973 Item quòd res illæ, quarũ partes petuntur ſunt indiuiſibiles: vtpote iura,vel res incorporales, quæ non diuiduntur.l. per hoc iudicium. ff. eo.§.1.Inſtit.de rebus corporalib.l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acquir.rer.domi. hæ enim incorporales,quoad vſum, menſuram,aut tempora diuiduntur.l.arbor.§.1.vſque ad finem legis.ff.eo.

974 Item excipitur,quòd res illæ ſunt vniuerſitas,quæ per hoc iudicium non petitur,vt hæreditas.l.per hoc iudicium.in princip.ff.eod.

975 Item excipitur, quòd ius nullum in re habes:cuius diuiſionem petis:& actio cõmuni diuidundo, non datur ei, qui non habet dominium directum, vel vtile.l.communi diuidundo.§.1.ff. eo.vel quaſi dominium,vt vectigal conductũ.d.l. communi diuidundo in princip.vel habent rem communem à non domino acquiſitã, ibid.§.qui in rem. & creditoribus rem habentibus pignoratam.d.l.communi diuidundo. §. ſi duo. Idem in vſurariis & vſufructuariis.ibid.§. ſed & ſi.& §.cũ de vſufruct.& l.item quamuis.Tamen inter prędones & inter precario poſsidentes,non datur.d. l.communi diuidundo.§.inter prædones.ff. eod. nec quando ſocius pactus fuit ne partem ſuam peteret.l.in hoc iudicium.§.ſi.ff.eod.

976 Item excipitur,quòd res illæ deſierunt eſſe communes,& tunc dabitur ſolum ob perſonales præſtationes.l.in ſumma.& l. & ſi non omnes.§. venit. & l. ſed poſtquam. ff. eod. ac l.familiæ erciſcundæ.C.communia vtriuſque iudicij.

977 Item excipitur contra repetentem expenſas, quod interuenit prohibitio ſocij ne faceret, quòd nõ erant neceſſarię. & in re communi melior eſt conditio prohibentis.l.Sabinus.ff.eo.Niſi ſocius vtatur re cum ad illum vſum,ad quem eſt deſtinata : tunc inuito ſocio vtetur. Ideo in communi ſepulchro,inuito ſocio ſepelit : ſed nõ in puro loco.l.1.ff. de mortuo inferendo.l.ſi quis putans.§.ſi quis.in communem.ff. eo. Niſi deteriorare rem communem vellet,quod nõ poteſt. l.parietem.ff.de ſeruitut.vrba.prędio.

978 Itẽ excipitur,quòd res eſt mihi data pignori pro ſocio.ideo communi diuidundo agere nõ poterit.l.ſi quis putans.§.Idẽ Iulianus.ff.eo.quem tex.ſing.dicit Ludo.Roman.ſing.175.duo ſunt.

979 Item excipitur, quòd res illæ fuerunt diuiſæ, ob id alia diuiſio fieri non debet.l. maioribus. C. communia vtriuſque iudicij.l. ſi maior. communi diuidundo.

980 Niſi vltra dimidiam in diuiſione fuerit deceptus. quia cùm diuiſio habeat vim emptionis.l.1.C. communia vtriuſq; iud. habebit locum remedium l.2. C. de reſcind.venditio. & poterit ſuppleri pretium deceptionis.l.1.§.ſi quis in fraudem.ff.ſi quid in fraud.patro.

981 Item excipitur, quod illud eſt acquiſitum

ex re mea: ob id præcipuum meum esse debet.l. communis seruus.1.ff.eod.

982 Item excipitur, quòd impensam, quam fecisti, putabas in re propria facere: & tunc cessat communi diuidundo iudicium: quia neminem obligare vult.l.si quis cum.ff.eod.

*De finium regundorum actione.*

983 Finium regundorũ actio competit ei, qui habet agrum confinẽ alteri. & de finibus prædiorum dubitatur. Et concludere solet actor, vt si veteres fines inter dictos agros inueniri possint, quòd iudex pronunciet illos firmos & stabiles esse debere. & si veteres limites inueniri non possint, quòd prædictos agros euidentibus terminis specialiter distinguat: & fines imponat quibus fundi de cætero regantur. probatur in l.2. in fin. & l.in finalibus.ff.eo.& l.quinque pedum.C. eo.& §.quædam.Instit.de actionib.

984 Poterit etiam adiicere, quod si commodè prædicta distinctio fieri non possit, nisi de vno agro aliquid detrahatur, & alteri adiũgatur, quod hoc fiat: & ille, cui adiudicata fuerit portio, pecuniam alteri dare teneatur. Et is à quo adempta est agri portio, de euictione pro illa parte caueat: vt supra dixi in libello familiæ herciscundæ. & ita concludit Petr. Iacob. in sua pract. rubr. de actione finium regundo. probatur in dict. l. 2. & 3.ff.eodem.

985 Item interesse petere poterit. l. sed & loci. §. 1. ff. eod. & condemnari etiam potest alter vt portio mercedis mensori, quem alter conduxit, præstetur.ibid.§.seq.

986 Item fructus post litem contestatam perceptos petere potest.d.l.sed & loci.§.post litẽ.ff.eo.

987 Item si controuersia sit de maris iurisdictione, hoc iudicio agi potest inter habentes iurisdictiones confines, vt scribit Bald.in c.ex literis.colum.2.de probatio. quem refert & sequitur Barb.in repet.rub.de testa.col.49. nu.32.de testa.

988 Etiam canonici ecclesiæ possunt pro eorum præbendis agere iudicio finium regundorum.Bald.& alij per illum tex.in d.c.ex literis.

989 Excipitur, quod ille qui agit non est dominus, vel quasi; nec habet ius in re: illis enim non competit hoc iudicium. Secus si aliquod ius habeant, vt vsufructuarius, & emphyteuta.l.sed & loci.§.finium regundorum.ff.eod.

990 Item in hac actione denegatur remissio ad suum iudicem. quia oculis subiicitur res.l.si cum irruptione.ff.eo. ob id iudex rerum cognoscit. & fuit scholastico denegata remissio in hoc casu ad suũ conseruatorem anno 1542.die 19.Octobr.

991 Item excipitur, quòd sunt prædia vrbana. quamobrem hæc actio pro vrbanis non competit.l.hæc actio.in princip.ff. eo. prædia autẽ vrbana non dicũtur confinia: sed vicina, & parietibus cõmunibus determinãtur vt d.l.sed &.loci.§.vlt.

992 Item excipitur, quòd fundus tuus non est confinis meo: quia via publica, vel flumen est in medio.d.l.sed & loci.§.vlt.in fin.& l.quia magis. & seq. Idem si in medio esset ædificium, secus si fundus.d.l.sed & loci.§.penul.

993 Item excipitur in actorem quod ipse occupauit fines.l.si constiterit.ff.eo. vnde debet puniri pœna legis Agrariæ l.2.ff.de termino amoto.

994 Excipitur, quòd res est communis: & tunc non datur hoc iudicium.l.sed & loci.§.qui communem.ff.eod.

995 Nota, quòd fines, & territoria probantur primò per libros antiquos. c.cũ causam. vbi glo. de probatio.Bald.consil.286.Thema.in 2.vol.

996 Item per exercitium iurisdictionis & per appositionem custodũ. Nam si custodes vineis, vel aliis rebus, sunt soliti apponi per talem dominum in tali loco, probatur quòd in illo loco ius habet.l.si ita.§.fin.ff.de fundo instruct.

997 Item per solutionem pedagij, si soluatur vectigal alicui, præsumitur dominus illius loci: vel quòd ille locus est de finibus illius ciuitatis: & aliis modis descriptis per Bal.consil.420. verba principis.vol.1.

998 Item probatur per letanias dictas, seu processionem. Nam tempore rogationum, vel die quo festum sancti illius ecclesiæ celebratur, solẽt processionaliter presbyteri ire ad processionem circa fines suę parrochię: & postea sic probabuntur fines Iacobi. in l.cum aliqui. colum. 2. C. de iure deliberand.

999 Item in probatione finium ac terminorum recipiuntur probationes etiam minus perfectæ, quæ in aliis causis non sufficerent gloss. in d.c.cum causam.& c.si Papa. de priuileg.in 6.in verb.probata.glo.in c.cum olim.de censib. Dec. consi.42.& pro facultate.in 5.dubio.

1000 Vltimò notandum est, quòd si quis velit ædificare iuxta murum alterius, pedem relinquere debet. Si iuxta domũ, duos pedes.l.fi.ff. finium regundorum: tamen hoc non seruatur teste Petr. Iacob. in sua practica in hac actio. in fin. sed est inspicienda cuiuslibet regionis consuetudo.

*De æstimatoria.*

1001 Actio præscriptis verbis æstimatoria, bonæ fidei est.§.actionum.de actio.in Institu. Datur contra eum, qui accepit librum æstimatum ad vendendum pro decem. & si plus haberet illud esset suum.idem de similib.iuxta l. si tibi rem vendendam. ff. de præscript. verb. Si recipiens postea non restituit nec rem, nec pretium. concludet actor, vt is, qui accepit cogatur restituere rem, si illam non vendiderit. Si verò vendiderit, ad pretium aget. l. 1. ff. de æstimato. actio. Intellige agi posse ad pretiũ certum, si certo pretio fuerit æstimatio facta. Si verò in genere, vt reddes pretium, quod habebis ex illa re, tunc ad illud pretium. vt concludit Petr.Iacob.in sua pract.rubr.de actio. præscript. verb. æstimatoria. Et ista actio est bonæ fidei. Bona enim fide geritur negotium. vt in d. l. 1. Ideo vidi condemnari proxenetam, qui sic suscepit rem vendendam ad restituendam rem, quam receperat. & quòd posset compelli etiam per captionem suæ personæ, & detentionem quousque rem, vel pretium rei restitueret. Et hoc prouenit ratione delicti illius, qui non vult restituere, & sic videtur delinquere. & sic manu militari esset auferenda si eam haberet.l.qui restituere.ff.de rei vendic.

1002 Excipitur, ꝙ nõ est data æstimata, & tunc hæc

hæc actio non datur, sed præscriptis verbis generalis. l. si gratuitam. §. 1. ff. de præscript. verb.

1003 Item excipitur, quòd gratis eam suscepisti vendendam: & sic actio mandati. l. 1. ff. manda. & non ista in qua requiritur quod vendens debeat habere precium. l. 1. ff. de æstimat.

1004 Item, quòd certũ pretium est promissum pro illa re vendenda: & sic est conductio. l. 1. & 2. ff. loca. Ideo opus est in hac ęstimatoria, quod certum pretium non sit promissum. Rofredus in tract. libellorum. in 4. parte rub. de actio. præscri. verb. æstimatoria.

*De præscriptis verbis ex permutatione.*

1005 Actio præscriptis verbis ex permutatione datur contra eũ, cum quo conueneram de permutando librũ, vestem, vel aliam rem cum suo Infortiato, vel alia re: & cum ipse receperit meam rem, peto & concludo, vt det mihi suum Infortiatum: probatur in l. 1. ff. de rer. permutatione.

1006 Poterit etiam concludere ad interesse, quod æstimare poterit in libello ad certam summam. l. naturalis. ff. de præscrip. verb. vel condicere possum quod dedi. d. l. 1. in fi. & l. in rebus. & l. penult. & vlt. C. eod. Matthe. de Afflict. decisio. Neapol. 399. fuit latum &c. Nisi ego permutarem rem meam cum re exposita venali. tũc enim non repetam rem meam per condictionem sine causa tex. sing. in l. 1. C. eod. Idem in transactione. l. si pro fundo. C. de transact. l. fin. vbi Iaso. C. de condict. ob caussam.

1007 Item debet permutans cauere de vitiis & morbis rei, quam dat. l. 2. ff. eod.

1008 Excipere, quòd nulla interuenit conuentio: vel si interuenerit fuit vallata stipulatione, & sic actio ex stipulatu competit, non præscriptis verbis. l. ex placito. C. de rerum permuta.

1009 Item, quòd ex parte vnius non est conuentum de re certa: & sic non est permutatio. sed contractus innominatus do, vt des. l. quoniam. C. eod. Ias. & alij in l. 2. ff. si cert. petat. qui dicunt tunc esse permutationem, quãdo vna species, vtpote liber, equus, vel vestis, vel alia res certa, permutatur cum alia certa specie & re. Si verò genus detur pro genere, vel quantitas pro quantitate, est contractus innominatus do, vt des. dict. l. naturalis. §. 1. ff. de præscrip. verb. Ias. in d. l. 1. col. 3. de rer. permuta.

1010 Item excipitur, quòd ex vna parte promissum est certum pretium, ex altera res: & sic est venditio. l. 1. ff. de actio. empt. Intellige, quando in quantitate interuenit pretium: secus si in specie: quia tunc est permutatio. vt pro pecunia, quam in arca habeo. l. planè. §. sed si non corpus. & l. sed & si certos. ff. de leg. 1.

1011 Item si res & pecunia dentur ab vno, ab altero verò res certa. tunc si pecunia est maior, & principalior, erit emptio. l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. cap. ad quæstiones. de rer. permutat. Bart. in l. Aristo. ff. de donatio. Secus si in consequentiam detur aliqua pecunia. Bart. in l. si in emptione. in princip. ff. de contrahen. emptio. Ias. in l. 1. in fin. ff. eodem. & sic primo casu debebitur laudimium. Boer. in §. 18. de consuetud. feud. in consuetud. Biturig.

1012 Item excipitur, quòd res data non erat propria dantis: sed aliena. ob id permutatio fieri non potest. l. 1. ff. eod. Quod est verum cum effectu, re scilicet euicta: quia non videtur datum quod retineri non potest. l. non quæcunque. ff. de lega. 1. In re tamen aliena, secundum quosdam, sicut contrahitur venditio. l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. ita & permutatio. l. 1. C. eod. quod non est ex animi mei sententia.

1013 Item excipitur, quod ab illa conuentione discessum fuit: & sic vltima prioribus derogant. l. pacta. C. de pact.

1014 Est autem permutatio, vnius rei certæ ad alteram facta mutua præstatio, vt alibi declaro.

*De petitione hæreditatis.*

1015 Petitio hæreditatis datur hæredi instituto, vel proximiori, cui est delata successio ex veteri iure, aut nouo: ex testamento, vel ab intestato: siue suo nomine, siue per se, siue per alios effecti sumus hæredes. l. 1. & 2. ff. eod. & concludit contra detinentem & occupantem, vt hæreditas declaretur ad se pertinere, vel ipse hæres declaretur: ipsúmque detinentem condemnari ad restituendum dictam Titij hæreditatem. l. 3. ff. eo. vel partem dimidiam, seu alteram, in qua sit institutus. l. licet minimam. in fi. ff. eod. & l. 1. si pars hæreditat. peta. & per totum.

1016 Nec est petitio facienda expensarum & fructuum: quia omnia ista iure actionis veniunt. l. 2. C. eod. l. Item veniunt. §. fructus. ff. eod. quia ista est mixta, vt concludit Rofred. in tracta. libellor. in 4. parte. eo. titul. Tamen quotidianus vsus inualuit, vt etiam in hoc libello petantur fructus & expensæ. vt vidi in forensi iudicio seruari. & ita testatur seruari in lingua Occitana. Ioan. Berber. in viato. iuris. in quarta parte. libello de petitio. hæreditatis.

1017 Item quotidianus vsus iudiciorum exigit, quòd petatur reum cõdemnari ad restitutionem hæreditatis, licet in realibus, cùm reus non sit obligatus, non concludatur ad restituendum: sed offic. iudicis fit restitutio. l. qui restituere. ff. de rei vendica. & d. l. licet. quia restitutio facti est: & in personalibus ad factum concluditur. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iudica. & ista est mixta. l. Hæreditatis. C. de petitio. hæredita.

1018 Et sic vidi verbis Gallicis concludi, *Que tel detenteur de tel heritage, soit condamné & contrainct à soy desister & departir de l'heritage dont est question, dessus declaré, & confiné: & en laisser iouyr ledict demandeur, luy en rendre les fruicts par luy prins & perceus depuis le temps que ledict demandeur pretend ledict heritage à luy appartenir: & que le defendeur soit condamné es despens de l'instance.*

1019 Alia, quæ in hac actione peti possunt, multa sunt, quæ scribuntur in l. Item veniunt. ff. de petit. hæredita.

1020 Excipit reus contra actorem, quod is viuat, cuius hæreditatem petit: & viuentis nulla est hæreditas. l. qui superstitis. ff. de acq. hæred. & l. 1. de hæred. vend.

1021 Item excipitur, quòd reus est proximior actore:& sic ipse declarari debet verus successor, & ad eum debent spectare bona.vt in §.1.de legit. adgna. succesione.& §.1.de hæredita.quæ ab intesta.deferun.

1022 Item excipitur, quòd reus non tenet,nec posidet. si tamen inueniatur alicuius rei possessor tempore sententiæ condemnabitur.l.si hæreditatem.ff.eod. alioqui absoluetur reus. facta tamen absolutione, si de nouo incipiat posidere, de nouo condemnabitur. l. si à te.ff.de exceptio. rei iudica. nisi liti se obtulisset. ff. de rei vendic.l. is,qui se obtulit,vel dolo desiisset posidere.l.nec vllam.§.fin.ff.eod.Et quando non inuenitur nisi vnam rem posidere,non debet condemnari,nisi ad illam rem tantum : quia hæreditas quoad illum consistit in illa re.l.1.§. 1. ff. si pars hæredita. peta. vbi tota hæreditas vendicatur ab eo, qui vnam rem posidet : sed executio tantùm in illa re fiet. & an sit locus cautionibus.vide textum & doct.in l.quoties,§.1.ff.de pecul. & l.si quis reum. §.idem Iulianus.de libera.legata.

1023 Item excipitur, si quis dicat se hæredem ex testam.quod testamentum est falsum,vel nullum, vel irritum, vt per totum titulum.ff.de iniusto,rupto,irrito facto testam.

1024 Item excipitur contra actorem,quod non potuit hæres institui:vtpote,quia bannitus.l.1.C. de hæred.instituend.

1025 Item, quòd hæreditatem repudiauit.l.1.& per totum.C.de repud.hæredita.

1026 Item,quòd illam hæreditatem emit:& petitio hæreditatis non datur contra titulo posidentem ; nisi in aliquibus casibus,de quibus in.l, etiam.per totum.ff.eod.l.cogi.C.eod.

1027 Item excipitur, quòd is qui agit semel consecutus fuit possesionem bonorum:& hæredi non datur petitio hæreditatis, nec fideicommissario,postquam est adeptus possesionem. gl. & Bartol.in l.1.ff. de fideicommissa.hæredi.petit, quia amplius non dicitur hæreditas;sed patrimonium.glós.in l.1.§.veteres.ff.de acq.possess.Dec.in l.hæreditas.ff.de regul.iur.& hoc maximè cauere debet petens hæreditatem interdicto, quorum bonorum,vel petitione hæreditatis. per glo.sing. in c.1.in glo. magna,in fin.de confess.in 6.secundum Ias.in §.actionum.nu.239.de actio.in instit,

*De bonorum possessoria hæreditatis petitione.*

1028 EST & alia actio,quæ vocatur bonorum possessoria hæreditatis petitio.quę datur emancipato, vel alteri vocato ad possesionem. de iure prætorio, vt declaretur bonorum possessor,& ei restituantur bona talis defuncti.& datur siue ex testamento, siue ab intestato.l.1. & 2.ff.eod. de bonorum possessoria hæreditatis petitio.& Petr.Iacob.in sua pract.in hac rubr.

1029 Et dicitur bonorum possessoria:eo quòd prætor non potuit facere hæredem : sed fecit bonorum possessorem.§.quos autem.Institu.de bono.possess.& tantum consequitur bonorum possessor,quantum hæres.l.fi.ff. eod. Et quantum ad istum titulum parum dicetur:quia in Francia in forensi iudicio parum exercetur:nec etiam petitio hęreditatis directa:quia ex cõsuetudine mortuus saisit viuum.Quamobrem possessorio iudicio interdicti retinēdæ experiuntur. quod est verum, si intra annum à die mortis hæres veniat, secus si postea, quia non posset agere interdicto retinendæ.

1030 Interdicta annualia sunt.l.1.ff. vti posidet. & in ordination.Regiis Caroli septimi artic. 70. vbi dicam.

*De fideicommissaria hæreditatis petitione.*

1031 EST & fideicommissaria hæreditatis petitio,quę datur ei,cui restitui hæreditatas debet, vt restituatur. vt per totum titulum ff. ad Trebellia. & in rubr. de fideicommis. hæredi. petitio.declarat Petr. Iacob. in sua pract. rubr.de fideicommissar.hæredita.pet.& Rofred.in 1. parte,hoc eod.tit.

1032 Sed cum hodie de iure canonico sine restitutione petatur directò hæreditas,causa vitandi circuitus, vt dicit Bald.in cap.in præsentia.de probat. Ideò parum in forensi iudicio exercetur in Francia. Sed fideicommissarius dicit, se saysitum : & concludit se manuteneri in possesione hæreditatis talis defuncti,teste Bened.in repeti.c. Raynutius.in verb.si absque,2.de fideicomis.substitu.nu.50.& nu.85. & in verb.mortuo.2.nu.74. de testa.& ante eum Ioan. Berber. in viato. iuris. in 4. parte practicæ legum Regiarum. versicul. Quando petitur hæreditas in vim substitutionis &c, his verbis dicit, quòd stilus & praxis inualuit, vt omnes viæ ordinariæ agendi, & experiendi pro hæreditatibus, substitutionibus, & fideicommissariis intententur remedia possessoria, ac si ipso iure essent aditæ,transmissæ,aut restitutæ hæreditates &c.

1033 Et quòd fideicommissarius posit se dicere saysitum, fuit iudicatum in hoc Senatu hoc anno 1541. & antea fuerat iudicatum Tholosæ, vt refert Benedict.vbi suprà.

1034 Est etiam petitio hæreditatis, quæ datur ex substitutione, quando euenit casus substitutionis.& concludit actor posteaquam casus substitutionis euenerit, quòd restituatur sibi dicta hæreditas Titij.Berber.in d.viato.iuris in 4.parte. sed in Regno Franciæ concludit etiam super possessorio retinendæ,& se manuteneri.cùm frequentisimum sit apud Gallos hoc remedium retinendæ, vt omnibus est obuium. Alias exceptiones pertractarem ; sed nunc non licet per ocium:quod si nactus fuero,abundantius elucidabo. Interim de prædictis gratias agam Deo omnipotenti, & Virgini Mariæ per infinita secula.

Amen.

*Spes mea Christus.*

Except

*Exceptionum decuplex. quadruplex diuisio.*

- I.
  - *2 Meræ negationis.*
  - *3 Actionis seu iuris.*
  - *4 Intentionis vel facti.*
- II.
  - *5 Ecclesiasticæ.*
  - *6 Mixtæ.*
  - *7 Seculares.*
- III.
  - *8 Dilatoriæ*
    - *9 Merè dilatoriæ, vt solutionis.*
    - *10 Declinatoriæ iudicij*
      - *11 Ratione iudicis,*
      - *12 Actoris,*
      - *13 Rei,*
      - *14 Syndici,*
      - *15 Procuratoris,*
      - *16 Rescripti,*
      - *17 Loci,*
      - *18 Temporis,*
      - *19 Libelli,*
      - *20 Fori,*
      - *21 Caussæ.*
  - *22 Anomalæ, vt exceptio excommunicationis.*
  - *23 Mixtæ seu dubiæ.*
  - *24 Quasi peremptoriæ, quæ contra personas testium opponuntur.*
  - *25 Peremptoriæ*
    - *26 Personæ*
    - *27 Obligationis, quæ tollit*
      - *28 Vtranque. s. ciuilem & naturalem,*
      - *29 Naturalem tantum,*
      - *30 Ciuilem tantum,*
      - *31 Neutram.*
    - *32 Iudicij,*
    - *33 Pœnæ,*
    - *34 Accusationis.*
- IIII.
  - *35 Temporales, vt pactum de non petendo intra certum tempus.*
  - *36 Perpetuæ, vt doli, metus.*
  - *37 De quibus dubitatur, vt ne maritus conueniatur vltra quàm facere posit.*
- V.
  - *38 Personales*
    - *39 Inhærentes personæ per quam, vt*
      - *De legato,*
      - *De exempto.*
    - *40 Aliæ personæ contra quam, vt iudicis suspicio.*
  - *41 Reales*
    - *42 Concernentes rẽ de qua principaliter agitur, Vt petis beneficiũ, & dico sublatũ.*
    - *43 Aliæ quamlibet rem, Vt locum non tutum, remotum.*
- VI.
  - *44 Fauorabiles.*
    - *Quæ non opposita nunquam elidit, Vt epistolæ diui Adriani.*
    - *45 Quæ etiam non opposita elidit, vt exceptio pacti,*
    - *46 Perpetua, vt Velleiani.*
    - *47 Quæ non competit nisi expressè opponatur, Vt compensationis,*
  - *48 Odiosæ, Macedoniani, criminum.*
  - *49 Inductæ propter iuris rigorem, Vt rei iudicatæ.*
  - *50 Inductæ propter naturalem æquitatem, vt non numeratæ pecuniæ, & similes.*
- VII.
  - *51 Diuersæ.*
  - *52 Alternatiuæ.*
  - *53 Contrariæ.*
- VIII.
  - *54 Ciuiles.*
  - *55 Prætoriæ.*
- IX.
  - *56 Directæ.*
  - *57 Vtiles.*
- X.
  - *58 Modificatoriæ condemnationis, Vt de peculio.*
  - *59 Modificatoriæ executionis, Vt inuentarij confecti.*
- XI.
  - *60 Incidentes.*
  - *61 Emergentes.*
- XII.
  - *62 Ordinis.*
  - *63 Præposterationis.*
- XIII.
  - *64 Rationabiles, & non frustratoriæ.*
  - *65 Irrationabiles, & frustratoriæ.*
- XIIII.
  - *66 Generalis.*
  - *67 Obscura.*

# DECLARATIO ARBORIS EXCEPTIONVM.



QVIA omnis de aliqua re institutio debet à diffinitione proficisci, iuxta illud quod scripsit tuba Romani eloquij Cicero (qui hoc modo appellatur per gl. in l. 1. de stud.libera. vrb. Ro. lib.11.C.) primo officio. libro. & refert Bal.in procœ.feudo.col.3.in fi.cum seq.per text.& ibi Bal.in l.1.ff. de iusti.& iur.l.1.ff. si cert.peta.& Barba.in rubr.huius tit. in clem.in princip.& in rubr.de rescrip.col.1.& de constitu. col.2. & in rubr. de postulat.præla. colum. 2. &, Qui admitti. col.11.& consil. 37.illud. col.6. in 1. volu.Ias.in l.1.col.3. de vulga. & Petrus de Ferra. in practi. in forma positionum actoris. in versic. postquam.& Troilus maluitius in tract.de oblationibus.in primo dubio.doct.in l.1.ff.de acquir. posses.Bonus de curtili in tractatu nobilitatis. in secunda parte.& docto.in l.1.per illum text.ff.de testa.& l.1.ff.de tutel.& quid nominis & quid rei est principium omnis scientiæ teste Philosopho. 7.Metaphy. & 1.posterio. nam diffinitio est omnino substantia cuiuscunque significantis, secundum Barba. in rubr.de re iudic.in cle. Videamus ergo quid sit exceptio. Secundò, quo iure inuenta sit. Tertio ad arboris declarationem accedamus. Ad primum igitur veniendo cùm materia exceptionum sit multum necessaria, per text. in §.Alioquin.Instit.eodem.& in auth.de restitutio. & ea, quæ parit in 11.mense.colum.4.post principium.ibi, quadam exceptione necessaria. Est & frequens: & in iudiciis vsu veniens: & ideo amplectenda.l. Legaui.ff. de libera.lega.cum similibus.& diffinitio est multum periculosa.l.Omnis diffinitio.ff.de reg. iur. tamen per illas diffinitiones nihil mutatur in re:nec ex eis obolum lucraberis, secundum Ioan. Fab.in §.Ex non scripto. col.2.insti.de iure natura.

1 Igitur sic diffinitur exceptio per aliquos doctores: Exceptio, est ius reo competẽs ad elidendam excludendámve actoris intentionem.& hęc diffinitio comprehendit dilatorias & peremptorias; vt tenet domi.Anto. de Tremolis in addit. ad pract. de Bonacurso in princ. Ego verò insequor diffinitionem iurisconsulti (quia non possum inuenire meliorem) positam in l.2.ff.eo. Exceptio, est actionis vel intentionis exclusio.hanc posuerunt ferè omnes summistæ, Gofred. Azo, Hostien.& alij.& Barba.in rub.huius tituli,in cle. licet Angel in rub.Instit.eod.col.mihi.4. versicu. Capiamus primum.teneat, quòd non est diffinitio:sed allusio. Standum est tamen verbis Iurisconsulti, siue sit allusio, siue diffinitio.& communiter tenetur quòd sit diffinitio:& latius declarabitur in prima diuisione infra. Nota tamen quòd exceptio duobus modis sumitur: largè,& strictè seu propriè. Largè, pro omni defensione, exclusione,& replicatione: vt tenet gloss.in l.2.ff.eod. Nam replicatio excludit, ergo exceptio large nuncupatur, per glo.in l.fin.C.de edend. l. Iurisgentium. §. siue autem.ff.de pact. & l.nam postea.in princ.ff.de iureiur. Strictè seu propriè capitur pro defensione, quæ reo cõpetit contra actionem actori competentem contra dictum reum: vt tenet glo.& docto. in d.l.2.& Hosti.in summa huius titul.§.1. Angel. in rub.eiusdem titul. Instit. col. mihi 5. Canonistæ in rubr.de excep. Azo in summa.versic.Est autem sciendum.

Ad secundum quo iure sit inuenta: videtur, quòd iure diuino in Paradiso terrestri.nã Adam de inobedientia à Domino reprehensus cur pomum vetitum comedisset:actioni Dei exceptionem obiiciens, relationem criminis in vxorem vertit, dicens:mulier, quam mihi sociam dedisti, dedit mihi de ligno vitæ & comedi. & Deus dixit ad mulierem:Quare hoc fecisti? quæ respondit:serpens decepit me, & comedi.hæc habentur Genesis 3.c.& in cap.Serpens.de pœnitentia, dist. 1.ita tenet Specula.in procœ.sui operis.versi.Sanè. Angel.in rub.huius tit.col.5.versic. Veniamus ad secundum. Panorm.tamen in d.rubr.tenet, quòd est de iure naturali: quia est defensio, nil allegat: possumus allegare text.in l. Si quidem.ibi, nulla defensio.& l.Defensiones. C. eod. c. Cum inter. ibi, defensionis copia.eod.tit. Sed defensio est de iure naturali.text.in cle. Pastoralis.§. Cęterum.de re iudic.l.Scientiam.§.Qui cùm aliter.& ibi Flo. ff.ad l. Aquil. docto.in dict.l. vt vim.latè Georg. Natan.in repet.cle. Sæpe.in verb. defensiones.de verb.signific.ergo & exceptio. Alij vt Barto.in l. Ex hoc iure.ff.de iustit.& iur.& Ioan.Fab.in principio Instit.de oblig.colum.2.Iacobi.in l.in exceptionibus. ff. de probationib.quod sit de iure ciuili, tenent: quia est actionis exclusio.d.l.2. eod. tit.ff.sed actio est de iure ciuili.l.In commodato. §.Sicut.ibi, actiones ciuiles. ff. commoda.Angel. & Ias.in §.1. Insti.de actio. Alex.& Ias.in l.1.§.1.ff. Ad Trebel.sequitur Iacobi.in d. l.in exceptionibus.in princip.ff.de proba.ergo &c.aliàs sequeretur absurdum, quòd exceptio esset prius, quàm actio: & sit exclusio, quàm res exclusa. Ego dicerem quòd exceptio, quę habet materiam de iure naturali, dicitur illo iure inuenta:& tunc dicitur habere materiam in hoc, ne innocens condemnetur & indebite opprimatur. nam hoc respicit defensionem, quæ est de iure naturali, per d.cle.Pastoralis.de re iudi.ita tenet Dec.in d.rub. num.6.& in c.ad hæc.col.fin.de rescript. Si verò habet materiam præexistẽtem de iure ciuili:tunc est de illo iure; vt exceptio præscriptionis, non nume

numeratæ pecuniæ, & similes, secũdum Decium vbi supra. Possunt tamẽ omnes exceptiones dici de iure ciuili formalitate, & in modo, & ordine excipiendi & se defendendi. nam ius ciuile non admittit omnes exceptiones passim nec omni tẽpore: sed certo modo, & ordine: vt tenent Pan. & Dec. in d. rub. Soc. in rub. ff. eod. Ciuilistæ in l. si quis. §. si is, pro quo. ff. quod quisq; iuris. Canonistę in c. ex parte. in 2. de offi. delega. Nec obstat quod dicebatur de iure diuino: quia ibi erat quędam defensio, quæ propriè non est exceptio, per glo. singula. & communiter approbatam in cap. 1. de litis contesta. in 6. sed impropriè sic: vt respondent Felin. & Dec. in rub. & in dicto cap. ex parte. & Barba. in rub. huius titu. in cle. & Angel. in d. rubr. col. 2. Nec etiam obstat quod dicebat Panorm. in d. rub. allegando Cicero. primo officio. ibi, Primo generi &c. quia intelligitur de defensione actuali seu manuali ad quam natura omnia animalia inclinat, imò eis dedit certa instrumenta quibus ab aduersis se tuerentur: vt bobus cornua. l. 1. §. cũ arietes. ff. si quadru. paupe. fec. dica. l. bouẽ. in prin. ff. de ædilit. edict. ita Fel. & ibi in addi. ad eũ in c. dilecti filij. eo. tit. Iacobi. in l. in exceptionibus. ff. de prob. & ideo cõqueritur homo quare natura eum nudũ produxit: vt habetur in Plinio, in principio lib. 7. de natur. historia. & omnibus animantibus dedit instrumenta: vt supra dixi. Non obstat, quod sit de iure ciuili: quia verum est inquantum excludit actionem, quę est de iure ciuili: vt supra probaui: & etiam respectu formæ: sed respectu intentionis, est de iure naturali: quia intentionis exclusio erat ante ius ciuile: sicut petitio erat ante actiones, quæ manu regia expediebantur. l. 2. in princ. ff. de origi. iur. Dec. vbi supra. Floria. in l. si seruus. nu. 7. ff. ad l. Aquil. Effectus ex ista quæstione resultantes vide per doc. in d. c. ex parte. Anton. de Burgos in rubr. de emptio. & vendi. col. penult.

2 Prima ergo erit diuisio, quòd quædam exceptiones sunt meræ negationis, actionis, seu iuris, intentionis, vel facti. Meræ negationis est, quando actio actori non competebat, nec competierat. Ideo si actor agat, & aliquid petat, reus potest negare: & hæc non est propriè exceptio, secundum Soci. in rub. de exceptio. ff. & Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. eod. glos. in l. Nam postea. ff. de iureiuran. in princ. & cap. 2. de ordine cognit. Barba. in cap. mandatum. col. 1. de rescript. & quia nihil ponit: ideo à reo non erit probanda: vt tenet Bald. in l. Peremptorias. C. senten. rescind. non posse. nume. 36. & in l. si quidem. in princ. C. eod. Large tamen exceptio dici potest, secundum Dec. in rubr. num. 3. vide Bart. & alios in l. si Titius. ff. de verb. oblig. & l. si pluribus. ff. de lega. 1. & l. quotiẽs. §. si temporali. ff. de adminis t. tuto. & hanc posui primam: quia in ius vocati sunt faciles ad negandum. l. Item si vnus. §. fin. ff. de arbi. & prima responsio reorum est negatio: vt oculariter videmus.

3 Aliæ sunt actionis, seu iuris, & sunt quæ actionem præsupponunt: vt si Titius decem mihi promisit metu: & ago, habeo actionem ex stipulatu: tamen Titius habet exceptionem metus, quæ excludit actionem ex stipulatu: ideo in diffinitione supra fuit dictum, quòd est exclusio actionis: per text. in dicta l. 2. Regulariter exceptiones in scriptis non opponuntur: sed satis est, quòd in actis per notarium redigantur & scribantur: vt tenet Bart. & alij in l. 1. ff. eod. Flor. in l. in exceptionibus. ff. de probat. l. 1. not. finali. ff. de eden. per Alexan. & alios in l. Emptor. C. de præscrip. long. tempo. Bal. in l. Edita. col. 12. de edend. Dec. in cap. Quoniam. num. 26. de probationib. Aufrer. in decisio. Capellæ Tholosanæ. quæstio. 110. Ant. de Tremolis in addit. ad practi. Vbert. de Bonacurso in rub. de perempto. exceptio. in versic. & subtiliter. & Lanfranc. in repet. dicti c. quoniam. in versic. Exceptiones. in fin. & Angel. col. mihi 18. in rubr. Zas. in l. de die in princ. col. 3. ff. qui satisd. cogan. Dec. consil. 3. in fine. imò sufficit quòd proponatur factum ex quo resultet exceptio: licet non dicat excipio secundum Bal. in dicta l. 1. nisi in exceptione recusationis, & excommunicationis, quæ in scriptis debent proponi: vt tenet Philip. Francus in cap. Appellatio. de appel. in sexto. & Felin. in rubr. vide tamen Barba. allegantem text. in quibus debemus dicere excipiendo, dico in cap. cum causa. num. 4 de offic. delega. quod intelligit in doctis: secus in ignaris: quia sufficit factum narrare. vide text. in cap. Dilecti filij prior. de appel. & ista est propriè exceptio, secundum Socinum vbi supra. & doctores in rubr. de except. in Decretalib. per glos. in l. Qui se debere. ff. de condic. causa data. & in lege, in rebus. C. de iure dot. & Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 2. Et licet excludat actionem: non tamen tollit restitutionem in integrum, per glo. singul. in l. In causæ. in 2. ff. de minorib. secundum Rauen. in alpha. in versi. exceptio. An ius excipiendi transeat in singularem successorem, declarant doct. in l. Ait prætor. 2. ff. de iureiur. Bartol. in l. si Titius. §. si quis. de aqua pluuia arcenda.

4 Item alię sunt intentionis seu facti, quę actionem non competere actori ostendunt: vt si solui tibi decem, quæ debebam. sublata est actio. Institut. quibus modis tollitur obliga. in princ. Si iterum petis, excipiam & excludam intentionem tuam: quia actionem nõ possum excludere, cùm nulla sit. hoc declarant Paul. & Iason in l. Titia. ff. de ver. obli. Vel potest dici exceptio facti, quia sicut de facto agis: ita de facto excipio. glo. Bart. & alij in d. l. 2. & in l. Obligationum ferè. §. fin. ff. de act. & obliga. Purpura. in l. Rogasti. §. si tibi. col. 2. ff. si cer. peta. Barba. in rub. eiusdem titul. in cle. & doct. in d. rubr. in decreta. & Ange. col. mihi 5. Lanfranc. in repet. cap. quoniam. in ver. exceptiones. de probat. glo. Ias. & alij in d. l. Qui se debere. Anto. de Tremolis in addit. ad pract. de Bonacurso, in princ. & in rub. de perempto. except. ver. animaduertat igitur. vbi ponit octo species exceptionis intentionis, quas vide per te, non pono hîc: sed in tractatu de excep. ponam, & alia amplè ibi inseram. vide D. Ioa. Brunel. in ca. licet de vitando. fol. 20. de elect. Zazium in tracta. intellectuum singular. fol. 60. quando declarat l. qui se debere. Panor. consil. 72. in 2. vol. Alio tamen modo appellatur exceptio iuris vel facti: vt

per Bal.in marga.in ver.exceptio.in 28.quæst. & Panorm.in c.Pastoralis.nume.22.eo.tit.& in hac potest iudex absoluere reum eo etiam non petente,cum sit in iudicio agens sine actione:vt tenent Bart.& Paul.in d.l.2.& Alex.in l.Eum, qui ita.§.qui ita.col.2.ff.de verb.obli.licet Soci.ibi.& d.rub.aliter dicat:scilicet quòd postquam ponit, est vera exceptio. Felin. Dec.& communiter alij in d.rub.contrarium tenent:& legistæ vbi supra. Bald.in l.peremptorias. C. senten. rescind. non posse. pro ista exceptione vide Archi.in c.alienationis 12. q. 2. Maleret.in tract.de electio.fol.30. Est tamen de stylo curiæ parlamenti Tholo. quòd licet reus sit paratus prædictas exceptiones probare, & se offerat: tenebitur tamen implere manum curię de tanto quantum petit actor:aliàs ad ipsas proponendas non admittitur:vt est modus loquendi, *qu'il garnisse la main, & emplisse la main de la court:* vt habetur in stylo parlamen. Tholo.in eod.tit.in §.& de stylo. & ibi ratio ponitur: quia debitores malitiosè & causa diffugij quandoque proponunt: vt res, vel bona de quibus incontinenti posset fieri satisfactio interim pendente.d.probatione possint elõgare,vel consumere.ideo hic dolus non debet eis patrocinari.c.sedes.& c.ex tenore.de rescrip.& c. ex literis. de dolo & contumac.cum simil.

5 Secunda diuisio est, quòd quædam sunt ecclesiasticæ seu spirituales,mixtæ & seculares.Ecclesiasticę sunt,quę corã iudice ecclesiastico probari debent: & de his iudex laicus non se intromittit: vt si iudex laicus detinet clericum in suis carceribus,potest excipi quòd est clericus, & ad iudicem ecclesiasticum remittetur: & ibi dicta exceptio probabitur,per text.in cap. si iudex laicus.de senten. excom. in 6. Miratur tamen d.Benedic.in repet.cap. Raynu.in ver.& vxorem.nume.440. de testa. quod in regno Franciæ non obseruetur.& Guido papæ in suis decisio.quæst. 158.& do.Bartho.de Chassa.in consue.Burgun.in rub.*des iustices.*in §.quinto.in glo.*s'il n'a grace.*nu. 58.cum seq.Et tales iudices hoc non obseruantes non sunt tuti in foro conscientiæ secundum eundem Chassa.in rubr.*des iustices.* ver. *es droitz d'icelles.*in nume.41. Nota tamen quòd licet curia parlamenti de tonsuræ proprietate non debeat cognoscere: tamen an vestis sit clericalis, necne, cognoscere potest: quia hoc cognoscere non est cognoscere de re spirituali:sed temporali.ergo cognoscit de pileo partito:& an vestis sit clericalis & de caligis & aliis vestibus & indumentis:vt arresto fuit Parisius decisum in q. per arresta.quæst.42. & in stylo parlamen. Tholo.in 4.parte arresto 184. & 186.idem d.Bartho.Chassa.in consuetu.Burgund. in rubr.*des iustices.* in §. 5.in glo.*s'il n'a grace.*num.59.versic.decimò fallit. Idem in exceptione excommunicationis, per tex.in cap. Corripiantur. ibi, episcopale iudicium.24.quæst.3.& Spec.in tit.de compet. iudic. aditio. §. 1. in princ. potest etiam coram seculari iudice proponi:vt no.glo.sing.in l.1.C. de iur. & fac.ignoran.& in cap.1.de excep.in 6.& docto.in cap.Intelleximus.de iudic. Hoc tamen non seruatur in curiis,laicalibus huius regni secundum Ioan.Fab.in §.fi.instit.de curat. Sed vnde tantus abusus processerit,ignorat Guillel. Bened.in rep. cap.Raynutius.in vers.mortuo.in 1.num. 282.de testam.& Aufrer.in decisio.capel. Tholosa.quęstio. 133.& 189. & ibi decidit, an excommunicatus possit monitionem de occultis impetrare. hanc consuetudinem reprobat subtilis Petr. de Bella pertica.in l. Placet. C. de sacrosanc. eccle. addi.ad Vber.de Bonacurso in rub. quib. modis examen iudi. ordi. declina. Angel.& Por. in §.1. instit.de cap.diminutio.Et text. de iure ciuili loquentes de excommunicatione, vide per Barba. in clem.vnica.col.3.eo.tit.& vltra eum text. in l. Hi,qui sancta.de aposta.glo.in c.vno. Quo tempore miles inuestitur.peter. debeat. Executio tamen bene potest fieri aduersus monachum & alium virum ecclesiasticum in sua temporalitate vide in spec.princip. fol. 101. fructibus pendentibus, & in redditibus nondum receptis: vt dicit Ioan.Masuer.in rub.de executio.in ver.item executio.Paul.consil.337.1.quæritur.col.4.volum. 1. vers.sciendum.& Dec.consil.170.in fin.& text.in cap.ad nostram.in 2.de iureiurand.Feder.consil. 96.apparet.& hoc vidi multotiẽs practicari,ideo bene not.Idem in exceptione vsurarum.ca.Præterea.& per totum.de vsur.quod intellige verum si super iure cõtentio oriatur:secus si super facto: quia tunc iudex laicus erit competens,secũdum Bart.Herculanũ, & alios in l.Titia.ff.solu. matri. Bar.& alios in l.Quotiens.C.de iudi.Bart.in l.2. ff.de iurisdi.omnium iudic. Alex. consil. 9. præstantissime.in 4.vol.an incidenter. Purpura. in l. 2.nu.52.ff.de iurisd.omn.iudic.& in Spec.principum,fol. 45.cum seq. licet multi cano. refragentur in cle.Dispendiosam.de iudic. Potest tamen iudex laicus excipienti statuere tempus, intra quod se pręsentet excipiens coram iudice ecclesiastico:non tamen quòd probet secundum Vincen.in l.2.nume. 6.de re iudi.ff.vide Alex.consil. 91.in 2.volum. Et an arbitrator possit de vsuris cognoscere:& quę requirantur antequàm iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari,vide per Alex.consil.9.in 4.vol. Idem in exceptione hæresis.ca.Ad abolendam.& per totum de hęretic.& c.vt inquisitionis.de hæretic. in 6. alias exceptiones vide per text. & ibi no.in cle. Dispendiosam.de iudic.in cap.cum sit generale.de foro competen.& in locis supra allegatis.

6 Mixtæ sunt,quæ tam coram seculari, quàm coram ecclesiastico iudice proponi & probari possunt. & de his tam vnus, quàm alius cognoscit,vt exceptio sacrilegij.glo.in d.ca. cum sit generale.Idem in exceptione iuramenti,vt obseruetur: quia tunc est mixti fori: de seculari patet in cap.Licet mulieres.de iureiurand. in 6. de ecclesiastico in cap.fin.de foro competen.eo.lib.idem tenet Alex.consil.39.nume.3.in 4.vol. idem Feli. in c.2.num.28.ver.tertia conclusio de rescript.& melius per Alex.consil.151. in 7.volu. & in addi. ad Bal.in authen.Ei,qui.col.8.C.de bonis aucto. iudic. possidend. Maleretus limitat in tract. de Elect.fol.30.col.3.Soc.119.præsuponitur in 4.vol. Curtium Iuniorem.consi.66. Exceptio adulterij est etiam mixti fori:de seculari patet in cap.cum

sit.&

ſit.& ibi doc.de foro competen. & ibi vide alias. & in l. quoties. C. de iudi. & in d.l. Titia. Idem quando agitur de reparatione eccleſiæ. nam & eccleſiaſticus & ſecularis eſt competens:per tex. in l.Hæreditas.ibi, principali, vel pontificali.de petitio.hæred.ff.& Benedic.in repe.cap. Raynutius.in ver.ſi abſque.in 2.num.35.in ſubſtitutione fideicommiſſaria.de teſta.Alex. conſil.170. in 2. vol.& in ſtylo parlamen.Tholo.in parte quarta. arreſto 237.& ibi in additio.

Notandum eſt tamen,quòd ſi laicus vulnerat clericum,vel verberat,crimen eſt mixtum ſecundum Ioan.Baptiſtam in repe.l.cunctos populos. col.13.de ſumma trinit.C. & dicitur Chriſtũ crucifigere,qui ſacerdotes perſequitur. cap. nulla.in fin.3.quęſt.1.Lucas de penna in l.nihil.C.de pala. ſacr.largitio.lib.12.

7 Seculares quę ad cognitionem iudicis ſecularis ſpectant: & de his iudex eccleſiaſticus non ſe intromittit, vt ſi agatur actione reali & inter laicos (idem tamen in clericis) coram iudice eccleſiaſtico: nam poteſt excipi vt coram iudice laico agatur:per tex.in cap.quo iure.8.diſ.& cap. cum deuotiſsimam. iuncta ſubſcriptione quę reginę Gallię dirigitur:& illa de poſſeſsione cognouit.& cap.ſeq.ibi.& veſtra regia dignitate.12.q.2. Et quicquid ſit de iure, in Francia tamen obſeruatur clericos in realibus conueniendos coram ſeculari ex conſuetudine tanti temporis cuius memoria non eſt in contrarium ſecundum Ioã. Fab.in authen.ſtatuimus.C.de epiſco. & cleri. & in §.fin.inſti.de ſatiſda.hoc diſputat Panorm. in cap.qualiter.de iudi. patruus meus Iaco. Rebuffi in l.viros.de pala.ſacra.largi. lib.12. C. licet contrarium teneat Petr. Iacobi in ſua pract. rub. de actio.vi bono.rapt.fol.106.col.4.Aufre. in repet. clem.1.de offic.ord.col.76.in parua impreſsione. Idem tenet Benedic. in repe. cap. Raynutius. in ver.& vxorem.& nume.431.de teſta.& in magno conſue.in rub. *des cas qui peuuent toucher le Roy & l'Eueſque*.verſic.*ſi l'official*.& Ioan. Maſuer in rub. de iudicib.in princ. dominus meus & conciuis do.Nico.Boer.in conſue.Bitur.in §.26. de iuriſd. omnium iudi. & dict. Ioannes le Cirier in tract. de iure primogenituræ,lib.1.quæſtio. 24.& Soci. in cap. ſanè in 9. decla. de foro compe. idem in poſſeſſorio.nam ſolus ſecularis in hoc regno cognoſcit.cap.cauſam.2.qui filij ſunt legitimi.Lanfranc.in clem.vna, de cauſ.poſſeſſ. Guido Papæ in deciſio.Delfinal.q.1.Io.Feral.tracta. de iuribus regni Franciæ in 11. priuilegio. & in ſtilo parlamen. arreſto 176. & de hoc fuerũt prolata multa arreſta:vt habetur in ſtylo curię parlamenti in 4. parte.arreſto 15. & 21.imo capitulum ſancti Maximini fuit in ducentis libris condemnatum: quia de actione reali cognouerat:vt habetur ibidem arreſto 175.& in quæſt.per arreſta,quęſt.44. vbi Pariſiis fuit per ſupremam curiam pronunciatum anno 1384.& idem quæſt.179. arreſto vltimo.Item de omni crimine priuilegiato : vt læſę maieſtatis, falſę monetę, ſaluæguardiæ:& portus armorum : & aliis ſimilibus ſecundum Benedic. vbi ſupra nume.435. & amplè Ioan. Feraldus in tract.de iuribus & priuilegiis regni Francorum per totum, maximè decimonono priuilegio vbi multa allegat.& Cigaul.in tract.ſuo de bello Italico.in c.regali. Errant tamẽ aliqui iudices ſeculares volẽtes quoſlibet clericos punire pro portu enſis, vel quorumlibet aliorũ armorum, cum non committant crimen portus armorum : ſed in magno conſue.declaratur tũc committi illud crimen in rub.*Des droicts royaulx*,verſic. *Item auront leſditz baillifz , & lieutenans & non autres la cognoiſſance,punition, & correction des crimes de leſe maieſté, port d'armes notable qui eſt à entendre quãd ils auront compagnie de gens garnis d'aultres armes que d'eſpees,couteaux,ou baſtons.&c.*& in verſi.*Item plusieurs*.in rubric.*de gens non maries*. Et Feraldus vbi ſuprà,dicit tunc committi,quãdo villa cõtra villam:dominus caſtri cõtra alium,cum armis & coadunatione gentiũ:non tamẽ ſi duo ſe verberent:quod bene no.& de crimine priuilegiato,vide in quæſt.per arreſta q.177.arreſto 11.& in ſtilo parlamen.Tholo.in 7.parte rub. de accuſa.ordina. adde Iacob. de bello viſu in §. contrahentes nume.102.de foro compe.lib.6.D. Boer.in tract. de ſeditio.in ſexta præſup.in fi.fol.25. Maleret. in tract.de electio.fol.13.colum.3. idem in petitione laudimiorum ſecũdum do.Bartho. de Chaſſa.in conſue.Burgun.in rub.*des cenſes*.in §.1.in gl.1.nu. 9.& ſeq.idem dicentem in arreragiis:vt habetur in quæſt.per arreſta quæſt.50.ſed cõtrarium fuit dictum Tholo.vt in eius ſtylo cõtinetur, arreſto 49.Ideo concorda, quòd quando promiſsio arreragiorum interuenit, quia reus promiſit dicta arreragia ſoluere : tunc iudex eccleſiaſticus cognoſcit : & ita intellexerunt domini conſiliarij Tholoſani & Pariſienſes: vt habetur in quæſtione per arreſta,quæſtione 88. Secus autẽ ſi aliqua promiſsio non interuenerit.quia tunc ſolus ſecularis cognoſcit.& ita intelligitur quęſt.50.arreſtorum Pariſi.hoc tenet Ioan. Maſuer. in rub. de iud.in princi. & caſus in quibus gentes regiæ cognoſcant contra clericos , ponit d.Bartho. de Chaſſa.in conſuetud.Burgun. in rub.*des iuſtices*. in glo.*& droict d'icelles*.num.101.& §.5.glo. *s'il n'a grace*.nume.8.cum ſeq.& Aufre.in ſuo tracta.caſus in quibus iudex ſecularis &c.an clericus poſſit banniri per ſecularem iudicem,Ioan.Gall.vbi ſuprà quęſt.66.& tribus modis dicitur negotium ſeculare:vt tenet idem d.Chaſſa.in rub. *des iuſtices*. in §.6.glo.*meſſiers*. nume.32.Idem ſi ſeruientes regij verberentur, vel hoſtiarij parlamenti officiando : quia tunc curia ſuprema cognoſcit & in materia prouiſionali ſecundum Vincen. Cigault.in allega.ſuis, in ver. capitulũ regale. quod ego intelligerẽ,quando eſſent ſeruientes curię ſupremæ vel hoſtiarij,vel officiarij,vel executiones facerẽt pro eadẽ curia:aliàs ſecus per ſupradicta.

8 Tertia ſuccedit & principalior diuiſio,quòd exceptionum quædam ſunt dilatoriæ : quædam anomalæ,mixtæ,quaſi peremptorię & peremptoriæ.dilatoriæ ſunt quæ actionem differunt.l. 2.§. fin.ff.eod.& in §.appellantur. & ibi docto. inſtit. eod.& in duplici differentia reperiũtur:quia quędam ſunt merè dilatoriæ : quædam iudicij declinatoriæ.ita gloſſ. in cap. ſi quis epiſcoporum. 3. quæſtio.6.Petrus de Ferra.in pract. ſua in forma

responsionis rei conuenti. in verbo, saluis aliis exceptionibus.

9 Dilatoria mera est dilatoria solutionis: vt si fecisti mihi pactum de non petendo vsque ad certum tempus: si ante petis, habeo exceptionem per quam possum solutionem differre. l. tertia. §. 1. ff. eod. vel si sim condemnatus in actione personali: & ante quatuor menses conuenior, possum per exceptionem differre solutionem vsque ad quatuor menses l. 2. & l. debitoribus. ff. de re iudi. & ibi doct. l. 2. C. de vsur. rei iudic. cap. quod ad consultationem. de re iudic. idem. in dote quando in pecunia consistit. l. vna. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & Spec. eod. tit. §. nunc videndum. in princ. & quando ante tempus petitur, induciæ temporis restantis debent duplicari: per text. & ibi est communis opinio doct. in §. sed hodie. institu. eod. docto. in l. iustas de iure fisci. lib. 10. C. Vbert. de Bonacurso in rub. quibus modis suo nomi. agen ciuiliter. & ibi in addi. ad eum ponit quatuor limitationes in ver. impediuntur. vide Aufre. in decisio. Capel. Tholo. quæstio. 279. & Prepo. in cap. ex parte. in secundo. col. 2. de appel. Et istas quis debet proponere ante litem contestatam: sed eas non tenetur probare, nisi intentione actoris fundata. l. exceptionem. & ibi doct. C. de proba. l. si quidem. C. eod. cap. 1. de litis cōtesta. in 6. cap. cum venerabilis. ibi, nondum episcopi intentione fundata præpropere &c. de exceptio. quod intellige & declara, vt per additio. ad Vber. de Bonacurso, in rubr. de impedimen. & excep. ver. attende tamen. & si opponens exceptionem in harum probatione deficiat, poterit statim in expensis condemnari: per textum & ibi doct. maxime Philip. in 2. not. in cap. 1. versi. si quis igitur. eodem titulo in 6. Et si non sint opposite in causa principali: in causa appellationis opponi possunt minime, secundum Felin. in cap. cum Ioannes. num. 29. de fide instrum. nisi redderent iudicium retro nullum, secundum Philip. in c. licet. col. 2. de appel. in 6. Barba. in cons. 35. 3. vol. & aliis casibus positis per Feli. in c. ad audientiam. in 2. nu. 13. ver. omittēs dilatoriam. de rescr. Quia pars litem contestando, dicit se velle litigare: vel se velle presumitur: cum nil dicat contra ingrediendo negotium: sed dilatorias proponēdo dicit se nolle litigare: saltem tacitè cum veniat ad iudicium differendum, & sic ex propositione istarum post litem contestatam resultaret quædam contrarietas. cap. cum causam. & ibi not. de appel. meritò tanquam sibi contrarius non debet audiri: per tex. in cap. solicitudinem. de appel. in 6. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. Titiæ. ff. de condi. & demonst Panorm. in cap. exceptionem. num. 10. de exceptio. Limita tamen quod dicimus: videlicet, quòd ante litem contestatam proponantur in nouem casibus positis per Alex. in l. ita demum. C. de procura. & ibi Iason multos alios addit. & Felin. in cap. exceptionem. & ibi alij eodem titul. & in cap. dilectus. in 2. in fin. de rescrip. Guido. consi. 24. Dominic. & Ioan. de Turre cremata in cap. si quis episcoporum. 3. quæstio. 6. Antho. de Tremolis in addi. ad Vbert. de Bonacurso in rub. de impedi. & exceptio. quæ contra rescrip. versic. & quid si iudex & Petr. de Bella pertica in suis questionibus. quæst. 27. Alexan. in l. si mulier. ff. solu. matri. Et si iudex denegauerit eas admittere: habet pars appellare, alias eas non potest amplius proponere, etiam si protestatio interuenerit contra glo. in cap. ex conquestione. de restitu. spolia. quam reprobant Antho. de Butrio, Areti. & alij in cap. tam literis. de testib. Do. in cap. in primis. §. quia igitur. secunda quæst. prima. addi. ad Vber. in loco proxime allegato. ver. & quid si iudex. Præpo. in capitulo, ex parte. in secundo. col. 2. de appel. Si tamen contineret notoriam falsitatem, non esset per iudicem admittenda: per glo. & ibi Do. & Philip. in ca. statutum. in princ. in versicul. copia. de rescrip. Alex. in l. de die. §. si seruus. ff. qui satis. cogan. Et breuiter nota quòd omnis exceptio quæ non perpetuo, sed ad tempus impedit est dilatoria: vt tenet Bartol. in l. 3. ff. eodem. & Nico. Milius in reper. in verb. exceptio ordinis. Bart. & Ias. in l. eum qui. §. qui ita stipulatur in fi. ff. de verb. oblig.

Formam proponendi vide per Spec. in tit. eo. §. viso. versi. & nota quòd omnes dilatoriæ.

10 Aliæ sunt declinatorię iudicij: & istæ etiam sunt dilatoriæ per glos. in l. 3. ff. eod. & in l. Pomponius. §. Ratihabitionis. ff. de procur. Panorm. in cap. pastoralis. num. 15. & Felin. col. 4. eod. tit. Do. in cap. vt circa. versi. alioquin. de elect. in 6. Præpo. in cap. si duobus. col. 5. & seq. & ca. interposita. de appellatio. Et istę debent proponi & probari ante litem contestatam: quia natura earum (paucis exceptis) non est reddere iudicium inutile, postquam est fundatum, secundum Bald. in l. exceptionem. num. 3. C. de probat. nec iudex potest eas reseruare post litem contestatam, nisi de expresso consensu partium: quia iudiciarium ordinem non potest mutare, secundum Alex. consil. 182. col. 2. in 7. volum. Areti. consil. 73. col. 3. vide Aufre. in decis. Capel. Tholosa. questio. 180. Ias. in l. 1. §. fin. ff. de vulga. Et hæc est multiplex, vt in arbore patet. & infra declarabitur. Cautela tamen est, si velis excludere aduersarium ab opponendo istas, vt facias interrogare eum per iudicem an velit litigare: & si respondeat quòd sic, amplius nō poterit declinatorias opponere, & hoc si sciebat sibi competere: vt tenet Cæpol. in cautel. 120. & cano. per illum textum in cap. 1. de iudic. & Nichol. Milius in ver. exceptio declinatoria iurisditionis. Sed vt tu te defendas ab ista cautela, constituas procuratorem ad respondendum, saluis exceptionibus tuis: vel protesteris respondere, saluis exceptionibus. & hoc tenent docto. in cap. primo. de iudi. & ibi do. de Ripa. Notandum est tamen, quòd si aliquis se submittat parere mandatis curiæ, non poterit iudicium declinare, secundum Paul. & alios in l. prima. ff. si quis in ius voca. non ierit. & illa submisio quam faciunt quotidie capti se submittendo misericordiæ curiæ, non valet, nisi fiat ei misericordia: & ideo appellat & omnia agit tanquam non esset submissus, exceptis declinatoriis, per tex. & ibi doct. in cap. sane. de renuncia. Corse. in reper. in ver. verba ista. Guido Papæ in suis deci. quæst. 495. & ibi vide de aliis submisionibus. & in ca. veniens.

ibi, se

ibi,se gratię capituli commisisse.de renuncia.Lucam de Penna in rub.de Decurionib. col. 2.lib. 10.Lapa allega.33.an frater mino.Soci.consi.7.& hæc declinatoria non habet locum coram principe.Bald.in l. proximè.in fin.ff.de his quę in testam.delen.

11 Prima competit ratione iudicis:& hoc tripliciter. Primò respectu amoris, vbicunque verisimile est ex coniecturis,quòd vna pars sit magis dilecta,quòd altera:& tunc iudex recusatur:vt tenet Antonius de Butrio in cap. postremo. & ibi Prępo.col.3.de appella.& not.in cap.accedens.in 2.vt lite non contesta.cap.ad hæc.de rescrip.cap. cum R.& ibi docto. de offic.deleg.vt si sit pater vel consanguineus actoris : nam poterit reus iudicium declinare:per tex.in l. qui iurisditioni. ff. de iurisdi.omnium iudicum. & ibi docto.& hoc in 75.casibus positis per Præpositum in cap.postremo.de appel. Secundò respectu odij,quando apparet quòd iudex alteram partem odio prosequitur.cap.cum super.& ibi glo. & docto. de offic.delega.l.si pariter.ff.de libera.causa.

Tertiò ratione indifferenti, & non ratione odij,vel amicitiæ:sed alia ratione : vt quia iudex est infamis , excommunicatus, furiosus. l. neque famosis.C.de digni.lib. 12. etiam infamia facti l.2. ff. de sena. doctores in cap. sciscitatus. de rescrip.& l.cum lege.ff.de arbitr.l. quidam. de re iudi.& l.cum prætor.ff. de iudi. & primus actus debet esse legitimatio iudicis,& prius in eum debet opponi,secundum Felinum in cap. inter. columna secunda & sequen.de re iudicata.& Vbertum de Bonacurso in rubrica de recusatione. in versicul. & quanquam. & ibi in addit. ad eum. Philip.in cap.si contra vnum.& cap.iudex.de offic.delegat.in 6. Et quinque sunt necessaria, primum persona.l.2.C.si animo compe.iudic. 2. res l.1.illo titulo 3.causa.l.si de proprietate illo tit. 4. tempus.l.eum qui.ff.de iur.om.iudic.5.locus.l. fi. de iuris.om.iud.Bald. in d.l.1.d.Boer.in regula ea quę fiunt.de reg.iur.lib.6. Iaso. in l.si conuenerit. col.6.ff.de iuris.om.iudic.vide Philipp. in cap. si contra 1.in 2.no.de offi.deleg.lib.6.Ias.in l.2.col.1. ff.si quis in ius voca.non ierit.Hippo. in l.si quis. numero 88. ff. de quæstio. Si tamen exceptio sigillat seu notat famam iudicis seu honorem : vt quia opponitur quòd est infamis vel seruus:tunc superior de illa cognoscit vel arbitri eliguntur: secundum Barto.Alex.& alios in d.l.quidam. ff. de re iudic.& Cano.in cap.cum super.de offi.deleg.& in cap.super literis. de rescrip. & in cap. 1. eo.tit.in 6.& in ca.si contra.& ibi Philip.in 2.no. de offi.delega.eod. lib. Nico. Milius in reper. in ver. exceptio excommunicationis contra &c. Hæ tamen non sunt propriè exceptiones per gl. sing.in cap.quoniam.in ver.exceptiones.de proba.& secundum Felin.in rub.eiusdem tit. de excep.& sequuntur docto.in d.cap.quoniam.& addi.ad Vber.de Bonacurso.in rub.de impedimen. siue exceptio.col.4. licet aliqui intelligant in delegato:non in ordinario.sed vide alia,quę contra iudices possunt opponi.vide per Nepo. de monte albano in lib. qui fugitiuus nominatur.ca.exceptiones contra iudices.& Spec.in tit. de iudice deleg.in §.penu.& vltimo.& Angel.institu.eod.§. præterea.in 2.col.8.cum seq.Vber.de Bonacurso in practica sua.rub.quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur.

Formam proponendi vide per Spec.in titulo eo.§.viso.versic.si verò contra.& Petrū de Ferrariis in sua practica:in forma libelli,de declina.iurisdi. alicuius iudic. per totam illam formam libelli,& Barto.& alios in l.1.C.de testa.& quando valeat processus si non opponatur, vide plenè per Panorm.Felin.& Dec.in ca.sciscitatus.de rescriptis. Vide Iacobi. in l.cum prætor.in fin.ff.de iudiciis.

12 Aliæ competunt ratione actoris : vt si quis agit contra me excipiam,quòd est bonis ei interdictum ratione prodigalitatis. Item est demens, surdus,furiosus,fatuus, vel mulier luxuriosa:per text.in §.præterea.versic. item furiosi.instit. quib. non est permissum facere testam.l.1.§. fin. cum l. seq.ff.de postul.l.consilio.ff.de curat.furio.& l. & mulieri.illo tit. & vide cautelam per quam poteris prohibere meretricem,& mulierem luxuriosè viuentem testari, scilicet quòd ei bonis facias interdici.l.& mulieri.de cura. furio.ff. ponit Tho. Ferra.cautela.6.& Benedic.in repet.cap. Raynutius.in ver.mortuo.in primo.nume. 311. de testa, ponit de triplici prodigalitate.Alia , quæ contra actores possunt opponi,vide per Vber.de Bonacurso in practica sua. rub. quibus mod. suo no. agentes ciuiliter.per totum.& Specul.in titul. de actor.in §.1.& Nepo.vbi suprà.rub.excep. contra actores.Angel.§.præterea.iam allegato.

13 Aliæ competunt ratione rei:vt quia legatus missus in legatione conuenitur:nam potest excipere, & iudicium declinare.l.2.§.legatis. ff.de iudic.& aliis modis ibi positis per textum & Doc. Quod intellige si illud priuilegium allegetur. aliàs non competet,cap.fin.ibi, quam si tunc allegasset.de foro compe.text.in l.4.§. Hoc autem iudicium.de damno infecto.in clem.causam. de elec.cap.1.de sepul.in 6.Guido Papæ in suis decisio.quæst.221.& Alex.consil.96.in 4.volum.Ioa. Maria.vulgo Riminaldus in l.2.num.5.de bono. possess.contra tab.C.Ias.in l.Vniuersa. C. de precib.impera.offer.& in l.scimus.C.de inoffic.testa. Tho.Parpal.in repe.l.si quis maior.12.no.de trāsactio.Tenebuntur tamen tales conuenti promittere,quòd coram suo iudice se præsentabunt.l.2. §.sed si dubitetur.ff. de iudic. Hodie tamen non copetit hæc exceptio si conueniantur in curia Romana,vt tenent Do.de Rota , decisio.118. in antiquioribus. Alia quæ possunt opponi contra reum , vide per Spec.in tit. de reo. per totum. & Vber.in rub.quib.mod.exa.ord.iudi.vers.ratione rei. Potest etiam opponi mixta consideratione, iudicis & actoris:vel iudicis & rei, per textum in l.Iulianus ait,si alter.ff.de iudic. & Vbert. vbi supra.versicul.finali.sed intendo cum superioribus simplicibus comprehendere : licet mixtum sub simplicibus regulariter non comprehēdatur per gloss.& docto.in l.2.ff.de verb.obliga.Ang.& Iason in §.primo.insti. de actio. Alberic. in tracta. statu. in quæstione 29. & 33. in secunda parte. Alex.consil.96.in 2.volu.& consil.82.in 3.vol. &

Ioan.

Ioan.de monte Ferrato in rep.l.Gallus.§.Et quid si tantum.col.20.& ibi Fortu.ff.de liber.& posth.
14 Aliæ competunt ratione syndici:vt si fortè aliquis tanquam syndicus agit:in cuius constitutione non fuerunt inserta legitimè nomina constituentium in instrumento, prout debet fieri, l. fi. & ibi Bart.& patruus meus Rebuff.ff. de vendend.reb.ciuita.lib.11.C.Bart.in l.fin.de præd. curial.lib.10.C.Alber.in l.de pupillo.§.qui nunciat. ff.de no. oper. nuncia. Bald. in rub. de procura. quæstio.13.pract.de Ferra.in forma interlocu. super legitimatione personę. in ver.legitimum.nisi essent tot constituentes, qui non possent in pelle pergameni describi:quia tunc sufficit,quòd notarius apponat,quòd maior pars,vel sanior constituit:secundum Ioan.Fab.in §.fi.insti.de cura.Alexand.consil.primo.in 4.volum.Bart. in l. prima, de albo scribend. ff. Bal. in l. prima de rebus eorum,qui sub tute.vel cura. sunt.& in l. ciuitas. si cer.peta.Lucas de Penna in l.fin. C. de lega. lib. 10.Barba.consil.18.difficile.volum.3. & Iaso. in l. placet.in 2.lectura. col.3. nu.15.C.de epis. & cleric. nisi dicat vniuersitas, aut Capitulum, collegium, vel aliud nomen collectiuum apponat. Oldra. consil. 100. in executione. Imol. in cap. quanto.de his quæ fiunt à præla. & glo.singul.in cap.1.de iudic.lib.6.Barba.consil.2.col.5. in 1.volum. Hippol.in l.lege.§.constitutum.nume. 7. ff. ad leg. Corne. de sica. & in pract. in §. sequitur. melius quàm alibi per Soc.in cap.veniens.de accu.Ias.in l.de pupillo.§.fin.ff.de noui oper.nũcia. Bald.in pract. rub. de procuratorib. in quæst.9. Item potest opponi quòd est constitutus à concilio non congregato tuba, cornu,campana,vel nuncio ad hoc specialiter deputato ex prioris commissione, vel superioris regentis collegium, vel vniuersitatem.glo.& ibi doctores in l. secunda de decur.lib.10.& in l.actuarios. de actua. lib. 12.C. vel opponitur, quòd non est constitutus à duabus partibus,vt oportet.l.nulli.ff.quod cuiusque vniuersita. no.l.planè. de decre. ab ordin. faciend.& l.nominationum. de decurio. lib.10. C. Alexan.consil.210.in principio.in 7. volu. Alias exceptiones,quæ possunt opponi contra Syndicos, actores & œconomos, vide per Nepo. vbi supra.cap.contra procuratores, Syndicos, actores & œconomos:Vber.de Bonacurso in practica sua.in rubri.de exceptio.opponendis Syndic. vel actoribus.Specul.in titulo de Syndico:canonistas in capitulo vno, de Syndico.Angel.in §. pręterea sæpius allegato.col.24.& do.Bartho. de Chassa.in consuetudin.Burgundiæ, in rubrica, *des forests*.§.6.in fine.

15 Ratione procuratoris aliæ opponuntur: & istæ procuratoriæ vocantur.l.3.§.procuratorię.ff. eod.§.præterea.in 2.institu.eo. & septem modis potest opponi. Primò, respectu constituentis: quia à minore vigintiquinque annis est constitutus sine curatore.l.neque.C.de procurato.Secundò ratione eius,qui constituitur: quia miles,surdus,mulier,l.filiusfamilias.§. milites. & l. mutus. ff.de procuratoribus. Tertiò respectu actionis:vt quia est criminalis in qua non potest procurator interuenire.l.penultima. §. ad crimen. ff. de publicis iud.l.seruum.§. publice. ff. de procuratoribus.quod est verum,quando reus nõ est captus. secus si detineatur in carceribus:quia tunc procuratorem constituit ad se defendedum:vt tenẽt Bartol.& Imol.in dicto §.ad crimen.& Philip.in cap.primo.num.6.de iudic.in 6.& Domi.de Rota in decisio.201.in nouis. & vide Dom. Bartho. de Chassa.in consuetudin. Burgundiæ. in rubri. *des droits* &c.nume.22.§.5. glo.*es droits*. Item potest procurator rei opponere exceptiones impedientes processum.vt quòd libellus inquisitionis non procedat:vel quòd iudex non potest inquirere,vel actor accusare:& similes,secundum Bar. in dicto §.ad crimen.Alexand.in consil. 138. col. fin.in 6. volum. Hodie verò in regno Franciæ nullus admittitur ad accusandum criminaliter: vt tenet dictus Benedict.in ver.& mortuo.in primo.num.200. de testamen. excepto procuratore regio,secundum eum, qui est magnus magister: vt Ioan. Fab. attestatur in §. fin. institu. eodem. Quartò opponitur de cautione non præstita: vt l.Pomponius.§.Ratihabitionis.ff. de procuratoribus. Quintò ratione formæ: vt quia non est constitutus ad defendendũ,sed agendum secundum Spec.in tit.de procurato.§. Ratione autem formæ. Sextò ratione officij:vt si tutor vel curator contra pupillum vel adultum suum actiones suscipiat:vel cesionem illatum: vel constituatur procurator.nam poterit opponi contra:vt in auten.vt hi, qui obliga.se perhibent habe. res mino.in princip. col. 6.l. Frater. & ibi not. ff. de condic.indebit.l.altius. ff. si seruitus vendicetur. Septimò ratione causæ: vt si constituatur à masculo ad ætatis veniam impetrandum: vel ad actionem popularem:vel si est procurator generaliter constitutus,& in integrum restitutionem petat: vel velit intentare interdictum de liberis deducendis. in quibus non sufficit mandatum habere generale.l.2.de his,qui veniam æta.impetra.C.& l.2.ff.de public.iudic.l.licet.C.de procura.hoc sequitur Vber. de Bonacurso in sua practica.rub.de exceptio.procurato.per totum.& ibi vide alia,quę contra procuratores possunt opponi:& per Nepo.vbi supra. cap. exceptiones contra procuratores.Specul.in titul. de procuratoribus.Angel.in sæpe allegato §.præterea.in secundo.col.17. institu. eodem. glo.in c. 1. in versicul. absentia.de elect.in 6. & ibi doctores.vide Alex. in suis consiliis,consil.72.in 4.vol.& consil.61.in 5.vol.Barba.consil.77.col.5.vol.3.

16 Aliæ competunt ratione rescripti. vt si quis impetrat rescriptum super obligatione antiqua vel actione, quæ ante rescriptum competebat: possum contra rescriptum exceptionem opponere: & dicitur dilatoria, quia licet rescriptum perimat: non tamen obligationem, vel actionem antiquam. si vero ex rescripto actio orirertur:vt quando super beneficiis impetrantur rescripta, si exceptio contra rescriptum opponatur,dicitur peremptoria gratiæ: vt tenet Spec.in §.dicto.versiculo, sed quæro de exceptione. eodem titulo.& Hostien. in summa huius tituli.§. quæ sit exceptionum.versiculo, quædam contra rescriptum. Notandum est tamen, quòd contra

rescriptum

rescriptum variis modis potest excipi. Primò, ratione falsi: vt cap. ad falsariorum. & c. quàm graui. & per totum. de crimine falsi. Secundò, ratione formæ: quia non est impetratum secundum formam vel stylum curiæ. nam in illo Papa vocat episcopos filios: vel reges fratres: vel se ponit in singulari: vt ponitur in dicto cap. quàm graui. Tertiò ratione impetrantis: vt quia seruus. l. 1. C. de precib. imperat. offer. vel excommunicatus. cap. 1. de rescript. in 6. Quartò, ratione eius contra quem impetratur: vt si impetratur contra priuilegiatum, non faciendo mentionem de priuilegio. cap. cum ordinem. & ibi docto. de rescrip. glo. in cap. 1. illo tit. vel ille contra quem impetratur erat mortuus. l. penult. ff. quæ sententiæ sine appel. rescindun. Ias. in l. eius versic. quod si stipulatus. ff. si cert. peta. Quintò, ratione eius ad quem impetratur: vt quia impetratus non est in dignitate: iuxta text. in cap. statutum. de rescript. in 6. vel est excommunicatus. in cap. intelleximus. & ibi docto. de iud. in cap. decernimus. de sentent. excommunic. in 6. Sextò, ratione taciturnitatis: quia defectum natalium tacuit: vt in titul. de fil. presbytero. vel aliud, quo expresso literas non obtinuisset. cap. super literas. de rescript. vel non ita de leui. cap. postulasti. in fin. illo titulo. Septimò potest opponi contra rescriptũ ratione causæ: vt si est obtentum à principe seculari super decimis, vel econtra. cap. licet. & cap. ex tenore. & ibi doct. de for. compe. Item causæ continentiam diuidit contra l. nulli. C. de iudic. & cap. 1. de causa posses. vide Lucã de Penna in l. 1. C. de re militar. lib. 12. Et ista continentia potest tripliciter opponi. Primò ratione actionis: vt quia est generalis multa comprehendens capita: vt tutelæ, pro socio, negotiorum gestorum: vt dicit gl. & doct. in dicta l. nulli. Secundò ratione personarum: vt quia sunt plures socij, vel plures hæredes indiuisi: nam vnus coram vno iudice non poterit conueniri: & alius coram alio. l. 1. & 2. ff. de quib. rebus ad eundem iudicem eat. & habet locum ille titulus non solum in ciuilibus: sed etiam in criminalibus secundum Iaso. in dicta l. nulli. Et ideo vnam cautelam ponit Tho. Ferra. in cautela 10. & Hippol. de Marsilis in singul. 180. & refert dominus Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr. *des iustices*. in §. 5. in glo. *s'il n'a grace*. numero 70. & Felin. cap. 1. numero 6. de præscript. hoc plenè ponit multa allegando & ordinatè, more suo dominus meus & conciuis Do. Nicol. Boer. in consue. Bitur. in §. 10. de iurisd. omn. iudi. quòd si plures vulnerauerunt vel interfecerunt vnum: si vnus illorum sit clericus: omnes iudici ecclesiastico sunt remittendi, ne causæ continentia diuidatur. & dicit dominus Chassa. vbi supra, vidisse hanc cautelam in ducatu Mediolani obseruari. vide Socin. consi. 12. colum. 5. in 1. vol. in casu emergenti: & est cautela pro amico. Tertiò ratione subiecti: vt quando duo iudicia ad eundem finem tendunt: vt possessorium & petitorium. nam iudex possessionis facilius expediet petitorium, quàm alius: secundum glo. & ibi Ioan. Ruger. in dicto cap. 1. de caus. posses. & Vbert. de Bonacurso in rubric. de impedimen. & excep. quæ contra rescript. versicul. vel quod &c. & ibi in addi. ad eum alia, quæ contra rescriptum possunt opponi, ibi vide. & Nepo. vbi suprà in cap. 1. Specul. in tit. de rescript. pręsenta. per totum. Angel. in prædicto §. præterea. col. 4.

Formam pronunciandi super istis exceptionibus, vide per Spec. eo. tit. §. viso. versic. præfixo. ibi, forma interloquendi: & Vber. vbi supra. exceptiones, quæ contra Papam possunt opponi vide per D. Ioan. Brunel. in repe. cap. licet. folio 19. de electione.

17 Aliæ competunt ratione loci: vt si aliquo loco soluere promisit quis & alibi conuenitur. nam poterit excipere de loco solutioni destinato: vt ibi conueniatur. cap. vno. & l. vna. de plus petitio. §. plus. & ibi Iaso. plenè Institu. de actionibus. Nisi promittens in illo loco nollet se reperire. per. textum & ibi not. ff. de eo quod certo loco. Vel dicit se non posse conueniri extra ressortum; aut regnum, vel locum non insignem. in cap. statutum. de rescript. in 6. Ioan. Fab. in §. appellantur. col. 4. Instit. eod. vel extra territorium & locum maiorum, l. fin. ff. de iurisdi. omn. iudic. cap. fin. de consti. in 6. l. 1. & ibi no. ff. de iudic. Vber. in rub. de impedi. executio. & cau. nullita. versi. 7. si iudex.

18 Sunt & aliæ quæ competunt ratione temporis: vt si die feriato conueniar. nam de feriis excipere possum, & declinare iudiciũ ratione temporis feriati. l. 1. & per totum. ff. & C. de fer. & in Decreta. illo titul. vel si conueniar de nocte. cap. consuluit. de offic. delegat. l. non minorem. C. de transactio. & ibi Ias. Vel potest excipi, quòd alio tempore tenetur in c. 1. de plus petitio. & iura in proximę cellulæ declaratione allegata. Primus qui ferias latinas inuenit fuit Tarquinius superbus: vt tenet dominus Ayma. Riuall. Histor. iuris ciuilis. lib. 1. cap. fin. quod ego intelligerem ferias latinas, quæ apud Roma. fuerunt: sed ferias in honorem Dei introductas dicerem esse de iure diuino per ea, quæ habentur Genes. 2. cap. in princ. & Exod. 20. cap. & ad Hebræos 4. cap. & ita Syluester de Prierio in sua summa. in ver. dominica tenet. Quot sint genera feriarum, ponunt Azo, & Hosti. in summa, de feriis. vide Vber. in rubr. quibus modis suo no. ciuiliter agentes. in versi. Item reiiciuntur actores. & ibi in addit. ad eum Lanfranc. in repet. cap. quoniam. in versic. dilationes. de proba. tex. glo. & doct. in clemen. sæpe. in prin. de verb. signific. Angel. de Clauasio. in sua summa, in ver. feriæ. & Spec. in tit. de feriis. quos vide.

19 Sunt & aliæ, quæ competunt ratione libelli: vt si producas libellum ineptè formatum contra me, potero excipere, per tex. in c. examinata. de iud. & alia quę ponit Spec. in tit. de libel. concep. §. iuxta propositionis ordinem. & Nepo. vbi suprà, c. exceptiones contra libellum Lanfranc. in repe. cap. quoniam. in ver. petitiones. de probatio. docto. in cap. 1. & per totum. de libel. oblat. Et ista exceptio libelli inepti potest quandocunque opponi, per gloss. sing. reputatam in ver. secundum. Instit. de obliga. in prin. text. pro illa glo. in l. nisi finita. §. si adhuc. ff. de tutel. & ratio. distra. l. fin. in ver. nihil agit. ff. de liber. & posthum. & etiam post sententiam secundũ Angel. con. 178. & 198.

quia reddit iudicium retrò nullum per tex.in l. si patronus libertam. ff. de iureiur.l.licet. C. de procur.Ang.consf.167.cũ ibi non possit esse iudiciũ,vbi nõ est fundamentum.c.cum Paulus.1. q.1.c.fi.de presbyt.non baptisa.l.egi.ff.de except. rei iudic.Ita tenet Saly.in l.exceptionem. nu.14. de probat.Roman.consil.69.vt Vber.de Bonacurso in d.pract.sua,in rubr. quibus modis suo nomi.ciuiliter agentes. versic.& generaliter. & ibi in addit.ad eum. Secus in exceptione libelli obscuri : quia hæc ante litem contestatam proponi debet,vt tenet Alex.in l.1.no.1.ff.de eden. doct.in l.edita.C.illo tit.& Maria.in c.secundo. de libel.oblat.Imò si ex libelli inspectione constat iudici libellum fore ineptũ : tunc iudex ex officio potest reiicere, & dẽtibus lacerare. l.1.ff. de offic.assesso.& Innoc.in c.1.de offic.vicar.refert Panor.in c.cum inter.in fi. de consuetu. & idem Panor.in c.1.num.5.deposi. & c. inter dilectos.nu.7.de donat.c.fi.num.10.de libel. obla. c.dilecti.num 2.de iudic.c.si clericus. num.4.de foro compet. Iacob. in l.1.col.2.ff.de interroga. actio. Nota tamen,quòd quãdo libellus est ineptus, seu non solennis:tunc nulla exceptio est pœnalis : & si reus tunc mentiatur se possidere, seu pro alio confitẽdo se possidere,cum pro se possideat:siue aliter calumnietur non punitur, si libellus sit ineptus. quod est notãdum pro limitatione,l.fi.ff.de rei vendic. secundùm Alex. per illum text. in l. 1. de his, qui potent.no. C. Roma.consil.509.& 412. Alex. consil.187.in 6. volu.Felin.in c.ex tenore.col.3.versic.de rescripto.de rescript. Barba.in consil.62.illum. col.2. in 1.vol. Alex.& Ias.in d.l.si patronus. Cotta in 2.parte memoral.in verbo, mendax. Hodie tamen propter ineptitudinem libelli,actionis,vel processus,aut omissam iudiciarij ordinis solennitatẽ : dum tamen ex petitione certa actio,vel cõclusio elici possit alia,quàm per partes deducta & conclusa sit, & ex propositis, & probatis certa possit ferri sentẽtia,iudices sententiã ferre non omittant secundum ordina.Philippi regis Francorũ positam,in stylo Parlamenti Tholos. in 7.parte.sub tit.de libel.oblat.in ordina.2.eam ponit Guil.Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo,si absque.in 2.nume.49.de testa.in substitutione fideicommissaria & alia,allegata vide.

20 Ratione fori aliæ competunt:vt si absens de crimine accusetur poterit eius procurator venire & declinare iudiciũ & forum,allegando delictum in illo loco non esse perpetratum vbi conuenitur eius dominus.per text.in l.seruum. §.publicè.ff.de procurat.de cuius text.intellectu vide Guido.Pap.in suis decisio.quæst.338.Soci. in regu.322. in tracta. fallen. Cepol.cautel. 66. & 109.& 252.Dec.in l.in eo.§.nemo.ff.de regul. iur.& Alber.in 2.parte statu.in quæst.27. & 123. Alex.consil.116.in 2.vol. D.Barthol. de Chassa. in consuetud. Burgund. in rubr.*des droicts.* §.5. glos. *es droicts,* nu.27.& idem si clericus coram seculari conueniatur in authen.statuimus.C.de episcop. & cleric. c.si diligenti. & c.significasti, de foro compet.& Vber.de Bonacurso, in rub, quibus modis suo nomi. ciuil. agen. vers.item non audiuntur.& ibi in addit. ad eum:& istam quis debet proponere ante litem contestatam, si sciat sibi competere : sed si ignorat , post sententiam auditur opponendo per l.fin. C. eo.& Specul.in eo.tit.§.nunc videndum. versic.cæterum dilatoriç.per text.in c.at si clerici.de iudic. Felin.in c.exceptionem.eo.tit.dom.Barthol.de Chassa.in consuetud.Burgund.in rubr. *des iustices* §.5 in glo. *s'il n'a grace.*nu.45.in casu tamen singul. potest in quacunque parte litis clericus petere se remitti ad iudicem suum. text.singul. in c.quicũque,in 1.11.q.1.secundũ Rauen.in rub. de appel.cõpend.iur.can.vide tex.& ibi Hippol. in l.vna.nu.132.C.de rapt.virgi.tex. in c.quicũque.in 1.11.q.1.Rauen.in compẽdio iuris canon. in rubr.de appella. & quomodo perdantur,vide Io.Masuer.in rubr.istius tit. versi. itẽ virtute.

21 Aliæ ratione causæ competunt, vt si super pluribus personalibus actionibus me conueniat aliquis coram iudicibus diuersis potero secundum iudicium declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ.cap.ex tenore. de rescript. & cap. dispendia.illo titu.in 6.& idem si sum obligatus sub cõditione,& ante conditionis euentũ creditor me cõueniat, vt per totum tit.de cõdit.apposit.c.vno.de plus petit.l.1. C. de rei vxor.act. Vel si iudex vult iudicare in causa in qua fuit aduocatus,vel in causa propria , vel de illa summa quæ iurisdictionẽ suã excedit. l. solet.& l.Prætor.ff.de iurisd.om. iudic. ne quis in sua causa iudic.C.l.si idem.ff.de iurisdic.om. iud.Vber.de Bonacurso in rub.quib.mod. examen ordina.iud.declina.in vers. ratione causæ.

22 Anomalæ sunt, quæ normã aliarum non sequuntur:quia possunt & ante litem contestatam,& post opponi, licet dilatoriæ sint : vt exceptio excommunicationis. in c.1. de except.in 6,& in cle.vna.eo.tit. & in c.exceptionem. eod. tit.in decretalib. & idem tenet Petrus de bella Pertica in quæst.27.suarum quæstionum.Felin. in c.nonnulli.§.fi.col.penult.de rescript.Innoc. in c.dudum.2.in 1.col. de electio. Vel dicuntur anomalæ non ex eo quòd dilatoriæ & peremptoriæ possunt opponi : sed ex eo quòd etiã in vim dilatoriæ possunt opponi in qualibet parte litis, secundùm Cardina.in cle.vna.in 3.q. allegata.Quando exceptio dicatur opponi in vim dilatoriæ declarat Spec.in tit.eo.§.dicto. versic. hoc quoq; notandũ est.dicẽs tunc perẽptoriam in vim dilatoriç opponi quãdo reus dicit,tu nõ potes esse iudex in hac causa:quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de nõ petẽdo in perpetuũ:vel mihi detulit iuramentũ,& ego iuraui nil sibi debere.Dilatoria opponitur in vim perẽptoriæ quãdo quis dicit,nõ teneor dare tibi decẽ,quę petis:quia iudex corã quo me cõuenis est tuus amicus,vel rescriptũ est surreptitiũ: tamen ista stare nõ possunt,cũ habeant diuersos effectus:quia quod est dilatoriç,scilicet differre, attribuunt peremptoriæ , quæ habet perimere: vel econtra : quod non debet esse,nec sic debent misceri, secundùm Specul. vbi suprà. Vel anomalę possunt dici,quia possunt esse temporales & perpetuæ.l. 3. §. temporales. ff. eodem.

& ibi

& ibi Alber. vide Hosti.in summa huius titul. §. quę sit. Angel.in rub.colum.7.Spec.in §.1.versic. anomalæ.& §.nunc videndum.versicul.Porro.& quia ista non vult sequi normam aliarum, ideo posui eam solam, vel quia excommunicatus nulli debet communicare. cap. 1. ibi, nullus eidem communicet. de iudic. ideo eam posui solam ne aliis haberet communicare & alios inficere.

Formam opponendi vide per Specul. vbi supra.§.viso.versic.sed quoniam.alias exceptiones vide in stilo Parlamen. Tholos.in eod. titul.in 1. parte.§.de stilo. & in rubr. de adiornand. hæred. mortuo.& resumptio. arramento. per totum. & Petr. de Ferraris in pract. sua in forma libelli rei conuenti. in versic. saluis aliis.& docto.in cap. si quis episcoporum.3.q.6.in §.1. Soc.in cap.vno.in 2.q.prin.colum.4. fol. 96. de litis contesta. Idem de exceptione filiationis,quę est etiam anomala. Lucas in l.1.in fi.C.de dignita.lib.12.

23 Mixtæ sunt quæ alio modo dubiæ appellantur, vt si petas decem quæ tibi promisi sub conditione:dubium est an sit dilatoria an peremptoria: quia si conditio eueniat erit dilatoria, si non: erit peremptoria,in dubio tamen iudicatur peremptoria.per text.in l.sufficit.& ibi doct.ff.de de condic.indeb.Spec.eod.titul.§.1.tex.glo. & ibi docto.in cap.fin.de rescript.in 6. & in cap.si gratiosę.illo tit.& lib. Alexan. in l.2. §.si quis in iudicio.ff.si quis cautio.Consulit tamen idem Specul.in §.dicto,versi.quid de exceptione &c.quod ante litem contestatam proponantur.& cautius idem tenet Ioan. Fabri. in §. appellantur. in fin. Insti.eod.Barto.in l.de pupillo.§.si quis ipsi.q.3.ff. de no.oper.nuncia. Guido Papæ in suis decis. q. 195.& Vbert.de Bonacurso in pract. sua in rubr. de perempto.except.versic.penult. incipien.est & exceptio. vel exceptiones dicuntur mixtæ: quia habent causam mixtam, vt exceptiones iurisiurandi, transactionis, vel aliæ litis finitæ. l. fratris. C. de transact. Et istæ exceptiones possunt opponi prout reo placuerit, vel ad impediendum processum, vel ad merita causæ,dummodo legitimo tempore opponantur: Ideo mixtam causam habere dicuntur.l.eleganter.§.1.ff.de condic. indebit. & ibi Bartol. & alij. ideo eam in medio posui cum sit mixta. Et quando dicatur opponi ad processum dic si opponatur ante litem contestatam hoc modo, non potes agere contra me: quia non habes actionem,vel non competit tibi aliquod ius agendi, vel simili modo, secundum Stepha.Aufre.in decisio.capel.Tholo.q.67.

Ad merita causæ hoc modo opponitur: nil debeo:quia solui.& ideo produco instrumentum solutionis:& hoc facit post litem contestatam.& tunc iudex discutiet iura vtriusque partis: & si reperiat exceptionem fore admisibilem, absoluet reum diffinitiue.ita declarant Bartol.& doct. in l.nam postea. in princip.quam legunt cum l. ait prætor.§.fin. ff. de iureiuran.Barto.in d.l.eleganter.Bartol.in l.fin.ff.pro suo.& l.cum quærebatur.iudicatum solui.Angel.in §. æque. colum. penult.& §.appellantur.col.19.eod.tit. Lanfranc. in versic.exceptiones.col.mihi 3.magnæ impressionis. de probat. Aliàs exceptiones litis finitæ vide per Maria.Socin.& alios in c.1.de litis contestat.in c. 1. illo tit.in 6.per Philip.45.& Alex.in addit.ad Bar.in l.vir bonus.ff.iudic.solui. Angel. in d.§.æque.col.5.& seq.Petr.de Ferra.in sua practica, in forma respon. rei conuenti. in versic. quo ad impediendum processum. & D.meus de Petrucia,in tracta. de viribus iuramenti.in fi. Et sic exceptio triennalis possessoris,videlicet quod in beneficialibus post triennium non posit quis inquietari, nec in possessorio, nec in petitorio per regulam pragmat. sanction. & concorda. in rubri. de pacific. possess. impedit litis ingressum in principio seu processum propter illud verbum, inquietari, seu molestari, secundùm Dom. Barth.de Chassa.in consuetud.Burgund.in rubr. *des successions*.§.13. in glos. *par benefice d'inuentaire.* in versic. per hoc. & ibi ponit alias exceptiones Barba.consil.62.colum.11.in 1.volum.Et breuiter omnis exceptio peremptoria, de qua liquide & euidenter constat. impedit litis ingressum. Alex. & Ias.in l.nam postea.in prin. & §. sed & si quis. ff.de iureiurand.

24 Quasi peremptoria est, quæ contra personas testium opponitur non dico diffiniendo:sed declarando. & in hac arbore solum declaro:non verò quod ponam diffinitiones quidditatiuas:& ideo non turberis. & quatuor sunt, quæ contra testes possunt obiici: crimen, infamia, suspicio & macula manifesta,secundum Panormit. in c.1. not. tertio eodem titul. & an si testis sit mortuus posit contra eum opponi,vide glos.in cap. præsentata.in fin.de testib. Et ideo dicitur quasi peremptoria:quia directè non perimit, sed per obliquum: quia sublata probatione ius partis remanet inutile. cap. sæpe. de restitu. spoliator. l. duo sunt.ff.de testam.tutel.ideo vsque ad sententiam, vel ad conclusionem in causa,potest opponi: sicut aliæ perēptorię.l.2.C.sent.rescind.non posse. ita eam appellat glos.in cap.1.eod.tit.& in cap.ex parte.de testib.licet glo.in cap.de testibus.illo tit. vocet eam peremptoriam. & Imol.in clem. constitutionem. num. 22. de electionib. Et ista non potest dici dilatoria: quia iudicium non differt, nec potest regulari secundum regulas dilatoriarum: sed peremptoriarum. & si in causa principali non fuit opposita,in causa appellationis admittetur.gloss. & ibi docto. in cap. ex parte. iam alleg.& in dict.cap.de testibus.& doct.in authen. si dicatur.de testib.C. nisi pars malitiosè distulerit opponere.glo & docto.in cap.cum I.& A. de re iudic. & si talis opponens contra testes, non probat crimen oppositum, tenetur actione iniuriarum. ita docto. in cap.fin. de iniur. secus si probet: quia fecit animo defendendi.Bart.Alex. & Ias.in l.fin.ff. quod quisque iur. Felin.in cap.1. eod.tit.adde Ias.in l.non solum. §. morte.col. 22. num.47.ff.de no. oper.nuncia. Barba. consil.45. illud &c.col.7.& seq.vol.4.de Ripa in c.cum M. nu.90.de consti.Ias.in repe.l.admonendi. nu. 14. col.3.ff.de iureiur. De consuetudine tamen non tenetur, nec potest iniuriarū conueniri: vt tenet D.meus & conciuis D.Nico. Boer.in consil. posito post consued.Bitur.incip.si quis animo iniuriandi. imò etiam si non probet, vt ibi dicit: &

Guido Papæ in statuto, si quis per literas. in ver. communi æstimatione.col.15. Socin. consil. 118. col.3.in 1.vol.& consi.146.col.5. Oldra.consil. 53. consueuit. & sequitur D. Chassa in consuetud. Burgund.in rubr. *des enfans de plusieurs licts*. §. 4. in gloss.1.in fin.per glos.sing.in l.quisquis.in ver. vtilitas.C.de postulan.secundum Guillel. de Ludo,in singu.86.& maximè si protestatus fuerit,vt solet fieri, non opponere animo iniuriandi, secundum Ioan.Masuer.in pract.sua rubr.de iniur. in versic. Item si aliquis.licet Anto. de Tremolis in addi.ad Vber.de Bonacurso,in rub.quib.mod. suo no.ciuilit.agen.versic.repelluntur quoque.in ver. erat nocens. dicat se vidisse testes in actione iniuriarum Tholo.agētes, reportasse sententiam pro ipsis.fortius dicit talem consuetudinem non valere. Contrariū vidi tamen sępius in dicta ciuitate, & in curia senescalli Nemausi, habita prius protestatione,vt suprà dixi.Imò fortius dicit Aufrer.in decis.capel. Tholos.q.409.quòd si aliquis in modum exceptionis opposuit crimen parti, quod postea non potuit probare,non tenetur iniuriarum, si fuerit protestatus, & non fuerit pertinax in probando. quod bene nota. Tamen secundum leges non repellitur quis à testimonio per obiectum criminis, nisi testis sit condemnatus,& infamis effectus.l.3.§. lege Iulia. ff. de testi. & hoc est etiam de stilo, vt habetur in stilo Parla.Tholosæ.in prima parte.in fin.rubric.sequitur aduisamentum.§.pen.& ibi Aufre.in addi. quod secus est de iure canonico: quia sufficit si probetur criminosus per tex.in c.testimonium. & cap. super eo. & ibi not. de testib. & an si opponatur exceptio contra testes tempore quo producuntur,debeat excipiens admitti:& si iudex nolit admittere,quid agendum sit,Panor.in cap.ex parte. & ibi Felin.latè de testib.

25 Peremptoriæ sunt, quæ rem de qua agitur perimunt.verba sunt Imperatoris in §. appellantur.Insti.eo. alias diffinitiones ponunt doct. maximè Vber.in rub.de perempto.except. & Angel. in d.§.appellantur.sed eas vide, & illis visis non inuenies meliorem. Et dicitur peremptoria à perimendo, quia rem de qua agitur perimit, vt in diffinitione habetur. sic dicitur peremptorium à perimendo.l. & tertium. ff. de iudic. Congruentius tamen possent elisoriæ vocari, secundum Vbert.de Bonacurso,vbi suprà,cum quędam sint quæ non perimant: sed elidant. Sed ego defendendo & Iurisconsul. & Imperatorem dicerem quòd imò melius dicitur peremptoria. & nō obstat quod aliquando non perimat,sed elidat:quia illa elisio potest largo modo accipi pro peremptione,& quantum ad effectum:vt not.doct.in l. si vnus.§.pactus.ff.de pact.vel potest dici peremptoria, licet non semper habitu: vt not.doct.in proœ.ff.& Insti.de matrimonio, & Augusto, vel etiam dicitur peremptoria respectu dilatoriæ,vel respon. hoc nomen esse impositum à Iurisconsultis causa frequentioris vsus. quia frequentius tollit quàm elucidat: vt patet: ergo alium casum non excludit,scilicet elisionem: vt not.glo. singul.reputata in clem.1.in verb. præsidentes. de elect.secundum Barbat.in cap.sedes. colum.18.& cap.edoceri.colum.2. de rescript. & in cap. Raynaldus.col.97.de testa.& ibi allega.alias vide.Vel possumus respondere prout respond.glo.in rub. solut.matrimo. ff. & in l.2. C.de constitu.pecun. quod pertinacibus est relinquendum.Et ista peremptoria est quintuplex: personæ, obligationis, iudicij,pœnæ, & accusationis. & vnaquæque infrà declarabitur in suis cellulis.

26 Personæ peremptoria est, quæ personam perimit: vt si constituatur religiosus procurator, sine licentia sui abbatis. nam non valet in cle. religiosus.de procur.& ille agit nomine procuratorio: possum excipere contra eius personam, & perimere: quia nec nunc,nec alio tēpore sine licentia poterit:vt declarat Imol.in cle.constitutionem.nu.26.de elect. licet Hosti. in c.in nostra.de procura.vocet eam quasi peremptoriam. Idem si infamis,vel furiosus.l.cum prætor.ff.de iudic.

27 Peremptoriæ,obligationis sunt in quadruplici differentia. videlicet obligationem vtranq; quædam tollit:quædam naturalem tantum:quædam ciuilem tantum:& quædam neutram.

28 Exceptio, quæ vtranque tollit, est quæ potius appellatur facti seu intentionis, quàm iuris: quam declaraui suprà in 1.diuisione. Specula.eo. tit.in §. dicto versicul. & vt plenius.ponit exemplum,vt si filiusfam.recipit pecuniam mutuo,recipiendo naturaliter obligatur, & scripturam faciendo ciuiliter,per totum titulum.Instit.de liter. obliga.tamen si mutuans petat, exceptio Macedoniani poterit opponi, quæ vtranque tollet vel elidet, secundum Angel.in rubric.eiusdem titul. colum.14.vide Iacob.in l.frater à fratre.col.vlt.ff. de condict.indeb.

29 Alia perimit naturalem tantum, vt si quis me instituat hæredem, & leget vltra dodrantem: ego hæres sum naturaliter obligatus ad soluendum legata.in cap.1. de solut. ciuiliter verò non, cum possim deducere quartam per legem Falcidiam.ff.& C.ad legem Fal. si ergo legatarij ad integra legata me conueniant, ego excipiam quòd quartam volo detrahere per leg.Fal. & ista exceptio tollet naturalē, qua hęres tenetur ad soluendum integra legata:vt tenēt Bar. Alex.& Ias.in l.1. ff.de cōdi.indeb.& l.cū quis.C.de iur.&fac.igno.

30 Alia ciuilem tantùm perimit, vt si debeam decem,& mihi facias pactum de non petendo,illud pactum tollit naturalē. Ideo si petas,per exceptionē ciuilis tolletur,seu elidetur:vt Spec. vbi suprà ait.& Ang.in d.rub.ponit aliud exemplum, videlicet in exceptione præscriptionis.vide Bart. in l.fin.ff. rem rat. habe. & ista exceptio præscriptionis non debet per iudicem suppleri, nisi opponatur:vt tenet d. Bartho.de Chassa.in consue. Burgund. in rubr. *des forests*.§.8. in fin. Alexand. consil. 213.in 2.vol.& consil.92.in 5.volum.& de hac materia præscriptionum latè vide Ioan.Francisc.Balbum.in tract.præscript.in prima parte, & per totum.& in additio.ad Vbert.in rubr.de perempto. exceptio. in versicu. præscriptiones. Lucas de Penna in l.fin.colum.penul. C.de censib. & peræqua.lib.11.

31 Alia neutram perimit,vt solutionis exceptio, secundum Spec.vbi suprà & Angel.in rub. huius titu.&

titu. & ibi ponit alia exempla. Et regulariter istæ exceptiones peremptoriæ vsque ad sententiam possunt opponi.cap.exceptionem.eod.titu.l.peremptorias.C.senten.rescin.non posse. Specul. in §.dicto. Hostien.in §.& quando.in summa huius titul. Angel.in §.appellantur.insti.eo. & Lanfran. in repe.c.quoniam.in ver.exceptiones.de probatio.docto. in cle. sæpe.de verborum signific. Petrus de Ferrariis in practica sua in forma respon. rei conuenti. in versi. saluis aliis exceptionibus. Vel possunt opponi vsque ad conclusionem in causa per text.in cap.cum dilectus.de fide instru. & Barba.in tracta.de præstan.cardinal.in 5.quęst. basilica.secundæ partis:ponit Bald.in l.exceptionem.C.de proba.an in causa appellationis gloss. & Panor.in c.1. de exceptio. quod sic. rationem. Quia ordo priuationis est quòd eam pręcedat habitus, nil allegat. potes adducere text. in l.decem.ff.de verborum oblig. §. seruus. Insti.de capit. dimi. vnde quia omnis actus est habitus, & omnis exceptio est priuatio : & iste ordo est secundum naturam:& ideo glo. in cap.de testibus. de testi.reputat stultum illum.qui probat peremptoriam,donec aduersarius probauerit suam intentionem:quia si aduersarius nil probauit, non indiget reus aliqua exceptione.l.si quidem.C.eodem. Consuetudo tamen seruat, quòd omnes peremptorias oportet simul proponere vt tenet Ioan.Masuer.in pract.sua:in rubr.de literis,notis, & notatis, in princip. Formam opponendi vide per Specul.in eo.tit.§.viso.versic.fin.

32 Peremptoria iudicij est,quæ iudicium perimit quandocunque opponatur:vt tu non es, nec vnquam fuisti procurator.secus si dicatur,tu non potes esse procurator, quia miles, vel fœmina. quia hæc dilatoria est, per text. in l. licet. C. de procura.& ibi docto.Angel.in dicto §. Præterea. col.2.Bald.in l.peremptorias.iam allega. Vel non habes mandatum sufficiens, quia hæc dilatoria est: ideo ante litem contestatam opponi debet: nam litis cōtestatio supplet defectum dubij mandati:vt tenet Milius in reper.in ver. exceptio ista, tu non &c.Secus si diceret, tu habes mandatum: quia hæc quandocunque opponitur etiam post sententiam : quia iudicium retro nullum reddit: vt asserit Alexand.consil.147.in 6.vol.& dixi latius in cellula suprà ratione procuratoris.& vide Alexand.consil.42.in 4.volum. Vel pone exemplum : quia filiusfa.non potest sine consensu patris stare in iudicio.l.fin.§.necessitate. C. de bon. quæ liber. si tamen contra me agat & in fine iudicij opponam quòd est filiusfa.& quòd non habuit consensum patris:illa exceptio iudicium perimit : ideo dicitur peremptoria iudicij. notatur in dict.§.necessitate nisi iudex suppleret consensum habilitando filiumfa.Anto.Tremol.in loco sæpius allega.in rubr.quibus mod. sine no.ciuiliter agen. versi.sed quid si.fol.14.De consuetudine tamen filiusfam.in omni causa iniuriarum,& excessuum,& multo magis cum agitur criminaliter admittitur agendo & defendendo etiam sine auctoritate patris,secundum Ioan. Masuer. in rubric. de except. in versicu. Item similiter.ibi de consuetudine, nec etiam curia parlamenti curat de patria potestate nec propterea annullatur processus in filio maiore, licet consensus patris non interuenerit,& dicit Guido Papæ 54. decis.& sequitur Guillel. Benedict. in repe.c.Raynutius.in versi. si absque. in 2. in substitutione fideicommissaria.numero 50.de testa.quod bene not.Nec etiam curia parui sigilli Montispessulani exceptionem patriæ potestatis admittit. nec propterea annullatur processus in dicta curia, licet consensus patris non interuenerit, si filius est maior. cum tantum in dict.curia admittantur tres exceptiones, videlicet solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo : vt tenet expresim Guido Papæ, quæstio. 410. de iure &c. & hab. in stylo Parla. Tholo.in rubr.de acti.personal.§.item hæ.in prima parte.Et an opponatur de incompetentia,videlicet quòd opponens sit clericus, quod sic, tenet Guido Papæ q.221. Et de officio parui sigilli Montispes. iudicis, videat iudex & eius aduocati stilum curiæ Parla.Tholos.in rub.de offic.iudic. par.sigilli.Montispesul.& ordina.Regias in rubr. *du petit seel de Montpellier.* & idem ferè stilus est in curia conuentionum Nemausi, vt ibidem vidi. contra tamen hunc stylum vidi impetrare literas cancellariæ,vt aliæ exceptiones posint opponi,& tunc opponuntur.no.Dominus meus & conciuis do.Nico.Boer.in consue.Bitur.in §.2.de consue.iur.sta. persona. dicit generalem consuetudinem Regni Franciæ esse, vt maior. 25. annis sine auctoritate patris,posit in iudicio stare,cum sint prorsus absoluti, & non sint in potestate patrum,vt tenet glo.sing.in §.fin.Insti.de patria potesta.fuit tamen contra illam glo.latum arrestum in Parlamen. Parisiens. prout refert & sequitur do.Bar.de Chassa.in consue.Burgund.in rub. *des enfans de plusieurs licts*.§.3.nu.21.

33 Peremptoria pœnæ est, si fiat concordia vel transactio in criminalibus. nam per illas pœna remittitur:vt not.doct.in l.transigere. C. de trāsa. Bal.in tract.statu.in versi. concordia.in penul.q. vide gloss.& docto.in l.2.ff.de Senatuscon.Sylla. Ange.in §.1.Instit.eo.Vel pone exemplum in eo, qui gratiam obtinuit à rege, prout not. plenè d. Bartho.de Chassa.in consue.Burgund.in rub.*des iustices*.in §.5.in glo.*s'il n'a grace*. & ibi ponit modum interinandi gratiam,& quando concedatur in die veneris sancta,quid operetur,ibi vide.

34 Alia est peremptoria accusationis : vt si me accusas de plagio,quia tuum seruum vendidi, & subtraxi, excipiam quòd erat meus:& hac exceptione accusatio tolletur. nā si sit meus non potui in eo plagium committere,per text.in l.præses.C.ad l.Fauiam de plagia.& pone per tex. in l. quoniam Alexādrum.C.ad l.Iul.de adul.Barba. hoc declarat in additio. ad Bal. in c.1.§.naturales. in versic.nota. si de feudo fuerit controuer. inter dom. & agna. vasal.Vel pone exemplum in hoc titulo ad leg. Fauiam, quòd si aliquis surripiat filium Boëmi,vel alterius, vel Boemus hoc faciat, qui hoc sunt soliti facere,& vendat, tenetur l.Fauia de Plagiar.vt declarat Spec. in tit. de accusa. in §.fi.in princ.in 4. parte,dicens pœnam esse capitalem.Hodie tamen Domini Cardinales,& alij magni Domini donāt sibi adinuicem bonos seu

malos quandoque famulos, & tamen non incidunt in legem Fauiam. & bene obseruatur in Francia teste Barto.in l.lege.ff.ad leg.Fauiam.de plagia.Barba.in rub.de commoda.col.2.extra.

35 Quarta per ordinem succedit diuisio: quia quædam sunt temporales, quædam perpetuæ, & de quibus dubitatur: & hæc probantur per text. & not.in l.3.ff.eo. Tēporales sunt, quæ non semper locum habent: sed euitari possunt, & rem de qua agitur nec perimunt. text. in §. appellantur.insti.eod. & in dict.l.3. vt pactum de non petendo intra certum tempus. Nam si agatur ante tempus, erit excipiendum: non tamen perpetuo potest euitare quo minus soluat: vt dicit Hostiens. in summa huius titul. in §. quæ sit. & Specul.§.1.tex.& ibi Felin.& alij in cap.si autem. de rescript.& latius declarabitur in sequen. Idem in exceptione restitutionis, per text.in l.necnon. §.exemplo.ff.ex quib.cau.maio.l. nam postea. §. si minor.ff.de iureiur.l.fi.& per totum.de tempo. in integ.restit. petend. Stepha. Aufre. in decisio. capel.Tholos.q.238.

36 Perpetuæ sunt, quæ semper locum habent, & euitari perpetuo possunt, & rem de qua agitur, perimunt.dict.l.3. & dict.§. appellantur. vt exceptio doli. nam si dolo induxisti me ad aliquid promittendum, vel faciendum, & post promissionem agas: possum de dolo perpetuo excipere: etiam vsque ad mille annos: vt tenet Hosti. in §. & quando.versic.Item in ciuilibus.Specul.in §.1. versi.est autem.eod.tit.& Vbert.de Bonacurso in pract.sua.in rub. de perempto. excep.in princip. & Azo in summa huius tituli. versic.fin. Et ideo perpetuæ dicuntur: quia si perpetuo agatur, perpetuo excipietur. Feli.in dict.cap.si autem.& ferè omnes peremptoriæ perpetuæ sunt: vt ait Spec. in eo.tit.§.viso.versic. Item nota quòd ferè idem in pacto de non petendo.l.si vnus.§.pactus. ff.de pact.Idē dic in pacto de non agendo.l.postquam liti.C.de pact.& Aufre.in decis.capel. Tholos.q. 259. Hæc tamen cum sit declinatoria ante litem contestatam debet opponi, & non post: vt tenet Philip.in c.1.de litis contesta.in 6. Et idem dic in pacto de quota litis.l.item.C. de procurat. Non omitto pactum de non mouēdo quæstionem.de quo per Inno.in c.cum venissent.de institu.& de pacto prorogatiuo.l.lecta.& ibi doc.ff.si cert.pet. in quibus omnibus pactis si agat qui mihi fecit pactum: semper potero excipere de pacto, nisi vt suprà dixi secundum Bald.in Marga.in verb.exceptio.in 50.q. Idem si aliquid cōtra leges perpetratū sit.nam si maritus reluctante vxore prędiū alienauit dotale, & emptor postea agat, excipiet vxor alienationē esse contra leges, & idem si contra senatusconsulta: puta si mulier intercesserit & conueniatur, ex hoc excipiet esse cōtra senatusconsulta: puta cōtra senatuscōsul. Velleianum. l.1.& per totum.ff. ad senatuscōsul. Velleia.& C. illo titul. & vide de hoc senatusconsulto per additio.ad Vber.in dict.rub. de perempto.excep.& Angel.in §.item.col.12.cum seq.Instit. eo.Bald.in Marga.in ver.mulier.in vlti.q. Petr. de Bella pertica in suis quæstionibus.q. 34. Bartol. in l. certi. nu.11.ff.si cert.pet.

37 Aliæ sunt de quibus dubitatur, an sint temporales, vel perpetuæ: vt exceptio ne maritus con ueniatur vltra quàm facere posſit. l. Maritum.ff. solu.matrim.& l.sunt. cum legib.sequent.ff.de re iud. nam dubium est an perpetuo maritus erit pauper, an perueniet ad pinguiorem fortunam. nam si perpetuo sit pauper, perpetua erit: si perueniat ad diuitias, erit temporalis. ita declarat glo. in dict.l.3.Intellige tamen hanc exceptionem habere locum, nisi persona principalis contra quam opponitur indigeat: quia tunc non habebit locum exceptio: quia charitas bene ordinata à se ipso incipit.l.præses.C.de seruit.& aqua.l.si quis. §.de alimentis.ff.de liber. agnoscend. in cap. qui vult ordinatè.de pœniten.dist.3.gl.in c. si Romanorum.19. dist. dicit absurdum esse aliis benefacere, & non sibi.glo. in c.nisi de aucto. pallij, ait, potius debere diligere me, quàm alium. glo.in c. ex parte.in 2.de cleric. non residen.& hanc opinionem tenet Roma. in repe.l.si verò. §. de viro. col.36.fallen.39.ff.solut. matri. Et licet hæc exceptio posſit opponi contra aliquas personas, nunquam tamen habebit locū si dictæ personæ, quæ possunt eas exceptiones opponere, non præstiterint cautionem de soluendo ex integro, si peruenerint ad pinguiorem fortunā.per text. in l.vna. §.cum autem. C. de rei vxor. actio. ita Anto. de Tremolis in addi.ad Vber.de Bonacurso in rub. de except. & benefic. in ver. & cæteri. & ibi vide alias personas hoc priuilegium habentes. & in d. l.sunt.cum legibus sequen. & ibi docto. Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis: vt Hosti.canit in §.quæ sit.in versi. de quibusdam.eod.titul.Salic.in l. exceptionem. num.25.de proba. & idem Specul.vbi suprà. §.1. versi.est quoque. & §.dicto. versic. quid de exceptione. & an omnibus exceptionibus posſit renunciari.Petr.de Bella pertica.q.155.

38 Quinta diuisio est, quòd quædam sunt personales, & quædam reales. personales sunt, quæ personæ cohęrent, & personam vel eius qualitatem concernunt, & ad alios non transeunt.l.exceptiones, quæ personæ.ff.eod.§.fin.in fin. & ibi. Angel.Insti.de replica.& hæ sunt duplices. quædam inhærent personæ per quam: aliæ personæ contra quam: vt tenet Io.Andr.in addi.ad Spec. in §.1.eod.tit.in fin.

39 Exceptiones inhærentes personę per quam, sunt istæ: de legato. vt si legatus missus ad aliquas partes, ibi conueniatur: habet exceptionem suæ inhærentem personæ, per quam agentem repellet.l.2.§.legatis.ff.de iudic.& ibi ponuntur alię personæ consimile priuilegium habentes.

Idem si clericus coram seculari conueniatur, cùm iure prohibeatur, in c.clericum nullus. 11.q. 1.& c.si diligenti.& c.significasti. de foro compe.

Idem dic si exemptus coram non suo iudice conueniatur: nam per exceptionem actorem repellet à limine iudicij.& alia exempla videas per Spec.in titul.de reo, & Hosti.in summa huius titul.in §.fin. versi. Item est effectus. debent tamen supradictæ personę cauere de iudicio sisti coram eorum iudicibus: vt pulchrè dicit text.in d.l.2.§. sed si dubitetur.ff.de iudic.

40 Inhærentes personæ contra quam excipitur, sunt sequentes. Primò suspicio iudicis. nam si quis coram iudice suspecto me cōueniat: contra eum excipiam. quæ exceptio inhæret personæ, contra quam excipitur: cum durum sit coram eo litigare. in cap. cum inter. eod. titu. & causas suspicionis ponit glo. in cap. causam. & ibi Hosti. in summa, in §. quæ sint iustæ causæ. Ene. de falco. in cap. causam. in 2. de iudic. & late Pręposi. in cap. postremo. de appel. Archidia. & alij in cap. 2. de appell. in 6. Et an fideiussori competāt: text. in d. l. exceptiones. Ang. Io. Fab. & alij in §. fi. insti. de replica. Roma. sing. 627. De Ripa in cap. 1. nume. 25. de iudic. Bald. in tract. statu. in ver. debitor. in 5. quæst. & in ver. excipere. 2. q. Petr. de Bella pertica in suis quæstionibus. q. 129. & q. 36. Petr. de Ferrar. in practica sua, in forma respon. rei conuenti. in ver. saluis aliis. col. pen. & Vbert. de Bonacurso in practica. in rubr. de exceptionibus & beneficiis, quæ post diffinitiuam sententiam opponuntur. versi. opponi autem possunt. & ibi in additio. ad eum.

41 Reales sunt, quæ rei adhęrent, & radicem obligationis concernunt, & fideiussori competere possunt. l. exceptiones. §. rei. ff. eo. & sunt in duplici differentia. quędam rem ipsam de qua principaliter agitur, cōcernunt: quædam verò quamlibet rem.

42 Concernentes rem, de qua agitur, sunt: si petis beneficium, & dico sublatum de ecclesia. in c. cum accessissent. de constitu. vel dico tibi non deberi ex qualitate eius: quia forte curatum, & non attingis vigesimumquintum annum. iuxta notata in cap. cum in cunctis. per illum text. ad hoc expressum. §. inferiora. de elect. & ad omnem successorem transit: vt Ange. attestatur in rub. col. 7. versi. venio nunc ad quintum. ideo dicit Angel. consi. 58. exceptionem rei iudicatæ esse realem.

43 Aliæ respiciunt siue quamlibet rem concernunt: vt locum assignare non tutum, remotum, inhonestum, rescriptum vitiosum, libellum inepte cōceptum. nam de qualibet re excipiam siue fuerit ecclesiastica, siue profana, per tex. in cap. ex parte. in 1. de appella. & ibi doc. in cap. venerabilibus. §. sed si ex causa. de senten. excom. in 6. clem. pastoralis. de re iudic. in l. de ætate. cum l. seq. & ibi Alex. qui legit illas leges cum §. fin. l. recusare. ff. ad Trebel. Felin. in cap. cum R. de off. deleg. Car. & alij in cle. vna. de fo. compe. Et istæ licet sint dilatoriæ, quia habent causam successiuam & multiplicatiuam, post litem contestatam possunt opponi, cum si de nouo citetur de nouo grauetur: ideò prodest quo ad futuros actus, non quoad præteritos: vt not. in cap. dilectus. in secundo de rescript. Nico. de milis in reper. in ver. exceptio dilatoria habens causam &c. Ias. in l. Prætor. §. fi. col. vlt. ff. de noui oper. nunc. idem tenet De Ripa in tract. de peste, in 3. parte 2. partis. q. 3. dicēs quòd licet quis comparuerit in loco pestifero semel vel pluries, non tamen tenebitur amplius in loco comparere, etiam si promiserit se sistere in illo loco, per text. in l. 2. §. fin. ff. si quis cautio. nec tenetur mittere procuratorem: vt ibidem no. doct. & Vber. de Bonacurso in practic. sua. rub. quibus modis citatio impune contemni possit. §. 1. & per totam rub. & Fel. in c. accedens. in 2. vt lite non contesta.

44 Sexta diuisio. quædam sunt fauorabiles, odiosę inductę propter rigorem iuris, & inductę propter naturalem æquitatem. Fauorabiles sunt quæ in merum fauorem sunt principaliter introductæ. per text. in l. qui exceptionem. & ibi Bartol. & Ias. ff. de condic. indebi. Bald. & alij in l. Rogasti. in princ. si cert. peta. Et tunc præsumitur inductum principaliter in fauorem, quando est inductum ob imbecillitatem: vt Velleiani exceptio: & aliæ multæ. Odiosum verò quando est inductum propter dolum: vt in Macedoniano. ita tenet Bald. in l. penul. C. de pac. Ias. in d. l. qui exceptionem. Lanfranc. in tract. de interpreta. statut. in 1. col. & est quadruplex. prima quę non opposita nunquam elidit: vt exceptio epistolæ diui Adriani. & tunc solutum nō opposita exceptione nunquam repetitur per casum sing. in l. si testamento. §. quod si duo. ff. de fideiusso. & hæ, scilicet Macedoniani & Velleiani, in executione opponi possunt: vt tenet Albe. in 2. parte statuto. quæst. 148.

45 Alia, quæ non opposita elidit quodammodo naturalem obligationem, & sic ius agendi: vt pactum de non petendo. vide text. in §. si plures. insti. de fideiuss. & tunc indebite solutum repetitur. d. l. qui exceptionem. & Bal. in Marga. in ver. exceptio. in 20. q. vide Pan. in l. Iulianus §. offerri. ff. de actio. emp.

46 Alia est fauorabilis & perpetua, & est illa quæ simul nascitur cum ipso contractu: vt exceptio Velleiani: vt per totū tit. ff. & C. ad Velleia. & Ang. in §. item. col. 12. insti. eod. Petr. de Bella pertica quæst. 34. & Vber. plenè in pract. sua, in rub. de perempto. excep. in ver. exceptio Velleiani. & ibi in additionibus ad eum. Felin. in rub. col. secunda.

47 Alia, quæ non competit, nisi expresse opponatur: vt exceptio compensationis de qua per Ias. in d. l. qui exceptionem. Fel. in cap. suborta. de re iudica. Alex. consil. 149. in 2. volum. & consil. 61. in 3. volum. & consil. 93. in 4. parte. & 86. in 5. parte. & Vbert. in pract. prædicta, in rubr. quibus mod. suo nomine ciuiliter agentes. ver. præterea. in verbo pecuniariis. ibi in addi. ad eum plene. & an excommunicatus prædictam exceptionem opponere possit. quòd non tenet Stepha. Aufre. in decis. capel. Tholo. quæst. 1. & quæst. 171. & q. 300. & hæc in executione & post sententiā potest opponi: vt inquit Angel. consil. 132. & consil. 259.

48 Odiosæ sunt, quæ principaliter in odium alicuius sunt inductæ, per ea quæ dicit Bartol. & Ias. in d. l. qui exceptionem. & sunt hæ Macedoniani & similes. nam Macedoniani exceptio contra naturalem rationem in odium fœnerantium filiisfa. est introducta: vt habetur per totum titulum ff. & C. ad Macedonia. quia vt filius solueret mutuum acceptum, ante diem patrios inquirebat in annos: vt dicit Ouid. & refert glo. in l. fin. C. de pac. & de hac ponit gloss. in §. item si iustè. de excep. Vber. in sua iam allegata practica, in

rub.de peremp.exceptio.& ibi vide in addi.Idem dic in exceptione criminum,in cap.accedens. de accusa.Spec.in eod.titul.§.dicto. verf. vtrum autem.Notandum eft tamen quòd omnis exceptio poteft fui natura dici fauorabilis,cum ipfius mater fit æquitas.l.qui æquitate.de doli excep. infti. eod.in prin.Bartol.in l.1.de vaca. mune.ff.Azo in fumma huius tituli. Panorm. in cap. cum inter. eod.tit.& Felin.in rubr.Bald.in Marga. in verbo exceptio.quæftio.32.Angel.in col.6.rub. ver. capiamus tertium.glo.fing.in l.venia.in ver.liberis. C.de in ius vocand.fecundum Barba.in tract.de præftantia cardinal.in 1.q.1.partis.nu.73. col. vlt. Card.in rub.huius tit.

49 Aliæ inductæ funt ad rigorem iuris feruandum:vt exceptio rei iudicatæ:vt per totum titul. de excep. rei iudic. & in cap. fin. de excep. in 6. Petr.de Ferra.in pract.fua,in forma refponfio.rei conuenti.in ver.reique iudicatæ.& Vber. de Bonacurfo in rub.de perempto.excep.in ver.rei iudicatæ.ibi per addi.ad eum.& quatuor requiruntur in hac exceptione : videlicet quòd fit eadem res,eadem caufa petendi , identitas perfonarum verè vel interpretatiuè.l.cum quęritur cum duabus feq.ff. de excep.rei.iudic. Item quòd fuerit à iudice competenti lata. doc.in cap. feculares. de foro.competen.in 6.& cap.fin.& ibi Philip.Frãc. illo titulo.vide Alexan.in l. fępe. de re iudica. & in confil.94.in fecundo vol.& in l.qui Romæ.& ibi alios.ff.de verbo.obliga.Et idem in exceptione litis pendentis.l.Iulianus.ff.de condic. indebi. & ibi doc.& d.l.qui exceptionem.Ang.in §.item fi in iudicio.eo.tit.inftit.& illa tria quæ debent in fententia concurrere, debent etiam in exceptione litis pendentis interuenire: vt tenet Philip. in cap.fin.eo.titu. in 6.vide Soc.conf.94.in 3. volu. Quot modis dicatur lis pendere, dic quinque modis.Primò, per libelli oblationem.l.2. & 3. vt lite penden. C. Secundò per appellationem. nil noua.appel.penden.ff.Tertiò,per relationem feu confultationem per iudicem fuperiori factam. l. ex illo tempore.C.de appella.Quartò,per iudicis recufationem. cap. fecundo requiris.& cap. cum fpeciali.de appel.l.apertifsimi.C.de iudic.Quintò, per in integrum poftulationem reftitutionis. l.vna.in integ.reftitu.poftula.ne quid no. fiat. C. & Petr.de Ferra.in pract. fua. in verfi. exceptionem litis pendentis.in forma refpon.rei conuen. Alex.confil.105.in 3.volum.& 42.in 4.volum. & 132.in eo.volu.& Soc.in confil.38.in primo volu. Feli.in c.exceptionem.nume. 41.eo. tit. Intellige tamen exceptionem litis pendentis poffe opponi,fi pendeat coram iudice competenti. aliàs fecus per tex.in clem.2.vt lite penden.Philip.in ca. fin.eod.titul. in 6. de excep. compro. pend. vide Alex.confil.71.in 5.parte. tamen non poteft litis pendentiam allegare Alex.in l.de die.55.tutor.ff. qui fatifd.cog.

50 Sunt & aliæ inductæ propter naturalem æquitatem:vt exceptio doli:vt habetur per totum titulum de doli exce.ff. & Alex. in l. fi quis cum aliter.ff.de verb.oblig.glo.magiftra.& fingu. in l. qui fe debere.ff.de condi.cau.data.& ibi Iaf.amplè.Aduerte tamen quòd hæc exceptio plebeio, feu humili contra conftitutum in dignitate non competit, per text.fingul. fecundum Areti. in §. 1.col.12.infti.eo.fecus dicerem in exceptione metus.Idem Cæpol.cautel.107.& 161.& Petr.de Ferra.in practica fua in forma refponfionis rei conuenti.in ver.doli exceptione.Vber.de Bonacurfo in fua practica,in rub.de perem.exceptio. in ver. peremptoriè.& ibi in addit.ad eum per d. Anto. de Tremolis in ver.doli mali.Idem in exceptione non numeratę pecuniæ erroris,& ignorantię. l.1.& per totum.de non nume. pecu.§. erroris.in cle.vna.de fequeft.pof.& Franc.in glo.fin.Ange. d.§.appellantur.col.18.& de hac exceptione non numeratæ pecuniæ,vide Felin. in cap. fi cautio. de fide inftrum. Et poteft opponi per ecclefiafticas perfonas etiam poft biennium.imò prælatus ecclefiæ huic renuncians nõ præiudicat ecclefię, vt tenet princeps canoniftarum Io.Andre.& alij poft eum in cap.fin.de fol. Bald. in authen. hoc ius.C.de fac.fanc.eccle.Iafo. in l. cum quis.C.de iuris & fac.igno.Nicol. milius in repert.in verfic. exceptio non num.pec.Angel.in confil.245.col. 3.in 2.dubio.imò fortius dicit Angel. confil. 156. quòd fi exceptio non numeratæ pecunię obiicitur contra illũ qui dicit fe numeraffe pecuniam, perpetuò competit, & poteft opponi:quia ei opponitur de dolo fuo, in quo verfatur, cum fcire debuerit pecuniam non numeraffe. ex quo de fua numeratione agitur,de qua non poteft ignorantiam prætendere.l.fi.pro fuo. ff.licet fecus effet fi opponeretur contra alium,puta contra fucceſſorem qui non numerauit : & hoc procedit de canonica æquitate fecundum eundem Ange. quem vide.idem dixi in exceptione rei litigiofę, tranfactionis, pietatis vel malitiæ:vt tenet Hofti. in fumma huius tit.§.quę fit.ver.fi.Formam opponendi ponit Spec.eo.tit.§.vifo. verf.fuper exceptione.

51 Septima fequitur diuifio, quòd exceptionum quædam funt diuerfæ , alternatiuæ & contrariæ.diuerfæ funt quando multa remedia propono : vt fi petas à me domum,excipiam quòd fecifti mihi pactum de non petendo:& res iudicata eft,vel tranfacta. nam hoc facere quis minimè prohibetur,per text.in l.contra maiores.C.de inof.teft.Bal.& Sali.in l.fi quidem.C.eod. & in l. peremptorias.C.fenten.refcin.non pof. De confuetudine tamen defenfio non poteft in plures partes diuidi, & potifsimè quando ad vnum finem tendit,per l.iam tamen.§.pe. ff. iudic. fol. & ideò fi reus habeat plura remedia, aut plures exceptiones ad vnum finem tendentes : illa fimul tenetur proponere,& vna vice : aliàs non eft audiendus ad aliquid de nouo proponendum , vt afferit Ioan. Mafuer. in practica fua parlamenti. eod.tit.verf. de confuetudine.& feq. & idem feruatur in parlamento Tholo. vt habetur in ftylo parlam.Tholofæ.§. fin. nifi in cafibus pofitis per Steph.Aufre.in d.§.fi.ibi videre licet.vide Ioã. de Selua,in tracta.de beneficio.in 3.parte,q.19.

52 Alternatiuæ funt , per quas reus fic excipit contra actorem,nõ potes agere contra me, quia es fur,aut falfarius,feruus, vel excommunicatus. & hæ exceptiones regulariter non admittuntur: quia

quia alternatiua parit obscuritatem. in c. vt qui duas.de elec.in 6. & obscura exceptio debet reiici.l.1.§.Labeo.ff.de flu. quod fallit in tribus casibus positis per Fel.in c.tertio loco.col.3.de prob. ibi,adulterinum &c.Io.And. & alij in regula. in alternatiuis.de reg. iur.in 6. sex species alternatiuarum vide per Bar.& alios in l.3. ff. de eo quod cer.loco.Io.Fab.& cęteros.in §.huic.inst.de acti. & d.Bar.de Chassa.in consue.Burgun.in rub.*des mains mortes*.§.21.in glo.fi. no. doct.in cap. inter. de rescrip.

53 Contrariæ dicuntur quando aliquis dicit excipiendo se nō habuisse & soluisse vel pactum de non petendo sibi esse factum,vel si reus accusetur de homicidio potest negare se occidisse: & & si conuincatur potest allegare, quòd ad suam defensionem fecit:vt dicit Io.And.in c.nullus.de reg.iur.in 6.in Mercuria.Bar.in l.cum de indebito.ff.de probat.Bar.& alij in auth.contra qui propriam.C.de non numer.pecu.Alex.Ias.Hercula. & alij in l.1.§.si quis simpliciter.ff.de verb.obliga. Bar.& alij in l.nemo.ff.eo.ideo est dicendū quòd exceptiones contrarias potest quis conditionaliter opponere:vt nego me habuisse, & casu quo probetur,dico me soluisse,vel aliud per glo. in c. cum dilectus.de religio.do.glo.Pan.& alij in ca. auditis.de præscrip.Panor.& Fel.in c. pastoralis. nu.14.eo.tit.Bal.in d.l.si quidem.C. eo. Spec. tamē in d.§.viso.versi.quid si debitor dicit alia via nos posse excipere:videlicet si aliquid petatur alicui,fas erit dicere,dubito:& si probet,potero allegare solutionem,vel aliam exceptionem,arg.tex. quem allegat in l.si debitor.ibi,neget,aut dubitet. ff.de petit.hæred.facit tex.licet non adducat in l. iusiurandum.& ad pecunias.ibi,putat decessisse. ff.de iureiur.in l.si quis inficiatus.ibi, procuratorem non putaret.ff.deposi.in l.cum quo. ibi dubito.ff.ad l.falcid.l.fi.ibi,procliuior sum.ff.de con dic.cau.data.& l.fideicommissa. §. si quis illicitè. ibi procliuior.ff.de lega.3.Stepha.Aufre.in decisi. capellę Tholosanę.q.21.Areti.consi.96.Flo.in d. l.cum de indebito.Petr.de Ferra.in pract. sua. in forma responsio.rei conuenti.in ver.contrarietatem.vide Dec.tres conclusiones ponentem in d. c.pastoralis. & quando sit licitum allegare contraria Bal.ponit in l.1.C.de fur.Prępofit.in c.dilecto.col.20.de appel.Alex.cōsi.100.in 5. vol.additio.ad Vber.de Bonacurso.in rub. quibus mod. suo no.ciuiliter agentes.§.similiter.

54 Restat octaua diuisio, quòd quædam sunt exceptiones ciuiles,quædam prætoriæ.hæc diuisio probatur in §.Alioquin.insti.eod.Ciuiles seu legales sunt, quæ à lege ciuili sunt introductæ:vt exceptio suspicionis.l.apertissimi.C.de iudic.Barba.in rub.huius titul.in cle.ita tenet.Non obstant iura in contrarium adducenda,videlicet tex.in c. quòd suspecti.in fi.3.q.5.c.secundo requiris. in fi. de appel.quę dicunt recusationem à iure naturali scaturire:quia ibi dicitur,quodam modo:& sic impropriè. c. secundò requiris. non loquitur de iure naturali communi omnibus animantibus: sed de ratione naturali: quia licet committatur iudici suspecto recusatione remota poterit tamē bene iudicare:& sic non grauatur pars:quia poterit apellare:vt tenet Barba.in c.ex parte.in 2.de offic.delega.vel pone per totum tit.vt prępo.no. imperato.col.5.vt si producis instrumentum, excipio,quòd in eo non est annus,dies,& consul.& Imperator per gl.in l.1.in ver.editiones.ff.de eden. alias curiosus lector inuenire procuret, quas per discursum iuris inueniet.

55 Prætoriæ quæ à prætore introductæ sunt:vt doli exceptio, metus, per totum titulū.ff.de dol. mal. metúsve exceptio. & aliæ per corpus iuris inueniuntur, quas per iuris cursum videre licet: nam plus laboriosum est quàm subtile eas cumulare.& in simili loquitur glo.in rubr.ff.de solu.& in rub.de diuer.& tēpo.pręscript.& in l.in honorariis.ff.de actio.& in l.1.ff.soluto matrimo. cum similibus.

56 Sequitur diuisio nona.nam quędam directę sunt,vtiles verò aliæ.directæ sunt, quando verba legis & mens conueniunt seu concordant : vt si petebam totum fundum,& iudicatum est contra me,si iterum volo petere,obstat exceprio directa: Idem si petam partem : quia si iudicatū est super toto,ergo super parte:per tex.in l.si quis cum totum.§.& generaliter.& per totam legem.ff.de excep.rei iudic.& idem si generaliter petebam redditionem administrationis tutelę:& transegimus vel ad centum fui condemnatus : si iterum peto, obstat exceptio directa:quia transactio est generalis super omnibus:& etiam verba conueniunt tex.in l.sub prętextu.C.de transact. & l. age. illo tit.glo.in l.si quis id quod.ff.de iurisd. om. iudic. & l.si iudex.ff.de minor.

57 Vtilis est,quando nec verba legis, nec mens conueniunt. sed ex mente legis extenditur. vel quando nihil dicunt verba,sed mens hoc habet. & de hac loquitur tex.in l.licet.C.de iud.vel quia subest eadē ratio.Cæpola in tract.de seruit, vrba. prędio.in c.81.& vide gl.in l.curatoris.& ibi doct. C.de neg.gest.l.1. & l.actionis verbo. ff. de actio. & oblig.Doc.in rub.de rei vend.ff.Felin.in c. aduersario.eo.tit.

58 Decima diuisio:quædam sunt modificatoriæ condemnationis:aliæ executionis. Modificatoriæ condemnationis sunt, quæ condemnationem moliuntur:vt si contra patrem agatur ratione obligationis filij,poterit pater excipere,vt con demnetur eatenus quatenus est in peculio.& hęc exceptio cōdemnationem futuram modificabit, per tex.in l.pen.quod cum eo.ff.& ibi Bar.& Bar. in l.si dubitetur.§.fi.ff.de fideiusso.Bar.in l.fin.C. quod cū eo.& Io.Fab.Pla.Ang.& Ias.in §. actiones.insti.de actio.idem in tributoria.l.1.& per totū.ff.de tributo.actio.§.introduxit.& ibi doc.inst. quòd cum eo.idem de exceptione de in rem verso.l.1.cum toto tit.ff.de in rem verso.§.Præterea. insti.quod cum eo.Et istę tempore peremptoriarū possunt opponi:quia quatenus minuunt,eatenus perimunt:vt tenet Bald.in l.exceptionem.C. de probat.vide Vbert. de Bonacurso in rub. de impedimen.execut.& causę nulli.per totam rub. & ibi in addi.ad eum.

59 Modificatoriæ executionis sunt, quæ executionem modificant : vt si socius omnium bonorum contra alium socium agat,& sit condemnatus,

natus,potest exceptionem opponere,ne exigatur ab eo vltra quàm facere posit. l.Maritum. cum legibus seq.ff.solu.mat.& l.sunt.cum,ll.seq. ff. de re iud.idem in exceptione inuentarij cōfecti.l.fi. C.de iure delibe.& §. hinc nobis. de hæredib. & falcid. colla.1. & an sit dilatoria vel peremptoria tradit Bal.in c. Pastoralis.col.2.de excep.& in addi.ad Pan.col.4.& Fel.ibi col.4.& in c.exceptionem.nu.44.ibid.Et quia executionem moderãt: ideo post sententiam possunt opponi : & de istis cognoscit executor.l.cum fideicommissum.ff. de confess.& de quibus exceptionibus posit executor cognoscere,vide per Stepha. Aufre. in decis. capel.q.344. Alex.Ias.& alios in l.qui Romę. §.fi. ff.de verb.obl.Rauen.in alpha.in verbo,quis potest.Bart.de Chassa. in consue. Burgund. in rub. *des successions.*§.13.in gl.1.Alex.consi.95.in 4. vol. vide Vital.de Camba.in tract.clausularũ,in clausula,nulla exceptione obstante.fol.11.Sali.in l.exceptionem nu.24.de proba.C.Vber.de Bonacurso in rub.de excep. & benefic. quæ post diffi.seu oppo.& ibi in additio.ad eum.Idem in exceptione compensationis,& rei nō traditę.vt attestatur Fel. in c. suborta.de re iud.& in c.cum Ioannes. de fide instru.An exceptio pretij non soluti possit in executione opponi,ponit Spec.in eo. tit. §. dicto.versic. sed pone. & idem in tit. de execut. senten.§.fi. refert Nico. de milis in reper. in ver. emptor.vide Purpura.in l.2.§. fin. nume. 25. ff. si cert.petat.

60 Vndecima diuisio:quædam sunt incidentes: quædam emergentes.Incidentes,quę ante processum originem habuerunt:vt exceptio iurisiurandi,pacti ,& aliæ ante motum processum competentes.gl.& docto. in c. 1. de ordine cognitio. & an si exceptio ecclesiastica incidat coram seculari, posit talis iudex cognoscere,latè ponit Fel.in c.cum sit.col.pen.de foro compe.

61 Emergentes,quæ in ipso negotio, id est, in ipsa lite de nouo emergunt:vt si producis testes, excipio non esse admittendos. vel vis habere dilationem,dico non dandam.istud de nouo in lite emergit,ergo dicitur emergens:vt tenet Bar.& alij in l.1.de ordi.iudicio.C.gl.& doct. in l.quod iussit.ff.de re iudic.Pan.in c.2.eo.tit.in fi.Fel.in c. suborta.de re iud.Imol.in cle.sæpe.nu.22. de ver. signific.Bartol.in extra.ad reprimendum. in ver. summarie.Petr.de Ferra.in practica sua,in forma excipien.contra positiones.in verb.petens.& Bal. in l.præscriptione.col.9.C.si contra ius, vel vtilita public.

62 Duodecima diuisio. Quædam exceptiones sunt ordinis:quædam verò præposterationis. exceptio ordinis est,quę ad ordinis obseruationem tendit:vt si pro aliquo fideiussi,& conueniar,possum excipere quòd prius principalis excutiatur, per tex.in auth.Præsente. C. de fideiusso. & in §. sed neque.in auth.de fideiusso.col.1. & licet non fuerit opposita, valebit tamen processus:vt tenet Stepha.Aufre. in decis. capel.Tholo.q.81.& licet pro aliquo iurauerim soluere:adhuc tamen exceptionẽ ordinis opponere possum:vt tenet Aufre. vbi supra.q.139.& hæc est dilatoria.gl.in l.3.ff.eo. Cyn.in auth.Præsente.C.de fideius. & in l. exceptionem.& ibi Bal.C.de probat.& in l.exceptiones.ff.eo.Ang.in l. si mancipium. §.1.ff. de euict. Alex.in cōs.114.in 6.vol.& cons.29.in 7.vol.vide l.cum eorum.C.de sen.& ibi Bal.& Salice.Itẽ potest opponi,quòd is,qui recepit pecuniã,prius cōueniatur,quãdo sunt duo obligati.Barba.pulchrè in consil.43.sempiterna.col.4.& seq.in 2.volu.Et ideo debet opponi ante litem contestatam,secundum Bar.& alios in d.l.3. & Guido papæ in suis decisi.q.570. nec in causa appellationis admittetur,si nō est in causa principali opposita:vt tenet Alex.consi.34.in 4.vol.Pro intellectu tamen authẽ. Præsente.vide & eius limitationes per Rom. in sing.535.& in consi.93.& consil.211. & Soci. in tract.fallen.regula 134.Io.de Pla.in l.1.de conuen. fisci debito.lib.10.C.Franc.de Crema singul.136. Alex.in l.etiam.§.fi.ff.solu.matr.& cons.159.in 2. vol.& cōsi.84.in 3.vol.& cōsi.100.in 5.vol. Spec. in tit.de renunciat.& cōclu.§.1.versic.viso de &c. Vital.de cambanis in tract.clausularum,fo.339.in parua impressione.Albe.in tracta.statutorum, in 2. parte.q.166.& Benedic.in repe.c.Raynutius.in ver.si absque.in 2.nu.52.de substit.fideicomm.de testa.Bar.de Chassa.in consuet.Burgund. in rub. *des rentes vendues à reachat.*§.2.& in rub.*des censes.* §.6.in gl.*contre le tenementier.*in fi.& Anto.de Tremol.in addi.ad Vber.de Bonacurso in rub. quib. mod.exa.ordina.iud.declina.ver.idem puto.

63 Aliæ sunt pręposterationis,& est duplex. vna est vnius causæ ad aliam inter easdem personas.vt quando ageretur prius rei vendica. quàm communi diuidundo,de quo in l.1. ff. communi diuidund.vel si quis opponat perẽptorias,postea non potest dilatorias opponere : nisi protestatus fuerit se illas peremptorias opponere in vim dilatoriæ vt practici dicunt.si quis agat actione familiæ ercifcundæ, excipere possum quod agit præposterè,cum non sit hæres,nec hęreditatem possideat.& primo agendũ est petitione hæredita.& postea familię ercifcundę. l.2. C.commu. diuid. l.si mancipium.§.1.ff.de euictio.l. Præposteri. C. de testa.& l.1.& ibi Flo.ff.famil.ercifcund.Bal. in l.Exceptionem.C.de probat.l. vt debitum. & ibi Bar.in rub.de hæred.actio.C. Alex. consil.46. in sexta parte.Bal.in sua disputat incip.accusatus de vi turbatiua.col.4.ver.6.sic Fel.in c. cum dilecta. versi.demum ad ornatum.de rescript.Areti. in c. qualiter.in 1.col.3.de accusa.tex.& ibi no.in §.Itẽ si quis ita.instit. de inutilib. stipu.altera est exceptio præposterationis , de vna persona ad aliam: vt si prius conueniatur debitor quàm possessor bonorum.auth.hoc si debitor. C. de pigno.quòd dic vt dixi in propria cellula, & not.Curtius in l. bona fides.col.2.ff.depos.

64 Decimatertia diuisio.quędam sunt rationabiles & non frustratorię:aliæ irrationabiles & frustratorię seu friuolę.rationabiles sunt quæ à iure sunt approbatę : vt si iudex sit meus inimicus & ego oppono exceptionem:vt c.cum inter. de exceptio.vel alię quę vere competunt per tex.in l.si alius.§.bellissime.cum seq. ff. quod vi aut clam. Bar.in extrauagan.ad reprimendum.in ver.summarie.Cardi.Imol.& Geor.natam.in cle. sępe. in ver.dilationes.de verb.signi. vel stabitur arbitrio iudicis

iudicis quando erunt rationabiles:vt tenet Barb. in c.ex parte.in secundo.de offi.deleg.nu.16.vide tex.in c.ea quæ.c.lator.c.cum super. de re iud. & c.super eo.quod metus causa.c.3.de eo qui mittitur in possess.c.fi.de sequest.possess.c.1.& c.côquerente.de restitut.spol.c.cum olim.de dol. & contuma.& c.si constiterit.& c.ad petitionem.de accusa.c.studuisti.de offic.lega.c.3.de offi.ordina.c.notum.cum similibus.2.q.1.

65 Irrationabiles seu frustratoriæ sunt, quæ iudicium potius frustrantur & differunt,quàm veritatem concernant:vt recusatio iudicis : eo quia aduocatus alterius partis est familiaris illius , vel exceptio excommunicationis opponitur contra reum se defendentem, contra c. cum inter.& ibi doct.de excep.Quod intellige, nisi excommunicatus potuisset absolutionem petere, & non curauit : quia tunc videtur excommunicationem contemnere:ideo non poterit etiam se in iudicio defendere:& hoc est dictum singulare Io.Calder. in tepe.c.ab excommunicato,col.13.in parua impressione.de rescript. refert & sequitur Barba. in rub.de rescri.col.7.nu.54.Et breuiter dicas quòd omnis exceptio dicitur frustratoria & irrationabilis,quę causa subterfugij proponitur,vel inutilē & superuacuā vocat.tex.in c.in nostra.de procuratorib.Sed oro,vt nullas frustratoriè & friuolè proponas,ne animam tuā damnes,& dęmonibus commendes:vt dicit Vber. de Bonacurso in practica sua,in rub.de recusat. in princ.dicens ꝙ omnis exceptio aut est frustratoria & friuola: aut vera & legitima:& huic adhæreas sicut Bononienses carrocio:vt dicit gl.in l.omnis diffinitio. ff.de reg.iur. quid dicatur frustratorium,vide gl. in l.Merito.ff.de vi & vi arma.& in cle. sæpe. de verbo.signific.

66 Decimaquarta:& vltima pro nunc diuisio est:quia quædam generalis dicitur:quædam obscura : Generalis est , quando generaliter contra aliquem excipitur . puta esse inimicum , & non exprimitur ex qua causa secundum Bald. in l. si quis testibus.C.de testib.vel quòd est infamis, & causa infamiæ non specificatur vt debet fieri,per textum singularem.in cap.pręsentium.in §.testes. ibi,facta sigillatim specificatione.de testib.in 6.& tenet Mart.Ant.Bauer. in §.sed cùm aliquis. col. 2.instit.de testam.Bart.in l.3.§.1.l.Iulia.ff. de testi. & in l.1.C.de testa.idem dicit Bauer. vbi suprà, si aliquis allegauerit excipiendo damnum esse sibi datum:quia non debet audiri nisi in specie exprimat quomodo est sibi datum.gl.in l.cū Stichus. ff.de solut.Fel.in c.pastoralis.nu.13. de except. Et ista exceptio generalis non releuat partem opponentem.l.fi.C.de anna.excep.Card.& alij in l.1.ff. de condi.ob turp.caus.Bal.in l.edita.in repe.perusina.col.9.C.de eden.doct.in c. pastoralis.eo. tit. & doct.in c.dudū.de decimis.tex.in l. scire oportet.§.scire.ff.de excusa. tuto.Alex.consil.181.nu.2. in 6.vol.Angel. in consil. 61.tex.in l.quicquid.ff. comm.prædio.Limita tamen excipientem generaliter non esse audiendum,nisi probaret in specie,& sigillatim crimē oppositum,vel illud quod opposuit per glo.in l.1.§.si quis argentum. ff. depositi. & Bauer. vbi supra. Et quid operetur illa clausula,quā practicantes ponunt in libello post exceptiones aliquas oppositas specialiter,videlicet & generaliter oppono omnes exceptiones mihi competentes,vide per doctor in d.c.pastoralis.& Bal.& alios in l.scire.§.sufficit.ff.de excusa. tuto. Alex.& alij in l.Titiæ textores.ff. de lega. 1. vide Fel.in c.sedes.col.2.versic. clausula generalis.de rescrip. & ibi alios doct. Et non dicitur dispositio generalis,quando totū genus non comprehendit:sed verificatur in vna specie sub genere comprehensa,per tex.in l.si hæres.ff. de optio. lega.in c.ex parte.in primo.de offi.deleg.Bar.in l. si domino.ff.de lega.1.Fel.in c.Pastoralis.§.fin.in princ.de rescrip.& ibi hoc tenent alij docto.

67 Obscura est,quæ non est intelligibilis.l.2.ff. de his,quæ pro non scrip. haben.l.ita fidei. ff. de iure fisci.l.aut qui aliter.§.si quis.ibi , obscure. ff. quod vi aut clam.Vel aliquid dicitur obscurum, quando multipliciter potest intelligi , vt tenet Alex.consil.238.in 6.vol.per iura supra allegata, & l.quotiens in stipulationibus.ff.de verb.oblig. vt si quis excipiat contra testes , quòd non sunt omni exceptione maiores : nam non valet:quia verb.sunt,denotat tempus præsens.l.cum stipulamur.& l.si à colono.ff.de verb.oblig. & l. si quis ita. ff. de auro & argen. leg. & poterit esse quòd tempore iuramenti testes erant omni exceptione maiores:vt tenet Angel.in cōsil.1.Ias.in d.l.Titię. & illud tempus debet attendi secūdum Alber. in tracta.statuto.in quarta parte.q.71. & Angel. vbi supra & Spec.in tit.de instru.edit.in §.videndum restat.versi.item non exhibeas.Alex.consil.150.in 5.vol.Stepha.Aufre.in stylo parla.Tholos.in prima parte rub.sequitur aduisamentū.§.pen.in addit.Et hæc exceptio dubia seu obscura : quæ potest concludere, & nō cōcludere, debet per iudicē admitti cū postea in processu posit declarari. glo.in c.ex insinuatione.de procura.Anto.in c.in literis.de restit.spolia.Nico. de Milis in reper. in verb.excep.licet debeat.Fel.in rub.huius ti.Vber. de Bonacurso in rub.quib.mod.suo nomi.ciuiliter agen.§.Et generaliter.Aduertendū est tamen, quòd si iudex dubitat an debeat admittere exceptionem,vel non,potest eam admittere, si, & inquantum de iure : vt dicit gloss. & sequuntur ibi docto.in c.cū contingat.de off.deleg.vide Rom. consil.501.& Præpo. in c. sæpe.col.4. de appella. Corset.in sing.in ver.iudex.in 4.Aliæ sunt pręiudiciales, de quibus per Bar. & alios in l. 1. C. de ordi.iudic.Iaso. & alios.§.præiudiciales.instit. de actio.Bar.in l.generaliter.& l.fundum.ff. eodem. Bal.in sæpius allega.l.Exceptionem.Canonis. in c.2.de ordine cognitio.glo.in l.1.§.1.ff.de rei vendica.in l.per minorem.ff.de iudic.Bal. in Marga. in ver.exceptio.q.57.Ang.in rub.huius tituli.col. 2.Præposit.in c.super eo.col.1.l.1.de appel.Aufre. in decis.capel.Tholo.q. 29. & sunt in multiplici differentia,secundum Geminia.consi.66.pro declaratione.col.2.& cōsil.95.præsupponitur.Multæq; alię sunt exceptiones & infinitę:vt dicit tex. in §.alioquin.ibi,multis variísque.Insti.eod.quia quot sunt modi agendi tot sunt modi excipiendi:vt attestatur Angel.in rub.col.6.in fi.cum seq. Alia est diuisio.nam exceptionum quędam sunt

pręiudi

præiudiciales,quædam non.ff.eod. l.fundum. Et alias multas posuissem,quas in tractatu exceptionum reseruo,vbi latius dicam: his tamen intellectis,aliæ facillimè intelligentur, in quibus omnibus si quoddam rancidulũ protulero,correctioni melius sentientis subiicio:vt in simili loquitur tex.in l.Claudius.in fi.ff.qui potio.in pigno. habeant.vt emendet charitatiuo calamo: vt dicit Ioan.Fab.in §.Item is.Insti. quibus mod. re contrah.oblig. Si bene dixero attribuatur Deo omnipotenti,qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

*FINIS.*

## SPECTABILI AC ILLVSTRI VIRO DOmino Laurentio Alamandi, D.Saturnini Tholosæ abbati atque Gratianopolis Episcopo dignissimo:conseruatorique almæ vniuersitatis Tholosanæ præstantissimo Petrus Rebuffus I. V. D. S. P. D.



Olent, Reuerendissime pater, scriptores sua scripta clypeo immortalitatis cuiquam prudentissimo dirigere, ne à canibus rodantur: sed prouidentia illius custodiantur. Quòd intuens à ritu antiquorum discedere nefas mihi visum fuit:& prospiciens qui te hoc melius tueretur, reperi neminem: cum conseruator almæ vniuersitatis Tholosanæ tuas ob virtutes assumptus fueris Igitur,sapientissime domine,hanc modicam arborem cum sua declaratione tuæ dominationi cum omni reuerentia defero, vt mea opera in tuum nomen spectatissimum & immortale,omnibus seculis relucescat:atque illam tuo iudicio corrigendam, emendandam,examinandam,& reformandam subiicio. Et non tantum hunc pusillum & tenuem mei ingenij laborem, sed memetipsum meámque vitam totam dico: Tunc me beatum,doctum,eruditum ac felicem existimans,cum tuæ purissimæ sententiæ nostro huic labori album calculum adieceris. Vale,viuásque per Nestoreos annos.

### *Arnaldi Dauini Nemausen.ad Lectorem Tetrasticon.*

*Aspicias lector iocunda fronte libellum,*
*Fortia qui pressis suggerit arma reis.*
*Maiori Siculo tormento dignus,erinnem*
*Speret tabifico rodere dente volens.*

## REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC Domino, D.Guillelmo à Prato,Claromotensi episcopo dignissimo, Petrus Rebuffus, I. V. Doctor, S.



*SV non infrequenter venit,vir amplissime,vt viri splendidi ac insignes,liberos parum sui similes relinquãt.Contingit enim sæpenumero,vt patrum diligentia,eruditio,eloquentia,fama,splendor, atq; authoritas,in filiis de suo gradu decidant, & tanquam elanguescant.Exempla huc pertinentia,quoniam multo plura sunt quàm vt paucis recenseri possint,notiora quàm vt debeant,non est in animo attexere. Quamobrem è veteribus plerique vxoribus ducere detractarunt, vtpote Epaminundas Thebanorum dux noluit compedibus vxoriis irretiri, ne fortè parum sui similem filium gigneret: Pelopidæ exemplo deterritus,qui tametsi clarus esset,infamem tamen filium ex vxore sustulit.Eam quoque ob causam, Augustus in cœlibatu agere,ac sine liberis mori optauit:ratus nihil perinde parentes discruciare, atque cum filios relinquunt nihil minus quàm sui similes.Cæterùm licet liberi paternam gloriam minuant,tu tamen famam reuerendißimi patris tui suo in gradu retines,& tanquam sartam tectam custodis:vt in te patrem(quem iure optimo suspiciũt omnes ceu rarum quoddam naturæ miraculum)& intueamur,& admiremur.Pater nempe numeris omnibus absolutus est grauitatis,constantiæ seueritatis,prudentiæ,fortitudinis,temperantiæ,atque integritatis:quæ omnia in te clarius collucent,quàm vt à sene quidem præsule desiderare poßimus.Fortasse mira viderentur,nisi te ex clarißimo patre,simúlque iustißimo natum esse meminissemus,qui quemadmodum maior esse non potest,ita nec tu fælicior. Quamobrem nihil mirum videri debet,si Pontifex maximus hoc in regno hæreticorum causas fidei tuæ reddiderit,quod satis exploratã haberet vitæ tuæ integritatem.Porrò licet quæ attigimus te patrem referre abundè testentur, singularis tamen illa humanitas,qua singulos supra hominum fidem excipis ac foues, te patri similem proxime reddit.Si quos enim audis virtute commendabiles,ac eruditione claros,obsequiis inuitas quamprimum, verbo commendas,præmiis retines,munificentia concilias:atque ita, vt præsulem obliuiscaris, quò amicum præstare poßis.Prudens omitto cæteras animi tui dotes,ne forsitan videar tibi palpum obtrudere. Quòd cùm statuissem materiã in id quod interest(difficilem sane,recepto omnium iudicio)in schematismi formam consignare,ac velut depingere,quò viris studiosis explanatior esset,atque identidem animo circunspicerem, cui eam nuncuparem, tu vnus occurristi cui visum est eam dicare:vt nominis tui authoritate, ceu Aiacis clypeo circumcepta tutius in manus hominum perueniret. Quam speramus futuram non inutilem iuris candidatis.Nam rem alioqui bene obscuram,apertè(quantum fieri potuit)ac breuiter declarauimus. Quicquid autem est quod scripsimus, pro tua singulari humanitate excipias,non aliter quàm soles cætera omnia:id quod si feceris,erit cur te & obseruare semper,& amare debeam. Vale. Parisiis 6. Idus Martias.*

SCHEMA

# SCHEMATISMI SVPER INTERESSE BREVIS P. REBVFFI DECLARATIO.

1 D formandum typum, videndum est primò, quo iure sit interesse inuentum. Secundò, quid sit. Tertiò, quotuplex. Ad primũ respondeo, esse de iure diuino: vt Exod. 22. cap. si læserit quispiam agrum alterius, vel vineam: & dimiserit iumentum, vt depascatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro suo, vel vinea, pro damni æstimatione restituet: & ca. si læserit, de iniur. & damno dat. & ibidem damnum reddet: sed interesse est damnum: vt hoc tex. damnum reddatur. & c. 2. de fideius. ergo est de iure diuino, sed dicitur esse à gentibus postea receptũ, & à iure canon. approbatũ, d. c. 2. de fideius. gl. in c. cõquestus. cũ simil. de vsur. sed quo ad formã, est iuris ciuilis, vt hic, & sic princeps nõ potest id remittere. l. venia. C. de in ius voc. fallit in trib. casib. positis in repet. huius l. quã nouissimè cõscripsi, anno 1530. vbi latius deducitur in præfatio. q. 1. & quot modis accipiatur ibi, q. 3. & quid veniat appellatione interesse, ibidem.

Secundò quęro, quid sit? & gl. in verb. prout. dicit esse damnum emergens, & lucrũ cessans: ex eo quod aliquid fieri cessatur, & cõmuniter approbatur per doct. Vel est æstimatio damni emergentis, aut lucri cessantis: ratione cessationis, aut facti (aliter quàm fieri debuit) legitimè proueniens. Vel consideratur interesse dupliciter. Primò, ratione eius cui debetur, & tunc sic definirem: Est æstimatio damni emergentis, vel lucri cessantis, culpa debitoris creditori contingens. Secundò consideratur ratione eius à quo petitur: & est æstimatio damni dati, seu lucri cessantis, culpa debitoris proueniẽtis, per debitorem creditori sarcienda. Latius declaratur in repet. in gl. prout. vbi pono alias definitiones, & declarationes, vltra doct. licet videre ibi. His cõtentus erit scholaris, pro declaratione terminorum videat prouectus repetitionem.

Tertiò quæro, quotuplex sit interesse? Resp. in genere vnum esse, quod pono pro stipite: & sic intelligitur opinio Petr. & aliorũ tenentium intesse vnum esse. & hoc per Bart. sic definitur: Interesse est iusta alicuius vtilitas. infrà declarabitur: & hoc diuiditur in multas species, siue accidentia: vt quidam dicunt. & plenè declaro in mea ad hanc l. repetitione, in glos. 1.

2 Interesse. Bart. insequens, quoddã est inęstimabile, aliud æstimabile. Inæstimabile, est iusta alicuius vtilitas inæstimabilis. glos. in l. 1. ff. solu. matrim. l. libertas. ff. de regu. iur. teneo tamen in dicta mea repetitione, non esse dabile interesse inæstimabile, quin saltem infinitè æstimari possit. & hoc in glos. 1. vide ibi si lubet.

3 Inæstimabile diuiditur: quia aliud est non petibile, aliud petibile: non petibile est iusta alicuius vtilitas inæstimabilis, non petibilis: vt si voluntatẽ explere non possim. Barba. consi. 74. col. 5. in 3. vol. & infrà declarabitur plenius.

4 Petibile est, quod peti potest: vt si filius meus per te detineatur, interest mea inęstimabiliter: ob id petam filium mihi exhiberi. l. 1. & per totũ. ff. de liber. homi. exhiben. & idem in viro, cuius vxor ab aliquo retinetur, interest mariti, quod non potest æstimari si os inferius fuerit maculatum id temporis: ideo petetur vxor exhiberi. rub. ff. de liber. exhib. l. 1. in fi. & l. 2.

5 Interesse aliud est publicũ, aliud priuatũ. Publicũ, est reparatio publici status lęsi, propter aliquod iniustè factũ, vel non factũ: datũ, vel non datum: quæ cmmodè æstimari non potest. d. l. igneus. in repet. l. quatenus. col. 6. ff. de regul. iur. Ego verò sic definio: est lęsio status publici, propter cessationem, vel factũ iniustũ cõtingẽs, quę æstimari cõmodè nõ potest. Primò pono lęsio, quia respublica læditur, vt infrà dicetur. & l. si quis ingenuam. §. fin. ff. de capti. Alia declarãtur in repetione extensè. vbi licet videre.

6 Priuatũ est, omne quod non est publicum: ideo vno cognito, alterum intelligetur. argu. l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. doct. in rub. de acquir. possess.

7 In ciuilib. quoddã publicũ interesse cõsistit: vtpote, q̃a publicè interest cloacas purgari. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui oper. nunc. & si publica via sit destructa, publicè interest refici. l. ædiles. ff. de via publi. multa alia licet videre exempla in repet. in præfa. & in glos. 1.

8 Itẽ in criminalib. vt interest publicè crimina nõ remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & publicè interest prouinciã malis purgari hominibus. l. congruit. ff. de offi. præsid.

9 Vltionis est, vt si seruus cognouerit dominã suã: & postea dominus eũ vendiderit ea lege, vt Parisiis habitet: & ne manumittatur: propter vltionẽ interest domini. l. pe. C. si mãcip. ita fue. alie. ne manu. l. seruus ea l. ff. de ser. expor. & hoc inæstimabile est, ratione affectionis, quã habet, & ratione timoris ne iterũ dãnũ cognoscatur.

10 Applicationis est, quando damnum passo applicatur: vt hoc tex. not. Bal. in l. pen. C. de cõdict. ob caus. dato. & hoc est æstimabile.

11 Aestimabile, quod æstimari potest. Et hoc diuiditur: quoddã enim est æstimabile petibile, aliud nõ petibile. Aestimabile petibile est, quod æstimari, petique potest: vt in casibus in quibus petitur: vt habetur hic, & in l. 1. ff. de actio. empt.

12 Petibile quoddā dicitur generaliter,& largè,siue impropriè.quod sic per Bart.hîc diffinitur.Est iusta alicuius vtilitas æstimabilis,petibilis:non habita propter alicuius factū iniustum, vel cessationem iniustam. Vt si peto rem mihi debitam, dicor meum interesse largè petere, id est, quod mihi vtile est: & sic stipulationes inuentæ fuere,vt quisque stipuletur quod sua interest.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verb.oblig. & an precium & interesse, sint idem:dicitur in repet.plenè.in glos.prout.

13 Aliud dicitur propriè,de quo hîc amplè loquimur:quod sic per Bart.definitur:Est ęstimatio alicuius vtilitatis nō habitæ:propter factum iniustū,vel cessationem iniustā. Primò ponitur æstimatio,ad differentiā inęstimabilis:& ad differētiam præcedentis, quod rem ipsam respicit, seu factū debitū. Postea dicitur in definitione, non habitæ,vt lucrū & damnum cōprehendat. Nam dum minuitur patrimoniū,quis nō habet vtilitatem:ob id dicitur pati damnū.l.si sterilis. §. cùm per venditorem. ff.de actio.empt. Dico propter factū iniustum:quia si esset iustum,non ageretur ad id quod interest.l.fluminum.§.fi.ff. de dāno infec.dico latius in mea repe.in gl.1.Et hoc diuiditur:quoddā est legale,aliud iudiciale.

14 Legale est,quod à lege introductū seu approbatum est.no.in l.legitima.ff.de pact. & hoc modo interesse omne potest dici legale, quia à lege approbatum:vt suprà in præfat.dixi.Vel dicitur legale,quod à lege taxatur.vt in casib.certis ad duplum:vt hac l.versi.sancimus. Et an de iure nouo taxatum sit. vide quæ dixi in repeti. in 4.notab. collegæ D.Alciati opinionē reprobātis.& hoc legale producit quatuor species,vt patet:& infrà declarabo.

15 Iudiciale est, quod per iudicem per suam subtilitatē æstimatur,ac taxatur:vt in casibus incertis : & patet hac l.in versic.in aliis. Dico fusius in repetit. quam super hac lege conscripsi: hic tantùm trado terminos,vt iuuenes his intellectis paruo negocio materiā amplecti possint.

16 Cōmune interesse secundùm gl.est cōmune rei precium, Bart. non admittit,sed sic finit: Interesse cōmune , est interesse cōmuniter æstimatum.l.si seruum.ff.ad leg.Aquil.at nō placet: quia idē per idem definit, quod non admittitur.arg. l.fin.ff.de offi. procur Cæsar.Ego verò sic definio:Interesse cōmune est ęstimatio damni emergētis,aut lucri cessantis,ab omnibus rei notitiā habentibus facienda,propter factum iniustum,vel cessationē iniustam, vt debebas tradere mercatori equū tēpore nundinarū , cessas: oportet quòd ipse emat cariori precio : teneris ad id quod interest, quod cōmuniter homines æstimarēt ad valorē equi,quem emit. Alia exēpla vide in repet.in gl.1.& hoc in totum potest exigi,etiā vltra duplum.l.ratio.§.si per venditorem.& l.Iulia.ff.de act.empt. Fallit in casib.traditis in repet.in gl.dupli : vbi inuenies regulam cum limitationibus.Vel cōmune dicitur, quod omnes cōmuniter tangit:vt si omniū præbēdæ canonicorū minuantur, eorum cōmuniter interest:si præbenda vnius,specialiter.c.cùm omnes.& c.cùm accessissent.de constit.Innoc.in c. cùm ecclesiasticæ.in fi.pen.col.de except.

17 Singulare interesse est, secundùm gl.si tua intersit propter affectum:verumenimuero quia aliud est interesse affectionis solius,aliud est interesse singulare:vt latè declaro in repetit. Ideo Bart.sic finit : Est singulariter æstimatum,quod non admitto:vt dico in repet.Igitur ego sic definio: Interesse singulare,est æstimatio vtilitatis singularis propter factū iniustum, vel cessationem iniustā prouenięns:vt cōmodaui codicem meum,quem habeo,& apostillis, & remissionibus,& scriptis refertum : si non reddas,non solùm ad precium commune teneris,videlicet ad tres libras Turonen.sed etiam ad meam singularem vtilitatem.Alia exempla tradit Specul.in tit.de interesse.§.viso.& ego ipse in glos.1.

Quæret aliquis, vsque ad quā summā possit peti? & text.hic dicit,vsq; ad duplum, in casibus habentibus certam quātitatem, aut naturam:vt hic.Fallit in casibus positis in repet.in gl.dupli. in incertis damnū re vera datum reddi debet: vt hic,versic.in aliis. Qui sunt illi casus certi, & incerti? Bart.hic dicit eos qui habent certā quātitatem, vel naturam, respectu sui,vel adiuncti: vt si promittis mihi decem, respectu sui est certum.l.certum. ff. si cert.pet.vel ratione adiuncti: vt vendis mihi domum pro centum : respectu illius adiuncti precij, dicitur contractus certus, secundùm Bart. Fateor tamen,quòd indigeret declaratione regia in hoc regno,vel parlamentorum:vt dico in repetit. Ego,salua correctione melius sentientis, intelligo casus habere certam quantitatem,siue sit in numero,siue pondere & mensura : de quibus in §.1.instit.quib.modis re contrahi. obliga. Siue sit quantitas continua:vt fundus decem arpentorū,siue discreta, vt decē: quia certū est. Naturā verò intelligo certam,in rebus animatis, quibus adeo indita est certa natura,per quam animal dignoscitur,& nobis est certa sua natura:vt bos,mulus,& cętera hoc genus animalia.Nā Deus indidit boui certā naturam,per quam à iumento differt.& certa est nobis sua natura,videlicet quòd est bos,nō equus, vel aliud animal : vt etiam licet videre per Aristot.in lib.de natu.animal.Ideo si promitto decem , casus certus est quantitate : si hominem, equum,bouémue debeas:& nō tradas tempore præstituto, casus certus est natura : si promittas facere domum,casus est incertus:cùm facta sint incerta.l.vbi.§.qui id quod.ff.de verb.oblig. fusius deduco in repet.in glos.quantitatem.

18 Interesse affectionis est , quod ex speciali affectu procedit : vt si seruum meum filium naturalē quis occiderit: ego ex affectione æstimo multo. Hæc affectio non auget condemnationem : sed quanti omnibus valet, inspicitur. l.si seruum.ff.ad leg.Aquil.l.fin.de operis seruo.

19 Notandum est , quòd duplex est affectio: vna,quæ est iuncta cum vtilitate:& hæc est æstimabilis commodo pecuniario:& ista bene cōsideratur , & auget condemnationem. l. videamus.§.1.ff.de in lit.iur.vt in libro cui multa scripsi:si aliquis eū retineat, nolēs restituere ex illa affectio

affectione iuncta cum vtilitate,iurabitur in litẽ: & duplum consequi potero per hanc legem:vt dixi in gl.1.an in iuramẽto in litẽ procedat hæc lex? quòd sic,licet collega contrà.cuius fundamẽtis ibidem respond. Alia est affectio sola,quę pecunia non æstimatur:& hæc non auget condemnationẽ.l.libertus qui soluendo.ff.de bon. lib.l.cùm seruus.manda.Bal.in addi. ad Spec.in tit.de fructi.& interesse.col.pen.l.1.§.sed si rem. ff.si quid in fraud.patro. alia vide in d.gl.1. tam in contractib.bonæ fidei,quàm stricti iuris.

20 Conuentum,est precium conuentũ:secũdùm gl.hic,quæ reprehenditur per doct. vt plenè dico in repe.in gl.1.ego igitur sic definio.Interesse conuentũ,est pecunia,conuentione partium promissa,in defectum primæ conuentionis non completæ. Vnde si vendas mihi domum centum aureis,& si non tradas, promittis decem:si tradas, non potest agi ad decem promissa:quia cõuentio est completa:secus si non tradiderit.l.1.sumendo argum.à contrario.ff.de actio.empt.& hoc interesse debetur totũ, etiam vltra duplum.§.alteri.institut.de inutili stipulat. Bart. & communiter doctor. hic,quod fallit in octo casibus,quos pono in repet.in glos.dupli. vbi figo regulam cum ampliationibus & limitationibus. Item quando interesse conuentum, seu pœna,adiicitur speciei:debetur.l. Lucius.ff. de actio.empt. Idem si facto.l.2. §.item si in facto. ff.de verb.obligat. secus si adiiciatur dationi quantitatis:quia tunc in fraudem vsurarum præsumitur apposita.l.rogasti.§.si tibi. ff.si cert. petat.c.dilecti.de arbitr. quod ampliatur in nouem casibus: & limitatur in septem, traditis in repet. in glos.1.& an pœna cõuentionalis possit excedere quadruplum: vide in glos.proferuntur.vbi trado regulam,quòd sic:cum limitationibus:ibi licet videre.

21 Diuiditur hoc cõuentum: in certum,& incertum.Certum est,quando apparet,quid,quale,quantúmue sit:vt quando promissum est, Si non tradideris rem venditam,promittis decẽ.l. fi.ff.de præto.stipula.l.certum.si cert.pet.

22 Incertũ est,quod per se non est liquidum, quid,quale,quantúmue sit.l.vbi.ff.de verb.obligat. l.3.§.fin.de eo quod certo loco. & quomodo possit certum fieri? respondeo,officio iudicis,taxantis in casibus incertis. Iacob.in l.fin. ff. si quis in ius voc. non ierit. & in aliis casibus, quos pono in repet.in glos.subtilitatem.vbi fusius trado practicam probandi interesse, vltra doct.hactenus,vide si lubet.

23 Certum producit totale,& particulare. Totale interesse est, quod in totum debetur: vt si rem vẽditam non tradideris.ad totum id quod interest teneris.l.1.ff.de actio.empt. & ibi Salic. & l.2.§.fin.qui satisda.cogan. vel totale debetur in casibus incertis: nam iudex in eis sine diminutione per suam subtilitatem reddi iubebit:vt hic in versic.in aliis.

24 Particulare interesse debetur,si quis tradiderit rem,& nõ cauerit de euictione, & emptor alteri velit vendere:sed non potest tanti,quanti si fuisset cautum: emptor aget non ad totum: sed ad particulare interesse quod patitur. l. ex empto.§.fin.ff.de actio.empt. & ibi Bart. & alij. l.si fundus.loca.

25 Intra rem, seu circa rem,vel intrinsecũ interesse,oritur ex cõmuni:extra rem, seu extrinsecus, ex singulari regulariter:& sic signaui. Et intrinsecum est illud quod ex ipsa re prouenit: vt fructus,partus,& similia. Nouiter ego sic definio:interesse circa rem, est æstimatio vtilitatis non habitæ culpa alterius,circa rem cõsistentis. Sic ferè definit tex.in l.si sterilis.§.cùm per venditorem.ff.de act.empt.& in hoc cõprehenditur valor aureorũ,vel augmentum,siue diminutio. l.cum quid.& l.vinũ.ff.si cert.pet.& hoc totum debetur,etiã vltra duplũ: vt si mutuaueris mihi vinum reddẽdum in festo Paschatis:quod non reddis:valuit in mẽse Iulio, vel Augusto decem libras: teneris quanti plurimi valuit à tempore morę.d.l.vinum.& d.§.cùm per venditorẽ.vide in gl.dupli.vbi formo regulam cũ limitationib. insequens doctrinam Bart.& cõmunem,respõdénsq; fundamẽtis volentiũ singularẽ prosequi opinionẽ,& præcipua collegæ D. Alcia.& istud producit generationem. Nam quoddam est.

26 Actionis amissæ,quod cõpetit quãdo actio est amissa:nã tunc agã contra illum,si suo facto amissa sit,ad id quod interest actionem nõ esse amissam.l.si cũ.§.qui iniuriarũ.ff.si quis cautio.

27 Aliud est circa damna, & expensas: vt si damna vel expensas tua causa passus sim: contra te ad id agam.l.sancimus. C.de iudic.clem.1. de rescript. Alber.in l.& si post tres. col.2. ff. si quis cautio.

28 Interesse iuris interius, vt si dum iniuriarum contra te agerem, quidam me detinuit, & impediuit ne actionem illam prosequerer:& sic anno fuit amissa. l. si non conuicij. ff.de iniur. agã ad id quod interest, ratione iuris interitus. l.1.& ibi Bal.col.1.ff.si ex noxa.causa agatur.

29 Mutationis personæ est: vt si alienasti in potentiorem rem, quam à te petere volebam: potero contra te experiri actione in factum, quanti mea interest, ob personæ mutationem. l.1.ff.de aliena.iudic.mutan.causa. plenius dico in repet.in glos.1.

30 Mutationis fori interesse petitur, quando alienatur in clericum,vel scholarem, res,quam petere volebam: & sic mutatur forus: agam ad id quod interest ratione mutationis fori. l.si fideiussor.ff.qui satisda.cog.& an cessiones scholaribus,vel clericis factæ valeant: dico in repet. in gl.1.tam per regis ordinationes,quàm per iura,& plenissimè in scholastico priuil.177.

31 Ex delicto aliud interesse prouenit,si furto instrumenta mea, per quæ debitum poteram probare, subtraxeris:propter quod debitũ probare non possum:teneris ad interesse ex tuo delicto proueniens.l.Iulia.ff.de act.empt.c.si quis. 11.q.3. & in delictis interesse etiam non excedit duplum:vt hoc text.in verb.in omnibus. & ibi dixi in gloss. licet collega teneat contra,cui respõdeo in glos.casibus,communem sustinendo.

32 Ex quasi delicto interesse,dicitur damnum ex quasi delicto alterius culpa proueniens:vt si

officialis, seu alius, sine causa me excõmunicauerit: ideò durante excõmunicatione nõ potui agere, iure prohibente. c. intelleximus. de iudic. quamobrem perdidi actionẽ: agam contra excommunicantem ad id quod interest, ex suo proueniens quasi delicto. l. ex maleficiis. ff. de actio. & oblig. Cardi. in c. sacro. col. 9. vers. quæro, an alio modo. de sent. excom.

33 Ex contractu, dicitur damnũ emergẽs, seu lucrũ cessans, ratione contractus proueniẽs. patet in l. 1. ff. de actio. empt. dico plenius in repet.

34 Ex quasi contractu: vt si quidã sit electus prælatus, tenebitur soluere expẽsas in prosecutione electionis factas: ex quodam quasi cõtractu. c. vt præteritæ. de elect. Spec. in tit. de fruct. & interesse. §. fi. verb. in summa. & vers. ex prædictis. & fusius dico in repet. hic tantum declaro terminos obscuros, propter iuuenes.

35 Extrinsecũ, siue extra rem, est, quod rei occasione prouenit: secundũ Bart. hic. Vel est æstimatio damni emergẽtis, seu lucri cessantis, extra rem prouenientis: vt quia nõ tradidisti fœnum tempore præstituto, quamobrem equi mei fame perempti sunt: extra rem est: & sic non debetur regulariter. l. si sterilis. §. cum per vẽditorem. ff. de act. empt. Fallit in casibus traditis, in repet. in glos. dupli. & hoc gignit.

36 Honoris interesse, quod cõpetit quãdo de honore agitur: qui est lucro pecuniario præferendus. l. Iulia. ff. si quis omis. cau. testa. & potest agi, nõ solũ iniuriarũ pro honore. Bal. in l. obseruare. §. antequam. ff. de offi. proconsulis. sed & officium iudicis implorari. Io. Fab. in §. aliam. Insti. de bono. posses. cum dictione tamen, quam feci in repet. vbi licet plenius videre in glos. 1. & intellectum nouum ad l. iniuriarum. §. si quis de honoribus. ff. de iniur.

37 Interesse cõmodi est, quando de cõmodo agitur: vt hic, & hoc quandoq; intra rem est: aliquãdo extra: vt potes cogitare. Cõmodi interesse, aut cõsistit in lucro, aut in damno. in lucro, quãdo debitor nõ soluit mercatori in nũdinis Lugduni: ob id mercator cessauit lucrari: aget ad id interesse, quod in lucro cõsistit. Et regulariter hoc lucrũ cessans petitur. Fallit in multis casib. traditis in repet. ad hãc l. glo. vlt. & Petr. de Ferr. in forma libel. in act. real. in gl. & in florenis. In damno consistit: quãdo aliquis passus est damnũ. not. in l. cum venditorẽ. C. de act. empt.

38 Aestimabile non petibile, est iusta alicuius vtilitas æstimabilis, non petibilis: habita, vel non habita: sine alicuius facto iniusto, vel cessatione iniusta. Bart. hic. Primò dicitur iusta, quia iniusta non attenditur. l. itaque. ff. de furt. Itẽ dicitur æstimabilis, ad differentiam inæstimabilis, non petibilis, ad differẽtiam petibilis: postea dicitur, habita: vt omnes casus cõprehendat, in quibus quis habet quod sua habere interest, & tamẽ nõ agit: vt si rem meam possideã, interest mea habere: tamen illud interesse nõ possum petere: licet posit æstimari valor rei. l. nemo rem suã. ff. de verb. oblig. l. suę rei. de contrah. emptio. non habita, vt si sartor, vel alius artifex veniat ad habitandum in proxima officina similis artificis, illius interest: quia nõ tantùm lucrabitur: tamen illud interesse non petet. l. libertus negociatorius. ff. de oper. liber. vel sic potest breuius definiri: Est vtilitas, quæ æstimari, seu peti non potest. Plenius dico in repet. in glos. 1.

39 Hoc non petibile diuiditur: quia quoddam est, quo mediante nil petimus: aliud, quo mediante petimus. Primũ est, quia mea interest non habere domũ delectabilem, vel pulchram hospitam, omnibus propiciã, propter magnum numerum eam visitantium, & amicorum concursum. Id tamen interesse nõ peto, licet posset æstimari. gl. in l. 1. ff. de seruit. vrb. præd. Alia exẽpla, licet videre per tex. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil. vide alia in d. gl. 1.

40 Et istud aliquando est ex causa probabili, sed nõ honesta: vt in fure, à quo subtrahitur res furtiua: nam licet sua intersit, quia ad restitutionem tenetur: tamen non agit: quia causa est inhonesta, & iniusta: quia ex improbitate sua actionem consequi non debet. l. itaque. ff. de furt. l. eum qui. §. is autem. illo tit. limita, vt in repet.

41 Ex causa honesta, sed non probabili est, vt si emi librũ, antequã sit mihi traditus, fur eum accipit: licet mea intersit, & ex causa honesta: tamen furti non agam, quia causa non est probabilis, id est, à iure approbata: vt ante traditionẽ dominiũ habeam. l. traditionibus. C. de pact. gl. in l. manifestissimi. de furt. per d. l. eũ q. in prin.

42 Quo mediante petimus, est: vt si quis agat actione populari, quia sua interest: illud tamen non petit, sed eo mediãte ad pœnam, seu vindictam agit. gl. in rub. ff. de popul. act. per totũ. l. si verò. §. hæc autem. ff. de his qui deiece. Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. de iureiur. Idem si appello, quia mea interest: id tamen non peto: sed eo mediante sententiã rescindi, & malè iudicatum pronunciari. l. eos. C. de appel. l. in ratione, in 1. §. Imperator. ff. ad l. Falc. & istud est ex causa honesta, & probabili, vt si res mea sit à me furata, mea interest, & causa est tũ honesta, tũ probabilis. Ideo furti agã. l. 1. & l. si is cui. ff. de furt. cuius intellectum in repet. trado nouũ: vide ibi.

43 Item est interesse mœroris: quia nõ tradidisti fœnum tempore pręstituto, equi mei mortui sunt: magnũ habui mœrorem. Illud tamen non peto, sed quantum tunc valuit. Bald. in l. cùm venditorem. C. de actio. empt.

44 Pudoris interesse est, si rusticus, vel alius, vendiderit mihi vinum optimũ Montispessulani: vel perdices tradendas tempore conuiuij: & non tradidit: magno affectus sum pudore, cum parum valeat conuiuiũ sine bono vino: tamen non petam illum pudorem, sed quantum valuit vinum id temporis, videlicet conuiuij. doctor. in l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emptio.

45 Valoris est: vt si non tradas rem vẽditam, teneris ad id quod interest, id est, quantũ valet: & quandoq; in plus. l. 1. ff. de act. empt. Alia multa tetigi in repet. quæ hic non trãscribo: sed volens plenè hãc materiã attingere, perlegat eam, boníque cõsulat, ac Deum oret, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in secula. Amen.

FEVDO

*FEVDORVM DECLARATIO,*

# IN QVA MVLTAE PONVNTVR CORRECTIONES, QVAE CONTRARIA CONSVETVDINE INVALVERVNT, COMPILATA AC CONGESTA per clarissimum virum I. V. D. D. Petrum Rebuffum De Monte Pessulano.

*Adiecimus feudorum typum & seruitutum schematismum.*

Illustri viro, ac Iureconsulto præstantissimo, optimóque viro D. Nicolao Boerio Burdegallen. in senatu præsidi meritissimo, Petrus Rebuffus S. P. D.




*OGITANS ego, æquissime præses, quanta sit authoritatis tuæ amplitudo, quàm ingens & sonorum famæ tuæ nomen, quod olim Pythagoræ illi Samio, id hodie tibi contigisse video. Siquidem postquam seiunxit se ab humanis vir ille gratissimus, eius dicta, vt à vero minimè aliena, pro oraculo quodam Apollinis, apud eos qui illum quondam audiuerant, anxiè ac religiosè suspiciebantur, ita vt nihil esse verius illis putaretur. De te verò qualem vbique gentium induerint opinionem vtriusque iuris sacerdotes, satis ostendit ista (ad quam te non diuitiarum vis atque copia, non aulicum artificium, non palpans & blandula adulatio, sed tua eximia virtus & incredibilis in legibus interpretandis æquitas inuexit) senatoria dignitas. Certè quoties in Augusto illo Aquitaniæ senatu, immo in quolibet totius Galliæ iudiciali foro dubia incidunt aliqua & reciprocans quæstio, ad te, velut olim ad Oedipodem, vel tua opera concurritur, adeò, vt mirandum sit, in vno homine tantam iurisprudentia (vt interim varia quibus ornatus es scientiarum genera omittam) notionem existere. Itaque cùm non sim nescius, Pessulanenses pro communi vtilitate vigilias non spernere, vt licet videre de Azone, qui in tres nouissimos libros Iustiniani Codicis Commentaria, seu summam appositè in Montepessulano digessit. Item testatur & Ioannes Berberius, cuius extat opus illud lucubratissimum, cui Viatorio iuris nomen impositum est. Præterea Bertrandum de Monte Fauetino, qui so. diem functo, in eodem castro repetijt: & expost in Cardinalem ob eius præclaram scientiam creatus extitit. Quantum verò adiumenti, vt domestica etiam exempla adducam, attulerit nostri ordinis hominibus Iacobus ille Rebuffus, mihi patruus magnus, satis ostendunt præclararæ eius inuentiones, & scripturæ. Ego quoque horum exemplo accensus, hoc qualequale est transposui potius quàm compilaui: tibiq́, cui omnia debeo, dedicandum duxi, ex cuius fontibus potiorem præsentis munusculi partem hausisse (si nullo est veritas contaminanda mendacio) fatear est necesse. Illud ergo iocundo suscipies animo, vir humanissime, atque sub vmbra tui nominis à latrantium canum baubatibus proteges: quod si feceris, incredibiles, mihi crede, ad literarum laborem fortiter obeundum stimulos ciuibus tuis concitabis. Vale tui Rebuffi memor.*

## FEVDORVM TYPVS.

*Feudorum diuisio vigecuplex.*

- I. { *1 Ecclesiastiasticum quod* { *ab ecclesia datur. ab ecclesia suscipitur, datur, vel suscipitur à clerico non tanquã ab ecclesia.* ; *2 Seculare,*
- II. { *3 Regale.* ; *4 Non regale.*
- III. { *5 Nobile.* ; *6 Minus nobile.* ; *7 Aliqualiter nobile.* ; *8 Ignobile.*
- IIII. { *9 Paternum, seu antiquum.* ; *10 Nouum.*
- V. { *11 Paternum.* ; *12 Maternum.*
- VI. { *13 Masculinum.* ; *14 Fœmineum.*
- VII. { *15 Habens propriam naturam.* ; *16 Habens impropriam.*
- VIII. { *17 Reale.* ; *18 Personale.* ; *19 Personalissimum.*
- IX. { *20 Iurabile.* ; *21 Non iurabile.*
- X. { *22 Ligium.* ; *23 Non ligium.*
- XI. { *24 Annale.* ; *25 Perpetuum.*
- XII. { *26 Diuisibile.* ; *27 Indiuisibile.*
- XIII. { *28 Purum: siue simplex.* ; *29 Non rectum.*
- XIIII. { *30 Francum.* ; *31 Non Francum.*
- XV. { *32 Ad omnes hæredes transitorium.* ; *33 Non transitoriũ ad omnes hæredes.*
- XVI. { *34 Corporale.* ; *35 Incorporale.*
- XVII. { *36 De Camera.* ; *37 De Cauena.*
- XVIII. { *38 Guardiæ.* ; *39 Castaldiæ.* ; *40 Quod pro mercede datur.*
- XIX. { *41 In curte Domini.* ; *42 Extra curtem.*
- XX. { *43 Aduocatiæ.* ; *44 De tabula.*



# FEVDORVM DECLARATIO,

## IN QVA MVLTAE PONVNTVR CORRECTIONES, QVAE CONTRARIA CONSVETVDINE INVAluerunt, maximè in hoc Christianissimo Franciæ regno, compilata per spectabilem ac egregium virum D. Petrum Rebuffum, de Monte Pessulano, iuris vtriusque doctorem Parisiis regentem.



QVANQVAM multa in hac materia feudorum scripta reperiãtur hincinde dispersa, tamen quia variam tribus temporibus iura & consuetudines variantur, in c. 1. de consang. & affinit. ita quòd vix in ista materia potest certa dari doctrina vel regula in hoc regno: sed secundùm consuetudines locorum & ritus variatur vsus, vt asserit cõterraneus meus Ioan. Berbe. in viator. iuris, in rubr. de feud. in pen. quæst. ideò breui bonum ratus diuisiones colligere quasdam, & consuetudines contra consuetudines feudorum scriptas, nunc in viridi obseruantia in hoc regno existentes, iuxta l. Arriani. C. de hæretic. & cùm cõsuetudines feudorum fuerint vsu hominum introductæ, cõtrario vsu possunt tolli. §. ex non scripto. institut. de iure natura. & ibi Doctor. & Ioan. Fabri, in §. 1. in fi. institut. de his per quos agere possu. Bald. in l. 2. per illum text. ff. de vulgar. Dec. consil. 209. consultus. in col. 4. nu. 8. & consil. 390. quoniam ex facto. col. 6. versi. quinto. quia ius. num. 12. cap. vno. §. filij. in 1. si de feudo. conten. sit inter domin. & agnat. vassal. Et maximè dominatur in feudalibus consuetudo. cap. Obertus. de feud. cogni. glos. l. de quibus. ff. de legib. Guido Pap. singul. 590. Et etiam cum sint consuetudines locales, non habent nos in hoc adstringere regno, inquit Petr. Iacob. in sua practica, in rubr. de successio. feudo. & doctissimus ille dom. meus & conciuis do. Boer. in lib. consuetu. Bitur. in §. 2. de consuet. feud. & censual. quod est verum in casibus in quibus reperitur contraria consuetudo: aliàs seruabuntur consuetudines feudorũ tanquam ius scriptum, vt concludunt communiter doct. in præludiis feudor. & quia hæc materia est fructuosior & frequentior in Francia & aliis regnis quàm in Lombardia, quæ caret rege: ideò semper in passione & anxietate erit, secundùm Petr. de Ferra. in sua practi. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in princ. sed dicit verum de facto: sed de iure Christianissimus Rex noster Franciæ, est Rex & Dux illorum: sed væ illis, cùm eum non admittant, sed quotidie rebellent. Sunt etiam causæ feudorum graues, & magni ponderis, magnósque solent præstare prouentus, vt asserit modernorum facilè princeps. Ias. in procem. feudo. in princ. & est hodie practicabilis, ex cuius scientia oriuntur nummi, & transeunt in bursas aduocatorum feudistarum, secundùm dom. Ioan. Sanxon, in consuetudin. Turon. in titu. *comment hommage se doibt offrir à son seigneur.* in princip. éstque lucrosa materia, vt verbis vtar dom. Ia. Pyrrhi, in consuet. Aurelia. rubr. de feudo. c. 3. & quandoque vnus casus est sufficiens ad ditandum hominem, si in hac materia accidat per vitam. Vidẽdum est ergo quid sit feudum, vnde dicatur, quæ sit eius natura: & demum ad diuisiones, & typi declarationẽ veniemus. Primò quæro, quid sit feudum? Et respond. quòd est beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capiénsque retribuendo: in id quod facit, prona, & sponte sua parata. cap. vno. versic. beneficium. in quib. caus. feud. amit. & hanc definitionem posuerunt communiter summistæ. quam sequitur Socin. consil. 167. non inutilis. in princ. in 2. vol. & consil. 67. visa donatione, in 3. vol. aliam definitionem citat Ioan. Raynaud. in comprehen. feudal. in princ. videlicet, Feudum est beneuola & libera rei immobilis vel æquipollentis concessio cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta sub fidelitate & exhibitione seruitiorum honestorũ. & bene dicit, honestorum: quia si feudum concederetur ad seruitium inhonestum, non teneret feudi concessio. arg. text. in l. si remunerandi. §. rei turpis. l. & si mandauero. §. qui ædem. ff. manda. & instit. eod. §. illud. Panor. in ca. bonæ. in 2. nu. 14. de postulat. prælat. nam generaliter nouimus turpes stipulationes & concessiones nullius esse momenti. l. generaliter. ff. de verbor. obligatio. Petr. de bella Pertica, in suo tracta. de feud. in 1. quæst. Sequitur & Franc. Curt. in suo tract. de feud. in 1. parte, quæst. 6. vbi dicit septem esse requisita: quę latius extẽdit vir magni consilij, dom. Ioan. le Cirier, in tract. de iure primogenituræ. quæst. 4. lib. 2. in verb. possessio. col. 2. nec vassallus in factis turpibus tenetur domino obedire. arg. l. hæ demum. & l. eius. ff. de oper. liber. cap. domino Guerram. ibi, iustè, in princip. hîc finitur lex, &c. idẽ tenet Petr. de Ferra. in sua pract. in forma libelli, quo agitur ad reuoc. feud. in princ. ponẽs ibi aliam definitionem. & Barb. aliam in rub. de feud. col. 3. & Petr. de bella Pertica,

tica,in d.tracta.de feud.in princ. ponit tres. Sed Benedict.in repet.c.Raynutius.in verb. & vxorem.in 3.decisio.nume. 524. extra de testam. sequitur definitionem Ioan.Raynaud. licet Ioan. de Selua,in suo tracta.de beneficio, in 1. quæst. primæ partis alias definitiones ponat: tamen Ias.in præludiis feud. & nouissimè D. Barthol. de Chassa.in consuetud. Burgund.in rubr. *des fiedz*,sequuntur definitionem d.Rayn. & Ioan. Saxon vbi suprà in princ.dicit eam esse veram in genere, sed non in specie pro feudo nouo, vel antiquo. latè tradit in omni censura doctissimus vir D.Claud.Aquen.in specu.feud.rubri. de definitione & inuentione feudi.vbi sic definit:Feudum est concessio rei habilis pro fidelitate. Quia periculosa est omnis definitio.l.omnis definitio.ff.de reg.iur.ad alia transeo.Et hoc feudum vocatur beneficium,in §.beneficium.si de feud.defuncti conten.sit inter domi.& agna. vassalli c. vno. de feud. fœminæ, & de benefic. fratr.cum similib.sequitur Curt. in d.tracta. de feud. in 1. parte, q.11.Et sic infertur quòd archiepiscopi,episcopi, & alij prælati pro eorum beneficiis possunt nominari vassalli papæ: nam suos episcopatus à papa quasi in feudum habēt, & eidem iurant fidelitatem,in c.ego N.de iureiur. Aluar. in prælud.feud.in 19.diuisione. Hodie etiam iurant episcopi fidelitatem regi Franciæ, qui in prædictis episcopatibus & prælaturis ac dignitatibus electiuis habet nominationem in dicto regno:vt habetur in concordatis in rubr.de elect. & maximè si episcopatus sit in partibus limitrophis: vt dico in d.auth.habita, vel de regalib.in cap. generali.de elect. not.Ioā. Ferault.in tract.de iurib.Francor. regis,in 5.priuileg.& 10.vbi limitat ratione rerum temporalium & feudorum habere verum:secus in aliis. Item feudum potest gratia appellari:vt not.Bal. in prælud.& Curt.consil.49.nume.47. & 68.& hic contractus feudalis quo ad nomen erat incognitus ante lib. feud. sed per consuetudines fuit baptizatus, vt sentit Lucas de Penna, in l.1. col. 2. C. de petit.bono.sublat.lib.10. Angel.in consil.110.incip.sanctissima.in princ.Et Bened. in d.verb.& vxorem.vbi suprà. Claud. Aquen. in specu.feud.quęst.3.sed contrarium tenuit D. Vldaric.Zasius in sua solenni repet.l.2.in verb. curias.ff.de origi.iuris.Secundò quæritur,vnde dicatur feudum? Et respon.secundùm communem opinionem doctor.quòd à fide seu fidelitate.cap.vno.§.fina.per quos fiat inuestit.vel dicitur à fidei datione:quia non debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatem recusat facere. cap.1.infrà eod. Petr. de bella Pertica vbi suprà in 2.quæst.Hostien.in sua summa:rub.de feud. §.vnde dicatur.Bolog.in addit.ad Ioan.de Ana. in consil.7.incip.visis.Panorm.consil.82.quanquam in his.col.1.in 1.volum.Corne.consil.16. aperta fronte.col.1.vol.1.Claud.Aquen.in spec. feud.in 2.quæst.dom. meus conciuis, D. Boer. in consuetu.Bitur.in §.3.de consuet.feud. Ioan. de Terra rubea in tracta. contra rebelles regni, artic.2.tertij tracta. (& ista vocabula feudorum inculta satis,ac barbara, restaurauit linguæ Latinæ meritissimus D. Budæus in annotatio. in Pandect.in l.Herennius.ff.de euict. & sequutus est Ioan.Pyrrhus in consuet.Aurelian. rubr.de feud. §. 1. nec omisit admodum subtilis vir D. Vldaric. Zasius in repet.l. secundæ,in verb.curias. ff. de origi. iuris.) limita nisi feudum esset eo modo acquisitum, vt nulla fidelitas præstetur. vt ibi tenet Hostiens. nam ex pacto potest contractus immutare naturam.l.naturalis.§.penult.ff.de præscript.verb.l.contractus. ff.de reg. iur.sic & feudum.& licet in quolibet actu fides esse debeat,quando alienam fidem sequitur.l.1. ff. si certum petat.in feud. tamen per excellentiam debet fides consistere, cùm dominus suo vassallo quodammodo personam,honorem,& bona committat. cap.1. de noua forma fidelita. Bald.Aluar.& Ias.in prælud.feud.col.3.& ibi Io. Raynaud. in suo comprehen. 2. quæst. Decius consil.413.consuluit. in princ. ideò feudatarius à feudo dicitur, & vocatur fidelis & valuasor, quasi dignus stare ad valuas domini, & eas intrare, propter beneficium quod à domino accepit:vt tenet Aluar.in c.vno.§.1.quis dica.dux. D.Barthol.de Chassa.in consuetu.Burgund.in rubri. *des successions des bastardz*.§.5.nume.66. in consil. & quomodo sit præstanda fidelitas, ponit gloss.in d.c.1.in fi.per quos fiat inuesti. Petr. de bella Pertica vbi suprà.quæst.2.Spec.eo.titu. §.quoniam.versic.1.& versic.in plerisque.sequitur Curtius in d.suo tracta.feudo.quæst.7. primæ partis. & D.Boer.in consuet.Bitur.in d.§.3. vbi in ea præstanda ponit differētiam inter nobilem & ignobilem:quia ignobilis in fidelitate non admittitur ad osculum pacis à domino, sed nobilis sic,etiam si à rege inuestituram accipiat. Idem Ioan. Sanxon in consuet.Turon.in tit.*comment hommage se doit offrir*.in princ.& Bonus de Curtili, in tracta.nobilita. in 5. parte. in 47.nobilium priuilegio. Corset.in repetit. cap. grandi.in no.in verbo,fidelitatem. nume.68. & seq.de suppl.neglig.prælat.D.de Chassa.in cōsuet.Burgund.in rubr. *des fieds*.§.2.glos.*faire recognoissance*.& in magno consuet.rub. *du serment de fidelité*. Est etiam differentia inter clericos & laicos:quia laici tenent manus inter manus regis, quando iurant fidelitatem,vel inter manus cancellarij: episcopi verò iurant stola posita ad collum,& manibus ad pectus:vt tenet Ioan.Ferault,in tract.de iurib.Franc.regis,in 10.lilio.Et hæc fidelitas in 10.consistit quæ ponuntur in c. ego N.de iureiuran.c.1.de noua forma fideli. c. de forma.22.quæst.5.latè explicat Ioan. de Terra rubea, in suo tracta. contra rebelles regni, artic.3.tertij tracta.versic.pro declaratione.Notandum est tamen, quòd istud iuramentum fidelitatis est quadruplex.Primùm fit ratione feudi,de quo per totum librum feudorum.Secundùm præstatur ratione familiaritatis,seu officij: vt si aliquis sit magister hospitij,vel camerarius, aut aliud habeat officium:vigore officij tria iurare tenetur: primùm,quòd iuxta posse saluabit vitam,membrum, & rectum domini honorem: & eius mentem, id est, secretum non reuelabit. cap. vno. §.si verò domesticus. qualiter vassal.

iura.debeat fidelita.dom. Tertium iuramentum præstatur ratione habitationis.eò quòd Hispanus vel alius exterus habitat in Francia, tenetur Christianissimo Regi nostro Franciæ præstare fidelitatem, postquam Rex illum permittit in terra sua habitare.vt not. Lucas de Penna, in l. deuotum.col.1.C.de meta.lib.12. Alber.Brunus, in consil.35.in causa.col.1. & col.4. Et hæc fidelitas est hodie in vsu, vt dicit se practicasse Guido Papa, in suis decis.q.307.& forma iuramenti ponitur in magno consuet.lib.3.rubr. *du ferment des aulbins.* nam albini dicuntur quasi alibi quàm in regno nati: inde ius albinagij in Francia est illud ius, quod Rex habet ad omnia bona in dicto regno acquisita capiendum per dictum exterum. de quo glos.in verb. liberius.de collat.in pragmati.sanctio.vide gloss. in procem.in verbo, exterum.& Benedi. in d.verb. & vxorem.nume.M.42.& dom.Boer.in §.fina. de testamen.in consuet. Biturig. dom.Barthol. de Chassa.in d.consuet.in rubr. *des confiscations.* §.1. nume.37. Et non solùm exterus debet fidelitatem præstare, imò etiam quilibet subditus regni.cap.1.qualiter vassal. iura. debeat fidelita. & in extrauag. ad exprimendum. & reuerentiam.c.regum.in fi.23.quæst.quinta. & 1. Petr.2. cap.Regem honorificate.sequitur Ioan.de Terra rubea, in tract.contra rebelles Regum, artic.1. tertij tractat. & Ioan. Pyrrhus, in gloss.ad consuet. Aurelia.rub.de successio.cap.14. Quartum iuramentum est, quod tentẽur præstare illi qui tenent & possident prædia in territorio seu iurisdictione alicuius domini, & vocatur iuramẽtum fidelitatis, & assecurationis. cap.1. qualiter vassal.iura.deb.fidel.& ibi dicunt doct.quòd ad hoc iuramentum consuetudini standum esse. ita tenet Iacob.de sancto Georgio, in tracta. de feudis, in verb.qui quidem inuestitur. vbi latius ponit, vide. Et ista fidelitas quatuor personis est seruanda, videlicet Imperatori cœlesti, id est Deo, secundo Imperatori in suo imperio, & Regi Franciæ in hoc regno: tertiò domino seculari: quartò proximo suo. ita not. Petrus de Ferra.in sua practi. in forma libelli, quo agitur ad reuocat.feudi, in princ.Item alia est fidelitas, quæ debetur à coniuge. c. debitum. de bigam. alia quæ debetur à quolibet amico ad amicum. Ioan.de Terra rubea vbi suprà.artic.2.tertij tracta. Notandum est tamen, quòd hoc iuramentum fidelitatis nõ præstatur per procuratorem: casus singul. in c. vno. §.verum. de statu regul. lib. 6. secundùm Roman. singul.798.quia hoc iuramentum debet præstari per verbum, ego talis N.cap.1.de noua forma fidelita.& verbum, ego, importat industriam personæ. 22.quæst.5. c.de forma.& habetur Iob c.19. Quem visurus ego. sequitur Bald. in l.1.ff.de rerum diuisio. limita, nisi dominus consentiat. d.§.verum, quia tunc reuerentia quæ præsentialiter & personaliter debet exhiberi. l. si non sortem. §.libertus. ff.de condict.indeb.fiet per nuncium. Secundò limita, quando fidelitas esset præstãda per vniuersitatem, quia tunc per syndicum potest præstari, vt tenet Bald. & alij in l. 2. §. ex his. ff.de verb.obliga. Tertiò fallit in episcopis. §.episcopis.de statu regula.suprà allega.idem tenet Stephan. Maleretus, in tract. de electio.fol.48. vbi plenè. Quis possit infeudare, seu in feudum cõcedere? & dic quòd omnis qui non prohibetur iure. Petrus de bella Pertica, in d.tract.quæst.3. & Host. in summa de feud. §.quis possit. quod intellige si habeat liberam bonorum administrationem: vt not.in c.1.§.noui.per quos fiat inuestit.sequitur D.Ioan.Sanxon vbi suprà: ideò vassallus non potest in re feudali imponere cẽsum seu annuam præstationem vel aliam seruitutem sine domini consensu: alioquin Dominus feudum poterit reuocare, vassallo etiam contradicente. Ioan.Masuer.in pract.sua, rubri. de feud. versic. item vassallus in re feudali. Per quæ iura debeat terminari quæstio feudalis? Et respond.quòd si in inuestitura iuramentum est interpositum, debet decisionibus iuris canonici decidi, vt tenet Bald. in cap. imperialem. §.fina. col. 3. deprohi. feudi alien.per Feder. & hoc si ius ciuile & canonicum inuicem contradicant secundùm eum.& Alexan.consil.5.si veræ sunt. col.3.in 5.vol.arg.c.nouit.de iudic. Si iuramentum non erit interpositum, per iura ciuilia & consuetudines feudorum decidetur, secundùm Bald.in l.liberti.in vlt col. C.de oper.liber. & in consil.183.factum sic se habet.in 3.vol.& 188.factum tale.eo.lib. & refert Catellia Cotta, in secunda parte memoralium, in ver.feud.quæstio. & confert ad decisionem multarum quæstionum, secundùm Curt.in suo tracta. feudo. in 1. parte.q.vlti. Et quis sit iudex in feudis, ponunt docto.in cap.cæterùm.de iudic.Host.in summa huius tituli.§.apud quem. docto.in c.vno apud quem vel quos contra. feud. terminari debeat. Ioan.Raynaud.in comprehend.feuda.in §.præterea.si inter duos.num.5.& seq.& ibi alij.dom. Nicol.de Milis, in reper.in verb.feudum q.6. & ibi in addition. & Curt. vbi suprà, in 7. parte. Plenè Soci.in c.ex transmissa.de foro compet. Tertiò quæro, quæ sit natura feudi? Respond. quia dominus qui concedit, retinet sibi directum dominium, in cap.vno, de natura feud. & in cap.1.in fi.quibus modis feud.amittat. sequitur plenè Curtius in d.tracta.in 1.parte, quæst.6. colum.2.Secunda vtile dominium in vassallum transit: quia potest vindicare rem feudalem. §.1. de inuestitu.de re alien.facta.& sic est quasi dominus, aliàs non vindicaret.l.Quintus.§.argento.ff.de auro & argen.leg.Ias.not.in §. sed istæ. num 58.instit.de actio.glos.in cap.vno. in verb. de suis.per quos fiat inuestitu.idem tenet Ioan. Berberi in viato.iuris, in 10.quæst.huius tit. Bal. in Marga.in verbo, feudum.in 2.quæst. cap.1.§. præterea. & cap. Conrad. Et in quibus causis feud.amittat.Panorm.in cap.si diligenti. in tertio notab.de præscript.Petr.Iacob.in sua practi. in libello de rei vendicat.quæ competit ratione vtilis dominij in quinta positione.Felin.in cap. quæ in ecclesiarum.nume.69.de constitu.Dec. consi.193.& pro tenui.& 269.consultus ab illustri.nume.7.& 389.visa longa serie. col.3. nu.6. Curtius vbi suprà, col.3.1.partis. D.Io. Sanxon

vbi

vbi suprà. artic.1. Ioan. Pyrrhus in consuetud. Aurelia. c.1. de feudis. Quod intellige si fiat inuestitura realis, id est traditio. secus si verbalis, quæ aliàs vocatur abusiua, in cap.1. & ibi doct. quid sit inestitu. sequitur Guido Papa in decis. Delphin. q.304. & D.Io.Sanx. in d. consuetu. in rub. *de pied de fied.* artic.5. fol.71. & Alber. Brun. consil. 1. & 2. col.4. Tertiò, si vassallus seruitutem constitutam domino non exoluerit, cadit à feudo. cap.1. quibus modis feud. amittat. intellige tamen si fuerit requisitus: nam domino offerre se nõ tenetur, nisi illi magnum periculum videat imminere. §. & si vassallus. & §. licet. si de feudo defun. conten. inter domi. & agna. vassal. Petr. Iaco. in rub. quib. causis feud. amitta. col.2. vers. decimo, si non seruiat. & §. illud, de prohib. feudi alien. per Feder. Idẽ si vassallus inimicos domini recipiat, dando eis transitum per terras suas, quãdo poterat præsistere: & victualia: nam tunc feudo priuatur. gl. in c. de forma. in verbo, munitionibus. 22. q.5. sequitur Io. de Ana. consi. 7. visis & põderatis. col.3. & seq. Causas ob quas quis feudo priuatur, vide per Petr. de bel. Perti. in d. suo tract. de feu. q.9.22. tradit Io. Raynaud. in compreh. feud. in §. fin. c. imperialem, de prohib. feud. aliena. per Feder. Petr. de Ferra. in sua pract. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in verb. nec superstitionis. Iaco. de S. Georg. in suo tract. de feud. in verb. dictiq; vassalli. D. Boer. in §.15. de cõsuet. feud. & censua. in cõsuet. Bitur. & latè Curtius in 4. parte tract. de feud. vbi cumulat quadraginta causas priuationis feudi. Quintò, feudum sine domini voluntate alienari nõ potest, in c. imperialẽ. in prin. de prohib. feud. alie. per Feder. quia seruitia possent subtrahi, vt ibi dicitur. & in c. quæ in ecclesiarũ, de cõstit. imò si alienet, perdit illud, vt ibi. & no. Aret. cõs.14. incip. viso, &c. & plenissimè Alber. Brun. cons.111. incip. magnifice domine, &c. Intellige alienãtem priuari feudo, si dominus voluerit. aliàs secus. Alex. d. cons.173. viso themate. in 2. vol. Dec. consi.185. vlterius. in 2. dub. & 138. & diligẽter vide tex. bene facientem in l.1. §. sed & quoties. ibi, si velit alius fideicom. ff. ad Trebel. l. cogi. §. Metianus. illo tit. l.2. col.2. C. de iure emphyt. & ibi Ias. Sed puto in hac materia quatuor tẽpora considerãda, antiquius, antiquum, nouũ & nouissimũ. De iure antiquiori poterat mediam partẽ vassallus alienare. §. aut si liuellario. & seq. & §. fin. quib. mod. feud. amitta. & §.1. de alie. feud. iure antiq. nõ poterat alienare, nisi per viam libelli vsque ad medietatẽ, vt de alien. feu. in prin. sed de iure nouo est prohibitio alienationis indistinctè. vt in d. §.1. de prohib. feud. alie. per Fede. Iure tamẽ nouissimo siue cõsuetudinario hæ consuetudines feudorũ in regno Franciæ non sunt allegandæ, cùm contrarium obseruetur. Petr. Iacob. in sua pract. rub. de success. feu. col.27. vers. modo in summa. & sic vassalli licitè in hoc regno Franciæ alienant feuda consuetudine dictante & approbante, secũdùm eum in rubr. de condic. ex l. imperialem. §. callidis. col.2. & habetur in magno consuet. rubr. *des coustumes des fieds.* vers. de iure feud. Guido pap. in decis. Delphin. q.59. & q.290. & hæc consuetudo est hodie vniuersalis in regno: vt asserit d. meus & cõciuis D. Boer. in §.2. & §.23. de cõsuet. feud. & censual. & Benedict. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem. nu.163. de testam. D. Io. Sanxon, in consuet. Turo. tit. *commẽt hommage se doibt offrir à son seigneur.* in 36. conclus. & in tit. *de pied de fied.* artic.2. & quòd talis cõsuetudo valeat, tenet Bal. consil.185. lib.1. plenè, & consil. 318. quidam. lib.2. Dec. consi.269. cõsultus. nu.8. & consil.208. ad clariorem. nu.9. Et non solùm vassallus priuati potest feudũ alienare, sed etiam eccles. vassallus, dummodum eccles. non sentiat damnum ex illa alienatione, vel lucrum non amittat, puta laudimium, aut aliud cõmodum, secundùm Io. Fab. in §.1. instit. de rer. diuis. & in §.1. instit. de empt. D. Boer. in d. §.2. etiam domino inuito, vel ecclesia. Ioan. Raynaud. in comprehen. feud. in c. imperialem. §.1. num.27. Ioan. Berber. in viato. iuris, q.11. de feudis. vers. hodie tamen in ista, &c. Petr. Iacob. in sua pract. rubr. quib. mod. feud. amitt. imò tenet idem Pet. Iaco. in forma libelli pro re feudali. in 2. forma. col.2. fol.17. dominũ posse cogi, si requiratur ad consentiendũ dictæ alienationi, & sequitur D. Barthol. de Chassa. in consuet. Burgun. in rubri. *des fieds.* §.8. habebit tamen ius prælationis seu retẽtionis dominus. §. porrò. qualiter olim feud. poterat alien. l.3. C. de iure emphy. & ibi not. Petr. de bella Pertica, in suo tracta. de feud. q.8. sequitur D. Boer. in §.1. de consuet. retent. rerũ feud. in gl. ad consuet. Bitur. Ecclesia verò non habet retentionem secundùm eum: quod est bene notandũ, & sæpius fui interrogatus. Intellige tamẽ supradicta procedere quando ille in quẽ fit alienatio, vellet subire omne ius feudi, aliàs secus. Bart. in l. murileguli. C. de murileg. lib.11. Fel. in c. quę in ecclesiarum. de constit. item requiritur quòd ille in quẽ alienatur, sit eiusdẽ cõditionis sicut primus vassallus alienãs, qui si est nobilis, non potest alienare in plebeium. l. neutris. C. de commit. stipul. l.2. de fund. limitro. lib.11. §. similiter. de lege Corra. Io. Masuer. in rubr. de feud. vers. item dominus. maximè feudũ superius, videlicet feudũ comitatus secundũ Albert. Brun. consil.60. dilecte nepos. hodie de generali consuet. regni Franciæ alienantur feuda habẽti pecunias, siue sit nobilis, siue villanus: vt asserit D. meus in d. §.2. suprà allegato, & oculata fide videmus, ideo non est opus probatione. Quod est verum, si sit feudũ inferius, secus si superius, vt feudũ marchiæ, vel aliud simile: quia nõ posset in rusticũ sine domini superioris cõsensu alienari. Albert. cõsil.60. Sextò, debet vassallus intra annum petere inuestiturã à domino, nisi fuerit miles, quia habet & mensem, c. vno. quo tẽpore miles inuestitur. pete. debeat, & ibi Bal. & alij, & c. vno. quę fuit prima causa benefi. amit. & si intra illud tẽpus nõ petierit, feudum, perdit. c. imperialẽ. §. præterea. in 1. de prohib. feud. alien. per Feder. c. vno. in princ. de capi. Corrad. Calder. consi.6. & 7. de feud. Card. consi.128. Dec. cons. 341. in fi. incip. viso. Guido Pap. q.164. cum se. in suis decis. quem vide q.454. ponentem quatuor

requi

requisita ad hoc,vt possit agi ad cõmissum. Vide Alber.Brun.in cõsil.factis in materia feudali,cons.42.incip.cùm quęritur,&c.hodie est cõsuetudo generalis ferè in toto regno,per quam nullus vassallus ob inuestiturã non petitã feudo priuatur: sed potest dominus ad manũ suã ponere feudũ,& fructus leuare,& suos facere,quousq; vassallus præstiterit fidelitatẽ. Istius cõsuetudinis nõ fuit nescius D.Boer.in tit.de cõsuet. feud.§.6.& 15 quẽ sequitur D.Io.Sanxõ in cõsuet. Turo.in tit.*cõment hõmage se doibt offrir à son seigneur*.in prin.& artic.3.& D.de Chassa.in rub. *des fieds*.in princ. & gl.*dedans l'an*.nu.12.ante tamen quadraginta dies nõ poterit dominus leuare fructus,vel ante proclamata facta,secũdùm varias cõsuetudines.nã Pictauis requiritur proclama statuens tẽpus vassallis ad inuestiturã faciendam,ita vidi in consuet.Picta.rub. *de la distinction des iurisdictions*,arti.90.in aliis locis cõmuniter statuunur 40.dies,vel plus, vel minus, secundùm varias cõsuetudines,vt Io.Masuer.dicit esse in Aluernia,in rub.de feud.in vers.item dominus feudi,& Paris. vt cõtinetur in magno cõsuet.rub.*de saisine en fied*.vers.nota.fol.9.Bituris,in §.6.de cõsue.feud.Burgũ.in §.1.in gl.*dedãs l'an*.& ita fuit prolatũ arrestum Thol.vt in eius stilo patet in 4.parte,arresto 73.& idẽ Parisiis,vt cõtinetur in quæstio.per arresta,q.118. arresto 1. quod est notandũ.Inoleuit pręterea cõsuetudo in hoc regno,vt recognitiones fiãt tã in re feudali, quàm in re emphyteuticaria in decẽnium, quod dicũt de decẽnio in decennium,vt asserit cõterraneus meus Io.Berbe.in viato.iur.in d.tit. de feud.q.12.vers.& nota verbum,&c. Septimò, fœmina in feuda nõ succedit ex cõsuet.lib.feudorũ.c.vno.§.filia.de succes.feudi.c.vno. an mutus vel aliàs imperfectus.in fi.latè Rom.consi.1. & ibi assignat multas rationes, & Bal.in l.quoties. C.de suis & legiti.dicit esse rationẽ præcipuã,quia fœmina nõ ita bene potest defendere dominũ in bello,vel aliàs seruire sicut vir:ergo nec feudũ habebit,cũ detur ob seruitiũ. c.vno. quib.mod.feud.amit.hãc rationẽ citat Bened.in repe.c.Raynutius.in ver.duas habẽs.nu.4.& 15. de test.sequitur D.de Chass.in cõsuet.Burgun. in §.5.nu.27.& seq.Soci.cons.19.pro decisione. col.1.lib.1.& cons.257.visis inuestituræ.in 2.vol. Corn.cõs.16.aperta.in 1.vol.idem tenet Deci.in reg.fœminæ.in 39.speciali.ff.de reg.iur.Iac. de S. Georg.in tract.de feud.in ver.& fœminis.Curt. in d.tract.in 3.parte.q.1.Ang.de Claua.in sua sũma in ver.feudũ,in 1.nu.7.& Dec.cõs.32. & pro tenui.& 85.& diligẽter.& 139.& diligẽter.& 208. ad clariorẽ.& cõs.390.quoniã.Alber.Bru.cõs.4. refutationẽ.in fi.& 8.circa prin.col.3.& est cõsilium Iason.Hodie ex cõsuetudine generali huius regni sicut masculi succedũt,authore Petro Iac.in sua pract.de succes.feud.col.3.versi.in illis enim locis.& versic.seq. idem tenet Bernard.de Bustis,in suo Martiali,in 12.parte,sermone primo,in prin.magnus ille sciẽtiæ & cõsuetudinis thesaurus,D.Boer.in §.2.de cõsuet.feud. & §.7. sequitur D.Io. Sanxon,in cõsuet.Turon.in tit. *des successions des fieds*,art.14.& rub. *cõment hõmage*.arti.1.conclus.vlti.& in possessione feudi per iudices sunt manutenẽdæ,vt pulchrè scribit Albert.Brun.consi.1.& D.de Ripa in lib.1.respon. de legib.c.1.nu.70.& idem in collateralib. cẽset integer consuetudinarius, D. Boer.in d.§.6. & Benedictus vbi suprà,in versi.& vxorẽ.nu.563. & 656. quia in dicto regno feuda sunt redacta instar patrimoniorũ secundùm prędictos,& Io. Fabr.in auth.ingressi. C.de sacrosanctis eccles. Guido Papa,consil.18.super casu. & consil.214. circa materiã.Io.Raynaud.in 6.diuisio. in loco sæpe allegato. Io.Sanxon,in titu.*du pied du fied*. artic. 2. & 12. & Ioan. le Cirier,in tract. de iure primogenit.lib.2.q.4.in ver.possess.col.2. & suprà dixi, imò hodie contractus feudales sunt redacti instar omnium aliorũ cõtractuum,teste Ioan.Berber.in d.tit.de feud.3.q.imò etiam succedunt ex mulieribus descendentes. Guido Pa. decis.Delphin.Parlamen.q.59.& q.297.& Frãcisc. Mingon.in consuet. Andega.in 3.parte. licet in aliquibus partibus, vt vidi,non succedãt fœminæ extantibus masculis,sed quod suprà dixi est cõmunius,vide tamen vnũ casum in quo de consuetudine feudorum mulier succedit,per Roma.singu.177.& septem casus,vide per eum consi.367.circa prin.& octo per Iacob.in d.ver. & fœminis.& doctor.in d.§.filia.quinquaginta quæstiones in hac materia,vide per Bal.in l.1.ff. de rerum diuisio.& Curt.in 3.parte,q.1. Vltimò vassallus tenetur seruire quando est à domino requisitus,aliàs nõ, & ideo fiunt hodie proclamata siue *criees au ban*.& fundatur in c.vno.§.fi. an ille qui interfec.fratrẽ do.sui, feudum amittat:sequitur D.Io.Sanx.in cẽsuet. Turo.in rub. *comment hommage*.&c.arti.1.conclus.18.fol.63. Et quando fiunt ostẽsiones, quas vulgari sermone *monstres* appellamus,si vassalli & milites nõ recipiunt solutionem,quia recusant,non poterunt postea petere,secũdùm Bart.& patruũ meũ Rebuf.in l.fortissimi,per illũ tex.C.de eroga.mili. anno.arg.l.nulli.illo tit.citat D.Bartho.de Chassa.in consuet.Burgun.in §.4.in gl.*nouuelle cheualerie*.in nouis addit.ideo cõmuniter solutiones fiunt in ostẽsionibus pro trib.mensib.nisi fraudentur per thesaurarios,vt vidimus sępius fieri: quare multæ domus nobilium sunt ferè destructæ,& thesaurarij mali hodie ad furcas patẽt:ad quas ostẽsiones potest cõpellere suos milites & armigeros capitaneus,teste Luca de Pen.in l.fi. col.8.C.de re milit.lib.12.vide Ias.in l.Prætor.§. si aliquando.ff.de noui ope.nunc.Notandũ est tamẽ,quòd hodie vassalli nõ tenẽtur ad aliquid dandũ vel faciẽdũ domino suo, nisi ad expressa in sacramẽto fidelitatis,quę sunt septem,in c. de forma.22.q.5.c.ego N. de iureiur. c.vno. de forma fidelita. & pulchrè declarat Chassan. in §.4.in gl.1.rub.*des fieds*.& Petr.Iac.in sua pract. rub.de feud.success. col.9.vers. dico ergo quòd vassallus. Alia quæ sunt de natura feudi, ponit text. & ibi doct.in c.vno,de natura feud.& Siluester de Prierio,in sua summa, in verb. si feudum.in 1.q.& in hac materia vide 35.regulas per Ioan.Baptist.in repet.c.1.col.9.cum seq.de feud. cognitio. & ibi ponit casus in quibus feudum

ab emphy

ab emphyteusi differat & cócordet, vltra Iaſ.in l.1.C.de iure emphy.& 36.concluſiones citat D. Sanxon,vbi ſuprà,in rub.*commēt hommage*,artic. 1.vide Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo, & vxorem.in 4.deciſio.num.546.cum ſeq.de teſt. non omittas videre quæ cumulatè , licet quandoque remiſsiuè ponit Do.meus in glo.ad cóſuetud.Bitur.in rub.de conſuet.feud.& rub.ſeq. Nunc ſe offert vltimum,videlicet quotuplex ſit feudum,quod ſit tantùm duplex,ex dicto Philoſophi complectitur, dicentis, quòd quælibet diuiſio debet eſſe bimembris, vel ad bimẽbrem reducibilis,citat Petr.de Beſutio, & Iaſ.in repet. l.re coniuncti.ff.de legat.3. & Lancelot. Polit.in tracta.ſubſti.in princ.ideo Curtius hoc perpendens,in ſuo tracta.feudo.q.8.1.partis duplex dicit eſſe feudum , videlicet proprium & improprium. Sed vt iuuenes clarius intelligant, procedo per diuiſiones,inſequendo doctrinam iuriſconſul.in l.1.ff.de doli except.Bal.& aliorum: ideo prima diuiſio eſt, quia feudum quoddam eſt eccleſiaſticũ,aliud ſeculare.hanc diuiſionem ponit Raynaud.& Aluar.in proœ.feud.& Petr. Iac.in rub.de cauſis ex quib.domi.debet admittere proprietatem,in prima diuiſione.Petrus de Ferra. in ſua practi.in forma libelli, quo agitur ad feud.reuoc.in verb.ac nomine recti,&c.

1 Eccleſiaſticum eſt triplex, quod ab eccleſia datur , quod ab eccleſia ſuſcipitur: aliud quod datur vel ſuſcipitur à clerico non tanquam ab eccleſia,& de hoc loquitur tex.in c.vno.de clerico qui inueſtitu.accepit.§.fi.de capitu.Corrad. c.1.qui feudũ dare poſſunt.Berber.in 2.q.Aluar. in 5.diuiſio.& Iaſ.in 11.in prælud.feudo.

2 Seculare eſt , quod à ſeculari principe vel domino recipitur.§.marchio,qui feud.da. poſſ. vt ſi Chriſtianiſsi.Rex Frãcorum inueſtiat aliquẽ de marchia vel comitatu : & de hoc feudo maior pars libri feudorũ loquitur,& plus quàm de eccleſiaſtico,& hæc probãtur in prælud.feu. in vlt.diuiſio.per Bald. ſed quia nobiliora ſunt premittenda.§. fin. inſtit. de iure perſona. cap. ſedes.& ibi docto.de reſcrip.Dec.in c.auaritiæ. de præben.ideo præmiſi hanc diuiſionem,ſicut facit Obert.de Orto,c.vno.qui feud. dare poſſ. & quia eccleſiaſticum eſt nobilius.arg.c.ſolitæ. de maior.& obed.

3 Secunda diuiſio, quoddam eſt regale,aliud nõ.Regale eſt,quod à Rege vel Imperatore recognoſcitur immediate , vt eſt feudũ marchiæ, ducatus, comitatus,vel alterius dignitatis regalis,ideo vicecomes Turenæ,vel comes Fuxi poſſunt dicere habere ſe feudum regale.c.vno.quis dicatur dux,march.vel comes.Vel poteſt imperiale dici,vt not. Io.Berbe.in d.2.q.de feudis,& duob.cõcurrentib.vocatur regale:primò, quòd ſit dignitas,puta regnũ,marchia, comitatus vel ducatus : ſecũdò,quòd ab Imperatore vel Rege noſtro cõcedatur,vel alio nõ recognoſcẽte ſuperiorẽ,tenet Curt.in tract.de feud.in 1.parte,q. 8.col.2. Occaſione præmiſſorũ quæro de quæſtione , an Rex Franciæ poſsit alienare ea quæ ſunt regni,& Bal.in proœ.C.& in prima cõſtit. concludit quòd nõ,abdicando à ſe omnẽ iuriſdictionẽ,dignitatem,dominiũ,& nihil ſibi retinendo , quia eſſet principatũ ſeu regnũ deformare:quod nõ poteſt Rex facere:imò,ſi retineret ſibi directũ dominiũ,adhuc nõ valeret,ſi in regni detrimentũ,vel incõmodum tẽderet. arg. l.in ſumma.ff.de pecul.Corſe.in c.grãdi.de ſupplen.neglig.prælat.lib.6. Pan.in c.intellecto. de iureiur.& in c.abbate ſanè.de re iud.lib.6.Ioan. Sanx.in conſuetu.Turon.in rub.*de pied de fied.* artic.2.in rub.*des donaiſons entre gens nobles*.art.6. Do. Boer. in addit.ad Bened.Plumb.in l.inuitus.ff.de fideicom.liber.etiã cum iuramento,per tex.in d.c.intellecto. & ſucceſſor poſſet reuocare.Bart.in l.prohibere.§.plenè.ff.quod vi aut clã. Bald.in c.licet.col.7.de probat. Feli. in c.ad audientiam.col.2.de præſcript.Dec.in c.1.col.4.de probat. imò fortius Rex nõ poteſt inuitis ciuibus ſuis alienare vnam de ciuitatibus ſui regni. Hoſt.in c.dilecti filij.de maio.& obed.& ibi Innoc.& Feli.Oldra.cõſ.231.vt eius.Alex.in addit. ad Bart.in d.§.planè.Bald.in c.ſi quis miles.quo tempore miles inueſtit.pete.debeat. c.vno. §.in generali.ſi de feudo defunc.conten.ſit inter do. & agna.vaſſal.Io.de Plat.in l.fi. C.de loc.præd. ciuil.lib.11.Pan.conſ.3.col.18.in 2.vol. Guid.Pa. in deciſ.Delphina.q.239.Aufrer.in deciſ. capel. Tholoſ.q.485.Iaſ.in §.itẽ Seruiana.col.18.inſtit. de act.nu.105.l.ſi non ſortẽ.§.libertus.ff.de condi.indeb.l.debitorũ.C.de pact.& in proœ. feud. in 1.diuiſio.Barba.& Felin.in c.1.de proba. vide de Ripa in conſi.25.de reſcri.in lib.2.reſpõ,lib.1. de legib.conſi.1.num.52.Bal.conſi.323.quæritur. vol.1.Barth.de Chaſſa.in cõſuet.Burgun.in rub. *des fieds*.§.8.in verb.*en alienation*:in fi.Curtius in tract.feud.in 6.parte,q.2. Soci.conſ.40.in quæſtione.col.2.nu.7.in 3.vol.Io.Lupus in repet.c. per veſtras.fol.82.col.4.de don.inter virũ & vx. Gomeſ.in §.item Seruiana.nu.40.cum ſeq.vbi ſex modis limitat.inſtit. de act.& Spec.in prin. rub.8.fol.15. cum ſeq. & nouiſsimè cõterraneus meus,do.Iaco.Bonaud,in addit.ad Io.de Terra rubea tracta.1.artic.1.concluſ.13. Albert. Brunus conſ.12.in ſecũda ratione. & hoc maximè quãdo metu alienaret. nam quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non habeo. l.1. & per totum.ff. quod metus cauſa, & quando alienaret voluntariè,hoc non eſſet ſine peccato,vt tenet Lucas de Penna in l.1.C.de capitatione ciuium cenſi. eximen.lib.11.quod eſt notandum.

4 Nõ regale eſt,quòd ab inferioribus à principe,Imperatore, vel Rege recognoſcitur.vel à principe, ſed non conſiſtit in dignitatibus, ſed princeps de aliqua plebe inueſtit.c.vno.qui feudum dare poſſ.& rubr.quis dicatur dux,comes vel marchio:ſi verò aliquis inueſtiatur à domino de Claromonte , feudum dicetur non regale,ponit Bal.& alij in proœ. feudo.1. & ſequitur Iaſon in prima diuiſione.

5 Tertia diuiſio.Feudum quoddã eſt nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter nobile & ignobile. Nobile eſt quod poſſeſſorẽ nobilitat: vt quando à Rege Franciæ eſt conceſſum , vel Imperatore,vel Papa,vt ſi concederẽt ducatum, vel marchiã,ca.1.quis dicatur dux vel marchio.

Berbe.

Berbe.in 2.q.Bal.& Iaſ.in 10.diuiſ.& Alua.in 2. Bon.de Curti.in tract.nobilit.in 3.parte,col.34. nu.201.Alex.conſ.30.quoniam.col.pen,1.parte.
6 Minus nobile eſt, quãdo dux,marchio,vel comes alteri concedit in feudũ : & ille propriè dicitur valuaſor,ſiue vaſſallus,vt no.Io.And.in addi.ad Spec.in tit.de præſcr. & Bon.de Curti. tract.nobilita.in 3.parte,nu.201.& iſtud de conſuetudine libri feudorum non poterat alienari in non nobilem, ſed in regno Franciæ poteſt vendi, & in feudum dari:ſed nõ ſuper eo reditum accipere.D.Boer.in conſuet.Bituric.§.2.de conſuet.feud.& cenſua.& ſuprà latius dixi.
7 Aliqualiter nobile ſiue mediocriter,eſt quãdo habentes à duce,marchione,vel comite,aliis infeudant:& recipiẽtes vocãtur minores valuaſores.Alua.in 2.diuiſ.infrà, ibi cõmuniter doct.
8 Ignobile eſt quãdo à minoribus valuaſoribus cõceditur & minimis, c.vno.qui feud. dare poſſ.& ibi Bal.in §.marchio.dicit ruſticos poſſe in feudũ cõcedere,dummodo ſuarũ rerum adminiſtrationẽ habeãt.§.noui.per quos fiat inueſtitura,ſequitur Iacob.in ſuo tract.de feud.verſ. in feudum.in 8.diuiſio. Io.Raynaud.in 7.Petr. Iac.in rub.de cauſis in quib.dom.debet &c.in 5. diuiſ.Petrus de Ferra.in 8.diuiſio.vbi ſuprà.Iaſ. in 10. Curt.2.parte.q.4.ſecundæ partis.
9 Quarta diuiſio.Feudum aliud eſt paternũ, quoddam antiquũ,aliud nouum. Paternũ dicitur quod per patrem eſt acquiſitũ,vel ab aliquo aſcẽdente cõmunis agnationis vſq; ad quartũ gradum. text.in c.vno.de ſucceſsio. fra.& grad. ſucceſ.in feud.qui eſt melior de iure ſecundùm Alex.conſ.30.quoniã. in 1.vol.in hoc quòd declarat feudum paternũ quid ſit,vide text.in tit. de natu.ſucceſ.feu. & Alex. conſ.55. proſpectis. in 4.vol.& conſ.26.põderatis.in 5.vol.& Curt. conſi.49.nu.3.Petr.Iac.in ſua pract. de cauſis ex quib.domi.debet admitte.propriet.in 2.diuiſio. Aluar.in 6.Deci.conſil.208.ad clariorem. nu.5. Albert.Brunus conſil.72.tota virtus.col.1.Soci. conſi.67.viſis.col.5.in fi.& conſi.165. viſis inueſtituris.col.6.in 1.& 2.vol. & conſil.66.viſa donatione.in 3.vol.Bolog.conſil.1.Bald.conſi.337. in primis.in 1.vol.col.penult.& conſil.351. in literis.eod.vol.& conſil.ſeq.quomodo probetur, & quæ perſonę contineantur in hoc feudo,declarat Bal.in §.hoc quoque.de ſucceſ.feu. quod propriè continentur hæ perſonę ſupra patrem, videlicet auus,proauus,abauus, & atauus:& abinde ſuprà perdit nomen paterni,& antiquum appellatur, ex quo ſingulariter infert, quòd ſi cuidam concedatur feudum paternum, nõ extendetur vltra quartã generationem, & ſi cum myſterio ponũtur illa verba,in inueſtituris,cõcedimus in feudum paternum & antiquum,ſequitur Io. Raynaud.in comprehen.feuda. in 1. diuiſ.quod eſt perpetuò notandum ſecundùm eos.Hodie notarij ponunt omnia verba hæc, & multò plura,& ideo extenditur vſq; ad infinitũ, & etiam ratione conſuetudinis,de qua ſuprà.
10 Nouum verò eſt quando fuit de nouo acquiſitũ, & habet initiũ in perſona ipſius inueſtiti:nec prouenit à ſucceſsione progenitorũ.c. 1.quot teſtes ſunt neceſſa.ad proban.no.inueſti. Oldra.conſ.178.factum tale.Alber.in dictio. in verb.nouum. Iacob.de S.Georgio,in tracta. de feud.in verb.in feudum. in 6. diuiſione. Curt. conſil.50.in 3.dub.& conſil.ſeq.Ioan.Raynaud. in 1.diuiſ.Soci.conſil.252.viſis. in 2.vol. Decius conſil.53.placet mihi.& conſi.390.quoniam ex. nume.4.Albert.Brunus conſil.68. ſi inſiſtamus. tres effectus ponit Curtius in ſuo tracta. in prima parte,q.8.col.2.& ſeq.Iaſ.in l.2.col.fin. C.de iure emphyt.& iſtud regulariter non nobilitat, niſi vt ſuprà dictum eſt in præcedẽti diuiſione: quia nobilitas nõ naſcitur in ictu oculi,ſecũdũ Bal.in 10.diuiſ.infrà per tex.in l.ſtemmata.ff.de gradi.Petr.de Ferra.in ſua pract.in forma libel. quo agitur ad reuocationem feudi, in verſi. ac nomine,in 2.diuiſ.& in hoc non ſuccedũt aſcẽdentes,nec collaterales,de conſuet.feudo.c.1. de inueſtitu.noua.& c.vno.de ſucceſ.fra.ſed hodie contrarium obſeruatur in regno Frãciæ:vt no. Bened.vbi ſuprà,in verſic.& vxorem.nu.654.& D.de Chaſſ.in d.§.5.nu.7.& in rub.*des ſucceſſiõs.* in glo.*& les enfans.*§.6.& ſuprà latius extitit diſcuſſum,& ponit Alua.in 6.diuiſ.& Iaſ.in 3.Alber.in l.1.§.ſi quis ædificiũ.ff.de noui ope.nunc. Imol.in c.vlt.de feud.Oldr.conſ.178. factũ tale.
11 Quinta diuiſio. Feudum quoddam eſt paternum,aliud maternum,paternum in proxima cellula fuit declaratum.
12 Maternum eſt, quòd primo per fœminam eſt acquiſitum,c.vno.de feudo fœmi.& ſicut large omne feudũ quod fuit ex ſuperioribus agnationis cõmunis acquiſitum, paternũ dicitur:ita quod ex quacunq; fœmina ex ſuperioribus quę fuerit ex cõmuni cognatione, fuit acquiſitum, maternũ dicitur, vt habetur in tit.de feudo fœminæ,& Bal.in 5.diuiſ.Aluar.in 7.Natura feudi paterni eſt,vt tantùm deſcẽdentes maſculos reſpiciat.in §.profecto.infrà de lege Corr.natura feudi materni eſt, vt primò maſculos reſpiciat, ſecundò fœminas,d.titu.de feudo fœmi. & pulchrè not. Curt.in d.tracta.feudor.in 3.parte,q.1. in 2.limitatione.
13 Sexta diuiſio.Feudum quoddam eſt maſculinum;quoddam fœmininum.Maſculinum eſt, quod ad maſculos tranſit, & nõ ad fœminas. §. hoc autem.qui feudum dare poſſ.imò fœminæ non ſuccedunt etiã ſi de eis ſit facta mẽtio, niſi maſculis deficiẽtibus. §.quinetiam epiſcopum, vel abbatem. c.vno.de feudo fœmi. Iaſ.in verb. & fœminis.Petr.de Ferra.vbi ſuprà,in 3.diuiſio. niſi vt fuit dictum ſuprà in natura feudi,vide.
14 Fœmininũ ſeu fœmineũ dicitur, quod ad fœminas tranſit : ſicut ſuprà de materno diximus.c.1.queãdmodum feudũ ad filiũ pertineat. Iac.in tract.de feu.in verſi.in feudũ.in 5.diuiſ.licet Io.Raynau.duas diuiſiones miſceat.Itẽ ſi aliquis receperit feudũ pro ſe & hęredib.tã maſculis quàm fœminis:extantibus maſculis fœminæ excludentur,c.1.§.epiſcopũ,vel abbatem. Alex. conſ.9.in 5.vol.Alber.Brun.conſ.65. ſuper caſu. ſed hodie in regno tene quod ſuprà dixi in natura feudo.in ver.7.vide tamen D.Io Cirier,in d.tract.de iure primogenit.lib.1.q.19.

15 Septima

15 Septima diuisio. Feudum aliud habet propriam naturam,aliud impropriam. Habens propriam est feudum simplex,rectum, purum , liberum.nam natura feudi est quædam qualitas innata à principio generationis feudi siue tempore inuestituræ,ex qua virtus contractus perficitur,& semper videtur inesse,nisi per pactum improprietur,vt est tex.in rub.de feudo non haben.propriã naturam,& §.præterea.quid sit inuestitura,& suprà latè dictum est in tertia quęstione principali, sequitur Hostiẽ.in summa huius tit.de feu.§.qualiter feudũ.& Ias.in 4.diuisione,& ista inuestitura seu tenor eius semper debet attendi,c.1. in fin. de duob.fratri.& ibi Bal.c.accepimus.de priuileg.Io. de Ana.consi.7.visis &c.col.2.& consil.37.Barba. consi.17.pr.eclare.col.3.in primo vol.Deci.consil. 263.in contractu,in princ.& consi.309.quoniam. nu.3.& consil.395.in causa.nu.5.Roma. consil. 33. viso inuestituræ in fin.Albert. Brun.consil.8.col. 4.& consi.seq.& consi.39.col.2. & consil.41.col.2.

16 Non habens propriam naturam,vel habens impropriam, est feudum conditionatum : vt ad certum seruitium vel conditionem ex pacto concessum.§.fi. quid sit inuestitura , & de capita. qui curiam vendi.vt est feudum guardię & castaldię, & quod pro mercede datur,de feudo guardię,c.1. Item feudum cameræ vel cauenæ,cap.fin.de feu. cog.& infrà dicam.Io. Raynaud. in comprehenso.feuda.in quarta diuisio.Alua.in tertia. Iaco. in suo tractatu de feud.in verbo,in feudum,in quarta diuisione.Bal.in quarta, de Ferra. in 7. Et impropriè dicitur feudum,quando pactum apponitur contra alterum ex requisitis feudo:vt latè concludit Curtius in dicto suo tractatu feudo.in prima parte,q.6.cum seq.

17 Octaua diuisio sequitur.Quoddam feudum est reale, personale , personalissimum. Reale est quod ad hæredes transit tã ex parte dantis quàm accipientis,§.cum verò Corradus.qui feudũ dare possunt,c.vno,de duobus fratribus,quia vnusquisque in hoc sibi præsumitur voluisse prouidere,& hæredibus,l.si pactum.ff.de proba.d. c. 1. de duobus fratri.sequitur Alex.consil.204. consideratis, in secundo volu. illum text. dicens singularem. col.2.in princ.

18 Personale est quod ad vitam alicuius cõceditur , & non transit ad hæredes recipientis , sed bene dantis:vt feudum guardiæ & castaldiæ.c. 1. de feud.guar.Ias.declarat in 6.diuisio. vt quando feudum habitationis concederetur , quod morte finitur.Bal.in l.beneficium.col.1.de constit.princ.

19 Personalissimum est quod neque ex parte dantis,neque ex parte recipientis transit ad hęredes,c.1.quis dicatur dux.exemplũ ponunt doctores in soldata : vt si detur nobili in paupertatem redacto annua prouisio, tunc soldata vocatur:de qua in dicto tit.& ibi per Alua.& l.stipulatio ista. §.si quis ita.ff.de verb.obli.l.vt pomum. ff. de seruit.Bal.in 6.diuisione,& Alua.in decima , & non cẽsetur proprie feudum,vt tenet Io. Berber. in d. viator.rub.de feu.q.2.Ias.in præludiis,col. pen. & ab initio feudum erat personalissimum, quia ad nullum transmisibile,l.1.§.si impuberi.ff.de coll. bono.& militia vocabatur,l.omnimodo.§.imputari.C.de inoffic.testa.Hodie verò factum est feudum realissimum , & ad quemlibet successorem transitorium etiam particularem,ita quod potest donari , vendi & alio modõ alienari sicut bona patrimonialia:& hoc in isto regno , vt suprà latè dixi,& tenet Bened.in repet.c.Raynutius.in vers. & vxorem,in tertia decisio.num.525.& seq. & in quinta decisio.de testa.

20 Nona diuisio feudorum est:quia quoddam est iurabile,aliud non iurabile est pro quo domino fidelitas iuratur , vt fit regulariter pro omni feudo,vt in c.vno,de noua forma fidelita.& istud expresè ponit Pet.Iaco.in sua practica in 9.diuisio.Petr.de Ferr. vbi supra in 4.diuisio. Et si plures domini in locum succedant, vni iurandũ erit nomine omniũ dominorum.Petr.Iac. vbi suprà, & Guido papa consi.207.dominus, & Bald. sibi contrarius in c. imperialem.§. præterea ducatus. col.vlti.de prohibita feu.alien.per Frideric. dicẽs antiquiori præstandum esse iuramentũ.ar.l. procurator.C.de edẽ.Iac.plenè distinguit in d.tracta. de feu.in ver.qui quidem inuesti.præstiterũt.col. 7.Aret.in l.2.§.ex his,& ibi doct.ff.de verb.oblig. latè Ias.in l.de pupillo.§.si pluribus.ff.de no.oper. nuntia.& hæc est cõmunis & in practica sequenda secundum do.de Chassa.in consue.Burgund. in rub.*des fiedz*,§.7.in prin.in text. in §.omnes. si de feu.defuncti conten.sit inter do.& agna.vasal. do.Ioan.Sanxon,artic.8.in rubri.*des successions des fiedz*.Albert.Brunus consil.107.quatuor rationibus,vbi vide latius per do. Ioan. le Cirier in suo pulchro tractatu de iure primogenituręquæst.2. lib.2.in 96.prærogatiua.

21 Non iurabile est quando illo pacto conceditur,vt non iuretur fidelitas, in §. nulla. per quos fiat inuestit.cap.vno.in princ. de capitu. Corrad. quod est sing.secundum Rom.sing.266. sequitur Alua.in 11.diuisio.in præludiis feudorum.Notandum est tamen, quòd licet feudũ reperiatur sine iuramento,non tamen erit sine fidelitate , ita Io. Raynaud.in secũda diuisione feudo.Io.Berber.in secũda quæst.tit.de feu.& Ias.in proœ.feu.nu.122.

22 Decima diuisio,feudũ quoddam est ligium quoddam non ligium. Ligium est quando iuratur fidelitas contra omnem hominem mundi, nullo excepto,& istud non recipitur nisi à principe non recognoscente aliquem in superiorem: vt est imperator,& rex Francię,c. per venerabilem,qui filij sint legit.ideo dux Sabaudiæ potest dici homo ligius regis Franciæ, vicecomes Turenę,& alij magni feudatarij regni.Et dicitur homo ligius,quasi illi ligatus & subditus, & legalitatem predicto regi debens,glo.sing.in cle.pastoralis.& ibi Card.de re iudic.Spec.in tit.de feu. in §.quoniam.ver.primo.Io.Masuer.eod.tit.ver. fin. Ioan.Berbe.vbi suprà,q.2.Bal.cons.291.ad euidentiam.in 2.lib.Guid.papa cons.213.& in suis decisi. q.309.& idem tenet Alex.consi.30.quoniam.col. 2.in primo vol.& consi.2.in prin.in 5.vol.Pan. in c.ex diligenti.de simo.Ioan.de Ana.in cons.7.visis & ponderatis,col.3.d. de Chassa. in consuetu. Burgund.in eo.tit.§.3.in glo.& *homage*, & tria requiruntur posita per Curt. in suo tractatu. feud. in prima parte,q.8. col. 7. quatuor effectus ponit

Ias.in 7.diuisione feudo.sequitur D.Io.Sanxon in consue.Turonen.in rub. *comment homage* &c. ar. primo,in 23.conclu.Catellia.Cotta in 2.parte me moral.in ver.feudum.

23 Non ligium est, quando in iuramento fide litatis prior dominus excipitur: vt in tit.hic finitur lex,in fi.& §.fi.de prohibi.feud.aliena.per Fride.Ideo quando vasalli,do. de Turena iurant ei fidelitatem,debēt iurare aduersus omnem hominem excepto rege Franciæ, qui super omnes reges est,& tãquam quidam corporalis deus in suo regno:ita Bal.in d.§.fin.& in 7.diuisio.Petr.Iac.in nona.Bened.in repe.c.Raynutius. in ver. & vxorem.nu.230.de testa.quod notes.

24 Vndecima diuisio. Feudum aliud annale, aliud perpetuum. Annale est siue tẽporale, quod post annum statim auferri potest, vt est feudum guardiæ & castaldiæ,& quod pro mercede alicuius rei datur,c.1.de feud. guardiæ. iste tamen annus per pactum potest prolõgari, & tunc potentior est conuẽtionalis prouisio quàm legalis,qua cessante sibi locum vendicat legalis.l.quod si nolit.§.si quid ita.ff.de ædil. edict. Bald.in procemio feu.in 9.diuisio.plus dicens,posse pacisci vt nullo tẽpore possit auferri,sequitur Iac.de sancto Georgio in tracta.de feud.in versi.in feudũ in 9. diuisio.& Petr.Iaco.in quarta. Hostien.in summa de feud.§.qualiter feudum.ver.perpetuum feudum. Ioan.Berbe.in viato.iuris,in rub. de feu. in quęst. 2. Sed hodie hoc in regno sunt perpetua hæc officia,& quasi pro patrimonio habẽtur:vt not.Benedict.in ver.& vxorem,nu.564.cum seq. de test. & suprà latius dictum est,ideo vide si libet.

25 Perpetuum erat regulariter omne feudum eo modo datum.§.cum verò Corradus, qui feudum dare possunt,& ibi docto. & illud quod est simplex,est perpetuum,c.1. in fi. in quibus causis feudum amit.ita tenet Petrus de Ferra. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi,in ver. ac nomine recti.in 6.diuisio.

26 Duodecima diuisio feudorũ est:quia quoddam est diuisibile,aliud indiuisibile.Et quodlibet feudum regulariter est diuisibile quibusdam exceptis,videlicet regno,marchia,ducatu, & comitatu,ita attestatur Alua.in 9.diuisio. in proœ. per tex.in §.omnes.si de feudo defun. conten. sit inter do.& agna.vasal.cap.imperialem. §. præterea ducatus.de prohibita feud.alie. per Frider. Berb. vbi suprà in d.q.2.Iac.in ver. in feudum.in 11. diuisio.Bar.in l.inter tutores.ff.de admi.tuto.& l. & ideo.ff.de condi.fur.Bal.in l.1.de offi.consul. Pan. in cap.prudentium.in princ.col.3.de offic. deleg. & ibi hoc tenent alij post eum.Curtius in tracta. feudo.in quarta parte,q.30.Alber.Brunus Asten. in consil.60.incipien.& ista ideo diuidi non possunt : quia ab vno solo reguntur melius quàm à pluribus,arg.l.3.§.apparet.ff.de adminis.tuto.l.2. §.nouissimè.ff.de orig.iuris , c. gaudemus. de diuor.§.quia verò.94. dist. nam politia vnius optima est,paucorum etiam bona:sed plurimorũ est difficile,vt bona sit:cùm plures ad virtutes meritũ peruenire difficile sit.Aristote.in politi.& Lucas de Penna in l.viros col.2.C.de diuer.offi.lib. 12.& Philo.2.metaph.ait,nõ capit regnum duos: quia multitudo principum est onerosa : cum in apibus vnus sit princeps,c.in apibus.7.q.1. latè d. Iac.Bonaud.in addit.ad Ioan. de Terra rubea in tracta.contra rebelles regum.art.2. tracta. primi, & art.3.tracta.tertij,conclu.12.Fel.in c. quæ in ecclesiarum.col.antepe.de constit.& Ias.in 12. diuisio.Angel.consi.287.incip.pro clariori. Curt.cõs. 69.Panor.consi.82.in primo vol.Barba.consil.14. clementissimi.col.3.& cons.40.clementissimum. col.9.in 4.vol.Chassa.in vlt.parte.Catal.in 55.cõsidera.& Alber.Brunus tracta.de augmen. cõclu. 10.Hippol. sing.9. sequitur Ioan.le Cirier in suo tractatu,de iure primogenituræ,quæstio.7.primi lib.vbi pulcha verba ponit,vide do.Bartholo. de Chassa.in consuetud.Burgund.in rub.*des fiedz*.§. 6.Alex.consil.60.visis dubitationibus , in 3. volu. & consil.25.& sequen.incipien.attentis.in 5.volu. Petrus de Ferra.in 9.diuisio. & ideo in istis indiuisibilibus primogenitus succedit.cap.licet.& ibi docto.de voto.gloss.in cap.si hæredes. de testam. Albe.in procemio ff.§.discipuli. latè Deci. consil. 389.visa longa.nume.6. & aliis filiis debetur apanagium,id est,legitima,non per modum diuisionis,sed per modum prouisionis,secundum Io. & de Monteferrato,in tractat. de successione regũ. in primo dubio & secundo.& do.Steph.Buinardus in repe.l.quisquis.col.16.C.ad legem Iul.maiest.& d.Boer.in tracta.de custodia cla. porta. ciuit.fol.15.col.4.nec aliqua iniuria fit vltimo genitis,nec conqueri possunt,vt expresse dicit conterraneus meus.do.Io.de terra rubea in tracta.cõtra rebelles regum art.primo tract.primi. conclu. 21. & seq.immo hoc conuenit legi diuinæ secundũ cum in prima conclusione hoc latius deducentem:quem licet videre.Intellige tamen supra deducta,videlicet feudum non posse diuidi,esse verum quo ad dignitatẽ. secus quo ad administrationem:vt vnus frater regat vnam ciuitatẽ, alius aliam.Benedict.in repet.c.Raynutius. in versi. in codẽ testamento.in 1.nu.185.de testa. & etiã bona mobilia vel immobilia pertinentia ad dignitatẽ bene diuiduntur teste Alber.in dictio.in ver.feudum.ver.alia etiam pulchra.ibi, item quæro pulchrã.& in addi.ad Petr.Iac.in rub.de caus. ex qui. do.debet amitte.proprietat. in 6.diuisi. sed potest fieri cõcordia respectu exercitij,vt vnus vno anno regat,alter altero anno.arg.l.Lucio.& ibi Bar. ff.de aqua quoti.& æstiua.& pulchrè Pyrrhus in consuet.Aurelia.tit.de feu.c.1.& d.Vbal.Zasius in repet.l.2.in verbo,non perinde.ff.de orig.iuris.

27 Hodie ex cõsuetudine regni Francię omnia feuda possunt diuidi pręter regnum,vt attestatur Fabia.de Giochis in repet.auth.nouissima.col.fi. C.de inof.test.q.fi.Ioan.Raynau. in comprehẽsorio feuda.in præludiis.ad c.imperialem.in 5.diuisio.& do.Boer.in consue. Bitu.in §.2.de consuet. feu.& ibi in addit.& in §.2.de testa.& in tract. de custo.claui.fol.15. col. 4. sed consuetudo est in d. regno,quòd licet diuidatur feudũ,primogenitus inter nobiles habet præcipuum maneriũ(vt verbo doctorum vtar)siue habitationem cum galli vel caponis volatu. Istius cõsuetudinis meminit Benedict.vbi supra. Guido Papa in deci. Delfin. q.476.Ioan.Sanxon.in consue.Turonen. in rub.

*des suc*

*des successions des fiedz* art.14.& latè D.Ioan.le Citier in tractatu suo solenni de iure primogenituræ lib.2.q.4.vbi latè refert consuetudines.vide ibi & lib.1.q.11.conclu.2.& seq.& an consuetudo diuidendi feuda valeat,videatur tex.in d.§. præterea qui consuetudinem reprobat: ergo non videtur valere:sed contrarium credo. & ita tenet Oldra.consil.237.perlectis.in fin.penul.col.Bald.Aluar.& alij in dicto §.præterea. Cardi. & alij in c. licet.de voto.& non obstat ille §.reprobans consuetudinem:nam debet intelligi si non fuerit inducta & seruata sciente superiore : sed in hoc regno patiente superiore & sciente fuit inducta & seruata:ergo sequitur quòd valebit. hoc tenet Io. Andr.in addi.ad Spec. in tit. de feu. in ver. non omittam.& Albert.Brunus consi.66. ex themate quod &c.latè do.Io.le Cirier in suo tract. de iure primogenituræ.q.11.primi lib.in 3.conclu.& hæc consuetudo est in Italia,teste Alex.consi. 18.visis. in 2.vol.Dec.consi.389.Soci.consi.67.in 1.vol.& consil.165.visis.col.7.in 2.vol.Curt.consil. 67. sapienter.nu.31.& consi.69.domi.Ioan.

28 Decimatertia diuisio feudorum est : quia aliud est feudum purum siue simplex,aliud verò conditionatum seu non tectum. Purum siue rectum dicitur,quod non habet seruitia determinata.§.penult. quid sit inuestitura. sequitur Petrus Iac.in sua practica rub.de causis ex quibus domi. amittere proprieta.in 7.diuisione. Hosti. in summa huius tit.§.qualiter feudum distinguatur.aliis etiam modis dicitur rectum, vt habetur in tit. de consue.rect.feud.per docto. & Cur. in suo tract. feud.in prima parte.q.8.col.6.Imol.in c.fi.col.antepen.de feud.

29 Non rectum siue conditionatum est quando in concessione est certum seruitium determinatum,puta de associando vxorem domini, vel de filia maritanda, aut de seruiendo domino in mensa,vel aliud simile.§.fi.de capita.qui cur.vẽd. c.1.de not.feu.& ibi not. & hoc casu ad alia non assignata nec expressa seruitia non tenetur vasallus.l.1.§.fi.conueniat.ff.depoli.l.legem.C.de pact. Io.Raynau.vbi suprà in §.firmiter.col. 22. Iacob. vbi suprà in 2.diuisione. Rectum verò potest dici quando de domini volũtate & licentia adipiscitur possessionem pręsente curia vasallus : nam perinde est ac si inuestitura esset facta, & est hoc feudum transmissibile.c. vno. de consuetu. recti feu. secus si data esset licentia sine curia:nam tũc non rectum diceretur.c.1. quibus modis feudum constitui potest. vel dicitur rectum, id est, perpetuum.Aluarotus in 12.diuisione. Bal.& Ias.in 2.

30 Decimaquarta diuisio est:Feudorum aliud est francum, aliud non francum. Francum est quando vasallus à seruitiis est immunis,& nullũ seruitium debet. tamen non est francum à maleficiis consistentibus in tacendo fraudem, vt quia non denunciauit insidias domino quas contra eum scit parari, siue in faciendo:vt si committat feloniam contra dominum,priuatur feudo. cap. vno.quibus modis feudum amittatur.Fel.latè in c.cæterum.col.3.nu.6.de iudic.alioquin esset quędam donatio,& non in feudum concessio,vt declarat Imol.in c.ad nostram.col.pen.de rebus eccles.non alien.immo tale feudum contineret repugnãtiam,videlicet quòd sit feudum,& prorsus liberum ab omni fidelitate, quæ in iure non est admittenda.l.vbi.ff.de reg.iur.l.Titię.ff. de condi. & demon.c.solicitudinem.de appel. Aluar. in 2. diuisio.Bal.in 8.Alberi.in d.viato.in rub.de feu.in 2.q.Benedi.in repe.c.Raynutius in ver.& vxorẽ. nu.544.cũ seq.de testa.Fel.latè in c.quæ in ecclesiarum.nu.72.de consti.Dec.consi.193. & pro tenui.nu.4.Curt.in 1.parte in q.8.col.9.Alex.consi. 3.col.pen.in 1.vol.& tres effectus huius feudi licet videre per Ias.in 8.diuisione.& consi.57.in causa. col.3.vol.1.Et ideò si inuestitura hoc modo dicatur,Titius concessit tale castrum in feudum liberum & francum,hæc cõcessio importat feudum omni libertate liberum, exceptis duobus supra dictis, & etiam importat omni seruitio francum, vt not.Io.Andr.in addit.ad Spe.in tit.de pręscrip. & Iac.in d.suo tracta.de feu.in verbo, in feudum. in 8.diuisione.Bal.in l.si plures.C.de conditio.in ser.c.vno.de capita.qui curiam vendi. illa tamen concessio non importat quod faciat rem allodialem, quæ tunc dicitur quando à nemine tenetur nec recognoscitur nisi à solo Deo : & sic dicitur francum,quia sui iuris & nulli subiacens seruituti.& nullum onus potest imponi sine consensu possessoris.in c.1.de alod.& ibi doct. Guido papa sing.380.& Benedi.nu.293.cum seq.de testa.& in istis bonis allodialibus non habet rex vel alius dominus nisi protestationem, vt tenet Benedic. vbi suprà:& in hoc regno pauca sunt quę nõ sint feudalia,vel emphyteuticaria,secũdum eum. nu. 565.cum seq.vide Corne.consi.16.aperta.col.pen. in 1.vol. & an domini temporales habeãt de iure communi intentionem fundatam, quod non, excepto rege.do. Boer.in §.pen.de consuetu.feu. in lib.consuet.Bitur.& Io.Sanxon.rub.1.artic. 3.in consue.Turo.eos vide si libet.

31 Aliud est non francũ,& est quando in concessione dominus retinet aliquod seruitiũ,prout fit regulariter,vt habetur in lib.feu.& not. Andr. de Iser.in rub.in quibus caus.feu.amitt. & Bal. in 8.diuisio.Notandum est tamen.quòd res quo ad propositum,potest duobus modis frãca & libera vocari:primò quando à nemine tenetur, immò possidens habet & directum & vtile dominiũ,& dicitur allodium,& non loquimur hic:sed loquitur titulus de allodiis. Secundò dicitur franca:vt hic,quia ad aliud seruitium non expressum non tenetur vasallus:dabitur tamẽ laudimium domino directo pro inuestitura,vt tenet Io. Raynaud. in d.comprehenso.in c.imperialem.§.præterea.in 1.q.20.nu.16.suprà allega.& hoc quãdo alienatur, non verò quãdo renouatur instar emphyteusis.l. fi.C.de iure emphyt. & dominus habebit ius retentionis in feudo sicut in emphiteusi. Iacob. in tracta.de feu.in versi.qui quidem inuestiti.col.16. pro quo facit tex.in c.vno.in fi. ibi, aliquid propter feudum receperint.qui feu.dare poss.in c.1.§. Titius. si de feu. defuncti content. sit inter do.& agna. vasalli.doct. in c. ad nostram. de rebus eccles.non alienan.d.Boer.in §.6.de consuet.feu.satis lente pertransit contra morem suum.dom.de Chassa.in consuet.Burgũ.in rub.*des retraicts*.§.10.

glo.1.nu.7.in additio.nouis. Quare Galli vocentur Franci, an à Francione capitaneo, vel quia liberi, satis explicat Gaguinus in principio sui libri. & Benedictus in repet.c.Raynutius.in verf.si absque.in 2.nu. 39. & seq. de testa. & de Chassa, in consuetu.Burgun.in rub.*des mains mortes*. §. 5. in princ. vbi vide & per Paul. Aemilium in princ. sui libri & historiæ Gallorum.

32 Decimaquinta diuisio. Feudum quoddam ad hæredes omnes est transitorium, aliud non. Transitorium ad omnes hæredes est regulariter quodlibet feudum, nam æqualiter ad omnes descendentes transit.c.1.§.1.ibi quod hodie. qui feu. dare pos.& istud declarat Ias.in prælu. feud. col. fin.nu.128.

33 Aliud est non transitorium ad omnes, sed solum ad primogenitum, vt est regnũ hoc Franciæ, quod solum primogenito masculo defertur, & non aliis eo superstite: & idem in Anglia & Sicilia.tex.in c.licet.de voto.& ibi plenè doct.Bar. in l.1.col.16.ver.sed posset dubitari.C. de summa trini.Bal.in l.1.in prin.si de feu.controuers.fue.inter dom.& agn.vasalli.& l.cum antiquioribus.C. de iure delibe.& Petrus Iaco. in sua practi. in tit. de succes.regni Franciç.col.3.Ioan.de terra rubea in tracta.contra rebelles regum.& ibi do.Bonaudi.in tracta.1.conclus.8.artic.1.Iacob.in suo tracta. de feu.in versi.in feudum.in 12. diuisio. & Aluarot.in 10.& c.vno de successio.feu.Petr. de Ferra. vbi suprà in vlti.diuisio.do.Ioan. Sanxon in consue.Turonẽ.in rub.*des successions des fiefz*.ar.3.& si ad amussim velis videre de hac materia primogenituræ, vide in d.tract. de iure primogenituræ, per do.Ioan.le Cirier. Vel quoddam est familiare, aliud est hæreditarium, vt notat Bal. in l. cum virum.C.de fidei. Familiare est, quod pro se & familia recipitur & in restitutione fideicommissi nõ venit, nisi fideicommissarius sit de familia. l.quia poterat. ff. ad Trebel. Hæreditarium est, quod quis habet pro se, & pro hçredibus quibuscunque, & ad omnes hçredes extenditur, siue sint de familia, siue non. & Deci.consi.390. quoniam ex.num.5.& 395.in causa.secus si pro se & liberis. Andr. de Isern. in §. hoc quoque.de succes. feud. Alex.consil.19.super eo.in 5.vol.Dec.consi. 185.in causa.& Curt.in suo tract.de feu.in 1.parte.q.8.

34 Decimasexta diuisio feudorum est: nam aliud est corporale, aliud incorporale. Corporale est quod in immobilibus consistit, castro, manso, & similib.rebus tãgibilib.§. itẽ. & seq.& §. si quis de manso.si de inuestit.feu.contro. fue. & Petrus Iaco.in forma libelli pro re emphyteutica.in fin. Iaco.Alua.in prçlu.feu.in 22.diui.& in c.vno.col. 4.in quib.caus.feu.amit.Curt.in suo tract.feu. in 6.q.in quarto requisito: declarant doct.instit. de reb.corpo.

35 Incorporale est quod consistit in iuribus decimalibus, vel iurisdictionalibus, & similibus, vt feudũ guardiæ & castaldiç.c.vno.§.fi.de feu. cog. sequitur Siluester de Prierio in sua summa, in ver.feudum.in princ.in 2.q.Alua. in vlti. diui. in procemio feudorũ.Ias.in 14.diuisi.Ideo laici possidentes decimas (quas ante Concilium Lateranen.à papa causa defensionis Ecclesiæ habuerũt, iustè nunc eas detinent, vt vult Pan.in c.cum apostolica. de his quç fiunt à prçlato sine cõsen.capi. illas tamen non possent alteri laico in feudum dare, nisi loco religioso, vt not.doct.in c.prohibemus.de deci. sequitur Petrus de bella Pertica in 5.q.tract.de feu.& hoc cum consensu capituli secundũ eos.& Berber.in viato.iuris, in rub.de feu. q.4.& an sine consensu.ponit Ias. in c. 1. qui feu. dare pos.col.pen.& vlt.cano.Card.Andr. & Imo. in c.2. de feud. vbi plenè eos vide, si libet. & latè ponit do.Boer.in consue.Bituricen.§.11. de consue.prædio. cum consensu tamen episcopi poterit dari in feudum decima alteri laico consuetudine dictante, licet contraria opinio sit communior, vt attestatur Stephanus Maleret.in tract. de elect.fol.26.col.1.

36 Decimaseptima diuisio. Feudum quoddam est de camera, aliud de cauena.probatur hçc diuisio in c.vno.in fi.de feu. cogn. Feudũ de camera est: quando princeps cuidam nobili concedit decem recipienda de camera communi vbi thesaurus reponitur.hoc debet recipi singulis annis: & exẽplum ponit Aluar.in d.c.1.in ciuitate Paduæ, vbi est locus qui appellatur camera, ad quam est deputatus officialis, qui camerarius appellatur, cuius officium est colligere & distribuere omnes introitus ciuitatis.& de hoc videtur not.in §.prçcepta.in authen.de defens.ciui.col.3.& tali vasallo non debet fieri solutio de tali camera vel cauena, nisi ibi sit vnde solui possit: nam si euacuata sit sine domini culpa.debet vasallus expectare donec solui possit.Solui autem posse intelligitur deducto ære alieno: vt in tit.de notis feu.in princ.& Aluar.in d.§.fi.de feu.cogn.col.2.& istud transit ad hçredes.& est feudũ propriè.§.si verò vasallus. quid sit inuesti.declarat Ias.in prælu.feud.col.pe.

37 Feudum de cauena est quando princeps concedit vt decem sextaria frumenti vel vini ex cauena recipiantur: quæ dicitur locus in quo frumentũ, vinum, & huiusmodi introitus colliguntur, conseruantur & distribuuntur. declarat Aluaro.ponendo exemplum.in ecclesia suæ ciuitatis, in qua est locus qui vocatur Canipa, ad quam est officialis constitutus, qui habet colligere, conseruare & distribuere tales introitus.& ille feudatarius nomine regio colliget & recipiet quicquã in vino pro se, sicut in ciuitate Burdegalensi aduocatus regius & procurator. & vide Aluar. in procemio feud.in 17.diuis.& Bal.in c.vno.de notis feu.& c.vno.§.si verò vasallus.quid sit inuestitura.& Alua.vbi suprà.

38 Decimaoctaua diuisio feudorum est: nam quoddam dicitur feudum guardiæ, aliud castaldiæ, & aliud quod pro mercede datur. Feudum guardiæ est quod pro custodia datur, vt quando princeps deputat alicui castro guardiatorem, siue custodem: nam propter custodiã designatur tale feudum: vel guardia habet feudum annexum, vt declarant doct.c.vno.de feudo guardiæ.& potest poni exemplũ in capitaneo Aquarum mortuarum, cui custodia ciuitatis datur in feudũ, & vocatur capitaneus Aquarum mortuarũ, & habet magnã turrim, in summitate cuius singulis in noctibus ponit lumẽ, vt reducat nauigantes ad portum, vt

tũ,vt ſępius vidi,inſtar ciuitatis Ianuę,de qua me minit Io.de platea in l.pen.C.de naufrag.lib.11.& hoc feudum anno finito poteſt reuocari niſi ad certum tempus fuerit conſtitutum.c.vno.de feu do guardiæ. quia etiam officia olim non durabant niſi anno.l.præſidiis, cum ſimilib.ff.ſi cert. peta. & finito officio finitum erat feudum: quia ceſſante cauſa.&c.c.cum ceſſante.de appel.l.adigere.ff.de iure patro.l.quod dictum.de pact.& de iſto cuſtode ponit latè do. Boer.in ſuo eleganti tracta.de cuſtodia clauium porta.ciuita. per totum,maxime fol.6.vbi pulchrè. Sed hodie communiter feuda & officia ſunt in hoc regno perpetua, id eſt,ad vitã recipientiũ duratura,& hoc quando emanant à rege, vel ab his qui ſunt ex eius ſanguine, & hoc ex conſuetudine generali regni:vt ſæpius vidi obſeruari,& audiui,& ponit Benedic.in repet.c.Raynutius.in verbo,duas.nu. 44.cum ſeq.de teſta. ſecus ab aliis dominis:quia ad nutum durant dominorum. Notandum eſt tamen:quòd habens caſtri cuſtodiam,vel ciuitatis, ſi eam amiſerit, præſumitur culpa amiſiſſe. l. cum ita.§.ſpecies.ff.de lega.2.& glo.refert Barba. in additio.ad Bal.in ca.vno de feu.guardię.quod eſt menti tenendum contra cuſtodes fortalitiorum,qui in hoc regno cuſtodias caſtrorum relin quũt:vt nuper vidimus de ciuitate Rhodiorum, & aliis multis caſtris. & pro hoc poteſt allegari tex.in l.quicunque.C.de fundis limitrophis. lib. 11.vbi nullus priuatus poteſt cuſtodiam caſtri recipere in limitibus regni exiſtentis,niſi ex cõceſſione principis:& contra faciens capite plectitur: & hoc propter regni pericula dietim contingentia:nec aliquis in prædicto regno poteſt epiſcopatum obtinere ſine regis nominatione & conſenſu:& habetur in tit.de electione.in Concordatis in §.1.latè ponit Benedi.vbi ſuprà.nu.405.cum ſeq.de teſtam.& in ordinat. reg. in rub. *du droict de regale.*

39 Feudum caſtaldiæ eſt quod datur propter procurationem:nam caſtaldus dicitur is cui res domini gubernanda mandatur glo.in ca.vno,de feudo guardiæ.& in l.fin.C.quod cum eo.

40 Feudum quod datur pro mercede, dicitur illud quod eſt alicui conceſſum propter laborem,& pro mercede.Alua.ita tenet in d.ca. vno de feudo guardię.& ibi Barba.in additio.ad Bal. dicit quòd communiter datur pro mercede alicuius vilis officij. vt pro officio coqui. l. legatis ſeruis.§.ſi ex officio.ff.de lega. 3. & coquus principis dicitur habere dignitatem,ſecundum eum. nil allegat,ſed adduco tex.in l.nemo.ibi.nobis iubentibus, ſuſtinetur. C.de dignit. lib. 12. quem clamat ſing.Rom.ſing.805.dicẽs officium quantumcunque vile mandante principe effici nobile.ſequitur Fel.in c.fraternitatis.de hęreti.doct.in l.1.C.de manda.princi.Iaſ.in l.omnium.in 1. not. C.de teſta.idem dicit Areti.de ſecretariis principis,in §.fi.col.1. inſtit.de except. ſequitur Bonus de curtili in tracta.nobili.in 3.parte.nu.156.

41 Decimanona diuiſio feudorum eſt: Aliud eſt in curte domini,quoddam extra curtem.hæc diuiſio elicitur ex c.vno.de capita.qui curiã ẽvd. vbi tunc dicitur feudum in curte,quando dominus habet dominium poſſeſsionũ & feudorum totius villæ: ita quòd omnes ruſtici & coloni dictę villę recolligunt omnes fructus & redditus domini,& portant illos ad domũ dominicalẽ,id eſt,ipſius domini exiſtentem in dicta villa:& illa domus appellatur curia ſeu curtis domini: ideò ſi dominus conſideret in feudum vnum mãſum de dicta villa, vel vt vaſallus haberet annuatim certum reditum de dicta curte,& omnes alij fructus eſſent domini, tunc ille vaſallus dicitur in curte,& eſt feudum in curte. ponit idem Aluar. in prooemio feu.in 4.diuiſio.

42 Feudum extra curtem eſt,quãdo dominus non habet dominium totius villæ,ſed poſſeſsiones pro maiori parte ſunt ruſticorum, vel aliorum:& dominus modicum habet,puta duas vel tres poſſeſsiones:& non eſt neceſſe quòd teneat ibi domum dominicalem:nã ſi dictas poſſeſsiones infeudaret, diceretur habere vaſſallum extra curtem.c.vno.§.pe.& §.fi.quib.mo.feu.amit.

43 Vigeſima diuiſio feudorum eſt,quia feudũ aliud eſt aduocatiæ,aliud de tabula,ſeu quaternata.Feudum aduocatiæ appellatur,quando eſt aliquis aduocatus forte fiſci.& illi aduocatię eſt feudum annexum pro ſuis ſtipendiis exoluendis:& idem in iudicatura,vel procuratoria,notoria vel alio officio,cui feudum ſit annexum. probantur prædicta in c.vno.§. quicunque aduocatiam. de pace tenẽda,& eius viola.& idem puto in feudo ſcutiferorum,ſecundum Aluar.in prooemio feudorum.in 18.diuiſi. & in tit.de feudo guardiæ. & Iaſ.in col.pen.in prælud.feudo.

44 Feudũ de tabula ſeu quaternata,eſt quando ſpectat ad collationem regis vel domini: & illa ſunt ſcripta in quaternis cameræ,ſicut in camera computorũ Pariſiis.declarat Andr.de Iſer. in c.1.de controuerſ. inueſtitu.apud pares terminan.Alua.in 21.diuiſio.ſequitur Lucas de Penna in l.1.col.2.C.de vendit.rerum fiſca.lib.11.& l.quicunque.col.3.de omni agro deſer.lib.eo.& l.1.col. 8.de tempo.lucra. deſcript. lib. 10. videto ſi libet. Aliud eſt feudum emptitium,ſeu mercenarium, & id eſt quod pecunia acquiritur.l.Titius. ff. de obſequi.Curt.conſ.50.col.1.deciſ.Neap.282. orta. Aliud eſt feudum edictale, quod quis habet ſtatim quòd eſt hæres vaſſalli, cuius perſonam repræſentat, & onus homagij videtur ſubiiſſe. not. Spec.in tit.de feu.in §.quoniam.verſi.27. & hoc habet ex edicto prætoris mortui,vt ibi not.Aliud decretale,quaſi à domino decretum: nã mortuo vaſallo hæres ſiue filius tenetur à domino petere inueſtituram,& dominum agnoſcere,& iuramentum fidelitatis pręſtare:& idem dominus tenetur eundem recipere vaſallum: & recipiendo videtur ſibi decernere ius in feudo:ideo decretale feudum vocatur, vt declarat Iaſ. in præludiis feudo.in fi.& Do.Boër.in §.6.de conſuet.feudi.in conſue.Biturig. ſicut dicitur de bonorum poſſeſſione:nam quædam eſt edictalis,quædam decretalis, de qua vltima eſt text. in l.1.§.decretalis.ff. de ſucceſ.edict.de vtraque loquitur gloſſ.in l.3.§. à municipibus.ff.de bono.poſſeſ.docto.in l.fin.§. qui admit.declarat mirificè cõſocius ac conterraneus meus,domi. de Contadis in ſuo tracta. de

bono.posses.fol.7.& seq. vbi p otes videre. Aliud est feudum quod ipso iure admittitur, aliud per sententiam.ipso iure tunc admittitur,quando vasallus iure prohibente, sine domini permissione alienat : nam licet in alium transferre feudum non possit, tamen illud verè amittit. de consue. lib.feud.cap.1.de lege Corr.gloss.in cap.1.qui. mo. feud. amit.cap.imperialem.§.callidis.iuncta gloss. & §.sequen.de prohi.feu.alic.per Fride,& ibi latè Ioan.Raynau.& Petr.Iaco.in sua practica, in forma libelli pro re feud. in 2. rub.de feudo aperto, cap. vno. §. qui clericus. si de feudo defun. conten.sit inter domi.& agna.vasal.Barb.cons.11.illud adferam,col.8.in 2.vol.domi. Bart. de Chassa. in consuet.Burgund.in rub.*des fiefz*.§.8.glo.*commise n'a point de lieu*.& dominus Ioan.Sanxon in consuetud. Turonen.in rub.*comment hommage se doit offrir*.art.1.in prima cõclusione. & vndecim casus in quibus ipso iure perditur feudũ, ponit Franc. Curt.in suo tractatu feudal.in quarta parte. vers. restat &c.& quod remedium possit dominus intentare,ponit Ias.latè in l.vna.col.5.& seque. post alios.ff.de condict.ex lege. & in procemio feudo. hodie alienatur,nec perditur,vt suprà dixi in tertia quæst.vers.6. &c. Per sententiam feudum vasallus amittit,quando requiritur sententia priuatiua, & lex non priuat. c.1.de feu. sine culpa non amitten.§.1.quo tempore miles inuestitu.pet.debeat. & iuribus suprà adductis. In dubio tamen quando vasallus amittit feudum, debet intelligi per sententiam,non ipso iure.Petr.Iacob.in dicta sua practi in forma libelli de cõdictio.ex lege non scripta. col.1. & Curtius vbi supra. Quæro nunc finaliter quæ sit vtilitas quando ipso iure amittatur,& an sit maior quàm per sententiam?Et videtur quòd nulla:quia licet sit priuatio ipso iure,siue per sententiam , semper requiritur sententia, saltem declaratoria.cap.cùm secundum leges. & ibi doctores.de heret.lib.6.Fel.latè in cap.Rodulphus.de rescript. & in cap. cùm non ab homine. de iudic. Respond. tres esse vtilitates præcipuas quando ipso iure amittitur.Prima est,quia quando quis est ipso iure priuatus, tenetur ad restitutionem fructuum quos recepit à die quo fuit priuatus:licet ex post interuenerit sententia declaratoria.ita tenet glo.mirabilis & sing.in authen. de incestis nuptiis.in versi.imminere.col.2.secũdum Bal.in Marga.in versic.priuatio.& Angel. in tracta.in gloss.& eius bona.versi.quæro licet accusatio.& Iac.in tracta.sæpè allegato de feu.in verbo, dictique vasalli.col.15.probatur arg.l. cum qui. in princ.ff.de his quibus vt indign.tex.& ibi glos. in versic.prouentibus.in c.de multa.de præben.imò fructus recipiendo post priuationẽ,ipso iure quis committit furtum:& attestatur Bald. in §.iniuria. col.3.de pace tenen.& iura.firman.sequitur Ias.in l.2.col.5.nu.17.C.de iure emphy.plus dicẽs quòd si emphyteuta sit priuatus non soluendo canonem per trienniũ:si tamen perseuerauerit iñ possessione recipiendo fructus,ad restitutionem tenetur.allegat Angel.in §.si verò. in auth. de non alien.col.2.Secunda vtilitas est propter rei alienationem : quia ipso iure priuatus non alienat. l. Manichæos.C.de heretic.l.fi.ff.ad leg.Iuliam maiest.& ibi latius doct.Tertia est vtilitas & vltima nunc propter modum agendi : nam alio modo agitur post priuationem ipso iure ante sententiam declaratoriam , & alio quando quis debet priuari per sententiam , vt tenet Ioan. Raynaud. in suo feuda.comprehenso. in §. pœna, numero 14. de prohibita feud. alienand. per Frideric. declarant doctores in dicto cap. cùm secundum leges. Felin.in cap. Rodulphus.de rescript. & cap. cùm non ab homine.de iudic.& hoc facit contra beneficiatos hæreticos,siue Lutheranos,vel simoniacos.Alias vtilitates vide per Iac.de Bello visu, in sua practica,rub.de quæstio.fol. 82. nu. 111. vbi ponit quinque.& 56.tradit Andr.Tiraquel. in repet.l.si vnquam.in verbo reuertatur. C.de reuoc. donat. multasque alias feudorum diuisiones curiosus reperiet:quia tot sunt feuda,seu species feudorum, quot sunt qualitates personarum & modi dandi,vt not.Ioannes Berber.in d. viatorio iuris, rub. de feudis. His tamen intellectis, arbitror alias diuisiones feudorum rectè intelligi : in quibus omnibus submitto me correctioni charitatiuæ cuiuslibet melius sentientis,iuxta textum,in l. Claudius Felix.in fin.ff. qui pot.in pig. habean.

SERVIT

# SERVITVTVM SCHEMATISMVS.




Item seruitutum quædam
43 Continua.
44 Discontinua.

## QVANDOQVIDEM NON EST SIMPLEX SERVITVTIS VOCABVLVM, NEQVE *potest commodè in genere definiri: prius est vt in species suas diuidatur, quæ deinde suis finitionibus explicentur.*

1 Mnium igitur seruitutum summa diuisio est, quod quædam sunt personales, quædam reales, quædam verò mixtæ: quæ diuisio etsi videatur esse trimembris, re tamen ipsa est bimembris. Seruitutes enim omnes aut personales sunt, aut reales: nam quæ mixtæ sunt, sub simplicibus continentur: secundum ea quæ tradunt iuris interpretes in l.2.in princip.ff.de verb.oblig.

2 Sequens diuisio est, Seruitus personalis quędam ex iure diuino est, quædam ex iure gentium, quædam ex iure ciuili.

3 Seruitutem ex iure diuino eam voco, cuius cognitionem ex sacris literis habemus. Hanc seruitutem non puto indistinctè vocandam diuinam, quod quidam faciunt in descriptione huius typi: quis enim seruitutem peccati diuinam vocauerit? Et tamen huius seruitutis cognitionem ex iure diuino habemus: vt & peccati cognitionẽ ex lege diuina habemus: nemo tamen peccatum diuinum vocauerit. Hanc seruitutem diuido in honestam & turpem.

4 Honesta seruitus, est qua quis volens se totum Deo mãcipat, totum se illi deuouet, ac pręceptis illius sponte obsequitur. Ad hanc seruitutem inuitamur præcepto dominico, quo dictum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serui es. Deut.c.6. Porro seruitutis huius effectus est, vt per eam & filij Dei, & hæredes, ac proinde liberi efficiamur. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ioan.1. Iam cùm Apostolus dicat ibi libertatem esse, vbi spiritus Domini adsit, palam est eum verè liberum esse, qui Deo seruit: cùm idipsum nemo posit, nisi qui spiritu Dei agitur.

5 Turpis seruitus est, qua quis per peccatum in mancipatum diaboli venit, qui & ipse peccati author est, & mendacij pater. De hac seruitute mentio fit passim in sacris literis, tum in veteri, tum in nouo testamento. Iudic.c.2. Feceruntque filij Israel malum in conspectu domini, & seruierunt Baalim, & dimiserunt Dominum Deũ patrum suorum, & Matthæi 6. Non potestis Deo seruire & mammonæ: & Paulus auaritiam vocat idolorum seruitutem. Coloss.3. Ephe.5.cap.

6 Seruitus personalis ex iure gentium est quę à persona seruili personæ liberæ debetur, quod facilè colligere est ex definitione Iuriscon. Florentini quam habes in l.6.§.1. de statu homi. lib. 1. Digestor. Seruitus, inquit, est constitutio Iurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Porrò seruitus hæc ex bellis ortum habuit, quæ & ipsa iurisgentium sunt: per tex.in l.Ex hoc iure.ff.de iust.& iure.

7 Seruitus personalis ex iure ciuili tribus modis contingit. Primò cùm liber homo maior annis 20. passus est sese venundinari ad pretium participandum.§.serui autem. 2.de iur.perso. instit.lib.1. vbi Accursius diffuse tractat, quot sint necessaria in hac seruitute constituenda. Secundò, cùm quis libertus effectus, per ingratitudinẽ in seruitutem reuocatur. de quo est tex. in l. 2. 3. & 4.C.de lib.& eor. liber. in authen. vt liber. de cæter.&c.§.illud verò adiicimus.colla.6. consti. 6. Existimauit tamen Cornelius Tacitus, libr. histo.13. eos qui vindicta manumissi essent, non posse occasione ingratitudinis in seruitutem reuocari, in quo articulo vide Alciat. lib. Dispun. 3.cap.14. Tertiò cum quis seruus pœnę efficitur: quod accedit iis, qui vel in metallum damnãtur, vel bestiis subiiciuntur. §. pœnæ seruus. quibus modis ius patriæ potest.sol. instit. libr. 1. Hodiè tamen, inquit Accurs. in dicto §.pœnæ seruus. nemo bene natus efficitur pœnæ seruus: per tex. in auth. de nupt.§.quod autem. & §.si verò.col. 4.quod verum esse putat Ang. nisi fiat executio mortis, aut saltem præsens capitaliter condemnetur ab habente potestatem. Addunt quidam quartum modum, nempe ex mendicitate, per tex.in l.vnica.de mendican.valid.lib.11.C.

8 Seruitus realis, est ius quoddam prædio inhærens, quod dominantis vtilitatem auget, seruientis libertatem minuit: & hoc contingit cùm res mea rei tuæ, prædium meum prędio tuo seruit. Prædictam definitionem magno consensu approbant iuris interpretes in l. 1. ff. de seruitut. Hæc etiam prędialis seruitus dici potest, quòd sine prædiis constitui non soleat. l. 1. ff. commu. præd.tam vrban.quàm rust.§.ideo autem.de seruitu. instit.lib.2. Iam cùm prædiorum alia vrbana sint, alia rustica: quæ non loco sed materia distinguuntur.l. Vrbana prædia.ff.de verborum signific. Seruitutem Realem in Vrbanam, & Rusticam diuisimus.

9 Vrbana seruitus est, quæ vrbano prædio debetur.not.Azo in summa, tit.de serui.lib.3.C.nec inspicitur, an seruitus hæc à prædio vrbano an à rustico debeatur: sed duntaxat consideratur id prædium cui seruitus debetur. Cæpol.in tract.de serui.cap.11. Sunt autem vrbana prædia, ædificia omnia, quæ habitandi gratia parantur, siue in ciuitate, siue in agris.d.l.vrbana prædia.ff. de verb. signifi.§.prædiorum vrbanorum, de serui. Instit. lib.2. Huius seruitutis duæ sunt species, nam quędam est Affirmatiua, quædam Negatiua.

10 Affirmatiua seruitus est, quæ verbis affirmatiuis concipitur: huius plures sunt species, quas hic suo ordine describimus.

11 Stillicidium auertendi seruitus, est ius quo licet alicui stillicidium domus suæ in domum, aut aream vicini auertere. Stillicidium porrò vicini nemo cogitur suscipere, nisi seruitute constituta.

ſtituta:quod colligitur ex l.ſeruitutes.in §. ſi anteà.ibi, Stillicidium quoquo modo acquiſitum. ff.de ſeruit.vrb.præd. Zaſius in para.ſuis eod.tit.

12 Itineris ſeu aditus ſeruitus, eſt ius quo licet mihi ire in domum meam per prædium tuum: neque enim ſeruitus itineris tantummodo ruſtica eſt,ſed etiam vrbana, cum vrbano prædio debetur.argu.l.iter.ff.commu.præd.l.ſeruitutes.§.ſi domo.de ſeruit. vrba. prædio. Cùm tamen quis habet ius eundi in domum ſuam per vicini domum, interdiu duntaxat ea ſeruitute vti debet, non etiam noctu.d.l.iter.Zaſius in para.ſuis.titu. de ſerui.vrba.præd.idq; propter periculum quod vicino poſſet accidere, ſi domum ſuam cogeretur nocte apertam relinquere.

13 Oneris ferendi ſeruitus, eſt ius quo vicinus tenetur ſuſtinere onera domus meæ ſupra columnam ſuam, aut parietem ſuum.l.cum debere.ff.de ſeruit. vrban.præd. vide Zaſium in d.tit. de ſerui.vrba. præd.l.1. apud quem etiam videre potes,quid differat hæc ſeruitus à reliquis.

14 Tignum immittendi ſeruitus, eſt ius, quo vicino licet immittere trabes ſuas in parietem vicini.de hac ſeruitute fit mentio in l.1.ff.de ſeruit. vrban.præd. & in l.malum.§.1.ff. de verb.ſignifi. iam cum Tigni appellatio latè pateat.l.Tigni.ff. de verb.ſignific.hic duntaxat pro trabibus ſumitur:vide Zaſium in dict.tit.de ſer.vrba.præd.

15.&16. Proiiciēdi ſeu protegēdi ſeruitus (vna enim & eadem eſt, quãuis diuerſum Cæpola, ac reliqui eiuſdem farinæ interpretes ſenſerint) ius eſt, quo vicino licet ædes ſuas protuberandi ſiue porrigendi mœnianis, ſeu podiis penſilibus, aut tecta ſua protendendi in ſolum vicini:atque hęc eſt propria ſignificatio verborum proiiciendi,& protegendi à iuriſconſultis vſurpata. l.malum.§. 1.vbi Alciat.ff.de verb.ſign.l.1.§.1.ff. de impen. in reb.dot. fac. vide Budæum in annot.in l.ſi verò. ff.de his qui deiec. vel effud. Zaſium in d. tit. de ſeruitu.vrb.præd.

17 Seruitus proſpectus, eſt ius, quo vicinus vicino claritatem præſtare tenetur aperta feneſtra, vel foramine aliquo.Azo in ſumma.C.de ſeruit. vbi differentiam ponit inter ſeruitutem Luminum,& ſeruitutem Proſpectus:quem ſecutus eſt Cępol.in tract.ſeruitu.c.33.&34.

18 Luminum ſeruitus, eſt ius quo vicinus vicini lumina excipere cogitur.l.luminum. & ibi, pulchre per Bart.ff.de ſeruit.vrba.prædior.

19 Altius tollendi ius non eſſe ſeruitutem, ſed libertatem potius, putat Zaſius in dicto titul.de ſeruit.vrb.præd.poſt glo. in l.1.eod.tit. poteſt tamen nonnunquam accidere, vt altius tollendi neceſsitas incumbat vicino iure ſeruitutis:vt ſcilicet is teneatur altius ædes ſuas tollere,ne in domum meam proſpiciatur,cùm fortè domus mea ſubſidat ac depreſſa ſit,via autem prætereundi in altum exporrigatur, aut etiam ne vento expoſita ſit.argu.l.ſi arborem.§.interdum.ff.eo.tit.

20 Seruitus vrbana Negatiua eſt, quæ verbis negatiuis concipitur:cuiuſmodi eſt Seruitus

21 Altius non tollendi, per quam prohibetur vicinus domum ſuam inuito vicino altius tollere:de qua in l.1.ff.eod.titu.in l.Altius.C.de ſeruit. & aqua.glo.in l.loci corpus.§. pen.in verb.altius. ff. ſi ſer. vind. viridaria tamen habere ſupra eam altitudinem,is qui ſeruitutem debet, non prohibetur.l.ædificia.ff.de ſer.vrb.præd.

22 Ne luminibus officiatur ſeruitus, eſt ius, quo vicino non licet quicquam facere,per quod vicini lumina obſcuriora reddantur. l. inter ſeruitutes.ff.eod.

23 Ne proſpectui officiatur ſeruitus,eſt ius quo vicino non licet quicquam facere, quod vicino officiat ad gratiorem & liberum proſpectum. l. inter ſeruitutes.§.eod.

24 Stillicidium non auertendi ſeruitus, eſt ius,quo vicino non licet facere,quin ſtillicidium ſuum in prædium vicini defluat, quo is fortè opus habet ad ciſternã ſuam replendam. de hac eſt tex.in l.1.vbi Bart.ff.eod.

25 Ruſtica ſeruitus eſt,quæ prædio ruſtico debetur. Sunt autem Ruſtica prædia, quæ vel percipiendorum,vel colligendorum fructuum gratia fiunt.l.eo iure. §. ſtabula. ff. in quib. cauſis pignus,vel hypote. Ferrarius Montanus tit. de ſeruit.ruſtic.lib.3. Et hæc ſeruitus duplex eſt, nominata & innominata.

26 Nominata ſeruitus ideo dicitur, quod ſpeciale nomen à iure impoſitum habet, argumentum.l.iuriſgentium.§.1.ff.de pact.Sunt autem ſeruitutes nominatæ quatuor. Iter, Actus, Via, Aquæductus.

27 Iter,eſt ius eundi ambulandi hominis non etiam iumentum agendi,vel vehiculum.titul.de ſeruitut.ruſtic.prædior.inſtitut.lib.2.& cui eſt ius itineris,is & lectica portari,& equo vehi poteſt.l. qui ſella.de ſeruit.ruſtic.præd.

28 Actus, eſt ius eundi ambulandi hominis, agendi iumentum,vel vehiculum. d.tit.de ſeruitutibus ruſticorum præd.in inſtitut.lib.2.

29 Via,eſt ius eundi agendi,& ambulandi hominis.inſtitut. eo. ineſt autē huic ſeruituti quiddam amplius: nam qui ius viæ habet, & trabem aut tignum trahere, & rectam haſtam ferre poteſt: modò fructus non lædat.d.l.qui ſella.ſecundo reſponſo.ff.eod.tit.

30 Aquæductus eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum.inſtit.eo.tit.& in l.1.ff.eo. ius quod conſtitui poteſt tam in aqua inuenienda, quam in iam inuenta.l. Labeo. ff. eo. Vide quæ de hac ſeruitute ſcripſit elegāter Zaſius in para.ff.eo.tit.

31 Seruitus ruſtica innominata eſt ea, cui non eſt ſpeciale nomen iuris impoſitum, ſed ab ipſo actu denominatur: huius generis ſunt hæ quinque ſequentes.

32 Ius paſcendi,eſt ius pecoris paſcendi in fundo alieno prædij mei cauſſa: de hac ſeruitute eſt tex.in l.1.§.in prædiis.ff.de ſeruitutib. ruſtic. prædior.& in §. inter ruſtic.inſtitutio. eod. tit. atque hæc quidem ſeruitus meritò dicitur ruſtica, cum bona pars fructus prædij ruſtici in pecore conſiſtit. l. pecoris.ff. eodem. vide Zaſium in para. ff. eod.titul.

33 Ius pecoris appulſus, eſt ius quo licet mihi pecora agri mei ad fontem, vel riuum agere per prædium vicini. Azo in ſumma. C. de ſerui. de hac ſeruitute fit mentio in l.1.§. in prædiis. ff. de ſeruit.

ſeruit.ruſtic.præd.& in l.1.§.Trebatius.& §.ſeq.ff. de aqua quot.& æſtiua.

34 Aquæ hauſtus, eſt ius hauriendi aquam è fonte vel puteo vicini. Azo.in ſumm.C. de ſer. Hanc ſeruitutem qui habet, etiam iter habere intelligitur.l.3. §. qui habet.ff. eod. nec conſtitui poteſt aquæ hauſtus,niſi propter vtilitatem vicini fundi.l.ergo.ff.eod.

35 Ius calcis coquendæ,eſt ius quo licitum eſt vicino calcem coquere in fundo vicini pro vtilitate prædij ſui ruſtici. de hac eſt text. in l.1.§.in prædiis.& in l.ergo.ff.eod.

36 Ius Arenę fodiendę, eſt ius quo licet vicino arenam è fundo vicini effodere in prędij ſui ruſtici vtilitatem.de qua eſt text.in dict.l.1.§.in prędiis.ff.eod.

Adde etiam ius cretę fodiendæ, & lapidis eximendi, quę ſeruitutes eatenus conſtitui poſſunt, quatenus ad prædium opus ſit,cuius gratia conſtituuntur.d.l.ergo.in fi.& l.ſeq.ff.eod.

37 Supereſt videre de ſeruitutibus mixtis. Eſt autem Seruitus Mixta,quę à re perſonę debetur: cuiuſmodi ſunt vſusfructus, vſus, & habitatio: nam quæ à perſona rei debetur.de qua in l. Mæuia.ff.de manu.teſta.& in l.Titio centum. §.Titio ſecundo.ff. de condit.& demon. non propriè ſeruitus eſt, ſed onus quoddam liberæ perſonæ impoſitum.

38 Diuiditur autē ſeruitus mixta,in diuiduam.

39 Et indiuiduam:& has quidem ſpecies ideo ſeruituti mixtæ tribuimus, quòd ſola ſeruitus vſusfructus eſt diuidua.l.1.§.fin. vſusfructus.ff.ad leg. Falcid. reliquæ omnes indiuiduæ ſunt.l. ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig. differentię rationem reddit Bar.in d.l.ſtipulationes. nu.27.& 29.

40 Vſusfructus, eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia.l.1. ff. de vſufructu.& eſt duplex : formalis & cauſalis. Formalis eſt, qui à proprietate rei ſeparatur, & is propriè ſeruitus eſt, & per confeſſoriam actionem petitur. Cauſalis eſt, qui cum ſua cauſa, id eſt proprietate,coniunctus eſt:& is non eſt ſeruitus,cum res ſua nemini ſeruiat : nec per confeſſoriam petitur, ſed per negatoriam auertit. l. ſi cum teſtamento argentum.§.penult. & ibi gloſſ.ff.de exc. rei iud.glo.in l.omnium.ff.de vſufruct.In quibus autem rebus conſtituatur vſusfructus,& ad quid teneatur vſusfructuarius, vide Azo. in ſum. de vſufruct.Zaſium in para.ff.eod.tit.

41 Vſus eſt ius alienis rebus vtendi, ſalua rerum ſubſtantia, non etiam fruendi:hæc definitio colligitur ex l.2.ff.de vſu & hab.quam etiam po-nit glo.in l.1.eo. tit. vide Ferrarium Montanum, Inſtit.de vſu & habit.

42 Habitatio eſt ius alienas ædes inhabitandi ſalua ædium ſubſtantia : cui autem hoc ius conceſſum eſt,non ſolum habitare ei licet, ſed etiam alteri accommodare, aut etiam locare : vnde ab vſu ſimplici differt.l. cum antiquitas.C. de vſufr. vbi etiam glo.not.in quibus ab vſufructu differat habitatio.

43 Poſtrema diuiſio Seruitutum hæc eſt,quòd quædam ſunt continuę, quædam diſcontinuæ. Seruitus continua, eſt quæ cauſam continuam atque perpetuam habet, & abſque continua humana opera ſemper eſt in vſu ſiue actu, ſiue potentia,cuiuſmodi ſunt ſeruitutes aquæductus, altius non tollendi, vſusfructus,vſus iuriſdictio : in quarum nōnullis quamuis factum hominis ſemper interuenire ſit neceſſe, vt in vſufructu, vſu, & iuriſdictione tamen quia animo poſsidere ſolent,continuis adnumerantur:ita eleganter,vt cætera, Ferra.Monta.inſti. de ſerui poſt.Bar.in l.iuſto.§.non mutat.ff. de vſuca. huiuſmodi ſeruitutes præſcribuntur.10.an. inter prę̨ſentes, 20. inter abſentes, exemplo rerum immobilium. l.fi.in fi. C.de præſcript.longi temp.l.2.C.de ſerui. Quot autem ſint neceſſaria ad hoc vt prę̨ſcriptio in his locum habeat,vide apud Bartol.& Bald.in l.2.de ſeruit. Ferra. Montan. inſtit.de ſerui. Zaſium in para.ff.eod.tit.

44 Seruitus diſcontinua eſt, cuius vſus per ſolam operam humanam habetur. Vnde quia homo non aſsiduo, ſed ex intercapedine operatur, cauſam diſcontinuam, hoc eſt interpolatam obtinet : cuiuſmodi eſt iter, actus, aquæ hauſtus. l. ſeruitutes.4.ff. de ſeruit. Harum ſeruitutum nullo tempore, nec longiſsimo quidem prę̨ſcriptio procedit, vt quarum non eſt continua poſſeſſio.d.l.Seruitutes.4. ff.de ſeruit. Niſi ſi fortè quis huiuſmodi ſeruitute vſum ſe diceret tanto tempore, cuius initium memoriam hominum excederet.l.hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aq.quot.& æſti. Hoc autem tempus in obſcuro interpretamur centum an. quia his finis vitę longæui hominis eſt.l.an vſusfruct.in fi.ff.de vſufruct.

Atque hæc quidem ſatis abundéque ſufficiat ad ſeruitutum ſpecies deſcribendas, ſi tamen illud vnum admonuerimus,cum qui ſeruitutem adſerit,eam probare debere:cum res omnis libera præſumatur. l. altius. & ibi gloſſ. C. de ſeruit.

FINIS.

# ΠΡΟΝΟΜΙ'ΑΙ,

# SEV PRIVILEGIA VNIVERSITATVM, COLLEGIORVM, SCHOLASTICORVMQVE, ET BIBLIOPOLARVM, ATQVE OMNIVM, QVI istis ministrant, quæque studiosis omnibus necessaria ad scientiæ & virtutis perfectionem, cum elucidatione Authen. habita. C. ne filius pro patre. Authore Domino Petro Rebuffo Iurium Doctore.

*Quæ omnia ab eodem Authore reuisa & correcta fuerunt, & Arestis Curiarum supremarum decorata.*

## ILLVSTRISSIMO VIRO DOMINO IOANNI BERTRANDO PARISIEN. SENATVS PRAESIDI DIgnissimo, Petrus Rebuffus I. Doctor S.



VIT iamdudum hæc pręcipua apud Lacones consentiens obseruatio, excellentissime pręses, vt optimos pręclarissimósque viros, qui obuiam eundo periculis, rempubli. auxissent, ob egregia illorum facinora ciuibus & patrię exhibita, meriti gratiam redderent, in deorum sedes elatos affirmarent, receptósque consecrarent, ac illis diuinos honores, & humano fastigio ampliores decernerent, templa, flamines, puluinar, aras, ac immortalitatis cultus omnes exhiberent. Si autem Ethnici de republ. benemeritos tot honoribus pensabant: nunquid Christiani homines his tribuere quicquam, si ingrati notam effugere velint, debeant? tibi maximè, qui nedum rempub. Occitanam, sed & Gallicam multis nominibus & auxisti, & illustrasti: verùm vt rem ab ipso principio aggrediar, dicam qui fuerint summi tui in augescenda & exornanda nostra republ. labores, quanquam constanter & indefesse à primis annis pro ea excubueris, & ita dicam cum vt fortiorem & alacriorem semper ad eius res afferas animum, tum vt vel decantatissimi tui labores summam nobis semper pariant & referant incredibilem tui administrationem. Memini equidem, & me iuuat meminisse, cum iura tu adhuc iuuenis in tua dulcissima patria publicè profitebaris, ibi tam exactè ac Latinè interpretabaris, vt omnes ab ore tuo tanquam ab Appolline pendentes viderem, & à te suauius retineri, quàm ab Empedocle illo Atheniensi Philosopho furibundus quidam iuuenis, qui cum eius hospitem inuaderet, eo quòd patrem eius accusatione damnasset, ita dulciter canendi modum inflexisse dicitur, vt iuuenis iracundiam temperauerit: omittam quàm pertinaci animo perdius, & pernox musis sacra faciebas, vt non domus, non lectus ad quietem datus esset, non denique ipsa mensa vacua vnquam lectione erat, verumenimuero quę audiendo, & docendo didisceras, in forensi exercitio applicare deinde voluisti, mox tanta facundia aduocati officio ita perfunctus es, vt te summum, tam in vtriusque iuris cognitione, quàm in exercitatione quisque admiraretur, sed cum linguæ Occitanę patria hominem (Diogenis instar) quæreret, te nostrę patriæ decus negotiis gerendis syndicum designant, in quo munere obeundo ita bellissimè te habuisti, vt iura patriæ sartatecta, ac honorem sacrosanctum seruaueris, & non minus de republ. meritus es, quàm olim de imperio Camillus, & Agesilaus Spartanorum Rex, at cum Christianissimus princeps noster, te non solum postulationis munere pæcellentem, verùm etiam omnibus vndique eruditionis & virtutum numeris cumulatissimum perspexisset, senatoris magistratu in Parisiens. senatu inscium te, & nihil tale ambientem exornauit, demum cum in eo gerendo sapientiæ tuæ radios: ac omnigenæ virtutis ornamenta cerneret, te ad magnum suum asciuit concilium, quo in munere cum omnibus gratissima esset tuæ fidei integritas, gratiórque summa, quam maximę eruditioni adiunxeras modestia, interim fato quodam Tholosa præsidis officio destituitur, in cuius demortui locum tam senatus quàm patria flagrantissimè requirunt, quorum precibus princeps annuens præsidis ac Viceecancellarij seu sigilli custodis munere honestauit. enimuero non potuit idem rex tuam diu absentiam æquo animo tolerare, sed te ad intimum suum concilium euocauit, præsidisq; officio in hoc Parisien. senatu donauit, quibus muneribus ita prudenter & sanctè obitis ac gestis, ita nobilissimum & pientissimum illius principis inuictissimi animum demeruisti, vt apud eum plus valueris, indiésque valeas, quàm olim apud Alexandrum

Craterus

Craterus & Sephestion eius amicissimi, nempe omnibus ex æquo nulliúsque habito discrimine ius reddidisti, adeo vt prudentissimus Rex potentiorum causas fidei tuæ crediderit, quibus tractandis industriam non denegasti, vt olim Chilo Lacedæmonius vnus ex septem Græciç sapientibus, qui iam grandeuus se nullius facti sibi esse conscium, cuius pœniteret, dicebat vno excepto, quòd cum esset ascitus arbiter, vt inter duos amicos finiret controuersiam, nec quicquam vellet aduersus leges facere, persuasit alteri amico, vt ad alios deferret arbitrium, hoc facto & legem seruauit, & amicum. Sed hic scrupulus nonnihil senis animum mouebat, quòd perfectç virtutis fuisset, nullo metu à regula legum deflectere, nec illius amicitiam magnifacere, qui ob sententiam secundum leges non secundum ipsum datam delineret amicus esse, tu & nobilium & amicorum retinuisti amicitias, & oblatas huiuscemodi lites non dubitasti (quæ summa tua est gloria) definire, quamobrem bonus nedum à senatu, vt olim Cornelius Nasica, verùm à principe, & cæteris omnibus, & prudentissimus, ac doctissimus iudicatus extitisti: humanitatem, qua semper insignitus inter cęteros fuisti, missam facio, atque tot extra regnum legationes, quas licet difficiles, non sine ingenti laude obiisti. literis etiam, ac literarum professoribus adeo faues, & patrocinaris, vt eos hasta & clypeo, illorumque libertatem protegas, tuearis, magnóque cum splendore exornes. Quæ omnia cum in te vno præclarè ita se habeant, scholasticorum priuilegia, nedum ab antecessoribus nostris congesta, tibi in omni studiorum genere florentissimo dicare constitui, vt ea veluti antiqua diligenter obseruanda procures, nouorumque instaurator fac (quæso) habearis, quod si præstiteris, studiosos omneis ad literarum studia allicies, tuique nominis honestam significationem in secula nunquam peritura relinques. Vale, tuique Rebuffi memor esto.

ORNA

# ORNATISSIMO VIRO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI PETRO REBVFFO, FRANCISCVS A MONTE FALCONIO Monspessulanus S. P. D.



*IBRVM tuum, vir doctißime, quo scholasticorum priuilegia, ex veteribus scriptorum monumentis collecta, complecteris, iterum atque iterum legimus. Quem quidem cùm longo tempore à te expectassemus, in eóque magnam tui concitasses expectationem: nostræ non solum existimationi satisfecit libelli elegantia atque vtilitas, sed etiam vicit opinionem nostram, quæ me ita excitat atque adeò rapit, vt cupiam quamcelerrimè te viuum ea gloria perfrui, quam prouehendis scholasticorum studijs, maximam comparasti. Cum autem dupliciter docti viri cumulari laudibus soleant, idq; tum docendo, tum verò libris in lucem emißis posteritati consulendo assequantur: alterum, tu iam à multis annis præstitisti, in altero verò ita fœliciter versaris, vt scriptis tuis immortalibus illud perficias, ne tui nominis memoriam posterorum vlla deleat obliuio. Nam quoad longißimè possum primam illam tuæ adolescentiæ gloriam recordari, & iuuenilis tuæ indolis ornamenta memoria complecti: maxima me tenet admiratio, cum video tantam accessionem factam tuæ gloriæ (cui nihil addi posse videbatur) vt cum antea omnes tui ordinis homines longo post te interuallo reliqueris, nunc demum non solum alios, sed etiam teipsum superasse videaris. Quid enim aut maiorem dignitatem adferre, aut honorificentius tibi posset accidere, quàm Biturigibus cum collega Alciato legum nostrarum ornamento docere, vbi cum omnes te summo studio prosequebantur, tum verò ipse Alciatus tantum tibi tribuebat, quantum est viro doctißimo, atque prudentißimo tribuendum. Et cum virtutis ferè semper soleat esse comes inuidia, tua tamen virtus, ac prudentia, quæ coram omnibus maxima elucet, ita perstrinxit oculos omnium, vt non solum assequi tuam gloriam non confidant, sed ne adumbrare quidem se posse in animum inducant suum. Maximos illos tuarum laudum cumulos, quos Cadurci es assecutus, sciens omitto: vbi te scholastici in demortui legum professoris locum voluerunt sufficere, eámque tibi pecuniam remiserunt, quam pro doctoris laurea seuerißimè ab alijs solent exigere. Pictonum autem & Aureliorum animi in te admodum propensi testimonia quid attinet dicere? quos cum maxime excitaret tui nominis celebritas, & iurisprudentiæ opinio, à te magnis precibus contenderunt, vt per te liceret aliquam tuæ eruditionis speciem cernere, & quoniam illam cogitatione totam complecti non poterant, eum in quo tanta virtus apparebat ornare, atque pro virili excolere decreuerunt. Atque, vt paucis rem totam complectar, vir ornatißime, hoc ego omni asseueratione confirmare non dubito, nullam esse, neque in Italia, neque in Gallia, celebrem legum Academiam, in qua non virtutis tuæ vestigia impresseris, eámque tui nominis nunquam intermoritura gloria aut ornaris, aut saltem conatus fueris omni opera prouehere. Huc acceßit singularis quædam qua omnes humanißimè excipis humanitas, summúsque amor, atque eximius, quo quidem ita scholasticos prosequeris, vt non solum docendo: sed etiam libris in lucem emißis illorum studijs volueris consulere. Commentarijs enim quos de conuentis Regis & Pontificis scripsisti nuperrime, quid potest esse elegantius, quibus cum te iuris Pontificij nodos, arduásque quæstiones explicantem video? idque tam docte, vt & regi & pontifici à consilijs fuisse videaris: facere non possum, quin Monspessulano nostro summa cum lætitia gratuler, qui tantum decus, legúmque tantam lucem produxerit, quæ non solum patriæ, sed etiam vniuersæ Galliæ magno sit ornamento, atque præsidio. Quod vel certißimè ex illo perspici potest, quod in his res vtilißimas in lucem emittis, sine quibus totus ordo sacerdotiorũ esset confusus, atque permixtus, eáque de re capitale esset inter homines dißidium, quam Deus Paracleti spiritus iudicio esse voluit constitutam. Tuæ autem repetitiones in leges innumeras, eásque*

*librariorum iniuria deprauatas quàm elegantes ſint, quámque ex intimis legum penetralibus repetita, neque tu, vt dicam poſtulas, neque etiam res ipſa deſiderat, quippe quæ per ſe, nullóque laudante ſatis commendentur doctorum hominum ordini. Quæ quidem cum magna ſint atque talia, vt omnem laudem videantur ſuperare: hoc tamen ego auſim affirmare nullam in his eſſe laudem maiorem ea, quam non ita pridem es aſſecutus, cum ſcholaſticorum Priuilegia collegiſti, quo nomine magnam (mihi crede) cum ſcholaſticis iniiſti gratiam. Tanta enim in his eſt elegantia, tantúmque tui ingenij acumen hîc apparet, legúmque peritia, vt vetuſtiſsima quæq; antiquorum monumenta, non ſolum legiſſe, ſed etiam ad vnguem perdidiciſſe, videaris. Cum enim paulò altius tui inſtituti initium repetis, σωφόισque à Græcis habitos honores commemoras: oratoribus autem, & Iuriſperitis à noſtris ſua honorum inſignia conceſſa, ídque tum Græcorum, Latinorúmque legibus, tum verò regum Gallorum Ducum Imperatorum edictis confirmas non poſſum non iſtam tuam reconditam eruditionem admirari, qui ex ſtercoribus (ex inſulſis ſcilicet legum commentarijs) aurum multis laboribus collegeris. Quod ſi magnus ille Alexander hoc nomine fœlicem eſſe putauit Achillem, quòd Homerum virtutis ſuæ præconem habuerit: nónne etiam ſtudioſorum Reſpub. meritò magnas tibi aget gratias, quod Scholaſticorum priuilegia mandas literis, vt iuuenes rerum imperitos ad capeſſenda literarum ſtudia prouoces. Itaque cum omnes literarum ſtudioſi, tanti beneficij memoriam retinebunt perpetuò, tum verò Monſpeſſulani ciues, quorum Academiam tantopere illuſtras, vt illorum priuilegia veluti ἀρχέτυπα, tibi conſtitueris: quaſi illa inter omnium ſcholarum priuata iura principes partes obtineant. Et quia iuxta illud Homericum, Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, tantopere patriam commendas: æquum eſt nos ciues tuos eandem tibi noſtræ ciuitatis ornamento voluntatem præſtare, vt ſcilicet tibi pro tanto beneficio immortales agamus gratias, ſiquidem volumus ingratitudinis notam effugere. Quod quoniam ſine nephario ſcelere à me prætermitti non poteſt, cúmque ad maximos illos tuorum in nos beneficiorum cumulos hoc etiam acceſſerit, vt Lutetiæ noſtra ſtudia foueris: perenni ingratitudinis nota inurerer, ſi ille, cui quicquid ſcio quantumcunque eſt, quod certè eſt minimum, acceptum referre debeo, me parum gratum beneficijq; immemorem meritò poſſet appellare. Verùm tibi gratias agere audeo, ne videar illi verbis velle ſatisfacere, cuius minimam partem officiorum non modò gratiam referendo, ſed ne cogitando quidem poſitum aſſequi. Niſi fortè tunc demum meritas me tibi agere gratias exiſtimabis, ſi tuorum beneficiorum cumulos memoria ſemper tenuero. Sed de his hactenus. Interea tu ea qua cepiſti via ſcholaſticorum ſtudia promouebis: neque tibi mortalium quenquam, qui in eodem tecum curriculo verſantur imitandum proponam: ſed tecum ipſe certes, te vincas, vt ſemper progrediendo tandem ad ipſum perfectæ eruditionis culmen peruenias. Lutiæ anno à Chriſto paſſo ſeſquimilleſimo quadrageſimo, Pridie Calendas Iunias. Vale.*

SCHOL

# SCHOLASTICORVM, ATQVE ALIORVM VNIVERSITATIS OMNIVM MINISTRORVM, IVRATORVMQVE PRIVILEGIA, A D. Petro Rebuffo de Montepessulano Iurium Doctore & Comite, in hunc redacta cumulum incipiunt.





MIRARI profectò iamdudum nō desino, cum nemo vnus doctor hactenus de Priuilegiis scholasticorum abundè scripserit, sed eo impendi laborem constituerunt, vnde emolumentum & honor, (vt aliter, atque est, arbitrabantur) speraretur, nihil aggressuros nisi magna eis præmia proponerentur. ecquis maior & honos & emolumētum cuiquam accedere posit? ecquis tam egregius labor? ecquod tam longo interuallo duraturum opus? ecquod magis dignum aut quod equis (vt aiunt albis) præcurrat, quam Scholasticorum priuilegia? Igitur ne ipsi suis priuilegiis destituantur, ea nondum ab aliquo cumulata in vnum congerere, somnus absit ab oculis (vt parœmia vtar) conatus sum, tum vt illa iudices seruare eisdem procurent, tum ne scholastici ob priuilegiorum neglectum & contemptum molestentur, & studia deserere cogantur, quare vos literarum studiosi æqui boniquc consulite, & priuilegia vobis data conseruate, & illis abuti, ne eis nimio vestro malo priuemini, nolite, atque mea vobis scripta à liuidorum morsibus defendite. multa enim in gratiam vestram iuuenis hic lusi, quæ nunc ætati nostræ parum conuenientia visa sunt. Bart. in l. si is qui, pro emptore. ff. de vsuca. in hoc imitatus, vt qui iuuenis ibi scripserat, senex factus corrigere noluit, etiam Pythagoræ dicti memor, qui cum quendam Cleanti dialecticum, multis ac prolixis sophismatibus obstrepentem audiret, desine (inquit) senem magis ad rem pertinentibus auocare, sed nobis iunioribus ista proponito, quæ cum in mente mea diutius lustrassem, & quæ infra scripsi, studiosæ iuuentuti aliquantulum profutura existimassem, ea vtcunque tamen scripta prorsus immutare recusaui, confidens bonæ indolis adolescentes, & peritos, cum eis ista scripserim, meos propugnatores, & defensores in his omnibus fore. Interim præmittam aliqua, imprimis quòd hoc verbo scholaris vti non verebor, cum imperator in hac authen. habita. C. ne fil. pro pa. & in rubric. de priuileg. scholari. libr. 12. & aliis in bene multis locis vsus fuerit, sic & Quintil. lib. 2. de offic. disci. hoc modo inquit, cœtus scholarium læti & alacres conuenient, ita & pasim nostri doctores etiam de Rom. lingua benemeriti, licet quidam in dicendo superstitiosi negent Latinam dictionem esse, & pro ea vtantur dictione scholasticus, sed ego pasim & vna & altera dictione vtar, ne cuius aures vocabulum offendat. Primum omnium ipsorum scholasticorum priuilegia tradam, demum quædam ipsis necessaria seu requisita, postremo prædictæ authenticæ elucidationem subiiciam.

PRIMVM PRIVILEGIVM est. Quod licet ab omni opere diebus feriatis cessare debeamus. Leuit. vigesimotertio cap. nihil ergo operis facietis in eo, & Exod. duodecimo, ac Hiere. decimoseptimo. cap. nolite eiicere onera de domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis. text. in cap. primo. de fer. cum simil. scholares tamen totis (vt aiunt) neruis studere, & legere possunt, & debent, quod firmabo & iure diuino, & canonico, & ciuili, per historiographos & poëtas. Primò vt à diuinis incipiam, exemplo Christi. Lucæ quarto. vbi intrauit Christus secundū consuetudinem suam die Sabbati in synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Esaiæ Prophetæ, & vt reuoluit librum, inuenit locum. &c. nempe diebus festis benefacere licet. Matthæi duodecimo, & Marci tertio cap. sed studendo quis benefacit, nam à cogitationibus malis subtrahitur, & euitat otium, & sic in consequentiam peccatum, addiscit. vnde firmat Hieronym. in cap. nunquam. de consec. distinct. 5. ama scientiam, & carnis vitia non amabis. & in tertia parte Epist. 15. in manibus tuis diuina sit lectio, & crebræ orationes vt omnes cogitationum sagittæ, quibus adolescentes percuti solent, huiusmodi clypeo repellantur. Apocalypsis primo cap. Fui in spiritu, in die dominica. Insuper illo die Apostoli fuerunt illuminati. & eis est data omnis scientia. Act. cap. secundo, & eodem die illuminatus Saulus, & ei datum donum scientiæ. Act. 9. cap. & Thomas Aposto. certior factus est de resurrectione Christi illo die. Ioannis vigesimo capite. in fi. & quicquid à Domino est insigne constitutum, in huius diei dignitate fuit gestum. cap. quod die. 75. distin. hinc est quod Bernard. super Cantic. Sermone decimoquarto. Prosequens illud Ioannis decimotertio, Vos vocatis me magister & Domine, primum gratiæ, secundum maiestatis, dicit

*Diebus etiā festis scholastici studere debent.*

non minus esse animæ scientiam præbere, quàm escam corpori, quare his diebus, non est cessandum à studio. Lucas in l.1.colum.2.C. de agrico. & censi.lib.11. dicens ignauos scholasticos libenter festa obseruare, & in illos dies saltare, & ludere. contra text. in cap. irreligiosa. de consecr. distinct. 3. ob id vnus ex mille, qui incipiunt sic studere & ludere, vix vnus in doctum euadit virum, teste Corn.consilio 340. quod dicta. colum. 3. in 1. volum. Ideo gloss. numero 28. sic narrat, quòd fabri & artifices otiantur in die sabbati, lectores autem diuinæ legis, vel doctor ab opere suo non desinit, nec tamen contaminat sabbatum. Refert Floren.in secunda parte summæ. tit. 9.cap.7.circa finem. Huic sententiæ adstipulatur Petrus Subertus Sancti Papuli, olim Episcopus, in suo tracta. de cultu vineæ Domini in quarta parte.cap.5. Et ista videtur etiam ratio propter illuminationem intellectus, & propter memoriæ fragilitatem, ne diebus festis dediscant, quæ aliis diebus didiscerunt, & vt à malis prouenientibus ab ocio remoueantur. docto. in dict.cap.1. de feriis.Ioan.Lupus in repet.cap. per vestras.§.27. folio 72. colum. 1. de dona.inter vir. & vxor. vnde Isidorus de summo bono.cap.8.lib.3.in hæc verba ait, geminum confert domum lectio sanctarum scripturarum, siue quia intellectum mentis erudit, seu quod à mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit, excitati enim sæpe illius sermone substrahimur à desiderio vitæ mundanę,&c.hæc ille.& paulò pòst, erit enim antea quisque promptus ad intelligendum quæ legit, consequenter idoneus ad proferendum, quæ didiscit, lector strenuus potius ad agendum quæ legit, quàm ad sciendum erit promptissimus.

*Iure canonico nunc probat.*

Iure etiam canonico permittitur scholaribus studere,& festis diebus legere. cap. primo. & ibi docto. & cap.licet, de feriis, vbi pro pace & necessitate diebus festis, aliqua etiam seruilia exercere licet, ergo & pro scientia, quia doctum esse tendit ad Dei honorem, & publicum bonum, Barba.in dict.cap.1.facit cle.exiui.§.licet.de verb.signifi.vbi studium dicitur labor spiritualis, sed spiritualia illis festis exercentur,vt patet,ergo & studium. Tertiò facit, quia in vinea Domini laborare studendo dicuntur, cap.fin.in fin. de magist.ergo,&c.

2 Quartò sic, possunt homines circa pontes faciendos vel reparandos diebus festis laborare, dummodo hoc faciant ratione publicæ vtilitatis principaliter, & non propter lucrum, vt nota. Alberic. in dictio. in verb. feria. & Angel. de Clauasio in sua summa, in verbo, feriæ.§.32. sed in literato maior vtilitas publica vertitur, vt dicunt doctores in l.prima.ff.soluto matrimonio, quia per scientiam eorum totus mundus illuminabitur, vt hic. Ergo etiam illis diebus poterunt laborare studendo, legendo, & etiam repetendo, dum tamen modo non perturbetur, dimittatur, vel impediatur diuinum officium, vt infra dicetur, alia huic iuri confinia de industria missa facio, ista sufficere ratus quo ad ius pontificium.

*Nūc iure ciuili probat.*

Iure ciuili comprobatur, primò omnia his diebus exerceri possunt, sine quibus mundus regi non potest. l. omnes. in prima, & ibi gloss. C. de feriis. sed mundus sine scientia regi non potest. vt in hac authen. dicitur, ergo his diebus potest exerceri literarum studium. Secundò facit disciplina militaris illis diebus exerceri potest.l. diuus. ff. de feriis, ergo & multo magis disciplina literaria, cum æquiparentur in proœmio instit. & in l. aduocati. C. de aduoca. diuerso. iudic. imò studium est magis & vtile, & meritorium, ideo poterit exerceri id temporis. Tertiò facit l.1.C. de agrico.& censit. lib. 10. & Fulgo. in l. qui sub prætextu. C. de sacrosanctis ecclesiis. vbi qui studet dicitur ecclesiæ seruire,quia studet,vt postea melius ecclesię seruiat, & eam protegat.

*Famuli diebus festis seruire tenentur, & quibus ex causis seruire prouocētur.*

3 Etiam famuli in illos dies tenentur ad seruiendum suis dominis.arg.l.1.& l.colonos. & ibi not.C.de agri.& censit.lib.11.l.seruus. §. seruus.& l.si peculium.§.quædam.ff.de statuliber.

Fallit in festis insignibus. cap. rogationes. de consecrat.distinct.3.& Deuter.cap.v. vbi dicitur, quòd tam Dominus quàm seruus & ancilla debent sabbato quiescere, quod intellige ab operibus seruilibus,vt supra dixi,sed opera nō seruilia possunt fieri etiam diebus illis, vt scribere.l.2. C.de feriis, parare comestiones, cum in illis diebus serui etiam velint comedere, ita tenet Angelus de Clauasio,in sua summa,in verbo, feriæ. Secundò intellige dummodo necessaria ad culturam corporis eis famulis relinquantur. l. cum patronus.in fin. & l. suo victu. cum l.sequen.& l. medicus.ac l.penult.ff.de oper.liber. facit l. cum antiquitas.C.de testa.cap.diffiniuit.17. quæst.vlt. necessaria corpori non sunt subtrahenda. c.non mediocriter.de consecr.dist.5. doct.in l.1.col.2.C. de agrico.& censit.lib.11.

4 Notandum est quòd septem ex causis ad seruiendum prouocantur homines. Primò beneuolentia. Secundò beneficiorum magnitudine. Tertiò dignitatis præstantia. Quartò spe, id sibi vtile futurum. Quintò metu vitæ, vt parere coguntur. Sextò spe, largitionis promissionisque capti. Septimò mercede conducti, vt communiter fit. hoc pulchrè scribit Cicer. libro 2. Offic. & Lucas in l.vna. C.de magistr. scrinio. libro 12.

Probatur per poëtas, & historiographos, & primo Virgil. in Georg. vt eius etiam testimonio vtamur, Surgat, inquiens, quippe etiam festis quædam exercere diebus fas, & iura sinunt, riuos deducere nulla religio vetuit, segeti prætendere sepem, insidias auibus moliri, incendere vepres, balantémque gregem fluuio mersare salubri. à fortiori ergo fas erit illis diebus studere. Imò dicit Macrobius libro primo Saturnalium, cur non religionis honor putetur dicari sacris diebus sacrum studium literarum? Item adduci potest quod dicit Seneca, vt mihi videor, 18. Epistol. festis maximè diebus animo imperandum est,vt tunc voluptatibus solus abstineat, cū in illas omnis turba procubuerit, & Plato, vt per Laertium in vita illius continetur,

netur, sic inquit, fac finem discendi, & viuendi, discendo igitur ne deficias, literæ enim incipienti animo tanquam baculus infirmo corpori repertæ sunt.

*Plato & Cato de tribus pœnitētiam agebant.*

5 Ex hoc de tribus solitus erat his verbis dicere, quòd anima doluerat, de prodigo diuite, qui venit ad paupertatem, de honorabili, qui dedecus incurrit, & vltimo de sapiente, quem sapientia deserit. Sic Cato de tribus pœnitentiam egisse dicit. Primò quòd arcanum mulieri dixisset. Secundò si per aquam traiecisset, dum per terram proficisci poterat. Tertiò si aliquot dies per incuriam sine studio transiuisset. Refertur in addit. ad Panor. in cap. olim. de excep. ideo dicit Faust. in Distich.

*Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit,*
*Non deret ignauum, præterÿsse diem.*

6 Cassiodorus in secunda epistola, sic inquit, In addiscendo decorum est terminum habere, hic honesta probatur ambitio, cuius etiam nimietas placet, omne enim scientificum quanto profundius quæritur, tanto gloriosius inuenitur. & Valerius libr. 8. titul. 7. de studio, & industr. refert de Carneade Philosopho, qui nonaginta expletis annis ita se doctrinæ operibus donauit, vt cum cibi capiendi causa recubuisset cogitationibus inhærens, manum ad mensam porrigere obliuisceretur. Quid de Solone dicemus? qui in agone existens, assidentibus amicis, & inter se conferentibus satis iam pressum caput erexit, interrogatus cur id egisset, respondit. Vt cum istud quicquid est, de quo disputatis percepero, moriar. migraret profecto inertia ex hominibus, si eo animo vitam ingrederentur, quo Solon ea egressus est, alia adducit exemp. a Valer. vbi supra, & Testor in sua officina in rub. alij qui literarum, &c.

*De Carneade, & Solone studio toti addictis.*

7 Memoriæ etiam proditum est, quod festis diebus pueri modesti cum verecunda grauitate maiorum laudes carmine decantare, grandiorésque natu summo obsequio vereri, illósque à conuiuiis domum reducere solebant, teste Alexandro libro 3. genialium, cap. 11. Item apud Liuium libro tertio, habetur, quod indicto iusticio nemo vnus quicquam rei priuatæ agere poterat, sed publicæ sic, sicut militare, studere, & alia publica exercere. Et ista est communis sententia tam theologorum, quàm doctorum vtriusque facultatis, prout citantur in dicto capitulo primo, licet Azo in summa de feriis. contrarium teneat, & Anto. in dicto capitulo primo. Sententiæ tamen primæ inhæret Archidia. in cap. Ieiunia, de consecra. distinct. 3. & Thomas in 2. secundæ. quæstione 122. articul. 4. vbi dicit, quòd nullus actus spiritualis exercitij est contra obseruantiam sabbati, vt puta, si aliquis doceat verbo, vel scripto. & in hac sententia quiescendum est.

8 Amplia, diebus festis studendum, siue festa in honorem Dei virginísve matris sint, aut sanctorum. glossa in l. omnes. in prima. C. de fer. etiam die pascatis, dummodo non omittatur diuinum officium necessarium. tex. in l. vna, in fin. & ibi gloss. in ver. festis diebus. C. de Iusti. Cod. confirman. vbi recitatio constitutionis fieri potest, ergo & illa potest videri, & multo fortius per rationes iam dictas.

9 Secundò amplia etiam propter delectationem, & recreationis gratia studere quem posse illis diebus. vt Albert. in dict. l. diuus, dicit se habuisse Romæ tempore indulgentiæ à pœnitentiariis, & hoc vt euitetur otium, & cogitationes malæ, & sic peccatum.

10 Tertiò amplia, quòd non solum possum secrete, videlicet in cubiculo seu camera studere, sed etiam lectores legere, nam Christus sabbato docebat. Lucæ 6. cap. & assidue docere debemus. cap. de quibusdam. 37. distinct. etiam si accessoriè haberemus lucrum. Panormitan. & alij in cap. 1. de feriis. quia id quod fit principaliter, consideratur. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. l. prima. de authoritate tutor. summa Angel. in verbo, feriæ. §. 23. & sequent. Hieronym. in 3. parte epistolarum, in regul. monac. cap. 15. inquit. dominicis diebus orationi, & lectioni vacetur, & maximè quando legitur, vt lectores potius discant, quàm doceant, vt sunt baccalaurei quidam, & ad illuminationem proprij intellectus. imò etiam scholasticus poterit die dominico repetere lectiones, quas in tota hebdomada audiuit, vt est de sententia Corse. in reperto. in verb. feriæ. versicul. si diebus. & ne obliuiscatur, cum memoria sit labilis. l. peregre. ff. de acquirend. possess. & hoc seruatur Tholosæ, vbi diebus festis exceptis dominicis, & virginis Mariæ, & Apostolorum, legitur volumen autenticorum, & tres libri Codicis, ac liber Feudorum, & incipiunt dictum volumen in vigilia diuæ Catherinæ, & continuant vsque ad hilaria, quæ dicunt carnispriuium, prout ibidem ego legi, & postea in quadragesima diebus festis incipiunt, & sabbati post meridiem institutiones, quas continuant vsque ad festum beati Ioannis, actiones verò legunt in singulos dies ab hora decima vsque ad vndecimam, & à quinta ad sextam, per quadragesimam, sicut enim quotidiano cibo alitur, & pinguescit homo diebus continuis, ita & lectione. Lucas de Penna in l. prima. columna secunda. C. de agricol. & censit. lib. 11.

*Iura interpretari an in die festo liceat.*

*Ordo lectionum extraordinariarū vniuersitatis Tholosanæ.*

11 Fallit quando esset studium solenne, vtpote solennis disputatio, ad quam & rector & Doctores confluunt, nam tunc saltem de mane, vt possit vacari audiendis missis, fieri non debet diebus festis in honorem Dei, cap. placita. 15. quæst. 4. Aluar. in prooemio Feudo colum. 2. vidi tamen post prandium publicas disputationes in illos etiam dies fieri.

*Disputationes solēnes festis diebus an fieri possint, & Consilia dari & quibus.*

12 Secundo fallit, quando quis principaliter gratia lucri studeret, vt aduocatus, aut doctor: nec hoc quidem permittitur. Alber. & alij in l. 2. C. de fer. melius tamen esset studere, quàm aleis ludere, vel ad alios ludos prohibitos, vt nunc communius fit.

13 Quod restringe quando necessitas suaderet consulere, vt quando aliquis venit de longinquo ad habendum consilium, quia tunc necessitas facit licitum, quod erat illicitum. l. 1. ff.

*Consulere quando & quibus liceat.*

de offi.consul.Panor.& alij in d.c.1.Summa Angel.in verbo feriæ. §.25. & de illo lucro debet ille consulens facere aliquam eleemosynam.Moder. Tauri. in l.1.in fin.ff.de offic.eius, & consuetudo seruat vt omnibus diebus non respuantur consilia per aduocatos.Item illis diebus non debet recusari consilium miserabilibus personis, nec pupillis,pauperibus, cæterisq; id genus hominibus. docto. in dict.cap.1. Ias. & Moder. in d.l.1.in fin. ff. de offic.eius. in gloss. in verbo, non aliter. & Ias. in dict.l.diuus, quod bene obseruat conciuis noster D. Ioannes Boerius aduocatus regius in suprema generalium Montispessulani curia, qui diebus festis nunquam, nisi his personis consulit, licet ad eum confluant infiniti homines, ad petendum consilia,propter suam eminentem scientiam.

14 Tertiò fallit quando vellet studere illis festis scientiam prohibitam, vt puta necromantiam, nam tunc prohiberetur, vt dico infra in alio priuilegio, vel fabulas turpes, vel libros amatorios, & ad incentiuum libidinis inducentes,& alios legi prohibitos. cap.nonne.cap.sacerdotes, & cap.legat.37.dist. Ioan. Fab. in proemio Instit.& ideo legimus Hieronymum à malo angelo percussum,dum libros Ciceronis legeret. c. legimus.37.distin.

15 Quartò fallit quando vellet studere legeréque omisis horis, ac Missa, & alio diuino officio non expleto, tunc non posset, quia dicitur maledictum studium, propter quod relinquitur diuinum officium. Nota. in cap. primo. de feriis, Ioan. Tierri in sua disputatione, an sit licitum diebus feriatis dare operam literis legalibus, &c.

*In tēplo an sit studendū & quando.*

SECVNDVM priuilegium est, quod sicut potest studere diebus festis, ita & in templo, cum sit bonum argumentum de tempore ad locum. l. vinum.ff.si cert.peta.& glo.in clem. 2.in verbo,regularem,de censib.dicit, quod sicut licitum est ob necessitatem comedere carnes tempore prohibito, ita & in loco, & hoc argumentum procedit quando est eadem ratio, alioqui non,secundum Ias. & Moder.in d. l. vinum. Ideò non poterit debitor capi in ecclesia, licet dic feriato sic,quia potest ibidem custodiri & citari verbo, sed tempore feriato si non caperetur fugeret,& sic non est eadē ratio secundum Curtium ibidem, & sic studuisse testatur Io. Andr.in addit.ad Specu.in titul.de filiis presby. ob id vidi multos etiam doctores in templo dum officium vespertinū celebrabatur literis incumbētes.Item studium dicitur labor spiritualis.clem.exiui.§.licet.de verb.signi.& supra, in proximo priuilegio dixi, quæ spiritualia in ecclesia tractari possunt. cap.decet.de immuni.eccles.in 6.

Fallit quando vellet studere in tempus missæ celebrandæ, tunc enim sicut non potest audiendo eam dicere horas, ad quas tenetur, ita nec studere. Siluester in verbo, Missa. in fin. quia sunt duæ obligationes, vna de audiendo Missam attente.cap.Missas,de consecra.distin.1. altera de dicendo horas. cap. 1. de celebrat. Missa. & vtraque requirit attentionem, & deuotionem exteriorem, quæ non possunt esse simul.argum. cap.ex literis, de proba. & ibi gloss. & docto.facit l.si consul.ff.de adoptio.gloss.in cap.si episcopus. de supplen. neglig. præl. & hoc quando ad vtrunque tenebatur ex præcepto,aliàs secus,nam dicitur, qui ad vtrunque festinat, neutrum bene peragit. text. in l. fin. C. de assesso. licet de consuetudine secus seruetur, vt quilibet etiam inter audiendam Missam dicat horas, & in foro conscientię credo consuetudinem excusare,nisi quis contemneret.

Secundò etiam fallit quando vellet studere scientiam prohibitam, vt dictum iam extitit, vt necromanciam vel vellet studere fabulas, seu libros prouocantes ad libidinem, vt Ouid. de arte Amandi, aresta amorum, vel alios similes, tunc non posset nec quidem extra ecclesiam. cap. legimus. 37. distinct. quia domum Dei decet sanctitudo. cap. decet. de immu. eccles.lib.6. ego tamen putarem conuenientius esse, vt in ecclesia quis oraret omnibus aliis dimissis, & ita semper faciendum putaui,vt nobis omnia ex vsu sint.

*Scholasticus fabrum expellit.*

TERTIVM priuilegium. Licet quis non debeat expelli de domo sua inuitus, cum sit tutissimum refugium. l. plerique. ff. de in ius voca. vbi plenè Socin. & l. nemo de domo. de regulis iuris. Tamen scholaris poterit expellere fabrum, vel alium in sua etiam domo commorantem, si eum in suo studio perturbet, vt nuncupatim scribit Bartolus & alij in l.1.in fin. ff.soluto matrimonio. Huic sententiæ accedit Ioan. de Platea, in l.2.C.qui ætate.lib.10.& l.1.de excusa.artific.ibidem.Panormit.in cap.bonæ.in 1. numero 11.de postul.præl. & cap. fina.de iud.Ioannes Montolon in suo iuris prompt. in verb. Faber.in 1.facit text.in l.ædificia. C. de ædificiis public. vbi ædificia coherentia ædificiis, mœnibus, vel operibus publicis possunt dirui, ac prosterni ratione vtilitatis publicæ. sic eadem ratione expelletur faber. Et ego ipse expuli in Montepessulano quendam textorem existentem iuxta collegium *Du Vergier*, & semper alta voce canentem & collegiatos impedietem, nam illum conueni coram iudice,coram quo ista alegaui, quibus auditis per iudicem factum illi extitit præceptum, vt canere ita altè cessaret, vel discedere haberet, sed cum canere ita solitus esset, ægreferens discessit, & istud fit ratione vtilitatis publicæ, quæ versatur in scholaribus. nam faber propter vtilitatem priuatam debet ab exercitio abstinere, videlicet propter vicinum infirmum, si strepitus ei noceat, tum quia gratia hominum omnia sunt comparata. l. in pecudum.ff.de vsur.tum quia salus hominis æstimari non potest. l. penult. §. fina. ff. de donat. ad hæc quia cuique benefacere tenemur. cap. non satis. 86. distinct.argu.l.necare.ff.de liber.agnos. Lucas de Penna, in l.vna. in fin. C. de stud.liber.vrbis Romæ,lib.11.sequitur Decius, in l.1.num. 72. ff. de officio eius cui māda. est iurisd. multo fortius ergo in scholaribus, in quibus versatur vtilitas publica, vt dixi. Nec refragatur quod priuilegia non intelliguntur concessa alicui cum damno

& iniuria

& iniuria tertij.l.impuberi.ff.de adminiſtra. tuto. reſpon.quæ vtilitatis publicæ cauſa fiunt, & ſi in contumeliam alterius cedant,non reputantur iniurioſa.l.quod reipublicæ. ff. de iniur. nec poteſt dici in damnum vel in iniuriam fabri conceſſum,cum in vtilitate publica contineatur etiam vtilitas fabri,vt no.in c.licet.de regula.de Ripa in d.l.1.nu.129.cum ſeq.ff.ſolu.matri.

2 Amplia, ſiue faber vel alius ſcholaris alium impediat,vtpote,ita alte legendo, quod alius ſtudere non valeat, nam tunc poterit compelli officio iudicis vt taceat,vel recedat. vt dicit Alex. in l.1.col.penult.ff.ſolu.matri.per tex.in l.vna, ibi ne diſcipuliſibi inuicē quidem poſsint obſtrepere. C.de ſtud.liber.vrb.Rom.lib.11.& ibi Alex.in addit.ad Bar.quem ſequitur Iaſ.in l.1.§.fin.ff. de fer. & Pet. de Leſnauderie in opuſculo de doct.in 2. parte nu.25.Ange.Claua.in ſua ſumma, in verb. locatio.q.9.

3 Imo pſeudo ſcholaris alios perturbans eſt,expellendus ab vniuerſitate, & eſt triduo excommunicatus.c.in loco.5.q.4.quem ſing. notat Ro. ſing.673.quando vniuerſitas, & Præpo. in c. dilectis,col.4.de appella.

4 Amplia,idem eſſe ſi fabri vel maleatores ſint iuxta eccleſiam, & perturbent diuinum officium, quia etiam poſſunt expelli, ſicut ſi iuxta ſtudium,& fortius,nam propter vnumquodque tale,& illud magis.cap.pridem.18.q. 2. cum iſtud vergat, etiam ad vtilitatem publicam ſecundum Alex.in l.1.C.de ſtud.liber.vrb.Rom.lib.11.in addit.ad Bart. Panor.in c.bonæ.1.num.11. de poſtu. præla.Silue. de Prierio in ſumma ſilueſtrina, in verb.locatio.3.q.& ſeq.

Nec obſtat quod dicit Imol.in d.l.prima, non procedere niſi in doctoribus, quia non eſt par vtilitas ſtudioſorum,quæ eſt in doctoribus, ergo ipſi non habent hoc priuilegium,cui reſpon.non eſſe minorem vtilitatem in ſtudentibus ratione habita ad tempus futurum, quàm in doctoribus, quia doctores ſcholares fuerunt,& ſcholares doctores efficientur.Item in prooemio decreta.conferuntur priuilegia ſimul doctoribus & ſcholaribus,& qui perturbaret ſtudentes, non eſſent doctores, qui ex illis fiunt. Ideo puto primam ſententiam veriorem,pro qua etiam facit l.legatis.§. ornatricibus,& ibi nota.ff.de lega.3. etiam ita iudicatur de eo qui eſt in via ad actum, ſicut de eo qui iam eſt in actu.l.abeſſe.& l.qui mittuntur. ff. ex quibus cauſ.maior,quæ enim de proximo inſunt,ineſſe videntur.l.lecta,verſi.dicebam,ff.ſi cer. pet.Felin.in cap.cum adeo, de reſcript. vbi plene dicit de deſtinato ad clericatum, an debeat gaudere priuilegio clericali. Præterea in materia fauorabili diſpoſita in doctoribus habent locum, in ſtudioſis, ſecus in odioſa: docto.in prooemio decret.Iaſo.in dicta l.1.colum. penult. quod alibi declarabo.

5 Sed quæritur quid debet fieri huic fabro eiecto? nunquid debeat ei ſolui domus æſtimatio, quando expellitur? vidi in ciuitate Caturcen. de quodā ligni fabro cuius domus erat iuxta ſcholas,nam fuit compulſus exire ſatisfacta ſibi prius domus æſtimatione expenſis ciuitatis.per text.in l.item verberatum, ff. de rei vendica. & no. in l. imperium,ff.de iuriſd.omnium iud.& l.venditor. §.1.ff.communia prædio. ibi.neque commoditas rei iure dominij adimatur. Vel alia domus eidem fabro in alio loco debet dari reipub.expen. & illa relicta erit reipublicæ,glo.no. in l. ſi locus. §.fin.ff.quemadmo.ſer. amit.quam ſequitur Maſuer.in ſua pract.Rub.de ſerui. in prin. & Decius in l.id quod noſtrum,ff.de reg.iur. nam ſerui deferentes illos, qui fabricant falſam monetam ciuitate Romana donabantur, & eorum domini precium à fiſco percipere ſolebāt,l.ſerui.C. quib. ex cauſ.ſerui.pro præmio liber.accipiunt,vbi Bal. & Iaſ.conſil.233.circa,verſi.11.facit in 2. volum. & conſil.46.pro fiſco,num.4.volum.3. Quod intellige verum, quando illa domus relicta à fabro vſui publico deputaretur, ſecus ſi tantum expelleretur faber,quia tunc ipſe locare poterit domū ſuam alteri ſtrepitum non inferenti,vel vendere, diſtingue tamen vt per docto.in d.l.1.ff. ſolu. matrimonio.

6 Amplia, etiam ſi quis impediret doctorem aut ſcholarem in malis odoribus,non licet enim alicui immittere in alienum quicquam, quanuis in ſuo poſsit facere quod libet,l.ſicut.§.ariſto.ff.ſi ſeruit. vendic. Ideo ſulfurarij & alij artifices poſſunt prohiberi, ne fętidam artem exerceant in domo vicina.l.2.§.idem ait,ſi odore.ff.ne quid in loco public.Cæpol.in tracta.de ſeruitu.vrba.prędio.c.31.& de Ripa in tracta.de peſte in 3.præſeruatiuo peſtis,verſi.ad alia remedia. Et ideo faber maleando, & murmur inferendo dicitur aliquid immittere in alienum,ob id prohiberi debet,vel expelli.Panorm. in c. cum inter. in vlti. nota.de conſue. quod eſt verum quando per ſtrepitum impediretur vſus vicinæ domus, prout eſt in ſcholaribus,ſecus in artificibus, qui propter ſtrepitum non ceſſant operari,de Ripa in d. l. 1. col. antepenult.ff.ſolu.matri. imo cantando operantur,& iraſcendo quandoque cum vxoribus melius laborant,& comedunt.

*Expelli propter malos odores, an poſsit inferens.*

7 Amplia, etiam ſi eſſet diabolus, qui poteſt prohiberi ne ſtrepitum faciat in domo,vt firmat Barba.in c.primo,de proba.ſi tamen inueniretur ſeruiens, qui hanc illi inhibitionem facere auderet, imo ſi conductor receſſerit metu malorum ſpirituum, non tenetur ad penſionem pro tempore, quo non potuit ob ſtrepitum illorum inhabitare, teſte Chriſtoph. Porc.in Rub.de loca. in fi.in inſtitutio.

8 Fallit quando non eſſet ſcholaſticus actu,ſed vagus & diſcolus, tunc non guaderet hoc priuilegio,per glo. & ibi doct. in verbo commorantibus,in prooemio ſexti. ſic miles nō militans non prohibetur eſſe procurator.l.militem.C.de procura.Alex.in l.centurio,col.5.ff.de vulga.Claud. in d.l.prima,col. penult. nempe vagus ſcholaris non fiet magiſter.glo.ſing.in l.1.C.de tyro.lib.12. ſecundum Bened.in repet.c.Rainutius,in verbo, adiectæ.nume.39.de teſt.quia in iſto diſcolo nulla verſatur vtilitas publica, igitur hoc priuilegium,ceſſante cauſa ceſſabit.arg.l. quod dictum. ff.de pactis,nam ſi teſtator reliquerit caſtrum alicui,ſi ſtuduerit,intelligitur ſi profecerit,& doctus

*Cōtra ſcholares diſcolos.*

euaserit, vt scripsi in §. præterea, in verbo, studuerint, in fi. de colla. in concorda.

Quod intellige verum, quandiu scholasticus erit vagus, sed si de nouo vellet reassumere studium, arbitrarer eum hoc priuilegio vti posse. argum. l. penult. C. de consulib. lib. 12. & iuramento illius esset credendum, quod studere de nouo affectat, cum à voluntate dependeat, & qui dicit aliquem discolum, hoc probare debet, quia delictum non præsumitur. l. merito. ff. pro socio. & quilibet præsumitur bonus. cap. penult. & fin. de præsump.

*Causæ scholasticorum, die festo, an possint tractari.*

QVARTVM priuilegium est, quod hęc causa contra perturbantes scholasticos vel studium poterit agitari, etiam die feriata, secundum Hostien. & Panorm. in c. fin. in fi. de iud. & hoc ratione publicę vtilitatis ne diu cesset, ex hoc enim vtilitas prouenit, tam in communi, quia patria repletur sapiẽtibus, quàm in particulari, quia quilibet postquam sunt docti, potest eos audire, & addiscere. teste Hostien. in summa in §. fi. versi. quid sit magister. Specul. in eod. titul. §. sequitur, versi. secundo proba. Feli. in cap. nonnulli. col. 21. nume. 16. de rescrip. & in omni casu. in quo de pietate, vel de publica vtilitate tractatur, potest die feriato procedi. Bartol. in d. l. diuus. ff. de fer. & doct. in l. prima. ff. solu. matri. sed in studio pietas, vt dixi versatur, & vtilitas publica. vnde dicit Hostien. his verbis, in procemio suæ summæ. §. vnde versic. ciuili, quod licet vita contemplatiua sit certior actiua, & magis secura. c. nisi. §. nec putes, de renuncia. tamen ista est multum vtilis, ob id iudices & legistæ vtentes legibus, vt decet, non minorem ducunt vitam, quàm fratres minores, vel alij religiosi. Refert Iason in l. pri. in prin. col. pen. ff. de iusti. & iur. & Lance. Galiaula in repet. l. centurio, col. 4. de vulga. & in Euangelio dicitur, Beati qui persecutionem patiũtur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Fallit in feriis introductis in honorem dei, Doc. in d. c. fi. de iud. & l. 1. ff. solu. mat. & Hostien. in sua summa, vers. quid si magister, licet Iason in d. l. prima. col. pen. teneat ea diebus feriatis etiam in honorem dei posse tractari. cui non assentiunt doctores. nec ego per textum in l. fin. C. de feriis, ibi, sit ille dies à cognitionibus alienus, & istud seruatur in practica, bene tamen descenderem in sententiam Iaso. quando esset vrgens necesitas, quæ compelleret. arg. c. licet, de feriis.

*Causæ scholasticorum breuiter tractentur.*

QVINTVM priuilegium est, quod hæc causa studij debet summarie, & de plano, ac breui tractari, & finiri, sicut causa dotis, cum æquiparentur. l. 1. ff. solu. mat. & ibi docto. & nota. in l. 2. de re iud. & in æquiparatis statutum in vno procedit, etiam in altero. c. de multa, de præben. hoc epresim firmat Bald. nouellus in tracta. de dote, in 9. parte priuilegio 12. & priuil. 15. & maxime quando tractatur de viatico scholaris, & sic de alimentis ipsius, quia hæc causa dicitur pia, cũ de pauperum alimentis tractetur. Bartol. in tract. de alimentis. versi. quæro vtrum legatum, glos. l. si quis Titio. ff. de lega. secundo. textus in authen. vt cum de appel. cogno. §. aliud, in verbo egenis alimenta impendant, colla. 8. glo. in c. 2. de sepult. & ne studentes litigando fame pereant, l. si longius. §. fi. ff. de iud. quod male seruant quidam iudices in hoc regno, qui processus ordinarios & dilationes ordinarias in his concedant causis, quod non est faciendum, sed summarie, & per modum prouisionis scholasticis est prouidendũ.

*Faber à sententia expulsionis nõ appellat.*

SEXTVM priuilegium est, quod à sententia lata super ista expulsione non poterit appellare faber, vel alius, contra quem est lata, quia studium dilationem non patitur, Bald. in l. vna, col. 3. C. si de momenta. posse. fuerit appella. Alexander in additionib. ad Bartol. in l. vna. C. de stud. libera. vrb. Romę. libro vndecimo, & in d. l. prima, & quando res dilationem nõ recipit, non est licitum appellare. l. fi. ff. de appellat. recipiend. idem tenet Iason in lege prima. §. fi. de feriis. Decius consil. 70. & pro tenui, in fin. Rauen. in Rubrica, de foro competenti, fol. 99. alioqui pendente appellatione studium desererе cogeretur, tam vt prosequeretur appellationem, quàm ob strepitum, qui illi interim malitia fabri inferretur, ita vt studium in totum abiicere, & se à tantis malis explicare procuraret.

In Francia practica est, quod appellatione non obstante mandetur executioni materia prouisionalis, sicut est ista, iudex enim per modum prouisionis decernet istum fabrum expellẽdum, & sic expelletur primo faber, vel alius sine præiudicio appellationis, quam si postea velit prosequi poterit, dicta Rub. *des sentẽces executoires, non obstant opposition ou appellation*, in ordina. regiis, vbi alij casus describuntur, & ibi multa descripsi.

*Scholasticis dominus equum uel domum locare compellitur.*

1 SEPTIMVM priuilegium est, quod quanuis rem suam non teneatur dominus inuitus alteri locare. l. licitatio. §. primo, ff. de publica. l. si cum Hermes, & l. inuitos. C. locati. hoc tamen non habet verum in scholaribus, qui si non inueniant domos, possunt compellere habentes ad illis locandum, allegatur dictum Guiller. de Cugno, in l. decernimus. C. de episcopis & cleri. licet hoc non dicat: hoc tamen expresse firmant Bald. Alex. & Ias. in l. 1. in fi. ff. solu. matrim. Alex. in additio. ad Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. cui adstipulatur Petrus de Lesnauderie in opusculo de doctoribus, in secunda parte, nu. 27. Loquuntur tamen in doctoribus, sed idem dicas in studiosis, cum eadem sit ratio, scilicet publicæ vtilitatis, quæ ita versatur in ipsis, sicut in doctoribus, vt supra dixi, ergo idem ius erit statuendum, iuxta l. illud. ff. ad leg. Aquil. & l. 1. §. 1. ff. de fonte. & l. si postulauerit. §. ratio. ad leg. Iuliam, de adult. & in studentibus ita firmat Soci. in tracta. fallen. regu. 435. vendere. & Ias. in d. l. 1. in fin. & in additio. ad Porcum. in §. fin. num. 5. insti. de loca. & de Ripa in tracta. de peste, fol. 123. versic. sed quid si extra muros dicens idem. si ciuitas non habeat locum ad collocandũ infectos peste, nam poterit compellere ad vendendũ, vel locandum habentem illum locum aptum eadem ratione, scilicet publicæ vtilitatis. argum. l. si quis sepulchrum. §. 1. ff. de religio. & sumptib. funer. sicut potest quis compelli, vt vendat fundum, vt ibi erigantur furcæ, not. in l. imperium ff. de iurisd. omnium iud.

2 Amplia

2 Amplia, istud non solum procedere in domo, sed etiam in equo, nempe si scholasticus velit recedere de studio, potest compellere habentem equum, si illum dominus consueuerat locare, ad sibi locandum. vt belle dicit patruus meus Iacob. Rebuff. in l. cursum. C. de cursu publico, lib. 12. arg. illius l. nam hospes postquam signa hospitij erexit, cogitur hospites recipere. l. vna. §. 1. vbi Bar. hoc expresśim asserit. ff. furti, aduersus nautas. multo fortius is, qui consueuit locare equum, tenebitur tamen studiosus dare pensionem consuetam pro locatione præstari, secundum eundem ibi. arg. l. excepto. C. loca. §. primo. insti. eod. titul. Nota etiam quod si studens verberauerit equum fustibus, & non calcaribus, vel flagellis, & equus illis ictibus moriatur, periculo scholastici peribit. l. prima. C. de cursu public. libro 12. Corset. in singula. incipien. conductor. quia equi calcaribus & flagellis solent cędi, & percuti, non lignis, secus si alio modo pereat, dum tamen dolus vel lata culpa absit. Bald. consilio 22. Bannitus, in tertio volumi. Quid si scholasticus non dederit auenam equo, quem locauerat, & eo factus est macer, an teneatur? respon. non, per textum in l. animalia. C. de cursu publico, lib. 12. & ibi Platea hoc expresse firmat: nam studentes non solent equos locatos auena impinguare, cum modicam eis impendere soliti sint.

3 Fallit quando literatus esset ignotus, tunc illi ignoto non tenebitur dominus equum locare non datis sibi fideiussoribus, quippe priuilegium debet intelligi sine pręiudicio alicuius. l. impuberi. ff. de administratio. tuto. l. secunda. §. merito, ne quid in loco publico fiat, l. nec auus. C. de emancipa. liber.

Quid si scholaris pro illo equo locato non inueniret fideiussorem? crederem quod expensis suis detur ei nuncius, seu cursor ad sequendum equum cum pecuniis locationis vsque ad domum dicti scholastici, vt vidi seruari. nisi ille fuerit pessimus, vt quia diabolus stat à dextris eius continuò.

4 Amplia etiam procedere in vno cubiculo, & camera, dum quis haberet plures cameras vacuas, vt teneatur vnam, vel duas locare, cum sit bonum argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei. vendi. c. pastoralis. §. 1. de offi. del. & ita vidi seruari apud Biturigest proper magnum numerum auditorum illuc cōfluentium, quòd displicuit coniugatis pulchras habentibus vxores.

5 Et si dominus vellet immensum locationis precium recipere, poterit rector taxare. Panorm. & alij in c. 1. de loca. nisi essent aliqui officiales per vniuersitatem deputati ad hoc, vt in vniuersitate Caturcensi, vbi quotannis tales officiales eliguntur, vt vidi quando illic eram regens, & in Montepessulano iudex parui sigilli taxat ex priuilegio eidem concesso, per Carolum Franciæ tunc regem, anno Do. 1352. in mense Ianuario, & apud Bituriges conseruator regius hoc munus exercebat, doctoribus præsentibus, atqui in vniuersitate Parisiensi, hospitiorum taxatio fit per duos magistros electos ab vniuersitate, & per duos Burgenses, si interesse velint, vt apparet ex bulla Gregorij 9. directa regi Franciæ data in ecclesia Lateranen. 8. Kalendas Maij, pontificatus sui quinto, in chartophilatio vniuersitatis reposita.

6 Sed quo tempore teneatur studiosus soluere hospiti pensionem? Ioan. de Platea, in l. 1. C. de primipilo, libro 12. glo. & docto. in l. 2. & l. ædem. C. loca. sic dicunt, quòd primò inspicienda est conuentio. nam contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. contractus. ff. de regulis iuris, l. prima. §. si conueniat. ff. depositi, cessante autem conuentione consuetudo regionis est inspicienda, quæ est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legibus. l. excepto. C. locati. Arbert. & alij in l. 2. C. illo titulo, & si consuetudo non appareat, in fine locationis erit præstanda, argumen. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & Doc. in d. cap. propter. Angel. in verbo locatio. §. 12. in summa Ange. l. opus. ff. locati. Iason in l. secunda. numero 37. C. de iure emphit. & Pirrus in l. in omnibus obligationibus. ff. de regulis iuris, nempe locator, qui ad patientiam tenetur, non impleuit contractum ante finitam locationem ex parte sua, ergo ante non potest agere, per textum in l. qui hoc anno, ff. de verbo. oblig. insti. de inuti. stipula. §. penultimo.

*Pensionem hospiti quo tēpore scholaris soluere teneatur.*

7 Fallit quando ex iusta causa ante finitam locationem recederet, tunc pro illo tempore quo inhabitauit tantum debet soluere, l. inquilino, & sequen. ff. de damno infec. & l. penult. de migrando. docto. in cap. propter, de loca. Item fallit quando quis promitteret hospiti pensionem quadraginta aureorum pro anno, & solueret decem aureos in initio: sicut enim primum quadrantem soluit in principio, ita & reliquas solutiones in principio debet facere, vt concludit per multa Barbat. in consilio 78. ex celebri, in 4. volumine quia à primordio tituli, posterior formatur euentus. l. prima. C. de imponend. lucra. descrip. facit l. regula. §. fina. ibi, nam initium constitutionis generale est, demonstrat enim &c. ff. de iur. & facti igno. Facit l. nec semel. §. primo. quando dies lega. ced. vbi quando tempus adiicitur causa multiplicandæ solutionis, in principio termini debetur. Bartol. in l. qui hoc anno. ff. de verbo. obliga. & quæ in præfationibus fiunt, aut dicuntur in sequentibus repetita intelliguntur. l. item quia. §. fin. ff. de pact. l. Titia. §. idem respond. de verbo. oblig. vel seruari aliquando vidi apud bonos hospites, quòd postquam scholaris soluit quadrantem in principio, quod conductor teneatur expectare vsque ad finem alterius quadrantis, vt fiat qualis qualis compensatio primi quadrantis ad secundum, quod non tenetur facere locator si nolit, Bart. in l. si cui, in prin. ff. de legat. 1.

8 Tertiò, limita, nisi esset conductor fiscalis, vel emphiteota, qui extra conuentionem in tribus solutionibus potest soluere. l. placuit. C. de colla. fundo. patri. libro vndecimo. quem singul. notat Iason in l. secunda. in glossa penultima.

tima, numero 180. C. de iure emphiteu. & idem Iason in l. quidam, in quarta limita. ff. si cert. peta. instante tamen necessitate fiscus compellere debitorem suum poterit, vt ante tempus statum soluat, text. singul. in l. 1. C. de condict. ex lege secundum Iason. in §. hoc quidem, numero 8. instit. de actio. & in l. pecuniam. ff. si certum petatur. ac in l. in diem. ff. de condictione indebit. relinqui tamen ei debet interusurium medij temporis & vtilitas; glossa in dicta l. prima, & Hippolytus singul. 355. debitor, not. bene, quia apud Bituriges mihi profuit in stipendiis exoluendis, licet omnia non sint hactenus mihi soluta, sed processibus me oportet ea recuperare.

9 Quartò limita nisi locatio esset facta pro tribus annis, quia tunc in fine cuiuslibet anni est solutio facienda. Bartol. in l. si seruus communis Meuij. §. fin. ff. de stipu. seru. Iason in l. secunda, numero 38. cum sequen. in secunda quęst. C. de iure emphit. cum sint tot locationes quot pensiones, argum. l. scire debemus. ff. de verborum oblig.

Fallit quando non esset nisi vna pensio pro pluribus annis, vel vnus redditus, de quo per Bartol. & Imol. in dicta l. si seruus communis, & per Ioan. de Platea, in l. prima. C. de primipilo, libro 12. & per Salice. in l. ædem. col. secunda. C. loca.

10 Quintò fallit quando esset facta conuentio opere pro singulis diebus, tunc precium conuentum in fine cuiuslibet diei debet solui, l. qui hoc anno. ff. de verborum obligatio. & sic quando fit conuentio pro anno, in fine anni, nisi sit consuetudo in contrarium, vt pro quolibet quadrante solutio fiat, idem si esset facta cum scriptore conuentio, vt pro quolibet folio papyri, aut quinterno detur solidus, quia cum isti operarij recipiant mercedem pro victu quotidiano, debet eis solui in fine folij, vel quinterni, argum. l. opus, & l. insulam. §. fin. ff. loca. Cynus & Albert. in dicta l. 2. dicunt istam opinionem esse æquiorem, Typographis verò de consuetudine diebus sabbati pro tota hebdomada solui solitum est, quod vulgo dicitur, *a banque*, & an illi teneantur de vitio operis, vide tex. in l. ea lege. §. fi. ff. loca.

11 Sextò etiam fallit, quando esset facta conuentio pro aliquo magno opere, vtpote pro construenda ecclesia, aut domo, tunc conductor nō tenetur facere, nisi pręstetur ei merces, maxime si is pecunias, quas pro opere recipit, velit satisdare de expendendo ad illud opus, tex. sing. in l. insulam. §. fin. ff. loca. l. si vero non. §. fi. ff. manda. secundum Roma. consil. 348. cui assentit Pirrus, in regula in omnibus obligationibus. ff. de regul. iuris.

*Pro equo æstimato mortuo, an studens teneatur.*

12 Quid si scholaris conducit equum, & illi traditur æstimatus, si perdatur casu fortuito, an teneatur? glo. in l. si vt certo. §. nunc videndum. in verb. periculum. ff. commoda. tenet quod sic, sed gloss. in l. 3. ff. loca. contrarium firmat hac ratione, quia illa æstimatio, non facit emptionem in contractibus de quorum natura est dominium non transferri, sicut in isto. l. cum manu sata. §. nemo. ff. de contrahen. emptio. nam fit causa designandi interesse, Bartol. in l. ex conuentione, col. 1. C. de pactis, sed bene operatur æstimatio, vt teneatur de leuissima culpa. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio, sequitur Bal. in propriis terminis, in l. 1. col. 3. quæstio. 3. C. commoda. & Sali. ibidem, & Conrad. in tracta. de contract. q. 87. in 4. conclu. qui hoc etiam in foro conscientiæ procedere affirmat.

13 Sed quæritur, studens conduxit equum, quem deteriorauit, & eo modo vult eum reddere domino, dominus eum non vult recipere, scholaris ligat eum ad portam domini præsentibus duobus testibus, offerens stare de deterioratione arbitrio proborum, & locationis salarium præstare offert, sed dominus recusat, nec vult equum recipere, perditur, an ipse teneatur? consului Caturci, quod non, per glossam Angelic. & Paul. in l. qui sibi. §. fin. ff. de solu. nam literatus ad duo debita tenebatur, vnum de restituendo rem, alterum de soluendo precium deteriorationis, & sic offerendo vnum debitum, debebat audiri, & sibi imputet ille locator, qui hoc non recepit. l. fin. ff. quib. mod. pignus vel hypothec. soluit. nota. in l. quidam. ff. de rebus cred. ad hæc deterioratio non erat liquida, ideo sufficiebat id quod liquidum erat offerre præsenti pecunia, & pro eo quod nō erat liquidum satisdare. l. statuliber rationem. ff. de statuliber. vbi alia scripsi.

*Scholasticum, non expellit dominus etiam si pro se indigeat re loca ta.*

OCTAVVM, esto quòd dominus possit expellere conductorem, si indigeat domo locata pro se, quando locationis tempore necessitas non imminebat. l. ædem. C. loca. cap. propter. §. fin. illo titul. in decret. Scholares tamen non potest dominus expellere, quantumcunque indigeat illa domo eis locata. Bolog. & alij hic expressim asserunt, ratio illorum est, quia postquam ipsi possunt dominum compellere ad locandum illis, vt supra dictum extitit, & eum expellere, à fortiori ergo quando domus est eis locata, non poterunt expelli. nam turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes. cap. quemadmodum, de iureiur. & est dictum Ouidij, nam si possent sic expelli, cogerentur studium deserere, cum fortè domum non inuenirent ad locandum, vt sæpius contingit in aliquibus vniuersitatibus, quod non est suadendum, imo contrarium facit Imperator in §. his ita, instit. de iusti. & iure. Item maior vtilitas versatur ex studio scholastici, quàm ex necessitate illius domini, vt notant docto. in dicta l. 1. ff. solu. matrimo. quia ex illius scientia mundus gubernabitur, & illuminabitur, vt hic habetur. Præterea dominus domus cum sit nōtus in ciuitate, facilius pro necessitate sua inueniet domum inter cognatos & amicos, quàm scholaris exterus, qui nullos vel valde paucos in ciuitate, in qua degit, habebit amicos, igitur dominus eum non expellet, & hæc sententia est valde æqua. Ad hæc si dominus promisit conductorem non expellere aliquo modo, tunc non poterit illum expellere etiam prætextu necessitatis vt verbale aliquo operetur l. si quando. ff. de

legat.

lega.1.Dec. consilio 473. quæritur. col. prima. in fi.& 2.in princ.allegat Angel.in dicta l. ædem.ita tenentem. Vlterius potest dici, quòd vtilitas publica præfertur priuatæ.l.vtilitas.C.de primipilo. libro duodecimo. sed vtilitas publica versatur in studiosis vt hic, & in dicta l. prima. ergo debet preferri priuatæ vtilitati domini, nam eo dominus potest expellere conductorem quando eget,quia charitas bene ordinata, incipit à se ipso.l.præses.C.de seruit. & aqua.cap. qui vult, de pœniten.distin.tertia. sed maior debet esse charitas, quam aliquis debet habere erga vtilitatem publicam ex studio prouenientem, quàm ad suam, iuxta nota. in l.veluti.ff.de iusti. & iur. & quando vtilitas publica est ex altera parte, tunc non habet locum illa regula, charitas bene ordinata,sed tunc demum quando est vtilitas priuata ex vtraque parte, quod sic suadetur, nam multi amore reipublicæ mortem oppetere non dubitauerunt, vt plene describitur per historiographos, euersa enim domo, & sic propria vtilitate reipublicæ status manere potest, publicæ vtilitatis ruina penates omnes secum trahat necesse est.teste Valerio libro quinto.de pietate erga patriam, in principio, vbi etiam ponit de C.Curtio Roma. equite,qui cum in mediam partem fori vasto ac repentino hiatu terra subsideret, responsumque esset ea re tantummodo compleri posse, qua populus Romanus plurimum valeret, quod Curtius interpretatus equum conscendit, admotisque calcaribus in illud profundum egit, extemplo terra pristinum habitum recuperauit, ibi licet alia videre exempla, & per Fulgo. de dictis factisque memorabilibus, quinto lib.& per Sabellicum,libro 8.exemplorum.ac nuper Rauisium testorem, Rub. de charitate in patriam, sed hodie ferme deleta est charitas in patriam, & est versa in propriam, & vtilitas publica etiam penè aboletur, & omnes proprio maxime Parisien. commodo laborant, quod mihi non est ex sententia, sed totis neruis antiquitatem in hoc sequor. Intellige tamen quòd si scholaris posset nullo negocio, vel saltem paruo inuenire alteram domum,tunc etiam cogeretur illam deserere, cum cessent rationes supradictæ, si non cogeretur deserere studium,ideo cessante ratione legis,cessat lex.l. adigere.ff.de iure patro. nec sumus ita scholaribus addicti,vt aliis iniusticiam facere debeamus, arg. cap. ex parte de foro competen. cap. nuper, de dona.inter virum & vxorem, & arbitror in hoc casu iuramento eorum standum, an domum aliam inuenire possent, necne. argumento cap. nulli,de electio.in sexto. & glossa in clementina præsenti,de censi. & per hoc dixi contra rectorem Montispessulani, quod non poterat expellere vnum ex collegio *du Vergier*, post quinquennium, si ille erat vtilis collegio, & volebat legere, vel studere in altero iure, iuxta statuta collegij, quamuis detur eidem patrono per collegij statuta facultas expellēdi post quinquennium, si viderit expedire, id est, si expedierit, & vtile fuerit collegio, vtpote quia primo quinquennio ille collegiatus fuit discolus, secus si vtilis, vtpote quia legit, tunc ante decem annos expelli non potest, nec debet, & si expelleretur, appellare posset ad curiam supremam, vt aliàs feci, quod notes.multa super hoc aliàs scripsi in causa propria.

*Charitas bene ordinata quomodo intelligatur.*

NONVM est, quanuis finito tempore locationis dominus non teneatur eidem conductori relocare domum, si nolit.l. ne cui. C.locati, sed potest cui vult locare.l.nemo, illo titulo.& idem potest emphiteosim finitam, concludit Roma. in consilio 212. quo ad primum, columna prima. post Bartol. in l. prima. §. permittitur.ff. de aqua quotidiana & æstiua. Barba. in cap. primo. columna penultima. de loca. hoc tamen non procedit in scholaribus, in quibus alio iure vtimur, nam si ipsi tantum velint pro locatione domus, vel cubiculi præstare, quantum dominus inuenit ab alio, veniunt præferendi, & aliis quàm ipsis non potest, nec debet dominus locare.l.fin. C. de loca. prædio. ciuil.libro vndecimo. & ibi glossa. & in dicta l.ne cui, vbi Albertus & Salicetus. hoc expresse firmant, & patruus meus Iacobus Rebuffus in l. congruit, eodem titulo. cui adstipulatur Baldus in Margarita, in verbo, scholaris. in quæstione secunda. Ioan. de Platea, in l. si tempora. C.de fide instrumen. & iure hastę fisca. libro decimo. tum ne cogatur mutare hospitium, quæ frequens mutatio leuitatem arguit ingenij, & temporis amisionem parit, textus, iuncta glossa in cap.quæ dignior. 24. quæstione prima. tum ratione vtilitatis ex scientia prouenientis aliis debent præferri, vt tenet Matth.de Afflict. in tract. de iure protomiseos. §. super, colum. secunda. versicul.secundò fallit, vbi in bidellis vniuersitatis idem esse firmat,& aliis iuratis. per glossam in cap.primo de loca.sicut dicimus de domino,qui in fructibus ex suo fundo à colono perceptis venit aliis præferendus, Bartol. in l. prima. C. de metalla.libro vndecimo. addit. ad Alexand. in l. prima.C.de dolo. Roman. consilio 22. propositis. & Ias.in l.fin.numero decimo. C.de iure emphi. & in l. qui Romæ.§. cohæres, col. pen. ff.de verb.oblig.

*Relocare domum scholari inquilino dominus tenetur.*

Quæro quid si literarum studiosi diuersæ facultatis illam domum conduxerint, quis illorum debeat in ea præferri? & videtur, quòd is qui in nobiliori vacat facultate,videlicet in theologia, demum canonum studentes, & postea legibus incumbentes, medici artium professoribus præferri solent. cap. clerici, de iudic. & ibi hoc not.docto.glossa in verb. videlicet magistri, de colla.in pragm. dicerem tamen conductorem primum præferendum omnibus etiam theologis, licet ipse non sit nisi artium studens, quia theologus priuilegiatus non vtetur priuilegio contra priuilegiatum. authentic. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesiis, & ibi plene Bartolus & alij, etiam quia theologus & quiuis alius scholasticus est prohibitus locare, quandiu alius studens tenet domum ex locato, vt sequitur.

*In domo locata, quis scholasticorum præferatur.*

DECI

*Conducens domum scholari locatā, est excōmunicatus.*

DECIMVM est, quòd si doctor vel scholaris ante finitum tempus locationis conduxerit domum alij scholari locatam sine consensu conductoris, est excommunicatus, textus in cap. primo. de loca. ratio illius textus est, ad euitanda scandala, quę ex hoc inter ipsos possent euenire, propter quæ scandala vitanda multa specialia in iure introducta sunt, congesta per Felin. in cap. nihil, de præscriptio. & vt amor, dilectio, & pax inter dictos scholasticos obseruetur, vt dicunt ibi scribentes, nam humanius debent se habere studiosi inter seipsos, quàm inter extraneos, cum sint socij, vt dicit Panorm. in d. c. primo, & infra dicam in illo priuilegio, quod notitia scholastica multum prodest. fundatur hoc priuilegium etiam in æquitate illius præcepti, Non facies aliis, quæ tibi fieri non vis. vt in principio decreti, & quia iuris præcepta sunt honeste viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere. §. iuris, instit. de iusti. & iure. l. iustitia. ff. illo tit. ob id scholastici suos scholasticos socios sic læderent, & postea capitalis inimicitia inter eos oriretur, quæ propter istam prohibitionem tollitur, & hodie vidi inter socios & conterraneos ob inuidiam duriores oriri controuersias, quàm inter extraneos, & de re minima, & de mulieribus, & de locis in studio sitis, & plures occiduntur per socios, quàm per exteros.

Amplia ista procedere non solum, si scholaris locauerit, sed etiam si tractauerit, & per eum non steterit: nam talis tractans auferre domum alij, & sibi locari satagens, est etiam excommunicatus, vt expresśim firmant Ioannes Andreas & Panormitanus in dicto cap. primo, & Siluester de Prierio, in sua summa Siluestrina, in verbo, excommunicatio. quarto. in nona quæstione. Facit cap. quisquis, cum multis sequentibus de pœnitentia, distinctione prima, quamuis summa Angel. eodem verbo, & alij multi velint tenere, quod sit constitutio localis, sed glossa in dicta l. ne cui. contrarium asserit Card. & Barba. in dicto capitulo primo. Nec obstat quod dictum capitulum primum loquatur de scholaribus Bononiæ commorantibus, fac esse, nam illi causam constitutioni dederunt, tamen non sequitur quin habeat locum in aliis studentibus, sicut in procemio decreta. loquitur Papa scholaribus Bononiæ commorantibus, & tamen in omnibus habet locum. probat textus in authentic. cassa. C. de episco. & cleric. scripsi in tracta. nomina. quæstione quinta, & Innocentius per bullam datam Lugduni, secundo Nonas Martij, pontificatus sui anno secundo, prohibet expresse sub pœna excommunicationis, vt nullus magistrorum, seu scholarium Parisiensium, alterius conducat hospitium absque illius consensu, quandiu ipse prior, absque manifesta malitia retinere voluerit, Inquilinus neque hospitia, vel scholas, si forsitan plura conduxerit, locet alij precio cariori, &c. quod priuilegium est etiam descriptum in lib. facultatis decretorum, & hoc concesśit idus Maij, pontificatus sui anno secundo.

Secundo etiam procedit in bidellis, & aliis iuratis, vt non posśint etiam conducere domos locatas scholasticis, cum ipsi sint causa scholarium & doctorum in vniuersitatibus, ergo contra eos non debent insurgere. nam propter vnumquodque tale, & illud magis, authent. multo magis. C. de episcopis, & clericis, quanuis multi iniqui bidelli contra suos doctores insurgere non vereantur, qui priuandi essent suis officiis tum ratione periurij, quod incurrunt, tum comptentus ratione.

Tertio etiam procedit in locatoribus, quo ad prohibitionem, non quoad pœnam, ex natura correlationis. Panorm. & Barba. in d. cap. 1. & quanuis doctores vtroque trahant, plures tamen in hanc rem descendentes inuenio, quos vt sequar inclinat animus, vt videlicet locatores etiam prohibeantur locare domum, vel cubiculum locatum scholastico sine consensu illius studentis, qui cubiculum tenet, non tamen est excommunicatus, si contrarium faciat, quanuis scholasticus conducens in excommunicationem incideret per prædicta, quia in non subditos sententia ferri non debet. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. vbi pulchre Hippol.

*Scholasticus discedens ante finitā locationem, totam pensionem non soluit.*

1 VNDECIMVM est, quod scholaris non finito tempore suæ locationis recedens de domo conducta, propter pestem, vel aliam iustam causam, non tenetur ad pensionem totius anni, sed temporis solius, quo illam domum inhabitauit, vel cubiculum. l. habitatores. §. fin. ff. loca. Bartolus & ibi Alexand. in additio. ad eum, & in l. cotem ferro. §. qui Maximos. ff. de publica. l. recusare. §. fin. cum l. seq. ad trebel. Alexander. in addit. ad Bartol. in l. si vno. §. item quidam, loca. Panorm. Imol. & Barba. in cap. propter, in princ. loca. glossa in verbo pestis, in cap. primo. de auctoritate & potestate sacro. genera. concilio. in pragma. docto. & maxime Porcus in §. fin. insti. de loca. Angel. & alij in §. sequens, ibidem de actio. Calderinus consilio quinto. in titulo, de locato, Guido Papæ in decision. delfinali. quæstione 530. thesaurarius, circa finem, & conciuis meus Nicol. Boerius in §. 18. de iurisdit. omnium iudicum. & ibi in addit. & ratio est, nam dominus potest ob necesśitatem expellere conductorem. l. ædem. C. loca. & supra visum extitit, ita conductor propter necesśitatem poterit domum relinquere, ne ad imparia iudicentur, & quod in vno correlatiuorum statuitur, & in reliquo habebit locum. l. 1. C. de cupress. libro vndecimo. Sed hæc ratio non procedit quoad studentes, qui ob domini necesśitatem expelli non posśunt, vt supra dictum extitit.

*De timore mortis & pestis.*

2 Verùm propter timorem mortis ipsi discedere poterunt, quia magna est necesśitas, timor mortis. l. de ætate, & ibi doctores. ff. ad Trebellianum. propter quam fugiendam licitum est inuasorem suum occidere. l. vt vim. ff. de iusticia & iure. l. scientiam. §. qui cum aliter, ad leg. Aquiliam. l. prima. C. vnde vi. & ibi latisśimè Baldus & Salice. clementina prima. de homicid. Item ad euitandum mortem licitum est

aduersa

aduersarium corrumpere.l. 1.ff.de his qui mortem sibi consciuer.licet non sit secundùm Deũ, teste Alber. in dictio.in verbo, leges dicuntur. Item mortem violentam licitum est fugere.clement.pastoralis. in verbo, per violentam. de re iudica. & hoc nos docuit in Euangelio Christus:primò, dum fugit in Aegyptum, vt mortem Herodis vitaret: secundò, cùm dixit, Si quis te persequatur in vna ciuitate, fuge in aliam, & quando euanuit in Templo, dum Iudæi lapides in eum proiiciebant. 23. quæstio.3. cap.1.& Lucas de Penna,in rubri.vt armo. vsus inscio princip.sit interdict. lib. 11.igitur poterit literarum studiosus tempore pestis domum relinquere locatam,vel cameram,& fugere: cùm pestis sit fugienda. text. in cap. negociatorem. 88. distinctio. & longè,citò, & tardè, vt nostrates medici firmant: nam contra eam non valent medici,nec medicinæ: vt dicit Paulus, in l. si ab hostibus.§.fina.ff. soluto matrimo. Calder.in repetitio.cap. vestra. de cohabitatio. cleric. & mulierum: in practica tamen non posset quis obtinere,secundùm Panormitan. in dicto cap. propter, quæ sententia sic probatur, quia contractus sunt necessarij, postquam sunt perfecti.l.sicut.C.de actio.& obligat. ergo ex causa pestis non est licitum recedere,secundo probat l.si fundus.ff.locati,tertio l.forma.ff.de censi.sed istis non obstantibus, contrarium crederem posse etiam in forensi iudicio obtineri in scholaribus, quia ipsi sunt in studio,vt studeãt, & lectiones audiant, si in scholis nil legeretur, sed lectores recederent, sicut fit frequenter de ciuitate Tholosana,ad Caturcen. vt sæpius feci, & de Pictauen. ad Andegauen. cessantibus lectionibus studens: tunc posset dimittere dictam domum, cùm sibi non possit imputari, si non remanserit, cùm nihil commodi ibi ageret. Item, quia locus pestifer non dicitur tutus. dicta l. de ætate.ff.ad Trebellian.& ibi Bar. glos. in cap. communis filius. 24.distinctio. & in loco non tuto quis non tenetur morari.cap. accedens,secundo.vt lite non contestata. & ista expressè reperi tenere Bald. in cap. ex parte, in primo. de appellationib. dicentem in omnibus ita esse obseruandum, per text. ad hoc rotundum,in dicta l.habitatores. §.fina. facit text. vltra eum,in l.dominus. §. fina. ff.locati. vbi dicitur quòd qui ante tempus sine iusta ac probabili causa deserit rem locatam, ad pensionem totius temporis tenetur: ergo si cum iusta causa deserat & probabili, non tenetur, sed non potest esse magis causa iusta discedendi quàm pestis: igitur ob illam discedens, non tenetur ad pensionem temporis futuri, huius sententiæ est Corset.in verbo,locatio, in versic. locatam domum. dicens hanc opinionem in studiosis multum rationabilem: & ego ipse eam existimo humaniorem, quàm aliam, & magis æquam, cùm faueat studiò, & totis viribus debemus amplecti opiniones pro studio,si velimus peritos habere.iuxta text. & not. in l.1. ff.soluto matrimo.& §.his ita.de iustitia & iure. licet Barbat.& aliqui teneant contrarium,in dicto cap. propter. non tamen inuenitur aliquis, qui hanc sententiam contra studiosos firmet: ergo erit amplectenda pro eis. Nec refragatur quod non est licitum à contractibus recedere: hoc verum,nisi ex iusta causa, & legis authoritate, sicut dicit ille. §. fina. & l. & eleganter. ff. de dolo. & l.secunda.C.de rescinden.venditio. Non obest dict. l. si fundus. nam in fine dicit, quod debet fieri remissio mercedis tantùm, si conductor non potest frui re locata, propter potentiam illius, quem dominus non potest prohibere, sed non potest vti re locata ob pestem: ergo mercedem tenebitur remittere dominus. Non obstat dict. l. forma. versic. illud. quia ibi dicitur, quod censitor debet releuare eum,qui certis ex causis non potuit frui, sicut in casu isto. not. per de Ripa in suo tracta. de peste,in secunda parte,quęstio.quarta.Respon. quòd loquitur in aliis, quàm in scholasticis, in quibus est dubium, sed in ipsis neminem inuenio contradicentem, nec dubitantem.Dom. Chassan.in consuetudin.Burgund.in rubri. *des gabelles*, in secunda conclusio. & hanc sententiam in forensi iudicio seruari vidit dominus Boerius in dicto §.18.multa alia adducens, quæ ibi licet videre: & ita inuenio consultum in eo qui ob bellum deserit rem conductam, per Aretinum,consil.140.quia consultatio. & Soci. consil. 44. incipien. in præsenti consultatione. volumine primo.imò si soluisset, posset repetere, secundùm de Ripa in dicto tracta. de peste. fol.5.versi.secundum.sed bellum & pestis æquiparantur. Bartol. in l. naturaliter. ff. de vsucap. dixi in §.primo.de collatio.in concord. {Nam si aliquis nõ potuerit habitare totam domum locatam sibi ob inquietudinem cuiusdam mulieris peruersæ,non tenetur soluere totam pensionem.Bald.consil.364.dominus.in 1.vol.}

3 Limita, nisi tempore conductionis pestis adesset: nam tunc crederem remissionem non esse faciendam, quia imputetur conductori, qui tempore pestis conduxit: nam cogitare poterat de ea,& sic conducendo illi videtur renunciare, prospicere enim debebat hoc euenire posse.l.si quis domum.§.finali.ff.locati. gloss. in dicta l.habitatores.§.fina.& ibi Docto. Bald. in l.si ea lege.columna secunda. C.de vsur.cap. propter. §. fina. de locat. Confirmo, quia licet ratione contractus quis sortiatur forum. l. hæres absens.de iudic.ff.cap.fina. de foro compet. tamen quando quis contrahit cum aduena,hoc locum non habet.dict. l. hæres. §. proinde. Et ideo si miles tempore belli susceperit castri custodiam tenetur, etiam si violenter ab eo auferatur, quia tempore concessionis hoc considerare debebat. secundùm Ioannem Andr.in additio.ad Specul.in titu.de locat.super rubric. idem dicitur in conductoribus, in confinibus regni existentibus: vt non possint remissionem tempore belli petere, quia temporis limites ita tractantur.Baldus in l. si ea lege. col.fi. C.de vsur. Alexand.consil.112.videretur.in primo volumine. faciunt nota. per Tiraquellum, in l. si vnquam. C. de reuocan.donat.in princ.

nume. 61. cum sequen. vbi si donans cogitauit de filiis, non videtur habere locum lex illa.

4 Secundò limita, nisi fuisset conuentum, quod ob pestem non fieret remissione tunc pacta seruabo, ait Prætor, in l. iurisgentium. §. Prætor. ff. de pact. Bertachin. in tracta. de gabellis, in secunda parte, quæst. 24. nisi pestis fuerit procurata per aliquem ex familia domini locantis: nam tunc non fit remissio, etiam si per pactum esset promissa, per textum singul. in l. qui insulam. §. fina. & ibi Bologni. in secundis interpretatio. ff. locati. secundùm Roma. singul. 29. si quis promisit. Iason in l. sed & si quis. §. quæsitum. columna penul. ff. si quis cautio. facit §. item tria. institut. de excusatio. tuto. & quæ notat Felin. in cap. fin. de testi. quod actus affectatus non prodest. & Ias. in l. si seruus plurium. §. penult. ff. de legat. 1. Hippoly. in l. 1. §. cum quis. de quæstio.

*Cautela pro conductore discedere volente.*

5 Tertiò limita, nisi recesserit non facta nunciatione domino, quia tunc si dominus passus fuerit aliquod damnum propter denunciationē nō factam, actione locati illud consequetur. l. item quæritur. §. exercitu. ff. loca. & ideo si conductor vult euitare hanc pœnam, consulo vt antequam recedat, claues ferat, & domino offerat, & denunciet eidem se velle recedere, ista fuit sententia Ioan. Baptistæ de sancto Seuerino, in dicta l. diem functo. 40. quæst. ff. de assesso. & de Ripa in dicto tracta. de peste, in versic. 2. dubitatur. Intellige quando posset, vt d. §. exercitu, dicitur. & scripsi in glos. residentiæ. §. 1. de colla. in concorda.

6 Quartò limita, nisi scholaris pestem procurasset. fortè discedere cupiebat: & ob id misit nūcium ad locum pestiferum, vel ipsemet iuit, & postea in domo illius primo superuenit pestis: tunc dicerem non debere fieri remissionem, ob dolum vel culpam eius. l. si merces. §. culpæ. & ibi Bart. ff. loca. & idem Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & l. si nulla culpa. C. de pignor. actio. idem si conductor esset vir sceleratus, vt puta vsurarius publicus, blasphemator, vel sodomita, vel fornicariam domi haberet: nam esset præsumēdū, quòd pro illo delicto pestis acciderit. text. in authen. vt non luxurientur contra naturam. collat. 6. & idem Ioan. Andr. & Hostiens. in dicto cap. propter. istud tamen esset difficile obtinere in practica, nisi in Italia quo ad crimen sodomiæ, quod nunquam in Francia habitationem habere potuit, licet pluries perquisierit: adeò vt coactum fuerit ad suam antiquam habitationem redire.

7 Quintò fallit, quando locus esset naturaliter pesti subiectus, & aliquis sciens loci qualitatē conduceret: nam tunc est remissio deneganda, vt notat dominus Ioannes Igneus, in repetitio. l. contractus. columna 34. ff. de regul. iur. argumen. l. si fundum. C. de ædil. actio. & de Ripa, vbi suprà, in secundo casu. Quod intelligerem in aliis extra scholares: nam scholares, cùm sint iuuenes, de his non cogitant, nisi expresse dicant: nam cùm habeant pauco tempore immorari, putant pestem dormire, posse tandiu, quandiu illi in studio residebunt, sed tantùm procedere puto, quando singulis annis esset, vel quando locauit, locus erat peste infectus, per prædicta.

*Modicū pestis tempus an debeat detrahi, & inquilino computari.*

8 Sed quæro, an sit facienda remissio mercedis, si scholaris non steterit nisi per vnum mensem absens, vel duos, quia solum illo tempore viguit pestis, videtur quòd non, quia de modico non curat Prætor. l. scio. ff. de in integr. restit.

Secundò probatur, colonus debet modicum damnum æquo animo pati. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. cap. propter sterilitatem, extra, de loca. & dicitur modicum damnum, quādo est læsio in dimidia parte, secundum communem opinionem Doctorum, in dicto §. vis maior. & dicto cap. propter. vel in tertia, vt ibi: & Alexand. consil. 3. viso instrumento, in primo volumi. & consil. 107. incipien. perspectis verbis. colum. fina. lib. 3. vel aliis modis dicitur modicum, vt ibidem, & per Corne. consil. 128. incipien. videtur primo. in secundo volum. col. 5. Contrarium tamen tenerem, per l. habitatores. §. fina. ff. loca. vbi dicitur inquilino migranti propter iustam suspicionem periculi debere fieri remissionem mercedis, multò magis quando ipsum periculum subest, licet modico tempore durauerit. Secundò facit l. quod si domus. eod. titu. vbi dicit text. quod inquilino inhabitanti domum ruinosam, non remittitur merces: ergo si non habitauerit, remissionem habebit. Tertiò facit d. l. habitatores. in princip. in ratione, vbi dicitur, quod propter magnam incommoditatem habitandi superuenientem ex reparatione necessaria, facienda est remissio, non propter aliquam particulam incommodi, sed à domo abesse tempore pestis, non potest esse sine magno incommodo, ergo fiet remissio. Et non obstat quòd Prætor non curat de minimis, hoc fateor in casibus à iure expressis, secundùm Cardinal. in Prooem. Clement. in fine: vel quando est contra ius commune, per textum in dict. l. scio. & l. si oleum. ff. de dolo. & Corset. in suo tracta. de minimis. posito in tracta. de potestate regia. quæstione 4. Nec hoc videtur minimum scholaribus, qui communiter pauperes sunt, vt hîc dicit textus nec obstat text. in dicto §. vis maior. quia loquitur in colono. nos verò in inquilino, & ibi assignatur ratio: nam colonus non tenetur lucrum restituere, quod ex vbertate fructuum cōsequitur, vnde æquum est etiam quod modicum damnum sentiat: nam qui in vno grauatur, in alio releuari debet, & econtrario. l. eum qui. in princip. ff. de iureiuran. Inquilinus studens ex habitatione nullum vel paruum maius lucrum vno anno quàm alio consequitur: ergo nec maius damnum debet sentire vno anno, quàm alio. l. secundum. ff. de regulis iur. & istam opinionem amplectitur de Ripa in tracta. de peste, in secunda parte, quæstio. 2. fol. 6. nam postquam discessit semel scholasticus, fortè non reuertetur etiam finita peste, quia migrauit

grauit iussu parentum ad aliam vniuersitatem, & dominus domus poterit illam alteri locare: ideo non tenebitur scholaris, finita peste, nam postquam est finita quo ad eum locatio, vel saltem interrupta, non continuabitur.

*Domũ cõducenti, & nõ intẽti, quãdo sit remissio facienda.*

9 Quæro amplius, si inquilinus conduxexit amplam domum pro scholaribus vel aduenis hospitandis, & pestis contigerit, ob quam scholares non potuerunt hospitari, nec alij aduenæ, an sit facienda remissio? & videtur quòd non: quia inhabitauit, & licet aliqua incommoditas interuenerit, tamen remissio non debet fieri. dicta l. habitatores. in principio. in hoc puncto sic puto concludendum, insequendo doctrinam Bartoli in l. cum plures. in princip. ff. locati.

Prima conclusio est, quando inquilinus principaliter pro sua habitatione conduxit domum, licet cogitaret secum hospites habere, tamen si non habuerit, non est facienda remissio. dicta l. habitatores. quia quod principaliter fit, attenditur. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. cùm ibi congestis per Iasonem & alios.

Secunda conclusio, quãdo inquilinus principaliter conduxit domum, vt scholares & hospites haberet, & propter pestem non potuit habere, nec potuit vti dicta re: tunc facienda est remissio. dicto cap. propter sterilitatem. & d. §. vis maior, nam illud quod fit principaliter debet inspici. not. glos. in cap. ieiunium. 76. distinct. Bald. in l. 1. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. glos. in l. in iure ciuili. ff. de regul. iuris. & dicta l. si quis. Alexand. consil. 113. in 2. volumi. & 119. in 6. volumine. Ioannes Rugerius in repetitio. c. primi. fol, primo. verso de causa poss. Ias. latè, in l. si quis nec causam. ff. de re. cred. Felinus in cap. exhibita. col. prima, de iud. glos. in cap. si propter. in verb. primi. de rescript. in 6. glos. in cap. ad audientiam. in verbo, principaliter. de præscriptio. Bartol. in l. ambitiosa. col. 4. de decret. ab ordin. facien. Aret. consil. 52. visa consultatione.

Tertia conclusio, quando dubitatur, an principaliter conduxerit, an non: tunc debemus inspicere qualitatem inquilini, si fortè erat solitus tenere scholares, & habere hospites: nam præsumendum erit, quod ad illum vsum conduxerit, argumen. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. l. vel vniuersorum. de pignor. actio. ante omnia patrisfamilias, consuetudo inspicienda est. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. & ideo studentibus cessantibus habitare propter pestem, remissio erit facienda, vnde consuluit Roman. consil. 178. pro decisione casus propositi, quod aromatario impedito exercere artem suam in domo conducta, debet fieri remissio: quia in dubio præsumitur conduxisse domum ad vsum artis suæ, per glos. in cap. 1. in verbo, ad fenus. de vsur. in 6. dicentem locantem domum vsurario manifesto debere puniri pœna illius text. quia debuit cogitare, quod vsurarius conducebat domum pro vsuris exercendis, ex quo ibi infert Domin. quod non poterit ob id dominus illum conductorem expellere, & ibi idem dicit Perusi. quod locator non potest expellere meretrices, quibus scienter conduxit domum, quia ad vsum meretricandi conduxisse videtur: & idem dico in fabro, qui domum nigram reddiderat propter fumum carbonum, vide Alex. consil. 103. visis. num. 7. in 2. vol. & Rauen. in Alphabet. in verbo, qualitas. & infrà dico abundantius.

Quarta conclusio, qualitas etiam domus, in dubio est inspicienda, vt si erat prope studium, secundùm Bart. ibi, & sequitur Alex. consil. 107. incipien. pro inuestigatione. columna penulti. in 2. volumine.

Quinta conclusio. Ex qualitate domus, & inquilini colligitur probabilis coniectura, nam si fortè conductor pauper, & modicam habens familiam, magnam & amplam domum conduxerit, erit ex qualitate domus præsumendum, quod pro hospitandis scholaribus, illam conduxit, vt dicit Alexand. consil. 107. allegato, & idem si inquilinus poterat hospitari scholasticos, quia fortè non habebat officium, ex quo posset viuere, nam qui aliunde possunt viuere, & habent pulchras vxores, non sunt soliti hospitari studentes venereos vltra duos dies, & dicunt zelotypi, sint procul à nobis, sed mulieres bene conueniunt cum illis, cùm similes sint illis, saltem in vestibus.

Sexta conclusio. Inspiciendus est locus studij, in quo scholares sunt soliti residere, quia si aliquis in municipio conduxerit domum, & petat remissionem sibi fieri, ex qualitate loci non erit præsumendum, quod propter scholares locasset, cùm non visitent municipia, nisi propter pulchras hospitas, & dominas, quandoque ob indulgentias, consuluit Alexander consilio 105. magnifice Prætor. numero 21. in tertio volumine. aliàs relinquitur arbitrio iudicis, qui istas qualitates, vel alias, seu aliquam illarum considerare habeat, quæ ad iudicandum sufficiant.

*Scholasticus discedens in locum suum alium nõ rixosum subrogare potest.*

1 DVODECIMVM priuilegiũ est, quòd studiosus recedens de domo cõducta, potest in locum suum alium subrogare: quia conductor alteri locare non prohibetur. l. nemo. C. loca. & ibi vide Barbat. in additio. ad Bald. glos. singul. in §. fina. institut. eod. secundùm Rauennam in compendio iuris canoni. in rubr. de foro competen. fol. 98. col. 4. & aliàs consului, quod est verum iure locationis, non societatis: quia electa est industria personæ & socij. §. soluitur. institut. pro socio. l. si quis arbitratu. ff. de verbor. obligatio. cap. fina. de offic. delega. ergo socio decedente soluitur societas, quæ ad hæredes non transit. l. actione. §. morte. ff. pro socio. & l. furti. §. penulti. de his qui notan. infam. nam inuitus non fit socius, vt dictis iuribus: si tamen scholaris voluerit in locum suum alium æquè bonum, laudatæ & probæ vitæ subsistuere, non debet per alios recusari, secundùm Specul. in titu. de iudic. in §. generalia. versicu. circa hoc quæritur. Ioan. Fab. Angel. & Porcus in §. fina. instit. pro

socio. Alexand. in l. serui electione. § primo. ff. de legat. primo. & l. perceptione. ff. de his qui deiecer. vel effude. & l. idémque. pro socio. Paul. in l. & hæc distinctio. §. cum fundum loca. si verò fuerit rixosus, potest recusari, secundùm Alber. in rubr. pro socio. C. per l. si cõuenerit. in fi. ff. illo titu. & aliàs consului quibusdam collegiatis Tholosanis, quod non admitterent studentem rixosum, & non solùm non debent recipere, sed etiam si ignoranter fuisset admissus, potest expelli. d. l. si conuenerit.

*Hospes sine cõsẽsu scholasticorum unum studẽtem recipere nõ debet maximè rixosum.*

2 Si autem hospes sine consensu aliorum quenquam receperit, quod non debet facere, poterunt alij scholares agere contra hospitem, qui rixosum recepit ex conducto, vt agat contra illum rixosum ex locato, vt eos non turbet, vel discedat, secũdùm Alber. in l. 2. in princ. ff. ad legem Rhodiam de iactu. liberabitur tamen hospes cedendo actionem aliis. l. quod debetur. ff. de pecul. notat Angel. in Summa Ange. in verbo, locatio. §. 8. imò filius potest patrem rixosum dimittere, & poterit seorsum habitare, & cogetur pater eidem filio dotem, quam à nuru recepit, restituere, cùm filius sit deinceps laturus onera matrimonij. l. si is qui. §. 1. ff. de iure dotium. l. si filia. §. 1. familiæ herciscun. Angel. & Imol. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. solu. matrim. Paul. in l. 2. C. famil. herciscun. & Ioan. Crotus, in repetit. l. frater. col. 25. quæst. 19. ff. de condict. indebi. quia quis debet eligere socium suis conuenientem moribus. c. 1. in fi. & ibi Pan. de postul. prælat. & ibi refertur de quodam philosopho, qui solitus erat dicere, Noli habitare in loco vbi tui similes non inuenis. in addit. ad Panor. & executor publicus debet dari nõ acerbus aut contumeliosus, sed moderatus, & cum efficacia benignus, & cum instantia humanus. ff. de vsur. l. si bene. item facit ff. de iure dotium. l. cum in fundo. §. ipsius. & l. sicut. §. sed si permiserit ibi, quod amicus erat, quibus modis pign. vel hypothe. solui. & Luc. in l. fin. C. de agric. & mancip. lib. 11.

3 Et si scholaris nolit facere suam septimanam, alij scholastici compelluntur suam facere septimanam, possunt agere in eum actione pro socio, secundùm Ioannem Fab. in d. §. fina. & Specul. vbi suprà, versic. hoc etiam nota. licet aliqui velint tenere quòd officiũ iudicis est implorandum, quod in idem reincidit quo ad effectum.

4 Quæro si multi scholares despaciantur, & vnus illorum inuenit pecuniam, an alij debeant habere suam partẽ? & vulgus dicit quòd sic, sed contrariũ teneas. per l. si is qui. §. fin. ff. de acqui. rer. dom. no. in l. si minor 25. annis filiofa. ff. de minor. & Alber. in rubr. C. pro socio. §. thesauros. vbi Angel. de rerum diuisio. in institu. quia isti non sunt propriè socij, & sic in statuto faciente mẽtionem de sociis, quod vnus pro alio teneatur, non comprehenderetur ille, qui simul habitaret. Panor. in d. cap. fin. de postu. prælat. & Angel. in dicto verbo, locatio. in 8. quæstio. sed in fauorabilibus bene comprehenderetur secundùm eos.

5 Notandum est, quòd si facta sit conuentio inter scholares, de stãdo & viuendo simul toto tempore studij, poterit tamen vnus illorum recedere ab illa conuentione, si vnus cœperit esse molestus, & rixosus, secundùm Alex. consil 18. visis. nu. 4. in 2. vol. licet aliàs conuentio de non diuidendo ad tempus valeat: secus si in perpetuum. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diuid. latè Doctor. in l. nemo. de lega. primo. Felin. in cap. si diligenti. de foro competen. vide Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo, in eodem testamento. 2. num. 34. de testam. item homines disparis professionis non debẽt simul moram trahere, ideò artista non congruit cum legistis, & ita expressè decidit text. in clem. 1. de elect. & hoc ibi declarat Imol. & Barbat. & dicit pulchrè Ouidius,

*Habitãdum cũ paribus.*

*Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci,*
*Tam premitur magno coniuge nupta minor.*

6 Quod est verũ collegialiter, vt sint collegiati vel bursarij, secus si ad tempus habitare velint, vt ibi dicitur. & præcipuè non coniungas tibi aliquem, qui dominatione vti velit, fortè si alicui nobili subiecti sint parentes tui, illum tecum non habeas, si non quæras subiectionem, sed hominem paris conditionis & æqualem tibi.

7 Insuper quæro studens præcipit suo famulo, vt operas, quas sibi exhibere tenetur, alteri præstet, an famulus teneatur? respon. quòd sic. per text. in l. opere in rerum. in fi. ff. de oper. libert. l. hominis. & l. vxori. §. strophium. de vsufr. lega. quia is qui conduxit alteri, potest locare. l. cum in plures. ff. locati. & illa pecunia per famulum acquisita, acquiritur domino. l. patronus. & l. si libertus. 1. ff. de operis libert. & l. qui libertinus, ibidem.

*Operas quas domino debet famulus an dominus alteri delegare possit.*

Primò fallit quando is, cui operas iubet exhiberi, esset odiosus, vel onerosus, vel rixosus, tunc non tenebitur famulus eidem seruire. argumen. l. secundę. ff. vt in possessionem legato. l. inuitus. de fideicommis. libert. l. fin. C. de pact. inter empto. & vendit. quia non debet fieri deterior conditio famuli. l. generaliter. in fi. ff. de fideicommis. libert.

Secundò non procedit quãdo vellet delegare operas turpes, quas ipse dominus non potest exigere. l. hę demum. ff. de oper. libert.

Tertiò non procedit, quando extra locum vellet, vt eidem seruiret, etiam non teneretur, si ad illas operas non esset obligatus. l. vsuras. & ibi not. C. de solut. Lucas de Penna, in l. 1. col. 2. C. de agric. & censi. lib. 12. cõsulo quod hoc fiat de voluntate famuli, quia seruitium coactum parum prodest.

8 Sed dubitandũ est, si plures scholastici conuenerint cum famulo, de certo dando salario pro vno anno, & vnus ex illis interim recedat ex aliqua iusta causa, an alij ad integrum precium conuentum teneantur? & videtur quod sic: quia famulo non debet imputari, si non seruiat omnibus, cùm per eum non stet, regu. in iure ciuili. ff. de reg iur. & reg. cùm non stat. illo titu. in 6. & l. in executione. §. fin. ff. de verb.

*Integrã pensionem vel mercedem uno recedẽte, an alij soluere teneantur.*

verb.oblig.& hoc credo verum,quando si alius scholaris superuenisset, potuisset famulus maius precium petere, ergo cùm minuitur numerus,minuitur & salarium.l.scio.ff.de annuis legat.& ibi dicit Bart. quòd eatenus quatenus diminuitur labor, debet diminui præstatio pensionis, sed cùm tantus sit labor fermè in seruiendo vno,quantus in seruiendo duobus,non debet minui pensio, vnde arbitrio boni viri statuetur secundùm eum, vt absens etiam teneatur soluere suam partem, firmat Alber. & ibi Bart.in l.ædem.in fin. C.loca.& Bald. in l.1. de legat.& hic. & Ias.in repetitio. l. quominus. in 23.quæstio. ff. de flumi. Siluester de Prierio, in sua summa Siluestrina,in verbo,locatio. nume.5.Porc.in §.item.nume.4.institut.loca.idem dicendum puto, si tres conduxerint vnam domum, & vnus illorum recessit: nam alij duo non tenentur ad totam pensionem, licet illi duo vsi fuerint tota domo:quia ex quadam necessitate hoc fecerunt,cùm non possent vti parte domus,sicut nec parte famuli. l. duo fratres. ff.de acquiten. hæredita. & ibi Alexand. in additio.ad Bart.l.si vt certo.§.si duobus, commoda.si tamen scholaris protestaretur, quando recessit, quòd illa domo vti amplius non vult, vel non potest per rixam aliorum: tunc non teneretur, iuxta ea quæ notantur in cap. cùm M.de constitut.& in l.non solùm.§.morte.ff.de noui operis nuncia.ideo seruatur,quòd nisi fiat ab illis duobus protestatio, quòd totum soluatur salarium per eos:quia tantùm penè laboris obtinet in duobus, sicut in tribus,& tantum lignorum consumitur fermè in duobus, quantum in tribus.Ias.in addit.ad Porc. in d.§. item. de loca.in instit.

*Cuius cõsuetudo inter plures simul habitantes seruari debeat.*

9 Quid, si sint duo scholastici socij in eadem camera discordantes: cuius consuetudo seruari debeat? Respon. laudabilior, si sint æquales,loci in quo degunt consuetudo.cap.illa. 12. distinctio.Archidiacon. in cap. quisquis.14. distinctio.& ideo si vnus ieiunet pro more diebus Sabbathi, alter non, tertius debet adhærere ieiunanti: nam Sabbatho ieiunandum esse dicit.cap.Sabbatho.de consecrat. distinctio.3. qui tacitè consentire videtur, scienter talem societatem intrando.cap.tecolentes. de statu monacho. & intelligo quando ageretur de ieiunio, quod est præcepti, aliàs non tenetur quis ieiunare, licet socius ieiunet. Collecta. in cap. fina. in fin.de consuetudin. sed quanuis non teneatur ieiunare: tamen alter qui ieiunat, non tenetur contribuere ad pensionem cœnæ, cùm sua non intersit,nec expensis communibus fiet, inuito altero ieiunante. argumen. l.2. ff.de serui. & sæpius vidi super his dubitari, & si vnus velit vigilare vsque ad mediam noctem, alter verò dormire hora nona, & is qui hora nona dormit non vult perturbari ab alio, dicerem melius esse isti, vt eligat socium suis moribus similem, alioqui consuetudo scholarium illius loci erit sequenda, vt suprà dixi.

*Scholasticus mutato proposito [illegible]*

DECIMVMTERTIVM priuilegiũ est, quòd si statuto ciuitatis caueatur, quod quis sub pœna decem non emat frumentum, nisi pro suo tantùm vsu & victu, si scholaris emat pro toto anno, postea tamen mutato proposito in medio anni, vel alio tempore vult recedere, non incidit in pœnam statuti, quasi emerit vltra vsum: quia primum propositum fuit bonum & licitum. Ita dicit Bartol.& alij,in l.cætera. §. fina.ff.de legat.1. Idem ait Alberic. & Bald. si fuerit prohibitum frumentum extrahi extra victum, per illum text. & in l.1. §. vnde quærit Offilius.ff.de exerci. actio.no.Pau. in l.2.in princip.ff.si certum petat. De Ripa, in tracta.de peste.fol.98.quæst.11.in paruo volum. Nec de illa venditione debet scholasticus soluere gabellam, vel aliud onus, vt decidit Vincent.Hercula.in l.1.nume.13.ff.de acquir.possess. & ita mihi apud Bituriges contigit, dum volebam discedere, vendidi vinum emptum, & nihil solui. Oportet tamen quod constet de primo proposito, aliàs præsumitur, quod ab initio talis fuerit propositi, sicuti & demonstrauit.l.sed & Iulianus. §.proinde.ff.ad Macedon. & Bartol.in dicto §.fina.l.cætera. vide Felin. in cap.cùm adeò.de rescript. & Berta. in tracta. de gabellis.in secunda parte octauæ partis,in principio.

Item,aliquando vidi Parisiis ligna distribui, pro necessitate, & qualitate personarum, si ille literarum studiosus, post lignorum distributionem velit discedere, poterit ligna illa vendere, nec contra hunc queri potest per prædicta.Nota tamen quod primum scholasticorum propositum probatur iuramẽto illorum, quod suscipere non recusabunt.per glo.sing.in §. sed iste.in glos.magna.instit.de actio.& in c.significasti, primo, de homicid. vel ex aliis coniecturis.glos.in verbo,quid.in l.pro hærede.ff.de acquir.hæredi.& in l.Fulcinius. §.si is qui fraudationis.in verbo,animus.quibus ex caus.in poss. ea.Alber.in tracta.statu.in prima parte. quæstio. 79.item quæro,&c. & quæst. 206. prædicta, in secunda parte.argumen. l.Marcellus. §.1. ff. rerum amota.

*Scholasticus partẽ rerũ communium discedẽs petere potest.*

DECIMVMQVARTVM. Quia si literarum studiosus finito studio velit recedere, potest rerum communium partem petere à sociis. Alber.in rubr.C.pro socio. reprobata glos. in l. 1. §.1.ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. in verbo,alium.quæ videtur eos innuere vt collegium, ratio est, quia censetur esse finita societas quantum ad illum. §.soluitur.instit. de societa. & ea finita actio nascitur. l. tandiu. C. pro socio. Azot.in summa illius titu. & poterit illa bona postea vendere, & cineres, fimum, & paleas,quando discedit, nec ad hospitem pertinent,nisi gratis inhabitauerit.Patruus meus Iacobus Rebuffus, in l.in omnibus.per illum tex. C.de cursu publi.lib.12. scholastici tamen, cùm sint liberales, ista nihili faciunt, & suis hospitibus relinquunt,si tamen eis grati sint.

*Fuga nõ facit indicium cõtra scholasticos.*

DECIMVMQVINTVM. Quod licet fuga quandoque suspicionem inducat.l.imperibus.§.preterea.& ibi Bar.ff.de suspe. tutor. Bart.in l.lex Cornelia ad Silla. Aliquando probationem. l. consiliarios. C.de assessor. Bart.& alij in repet.l.admonendi. ff. de iureiur. iuris Pontificij interpretes.in c.fi.tit. Ioan. Fab. in §.ius autem gẽtium.instit.de iure natur.gent. & ciuili. Lucas de Pen.in l.si coloni.col.2.C.de agrico.& censit.lib.11.Bald.in Margar.in verbo, fuga. Angel.in tracta.de malefic.in verbo, fama, in versic.an fuga sit sufficiens. Salice.& alij in l. in bonęfidei.C.de reb.cred.Feli.in c.nullus. de præsumpt.Hippolyt.singul.115. Socin.in tracta. fallen.regula 162.& seq. Si tamen scholaris post perpetratum ab alio in vna vniuersitate delictum, domum petat, ille recessus nullam probationem, nec præsumptionem cõtra eum faciet, imò præsumitur quod iuerit parentes visendi causa,& amicos,& quærendi pecunias, seu fortè eo quòd præceptor immoderatè eo vtebatur. l.quis sit fugitiuus.§.item apud Iulianum. ff.de ædil.edict. Ias.in repet l.admonendi. & alij ibi, quando tractant de fuga.ff.de iureiuran. & per illum tex.re vera Tholosæ excusaui vnum studentem, qui discesserat commisso ibidem per alium homicidio,& postea reuersus, captus fuit, inducebatur præsumptio fugæ, sed eum liberaui, viso illo tex.& aliis per me allegatis.

Fallit quando apud Parisios caperent hæreticos, & is statim Aureliam, vel ad aliam vniuersitatem se conferret, tunc magna cõtra eum esset pręsumptio, quæ tamen purgari poterit in dubio per iuramentum. Cyn.in l.fina.C.de requirend.reis. prout refert Hippol.sing.115.fuga, quod dicit valde esse singul.& notandum.illud intelligerem verum non stantibus aliquibus indiciis,& præsumptionibus, aliàs probationibus stabitur, & non deferetur iuramentum.

*Cõmodatum etiam nõ finito usu reuocatur.*

DECIMVMSEXTVM. Quãuis cõmodatum non possit, nisi vsu finito reuocari. l. in commodato. §. sicut. ff.commoda. docto.in reg.contractus, de regul.iur. quod est intelligendum, quando est datum ad vsum certum : secus si ad incertum, quia tunc commodans diu expectare debet, id est, arbitrio iudicis. l.Lucius.in fi.ff.manda. Fallit tamen in studentibus, qui si cõmodauerint Digestum, vel alium librum,& nunc legatur, vel velint recedere, non tenebuntur spectare diu, imò poterunt statim reuocare commodatum, etiam ad certum vsum factum,& ante vsum expletum, ne amittant lectiones, & terant tempus in vanum sine libris. Bald.no.in l.pen.C.commoda.idem si dederint amico suo commodato libros, vt illos creditori obligaret, causa recipiendi pecunias mutuo: nam postea poterit agere contra commodatarium, vt illos redimat.tex.iuncta glo.& ibi Bal. in l.si vt certo.§.nũc videndum.in 2. ff.cõmod. Barbat. in rubr. de commoda. & dico in alio priuilegio, vide Alber.in 2.parte statut.q.155. & Socin.in tract.fallen.reg.148.

*Agere inuitus contra scholasticos, quis cogitur.*

DECIMVMSEPTIMVM. Licet, quis non cogatur agere inuitus.l.vna. C. vt nemo inuitus. Fallit quando studens est recessurus post suum studium finitum, potest autem à iudice impetrare, vt qui velit agere cõtra eum, agat intra tempus à iudice moderandum, aliàs perpetuum non agenti imponatur silentium. Angel.in rub.de excep.col.16.in instit. per text.in l.diffamari. C.de ingenuis & manumiss. gl.& doct.in d.l.vna.hodie, prohdolor, quidam scholastici discedũt de nocte, sicut noctuæ, quãdo contraxerunt æs alienum, & postea obliuiscuntur soluere,& eo excommunicantur, & sic excommunicati longo tempore cessant soluere, mihi tanquam experto crede: quia apud Caturcum istud mihi contigit in aliquo, cui credideram multos aureos, & plus exposui in repetendum mutuum, quàm ascẽdebat debitum, adeò vt computatis expensis nihil vnquam receperim, alios multos numerarem, sed tales non merentur: nisi in libro rubeo prępositi describi.

*Scholastici pro hospitiis in quibus habitant nullum onus subire debẽt.*

DECIMVMOCTAVVM. Vt nullum onus agnoscant pro hospitiis, in quibus habitant,& si quid præstiterint computant in pensione domus, vt scribit Ioan. de Plat. in l.hi penes. C.de agrico.& censit. lib.11.per l.ædiles. ibi, domini domorum,&c.ff.de via public. Sed hoc videtur omnibus competere, vt si soluant, possint imputare per actionem ex illo cõtractu locatori.l.in summa.& ibi doctor. C.de pignor. vbi etiam in scholaribus speciatim loquuntur doctores,& Cæpola in tract. de seruit. rustic.præd.rubri.de seruit.viæ.col.19.versic.sed iuxta prædicta.q.25. ergo non erit priuilegium. Respond. quanuis alij, si aliquid soluant, possint à locatoribus repetere.per l.ex cõducto. in princ.ff.loca. tamen poterũt conductores compelli, facere reparationes: scholares verò non, ne à studiis impediantur, alioqui eos desertores studiorum efficeremus.contra §.his ita.instit.de iustit.& iure.& sic in hoc est priuilegium. Item intellige scholasticos posse repetere expensas, quas faciunt in domus locatæ melioratione, si impensæ sint necessariæ, vel vtiles domui, vel domino: secus si voluptuarię, vel vtiles ipsi scholari tantùm : quia tunc non repetunt, vt asserit Bal.in l.si quis mihi.ff.mandati. & ideo si faciat aliquas fenestras vtiles tantùm sibi, non domui, nil repetet, quod est notandum.

*Libri inuecti in domũ conductã tacite obligati non censentur.*

DECIMVMNONVM. Quod regulariter inuecta & illata sunt tacitè pro pẽsione domino domus obligata. l. item quia. in princ.ff.de pact.& l.3.& per totum titu. ff.& C. in quib.caus.pign. vel hypoth.tacitè contrah.l. certi iuris. C. locati. & non solùm illius bona, qui conduxit domum, sed etiam si solum vna nocte remanserint. Alex.in l.diuortio. §.ob donationes.in fi.ff.solu.matri. etiam bona secundi conductoris.l.solutum.§.solutam. ff. de pignoratitia actio. Limita tamen in scholaribus, nam eorum libri non sunt tacitè pro pensione domus obligati. vt firmant Angel.& Ias.in §.item Seruiana.instit. de actio. quia sicut militi arma relinquenda sunt, ita studiosis libri.per glo. singul.in l.nepos Proculo.ff.de verb.signifi. quam sequitur Alber.in dictio. in verbo, scholaris, &

Barba.

Barba.in tracta.de præſtan.Cardin.in vlt.quæſt. ſecundæ partis.nume.26. ratio ibidem aſsignatur per Angel. & Iaſ. quia illa non obligantur tacitè, quæ non eſt veriſimile, quenquam ſpecialiter nõ obligaturum, & ſine quibus aliquis non poteſt nec commodè,nec honeſtè viuere.l. obligatione generali.ff.de pignor.l.1.C.quæ res pigno.oblig.poſſ.& ibi Bart.ſed ſtudioſus non poſſet vacare literis abſque voluminibus, nec eſſet ſpecialiter dictos libros obligaturus, ſaltem non eſt veriſimile: igitur eorum libri non erunt tacitè obligati. Item ſtudens habet magnam affectionem circa ſuos libros.per gloſ.in l.nummis.ff.de in litem iuran.& in cap.1.§.fi.de electio.in 6. Et iſta affectio venit ob dictata.ſub præceptoribus collecta, & in eis ſcripta.vt dicunt doctor. in l.vna. C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt proferun.& ideo ſi pro dicta locatione eorum libri obligarentur,dominus eos detineret, & interturbaret literarum ſtudium: item propter libros prouenit maxima vtilitas, quam ponit gloſſ. in l. poſtquam.ff. de pact. & boni ſcholaſtici ſuos dligunt libros, vt propriam vxorem & amaſiam, & etiam vt corpus proprium:ſicut in ſimili facit ille de Aluernia pecunias,vt dicit Ioan.Fab.in §.iniuria. inſtit.de iniur.facit glo.in l.illicitas.§.illicita.ff. de offic.præſi. his verbis dicens pauperem ita diligere porcellum ſuum ſicut oculum, & propter hanc vtilitatem quæ ex libris prouenit ſunt priuilegiati Scriptores librorum,& hodie Impreſſores,vt infrà dicam: & vidi propter iſtam vtilitatem aliquos ad ſuſpendium condemnatos: quia libros ſcholarium cremauerãt,& fuit ſententia Tholoſæ confirmata per areſtum, anno Domini 1525.me legente Tholoſæ. Et alios caſus,in quibus bona ſunt tacitè obligata domino,ſcribit Socin.in tracta.fallen.in regu.192. & Neguſant.in tracta.de pign.& Hippol.in 4.mẽbro ſecundæ partis.

*Boni ſcholaſtici ſuos ualde amant libros.*

Limita,niſi ſcholaſticus eſſet mortuus, quia tunc hoſpes libros retinere poteſt pro expenſis funeralibus & aliis, ſecundùm Bald. in l. repetenda.C.de petit.hæred.& l.fina.commoda.Iaſ. in l.ſi non ſortem.§.ſi centum. ff.de condict.indebi. & Petr.de Vbal.in tracta.de duob.fratrib. in vndecima parte,quæſtio.vlt.& latius dico in ordinar. regiis,rubr.*des procureurs*. quando propter expẽſas poſsit res retineri.& ratio eſt, quia poſtquam militiam deſerit,non eſt amplius priuilegiatus,nec libri inſtar militis.l. deſertorẽ. ff. de re milita.ſcripſi alios caſus in practi. mea ad ſtillum Bituricen.art.8.rub.*des executions*.

*Conductor expelli poteſt ſi meretrices in domo locata habeat.*

1 VIGESIMVM priuilegiũ eſt,quòd licet conductor à domo locata poſsit expelli,ſi ibi meretrices,vel peruerſos homines, vt lenones habeat, vel aliàs inhoneſtè viuat. l. ædem.C.locati.c.propter.§.fina.ibi peruerſe.eo. tit.in decreta.Fallit in ſcholaribus,qui ſi in domum conductam meretrices inducãt,non poſſunt expelli,ſecundùm Bald.in d.l.ædem.Doct. in l. non aliter. ff. de vſu& habita. per text. in auth. quomodo oporteat epiſcopos. §. quanta. ibi,neque ſuo arbitrio habitans, ſed vitæ ſeparatæ, & mediocris, & à conuenienti multitudine bonum teſtimonium habens,&c. colla.1.qui probat contrarium ſi bene intueatur, primæ tamen ſententiæ inhæret Guillel. de Cugno, & Bald.in l.1.C.de ſumma trinita.Barthol.Cæpo. in tracta.ſeruitu.vrba.prædio. cap.2.de ſeruitu. vſus.in fi.& Bologn.hîc:nam ſecundùm eos inſpicienda eſt qualitas perſonarum. cap.penulti. de præſumpt.& Silueſter de Prierio, in ſumma Silueſtrina,in verbo,locatio.in 9.quæſt. num.3. & ex ſolitis,& communiter accidentibus eſt bonum argumentum.l.ſi quis donaturus.ff.de vſu & habita. & l.certi condictio. §.ſi nummos. ibi quotidie,&c.ſi cert.peta. ſed communiter accidit, quòd ſcholares non viuunt caſte, cùm ſint iuuenes. ſecundùm Bald. in dicta l.ædem. & à iuuene cupido non credatur reddita virgo. gl. in l.ſi verò non remunerandi.§.ſi adoleſcens.ff. manda. gloſ.in c.ſi quis acceperit.33. quæſt.1. & dominus cenſetur locaſſe ſecundùm modum ſolitum ſcholarium, idem dic quando ex qualitate loci illud appareret, vt quia locauit domũ exiſtentem iuxta lupanar.nam ex qualitate loci non debet conqueri dominus, vt dicit Bald. in dicta l.ædem. per text. in l.cum ſupra virentes. C.de re milita lib.12.ſequitur Anto.de Tremolis, in additio. ad pract.de Bonacurſo, in rubri. quibus modis ſuo nomine agentes, verſic. illis caſibus. fol.25.col.4.facit l.plenum. §.equitij.ff. de vſu.& habita.& ibi multa addidi.

Intellige tamen & declara, quòd ſi ſcholaſticus ſecretè eas in cubiculum duceret, & ibi puellas teneret,quas multum deſiderant,vt ſentit Bald.in l.deſiderium. C.depoſiti,non poſſet tunc expelli: quia virgines & puellæ ſolent in cameris abſcondi, & in ſecretis morari.gloſ. in cap.fin.15.diſtinctio.& actus venerei clam conſueuerunt fieri, & maximè cum domina nobili, & honeſtè viuere reputata ſecundùm Barba. in conſil.6.ſcriptum eſt præclarè.col.9. in 1.vol. ſecus ſi tempore incongruo ducerentur, puta in meridie omnibus vicinis videntibus, quia tunc hoſpes poſſet illum prohibere ob malum exemplum. l. ſi aliquid. §. qui abortionis. ff.de pœnis.l.exemplo.C.de probat.& ita dicit Salic. in d.l.ædem.quod bene nota,qui quotidie hoc exerces,hinc eſt quod tempore nocturno ſcholares ſolent ducere puellas, quo tempore vagatur adulter, vt dicit Bald. in cap. vno. §.porrò. quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. & in l. Graccus.C.ad leg.Iul.de adult.

2 Sed his verbis clamat Io. Fab. in §.1.ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur. in inſtit. contra ſtudentes pluſquam beſtiales, qui frangunt hoſtia mulierum,vt ſæpius apud Montempeſſulanum euenit,& tanquam verres ſpumantes,tauri petulantes fœtore hircino, aërem inficientes villam circuunt.ſis ergo homo,non beſtia,ne te voluptas vnius horæ ſeruum faciat corporis tui rei viliſsimæ.Crede mihi,ſicut cupiditas eſt radix omnium malorum,ſic luxuria venenum de ſingulis peccatis ſibi cumulat, & trahit, & nullum peccatum adeò excæcat vt luxuria.

*Contra ſtudentes luxurioſos.*

3 Nota tamẽ tu iudex,vel hoſpes, quod quã-

do expellis meretrices, non debes eas extra ciuitatem repellere, sed bene de honestis vicis, per text. & ibi patruum meum in l. si qua. C. de specta. lib. 11. Docto. in l. nullus. C. de summa trinit. nempe in domibus magnatũ quandoque maiores, occultè tamen, meretrices consistunt. l. ancillarum. ff. de petit. hæred. iudex etiam potest cogere dictas meretrices ad portandum signũ, vt cognoscantur: vt puta ligam, quam vocant aguilletam. Bal. in l. minimæ. C. de episco. audi. sed hodie fortè non inuenirentur tot signa, si omnes vellemus signare, nam ex omni ferè tribu comperies signatas interius, non exterius.

4 Istud tamen non est priuilegium, sed maleficium, quas ob res ego tales scholares expellerem, cum maximum præceptum iuris sit honestè viuere. l. iustitia. §. 1. ff. de iustit. & iure. vbi Claudius de Seycel. tradit quem posse cogi per iudicem secularem, vt honestè viuat, vt dico in sequenti priuilegio, ob id cauendæ sunt dictis studiosis meretrices, tanquam ignis ardens, illæ enim consumunt corpus & animam, & de anima curare debemus. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccles. & laudandi erunt si non ducant. l. 1. §. licet. ff. de pericu. & commo. rei vendit. nam studium non facit scholarem, sed boni mores. argumen. l. pronunciatum. ff. de verb. significat. & multi propter mulieres interempti sunt, sexcẽtos fermè vidi propter mulieres periisse. multos recitat Iacob. Bonaud. in addit. ad Ioan. de Terra rubea, in tract. contra rebelles regum, artic. 8. tracta. 3. fol. 78. & quando vides studentes venereos, valde difficile est eos habere ingenium speculatiuum, nisi in exorbitãtibus, & rarò exequuntur literas, & præcipuè quando sunt musici. His verbis vtitur Ioan. Cocles in sua Physionomia. lib. 3. cap. 5. vide ibi quomodo eos poteris cognoscere in vultu, sicut Eristratus medicus pulsu cognoscebat amantem. {In summa tene quòd ducere nõ potest quis in collegium meretricem, cùm sit locus quasi sacer & religiosus, ob id illi qui ducunt etiam tempore nocturno, dicuntur committere quoddam sacrilegij crimen, & priuandi sunt locis collegialibus siue bursis, quas ibidem habent, & si non habeant fustigandi sunt per priorem seu primarium collegij, & ita vidi seruari.}

*Pensio an remittenda sit conductori expulso per dominum & quando.*

5 Quæro, quando aliquis expellitur medio tempore: quia malè versatur in re conducta, an debeat ei remitti pensio pro tempore, quo non vtitur? & videtur quod sic, cùm suo facto conductor non possit vti re conducta, breuiter fac conclusiones sequentes.

*Pẽsio an remittenda sit conductori expulso per dominum & quando.*

Prima conclusio, quando conductor peruerse vtitur domo conducta, dando damnum in ea re, puta tenendo porcos in cœnaculo, vel vt dicũt doctores, in solario, vel incidendo arbores, tunc remittitur pensio pro rata, sed aget dominus ad damnum datum, ita intelligitur glos. in cap. propter. §. fina. de loca. & ibi Panormit. licet Imol. & Barba. indistinctè dicant, non esse faciendam remissionem, quæ fortè seruaretur in practica.

Secunda conclusio, quando conductor peruersè conuersatur sine læsione rei, puta quo ad meretrices: tunc non est faciẽda remissio, etiam temporis futuri. Hostien. & Panor. in dicto cap. propter. & Bald. in d. l. ædem. & in authen. quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. in vlti. col. Siluester de Prierio in sua summa, in verbo, locatio. in 9. quæst. nume. 3. nam dominus ex culpa inquilini non debet sentire damnum, secundùm Panor. in d. cap. propter. & ibi Rauen. in compendio, quia tunc damnum est inæstimabile: ideo non petitur, sed in eius compensationem remissio non fit pensionis, sed totius temporis pensionem soluere tenebitur.

*Dominus an inuito cõductore peruersos homines ducere in suã domum possit.*

Quid si dominus inuito inquilino ducit meretrices, an possit inquilinus ante tempus conductionis recedere? & videtur quòd non, quia contractus iam facti sunt necessarij. l. sicut. C. de actio. & oblig. item quilibet est rei suæ moderator. l. in re mandata. C. manda. non solùm vtendo, sed etiam abutendo. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. contrarium tamen credo verum, & istius sententiæ fuit Bald. in d. l. ædem. penult. quæst. nihil allegando, sed possumus sic corroborare, in correlatiuis bonum est argumentum de vno ad aliud. l. 1. C. de cupress. lib. 11. glos. in cap. cupientes. §. denique. in verbo, de veteris. de electio. in 6. Petrus de Anchar. in cap. 1. de constit. docto. in cap. eos. §. 1. de tempo. ordin. Panormit. in c. dilectus. 1. de simo. Bart. & Ias. in l. fina. C. de indicta vidui. sed locator & conductor sunt correlatiua, vt patet, ergo sicut non poterit conductor in domini præiudiciũ, ita nec locator in præiudicium conductoris, siue dominus habitet in eadem domo, siue non. Nec me mouet, si dicas, quod dominus habet maius ius, quàm conductor, & sic potest. Respondeo, quòd licet habeat maius ius, non tamen potest aliquid agere in præiudicium conductoris, aliàs conductor poterit agere actione conducti. l. si fundus. ff. loca. & non obstat l. sicut. quia ex causa, & auctoritate legis potest, vt suprà dixi, non obstat l. in re mandata. quia dominus potest abuti re sua, quando est libera, & nemini subiecta, sed hic erat alteri locata: ergo locatione durante non poterit, & huic sententiæ pulchræ accommodatur text. in §. dominus. in tit. de noua forma fideli. & in cap. vno. qualiter domi. feudi. propriè priuet. vbi sicut vassallus ex ingratitudine perdit feudum: ita dominus quando tyrannidem exercet in suum vassallum, alioqui dominus quotidie duceret lenones, quando haberet pulchram hospitam, vt eam pellicere posset ad meretriciam artẽ, quod est prohibitum, tam domino domus, quàm cõductori, & istud est notãdum pro Parisien. quibus quotidie potest hæc quæstio accidere, & sępius fuit à me petita.

*Scholares inuito socio meretrices non ducant & multi ob eas periere.*

VIGESIMVMPRIMVM. Quòd scholaris inuito suo socio, potest introducere meretrices in domum locatam, & in cubiculum suum siue cameram, secundùm Bald. & Bologn. hîc, nec est inconueniens attenta natura eorum, cùm natura sint iuuenes, & sic luxuriosi, secundùm eos, quod limitant ipsi, dummodo

modo non frequenter ducant.l.imitando. glos. in l.non aliter.ff.de vsu.& habita. quam sequũtur ibi Doctores, & Cæpola,in tracta. de serui. vrba. prædio.cap.5. colum. 3. in contrariam tamen sententiam inclino , tum per l.non aliter. ff.de vsu & habita. vbi est glos. tum quia illud possumus,quod honestè.l.filius. ff.de conditio. instit. Ad hæc vnus ex sociis non potest alteri præiudicare.l. 2. ff. de serui. Item auctoritas superioris semper intelligitur excepta. c. venientes.de iureiuran. sed auctoritas Dei est, & præceptum, Non mœchaberis : ergo priuilegium non potest in contrarium valere , & istud ego consulerem studentibus , vt à prædictis meretricibus abstineant : quia luxuria sapientes infatuat , exemplo Salomonis,32.quæstio.4. cap. Salomon , & sanctos prostrauit. exemplum est nobis Dauid , in cap.ille rex. de pœnitent. distinct.3.& fortes debilitauit,exemplo Samsonis, hinc est , quod episcopus & sacerdos luxuriosus dignitate venit priuandus. capit. hi qui. 15. quæstio. 8. sed bene multi , si hoc iure vteremur , hodie priuarentur. & sex vitia oriuntur, quæ narrat beatus Gregorius, in 31. Moral. lib. O quàm multi propter luxuriam periere , testis est Caius Cæsar , qui adeò libidine flagrauit , vt primus lupanar in Palatio Romano constituerit, sed occisus postea octauo imperij anno fuit: quid dicam de Antonino Commodo? qui luxuria adeò arsit, vt trecentas concubinas , totidémque exoletos pueros in vita sua habuerit , & id temporis stella crinita apparuit, & Vestæ templa combusta fuere, fames , & pestilentia multùm sæuiuit: ideo per Lætum præfectum exercitus , Marciam eius concubinam, & Narcissum athletam,strangulatus fuit, & princeps magnus Sichem , quia vi oppressit virginem Dinam filiam Iacob, interfectus fuit, Genes. 34. cap. sexcenta exempla adducere possem , ni lectorem fastidirem , qui si plura requirat , petat officinam Textoris,Valerium, & Plinium , ac Sabellicum , in suis exemplis , & Alberic.in l. vna. C. de Senatusconsult. Claudian.tollend.

Sed quæro , quidam studiosus mandat cuidam , vt meretricem duceret ad suum cubiculum noctu , promttens stare de præfecto vigilum,& de damno, ille ducens mulierem fuit in itinere captus:an mandans teneatur?multa possent dici, sed causa breuitatis, respondeo quod non , quia in maleficiis non potest accedere fideiussor,per tex.in l.si à reo.§.fin. ff.de fideiuss. & ita expresse dicit ibi Rayner. de Forliuio,ibi vide,& quando indigebis.

*Spoliatus armis quando possit agere contra mandantem.* Item aliam moueo quęstionem,quam Tholosæ vidi inter scholasticos vsu venisse,quidam mandauit suo socio , vt veniret cum eo , & deferret ensem,& alia arma , cui socius obtemperauit , demum seruientes , ambos armis spoliarunt : mandatarius socius vult agere contra mandantem , actione mandati ad recuperanda arma, an possit? glos.not.in l. quoniam.C. ad legem Iul. de vi pub. tenet quod non : quia in re turpi , non contrahitur obligatio. §. illud quoque.in institut. manda. l.si remunerandi.§. rei turpis. & l. si verò non remunerandi. §. si adolescens. & l. si mandauero tibi, in 2. §. qui ædem.ff.manda.& Panormit.in cap.bonæ,in 2. numero 14.de postul.prælat. Bart. tamen Ioan. Fab. Alber.& Salicet.in dicta l.quoniam.distinguunt : nam aut erat causa licita , quia accedebat ad indulgentias,& mandauit socio,vt veniret cum armis ad eum sociandum , & tunc tenetur mandatario ad resarciendum dãna.Ita tenent Innocen.& Panorm.in cap.sicut,in vlti.de iureiuran.& istud contigit mea memoria Tholosæ quibusdam scholaribus, qui accedebãt die Martis post Pascha, ad nostram Dominam de Columba.Nam eos præfectus vigilum spoliauit armis,sed malè fuit processum,vnde quærit, nemo maximè illi pessimi seruientes, aut erant congregati ad causam illicitam, vt ad se verberandum,vt quotidie videtis, tunc non recuperant,ita tenuit expressè Ioan.Fab. in §.illud. institut.manda. Bald.in l.si fideiussor. C. manda. Specul.in tit.de iudic.§.specialia.in fi.sed in accommodante ensem ad verberandum se cum alio. dic quod non recuperat.l.si vt certo.§.sed interdum. ff.commoda.vide Petr. de bella Pertica,quæst420.de locato.& l.si quis domum. §. fin. ff.loca. & vos scholares, quibus est vsus armorum,notate hęc perpetuò,& arma militibus relinquite , & scientiam vobis semper sociam, & libros habete.

## VIGESIMVMSECVNDVM.

*Nominationes in gallia sunt scholasticis dandæ post quinquennium.* Quod postquã nobiles genere ex vtroque parente studuerint triennio, alij verò non sic nobiles quinquennium , poterunt obtinere in Gallia nominationes,& cum illis cogere episcopos ad conferendum eisdem beneficia vacantia in mensibus deputatis graduatis simplicibus,& etiam nominatis, vt habetur in cõcordatis, de collat. in §. præfatique ordinarij. & §. præterea. & istud fuit inductum per ecclesiam Gallicanam , vt studia & vniuersitates studiorum, cum augmento scientiarum foueantur, vt habetur in pragma.in tit.de collat.in §.item placuit.& vt longo tempore studentes, postquam bona eorum consumpserint studendo, iuxta l. fin.& ibi Bal.C.de alimen.pupil.præstan. competentibus donentur stipendiis , & præteritorum laborum fructum percipiant , vt scripsi in tracta.nominatio.quæst.3. hodie verò nominatis, nisi sint filij nobilium, & diuitum , vel affines,seu consanguinei Prælatorum,aut illorum famuli vix prouidetur,vel nisi ille,cui cõfertur, promittat resignare beneficium,data sibi aliqua pensione , vel alio beneficio , tunc & prælatus conferens,& nominatus, vel graduatus sub cõditione recipiẽs,sunt simoniaci, vt plenè scripsi in verb.simoniaci.rub.de elect.derog.in cõcor. & quantũcunque docti sint in Theologia,iure canonico,vel ciuili,& ideo esuriunt docti,contemnitúrque scientia,omnia precio comparantur,vt testatur Propert.Eleg.13.

*Aurum omnes victa iam pietate colunt.*
*Auro pulsa fides,auro venalia iura.*
*Aurum lex sequitur,mox sine lege pudor.*

Et Ouid.

Et Ouid.lib.3.Amor.

*Eruimus terra solidum pro frugibus aurum,*
*Possidet inuentas sanguine miles opes,*
*Curia pauperibus clausa est,dat census honores,*
*Inde grauis iudex,inde seuerus eques.*

Et ista describit latè Pepin,in sermone quadragesimali de prodigo, ibi, quando dicit, quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus,ego, &c. Et sic filij diuitum,nobilium , & famuli illorum indocti abundant , & docti alij egent : imò si pauperi casu conferatur beneficium,per diuites & competitores tot in illo beneficio processibus inuoluetur , quòd beneficium ob defectũ pecuniæ relinquere cogetur, cùm ferè omnes ad ablatiuum veniãt,ad quod deberent aduertere domini Parlamentorũ,sed Christi verbum adimpletum est hodie. Luc.10. cap.omni habenti dabitur, & abundabit, ab eo autem qui non habet, scilicet beneficium , sed ius ad illud auferetur, quamuis olim docti magnis extollerentur laudibus, vt est apud Ouid. lib.3 Amor.

*Ingenium quondam fuerat preciosius auro*
*At nunc barbaries grandis habere nihil.*

Imò vidi quosdam,qui nihil iuris habebant in beneficio, tamen tot informationibus molestabant habẽtem ius in eo, donec cedere compellerent. ô dira immanitas, & iudicum nimia indulgentia,his omissis ne satyrici personam induamus,priuilegia nostra repetamus.

*Tẽpus uacationũ,& pestis cõputantur scholasticis in tempore studij.*

VIGESIMVM TERTIMVM. Quòd si scholaris iuerit domum ad quęrendum pecunias, vel alia iusta de causa statim reuersurus,adhuc retinet priuilegia studij,& illud tempus in quinquennio suo computatur. argumen.l.3.ff.de diuort.ibi, si in breui reuersa est vxor,nec diuertisse videtur, & c.diuortium. de pœnitent.distinct.1.l.quod calore.ff.de regu. iur.sic concludit Archid.in cap.de quibusdam. col.2. in fi.37.distinct. vbi scribit, quod aliquis dicitur esse in scholis,etiam si aliquando diuertat causa eundi ad curiam Romanam , vel alio, statim reuersurus. l.postliminij ius. §.fina. ff. de capt.& postlimin. reuersis. idem tenet Ioan.de Platea,in l.2.C.de incol.lib.10.post glos.ibi not. quia non omne momentum exigendum est,vt sit in studio,sed vt mentem & propositum manendi habeat.l.si quis ita. ff.de conditio. & demonst.& idem si moretur domi tempore ocij, seu vacationum,seu belli,aut valetudinis,vel pestis : nam etiam illud tempus scholasticis computatur,nec priuilegium id temporis amittunt, nec etiam tempore, quo ad domum redeunt finito studio.arg.l.qui mittuntur. §.fi.ff. ex quib. caus. maio. l.vna. in fi.de bono.posses. ex testa, mili.Rebuff.in l.fin.C.de vesti. olober.libro 11. & in l.2.de præpositis sacri cubiculi.ac in l.fin. de priuileg.scholar.& ibi Lucas,& Platea,lib.12. Floria.in l.1.§.habitare. ff.de his qui deiec.nam sicut is,qui in castra redit,Reipubl. causa abesse dicitur.d.l.qui mittuntur.§.fin.ff.ex quib. causis maior.& tempora reuertendi computantur. l.si cui.§.1.ibid. sic scholaribus,vnde si scholasticus in principio vacationum discesserit , & in fine earum reuertatur,fortè circa festum beati Lucę, vbi Doctores incipiunt lectiones,gaudebit priuilegiis studij.Bald.in Procem.Decretal.rex pacificus.col.5.nu.36.nam priuilegia militibus tributa,habent locũ,etiam si milites iusta ea causa cessauerint à militia per annum. text. egregius, in l.ex testamẽto.C.de testa.milit.& l.testamenta eorum.& l.quod constitutum.ff.illo tit. quia qui recedit animo citò reuertendi, non videtur abesse,per text.in l.nihil.ff.de capti.§.pauonum. institut.de rerum diuisio.l.ex facto. 2.§. rerum. ff.de hæred.instituen. Bald. in Marguar.in verbo,recedens. Benedictus in repetit.cap.Raynutius,in verbo,dotem.nume.65.de testamen.Bertachin.in tracta.de gabel.in 7.parte,in quęst.30. Felin.in c.quoniam.in fi.princ.vt lite non contesta.Purpura.in l.1.num.574.ff.de offi.eius,cui manda.est iurisdict.ideo seruus dicitur seruiuisse continuo triennio , si primo seruire incipiat, & demum fugiat, postea iterum seruiat complendo triennium.l.Paulus.§.fin.ff.de liber.cau. Ias.in l.si idem.nume.7.ff.de iurisdict.omnium iudic.multò fortius in studij triẽnio, aut quinquennio , de quo non est necesse deponere, vt continuè quis studeat, sed tantùm quod quis studuit triennium , vel quinquennium , per §. præterea. de collat. in concordat. {Imò etiam continuè dicitur ciuili modo,videlicet tempore congruo, & non quolibet instanti, vt scribit Archid.in cap.fin.de verbo.significat.in 6. sicut quotidiana aqua dicitur non illa sola quę quotidie ducitur , sed ea qua quis quotidie vti potest.l.1.§.1.ff.de aqua quotidia. sic quotidianum & continuum studium.}

Item computari dico tẽpus , quo exit gratia spaciandi.arg.l.medicus.ff.de oper.libert.l.pen. C.de præpos.sacri cubic.lib.12.hoc expressè tradit Rebuff.in d.l.2. C. de incol.lib.10. & ideo si statuto ciuitatis caueretur, quòd comitaten. ad ciuitatem recepti non haberent ciuitatis beneficium, nisi continuò habitauerint ciuitatem, & citati fortè metu Prætoris aliquantulum se absentauerint,vel latitauerint,ob hoc nõ intelligitur interrupta cõtinuatio, per l.si quis ita. & ibi hoc firmant Bartol. & Bald. ff. de conditio. & demonstrat. vbi mater dicitur stare cum filio, licet non sit quolibet momẽto, si tamen vt plurimum stat cum eo. & facit l. Mæuia. ff.de manumis.testam.quia non est necesse probare singula temporum momenta, sed sufficit quod maiore parte tẽporis probetur aliquem in studio fuisse probatis extremitatibus, & aliquibus mediis censetur plenè probatum , de continua habitatione , vel possessione , vel de continuo studio,secundùm Bald.in tracta.statuto. in verbo,comitaten.

Item ille dicitur continuus commensalis legati,licet sit in studio , vt plenè probat Calder. consilio octauo.an si legatus.rubr. de offi.lega. vbi concludit, quod habens potestatem conferendi dignitates familiaribus suis commensalibus possit conferre capellano suo absenti,& in studio commoranti , quia dicitur præsens per supradi

supradicta, & an requiratur, quod is absens sit in studio expensis legati, ibi videre potes, ne plura. ideo in vanum allegant, qui volunt probare falsum tempus studij, eo quod ille scholasticus remansit per duos, vel tres menses in sua patria, quærẽdo fortè pecunias, sine quibus perficere studium suum non poterat, & sic in hoc tempore studij, non ita exactè procedere debemus, quamuis subtiles Doctores Tholosani faciant exprimere singulos annos, mẽses, & dies, quod non est necesse, vt dixi.

Secundò infertur ad nominationes, & gradus, vt computetur eis, ac si semper in studio fuissent. glo. in §. item quod ad dictas. in verbo, residebunt. de collat. in pragmat. & in §. præterea. de collat. in concorda. Fallit quando ociosè morarentur extra studium, tunc non gauderent priuilegiis. l. si cui. § tandiu. ff. ex quib. caus. maior. l. 3. §. si ad diem. de re milit. Lucas de Penna, in l. hac lege. C. de priuileg. scholastic. lib. 12. vnde dicit text. in l. generaliter. 2. C. de episcop. & cler. eos tantùm clericos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria permanent, non diuagantes, neque circa diuina ministeria desides, sic & scholastici, quod est bene notandum: imò si scholastici deponerent vidisse aliquem studuisse, per quinquennium continuum, non sunt periuri, nec de falso puniri possunt, quamuis tempore vacationum, per aliquot menses fuerit absens. Bartol. in l. Celsus. columna penulti. ff. de vsucap. & ibi Ioannes Francisc. & Claud. vbi quis dicitur continuò possedisse, licèt per aliquod tempus fuerit absens, hoc probatur in cap. nunquam. de consecra. distinct. 5. & in procemio Decretal. sic in propriis terminis consuluit Roman. consil. 263. viso puncto. vbi plenè probat, tu illum videto: nam qui abest à loco tempore breui, animo redeundi, continuò dicitur in loco morari, etiã si aliquod interuallum habeat. text. & ibi glos. & expresè Perus. in vlti. notab. in cap. fin. de verb. signific. lib. 6. l. malum. in fi. illo titu. ff. quod est notandum pro scholasticis quotidie deponentibus de tempore studij aliorum, pro gradibus habendis, & nominationibus, ego enim ab eis fui non semel inter rogatus.

*Nominati à collatoribus examinari non debent.*

VIGESIMVM QVARTVM, quòd quando nominati præsentant suas nominationes prælatis & collatoribus, vel ab eis beneficia vacantia requirunt, non debent examinari, & si examinarentur, non tenentur prædictis collatoribus respondere, vt tenet glos. in pragm. sanct. tit. de collat. §. item quod vniuersitates. in verbo, gradus. quod si secus collator ageret, iniuriã inferret vniuersitati, in qua est nominatus: volendo reprobare per examen, quod per illam est approbatum, iuxta l. sacrilegij. C. de crimi. sacrileg. item posset fieri fraus per eos, cui est obuiandum. cap. sedes. de rescript. quippe si eis committeretur examinatio, omnes nominatos reprobarent, nisi suos consanguineos, & stabularios. Atqui hodie fit fraus, quia Episcopi, & alij collatores habent suos familiares veteris dolij vice fungentes nominatos, quibus conferunt omnia beneficia, & postea illi renunciant, cui vult Episcopus, vel permutant, & aliæ immensæ fraudes adhibentur. de quibus scripsi in glos. concorda. rubri. de collat. & in tracta, nominat.

Item iniunctum est vniuersitatibus, ne promouere habeant non idoneos moribus, scientia & meritis, per Ludouic. 12. in rub. *des graduës.* artic. 1. & 4. & adiicitur pœna suspensionis priuilegiorum, & alia arbitraria: ideo præsumitur, quod hoc sit factum, & sic Episcopi nihil debẽt super examinatione videre. tex. in §. monemus. de collat. in concorda. scripsi in glo. quinquennium. §. præterea. de collat. ibidem. { Nec Archidiaconi vel alij, licet quãdo liberè cõferunt examinare possint. c. ad hæc. de offic. Archid. & idẽ in mandatario arbitrarer, aliàs possent suis mãdatis sic priuari. } Item non præsumitur, quòd Doctores qui illos graduatos examinauerint, fuerint ita affectione turbati, sicut Episcopi. arg. c. cum in iuuentute. de præsump. alia in cõcordatis abundantius his confinia scripsi.

*Parochiales ecclesiæ etiã studentibus debentur.*

VIGESIMVMQVINTVM. Quia parochiales ecclesię sitę in ciuitatibus, vel villis muratis, non debent aliis conferri quàm graduatis, vel scholaribus, qui saltem triennio studuerint, vt in concordatis cautum est, in §. statuimus. 2. de collatio. vbi amplè scripsi. & in pragm. in §. in ecclesiis. in tit. de collat. quia periti in ciuitatibus debent habitare. c. statutum. in princip. de rescript. in sexto. & in fauorem parochianorum fuit introductum, vt ciues habeant peritos, qui eos doceant, cùm in dictis ciuitatibus præsumantur esse capaciores intellectu, secundùm gloss. in verbo, existunt. in dicto §. in ecclesiis. & maior scientia requiritur ei, qui præponitur curæ magnorum virorum, quàm infimorum Panormitanus in capite, cum in cunctis. nume. 4. de electio. ob id est statutum in ciuitatibus iura legi. vt in Procemio Digest. §. hæc autem. & tradit Boerius, conciuis meus, in additionib. ad Dynum, in Procemio Regularum sexti, in fin. & hoc priuilegium est Gallis scholasticis peculiare.

*Successor tenetur stare locationi factæ per scholasticum.*

VIGESIMVMSEXTVM est, quòd si scholaris locauerit fructus sui beneficij per triennium, vel aliud minus tempus, & pecunias illius temporis receperit, vt posset in literarum studio viuere, vel illic gradum sumere, si intra hoc tempus decedat, successor in illo beneficio, quamuis nullum ius à prædecessore habeat, tenebitur stare illi locationi, quia censetur facta in vtilitatem ecclesiæ: nam studebat vt melius postea ecclesiæ deseruire posset, & successor tenetur ratam habere locationem factam ad ecclesiæ vtilitatem. cap. primo, de solutioni. gloss. & Doctores in cap. final. ne prælati vices suas. & quia quasi hæres defuncti beneficiati videtur. cap. vlti. 12. quæstio. 2. & cap. conuenior. 23. quæstio. 8. versic. absit. & successor in ecclesia tenetur ratificare bene gesta à prædecessore. Archid. in cap.

decessorum.25.quæst.2.Bald.in cap.1.qu succes-sor.feud.dare possunt. Ad hæc debita contracta pro alimētis beneficiati sunt soluenda per successorem in beneficio, quia pro ecclesiæ necessitate censentur contracta; nam ecclesia eum alere tenebatur. Panorm.in cap.ex præsentium. de pignor. cap.per tuas.2.notab. per illum tex. de donat.& in d.c.1.& 2.de solut. & in disputat. incipiente, Sempronius clericus.nam prælatus successor tenetur ad funeris impensas, & infirmitatis sui prædecessoris, quia ecclesia ad id oneris tenetur, cùm prælatus de bonis ecclesiæ sit alendus.cap.illi autem.12.quæst.1. & cap. bonæ.12.quæst.2.& cap.quoniam.16.quæst.1.& ca. clericos. 1. quæst.2. & de eisdem bonis ecclesiæ debet curari infirmus. cap. 1. & cap. de rectoribus.de cleric.ægrotan. De Ripa in l. obligatione.nume.46. ff. de pignorib. Bertach.in tracta. de episcop.in lib.4.secundæ partis,quæst.54.in fi. & successor salaria famulorum defuncti soluere tenetur. Ias.expresse in consil.222. de Archiepiscopo.in 2.volum. quia seruitium prælato impensum videtur ecclesiæ præstitum. cap. relatum.2. de testamen. vbi Panormit.notat remunerationem famuli fieri posse de bonis ecclesiæ: imò plus dicit Ias.in dicto consil. 222. quod defuncto legato successor eius tenetur beneficia cōferre, & remunerare seruitores defuncti legati, quos defunctus in vita non remunerauit. Specul.in titu. de legat.§.finitur. in fi.argumen. l.diem.ff.de assessor. Idem dico in Rege,vt seruitores prædecessoris alere,& compensare debeat,& de consuetudine est, vt illos famulos sui prædecessoris recipiat, & Cancellarius famulos defuncti, quos sibi videt vtiles. Limitatur quando ille scholasticus habebat bona temporalia,tunc ex illis bonis debet satisfieri. Doctor.in dicto cap.penult. ne prælat. vices suas in Theologiæ studentibus. hoc expresim tradit Angel.consil.245. quia omne datum, in sexto dubio. Oldrad. consil. 249. quæritur. idem in studentibus aliis scientiis dicas per rationes suprà adductas, & per ea quæ scribunt Doctores in l.emptorem. C.loca. secus ergo si essent discoli, & vagi, consumeréntque illam pecuniam in scortis: tunc successor non teneretur: ideo iudex ex actibus scholaris arbitrabitur, vtpote, quia bene studebat, & volebat emere libros, vt publicè iura profiteretur, vel quia recepta statim illa pecunia accessit ad literarum studia, vel ex aliis circunstantiis hoc iudex elicere poterit.

*Rex, Legatus, & Cancellarius famulos defūcti cōpensare, & recipere debēt.*

Secundò fallit in administratore præbendæ, qui non potest successorem obligare, quia instar vsufructuarij,seu vsuarij est.glos.in cap. possessiones. de rebus eccles. non alienan. cap. fina. de pecun. cleric. qui non transmittitur ad successorem.l.si quis domum. §.primo.ff. loca. & quia nomine personæ contrahit, & ideo rei successorem non obligat.argumen.l.prouidendum. C.de Decurio.lib. 10. & obligatio personalis non sequitur fundum. l.prima. §.si hæres. ff. ad Trebellian. Bald. consil. 483. an locatio. volum. 3. Domin. consil. 17. pro declaratione. Idem etiam dicens in commendatario. Bald.in dicto cap.1.qui successo.

VIGESIMVMSEPTIMVM est. Quod pinguiora & meliora beneficia debent habere eruditi,quàm alij.cap. de multa. de præbend.c.fina.de magist.Panor.in c.1. ibidem. nempe meliora melioribus egent,& viri literati in negociis arduis sunt conuocandi. ca.primo. de hæret.in 6.quia omnibus prosunt. cap.2. de priuileg. eod.lib. ob id triplici de causa,discere debemus. Primò, ne ignoremus. Secundò, vt non negligamus, vel negligamur. Tertiò, vt mala repudiemus.cap.legimus.37. distinctio. & Hostien.in procе.suæ summæ.§.fina. & Archid. cap.nōnne.37.distinct.vbi optimum finem esse dicunt,si discamus vt ædificemus in cœlo, sicut faciunt boni Theologi,& Canonistæ,licet Dialectici eo discant,vt sciant:Legistæ & medici,vt lucrentur: sed qui discere vel agere bona recusat,magis diaboli quàm Christi mēbrum ostenditur,& potius infidelis,quàm fidelis esse monstratur.text.in cap.fin.38.dist.& alibi dicitur ille stultus, qui discere contemnit. c.de Constantinopolitana. 22.dist.vide Archid.in c.multi. 40. dist.hos describentem versus:

*1 Pinguiora & maiora habere debēt scholastici beneficia, & quibus ex causis discant.*

*Infœlix qui recta docet, sed viuit iniquè.*
*Infœlix qui pauca sapit, spernitq́ doceri.*
*Infœlix cuius nulli sapientia prodest.*

Refert Lucas in l.tribuni.col.3. C.de re milita. lib.12.ideo interrogatus Aristoteles,in quo differrent literati ab illiteratis,respondit,Sicut viui à mortuis.& Ecclesiast.2.cap.tantò præcedit sapientia stultitiam, quantùm differt lux à tenebris:sapiētis oculi in capite eius,stultus in tenebris ambulat. & idem dicit Aristippus philosophus, doctos ab indoctis differre,sicut equi domiti ab indomitis. inde plus prodest doctor in legendo, quàm vicarius vel curatus simpliciter in sacramento ministrando. cap. cum ex eo.de electio. in 6. hoc expresim tradit glos.in tit.de collat.in §.item placuit.in verbo,regularibus.in pragmat. vbi dicit etiam melius esse docere sacram scripturam, vel ius canonicum, & magis meritorium, si bona intentione fiat, quàm specialem curam saluti alicuius impendere. vnde 1.ad Corinth.1.cap. dicitur, Non misit me Dominus baptisare, sed euangelizare. & 2.ad Timoth.2. cap. Commenda hæc fidelibus hominibus,qui idonei erunt,& alios docere:& si hęc longo iam tempore mihi persuasum nō fuisset, non tantum temporis in his interpretandis iuribus consumpsissem cum modico lucro, attamen Deus opt. max. horum retributionem in cœlis (vt spero) condonabit.

*Literati quid ab illiteratis differant.*

VIGESIMVMOCTAVVM priuilegium est,quòd si scholaris habeat beneficium, & ibi dimittat vicarium, vel substitutum,liberatur ab horis canonicis dicēdis: dum tamen officium totum beatæ Mariæ in singulos dies dixerit, & septem Psalmos pœnitentiales. ista est sententia Ioan. Andr. & Boich. in cap. primo,de celebr.missa. idem tenet Bal.in procе. Decretal. nume.14. quia paria videntur, dicere per se,

*Scholasticus dimittēs vicariū in suo beneficio ab horis canonicis dicendis an liberetur.*

per se, vel per alium, regula qui per alium. Contrarium tenent Archidiaco. & Dom. in cap.primo.91. distinct.Imol.in clemen. prima. quæstio. fina.de magistr.& Ioan. de Lignia. in repet.cap. dignum.de celebratio. Missa. glossa in pragmat. sanctio. in titul. quomodo diuinum officium sit celebrand.§. statuit.in verbo,debitis.Alber.in dictio.in verb.horá,Hostiens.in summa,in titul. de consecrat.eccles.vel alta.§.qualiter.Philip.Perus. in cap.fina.de rescript.in 6.Nicola. Ploue.in tractat.de horis dicendis. quæstione sexta.quia propter officium datur beneficium,text.in cap. fina. de rescript. in 6. si non seruiat,non debet habere beneficium.Secundò,quia maledictum studium, per quod relinquitur diuinum officium, glossa in pragmat.sanctio.in titu.quali.horæ cano.sunt dicen. extra chorum.in verbo,teneantur.Tertiò clericus non dicens officium dicitur iniuriam inferre proximo, & furtum committere, quia contra suam voluntatem,& inuito domino contractat, cui pro temporalibus non refundit spiritualia, cum à laicis ideo dati sint redditus clericis, vt ipsi in officio vices suppleant laicorum, vt tenet Ioan.de Lignia.in dict. cap. dignum. & Archia.in dict. cap. primo. item dicere horas est præcepti.cap.dolentes. de celebrat.Missa. studere verò non, ergo propter studium non absoluitur quis ab horis dicendis,teste August.de Ancho.in tracta.de potestate ecclesiasti. quæstio.69. versic. ad quintum, & ista opinio est communis, & sanior pars theologorum eam firmat, primo Beatus Thomas quolibet.6.articul.8.& Adrianus de Traiecto in quoolibet penult.in 8.propositione alios numerat, illum si non graueris, videto, & ideo est tenenda, quia ad salutem animæ tendit, quæ cunctis est præferenda rebus, iuxta l. sancimus.C.de sacrosanct. eccles.& si bene auditores dilectissimi, Deo seruiatis in horis dicendis, maiorem scientiam vobis Deus dabit, quàm si continuo omissis horis studeretis,quamobrem horas vestras non omittatis meo consilio,de quo plenè Albertus de Ferrariis in suo tractat.de horis canonicis.

Notandum est tamen, quòd si studiosus esset occupatus ad legendum vel audiendum lectiones,poterit de mane, vel in vesperis simul omnes horas dicere,& debitas laudes persoluere,ne vnũ per aliud impediatur. dict.cap.primo. & gloss.in verbo,debitis,in pragma.sanctio.in titu. quomodo diui.officium,&c.vide Archi.Floren.in 3.parte suæ summæ tit.13.cap.4.de horis canonicis dicendis,& Alber.de Ferra.in tracta.de horis canonicis dicendis,versicu.quæro ergo de quotidiana quæstione,&c.

Item si clericus in minoribus consistens habeat simplex beneficium, vtpote præbendam in ecclesia, in qua est copia canonicorum, & propter suam absentiam diuino officio nihil detrahitur, sed perfectè ac si studens esset præsens, diuina officia celebrantur, & ipse vacat literis in studio generali, tunc si non diceret officium magnum, fortè non esset peccatum mortale, prout expressim concludit Lucas de Penna, in l.hac lege.colum. penult. C. de proximis sacro. scrinio.lib.12.arg.cap.cum ex eo.de electio. in 6. l.1. C. qui æta.lib. 10. tutius est tamen dicere, & ego nollem omittere.

*Nõ recipiẽs fructus beneficij horas dicere nõ tenetur.*

Idem si in studio existens,nullos beneficij fructus reciperet, tunc ad horas non teneretur quia postquam non viuit de altari, seruire altari non tenetur,argumentum sumendo à contrario. cap. cum secundũ.de prebend.in 6.nisi consanguinei illius beneficij fructus reciperent, quia perinde est, ac si ipse scholasticus caperet, per regulam, qui per alium, &c. vel nisi esset in sacris, quia tunc ratione ordinis teneretur.per cap.dolentes, de celebrat.Missa.vbi plenè docto. {Vide in quolibeto.4. Magistri Ioannis Briuert Louaniensis Vicecancellarij post quolibeta Adriani de Traiecto,vbi plenè scribit.}

*Residere studẽtes in suis beneficijs nõ tenentur.*

VIGESIMVMNONVM est, quòd studentes excusantur à residendo, ponendo vicarium in suis beneficiis, text. in cap. relatum.de cleric. non residen. etiam si fuerint religiosi.clemen.vna.§. cæterum. in fin.de statu monacho. vsque ad septem annos. cap.cum ex eo. de electio. in sexto. Nec poterit eos episcopus monere, aut compellere vt resideant.& eos non residentes priuare. cap. inter quatuor. de cleric. non residen. sumendo argumentum à contrario, vbi qui deserunt præbendas & ecclesias sine iusta causa, poterunt moneri vt redeant, & si non redeant, possunt iustè priuari, ergo si cùm iusta causa deserant ecclesias, etiam si non redierint, non possunt iustè priuari. sed iusta ex causa deserunt, videlicet ex causa studiorum. per dict. cap. relatum. & dict.cap. cum ex eo. §. porro. Etiam si sine consensu & licentia, prælati discedant, per text. in cap. inter quatuor. & textum in dicto cap.relatum, aliter intelligendo quàm doctores, nam ibi ponitur regula, quod non residens potest amoueri. Fallit si de licentia suorum prælatorum sit absens, secundo si studio literarum insistat, vel pro aliis honestis causis contigerit abesse, ergo quando studio literarum insistunt, non requiritur prælati facultas, quamuis quidam allegando illum textum, contrarium asserant, item in religiosis inuenitur statutum, vt licentiam petant, ergo in aliis non requiritur.docto.in dicta clement.vna.§.cæterum. de statu monach. quia ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem introductum est. l. ius singulare. ff. de legibus. Adhæc consuetudo est legitima interpres iuris. l. si de interpretatione. ff. de legib. sed consuetudo Franciæ est quod habentes beneficia præter præbendas,nullam petant licentiam,ergo illa consuetudo iuri conformis excusabit eos.Et quod valeat consuetudo,quòd studentes se conferant ad studia literarum sine licentia suorum prælatorum,firmant Panor. & Rauen. in c. tuæ. de cleri. non residen.scripsi in glo.residentiæ. in §.primo.de colla.in concorda.& in proximo priuilegio dicetur. Præterea auctoritate iuris videtur eis data facultas, ad studia literarum accedendi, text. in cap. super Specula.de priuilegiis.

qui licét loquatur in studente theologiæ, & Siluester hoc exprimat, in sua summa, in verbo residentia, num.7. tamen idem in aliis scientiis permissis arbitrarer per rationes, quas in sequentibus priuilegiis inseram, quæ generaliter in quolibet studio permisso loquuntur, igitur & in illis locum habebit. An scholares teneantur in synodis comparere, & residere, hoc fuit abunde disputatum per omnigenæ eruditionis viros postulando, Dom. Montolonium & Poyetum, tunc aduocatos, & causa fuit posita in consilio, in hoc senatu, & in magna camera, anno 1527. 2. Martij.

*Studiosi pro literis de nõ residẽdo nil soluere debent.*

TRIGESIMVM, quia postquam scholastici non tenentur residere, nec soluere singulis annis pro literis de non residendo aureum episcopo solui solitum, nec eorum vicarij, videtur innuere Lucas de Penna in l.1.colum. fina. qui æta.C. lib.10. quia ab omnibus exempti sunt oneribus, vt hic. ergo & à solutione, & ab hac indebita exactione, & hoc credo introductum, ob reuerentiam studiorum, vt dicit text. in l.quicquid.C.de aduoc.diuers.iudicio. imo interdum hæc dispẽsatio pecuniarum amore fit, ideo dubitat Ioannes Boteus in tracta. de synodo episcopi, in 3. parte. articu. primo. num.148. an sic dispensatus per pecuniam, & sine causa, sit quo ad Deum tutus, & gloss. in cap. non est, de voto, & voti redemp. tenet quòd non, quam sequuntur ibi docto. & dixi in repet.cap.postulastis. in 3. nota. de cleric. excommu. ministrant. quod videtur durum episcopis, attamen seruandum, iuxta l. prospexit. ff. qui & à quibus manumissi liberi non fiant, & episcopi recipientes vltra cathedraticum puniuntur in quadruplum. cap. quoniam.18. distin. scripsi in concord. Rub. de public. concubi. §. quia verò.

*Studentes in absentia recipiunt fructus beneficiorum.*

TRIGESIMVMPRIMVM priuilegium est, quòd quamuis studentes non resideant in beneficiis, sed in studiis generalibus, tamen percipere possunt fructus beneficiorũ suorum, ac si residerent, per text. & ibi Panor. in cap. super Specu. de magist. & c.2. de priuileg. lib.6. & Panorm. in cap. tuæ. & cap. relatum. de cleri. non residen. & in consil.88. in 1. volu. & in cap. licet. de præbend. clemen. prima. §. cæterum. de statu monacho. glos. in pragm. sanctio. in tit. de colla. §. veruntamen. in verb. liberius. Lucas de Penna. in l. hac lege. colum. vltim. & patruus meus magnus. Iaco. Rebuff. in l. in sacris. in 2. C. de proximis sacro. scrinio. lib. 12. firmat idem patruus meus in dict. l.1. qui æta. lib.10. & Ioan. de Platea. in l.2. de incolis. lib.10. Imol. in clem. prima. in fine de magistr. Dominicus in cap. concesso.12. quæst. 2. licet ibi glos. contradicat. sed primam tenet Feder. consil.246. de iure communi. Adrian. de traiecto in quæst. quodlibetica. quæst. penult. quia ab ecclesia non censetur absens, qui causa studiorum abest. l. quæsitum. in princip. ibi, si studendi causa misisset, non quod de fundo eum aliorsum trãsferret. ff. de legat.3. & l. Seiæ. §. Pamphilę. de fund. instruct. nec omnino ecclesiæ non seruire intelligitur, qui studio se parat magis esse vtilem ecclesiæ. argum. ff. de statulib. l. cum hæres. §. Stichus. Alber. in prima parte statu. quæst.149. & non minus seruire ecclesiæ videntur studentes, quàm præsentes. argu. l. aduocati. C. de aduoca. diuerso. iudic. imo aduocato. si promissum sit salariũ pro causis mouendis in ciuitate, extra illam ciuitatem studenti debebitur salarium, vt consuluit Socinus consilio 35. circa. columna 4. in primo volum. tum quòd in studio, causa disciplinæ, tum quòd fauor reipublic. sit, & domini, cui postea melius seruiet, etiam in patrocinio habebit illos fructus quos permittit. extrauag. suscepti. de electio. in extrauag. Ioan.22. teste Oldra. consil.220. supposita, in fin.

2 Intellige quando sunt absentes ex facultate concessa à suo prælato. cap. relatum. de cleri. non resident. & dixi supra in 29. priuilegio quomodo sit intelligendum. Archidia. in cap. de quibusdam. colum. fin.37. distinct. qui si ad studium accedendi denegauerit facultatem, ad superiorem per scholares recurretur. cap. nullus. de iure patronat. Panorm. in dict. cap. relatum. nam si suo ex capite se absentarent & sine causa possent citari, & moneri per superiorem, vt in eis residerent, & si intra tempus monitionis non venirent, excusatione legitima cessante, possent priuari suis beneficiis. cap. inter quatuor. cum duobus sequentib. & in cap. fin. de cleric. non residen. glos. & doct. in cap. quoniam. §. porrò. vt lite non contesta. Panorm. in cap. extirpandę. in §. qui verò, de præbend. Porc. in titul. de milita. testa. in princip. in instit. Bauer. in §. illis. eod. titul. Lucas de Penna in l. in sacris. in 2. C. de proximis. sacro. scrinio. libro 12. & vide in l. hac lege. columna nona. de multiplici licentia, per eundem ibidem, secus si iusta ex causa, vt in priuilegio scripsi vicesimo nono.

3 Secundò quando intraret scholas & studeret, aliàs secus, glo. in l. si quis Titio. ff. quibus ex causis maior. vbi Bartol. expresśim dicit. not. de eo qui stat in studio non vt studeat, sed vt habeat fructus beneficiorum suorum, vt non debeat habere fructus, quia prætextu liciti, non debet illicitum committi. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccles. & cessante causa debet cessare effectus. cap. cum cessante. de appellat. l. quod dictum cum similibus. ff. de pactis sequitur Archi. in cap. de quibusdam. 2. columna. distinct.37. & hoc est declaratum per statutum facultatis decretorum Parisiensi. in hæc verba, Decernimus neminem decætero censendum esse scholarem facultatis decretorum, vt priuilegiis vniuersitatis & immunitatibus fungatur, nisi ter aut bis ad minus per singulas hebdomadas scholas frequentauerit, & more scholarium lectiones audierit. Facit textus solennis in l. generaliter. §. eos. C. de episcop. & cleric. cuius verba subiici, eos tamen clericos & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria permanent, non diuagantes, neque circa diuina ministeria desides, cum propter hoc ipsum beneficiũ eis indulgeamus, vt aliis omnibus derelictis,

Dei omnipotentis ministeriis inhæreant.

4 Tertiò declara, quando studeret scientiæ permissæ, vtpote theologiæ, iuri canonico, ciuili, vel aliis permissis, secus in necromantia: nam talis non haberet priuilegia scholarium, secundum doct. in cap. 2. de priuileg. in 6. & supra dictum extitit, & infra fortè dicam. Etiam potius est maleficium in his studere prohibitis quàm priuilegium, quod tollitur per maleficium.l.1.C.vbi sena.vel clarissi.

5 Quartò intellige quando erat presbyter, vel habebat animum ordinandi, aliàs talis scholasticus, etiam si in studio resideat, tenebitur restituere omnes fructus à die mutatæ voluntatis, text.in cap.commissa.in fin.de electio.in 6.& ibi plenè doct.

6 {Quintò procedit in fructibus futuris, in præteritis nō, illos enim non lucratur, nisi ab eo tempore quod est sibi promissum, & possessionē recepit, vt not. in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. ex re non sua fructus recipere non potest.l.videamus.§.in Fauiana.ff.de vsur.}

7 Sextò, intellige quando scholastici viuebant honestè. l. per id tempus. C. de curiosis.& statio. lib.12. & ibi Ioan.de Platea. dicit, quod studens viuens inhoneste, non gaudet priuilegiis, aliorum, quod nota.

8 Septimò habet locum, quando studeret in locis priuilegiatis.Bartol.in prooemio Digest.§.fi. textus in cap. tuæ. de cleric. non residen.vide ibi fusius.

9 Octauò scholastici possunt fructus beneficiorum in absentia recipere, etiam non obstante statuto ecclesiarum disponente, quod per annum debeant residere, antequam quicquam recipiant in illa ecclesia, Oldra.consilio 117. bonæ memoriæ, refert Albertus Brunus in tracta.statu. in verb.fructus, vel non obstante tali consuetudine. cap. super Speculat. in fin. de magist. quia statuta ecclesiarum non possunt tollere priuilegia literarum studiosis concessa, aliàs quotidie fierent noua statuta, quæ illorum priuilegia irrita facerent, etiam si essent à Papa approbata, & confirmata, quia non videtur tollere hæc priuilegia studiosorum in corpore iuris clausa, per glosam in verbo non compelluntur in l. 2. §. legatis.ff. de iudic. {Imò si statuto ecclesiæ caueretur quòd nullus reciperet fructus, nisi esset sacerdos, si scholasticus fauore studij fuerit ad quadriennium vel ad aliud tempus à Papa dispensatus, poterit fructus interim recipere per cap. cùm ex eo. de electio. hoc expresßim scribit Alber. in 2. parte statuto. quæstio.181. Bonacursius.&c.}

10 Nonò valet consuetudo, vt clerici se conferant ad studia sine licentia suorum prælatorum, & percipiant fructus in absentia, nisi ecclesia pateretur graue detrimentum in diuino cultu: nam tunc possent non obstante consuetudine reuocari.not. Panormit.Rauen. & alij in cap. tuæ.de cleric. non residen. cap. penult. illo titul.scripsi.in gloss.residentiæ.§.primo. de colla. in concorda.

11 Decimò intellige scholares posse recipere fructus beneficiorum, siue beneficia sint maiora, siue minora.Anto. in cap. tua nos. in fin. de verborum signific. & ibi dicit dignitates & personatus dici maiora beneficia. vide text. & ibi nota.in cap.de multa. de præbend. & per doct. in cap.maioribus.illo titul.

12 Vndecimò intellige, quòd fructus beneficiorum possunt percipere, etiam de præbendis, quos grossos dicunt, non autem distributiones quotidianas, quæ tantum præsentibus dantur. cap.de cætero.de cleric.non residen. & cap. vno, illo titul. libro sexto.c.licet.de præbend.scripsi in §.primo.de colla. in concorda.Franciæ, {vbi allegaui arrestum pro scholastico quodam vocato Stephano de L'estan, contra capitulum ecclesiæ, de L'afferté Laurin.} Si tamen omnes fructus canoniæ & præbendæ consisterent in distributionibus diurnis, & nulli essent fructus grossi, seu præbendæ distinctæ, tunc fauore studij ne priuilegium sit scholasticis inutile, distributiones quotidianas etiam recipient, ac si horis interessent, Guiller.de monte Laudu. in cap. vno. de clericis non residentibus, in sexto. per gloss. dicto capitulo licet.quam sequitur dominus Auriol.in repet. cap.eam te.numero 138. de rescript. item possunt scholastici habere illas distributiones quotidianas, quæ dantur præsentibus licet diuinis non intersint, quia pro præsentibus habentur in ciuitate.cap.olim.de verborum signifi. Bolog.hic. ideo aliàs dixi debere habere panem, qui præsentibus canonicis in ciuitate datur, licet ipsi canonici non intersint diuinis, vt vidi apud Bituriges. *Distributiones quotidianæ an & quãdo in absen. t. recipi poßint.*

13 Vltimò si canonici statuerent, vt omnes fructus reducerentur ad distributiones quotidianas, viderentur hoc in fraudem priuilegiorum facere, nec quidem illud statutum valeret, alioqui aperta esset via ad tollendum priuilegia studentium.Antonius Butrius consil. 42. visis puncto, &c. quod est notandum contra canonicos leues scientia, qui semper conantur resistere doctis, & discentibus, vt ipsi sint eis similes, idem in monasteriis monachorum inuenies.

TRIGESIMVMSECVNDVM, quòd si statuto ecclesiæ caueatur, quòd præsens tantum habeat ius optandi, scholastici tamen dum student, habebunt illud ius optandi, licet sint in vniuersitate, & non præsentes in ecclesia, quia fictæ censentur præsentes.cap.licet.& ibi doct.de prębend. ita expresßè tenet Perus.in cap.vltim.colum.penult.de consuet.in 6.& text. in §.1.in fin.de colla.in concorda.dicit quòd causa studij nihil perdere debent, ergo nec optionem nec alia iura quæ præsentibus dantur, imò omnia iura habent quę residentibus concedi solent extra distributiones, & alia, de quibus scripsi in glo.vltim.dict.§.primi.ibi vide, & supra in alio priuilegio. *Scholastici habent omnia iura quæ residentes, etiam si non resideant.*

TRIGESIMVMTERTIVM priuilegium, licet quis videatur in fraudem se absentare, quando in aliquo loco residere tenetur, secundum Imo.in cap.penult.de eo qui mitti. in posses. caus. rei seruand. quod facit contra *Scholasticus non videtur in fraudem abesse.*

officiales regios in loco officij residere debentes. Hoc tamen limita in scholaribus, qui se absentant fortè à patria fauore studij, tunc non potest aliquis agere contra illos, tanquam se in fraudem absentantes, vt dicit Felin. in cap. consultationibus per illum textum, in princip. de officio delegat. quia iusta & probabilis est hæc absentia, glo. in l. fin. ff. de in integr. restit. & in c. biduum. in verbo, audiatur. 2. q. 6. docto. in §. rursus. de actio. in instit.

*Scholares in loco etiã nõ priuilegiato studẽtes priuilegijs gaudent.*

TRIGESIMVMQVARTVM est, quamuis studens in locis non priuilegiatis, non debeat gaudere priuilegiis scholarium. cap. tuæ. de cleric. non residen. Fallit tamen in scholasticis à studio recedentibus, vt melius studerent, nam tunc debent etiam gaudere priuilegiis studij, ita expresśim decidit Alber. in l. si cum dies. §. si arbiter. in fin. ff. de arbit. prout fecit Ioan. Andreas, vt ipse narrat in addi. ad Speculat. in rubr. de filiis presbyt. & Bartol. in proœmio. ff. in §. hæc autem tria. ego ipse in lapidicina quadam, perlegi Speculat. & alia multa tempore pestis, & ibi tanquam siluestris homo habitaui ac abundanter tunc temporis studui: nam eadem ratio vtilitatis publicæ in eo versatur, quæ in illo qui in vniuersitate studet, ergo idem priuilegium concedetur, quod est verum in his qui sunt notæ authoritatis, & quos verisimile est melius studere, & proficere ruri, quàm in studij loco, vt pote quia iam audiuerant cursus suos, & volebant repetere lectiones iam auditas, tunc etiam vltra sex menses gaudebunt priuilegiis aliorum, aliàs secus, vt extat ordinatio regia in hoc regno.

*Scholaris reuertẽs nõ debet iterũ describi matriculæ, nec quicquã pro ea soluere.*

TRIGESIMVMQVINTVM est, quòd quamuis scholaris semel in albo aliorum, seu in matricula descriptus, si se absentauerit per quinquennium perdat priuilegium matriculæ. l. 2. C. de primicerio secund. & nota. libro duodecimo. & l. tertia. de domestic. eodem libro. Bartol. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis. l. ex eo. de testam. milita. l. per hanc. C. de aduoca. diuerso. iud. quia non censetur reuertendi habere animum, quando tandiu abest, arg. §. pauonum. Institut. de rerum diuisio. Tamen si post quinquennium reuertatur, & velit iterum describi in dicta matricula, non tenebitur quicquam soluere pro ea, per text. singu. in l. penultima. de consul. libro duodecimo. C. secundum Bartolum. in consilio 134. vniuersitatis. cui consentit Alber. in l. postliminij. ius. in fine. ff. de capti. & postliminio reuer. Baldus in l. acceptam. C. de vsur. Baldus & Paul. in l. filio quem pater. ff. de liber. & posthum. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. columna 32. Fallen. 34. soluto matrimonio. & singul. 236. matricula. Bauer. in §. hactenus. columna tertia. de testam. milita. in instit. Bertachinus in tractatu. de gabellis in septima parte. quæstione 30. Rauen. in alpha. in verbo, matricula. Riminaldus in l. scriniarios. in fin. C. de testam. milit. Vincen. de Paliotis in consilio 54. viso puncto. numero octauo. in quarto volumine. inter consilia Alexand. Et idem dico si in mandato de prouidendo, vel in alia impetratione quis asserat se scholarem, hoc enim casu sufficit, si probet, quod fuit parum ante impetrationem descriptus, licet tempore vacationis non fuerit præsens in locis, & vniuersitatibus priuilegiatis. Itidem de Baccalaureatu, licentiatu, & doctoratu dicimus. nam quæ de proximo insunt, inesse videntur. l. lecta. versicul. dicebam. ff. si certum petatur. & istud tenet expresśe Aegidius de Bella mera decisio. 666. incipien. ei qui &c. hodie in hoc regno per ordin. Regias statuitur in Rubr. *Des priuileges des escoliers*, articulo secundo. quòd si scholasticus sit absens à studio per sex menses, vt non debeat gaudere priuilegiis, tamen de consuetudine seruatur, vt quando scholasticus reuertitur ad studium post longam absentiam, non tenebitur iterum scribi matriculæ, sed iterum post sex menses gaudebit priuilegiis, habita ratione primæ matriculæ, nec tenebitur iterum iurare rectori, si semel illi iurauerit. Panormit. in cap. veritatis. columna secunda. de iureiurand. quod est verum, si eidem iurauerit sub nomine dignitatis, secus sub nomine proprio. cap. quoniam abbas. de officio delegati. quia dignitas non extinguitur. cap. si gratiose. de rescript. in sexto. {Et in dubio præsumitur iuratum sub nomine dignitatis, vt nota. in dicto cap. quoniam abbas. in doctoribus reuertentibus ad illam vniuersitatem in qua profesśi fuerunt & soluerunt, quòd non teneantur amplius soluere asserit Ancha. in cap. ex transmissa. de renuncia. idem in reuertentibus ad collegia.}

*Scholastici intra annum an teneãtur promoueri.*

1 TRIGESIMVMSEXTVM est. Quod quamuis habens beneficium curatum teneatur intra annum, ad sacrum presbyteratus ordinem promoueri. cap. licet canon. de electio. in 6. episcopus tamen poterit fauore studij cum studentibus dispensare vsque ad septem annos. cap. cum ex eo. de electio. lib. 6. Panormit. in consilio 63. colum. 3. in secundo volum. Alber. in tractat. statu. in secunda parte, quæst. 183. Cosma Guymier, in verb. vt liberius. in titul. de colla. in pragm.

2 Intellige dummodo fuerit promotus intra annum is, cum quo est dispensatum ad ordinem subdiaconatus, ne postea valeat retrocedere. dicto cap. cum ex eo. alioqui fructus ecclesiæ consumere posset longo tempore, & postea illam relinquere, sed qui sine causa eam relinquunt, cito moriuntur, nec vitam prosperam agunt, vt sepius vidi, & de multis.

3 Secundò declara posse dispensari, siue in principio anni, siue in fine, licet non haberet tempus ad promouendum, quia poterat renunciare, ac permutare, & suum erat id temporis ante finem anni beneficium. dict. c. cum ex eo. & ita concludunt Domini de Rota. decio. 187. nota quòd tenens ecclesiam in antiq. vbi dicunt esse communem opinionem, secundum quam fuit iudicatum Tholosæ, vt refert Aufre. in decisio. Tholo. q. 471. item &c. quidam rector.

4 Declara tertio, quòd si habenti viginti annos fuerit per Papam dispensatum, vt non teneatur promoueri ante viginti quinque annos, si postea episcopus dispenset fauore studij, dispensatio episcopi non curret ante tempus

pus dispensationis Papæ finitum, sic conclusum fuit in rota, in rubric.de cleri.non residen. decisio.vltima.

*Dispensatus ad ordines non uidetur dispensatus ad beneficia.*

5 Quartò, si minor septem annis fuerit dispensatus ad suscipiendum tonsuram, eidem non poterit simplex beneficium conferri, quia dispensatus ad ordines, non videtur dispensatus ad beneficia, cap.primo.& sequent. de filiis presbyterorum, in sexta, quod etiam, sic suaderi potest, si dispensatum fuerit cum illegitimo ad ordinem sacerdotij, non tamen propter hoc erit dispensatus ad beneficium. Ioan. Andr. & Philip. in dict.cap.1. quia licet sit sublata vna de duabus prohibitionibus, tamen remanet altera. cap. pastoralis, de priuileg.

Ad hæc, licet maior septennio possit esse canonicus ecclesiæ cathedralis, si habuerit quatuordecim annos, tamen non habebit vocem in capitulo, cap.ex eo, de electio. in 6.& expressius, in clement. vt hi qui, de ætate. & qualita. ideo dicit Antho. de Butrio, in cap. ex ratione, in fine, de æta. & qual. quod ponderanda sunt verba dispensationis, si dicant, tale beneficium assignamus, non obstante defectu ætatis, quia ipsum per omnia volumus haberi pro maiore, & tunc propriè dicitur factus habilis ad ætatem, alioqui dispensatio tanquam odiosa erit stricte intelligenda, cap. quamuis. de præbend. in 6. Præterea dispensatus, vt celebret ante ætatem non est dispensatus ad beneficium curatum, gloss.in clemen. vt hi qui, in verbo, constitutus, de æta.& qualit. probat per multa similia. Felin.in cap.postulasti. colum. 14. num.11.de rescript. & ista sunt notanda, per quæ multos lucratus sum aureos.

6 Quintò declara, quando is, cum quo petebatur dispensari, esset habilis ad studium, argu. l. Stichus. ff.de legat.3.gloss. in dict. cap. cum ex eo.text.in cap.vno. ibi capacem sensum habeat, de offic.primice.Barba.in tract.de præstan.Card. in 10.quæst.primæ partis.in fin.sed si fuerit habilis, & episcopus nolit dispensare, poterit cogi per superiorem.Domi. in dicto c. cum ex eo. argum.cap.nullus.de iure patron. Vel superior dispensabit, vt ibi dicitur. In aliis non poterit episcopus de non promouendo dispensare, vt firmat Petr.Ancha.in d.clem. vnic.2.not.de officio vicarij.

7 Sextò intellige, quando studerent in studio generali, secus si in castris.l.1.vbi Lucas.C.qui ætate.lib.10.& c.tuæ. de cleri. non residen. Dic tamen, vt est conclusum in 34.priuilegio, de eo qui vt melius studeret, se absentauit.

*Episcopus dispensationem scholaribus factam reuocare nõ potest.*

TRIGESIMVMSEPTIMVM priuilegium est, quod postquã episcopus cum scholasticis dispensauerit, non potest dictam dispensationem reuocare, vt dicit Panor. in cap.significante.num.8.colum.3.de appeliat.tum quia illusio & variatio est reprobata in episcopo maximè, clem.vna.de renuncia.tum quod approbo, non reprobo. l. in arenam. C.de inoffi.testam.& hanc opinionem tenuit gloss.solemnis in dicto cap.cum ex eo.in verbo septennium, quam sing. notat Roma.sing.517. an dispensatio, & eam sequitur Archi.Ioan.Andr.Dom.& Philip.ibidem, item per regulam decet, de regul.iur. in 6.& quia iuuari non decipi beneficiis nos oportet. l. in commodato.§.sicut.ff.commoda. & nemo in alterius iniuriam mutare consilium suum potest. regu.nemo.ff.de regulis iur. dixi plenè.in repet.l. quod iussit. ff. de re iudic.in rationibus dubitandi. Imò dispensatio durabit etiam post mortem concedentis, secundum Oldra.consil.203.factum tale, vbi etiam tenet idem, in successore episcopi, vt non possit dictam dispensationem reuocare, ne studium scholastici deserere cogantur, ob aliorum inuidiam.

Fallit, nisi euidens causa suaderet contrarium, cap.vlt.de cleric.non residentib.vtpote, quia ecclesia carebat ministris, & diminuebatur cultus diuinus, vel literis præditi deficiebant, per quos causæ ecclesiarum expediri debebant. docto. in d.c.cum ex eo, aliàs peccaret episcopus ex malitia, & sine causa reuocans.

Secundò fallit, quando scholasticus nil studeret, sed vagaretur per ciuitatem insanorum more, quia cessat causa, ergo & effectus cessare debet, per l.adigere.ff.de iure patro.& in hoc debent esse cauti episcopi, & canonici ecclesiarum, in quibus studentes habent beneficia, vt eos reuocare faciant, si non studeant, & est optima causa: oportebit tamen quod reuocans probet vagationem studentis, tum quia non debet præsumi delictum vagationis. l. merito. ff. pro socio, tum quia alleganti onus probandi incumbit.l.ei. ff.de proba.l.1.C.illo tit.

Vltimò etiam non potest interpretari ea dispensatio illa interpretatione, per quam tolleretur, aut diminueretur, ne lex circumscribi videatur.l.2.§.hoc etiam.C.de iuramen.calum.hoc firmat Oldra.consil.230. Vrbanus, in fin.& sic nec tolli potest dispensatio, per modum expressæ reuocationis, nec declarationis, ne fiat fraus nominis ad nomen.l.contra.cum l.seq.ff.de.legi.Dyn. in regula certum, de reg.iur.in 6.

*Episcopus pro dispensatione nil capere debet.*

TRIGESIMVMOCTAVVM est. Quod archiepiscopus, vel episcopus dispensando cum dictis scholaribus causa studij, non debet aliquid ab eis exigere, vel accipere, aliàs quasi symoniam committit, text.in cap.1. de magistris. & hoc ibi expressè scribit Rauen. Et dic quod si de iure non debet habere illam præbendam, quia in scientia prohibita studet, vel est omnino indisciplinatus, & episcopus dispensat propter pecuniam, tam dans, quàm recipiens committunt symoniam, cap.nemo. de symon.si verò scholaris debet illam præbendam & fructus habere in studio, quia bene studet, & in scientiis permissis, & episcopus petit pecuniam, vt dispenset, & recipit, is committit symoniam, sed non dans, Archidiaconus in cap.de quibusdam.37.distinct. & hoc commune est, an magister dans ferias propter pecuniam, symoniam committat? vide Archidiacon.in cap.primo. de consecrat.distinct. 3. tenentem quod sic, & Collecta.in cap.2. de feriis, quod bene debent cauere artium magistri, in hac vniuersitate degentes, & regentes, ne pro nundinis (quas Landi-

*Magistri artium pecuniam pro ferijs cōcedendis die indicti capiendo an symonia committant.*

ctum Gaguinus appellat) quicquam accipiant, vt ferias suis auditoribus concedant, quod permulti solent facere, non citra symoniæ labem, secus si pro labore docendi honorarium capiant, quod eis optimo iure debetur, per notata in capite primo. & capite quia nonnullis, de magistris: & si plenissime de his curas videre, perlegas Ioannem Nauclerum, in tractatu de symoniis. vbi quæstiones symoniam tangentes videbis.

*Papa facilius cum literatis, quā cū alijs dispensat, & multa de literatis.*

TRIGESIMVMNONVM, quòd Papa facilius dispensat cum studentibus & literatis, quàm cum aliis. cap. de multa. in fin. de præbend. vbi viri literati propter vtilitatem publicam ad beneficiorum pluralitatem sunt extollendi, cap. cum ex eo. de electio. in sexto. cap. super Specula. de magistr. & ibi Panormita. nota. primo. l. prima. ibi optimos fidelissimósque commilitones. ff. de milita. testam. vbi non omnes ad militiam assumuntur, sed is demum qui virtutibus euehetur, Alber. in l. fina. C. de offic. præfect. præto. Affri. dicit quòd inter ordinandos ad prælaturam debent præferri digniores meritis, & scientia, & non antiquiores, si huius qualitatis non existant, per textum in l. secunda. C. de offic. magist. officio. l. fin. de tyro. libro duodecimo. l. vnicuique. de proximis sacro. scrin. l. prima. de Castren. & ministeria. eodem libro. §. ordinatione, in authen. de monach. colla. 1. ibi etenim qui apparuerit prius optimus inter monachos optimos constitutus, &c. nempe plus prodest vnus bonus literatus decem ecclesiis, quàm decem illiterati vni, & melius regulariter quàm nobilis, & potens, teste Ioanne de Lignia, in tractat. de plur. benefic. per cap. constitutis. de appellat. vbi Decius, & plura tangit Petrus Lesnauderius in opusc. de docto. in 4. parte quæstion. 88. hinc est quod pro literato præsumitur, quòd non ita vincatur malis affectibus, sicut illiteratus, per cap. penult. de præsumptio. & cap. in nostra. de procurat. literatura enim dignitati æquipollet, & tantum honorandus est, quantum alius in dignitate constitutus. cap. perlectis. vigesimaquinta distinctione. gloss. in l. societas. ff. pro socio, quippe scientia informat intellectum, sicut anima corpus, vnde inter hominem illiteratum, & statuam marmoream nihil quasi interesse videtur, vt dicit Cicero libro primo Officior. & prorsus ignari, vix possunt homines vocari, sed imagines hominum, secundum gloss. in verbo, nomen, in §. item, vt decætero. de collatio. in pragmat. & Ioannes Andr. & Panormit. in cap. prudentiam, in princip. de offic. delegat. Homines certe multi sunt nomine, pauci re. cap. multi. 40. distinct. & Decius in cap. sciscitatus. columna penultima. de rescript. imo illiteratus est magis de iure odiosus, quàm homicida, cum collatio facta illiterato non valeat, sed homicidæ sic, donec annulletur, vt tenet Innoce. in cap. cum nostris. de concess. præben. relatus per Felin. in cap. per tuas, de symonia. & Decium, in dict. c. sciscitatus. licet communis opinio sit, quod non valeat, vt dixi in tracta. de pacifi. posse. in 4. limit. num. 210. & sequent. ideo dicit Panorm. in cap. penult. de præb. quòd peccat clericus habens defectum scientiæ, si inopia eum non excludat à studio literarum, & illiteratus licet possit esse iudex, si habeat iudicandi peritiam. l. certi. C. de iudic. tamen non potest promoueri. cap. cum in cunctis. de electio. imo ab ordinibus repellitur. cap. fina. de æta. & quali. & cap. fina. de tempo. ordin. in 6. & cap. præcipimus. 34. distin. & quando tales illiterati sunt iudices, tenentur sequi consilium, licet regulariter, in aliis secus. l. quidam. ff. de adminis. tuto. & intelligo hoc quando statutum, vel lex requirit, quòd consilium habeant, vt tenet Anto. de Butrio in cap. cum olim. de arbit. refert Felin. in dict. cap. sciscitatus. col. 5. versic. illiteratus, &c. dixi in ordina. reg.

Item aduocatus esse non potest illiteratus. l. 2. C. de postu. Barto. in l. 1. ff. de variis. & extraordina. cogn. Panor. in rubr. de postu. etiam si haberet exercitium. l. iubemus. C. de aduoca. diuerso. iud. Specul. in titul. de aduocato. in §. obiicitur. versicul. item quod non habet, quod intellige, vt non possit inter aduocatos connumerari, sed bene potest præstare patrocinium lingua materna. vt ibi tenet Ioan. Andr. in additio. ad Specul. & ideo consuluit ibi Specul. quòd illi illiterato loquaris verbis Latinis, sed ego vidi in municipiis illiteratos admitti in aliorū defectum, & illi maiora mala committunt, quàm docti, sed in ciuitatibus illiterati non reciperentur ad postulationis officium, maximè in curiis supremis, quæ aduocatis doctissimis fulgere debent, imò in illis nullus recipi debet, nisi sit licentiatus in iure canonico, vel ciuili, & ille qui præsentat istum curiæ ad assumendum iuramentum solet asserere illum quem præsentat, licentiatum, aut doctorem, & bene studuisse, & hoc in senatu Parisiens. in aliis curiis ostenduntur literæ & leguntur.

*Dispensari potest cum scholasticis ad beneficia.*

40 QVADRAGESIMVM est, quod scholares postquā sunt graduati, etiam baccalaurei possunt habere dispensationem ad quatuor beneficia, alij verò, non, nisi fuerint magni nobiles, vt statuit Innoc. in regula quinquagesima. & si fuerit doctor dispensat Papa de non promouendo, vsque ad quinquennium ratione studij, cum aliis verò non, nisi vsque ad biennium, vel ad plus vsque ad triennium, & idem statutum est in regula quinquagesima prima. Ista tamen prærogatiua, seu priuilegium hodie non seruatur, vt tenet ibi glosator. Sed credo, quod facilius, & sine læsione conscientiæ dispensaretur cum doctore, quàm cum alio, & cum perito, quàm cum imperito. Imò quamuis per cancellariam Romanam non possit cum aliquo dispensari, vt habeat duas ecclesias parochiales, vt innuit regula cancella. 52. fallit tamen in scholaribus graduatis, vt ibidem dicitur, & in casibus ibidem positis, quia huiusmodi dispensationes facilius concedendæ sunt literatis prudentibus, & eloquentibus: quàm idiotis, & ignaris, vt ait Lucas de Penna in l. prima. columna 4. C. de his qui in exil. dati, ab ord. libro 10. quem ibi vide: consulo tamen, quòd si absque dispensatione degere vitam possis, non

*Cancellaria dispensat cū scholasticis.*

quæras

quæras dispensationes, sed per adeptionem secundi relinquas primum, quia melius est in hoc mundo mediocriter viuere, quàm superbe cum pluralitate in inferna deiici, audi quid dicat Bernard. in epist. ad Henricum Senonen. archiepis. missa, sunt nonnulli, cum præsident vrbibus, valde etiam populosis, satagunt ciuitates, quatenus duę, quibus duo vix præsules sufficiebant, sub vno redigantur antitiste. Rogo quę tam odiosa præsumptio? quis hic tantus dominandi ardor super terram? & tam effrenis cupiditas? cur hoc? sed forte vt plures populos salues, sed in alienam messem tuam mittere falcem iniuriosum est, ecclesiarum sponso non placet vnius incremētum, quod alterius detrimentum sit: crudelis ambitio hęc, & incredibilis, si fidem oculi non adstruerent, vbi est terrifica comminatio, veh, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, nunquam in his duntaxat exiguis istud metuendum est, non autem cum vrbs vrbibus, ciuitates ciuitatibus, prouincię prouinciis, episcopatus episcopatibus, abbatię abbatiis, prioratus prioratibus, dignitates dignitatibus, prælaturæ prelaturis connectuntur, copulantur, ab eodémque huiusmodi dispensationibus mediantibus tenentur, possidentur, & retinentur, huius rei gratia, non pigritantur crebro terere Apostolorum limina, vt ibi, quod magis dolendum est, inueniantur qui suæ faueant improbæ voluntati, non quod Romani valde curent, quo fine res terminentur, sed quia munera diligunt, sequuntur retributiones, ascendat igitur superbia tua, semper sequere regem tuum Luciferum, scilicet ambitionis patrem, & superbię, festina multiplicare prębendas, deinde ad archidiaconatus euola, & decanatus, demum aspira ad episcopatum, nec ibidem requiem habiturus, quoniam sic itur ad astra, & ab altiori gradu fit casus grauior, neque enim paulatim decides, sed in impetu vehementi deiicieris, &c. Hos plura habentes beneficia alibi conuenio, & vno debere esse contentos onere illis palam facio, & vtinam tot dispensationes non concederentur, nec aliqua sine causæ cognitione examinanda per prelatos, vel vniuersitates, seu alios iudices, & sicut literę regiæ verificantur, seu vt dicunt practici, interinantur, ita deberet esse in dispensationibus.

*Contra plura habentes sacerdotia.*

QVADRAGESIMVM primū priuilegium est, quod si episcopus studij causa concedat in annos singulos quinquaginta libras scholari, quousque beneficium habuerit æque bonum, si ille durante tempore studij obtinuerit beneficium residentiam requirens, sine qua nihil possit habere, tunc & quinquaginta libras ab episcopo, & beneficium habebit, prout sentit Philip. & Do. per illum text. in cap. si tibi concesso, de præben. in 6. tum quia non videtur æque bonum accipere, cum nil possit extra studium consequi, tum etiam quia permissum est ob causam studij, quandiu nil pro studio habebit, sed nil habet, quando nil recipit, ideo episcopus tenebitur, argu. l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies leg. ced. & hoc fauore studij, ne cogatur studium deserere, quod publice interest. Petr. de Ancha. in d. cap. si tibi, quod secus est in nominationibus, in quibus beneficia etiā residentiā requirentia solent computari, quoad summam ducentorum florenorum, vt scripsi in §. volumus, de colla. in concord. Fran. per illum text. Quod ego intelligi velim, nisi is, cui facta esset hæc promissio, perfecisset studium, vtpote, quia studuisset per septennium, & iam assumpsisset gradum licentiæ, tum crederem episcopum liberatum, quia potest ille residēdo victum consequi, ergo episcopus non tenetur. Item quia actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur, vt dicit regula, qui actionem. ff. de reg. iur. & ita intelligitur dictum Ioan. And. in d. cap. si tibi concesso.

*Episcopus quando promisit pensionem scholari quousque habuerit æque bonum beneficium, & quādo liberetur.*

QVADRAGESIMVM secundum, Quod episcopus cum maiore parte capituli potest statuere, vt quilibet canonicus de suis prębendis quotannis contribuat certam summam in alicuius scholaris pauperis docilis, & non vagi subsidium in studio existentis, etiam si minor pars contradicat, text. elegans, & ibi Panorm. in c. fin. de his quæ fiunt à maio. parte cap. sequitur Bologni. hic facit super specula, ne cleri. vel monach. c. cum ex eo, de electio. lib. 6. sequitur Henri. boteus, in tract. de synod. episcopi, in 3. parte conclus. 17. in nona illatio. artic. 1. quod est verum de bonis, & fructibus, quos ab ecclesia recipit. secus in bonis propriis & patrimonialibus, in quibus inuiti grauari non possunt, sed habet locum regula, quod omnes tangit Ancha. in d. cap. fin. sic consuluit Dom. in consil. 55. quidam populus, in monachis verò sancti Benedicti est statutum, quod per beneficiatos quorumlibet beneficiorum monachalium soluantur pensiones illorum religiosorum, qui ad studia generalia sese conferunt, vt est videre in constitutio. benedictinis, cap. 8. rub. de pensio, studentium.

*Episcopus cum maiore parte capituli pēsionē studenti cōstituere potest.*

QVADRAGESIMVM tertiū. Sciētia de paupere facit diuitem, in authentic. de hæredi. & falcid. §. fin. colla. 1. & in proœmio ff. in §. nos vero, ibi ditissimi legum oratores efficiantur, vbi Alber. & alij citant hos versus,

*Dat Galienus opes, & sanctio Iustiniana,*
*Ex aliis paleas, ex istis collige grana.*

Cui alludit dictum Dauidis, Psalmo 110. Suscitans à terra inopem, vt collocet eum cum principibus. Nam boni legistæ erunt consiliarij principis. §. fin. in proœmio institutio. & diuites, liber enim liberat studentem in eo ab ignorantia, & paupertate, Lucas in rubr. C. de iure fisci lib. 10. & alibi definiuit sic, Liber est templum iustitiæ, per l. 2. §. ne autem. C. de veteri iure enuclean. vel est lumen cordis, & speculum corporis, virtutum repertorium, vitiorum confusorium, corona prudentum, diadema sapientum, honorificentia doctorum, clarificentia rectorum, comes itineris (ergo studiosus in itinere debet portare libros) domesticus fidelis, socius colloquentis, collega præsidentis, vas plenum sapientiæ, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, pratum fluens floribus, mare sine fluctibus, principium intelligentiæ, fundamentum memoriæ, hostis obliuionis, amicus recordationis. alia pro-

*Scientia ditat homines.*

*Quid sit liber.*

sequere, vt per Lucam, in rub. 11. lib. C. hodie in regno, vt quidam iactant, maiora lucra percipiunt artifices, quàm aliqui iurisperiti, dicentes, quod nisi quis sit adulator, & de mundo, mundi opes non habebit, vt notat Luc. in l. vna, in fin. C. de munerib. lib. 10. sed bonis pauperibus speranda est saltem merces in alio seculo, cum in hoc sculo esuriant.

*Literatis multi seruient.*

QVADRAGESIMVM quartũ est, quod scholaribus effectis viris literatis multi inseruient. vt habetur Ecclesiast. 10. Seruo sensato liberi seruient, & vir prudens & disciplinatus nõ murmurabit correptus, & inscius non honorabitur, & Ecclesiastes 7. Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatis, & Prouerb. 17. seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres diuidet hæreditatem, & Tit. Liuius in 2. de bello Pun. ait, sępe ego audiui milites, eum primum esse virum, qui consulit, quid in re sit, secundum eum qui bene monenti obedit, qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremum esse, & Sapien. 8. cap. propter sapientiam habebo claritatem ad turbas, & honores apud seniores, iuuenis & acutus inueniar in iudicio. & paulo post ait, Disponam populos, & nationes mihi erunt subiectæ, timebunt me, audientes reges horrendi. & cap. 9. Disponam populum meum iuste, & ero dignus sedium patris mei. & Daniel. 12. cap. Fulgebunt qui docti sunt, quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ, in perpetuas æternitates. Refert Paulus de citadinis, in tractatu de iure patro. in commendatione Maximiliani, Hodie literati pauperes algent, etiam in æstate, & diabolici diuites, & magnates, literatos bonos odio habent, & dum eos intuentur, timent, & vellent eos morti tradere, instar Herodis. Iuberem tales, macte virtute esse, vt perfecte bonos amarent, decet enim regem legiferos honorare, religiosos venerari, sapientes sublimare, & cum eis conferre. vtor verbis Floren. in 2. parte summæ, titul. 2. cap. 6. de prudentia regnatiua. §. 1. in fine, & vide nouem personas, quæ honorandæ sunt, per eundem Floren. in eadem parte, tit. 5. c. 10. §. 2. de virtute obseruantiæ.

*Scholastici scientia nobilitari dicuntur.*

QVADRAGESIMVM quintum. Quod scholares post adeptam scientiam, possunt dici, & intelligi nobiles scientia, text. in l. 2. §. fin. ibi, nobilis. Vlpian. ff. de excusat. tutor. & ibi Bart. quia scientia homines nobilitat, glo. in l. prouidendum. C. de postulan. non solum exterius, sed etiam interius. Bonus de curtili in tracta. nobili. in 3. parte, num. 4. Albert. in procemio ff. in §. quibus Felin. in cap. cum adeo, de rescrip. in fin. vide Hieronymum in 3. parte, epistola 22. de modo bene viuendi, & non solum scientia tribuit nobilitatem, sed etiam immortalitatem, & multa alia bona quę ponit Lactan. Firmian. in lib. 3. diuin. institu. ita dicens, nullum aliud esse virtutis præmium, quàm immortalitatẽ, vna est res, quæ immortalitatem donare potest, & pares diis facere, videlicet scientia, & virtus, ideo Stoici dicebant, quem beatum effici non posse sine virtute, & Seneca, ad Lucillum epistola 88. inquit, virtus extollit hominem, & super astra mortales collocat, nec ea quæ bona vel mala vocãtur, aut capit nimis, aut expauescit. & epistola 75. virtus regna, vrbes, prouincias, temperat, fert leges, colit amicitias, & inter propinquos, liberosque dispensat, & Aristo. 7. Ethico. ait, quòd homines dij fieri dicuntur propter virtutem, causat etiam amicitiam inuisorum, & incognitorum, & Tullius lib. primo de amicitia dicit, nihil esse virtute amabilius, & nihil quod magis alliciat ad amandum, quippe cum propter probitatem & virtutem eos, quos nunquam vidimus, diligamus. Idẽ Pius maximus epistola. 84. inquit his verbis, Nam virtus huiusmodi est, vt & quos nunquam vidimus, amare nos faciat, hinc veteres illos Fabios, Scipiones, Fabricios, cæterósque virtute præstantes, qui multis ante nos seculis vitam exuerunt, etiam mortuos diligamus, sicut nostrę fundatores fidei, vel apostolos, vel martyres singulari deuotione, & affectu veneremur. Quis non diligat iurisconsultos nostros, ac doctores, Pet. dę bella Pertica, Specula. Bartol. Alex. Ias. Decium, & alios iuris semideos, qui in iuris explanationę tot noctes insomnes duxerunt, vt nos à tenebris ignorantiæ liberarent? alios pertransco, & ad nobilitatem redeundo, dico quòd virtus sui natura est amabilis, vitium verò odibile, & virtus & scientia est quacunque re dignior, vt inquit Bonus de curtili, vbi supra in 2. parte, nu. 37. igitur cui adhæret est etiam nobilior, quàm qui ex nobilium genere procreatur, nempe dicit glo. in extra. execrabilis, de præben. in communibus, quod disputare de nobilitatę generis est disputare de nobilitate stercoris, si non sit iuncta virtuti & probitati. Salice. in d. l. prouidendum. Benedictus in repet. cap. Rainutius in prin. in verbo declara. de testa. & Daniel. 12. cap. qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & Hiero. ad Paulinum epistola 4. & 7. sic ait, Discamus in terris, quorum nobis scientia perseueret in cælis, imo sciẽtia & virtus faciunt quem nobilissimum, per gloss. dict. l. prouidendum, ac l. 1. C. de conden. in publi. horreis, lib. 10. item scholastici docti possunt dicere illud quod habetur de nugis philosophorum, vbi cũ quidã de patricio genere factus inferior, alicui virtutibus pleno nobilitatem generis obiiceret, responsum ei fuit, gaudeo inquit, quia ego ex me surrexi, tu vero ex te cecidisti, amboque nostri decus & dedecus sumus cognationis nostræ. Iuuenal. Malo sit tibi pater Tersites, & tu sis Aeacidę, quã si te Aeacidę similẽ producat Achilles. vide in mensa philosophorum, in Rub. de nobilibus, & de Bonacurso. in Rub. de recusa. in princ. & Bonum de curtili in tract. nobili. in 3. parte, nume. 97. & quamuis dici possint nobiles scientia, tamen non gaudent priuilegiis datis nobilibus genere, vtpote quoad breuius tempus studij, de quo in §. præterea, & §. cum vero, vbi scripsi de colla. in concorda. Francię, alia sexcenta argumenta & auctoritates possem adducere quas seriò omitto, ratus has sufficere.

*Consulens si ne reuolu.*

QVADRAGESIMVM sextũ, quod quanuis qui non laborat, nõ debeat manducare,

*tione librorũ recte pecunias capit.*

ducate, nec aliquid habere, vt dicit Hiero. in 3. parte epist. in regula mona. cap. 13. epistola 21. ad Marcellam gloss. in l. quanuis. ff. de damno infecto, glo. similis in clemen. vt hi qui. in verbo, in posterum, de æta. & quali. Fallit tamen in doctore, vel scholastico perito, qui quæstioni propositę respondet sine reuolutione librorum, nam etiam habebit salarium, licet nil de præsenti laboret, vt firmat Archi. reprobata ibi, glos. in cap. non licet. 11. quæst. 3. sequitur Specula. in titul. de salario. in §. sequitur, vbi idem in aduocato scribit, ne sit deterioris conditionis peritus, qui non indiget reuolutione librorum in aliquibus casibus quàm imperitus, qui in omnibus indiget. argum. c. eum qui. de præben. lib. 6. & in doctoribus ita tradit Barb. in procemio clem. in 2. lectu. in verb. salutem, col. 15. Soci. in tract. fallen. regula 229. Iaso. in §. sed iste, col. antepenul. de actio. de Ripa in trac. de peste in 3. parte, fol. 137. idem concludens in medico ex tempore infirmum curante, quia ratio laborum præteritorum attendi debet. l. studiorum labor. C. de assesso.

*Iudex scholasticos laborare non cogit.*

QVADRAGESIMVM septimum, quod licet iudex possit cogere mendicantes validos, vt laborent, & operentur, vt in Rubr. C. de mẽdicam. valid. lib. 11. & allegatur tex. in §. si vero aliqui, in auth. de quæstore, col. 6. per Amanellũ de claris aquis sing. 105. tex. est quod homines. vbi dicit quòd homines, qui nihil habent, & viuunt, & nõ operantur, & sunt validi, respublica potest compellere ad operandũ, & si nolint operari, expellãtur de ciuitate. Fallit in studentibus, quibus non potest imperari, ne studio deserto ad aliud opus se conferant, sicut in nobilibus, scribit de Ripa in tract. de peste, in 3. parte. fol. 21. multo minus seruiens poterit præcipere, vt scholastici eum adiuuent in capiendo alium, cum non sint de eius iurisdictione, secus in laicis, text. in l. liber homo. 2. ff. ad leg. acqui. Ioan. Masuer. in Rub. de pœnis, versi. item si seruiens capiat; not. Lucas de Penna in Rub. de rusti. ad vllum obseq. deuoce. lib. 11. C. & l. vna. C. ne quis liber inuitus actum reipub. gerere cogatur, & dixi in clerico in repet. l. diuus, fol. 26. versi. nota tamen. ff. de senatuscon-sul. silla. aliquãdo Tholosæ audiui proclamari vt quilibet teneatur laborare ad extinguendum ignem, & ad ferendum aquam, dixi non comprehendi scholasticos, quod est notandum.

*Scholastici an sapientibus preferãtur.*

QVADRAGESIMVM octauum, quod si aliqua pertinent simul ad sapientes homines studij simul ad vniuersitatem scholarium, & discordant in eligendo, vtpote quia vnum eligunt sapientes, alium eligit vniuersitas, si pares sint virtute isti qui eligunt, deferendum est scholaribus. ista est mens, verbaque Bald. in l. viduæ, per illum tex. C. de nuptiis, intellige quando coelecti essent pares, secus si vnus esset maioribus virtutibus præditus, quia tunc ille est præferendus secundum eum, in cap. insinuante, nu. 70. de offic. delega. istud tamen intelligerem hic, videlicet quòd sapiens intelligitur de eo qui habet plenum animi iudicium, & discretionem sine scientia, & ita intelligitur text. in l. diem proferre. §. coram. ff. de recept. arbit. & ibi glo. Lucas de Penna, in l. omnes, col. 12. C. de decurio. lib. 10. sed scholastici habent vtrunque, & discretionem, & scientiam ideo debent præferri, cum duo vincula sint fortiora vno, cap. primo de treuga & pace, quod facit contra mercatores Montispessulani, qui volunt ex suo sensu naturali studentibus, imo licentiatis & doctoribus præferri, arbitrantes & præsumentes ex eorum elatione, se melius posse ciuitatem regere in cõsulatu, quàm literis præditi, & ita bellissime rexerũt, vt eorum consilio ciuitatem penè destruxerint, quod est dolendum. Inuenio tamen quod sapientia tripliciter sumitur, primo pro habitu infuso, per quem homo habet notitiam diuinorum & humanorum ex inspiratione diuina, spirituali & gratiosa, & illud sapientiæ donum præsupponit fidem, de quo scribitur Ecclesiasti. 1. & 4. & 20. & Ecclesiastes 9. cap. & seq. & Seneca ad Lucillum epistola 87. quid est quod non existimes eum futurum sapientem qui literas nescit, cum sapientia in literis non sit? res enim tradit, non verba, & hanc sapientiam amplexus est Dauid 3. Reg. cap. 1. cui, dum non posset calefieri, dederunt Sunamitem, id est sapientiam, quæ eum calefecit. ita exponit Hiero. lib. epistolarum, in 3. parte, epist. 7. sapientia quippe auxiliabitur iusto, super decem ciuitates potestatem habenti sapientiam, & disciplinam, & alibi Seneca dicit, Vere sapiens est, qui facit quod scriptura dicit, non qui nouit. Thomas in 2. secundæ. §. ad secundum, & theologi communius sic accipiunt. Secundo, accipitur sapientia secundum Peripateticos, pro virtute intellectiua, & speculatiua inter omnes virtutes intellectuales nobilissima, de qua Aristote. 9. Ethico. & 1. Metaph. dicit, sapiens est qui scit omnia, & difficilia per certitudinem, & causas, ipsum scire propter se quærens, & alios ordinans & persuadens, & scire debet per causas altissimas, non per quascunque. Lucas in l. fin. col. penult. C. de ponderato. & auri illatio. lib. 11. & alibi Philoso. dicit impossibile esse sapientem non esse bonum, & iste apud Græcos sophos dicebatur, & sophia sapientia. vnde August. de ciuitate dei c. 1. ait, quod ante tempora Pythagoræ omnes, qui se scientiæ mancipabant seu sapientiæ, Sophi vocabantur, sed Pythagoras iudicauit aliquem elatum vocari sophum, vnde cum interrogabatur, dicere se non audebat sophum, sed philosophum, id est sapientiæ amatorem, inde dicti sunt philosophi. l. 2. §. iuris ciuilis. ff. de origine iuris. Tertio sumitur sapientia secũdum stoicos morales pro collectione omnium virtutum moralium & intellectualium, & hoc modo sapiẽs idem est quod virtutibus præditus, secundum intentionẽ Boetij & Senecæ, & virtus cum scientia est vera sapientia secundum eos, & tales vere sapientes possunt regere rempublicam, & de ista loquitur l. 1. §. est autem. ff. de variis & extraord. cognitio. Specula. in titul. de aduoca. in §. tertio, vnde Lactan. in lib. de falsa sapien. inquit, Virtus sapientiæ cõiuncta sapientia est, naturam enim hominis deus hanc esse instituit, vt duarum rerum cupida esset, scilicet religionis & sapientiæ, sed homines ideo falluntur, aut religionem suscipiunt omissa sapientia, aut

*Sapiẽtia capitur tripliciter.*

tia,aut ſapientiæ ſoli ſtudent, religione omiſſa, cum alterum ſine altero vere conſiſtere non poſ ſit,per duo quippe cognoſcitur ſapiens, vt Plato dicit,ſapiens cum iniuria afficitur, non iraſcitur, & non extollitur cum laudatur. & Socrates ait, ſapiẽtiæ præcepta eſſe duo,tacere,& addiſcere, & Bias non ignorabat, imo dietim promebat, ſapientiam omnibus aliis rebus certiorem, & ſecuriorem, & ſapientes tacent illud, quod probare non poſſunt.cap.plerunque.2. quæſt. 7. & debet eſſe cautus in prolatione verborum,Bald. in cap. verum,de iureiuran.& ſapiens eſt, qui non petit illicita,dicit Bald.per illum text.in l.non idcirco. C.de reſcinden. vendi. ſapiens verbis producet ſeipſum,& homo prudens placebit magnatibus. Eccleſiaſt.20.cap.alibi in Prouerbiis 10. cap. ſcribitur in labiis ſapientis inuenitur ſapientia,& Eccleſiaſti.5.cap.cum ſapientia proferes reſponſum verum,& alia ponit Lucas de Penna in l.1.col. 6. C.de lega.lib.10. Poſtremo ſapiens nulli nocere intendit.6.quæſtio.1.cap.ſapiens,prelationi & gubernationi ſapiens conuenit.cap.porro.84.diſtin. & qualiter ſapientes à literatis differant, vide per Archi.in cap.vt commiſſi,de hæret.in 6. Si fueris ſapiens, attende tempus & horam, non patitur ſtultus ſemper adeſſe moram,glo.in cle. paſtoralis,de re iudic.& vide quæ ibi addidi,& Felin. in procemio decret.col.1.& nota hæc literarum ſtudioſe,vt ſapiens efficiaris.

*Sapiẽs quomodo dignoſcatur.*

QVADRAGESIMVM nonum eſt, ſcholaribus poſt conſummatum ſtudium, debet committi reſpublica gubernanda.§. fin. in procemio inſti. Caueant tamen ne faciant ſicut Phæton, ſi fabuloſe loqui liceat,de quo per Ouidium lib. 2. Metamorph. qui accepto regimine currus Solis ſui patris, quẽ gubernare ignorauit propter eius calores iuueniles,quos refrenare expedit.l.fin.§.penult. C. de bonis quæ lib.arbores, terram, & alia elementa deuaſtauit, ſed Iupiter hæc conſpiciens, equos aurigam, & currum in mare præcipitauit, ſic deus Phætonta id eſt malos iudices,vel prelatos ſuſtinere non valens,nec equos,id eſt familiares illorum,flãmigeros flammis auaritiæ deditos conſumit. à quibus iudicibus & iuſtitiæ adminiſtratoribus totus inflammatur mundus,comburuntur montes,id eſt nobiles,& alti viri,id eſt literati, terra,id eſt viri infimi,& pauperes, fontes id eſt pij & miſericordes,mare id eſt amari viri,videlicet religioſi, flumina,diuites & delicioſi, cælum & ſtellæ, id eſt ſancti viri & luminoſi, nec eſt qui euadat malicias eorum, & ideo de talibus terra conqueritur deo,id eſt patria dicto adminiſtratori ſubiecta,vt habetur Iob 31.ca.aduerſum te terra mea clamat. Eſaiæ 14.cap.tu terram tuam diſperſiſti,& populum tuum occidiſti, ideo Deus iuſtus quandoque mittit fulmina in tales,& in mare precipitat, id eſt in tenebras inferni.Exodi 15.cap.cantemus domino, glorioſe &c. quia currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare.Aduertant ergo iuſtitiæ adminiſtratores, & alij vt probe regere debeant, & euehentur ad magnos honores, vt patet de Ioſeph.Gene. 41. cap. quia oſtendit tibi omnia Deus quæ locutus eſt, nũquid ſapientiorem & tui ſimilem inuenire potero? tu eris ſuper domum meam,& ad tui oris imperium,cunctus populus obediet, vno tantum regni ſolio te præcedam.Luc.de Penna in l.ſi quando,in fin.C. de diuer.of.lib.12.Sed quid vacamus in meritis virtutum? aut vitæ ſic extollendis? hodie nihil ſibi grauitas,nihil induſtria vendicat,totum auri prophanus amor obtinet, hodie honor vitia remunerat,& in locum vltoris ſeu iudicis is qui fuerat puniendus adiicitur,cap.fertur.1.quæſt.1.ſuperbia peperit temeritatem, quæ hodie placet potentibus,& non morum honeſtas, ſed verborum venuſtas attenditur,non ſcientiæ viſus,ſed ſtultitiæ riſus,non puritas manuum, ſed quantitas munerum conſouetur,& non virtutes ſed veſtes ad inſignes honores, & vtilitatis officia promouentur,cõtra text.in l.vna,de anno.ciui.C.lib.10. nec poteſt dici virtus quæ à præmio ſequeſtratur ſecundum Caſsiodo.1.lib.varia.rerum, epiſt. 3. qui autem non meritis ſed gratiæ defert honores, Chriſtum ſpernit.cap.qui vos.8. quæſtio. 1. nam proculdubio deus offenditur. ſi ad magnos honores quiſquã nõ ex merito,ſed ex fauore(quod abſit)aut venalitate prouehitur.1. quæſtio.1. cap. pueri, & qui ad honores promouet indignum, decipit eum, 61. diſt. cap. quid proderit, vide in l.ſi quando.de diuer. off. per Luc.de Penna, vbi per ſupradicta verba hæc profert,ne plura.

*Scholaribus poſt perfectum ſtudiũ debet reſpublica gubernanda committi.*

QVINQVAGESIMVM eſt, quod ſcholaris doctus debet preferri doctori indocto,gloſſ.in l.1.C.de anno.ciuilib.lib.11. ſingul. ſecundum Marcum Antho.in §.fin. in fine inſti. de teſta.milita.& illam glo. ſequitur Alexand. in additio.ad Bart.in l.1.C.de dignitati.lib.12.Henri. Boic.& ibi in additio.ad eum in procemio decreta.in verbo, Gregorius & Bernard. de Buſtis in ſuo Mariali,de natiuitate beatæ Mariæ, ſermo. 1. parte 2.litera K.Iaſ.in l.cum quid, in prima lectura,col.3.ff.ſi certum peta.Felin.in cap. paſtoralis, in prin.de officio delega.vnde dicit Barb.in procemio cle. col. 14.in 2.lectura fuiſſe deciſum, ſcholaſticum eſſe præferendum doctorello, qui impetrauerat beneficium ſub eadem data, ſub qua ſcholaſticus, huic ſententiæ ſubſcribit Zochus gloſator regularum cancella. regula 15. plus dicens,iudicem in foro conſcientiæ, iſta debere ſequi, & illam regulam, videlicet graduatos non graduatis preferendos,debere intelligi de idoneis graduatis,ſecus de inhabilibus, & aſinis comatis, ob id decidit Alex.in additio. ad Bartl. in d.l.prima.C.de dignita. doctorem non debere habere ſalarium ſi neſciat docte interpretari,ac Bart. per illum text.in l.2.C. de profeſſo. & medic. lib. 10. quod doctor qui præbet ſe inutilem auditoribus, poteſt reprobari, vtpote ſi continuet practicam, & non ſtudet vtilitati ſcholarium, tunc vix poteſt duobus commode præeſſe.argum.cap.primi de conſuet.in 6. & fortius dicit Ang.in l. 1. C. de ſtud.lib.vrb.Rom.lib.11.quod doctor qui facit intrare ſecum famulos,eſt infamis, quod intelligerem quando facit eos intrare, vt eum audiant, quia non habebat ſcholares,ſecus ſi ob malitiam aliquam auditores eum deſeruerint, vt vidi fieri Tholoſæ ſæpius, & ita videtur innuere Gaſpar

*Scholaris doctus doctori indocto prefertur.*

Valaci.

Valaci. in repet. l. imperium col.27.ff.de iuriſd. omnium iud. Ratio ſupradictorum poteſt eſſe per §.oportet,in authen.de inſtrum.cautel. & fide, vbi ille qui parum ſcit, & prorſus ignarus æquiparantur; vnde dicit Bartol. in authen. ſed nouo iure.C.ſi cert.peta.quod mercatores qui tamen ſciunt ſcribere in vulgari, dicuntur illiterati.facit l.quoties,& ibi glo.allegat multa iura. ff. qui ſatiſda.cogantur.l.ſi plagij. C.ad leg.flauiam de plagia.ſcripſi in tracta.de pacific. poſſe. num. 214.& ſequentib. Ad probandã tamen ſcientiam illius ſcholaris contra doctorem requiruntur quindecim teſtes,per text. ſingul.in l. vnicuique. C.de proximis ſacro.ſcrinio.lib.12.pro intellectu tamen illius gloſſ.d.l.1.de anno. ciuili, vide Panorm.& alios in cap.clerici,de iud.Feli. in Rub. de maior.& obedien.Bonum de Curtili,in tract. nobilita.in 3.parte,nume.61.Ioan.Montaigne, in tracta.de aucto.& præeminen. ſacri mag. conſil. fol.22.& Silueſter de prier. in ſua ſumma,in verbo doctor. nume.3. hæc tamen non procederent quando pro forma requireretur gradus, vt in nominatis,& in beneficiis ciuitatũ & villarum muratarum, nam tunc quantumcunque doctus ſit ſcholaſticus,non præferetur graduato, per §. præterea,de colla.in concorda.

**Docendo quis doctior efficitur.**

QVINQVAGESIMVM primum, quia licet donare ſit perdere.l.filiusfam. ff. de donatio. l.2. C.de conſul.lib. 12. cap.paſtor.1. quæſtio. 2. Tamen ſcholaris dando doctrinam nihil perdit,imò doctior efficitur, quia omne artificium per exercitium recipit incrementum.l. legatis.§.ornatricibus.ff.de leg.3.l.milites,in 2.C. de re milita.lib.12.nam intellectualia erogantur, & erogans nihil perdit, ſecus in corporalibus, ſed ſpiritualia transferuntur, & non perduntur, ſicut ſol dat lumen,ſecundum Bal. in proœmio ff.in §.itaque.vide Lucam de Penna in l.vna.col. 1.in fi.C.de ſtud.liber.vrb.Ro.lib.11. dicitur communiter,

*Diſcere ſi quæris,doceas,ſic ipſe doceris,*
*Alij loco* doceas *ponunt* ſtudeas,
*Nam ſtudio tali tibi proficis atque ſodali.*

Glo.in l.1.C.de excuſa.artifi.lib.10.Si opponatur ſcholares docere non poſſe, quia addiſcere debent:nam dicit text.in cap.ſic viue.16. q. 1. longo tempore diſcas,vt poſtmodum doceas, Reſpon. Ioan.Adr.in regula cum quid,in 1. de regul. iur. in 6.in mercuria,& Panorm.in cap.1.nume.4.de feriis, quod ſcholares poſſunt legere vt diſcant, potius quàm doceant, & ita videmus fieri aliquando Tholoſæ,& in Francia, nam ſimul atque curſus ſuos audiuerunt,ſumunt gradum bacalaureatus, & legũt:& hoc eſt bonum vtileque eis,& quidam bacalaurei legunt,vt diſcant & doceant, & ſunt egregie docti, vt mea memoria multos noui.

**Dotem maiorem habere debet peritus quàm alius.**

QVINQVAGESIMVM ſecũdum, ſcholaris doctus debet habere maiorem dotem, quàm alius laicus, vel mercator, quia pro qualitate perſonæ dos eſt conſtituenda. l. quæro.ff.de iure dotium.l. ſi furioſi. C. de nupt. nam patris intereſt viro literato tradere ſuam filiam nuptui. Alexand.conſil.127.viſo,col.1. in 7. volum.argum.l.tertiæ.§.ſi emancipatus.ff. de bono. poſſe. contra tab. quia maiores dotes animi communiter habent literati,quàm alij, quæ ſunt prudentia,iuſtitia,fortitudo,temperantia, ſecundum Paul.de Cita.in tracta. de iure patron. in 3. parte.quæſt.1.in 2.cauſa.facit cap.penult. de præſumpt.& Eccleſiaſtici 7.c.Trade filiam, & grande opus feceris, & homini ſenſato da illam. Hodie ſi pauper eſt,etiam ſi ſcientiam Bartol. haberet, vix amplam inueniret dotem, quia hodie de ſcientia vltima fit quæſtio,& de bonis prima.

**Pater poteſt cogi filio ſuo ſtudere cupienti miniſtrare ſumptus.**

QVINQVAGESIMVM tertiũ eſt, quòd pater poteſt cõpelli miniſtrare ſumptus & expenſas filio ſuo volenti ſtudere, per text.in l.de bonis. §.non ſolum.ff.de carbo. edic. cuius verba ſubiicio, Non ſolum alimenta præſtari debent pupillo,ſed etiam in ſtudia, & cæteras neceſſarias impenſas,debet impendi pro modo facultatum,& licet non loquatur de patre,tamen tex.& ibi expreſſe doct. in patre loquuntur in l. Macedoniani. C. ad Macedo. & Vitalis de Nemauſo.in tract.de colla.quæſt.5.in fine,& Bolog.hic quod ſic probatur. pater tenetur alere filium.l.ſi quis à liberis.ff.de liberis agnoſcend. ſed illud,quod diſcit, eſt vt in futurum poſſit ſe alere, ergo pater ad illud tenetur. l. ſtichus.ibi,tueri poſſit.ff.de leg.3. Secundo, qui tenetur aliquem alere, tenetur ad expenſas magiſtrorum, & hoc quando obligatio alimentorum eſt iuris naturalis,vel iure ſanguinis alimenta debentur.l. qui filium, & ibi Bald. ff. vbi pupillus educa. debeat, ſed pater iure naturali ad alimenta tenetur, & iure ſanguinis.d.l.ſi quis à liberis, ergo & ad ſtudij expenſas, ſecundum Hoſtien. in ſumma de infantib.languidis, in §.qui parentes, ſecus ergo eſt dicendum, quando alimenta debentur ex legato vel alia ex cauſa,quia tunc non tenetur ille ad diſciplinam,vt dicit text. in l.legatis. ff. de alimen. & ciba. lega.Iaſon, & Iacobi. in l. cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſactio. & ſapiens dicit Cato,

*Cum tibi ſint nati,nec opes,tunc artibus illos*
*Inſtrue,quo poſſint inopem defendere vitam.*

Intellige tamen non poſſe compelli, quo ad grammaticam, & vt faciat eum legere, & ſcribere,cùm iſta diſciplina ſit homini neceſſaria, vel vt doceat aliquam artem:ſecus quoad leges, niſi ſecundum qualitatem ingenij,& facultatem bonorum, ſuper quibus iudex arbitrabitur. Bartol. & Iaſ.in l.quidam cum filium.ff.de verbo.obliga. & d.l.Macedoniani, Riminal. in l. ſi donatione, col.pen. C. de colla.vnde lege Solonis ſancitum erat, filium ad alimenta neceſſaria patri non teneri, quando pater ei nullam artem contuliſſet, vt dicitur in vita Solo. per Plutarch. & Hely ſacerdos, licet ſanctus fuiſſet, tamen quia filios ſuos non erudiuerat in omni diſciplina & correctione, ſupinus cecidit, & mortuus. Verba refero Hieron. ſcripta in cap.legant epiſcopi. 37. diſtinctio.

Item ſicut pater tenetur ad dotandas filias. l. fin.C. de dotis promiſſi. non minori ratione videtur,quod teneatur ad ſtudij expenſas, Paul. in l.ſed Iulianus.§.proinde. ff.ad Macedo. præterea

iſtud

istud videtur versum in vtilitatem patris: cum scientia filij sit laus & gloria patris, gloss. in auth. consti. quæ de digni. col. 6. in fi. post Salomonem, hinc dicitur Ecclesiast. 7. cap. filij tibi sunt, erudi illos. & Prouerb. 23. cap. noli subtrahere à puero disciplinam, nam & post mortem lætatur pater in filio glorioso. Thobiæ 13. ca. beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem, citat Lucas de Penna in l. 1. col. 1. C. qui æta. lib. 10. Idem dicas in eo qui tenetur tractare aliquem vt filium, quod etiam ad expensas studij teneatur, puta grammatices, si natura filij non repugnat. l. qui filium. ff. vbi pupil. & docto. in d. l. quidam cum filium, vide in sophologio sapien. lib. vltim. cap. 12. Et sic ergo poterit cogi pater ad emendum libros, & præstandum filio necessaria. l. 3. §. proinde. ff. de in rem verso. maxime quando voluntas patris ab initio interuenerit, & pater erat diues, qui hoc pati poterat. Bald. in d. l. Macedoniani, & in Marga. in verbo filius. 24. quæst. & quæst. vltim. Alexan. in additio. ad Bartol. in l. iubemus. C. de silentia. lib. 12. Barb. in procemio clem. in verbo salutem, col. 2. & in tract. de præstantia Cardina. in vlti. quest. Basilica primæ partis, Decius consil. 177. quod supra. Imò sunt excommunicati patres si hoc denegent. cap. si quis reliquerit. 30. dist. ipsius verba, vt aspicias, reddo, Si quis reliquerit proprios filios, & non eos aluerit, & (quod pietatis est) necessaria nō prębuerit, sed sub occasione cōtinentiæ negligendos putauerit, anathema sit, vbi Archi. hoc firmat, & Lancel. in l. si longius. §. 1. ff. de Iud. ac Bolog. hic ponderando verbum pietatis, quia pium est vt aliquis studeat.

*Patres denegantes scholasticis necessaria, sunt excommunicati.*

Secundò intellige, quando filius studeret, aliàs si in studio vagaretur, non tenetur pater illi expensas ministrare. d. l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad macedo. quia non gerit tunc vtiliter negocium patris, & quia non tenetur dare perituro. l. si quis cum sciret. ff. pro emptore.

Tertiò intellige, quando filius nulla haberet bona materna, vel alia, alioqui ex illis deberet prius impensa fieri, vt infra dicam, & habetur per Bart. in §. nec castrense. l. 1. ff. de colla. bono. Bald. nuncupatim in rub. de off. iud. col. 2. in decreta. per l. fi. ff. de petitio. hæred.

Quartò procedit, quando pater esset diues, & potens ad expensas faciendas, aliàs charitas bene ordinata incipiet à seipso. l. præses. C. de serui. & aqua. ita Cy. in d. l. Macedoniani, Riminal. in d. l. si donatione. col. penult. C. de colla. & quando dicatur pater potens ad hoc faciēdum, relinquo arbitrio iudicis, arg. l. 1. ff. de iure delibera. vt pro modo facultatum, & pro numero filiorum hoc arbitretur.

QVINQVAGESIMVM quartum. Quod in principio anni, vel mensis, pater, vel alius, tenebitur studioso pro toto mense, vel pro quadrante, saltem pensionem tradere, secundum Bald. in l. non potest. ff. de adoptio. argum. l. fin. de liber. agnoscend. aliàs quomodo filius posset ali, & viuere toto mense, certe haberet necesse deserere studium, ob pœnuriam alimentorum, vt multi faciunt, cum hospites in principio mensis pro pensione aliquid velint habere, aliàs nolunt scholasticos recipere, nec collegia solent eos admittere, non soluto primo quadrante, vide quando quis in fine anni teneatur soluere, vel in principio, per tex. & nota. in l. prima. C. quando dies lega. cedit, vbi tales versus inscribuntur,

*Pensio scholastici in principio mensis est tradenda.*

*Annua si debeas, tunc inspicies caput anni,*
*Anno si debes, in fine teneberis anni.*

Et per Bart. & alios, in l. qui hoc anno. ff. de verbo. obliga. {& fuit abbas Altissiodoren. condemnatus à senatu ad dandum quadraginta libras cuidam religioso, partē dimidiam in principio, & reliquā in medio anni 1515. die quinta Iunij.}

Sed an pater liberetur ponendo filium in hospitali, vt alatur? videtur quod sic, per gloss. in l. necare. ff. de liber. agnoscen. quæ dicit sufficere ei, qui tenetur alere quendam, vt procuret ei alimenta quoquomodo, vel aliquam præbendam sibi conferri. Contrarium puto verius, nam honestum non esset scholari in hospitali viuere, & ita reperio tenere Bald. per illum text. in l. vna. §. sed scimus. C. de latina liber. tollen. & non obstat illa gloss. quia loquitur quando alenda esset vilis persona, & posset ali ibi sine dedecore, aliàs secus. Boer. in additio. ad Benedict. de plumbi. in l. Cassij Gaij. ff. de fideicomm. liber. imò si pater post natiuitatem exposuit filium suum in hospitali, vel alio modo reliquerit eum sine alimentis, perdit omne priuilegium patriæ potestatis, & ius filiationis, text. singul. in l. 2. C. de infan. exposit. secundum Gerard. de Petra, sing. 2. quod bene notate vos patres, vide Decium, in l. 1. C. de carbo. edicto. & Ioan. Lupum in repet. c. per vestras. §. 23. fol. 97. de donatio. inter virum & vxor.

QVINQVAGESIMVM quintum est, quod scholaris non tenetur libros à patre datos post eius mortem conferre, licet cum fratribus succedat, sed eos habebit præcipuos, per text. & ibi glo. in l. quæ pater. ff. familiæ hercisc. & l. filiæ. C. illo tit. & ibi Cy. & Salice. Bartol. in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bo. glo. in prag. sanctio. in §. & vt liberius, tit. de colla. & hæc doctrina est communis. teste Iason. in l. filiæ licet, in fi. Albert. & Alex. in l. si donatione. in fi. C. de colla. Fabia. de Giochis, in repet. authentic. nouissima, quæst. 26. princi. C. de inofficio. testam. Alexand. consil. 50. circa, nume. 17. in 6. volum. & consil. 149. viso themate, in fine volum. 7. & hoc etiam de consuetudine seruatur, teste Dom. Ioan. Sainxon, in consuetud. Turo. atticul. 10. rub. *des successions des gens roturiers*, tum quia pater intuitu pietatis donare illi præsumitur, & non credere. d. l. quæ pater, tum quia libri armis militum æquiparantur, glossa singu. in l. nepos Proculo. ff. de verb. significatio. & text. in procemio, institu. & sicut militum arma non conferuntur. tanquam peculium castrense. d. l. filiæ, sic nec libri, qui sunt arma scholarium.

*Scholares libros à patre datos, cōferre non tenentur.*

Item quando pater aliquid expendit circa honorem, vel promotionem filij ad aliquam dignitatem, hoc videtur facere in filij prærogatiuam. l. 1. §. sed an id. ff. de colla. bono. ergo filius id habebit præcipui, vt concludit Bald. consil. 444.

primo

primo dicam. col.2.vol. 3. Nicolaus de Vbaldis, in tract.de succesſio.ab inteſta.in prima ſpecie liberorum,in fin.verſicul.vltim.quæro pater &c.& Bonifa.in procemio clem.Ioannes.nu.52.

2 Primò amplia, tam in libris, quàm in pecunia data, cauſa emendi libros, vel ob aliam ſtudij cauſam, quia non minor eſt præſumptio donationis in pecunia,quàm in libris,Cuma.conſilio 40.cuidam filio ſtudenti. col.1.Deci.in dict.l. ſi donatione.col.vltim.quia idem de pecunia deſtinata ad emptionem rei iudicatæ, ſicut de illa re, cùm pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum inter immobilia computetur,text.ſingu. in l.quid ergo.§.vſuras.ff.de contra. actio.tut. ſecundum Roma.ſing.103.tu habes,& Franciſcum Cremen.ſingu.59.pecunia. Corſet.in ſingu.incipien.pecunia.Alexand. & Iaſ. in l.1.§. fuit quæſitum.ff.ad Trebel.

*Doctoratus expenſa an conferenda ſit.*

3 Secundò procedit etiam in expenſa doctoratus, quam etiam non tenetur conferre ſtudioſus, cum illa dignitas non poſsit vendi, nec ad hæredes tranſmitti, non veniet in collationem. l.omnimodo.§.imputari.& ibi Bal.C. de inoffic. teſta. quia per collationem fit tráſlatio in alium, cum collatio ſit in commune latio,gloſſa in rub. ff.de colla.bono. & docto. in rubr.C. eo. ſed illa quæ perſonæ cohærent, non poſſunt transferri in alium, vt eſt doctoratus. gloſſa in l. 4. ff. pro ſocio. Igitur doctoratus expenſæ non conferentur, item quia iſtæ dignitates non concernunt principaliter commodum pecuniarium, ideo non attenditur expenſa, argu. l. plane. in ſecundo.§.fina.ff.de leg.2. & quod principaliter fit, attendi debet. l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum petatur. etiam quia pater filio ſuo donaſſe videtur, vt infra dicetur.

4 Tertiò auge, procedere tam in ſcholaribus, laicis, quàm in clericis, tamen clerici non tenebuntur conferre libros, nec alias res, quia videntur eis quaſi caſtrenſe peculium, Alber.in dicta l. ſi donatione.in fin.Petr.de Leſnaud.in opuſculo de doctoribus, in 4.parte.quæſt.88.Petr. Gerard. ſing.54.tene menti,vbi ſcholaſticis conſulit,quòd imprimis accipiant primam tonſuram, & poſtea iſta materia collationis ceſſabit in eis, Iaſ. in d.l. filiæ. Hippol.in rub.ff.de fideiuſſo.q.12.num.125. ſcripſi inter priuilegia clericorum, in additio. ad Bonicontium,in tract.de priuil.cleric.

5 Vltimò extende, ſiue ſtudens compleuerit ſtudium, & fuerit effectus doctor, aut licentiatus, tunc cum poſsit habere peculium quaſi caſtrenſe, & iſtud cedit in id, ideo non confert. l.1. §.nec caſtrenſe.ff.de colla.bono.& l.filiæ licet. C. illo tit.Siue non fuerit effectus doctor,ſecundum Barto.in dicto §.nec caſtrenſe.nam donatio facta filio in poteſtate morte confirmatur, quia in vita reuocari poterat,& ea quæ morte confirmantur, non conferuntur.dicta l.filiæ. 2. & l.filiam.C. de colla. Item hæc donatio eſt magis priuilegiata fauore ſtudij, quàm donatio ſimplex, quæ non confertur, authent. ex teſtamento.C.eod.Igitur nec iſta, inſuper qui vult antecedens, & conſequens ad illud. l. ad legatum. ff. de procurat.ſed pater voluit antecedens, ſcilicet vt filius ſtuderet, etiam vt haberet libros, ſine quibus ſcientia haberi non poteſt.l.pen.ff.ad exhibend.

6 Primò fallit, quando filius tempore mortis patris non ſtuderet,ſed eſſet pſeudoſcholaſticus, ſeu ignarus & vagus, tunc libros conferre tenebitur,etiam ſi pater in vita ei tradidiſſet, ceſſante enim cauſa ſtudij priuilegium ceſſabit. Item in morte pater videtur reuocare donationem librorum preſumptam,quando videbat illum non ſtudere, arg.l.3.§.fin. cum l.ſequen.ff.de adimen. legat.& quando non ſtudet, libri non ſunt arma illius ſcholaris vagi, ſed enſis, ergo in illis priuilegium non habebit.gloſſ. ſingul. in dict.l.nepos Proculo.ff. de verborum ſignificat. ſic conſuluit Alexand. conſil.149. viſo themate.colum.vltim. volum.7.Iaſ.in dict.l. filiæ licet. Iſtud tamen eſſet difficillimum obtinere contra ſcholares,cum vix ſit aliquis, quin ſaltem modicum ſtudeat, aliàs eſſet pecus Melibæi, & requireretur quòd nihil ſtuderet.

7 Secundò limita,quando eſſet vehemens preſumptio, quòd pater non donaret,vtpote ſi pauper ſit, & multos habet filios, adeo,quòd ſi ſcholaris haberet libros præcipuos, alij filij nil aut parum de hæreditate patris conſequerentur, & libri erãt magni precij,tunc ne alij fame pereant, conferre tenebitur,quia non eſt veriſsimile quòd pater, qui omnes filios ſuos pari amore diligit, velit vnum ditare, & alios pauperes facere.argu. l.fin.C.familiæ erciſcun.Bald.in authen.ex teſtamento. C. de collat. maxime cum hic ſtudioſus ſciat iura, non tanto indigebit auxilio, quàm alij ſimplices fratres, & ignari,quia iura non permittunt iuriſconſultum & doctum in paupertate viuere.§.fin.in authent.de hæred.& falcid.colla.1. nec tamen debemus fauere ſtudentibus, vt iniuriam aliis faciamus,argu. text. in cap.ex parte.de foro compet.Floria.in dict.l.quæ pater.col. 2. ſic conſuluit Alexan. conſi. 149.in vlt.dubio vol.7. Deci. in l.ſi donatione. col. vlt. C. de colla. vide aliàs coniecturas,per Antonium Butr. conſil.38. quia maior &c.

8 Tertiò non procedit quando eſſet magna inæqualitas inter filios, tunc etiam ſcholaſticus conferre tenebitur libros, nec iſto caſu præſumentur donati, ſed ad vſum tantum conceſsi. arg.l.cum pater.§.euictis.ff.de legat.2.l.3. & auth. vnde ſi parens.C.de inoffic.teſta.Bald. conſil.21. quinque.volum.1.Anto. de Butrio.dict.conſil.38. Alber.& Decius,in dict.l.ſi donatione.& quando dicatur magna inæqualitas,vel parua relinquitur arbitrio iudicis.arg.l.1.C.ſi aduerſus vendi. pign. glo.in cap.ſedes.de reſcript.cap. ſtatutum.§. inſuper.de reſcript.lib. 6. ſic conſuluit Barba. in conſilio 37.ſcribitur.col.15.in 2.vol.& Barba.in addit. ad Barto.in d.§.nec caſtrenſe.& iſtud conuenit 2. limitationi ſupra deſcriptæ.

9 Quartò reſtringe, quando pater libros emerit, & non tradiderit, nec filius compleuerat ſtudium, tunc non ſunt præcipui, quia in dominio patris permanſerunt, ideo inter fratres diuidi debent. Bartol.in dicto §. nec caſtrenſe. Bal-

dus in l. Macedoniani. C. ad Macedonia. Nempe res empta, etiam nomine meo non acquiritur mihi ante traditionem factam ab illo qui emit. l. res ex mandato. ff. de acquirendo rerum dominio. nota. in l. si vt proponis. C. de rei vendica. Socin. consil. 228. in causa. volum. 2. traditionibus enim & vsucapionibus non nudis pactis dominia nobis acquiruntur. l. traditionibus. C. de pactis.

10 Quintò non procedit, quando pater hoc in testamento dixisset, scilicet libros per scholarem conferendos fratribus, tunc in certis non erit locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. disponat testator, & erit lex. §. disponat. in authen. de nupt. colla. 4. nam in materia collationum stamus dispositioni testatoris. l. 1. cum auth. ibi posita. C. de colla.

*Libros à patre datos, scholastici in legitimã nõ imputãt.*

QVINQVAGESIMVM sextum. Quod scholastici nõ tenentur etiam computare in legitimam libros à patre illis datos, quia paterna pietate hoc factum videtur & datum. l. quæ pater. ff. familiæ ercìscund. firmat Bartol. in l. prima. §. nec castrense. ff. de colla. bono. Paul. in l. pactum. C. illo titul. & Alexan. in authen. quod locum, ibidem Barba. consil. 37. scribitur. colum. 14. & sequent. in 2. volum. etiam quia libri arma sunt scholasticorum. glossa in l. nepos Proculo. ff. de verborum signific. & in dubio pater videtur dare libros scholastico, vt eos habeat in quasi castrensi peculio, expresse scribit Petrus Iacob. in sua pract. rubric. de in integrum restitu. vt possit agi rescisoria. §. item si filiofami. eunti, maximè si compleuerit studium secundum eos, & idem si non compleuerit, nam donatio facta scholasticis valet, vt infra dicetur, quia idem iudicatur de eo, qui est in via, sicut de eo qui est in actu &c. vt supra dixi, per l. qui mittuntur. ff. ex quibus causis maior. nec pater causa repetendi censetur dedisse, sed vt iste haberet eos sibi præcipuos, quod probatur ex natura studij, cogitauit pater, quod hic scholaris post studium perfectum, erit protectio aliorum & defensio, ob id voluit ei dare libros, vt alios protegeret fratres, & eis solatio esset per suam scientiam, quod non posset esse, si libri eisdem auferrentur. Insuper plus proderit hic frater fratribus, quàm libri valebunt, ergo fratres ab eo collationem, vel vt sibi imputet, petere non debent, quippe si impensas & libros tenerentur conferre, vel imputare in legitimam, nihil haberent ferè vnquam ex bonis paternis, cum magnas faciant in studio expensas, & cogerentur deserere studium, & mori fame, quare æquum videtur, vt etiam si non compleuerint studium, dummodo studeant, quod non teneantur conferre, nec in legitimam imputare, licet alio flectat communis opinio secundum Alexand. in l. si donatione. colum. 6. C. de collat. Petrus de Lesnaud. in opusculo de doctoribus, in quarta parte. quæst. 78. idem intelligendo, quando non expresse donauit, sed simpliciter tradidit, quia tunc etiam donare videtur. glo. in l. si filię. C. fami. herciscun. cogitare poterat pater, quod hic scholaris studendo illos macularet, vel scribendo in illis inter audiendum aut aliàs, & sic non est verisimile patrem illos libros voluisse repetere, & si de hoc fuisset interrogatus in vita, ita dixisset, sic & nos dicere debemus. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. & si filius vendidisset illos libros, non potuisset pater eos repetere, ergo nec hæredes hoc declara, & limita, vt supra dixi, in 55. priuil. proximo.

Etiam si consuetudine, vel statuto cautum esset, quòd omnes filij æqualiter in bonis patris succederent, nam hoc ius commune statuit. l. vt liberis. C. de collat. & tamen ab eadem æquitate studij fauore limitatur. dict. l. quæ pater. ff. familiæ herciscun. ita dicemus in statuto vel consuetudine, hoc expressim firmat egregius prouincialis Nicolaus Arelatanus, in addit. ad tracta. de præsumpt. Alciat. regula prima, præsumptio iuris. in 7. præsumptione, pag. 61.

QVINQVAGESIMVM septimum. Quia in quibus casibus filius studens tenetur conferre libros, æstimationem illorum tradere poterit, & libros retinere, & hoc est in libris præcipuum secundum Bald. in l. Macedoniani. C. ad Macedo. Salice. in l. filiæ. familiæ ercìscun. Vital. in tract. de colla. quæst. 18. in fi. ne suis scholastici priuentur armis, per gloss. in l. nepos. ff. de verbo. signific. & per text. à contrario in l. dotis. & Ias. in l. filiæ licet. colum. vlti. C. de colla. l. 1. §. 1. colum. penu. ff. si certum petat. nam præiudicium nullum fit fratribus, quando æstimatio eis traditur librorum per alios æstimatorum, & sic conqueri non possunt, nempe collatio inuenta est propter æquitatem. l. 1. ff. de collat. bono. docto. in l. si emancipati. C. illo titul. & ob æqualitatem, l. illud. C. de colla. bonorum, & his videtur prouisum dando æstimationem librorum in pecunia, Decius in l. si donatione. C. de colla. Curt. in l. si emancipati. nu. 36. illo tit. & ista est communis & tenenda sententia.

*Scholastici librorũ æstimationem præstando liberantur.*

Intellige quòd tantum tenetur tradere scholasticus quantum fuerunt æstimati libri, tempore diuisionis faciendę inter fratres, non quantũ fuerũt empti. Alex. & alij in l. illud. C. de colla. Vital. de Nemauso, in dict. tract. de colla. q. 5. & doc. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. testa. & l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. quod facit ad consuetudinem huius patrię, vbi conquæstus & bona mobilia sunt communia inter virũ & vxorem, & soluto matrimo. diuidenda, si libri reperiantur, vt debeant æstimari prout nunc valent, non prout empti fuerunt, & hoc sæpius vidi, tam apud Pictones, quàm hic Parisiis, quando vxor aduocati, vel senatoris moritur, & pro æstimationis precio maritus retinet libros minus accipiendo ex aliis bonis mobilibus vxoris, per l. dotis. C. de colla.

Et nota quòd scholaris debet habere libros suos charos, vt proprios oculos, nec debet eos vendere, vel alienare, nisi vrgente & ineuitabili necessitate, aliàs est infamis infamia facti, sicut miles qui arma alienat, nam capite plecti debet. l. desertorem. §. miles. ff. de re milita. & religiosi alienantes libros, nisi pro vtilioribus vel plu

*Scholares & religiosi vendentes libros quibus afficiantur pœnis.*

vel pluribus libris emendis, & tunc de licentia superioris petita & obtenta, eo ipso sint inhabiles per biennium ad quodcunque beneficium obtinendum,& nihilominus ad claustrum suum de studio reuocentur, & in illorum locum alij subrogari debent,& etiam per superiorem suum, prout facti qualitas exegerit aliàs grauiter puniuntur, vt est statutum in constitutio. Benedicti.cap.8.de pensionibus studentium. §. prohibemus insuper,& non est egregij animi vendere libros, nisi vrgeat extrema necessitas, sicut de anulo dicitur,

*Talibus à dominis post cuncta nouissimus exit*
*Anulus,& digito mendicat Pollio nudo.*

*Mutuum filiofamil. in scholis existenti datum inuito patre repeti potest.*

QVINQVAGESIMVM octauum est, Quod si filiusfamilias scholaris in scholis existens receperit pecuniam mutuo, etiam patre inuito, hoc mutuum poterit à patre repeti per text. iuncta glo.in l.sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. Alexand. in l.fin. C. de nego. gest. nec potest opponi exceptio senatusconsulti Macedoniani contra creditorem vsque ad eam quantitatem, quam solebat pater subministrare, quam si excedat creditor, vtile per inutile, non vitiatur, per regulam iuris, vt est de sententia Salicet.in dict.§.proinde.per illum textum. nam Reipub.interest.l.vna. C.de studiis libera. vrbis Romæ, lib.11. idem si receperit libros commodato, & postea moriatur, quia pater tenebitur eos restituere, sicut mutuum.Ioannes de Ana. in cap.primo. de magist.Rauen.in Alpha. in verbo scholaris, & in compendio iuris canonici,in rubr.de rescript.in folio 310. colum. 1.publicè enim interest in ciuitate studiosos habere. §.fin.in procemio insti. Socin.in tracta.fallen.regula 137. & hoc est speciale, quod expensa repetitur facta contra domini voluntatem,licet regulariter contra, per l.fina.C. de nego.gest.hoc tenet Bald.Nouellus in tracta. dotis in 6.parte.priuilegio 46.idem in dote,& expensis funeris concludit Bald.de Barto.in repet.l.1. in 67.dotis priuilegio.num.223.cum sequen.ff.soluto matrimo. idem in medico curante infirmum inuitum, vt possit ab eo expensas repetere. glossa singul. in cap.1.80.distinct.Roma.sing.123.& Ias.in §.tripli. in additio. de actio. in Institu. Angel. in §. item. columna 9. de exceptio. ibidem. & ista deberent prædicari mercatoribus, vt libenter scholasticis mutuarent, nam quandoque ob defectum pecuniarum coguntur deserere studium, & ideo est eis vtile, quod pater teneatur, vt facilius pecunias accipiant,aliàs neminem inuenirent,qui eisdem mutuarent. & sic fauore studij cessat Macedonianum, quia publicè interest,ne scholasticus longè à patre distans ob pecuniarũ defectum fame pereat, & studium deserat, quod si non prouideretur, hoc facere cogeretur, & fauore publicæ vtilitatis potero ingredi fundum alienum eo inuito.gloss.singul.in l.3.iuncta l.quosdam. C.de metalla.lib.11.Rauen.in c.inter.in fin. de rescript. Corsc. in verbo, expensa, in primo,licet aliàs regulariter contra.l.per agrum.C.de seruit.& aqua. decisio.Neapoli.321.in regia.

*Expẽsa quãdo cõtra uoluntatem domini facta est,an repetatur.*

Intellige quando filius erat aptus ad studium, & studebat, alioqui pater non tenetur. l. Stichus. ff. de legat. 3. & dicto §. fina. dic vt statim scribam.

Secundò intellige considerandas facultates patris & aliam familiam, & secundum hoc debet iudex arbitrari, vt teneatur, & non vltra. Alber.in dicto §.fin.nam saltem tenebitur vsque ad illam quantitatem, quam domi studens verisimiliter erat impẽsurus,quia ibi non viuebat vento vt lupus,dicit glos.in l.fin. C.de alimen.pupil. præstan.& ista intellige quando contra voluntatem patris erat in studio, quod in dubio mercator credens pecuniam ignorare præsumitur.l.verius.ff.de proba. Imò si filius contra voluntatem patris sit in studio, & bene studeat, & receperit mutuum, quia vtiliter gestum est negotium, tenebitur pater restituere, cum scientia filij sit laus & gloria patris, glossa in authen.constit. quæ de dignita.colla.6. §. generaliter, & confusio patris est de filio indisciplinato. Ecclesiast.22.& Ange. in dict.§.Item si.colla.9. Si vero esset in studio ex voluntate patris, tunc siue filius bene studeat,siue non, pater tenetur, nisi pater crederet eum bene studere, & creditor sciebat eum non dare operam literis, tunc patri daretur exceptio contra mercatorem petentem pecuniam mutuatam, argum.l.si quis cum sciret.ff.de vsucap.pro empt. l.cum quis. de solut. quod benè notent mercatores, & discolis non mutuent pecunias, de hoc tamen non tenetur mercator inquirere, & scrupulosam inquisitionem facere, vel an sit in scholis de patris voluntate, argu. l. si seruus vetitus, ff.de legat. primo. Angel. in §.item si in iudicio. colum.9. institu. de exceptio. Si præter voluntatem patris erat in studio, non contra, & tunc aut tantum erat expensurus, & bene studebat, & tenetur pater, quia vtiliter est gestum negocium, aut non bene studebat, & tunc creditor eum putabat bene studere,& habet actionem contra patrem.l.tertia.ff.ad Macedonia. aut notorium erat illum male studere, & sibi imputet creditor. l. penult.illo titul.Alber.in dicto §. fina. {Inde Vlpianus,ait in l.quod si seruus.§.proinde. ff. de in rem verso.proinde si seruus sumpsit pecuniam,vt se aleret, & vestiret secundum consuetudinem domini,id est vsque ad eum modum quem dominus ei pręstare consueuerat in rem videri domini versum Labeo scribit. ergo idem erit & in filio. Ideo pater conueniri poterit vt soluat vestimentorum precium.}

QVINQVAGESIMVM nonum, quòd si filiusfamilias scholaris viuo patre contraxerit aliquod debitum honestum studij causa, postea patre mortuo, non tenebitur ipse cum aliis fratribus succedens de parte sua totum debitum exoluere, sed satisfieri de communi debet, tanquam æs alienum, postquam pater tenebatur, & ipsius hæredes.l.prima. C. si certum petatur.l. secunda. de hæred.actio.probatur per textum in l.si vni. §.idem scribit.& §.Neratius.ff.famil.ercifcund.& Bartol. in l. prima. §. nec Castrense. in fin.ff. de colla.bono.& in tract.

*Scholaris debitum in scholis uiuo patre contractum de communi solui debet.*

de duob.fratrib.quæst.1.Iacob.Rebuffus, patruus meus, in l.vna.de peric. succes. paren.libro 10.& ibi Ioan. de Platea, Bald. in l.omnimodo. §.imputari.num.7.C. de inoffi.testam.vbi dicit tunc demum habere verum, quando talis obligatio esset facta occasione studij, & ex causa licita & honesta, & idem tenuit Floria. in dict. l. si vni.§. idem scribit fortius docet Dyn.in dict.§.nec Castrense,quòd si pater fecit filium dare operam literis, & interim moriatur, hæredes patris tenebuntur de communi expensas filio erogare, quia munera cepta communi impensa, de communi debent perfici.dict.§. idem scribit.ff. familiæ herciscun.glo.in l.& qui originem.§.fi. de munerib. sed Bartol. in dicto §.nec Castrense, in fin. tenet contra, quia pater non tenebatur prosequi, ergo nec hæredes, vt sit eiusdem conditionis hæres, cuius erat defunctus. l. hæredem.ff.de regul.iur. & hæc opinio crebrior est, & recepta communiter per doct. cui etiam subscribo. Si tamen fratres post mortem patris remanserint in communi, & in societate omnium bonorum, tunc talis impensa etiam post mortem facta intelligitur facta de communi, nec debet inspici an vnus fecerit maius lucrum vel impensam, Bald. in l.si patruus.C.communia vtriusque iudicij,refert & sequitur D.Ioan. Sainxon in consuetu.Turonens. in rub. *des successions des gens roturiers.* art.10. licet contrarium consuluerit Roma.consi.145.præsentis cuius fundamentis respondet D. Saixon ibidem,vi de si lubet.

*Donatio per patrem filio studēti facta ualet.*

SEXAGESIMVM est, quòd licet donatio inter patrem & filium in potestate non valeat. l. donationes quas parentes. C. de donatione inter virum & vxor. quia quicquid acquirit filius, patri acquirit. l. placet.ff. de acquirend, hæredita. & per quas personas nobis acqui. in princ. in instit. ideo pater donando filio sibi ipsi videlicet patri donare videretur, sed quia semel est patris, non potest amplius sua effici res. l. 3. §.ex pluribus. ff. de acquirend. possess.cap.inter, circa finem. de fide instr. item pater & filius censentur vna persona.l.vltim.in fin.C.de impub.& aliis substi. & sic vna persona sibiipsi censeretur donare, quod iure prohibetur,nempe differentia esse debet inter dantem & accipientem. cap. debitum de baptismo,& cap.per vestras,de iure patro.cap.fin.de institu. sed bene confirmatur iuramento.Bald.in l.fin.C. de vsucap. pro dona. columna 2. & de Petrucia in suo primo effectu iuramenti, scripsi plenè in repet.l.si quis pro eo.ff. de fideiusso. Tamen donatio facta per patrem filio suo scholari in potestate sua existenti, etiam sine iuramento valebit, prout nuncupatim scribunt Angel.& Iaso.in l.prima.ff.solut. matrimonio. quamuis multi contra teneant, tamen ista videtur verior fauore studij, & communis, vt ibi dicit Ias. cui sententiæ subscribit Socin.in tracta. fallen.reg.103. donatio facta à patre, Alexan.in l. in quartam.colum.11.ff.ad leg.Falci.Ioan.Crotus in repet. l. frater à fratre.colum.10. in 9. fallen. ff. de condict. indeb.quia sicut donatio causa dotis valet.l.Pomponius.ff.famil.ercis. ita causa studij, cum æquiparentur,in dict.l.prima.& in æquiparatis dispositum in vno, & in alio censetur.cap. de multa.de præbend.& cap. si postquam de electio.in 6.hoc sequitur Petrus Iacob.in sua practi. in rubric. de in integrum.restitu. vt possit agi rescisso.perso. actio. versic. item quòd est in armata.folio 33.

*Pater donationem filio scholastico factam non reuocat.*

SEXAGESIMVM PRIMVM, quòd donationem filio suo studenti factam, pater reuocare non potest. argu.militis, qui præcipua habere debet, quæ detulit secum in castra concedente patre, actionem persecutionémque castrensium rerum semper filius etiam inuito patre habebit,ff.de castrens.peculio.l.4.in princi.sic non potest episcopus dispensationem quam fecit cum scholari docili reuocare.glo.in verbo septennium, in cap. cum ex eo. de electio. in 6.& supra scripsi.Primò fallit ex causa ingratitudinis. l.fin.C.de reuocan.dona. vbi de Ripa multas super hoc quæstiones scribit.Secundò quando pater donando retinuisset se posse reuocare quando,& quotiens vellet,quia contractus ex conuentione legem accipiunt.l. 1. §. si conueniat.ff. deposit.l.contractus,de reg.iur.

*Pater nō habet usumfructum in bonis quæ filio causa studij donauit.*

SEXAGESIMVM SECVNDVM, quòd pater in bonis à se donatis filio studij gratia, non habebit vsumfructum, arguendo de milite ad studētem,per tex.in l.3. ibi nec in eo vllum ius patris est. C.de castren.pecu.lib.12.quia studenti pater donando videtur vsumfructū remittere, prout expresse tradit Petr.Iacob. in sua pract.in rub.de in integ.resti.vt posit agi rescisso. fol.33. quia hæc donatio fuit facta vt scholasticus in studio posit viuere,& studij onera,quę magna & multa sunt sufferre,quod vix posset fieri, si pater vsumfructum illius rei donatæ haberet. Imò cogeretur illius illam rem vendere propter magnas studij impensas.l.fi.vbi Bal.C.de alimen.pupillo præstan. & quia pater tenetur filio expensas studij ministrare,ergo non debet auferre.arg.cap. quanto.de iureiuran. Item sic suadetur in eo, qui donauit omnia bona pręsentia,& futura retento vsufructu illorum, vt fructus postea percepti ex illis bonis non comprehendantur in donatione, secundum Alex. in l.stipulatio hoc modo.col.7. num.18.versi.quid si in casu.ff.de verb.oblig.aliàs inanis esset vsusfructus, imo plus asserit, quod si vendam omnia præsentia & futura certo precio, non comprehendetur hoc precium in bonis venditis, per l.damni. §. cum parietem. ff.de damno infecto. sic consuluit Bertrand. in consilio 175.non dubito,colum.penul.num.4.volum. primo. secundum nouam impressionem, sic in donatione bonorum facta filio studij causa non comprehendetur, vt vsumfructum pater habere in illis bonis debeat, nisi illum sibi expressim retinuerit, idem si alius studij gratia filiofam. studenti donauerit, quia videtur prohibere, ne pater vsumfructum habeat, cum hoc faciat gratia studij, vt in scholis par oneri ferendo possit esse, quod non posset, si pater haberet vsumfructum, & quando relinquitur filiofam.vel datur res ea lege, ne pater habeat vsumfructum in illa,

illa, tunc non habebit, authen. excipitur. C. de bonis quæ liber. sic & quando tacite filiofam. relinquitur, vt hoc casu, cum tacitum tantum debeat operari, sicut expressum. l. cum quid. ff. si certum pet. & propter onera studij, hoc est valde æquum, & sic sequendum, cum iudices ante oculos æquitatem habere debeant. l. quod si Ephesi. in fi. ff. de eo quod certo loco.

*Donatio inter uiuos per scholasticũ reuocatur.*

SEXAGESIMVM TERTIVM, quãuis donatio inter viuos, regulariter reuocari non possit. l. fina. C. de reuocan. donat. & in cap. propter. de donat. Tamen si scholaris donet suo hospiti, vel alteri, aliquam rem discedendi de studio animo, & proposito, si non recedat, donationem illam reuocare poterit, quia tacita conditione, videlicet si discedat, censetur donatum, text. & ibi Benedictus de Plumbino, in l. mortis. colum. 2. ff. de manumiss. per illum text. idem dicens in venditione sic facta, idem dico si religiosus donet, & postea de religione egrediatur, is enim poterit donatum repetere, nam hoc tacite inerat, si in religione persisteret, arg. l. cum quid. ff. si certum petat. secus si resignaret beneficium, illud autem repetere non poterit, si egrediatur, quia titulus non datur à resignante. cap. beneficium. de regul. iur. in 6. & ibi docto. idem quando aliquis donat mortis causa, quia si reconualescat, rescinditur donatio. l. prima. & sequentib. ff. de donat. causa mort. nec refragatur l. si repetendi. C. de condict. ob causam, vbi propositum in mente retentum nil operatur, loquitur autem quando propositum erat circa actum consistentem in persona alterius, quàm proponentis, hic erat in persona proponentis, vel hic est tacita conditio inter duos, ibi in vno tantum, vel dic vt per Alexand. & Ias. in l. si ego. in prima, per illum textum. ff. si certum petatur. ego tamen salua illorum pace, dicerem propositum in mente retentum, tunc demum operari, quando est à iure præsumptum, vt dicta l. mortis. ff. de ma. vnde sæpius ex coniecturis propositum retentum elicimus, & secundum illud maximè in vltimis voluntatibus iudicamus. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testamen. l. si seruus plurium. §. finali. de legat. 1. secus si ius ex illo proposito nil præsumeret, tunc dicitur propositum abortiuum, quod nil parit, vt scripsi in gl. concordato. in §. 1. in verbo subire voluerit, de colla.

*Propositum in mẽte retentũ quando operetur.*

*Falsa meritorũ expressio an uitiet donationem.*

Notandum est, quod si aliquis donet propter benemerita, illa exprimendo in instrumento, & falsum sit, quod aliqua merita præcesserint, tamen ob hoc donatio non vitiatur, quia donatio non requirit causam, ideo si sit error in causa, & non in obligatione, non vitiatur donatio, quod notandum dicit Ias. post Bald. in l. 1. in fin. ff. de condict. causa data, secus quando sine benemeritis donare non posset, vt per Barto. in l. si fortè. ff. de castrens. peculio. & docto. in l. si donatione. C. de collatio. Dubitaret quis, an si scholasticus postea proficiscatur, reconualescat donatio, respon. quod postquam semel fuit reuocata, nisi iterum studens illam rem dederit, illam donatarius primus non habebit, docto. in dict. l. fina. quod enim semel vitiosum fuit, non potest tractu temporis conualescere. l. quod in initio. ff. de regul. iuris.

*Donatio excedens summã quadringentorũ aureorũ scholastico facta insinuatione non indiget.*

SEXAGESIMVM QVARTVM est, quod donatio excedens summam quadringentorum aureorum, quamuis sine insinuatione non valeat. l. sancimus. C. de donatio. Fallit tamen in donationibus scholaribus factis, secundum Baldum. Angel. Alexand. & alios in l. prima. ff. soluto matrimon. & ista est communis sententia, teste Ias. ibi, quem sequitur Anto. de Canaro in tractat. de insinuationibus. vbi dicit in 9. quæstione fieri insinuationem, vt fraus euitetur, sed euitatur fraus, quando is cui donatur studij gratia studet, ergo cessat causa insinuationis, quare & effectus, item sicut valet donatio ad pias causas sine insinuatione. l. illud. vbi Bart. C. de sacrosanct. ecclesiis. ita fauore studij, nam pium est ministrare alimenta, & donare pauperibus scholaribus, vt in hac authen. habetur, & dixi in text. & sicut donatio ob causam dotis non requirit insinuationem. l. fin. §. simili modo. C. de iure dotium. Anto. de Canaro in dicto tractat. quæstione 37. ita nec donatio facta studij fauore, cum causa dotis & studij æquiparentur, vt supra non semel probatum extitit, quod facit ad intellectum regiæ constitutionis nouissimè promulgatæ, hoc anno 1539. & publicatæ Parisiis, die 6. Septembris, quæ est in numero illarum art. 133. & seq. vbi vult omnes donationes insinuandas esse in hoc regno, ibidem, abundantius scribam, Deo auspicante: interea hæc nota.

*Scholaris in loco in quo legit pater, natus, non perdit originem.*

SEXAGESIMVM QVINTVM, quamuis filius doctoris Montispessulani, vel alterius ciuitatis natus sit alibi quàm in Montepessulano, vel alibi quàm in loco originis patris, vtpote in loco in quo pater publicè profitebatur, non tamen minus dicetur originarius ciuis Montispessulani, vel alterius loci patris, & ideo priuilegiis originariæ ciuitatis patris gaudere debet, per text. in l. assumptio. §. filius. ff. ad municipales. gloss. in rubr. C. de municip. & origina. lib. 10. & l. ciues. de incolis, illo lib. quod facit ad statuta ciuitatum, quibus cauetur, vt nullus possit admitti in regentem, vel in consulem, nisi sit originarius ciuis, vt iste filius alibi natus non prohibeatur. quia ista statuta, cum nulli præiudicium inferant, sunt benigne interpretanda, ex eo quod neminem lędunt, benignior via sequenda est, dicit Iurisconsultus in l. 2. §. item Varus. ff. de aqua pluuia arcenda. Bartolus in l. filios. C. de municip. & origina. lib. 10. Panormit. & Felin. in cap. Rodulphus de rescript. vbi Felinus dicit fuisse hanc decisionem in eo seruatam Ferrariæ, quam etiam sequitur Iason in l. huiusmodi. §. legatum. nota. 4. ff. de leg. 1. vnde dixi, quod si pater erat Tholosanus, filius etiam Caturci, eo modo quo supra dictum est, natus, dicetur Mondinus, quia filij Tholosæ nati Mondini vocantur, quasi mundo nati.

*Nati Tholosæ Mondini dicuntur.*

Idem in nato extra ciuitatem tempore pestis

vt fungatur natus in ciuitate, à qua pater aufugerat ratione pestis, per tex. in dict.l. huiusmodi, §.legatum.ff.de legat.primo. & facit ad statutum dicens, nullum debere admitti in collegium, nisi sit natus in ciuitate tali, vel nisi sit ciuis originarius, vt etiam si alibi natus fuerit, dummodo in ciuitate conceptus, sufficiat. Rebuffus & Platea in l.filios. C. de incol. lib. 10. quia mater, quæ animum reuertendi ad ciuitatem habebat, fingitur semper in ciuitate fuisse. l.1. & l.retro.ff. de capt.& sic fingitur peperisse in ciuitate, à qua fugit, de Ripa in tract.de peste, in 18. pestis priuilegio.num.141.

*Doctor an suum scholasticum alere teneatur.*

SEXAGESIMVMSEXTVM est. quod sicut pater naturalis & legitimus tenetur alere filium. l. si quis à liberis. ff. de liber. agnoscend. ita doctor tenetur alere suum scholarem pauperem, teste Ioanne Baptista in addit. ad dictio. Albericus in verba alimenta, & idem econtrario, videlicet, vt scholasticus suum doctorem, & ita Sabinus fuit à suis auditoribus sustentatus, vt testatur Iurisconsultus in l. 2. in fi. ff.de orig. iur.gloss.in cap.reuertimini. in verb. à quibus doctus est, 16. quæst.1. facit text.in l.cum tutor.§.cum plures.ff.de administr.tuto. Hosti.in sua summa, titul.de magist.§. vtrum. Paul.de Citadinis in tract.de iure patro.quæstio. 1. 6. partis. art.4.quæstione 6.Boer.in additio. ad Dyn.in regula imputari de regul. iur. in 6. Petrus de Lesnauderie in opusculo de doctoribus, in 4. parte. quæstione 19. nec est symonia, quando aliquid exigit doctor, quia non vendit scientiam, sed laborem, not.docto.in cap.quia.de magist.gloss.in cap. de quibusdam.37.distinct. & cap.qui studet. 1.quæstione 1.& cap. vendentes. 1.quæst.3. abundantius infra dicetur, sicut episcopus ex necessitate exigit charitatiuum subsidium, quamuis exactiones supra clerum non habeat.cap.cum Apostolus. §. prohibemus. de censib. cap. cum sit. de symo.cap.conquerente.de offi.ord.nempe qui seminat spiritualia, non est magnum, si metat carnalia ex sententia diui Pauli.quæ est in cap. cum ex officij, de præscript. vide Corset.in reperto.in verbo alimenta. num. 26. & Siluestrum de prierio in sua summa.in verbo doctor.num. 10, nam si merces non esset, credo quòd nemo studeret, de Ripa in tract.de peste, in 3.parte.fol.136. verso, & ibi ponit hos versus,

*Nec facilè inuenies multis ex millibus vnum,*
*Virtutem pretium qui putet esse suum.*

Et facit Prouerb. 18. cap. de fructu oris eius replebitur venter eius, & cap.12. de fructu oris eius. quisque replebitur bonis. Limita, quando doctor esset pauper, quia tunc charitas à seipso incipit. l.præses. C.de seruit. & aqua glossa in cap. quicunque.16. quæst. 7. faciunt not.in l.sunt qui in id.ff.de re iudic.

Secundò, hoc procedit ex vrbanitate, ex necessitate quidem non tenetur, Alber. in l.1.§.ius naturale in fin. ff. de iust. & iure.nec istud posset obtineri in forensi iudicio, vt doctor alimenta compelleretur scholari præbere. vel econtratio. l.non epistolis, & l.sequen.C.de probat.aliàs esset mihi impossibile alere decem millia scholasticorum, quos habeo, & vltra à tempore quo incepi iura publicæ profiteri, sed arbitror omnes iam esse diuites. Si tamen doctor vel scholasticus esset multis bonis abundans, & in beneficiorum fructibus, tunc sicut illorum quartam partem tenetur pauperibus distribuere. cap. quatuor. 12. quæst.2. ita istam partem suo præceptori vel doctor suis scholaribus egenis, impartiri tenetur, cum vicissim maior pietas & charitas se exhibeat erga istos, quàm alienos.arg.cap. est probanda, & cap.cæterum, & cap.non satis.86.distinct.& ita facerem si bonis abundarem.

*Testes esse possunt doctores pro scholasticis suis.*

SEXAGESIMVMSEPTIMVM, licet pater pro filio non ferat testimonium. l. parentes.cum simil.C.de test.scripsi abundantius in tract.de reprob.& sal. testi. in verb. parentes. doctores tamen licet vocentur patres scholarium.l.1.C.de excu.artif.lib.10.poterunt testimonium ferre pro suis auditoribus, de vita & peritia illorum, & his credi debet Alber. in 1.consti. Cod.colum.3.l.nemini.C.de aduo.diuer.iudicio. & 12.quæst. 1. cap.1. & hoc maximè attestari debent coram cancellario, quia nullus alius melius cognoscit scientiam illorum, quàm doctor, vt in procemio ff. in princip. ibi, quis amplius, quàm vos cognoscit, &c. Nota tamen quatuor requisita in volente suscipere gradum doctoratus. Primò quod per doctorē præsentetur facultati, & quòd ille præsentans eum tueatur, & dirigat, vt fit Tholosæ, & in aliis vniuersitatibus patriæ iuris scripti, sed in vniuersitatibus patriæ consuetudinariæ nullus est doctor præsentans, requiritur etiam quod ille doctor præsentans referat aliis istum scholasticum esse idoneum ad examē subeundum, quod nūquam in vniuersitatibus Franciæ vidi seruari. Secundò, quòd examen fiat in loco, in quo ex consuetudine vel priuilegio iura legi possint, docto.in l.magistros.C.de professo. & medic. Tertiò, quod in promouendo debent esse septem doctores, & in approbando aliquem. dict.l.magistros. & ibi Bartol. de professo.& medic.& l.si quis. illo tit. quamuis in aliquibus vniuersitatibus non seruetur, & illo in numero possunt computari doctores præsentantes. cap.1. 12. quæstione 1. cum ipsi assumantur tanquam proprij magistri scholaris examinandi, melius possunt ferre testimonium de peritia suorum auditorum, quàm alius doctor exterus, qui non haberet notitiam de peritia illius extranei, nec ex illa noticia veniunt repellendi tanquam suspecti, idem dicit Panormitanus in cap. nemo. de symo.per text. in cap.omnis. ibi, ætas, & testem. 12. quæst.1. Specul. in titul. de proba.in secunda parte. §.3.versicul.quæque.gloss. in prag. sanctio, in §.item.quod vniuersitates, in verb. gradus, & in verb. benemeritus.§. item vt de cætero.in titu. de colla.Ias.in repeti.l.admonendi. num. 238. ff. de iureiurand. Petr. de Lesnau. opusculo de doctoribus, in 2.parte.q.35. & Bart.in prima constit. ff.§.omnem.in fin.

*Requisita uolēti suscipere gradū doctoratus.*

*Negantibus plus credi.*

Aduertendum est, quod si ex septem doctoribus quatuor negant illum doctorandum esse peritum,

*tur quàm af firmantibus.* peritum,& tres contrarium asserant,quatuor negantibus creditur,& est speciale, quia deponunt de peritia artis,& sic limitatur glo.in l.diem proferre.§.si plures.ff.de recep.arbit. Intellige tamen quando illi quatuor erant peritiores, aliàs secus, secundum Barb.in cap.ex literis, col.fin. de consti.fortius dicentem esse standum peritioribus,licet minores numero sint,allegando Bal.in procemio ff.& in cap.1.quib.mod.feud.amit.Specul. in tit.de proba.in §.fin.versic.quoque, & in titul. de homicid.§.primo.versic.sed pone,& Alex.consil. 148.in prin.in 2.volum.Bart.in procemio ff. nam is qui est magis in arte prouectus quàm alius, plus valet,text.& ibi Bald.nume.5.in l.prima. C. cõmunia delega.quia qualitas melius subiectum reddit.l.Aquilius.ff.de donatio.sed has controuersias raro vidi interuenire. Sed quæro si doctores iurant probandum habilem, & non sit, an possint de periurio puniri? videtur quod sic, nam periuri sunt,qui contra veritatem iurant,ergo isti periuri debent pęnis iuris affici.l.si duo.§.fin.ff.de iureiur.contrarium est verum, quia illa consuetudo,licet sit irrationabilis,quam habent,vt iurẽt tam de perito quàm de imperito,eos à pęna periurij excusat,firmat Roma.consi.466.hoc expresse tenet Roch.de Curte,in repet.cap.fin.col.10.de consuetud.& in cap.denique.4.dist.vbi consuetudo excusat à pęna temporali, non à pena gehennali.Ias.in l.de quibus. ff. de legib. & sic istos iurantes in foro contentioso liberarem, non quoad deum,qui non fallitur, ideo introductum est ex consuetudine, vt doctores non iurent, sed tantum verbo referunt aliquem esse idoneum, nam si oporteret iurare, multi ignari repellerentur.

*Pater multis modis quis dicitur.* Notandum est quod interdum aliquis appellatur pater naturalis,vtpote quando genuit eum, & hic genitalis dicitur,& de isto loquitur l.si quis à liberis,& totus titulus. ff. de liber. agnoscen. & quatuordecim onera, quæ hic pater subit pro filio,citat Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.qui filij sint legi.in rub. sed non nouerat alia multo maiora,quæ coniugati sciunt, quibus relinquo tanquam istorum inexpertus.

Secundò dicitur pater spiritualis, de quo loquitur totus titulus de cogna.spirituali,quem susceptorem,vel patrinum vulgus vocat, & hic filios non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificare debet,cap.in decima.18.quęst. 2. & fit per baptismi immersionem, & leuationem, sacrique olei vnctionem & confessionem, c.omnes.30.q.1.

Tertiò dicitur pater curæ, quia illam curam, quam pater gerit pro filio, gerit & ille pro altero, & talis fuit Ioseph Christo, & loquitur §. hoc autem,in authen.de armis, colla. 6. & idem dicitur de fratre in l.alumnę. ff.de adim. lega. & hoc dicitur de papa, vt scripsi in gloss. filios, in procemio concorda.Franciæ.

Quartò est alius pater, qui dicitur formalis seu doctrinæ,vt doctor & alius magister, qui informat discipulum bonis moribus,sciẽtia & eruditione,& de isto hic loquimur,& solitus erat dicere Aristote.vt in eius vita licet videre,honorabiliores esse,qui instruunt, quàm qui solum generant,quia hi dant viuere,illi bene, & sequitur patruus meus magnus Iacobus Rebuffus in l. 1. C.de excusa.artifi.lib.10.& text.in §. sed & quod sancitum,in authen.de nupt.col.4.facit l.liberto. ff.de obsequiis à liber.gloss.reg. cancel. in procemio,fol.3.

Quintò est pater consilij, de isto habetur 1. Machabeo.c.2.Ecce Symõ frater vester,scio quia vir consilij est, ipsum semper audite, & ipse erit vobis pater.

Sextò dicitur pater magistratu,vt princeps & magistratus ciuitatis.l.3.C.de his qui sponte muner.publ.subeunt,lib. 10. & in rub. de ratiociniis operum publi.& de patribus ciuitatum.C.

Item septimò dicitur pater liberatione,seu tuitione,vt si aliquis liberauit aliquẽ à periculo, vel à morte,certe vocabitur pater, de quo lex si pater.§.fi.ff.de dona.

Octauò dicitur pater ætate, vt senex. l. super. ff.de iure immu.& 1.ad Timo.5.c.seniorem ne increpaueris,sed obsecra,vt patrem.

Item nonò reuerentia, vel dignitate, nam illum,cui reuerentiam impẽdimus,patrem appellare solemus,secundum Lucam in l.1.col. fin. C. de excus.artif.lib.10.& l.1.de decurio.& l.1. de leg. eod.lib.Bald.in d.l.parentes.C.de testi. Porcus in §.eadem lege,quibus ex caus.man.licet, nu. 9. in fi.in institu.& Ecclesi.3.& Hiero.in 3.parte, epist. 6. de honorandis parentibus, vide multos alios per Archid.in cap.fin.22.quæst.2.& quæ scripsi in gloss. dilectis filiis in forma manda. in concorda Franciæ.

SEXAGESIMVMOCTAVVM, quod scholaribus testantibus de scientia doctoris creditur, vt tenet Ioan. de Platea, in l. ex agentibus.C.de princi.agen. in reb.lib. 12. & ille doctor dicitur doctus,quem studiosi referunt doctum.l.quæsitum, in prin. ibi auditores referunt. ff.de fund.instruct. l.cum scriptum, de dote prælega.l.si ædibus,de damno infecto. Barb. in rubr. de fide instrum.col.15.in parua impressione,versi. quot autem.Bolog.in hac authen. habita, quod ego intelligerem quo ad famam bene legendi, sed non quoad probationem,& reprobationem, quia ad eos non spectat reprobatio, cum non possint approbare,argum.l.3. ff. de re iud.& l.nemo qui non potest..ff.de reg. iur. tamen bene interdum reprobant de facto à lectura, quamuis doctores eos approbauerint, aliquando sine iudicio & causa, quandoque bene, sed multotiens luna dominatur eis, & plurimi similes sunt matri filiorum Zebedei, eo quòd nesciant quid petant. *Scholaribus de peritia doctoris creditur.*

SEXAGESIMVMNONVM, quod licet pater recusari iudex in causa filiorum possit.l.qui iurisdictioni.ff.de iurisdicti. omnium iud. doctores tamen in causis suorum scholarium poterunt esse iudices, nec ob id licebit eos tanquam suspectos reiicere per cap. suspitionis, de offic. delega.& cap.2.de appella.in 6.cum habeant iurisdictionem ordinariam inter suos auditores,vt hic dicit tex.in fine,not.in cap.cum R. de offic.deleg.& quanuis iudex ordinarius recu- *Doctor non potest recusari iudex in causa [suo]rum scholarium.*

sari non possit de iure ciuili.l.apertissimi, cum authentic.ibi posita.C. de iud. scholastici tamen illum recusare poterunt, vt dico infra, & hoc esse speciale in eis, asserit Bald.in §.pen. in prooemio ff.

Aduertendum est, quod quando doctores in causis scholarium iudicant, non debent facere illud, quod dicit glo.hoc reprobando in cap.1. in fin. de conc. præb. in 6.videlicet iniuste pronunciare contra suos auditores, vt iusti videantur, refert Ioan. And. ibi de quodam scholari Parisien. qui cum esset ad patriam reuersus pronunciabat pro extraneis contra suos iniuste, vt iustissimus videretur, & dicebat, quod nec caro nec sanguis hoc ei reuelauerat, sed non dicebat de gloria. sed tales hypocritæ receperunt mercedem suam, vt habetur in Euangelio. Hinc est quod inhibetur ne minor 18.annis possit doctorari. l. quidam. ff. de re iud.& l. cum lege, de arbi. cum doctor habeat iurisdictionem, vt dictum extitit, & minor 20.non potest eam habere, nec iudex esse. cap. cum vicesimum, de offi.deleg.Benedict. in repet. cap.Rainutius.in verb.adiectæ,nume.17.de testa. quod intellige quando studentes adinuicem litigarent, quia tunc par esset affectio, quæ suspicionem fraudis amouet. l. non solum. §.1.ff. de ritu nuptia.secus si ageretur contra extraneum, tunc doctor non posset iudicare, vt tenet Specul.in tit. de iud.deleg.in §.superest, versic. quid de magistro, quem hic reprobat Bald. quia paternitas doctoris remouet suspitionem, & istud communius receptum est, & seruatum, quando aliter est iudex.

Hodie doctores, quia scholares ad eos non veniunt, nullam inter eos exercent iurisdictionem, sed si venirent ad eos, non inuenio illis ademptam, saltem in volentes, nisi in delictis per scholasticos commissis, quia super illis non cognoscunt doctores etiam inter scholares, nempe magistri doctores & scholares Bononiæ, quantum ad delicta hoc priuilegio renunciauerunt, quia per magistros non poterant plene delicta puniri, vt citat gloss.in §.deinde, in verbo, vti Innocentes, in authentic.de manda.princip. colla.3. gloss.in prooemio ff.§. fin. sed alij scholares non renunciarunt, ideo inspicienda est quo ad hoc consuetudo. Panorm.& alij in cap.cum olim, de consuetu. & Felin. in cap. significasti.in fine de offi.delega. vnde longo tempore inualuit cõsuetudo apud Parisien.vt magistri,& doctores scholares suos à iudicibus secularibus requirerent, & requisiti non denegarentur, nisi in horrendis criminibus, verũ hodie magistri dormiunt, & scholastici suspenduntur, licet olim virga tantum corrigi,& dulcius solerent.

*Non petita uenia studentes in ius nõ uocant suum præceptorẽ.*

SEPTVAGESIMVM. Quod scholares non possunt in ius vocare venia non petita suos doctores, à quibus audiuerunt,& scientia educati fuerunt.l.generaliter. ff. de in ius vocando, cuius verba refero, generaliter eas personas, quibus reuerentia præstanda est, sine iussu prætoris, in ius vocare non possumus, sed reuerentia debetur doctori per scholares, vt scripsi in requisitis, ergo in ius vocari non poterunt iniussu prætoris, hoc expresse firmat Angel.in §.pœnales, insti.de actio. & Albert. in l. quanuis.ff. de in ius vocan.quia parens vocatur.l.ex diui.C. locati,& pater.l.1.de excusa.artifi.lib.10. postquam habet nomẽ, ergo & effectum habere debet,& huic sententiæ subscribit Lesnauderius in opusculo de doctoribus, in 2. parte, in princi. nec obstat quod dicit Ias.in præfato §.pœnales, quod doctor non est de comprehensis in edicto prætoris, cui respon. quod licet non sit expressus, tamen ex mente comprehenditur, cum non minor reuerentia ac patri illi debeatur.l. 1. & l.liberto. ff. de obsequ. & infra scribo, quod maiorem habebit locum edictum prætoris. Item vassallus non petita venia ratione reuerentiæ, quam debet domino, non vocat eum in ius, text.& ibi docto. in §. fin.de milite vassal.docto.in d. §.pœnales, & Zazius in suo intellectu sing.l.si non sortem.§.libertus.ff.de condict.indebit. multo minus scholaris vocabit suum doctorem, cum maiorem eidem reuerẽtiam debeat quàm vassallus domino.Item licet patronus ecclesiæ non sit in edicto prætoris comprehensus, tamen sine venia non potest in ius vocari per presbyterum, quem in ecclesia præsentauit, secundum Paulum de Citadinis, in tracta.de iure patro.in 6.parte.quæstio. 3.art. primo,& in criminali consentit Bartol. in l. si libertus.ff.de in ius vocand.ac Iaso.in d. §.pœnales, in doctoribus, sed non video vnum casum magis expressum, quàm alium, ideo tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, sine venia in ius non vocabitur doctor per suum scholarem, nempe ipse debet operas obsequiales suo præceptori.Stephanus de costa in tracta.de ludo, in §.2.nu. 16. ergo &c.idem in actione famosa, vt scholasticus contra suum doctorem non possit agere, vt nuncupatim tradit Iacob.de sancto Georg.in tracta. de feud.in verbo,& dicti vassalli, col.5. Sed hodie videmus aliquos scholares, qui tãtum honoris suo præceptori tribuunt, sicut cani rabido, imò eos verberibus aliquando afficiunt, & male, sed illi sunt & rerum, & literarum ignari, nam docti communiter honore afficiunt suos doctores. Cẽses tu scholaris honorem inferre doctori, quando strepitum illi facis, vel quando sine lectione eum abire procuras? hæc insignis temeritas illorum, qui murmur inferunt doctoribus esset grauiter punienda, vt cæteris cederet in exemplum, & maxime Tholosæ,& Aureliæ, vbi quidã scholastici eo audaciæ & temeritatis processerunt, vt si duo lectionem doctoris audire nolint, cogant doctores nullo quidem verbo per strepitum eorum emisso verecunde, in grande bonorum auditorum præiudicium abire, quæ, malum, tanta temeritas? dicet quis.ista potius concernunt studiosorum incommodum.fac esse, veritatem dicere cogor, sed quia (vt spero) resipiscent, nunc istorum amentium pœnas, cum grauissimæ sint, reticeo.

*Cõtra scholares strepitum doctoribus inferentes.*

*Doctor an poßit, & quando uerberare scholares.*

SEPTVAGESIMVMPRIMVM. Licet pater possit verberare filium suum,& in compedes adigere.l. congruentius.C. de patria potestate.Rauen.in compendio iuris ciuilis, fol. 133. & etiam detinere in carceribus, vltra viginti

viginti horas, & tandiu quandiu debito more corrigatur, vt ad bonum dirigatur, argu. cap. penult. de aposta. 74. dist. cap. consuluit. 23. q. 6. cap. iam verò, & 24. quæst. 3. c. si quis de potentibus, & c. seq. hoc expressim scribit Lucas de Penna, in l. 1. col. 2. C. de coarta. lib. 12. Tamen doctores licet patres scholasticorum dicantur, & discipuli filij. l. prima. C. de excusa. artificum, non debent suos scholasticos verberare (quia forte ipsi, cum sint iam magni, redderent suis doctoribus quadruplum) nec dignitate priuare, testis est Ioan. de Platea, in l. 1. C. de priuig. schola. lib. 12. sed cum nomen patris doctores (vt prædixi) habeant, quidam certe suos auditores paterna affectione tractare debent, argum. text. in §. eos, in authen. vt iudices sine quoquo suffra. coll. 2. nempe considerare debent parentes, quod & filij fuerunt, & filij quod parentes efficientur. iuxta §. hæc autem, versic. considerare, in authentic. vt cum de appella. cogno. colla. 8. studentes etiam tales debent se apud suos doctores præbere, quales vellent apud se esse discipulos, si ipsi doctores essent. cap. quorundam. 74. distin. & miseri sunt illi qui tantum verberibus timeri volunt. cap. 1. 45. dist. blandis enim verbis potius, quàm asperis, aut verberibus iuuenes sunt ad scientiam pelliciendi, argu. tex. in c. qui sincera. 45. dist. quod hodie bene seruant magistri artium Parisiis. Leuis tamen castigatio magistro artium est concessa, & docenti. l. sed & si. §. fin. cum l. sequen. ff. ad leg. aqui. quem text. iuuenes toruo conspiciunt oculo, acrius audiunt, sed molestius sufferunt, & Prouerb. 23. dicitur, Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur, tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis, & quibus personis sit correctio permissa, vide per Bonifac. in tracta. de malefic. in rubr. quibus est concessa correctio, & quando licitum sit artifici docenti castigare suum discipulum, vide in l. item quæritur. §. item Iulia. ff. loca. Maria. Socin. in repet. c. ad audientiam, col. 2. de homicid. cap. debet homo. 23. q. 4. cap. non putes. 23. q. 5. Bald. in Marga. in verb. dolus, Claudius de Seycel. in repet. l. vt vim, col. 15. in parua impressione. ff. de iust. & iure, & ibi vide an sit licitum verberare vxorem. & in l. consensu. C. de repud. gloss. in c. quemadmodum, de iureiu. tex. in ca. placuit. 33. quæst. 2. conciuis meus in hoc expertus D. Boer. in consue. Bituri. in §. 4. de cõsue. iuris status persona. & Ioa. de Neuisa, in silua nupt. in 4. inconuenienti matrimonij. Nota tamen quod quando is, cui cõcessa est castigatio, excedit modum, quando tamen de excessu puniri debet, qui ex genere instrumenti, & aliis circunstantiis præsumitur, de quibus per Alex. consil. 75. in 3. vol. Bar. consil. 104. visis, vbi concludit, an discipulus possit actione iniuriarum agere contra magistrum, qui eum acerbe afflixit. vide ibi si nõ graueris, (& pulchrum text. in l. prætor edixit. §. nec enim. ff. de iniur. sic dicentem, nõ enim ferre prætor debet heri seruum hodie libertum conquerentem quòd dominus ei conuitium dixerit, vel quòd leuiter pulsauerit, vel emendauerit, sed si verberibus non mediocriter, æquissimum erit prætorem ei subuenire.) & hodie noli verberare sacræ Theologiæ scholasticos decretorũ, legum, vel medicinæ, si nolis verberari, nec artium magistros, cum ex consuetudine Parisien. sine rectore magistri artium per alios collegas & artium magistros, vel collegiorũ primarios, non soleant virgis cędi, quia dum zona fracta fuit, ab his sunt liberati, dicentes illud Dauidicum, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus, & possent forsitan volenti eos verberare dicere, quod Socrates promere solebat, considera vter vestrum pluribus egeat verberibus.

*Nota pro artium magistris.*

SEPTVAGESIMVM secundũ. Si aliquis iudicet contra communem opinionem, facit litem suam secundum Bar. & alios in l. fi. C. de pęna iudicis, qui male iudicauit. Barto. & Alex. in l. cum prolatis. ff. de re iud. Ang. & alios in §. 1. de obliga. quæ ex quasi delicto nascun. in instit. Nam minime mutanda sunt, quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legib. speciale tamen est in scholasticis, qui si iudicauerint secundum sententiam sui doctoris cõtra communem tenẽtis, excusantur in syndicatu, & à condemnatione expensarum, ne facere litem suam dicantur, vt expressim asserit Panor. & alij in c. 1. de postu. pręla. quem sequitur Fel. in c. 1. de consti. quia studiosus iure sequitur opinionem sui præceptoris, tex. & ibi glo. sing. in c. cum beatissimus, 24. q. 1. & sui doctoris sententiã boni est discipuli tueri, instar Celsi in l. dicere sententiã. ff. de arbi. & dicit Vincẽ. Paliotus, quem refert Tho. Ferra. cautela 31. manifestum, quod aliàs defendit quendam iudicem à sindicatu, & condemnatione expensarum, & interesse propter hoc dictum. Primo fallit, quando ille doctor esset quoddam pecus Melibęi, asinus plumbeus, & durus sicut marmor, ac nullius nominis, tunc non excusaretur discipulus illius sequens sententiam, Barba. in cle. 2. col. 1. de electio. Gerard. singul. 62. scholares, & Fel. in c. cum contingat, col. 3. in prima conclusio. de rescript. idem si ille præceptor plus eloquentiæ, quàm iuris scientię operam dedisset, sicut Antipater, de quo in l. 2. §. post hos. ff. de origi. iur. tunc excusaretur discipulus sequẽdo præceptorem in eloquentia, sed non in iure, in quo doctor eius parũ præstat, per prædicta, iuuat ergo habere doctum præceptorem in scientia quam vis addiscere.

*Scholaris iudicans secundum sui præceptoris sententiam excusatur.*

Secundò fallit, quando ille doctor consueuisset sequi opiniones insolitas propter superbiam, vt multi faciunt, eo casu, cum in eo præsumatur imperitia, Bald. in l. fi. col. vlt. C. de pœna iud. qui male iudicauit, per l. 1. ff. de senato. tunc non excusaretur secundum illam opinionem iudicans, Barb. in repet. rub. de fide instru. col. 16. in paruo vol. Hippo. in l. patre. nu. 37. ff. de quæsto. Ioan. de Platea, in §. prætorum edicta. insti. de iure natu. gent. & ciuil.

Tertiò etiam non procedit, quando doctor notorie esset malæ conscientiæ, & solitus esset consulere omnibus deferentibus aureos, Feli. in c. per tuas, de simo. vide alias limita. in verbo, examinatione, in tex. elucidatione, infra.

*Post iuramentum scholasticus à patre vocatus discedit.*

SEPTVAGESIMVM tertium, Quod si studiosus iurauerit nõ exire districtum, nec territorium Pictauen. sine creditoris facultate, donec soluerit, poterit tamen exire, & recedere, si per patrem iussus fuerit venire sine metu periurij, prout sentit Paul. Ludo. & Ias. in l. fin. ff. qui satisda. cogan. quia in omni iuramento intelligitur excepta auctoritas superioris, cap. venientes, de iureiurand. & ita dicit additio ad Fel. in cap. constitutus, col. 5. de rescrip. Ioan. Andr. in regula, in malis promissis, de regul. iur. in 6. in mercurial. sed scholastici superior est pater, cui tenetur obedire, sub pœna peccati, igitur &c.

Limita nisi scholaris talem iussum procurauerit, & affectauerit literas ad patrem destinando, vt eundem à studio reuocaret. §. item tria, insti. de excusa. tuto. ita tenet expresse in scholaribus D. Ioan. Saixon, in consuetu. Turonen. in rubric. *des retraictz*, articul. 25. post Imol. in cap. cum contingat, col. vltim. de iureiuran. & cap. veniens, in fin. ibidem, Alexand. consil. 124. omissis, col. 2. in 1. volum. Thomas Parpalie in repet. l. si quis maior. no. 8. & 12. C. de transactio. hoc ius commune est, sed firmius scholasticis competit, imò firmat Spec. in tit. de renuncia. & conclusio. §. 1. ver. item est beneficium, non valere renunciationem, quam facit scholasticus, accipiens pecuniam mutuo, vt possit à creditore detineri, renũciando l. ob æs. C. de actio. & oblig. quia turbaretur publica studij vtilitas secundum Io. Andr. ibi in addit. etiam si à doctore acciperet secundum eosdem, & cum eo conueniret.

*Scholaris an rectorem comitari semper debeat.*

SEPTVAGESIMVM quartum, quod licet scholaris iurauerit rectori eum comitari, vt fit in Montepessulano, tamẽ non dicetur venire contra sacramentum, nec erit periurus, licet illum non comitatus fuerit, si tamen apud ædes suas fuerit iusta ex causa, vtpote quia studebat, nã qui apud ædes suas sunt, ex iusta causa abesse videntur. l. cum verò. §. si. cum l. seq. & ibi expresse hoc dicit Benedict. de Plumb. ff. de fideicomm. liber. quod bene nota tu de Montepessulano, qui quotidie non vis comitari rectorem, sed vis domi studere, si tunc sciuissem, non in cassum centum amisissem horas, quas tunc perdidi eundem sequendo per ciuitatem. Nam aliquando domini rectores volunt pompam suam ostendere, & ire ad nuptias instar Christi, & ad dominas, & ad sepulturas mortuorum, & impedire auditores, ne id temporis studeant, maxime rectores ignari, tunc consiliarij vniuersitatis debent ei societatem, & debent dimittere scholasticos audiẽtes, nec ipsi tenentur tempore quo audiunt venire ad eum, nisi pro vrgentibus negocijs vniuersitatis, & quando vadit die dominico ad missam, imò male faciunt rectores, dictos auditores & lectores impedientes, maxime mea memoria impediebant collegiatos *du Vergier*, quibus semper inuidebant, & adhuc forte non est extincta inuidia, faxit Deus vt extinguatur, & quod vniuersitas permittat illos in pace viuere, & prosperam vitam ducere, si literis vacet: quia eos magnopere vidi molestari, tam obloquendo in eos, quàm alio quoquomodo poterant, sed non est mirandum, quia prius odio me habuerunt gratis, & quicquid potuerunt contra me fecerunt, deus eis parcat, & gratiam ista cognoscendi tribuat, & inuidiam, quæ penè totam vrbem peruasit, exilio mittat.

*Scholares rectori non obedientes quando sint periuri.*

SEPTVAGESIMVM quintum, quod quamuis periurus sit infamis. l. si quis maior. C. de transactio. cum distinctione ibi tradita, & in l. Lutius. ff. de his qui notan. infamia, Iaso. in §. item si quis postulante, insti. de actio. gloss. in cap. querelam, de iureiurand. cap. venerabilem. de electio. cap. infames. 6. quæstio. 1. cap. 2. de rescriptis.

Fallit tamen in studentibus, qui si non obediant rectori, sunt periuri, tamen non propterea sunt infames, nisi per sententiam condemnentur, vt not. Bald. & Ias. in d. l. si quis maior, & quidam scholastici non multum curant de periurio, nam sunt scholares ergo periuri, dicit Barba. in rubr. de iureiurand. in cle. sed contra malos arbitror loqui, nam boni bene curant, aliàs facerent contra præceptum domini, positum Leuitici 19. cap. & Matth. 5. ibi Non periurabis in nomine meo, cap. habemus, & cap. si peccatum. 22. quæst. 1. cap. & si Christus, de iureiurand. nempe vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga, & quando sit peccatum mortale, vide per S. Thom. 2. 2. quæst. 98. artic. 2. & in 3. senten. distin. 32. ideo esset prouidendum, vt studentes non iurarent obedire, cum facile transgrediantur iuramentum, sed potius esset statuenda pœna contra inobedientes, sicut papa facit in cap. clericus, de iureiurand. & Imperator in authen. cui relictum. C. de indict. vidui. tollend. vt dicit Hippo. in l. quæstionis, nu. 86. ff. de quæstio. & in practic. sua, in §. postquam, num. 4. sed ego dico minime mutanda esse, quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legibus. Imò si scholaris non vult iurare obedire rectori, non debet haberi pro scholari, & ab vniuersitate scholastica potest expelli, cap. ex literis, de constitutio. Bal. in ca. vno, de controuersia feudi apud pares terminanda, & quod nota. in l. quædam. §. nummularios. ff. de edendo, Iacob. in tracta. de feud. in verb. & dicti vassalli, col. 6. & potest rector pręcipere scholasticis, sub debito iuramenti, cap. veniens, de iureiurando. & tunc inobedientes non sunt periuri, sed rector posset eos mulctare, secundum Zabarel. & Socin. in cap. ex transmissa, col. 2. de foro compet. quod est magnum pro studentibus, si est verum, ipsis relinquo cogitandum, facit quod dicit Bald. in l. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. prout refert Porcus & alij, insti. de testa. milit. in princip. quod scholares contumaces & inobedientes rectori, possunt legitime matricula priuari, & sic priuilegiis vniuersitatis. d. cap. ex literis, de consti. facit tex. in simili, in cap. cum in ecclesiis, de maior. & obedien. vbi monachus qui non vult obedire priori, priuatur consortio fratrum, ita scholasticus, qui non vult iurare obedientiam rectori, debet priuari. Thom. tamen Ferra. cautel. 3. tradit vnam cautelam, per quam

non erit periurus, videlicet, vt faciat se in aliorum albo, hoc est in matricula describi die feriata in honorem dei, vel sanctorum, & illo die iuret statuta seruare, nam si postea non seruet, non erit periurus, nec priuilegiis vniuersitatis erit priuandus, cum illud iuramentum non valeat, cap. I. de feriis, cui non assentirem, cum text. inhibeat ibi tamen sacramenta præstari, nisi pro pace, sed non dicit, si præstentur esse nulla, ideo tenerem illa iuramenta seruanda, postquam præstita sunt: igitur vobis consulo amantissimi studentes, vt sitis obedientes, nam in dubiis semper est obediendum, cap. si autem. II. quæstio. 3. melior est obedientia quàm victima, primo Regum 15. cap. & Ecclesiast. 4. cap. quæ in tribus consistit, videlicet in reuerentia exhibenda, in mandato suscipiendo, & in iudicio subeundo, glossa in summa. 93. distinct. & nouem debet habere conditiones, cap. sciendum. 8. quæstione prima. & ibi Archi. & multa ponuntur per Hostien. in summa, de maio. & obedien. & per doctores in l. veluti. ff. de iusti. & iur. Thom. in 2. 2. cap. 3. de obedientia, Angel. & Siluest. in suis summis, in verbo obedientia, & quando princeps quid præcipit, si ei non obediatur, non possidet nisi labia sua, secundum Barba. in additio. ad Bald. in cap. vno. §. marchio, qui feud. dare possunt, vide Panorm. in cap. venerabilem, in fin. de electio. dixi in requisitis infra, & in text. ibi, ad obediendum deo, &c.

*Obedientia in tribus cõsistit.*

SEPTVAGESIMVMSEXTVM est, quod si scholaris iurauerit (vt fieri in gradu baccalaureatus solet) sumere gradum in aliqua vniuersitate, eo non obstante tamen iuramento, & sine metu periurij, poterit in alia vniuersitate gradum accipere, propter nouum examen, quod ibi subire tenetur, & sic ex noua causa, cap. 2. de renuncia. & ibi gloss. & docto. Georg. Natam in repet. cap. quanuis, col. 4. de pact. in 6. Barba. consilio 20. col. 12. in 2. volum. Iason in l. nulli, col. tertia. C. de iud. idem tenet Felin. in cap. ex insinuatione, de symo. quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus. l. fin. ff. qui satisd. cogan. l. fin. ad municipa. cap. quemadmodum, de iureiurand. Bartol. in l. 1. §. & post operis. ff. de noui operis nuncia. facit, quod dicit Ludo. Rom. consil. 22. incipiente, propositæ mihi &c. col. 2. quod si iurauerim de cætero non petere bona emphiteotica, intelligitur nisi ius mihi de nouo proueniat. d. cap. 2. vtpote si petam ex noua concessione, scribit idem Rom. consil. 503. incipiente, diligenter inspectis, col. 2. aliud huic rei satis accommodum, adde quod licet alienans rem videatur vsufructui renunciare, quem in ea re habebat, ex iure tamen de nouo superueniente poterit illam petere. Tertio vide gloss. in cap. ad nostram 2. de iureiurand. dicentem, quod iurans non petere vsuras, potest illas petere, si testator iussit eas restitui in testamento, quia tunc ex noua causa petit. Huc accedit, quod si filia renunciet bonis paternis cum iuramento, excluditur à petitione, si pater moriatur ab intestato, cap. cum contingat, de iureiurando. & ca. quamuis, de pactis, in 6. Tamen si per patrem instituatur hæres, poterit ex noua causa videlicet ex testamento petere bona, licet ea remisisset, Bartol. & alij in l. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obligatio. docto. in l. pactum quod dotali. C. de pactis, & de colla. Bald. in l. cum Archimedoram, vt in posse. lega. Imola. & Ludo. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hęred. Boer. in consuetu. Bituricen. in §. 6. de testam. Decius in regula, quotiens duplici, de regul. iur. ff. Et idem si non instituatur, sed filij moriantur omnes viuo patre sola filia remanente, nam cùm illa renunciatio fuerit facta in fauorem filiorum, eis non existentibus succedet filia ab intestato, non contra testamentum. Quinto simile est, quod decidũt domini de rota decisio. 320. licet in causis. in nouis, quod licet nihil probante actore reus debeat absolui, vulgata l. qui accusare. C. de edendo. cap. fin. de iureiurand. tamen si aliquis mouit mihi litem super beneficio, & nullum ius habet tempore quo mouit litem, postea si pendente processu impetrat rescriptum, si neutri nuncupatum, & per illud ius eidem acquiratur de nouo, certe non debet absolui, quia ex noua causa ius habuit. Sexto non omitto quod dicit Hippolytus de Marsil. singul. 142. quod si semel fuit facta excussio contra debitorem principalem, iuxta authen. præsente. C. de fideiussor. & repertus fuerit non soluendo, tunc creditor aget contra fideiussorem vt ibi, tamen si de nouo incipiat debitor habere bona, potest iterum agi contra eum ex noua causa, ita tenet Cyn. in d. authent. præsente. C. de fideiussor. vbi etiam scripsi, Bal. & Paulus in l. fin. §. fin. ff. si certum petat. Bald. in l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse, Alexand. consil. 100. in 5. volum. incipiente, discussis, vide D. de Petrucia, in tracta. de viribus iuramenti, in quarto effectu. Eodem tenore fluit, quod si in contractu matrimonij fuerit appositum pactum, quod maritus teneatur degere cum vxore in loco originis coniugis suæ, si tamen noua causa inde oriatur marito, vtpote quia effectus est regius consiliarius, poterit ea non obstante conuentione illuc proficisci, & sequi cum tenebitur vxor, si velit habere noctiludium, arg. l. si conuenerit. ff. pro socio, & hoc firmat Iacob. in rub. ff. de iure dotium, dicens illud pactum valere, allegando Panorm. & alios in cap. I. qui matrimo. accusa. possunt. Fuit tamen vt fertur, prolatum arestum in ciuitate Tholosana, quo cauetur aliquem non debere gaudere priuilegiis gradus post iuramentum, nisi integra iura soluat illi vniuersitati, in qua iurauit alios gradus suscipere, & illud est statutum bona ratione, videlicet ad tollendas fraudes, quæ quotidie fiebant per ignaros minimè valentes in vniuersitatibus, in quibus primo promoti sunt, promoueri, sed vniuersitates minus famosas petebant, & ibi gradum suscipiebant in magnum præiudicium primæ vniuersitatis, ac totius Reipublicæ, quia hoc modo admitterentur, & docti, & ignari.

*Iurãs hic sumere gradũ alibi accipere potest.*

*Ius de nouo proueniens quãdo attẽdi debeat.*

*Limitatio ad authen. præsente. C. de fideiusso.*

SEPTVA

Conueniri nō potest pater in loco studij quādo uisit filium.

SEPTVAGESIMVM septimum est, quod si pater visitat suum filium studentem, non poterit in loco, in quo filius studet, pro contractibus alibi gestis conueniri, gloss. singul. in l. 2. §. legatis, in verbo, ob aliam causam. ff. de iudic. expedit enim patribus proprios visere filios, tum vt videant an literis vacent, cum eos plus diligant quàm seipsos. l. isti quidem. ff. quod metus causa. Aufrer. in stilo parlamen. in prima parte, rub. de adiorna. in causa appella. §. an autem, vbi hoc dicit esse verum, etiam si pater viseret filium Lutetiæ Parisiorum, quæ est communis patria, sicut olim Roma. l. Roma. ff. ad municipa. nempe absens ex causa necessaria, vel probabili, non dicitur absens voluntarie, cap. fin. de foro compet. & qui non est voluntarie absens, non potest communiter conueniri extra domicilium. dicto §. legatis, & ibi Paul. ergo hic pater non poterit conueniri, nam finguntur eo in loco non esse illi, qui sunt ex causis supra expressis, in dicto §. legatis, & in d. cap. fin. de dilatio. sicut igitur si ibi vere non esset, non posset conueniri, ita quando fingitur non esse, quia idem operatur fictio in casu ficto, sicut veritas in casu vero. l. qui ad certum. ff. loca. vel qui casu in aliquo loco est, vel ad tempus, adesse non videtur, & econuerso qui ad tempus vel casu abest; non videtur abesse. l. quæsitum. ff. de lega. 3. l. ex facto. §. rerum, de hære. insti. Item sicut non conuenitur pro contractibus alibi gestis, ita non dicitur incola, licet sępius visitet filium, text. in l. 2. C. de incol. libro 10. quia non videtur habere ibi domicilium. l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iniur. ergo non tenetur ad custodiam portæ illius ciuitatis. vel ad alia munera ibidem imposita, vt patet in d. l. 2. & ibi Bartol. patruus meus magnus, & alij. Idem in fratre, matre, & aliis nuntiis forsitan deferentibus pecunias scholaribus, alioqui nemo vnus inueniretur, qui ad studiosos deferret pecunias, quam ob rem cogerentur studium deserere, secundum docto. in l. si longius. §. fin. ff. de iudic. quod est summopere vitandum. §. his ita, insti. de iusti. & iure.

Primò fallit quando pater promisisset soluere in loco studij, vtpote si Tholosanus promisisset soluere Caturci, tunc non haberet priuilegium, quia datur personæ in loco non extra locum, l. 2. C. de priuileg. scholar. lib. 12. & sequitur Ioa. de Platea, in d. l. 2. C. de incol. lib. 10. & contraxisse videtur eo loci, in quo soluere promisit. l. contraxisse. ff. de actio. & oblig.

Secundo fallit, quando in loco studij vere contraheret. l. interdum. §. fi. ff. de iud. vel ibi alios conueniret, d. l. 2. §. sed si agant. ff. de iud.

Tertiò limita, quando longo tempore ibidem moraretur, vt euitaret conueniri à creditoribus, tunc cum maliciis non sit indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vendi. posset conueniri. Albert. & Curtius in d. l. 2. §. legatis, & hoc residet in arbitrio iudicis, argum. l. primę. ff. de iure deliberan.

Quartò limitatur, quando alia ratione sortiretur domicilium, vt origine, adoptione, vel aliis modis traditis in l. ciues. C. de incol. Io. de Platea, d. l. 2. Bar. in l. 1. ff. ad municip.

Pater uisens filium studētem pro represaliis capi nō potest.

SETVAGESIMVM octauū, quòd pater visitans filium nō potest capi pro represaliis, glos. in verb. ob aliam, in d. l. 2. §. legatis, quam sequuntur ibi docto. & Bartol. in tracta. de repressa. quæst. 7. Alber. plene in l. inter eos. ff. ex quib. caus. maior. Siluester Prierius in sua summa, in verbo, represaliæ. q. 8. Bald. & Bologni. hic, quia postquam non possunt conueniri pro obligatione propria, vt in proximo supra priuilegio dixi, multominus pro alieno. Moderni in d. §. legatis. etiam secure non dicerentur adire studia, stare, & redire, prout permittit ista authen. & possunt dicere scholastici, Qui vos tangit deferentes quicquam nobis, nos tangit, & qui vos spernit, nos spernit, & qui vos impedit nos impedit, vita vestra, vita nostra, contrarium verò dicit Panor. in c. 1. de sepul. de sacerdotibus, quòd laicorum vita est presbyteris passio, mors verò illorum est sacerdotibus consolatio, sicut mors pullorum & caponum vita nostra dicitur, sic vita meretricum, & cohabitatio est mors, perditio, & infamia scholarium, maxime ecclesiasticorum virorum.

Damnū inferens consanguineis scholariū in quadruplum punitur.

SEPTVAGESIMVM nonum, quod sicut punitur in quadruplum damnum inferens scholari, vt in text. huius authen. dicitur, ita qui patri, aut fratri, aut nuncio, illum visitanti, quia nisi istud esset, impedirentur consanguinei studentis eundem visere, & sic non deferrēt ad eum pecunias, quæ sunt studiorum nerui, de quibus non pauca scripsi in proœmio cōcor. in glo. res nummaria, & glo. seq. & sic esset causa, quod desererent studium, ideo statuitur, vt hic Bald. in hac authen. hoc nuncupatim firmat, & istud non contempsit Tiraquel. in 14. lege connubia, fol. 173. & sequen. versic. facit cap. sciant, de electio. lib. 6. Ista pœna an seruetur contra iudices, qui hoc vindicare neglexerint in text. scripsi. Item famuli habent priuilegia propter scholasticos, vt in text. & infra, etiam abundantius scribo, sic & multo magis consanguinei scholarium, qui studentibus alimenta subministrant, postremo quia temeratores huius cōstitutionis in quadruplum puniuntur, in ver. hac igitur, & ipsi impedientes cōsanguineos scholarium, & iniuriam inferentes sunt huius temeratores, igitur punientur pœna huius tex. quæ est quadruplum, dic tamen vt in tex. scribam.

Mandatum re etiam integra fauore scholarium morte non expirat.

OCTVAGESIMVM, quòd & si mādatum reintegra expiret morte mandatis. l. mandatum, cum similibus. C. mandat. dissimulatur tamen studij gratia instar dotis, per text. sing. in l. si ego. §. 1. ff. de iure dot. secundum Francisc. Cremen. sing. 143. mandatum, &c. & Hippol. sing. 44. mandatum, Alex. in l. qui Romæ. §. Flauius. col. 4. ff. de verb. oblig. & Ias. in l. eius, ver. placebat, col. 1. si cert. peta. idem fauore libertatis est statutum, in l. si pater. ff. de manumiss. vind. & in pia causa, idem concludit Bal. in auth. si qua mulier, circa fi. C. de sacrosanct. eccle. dicens pro hoc esse casum vnicum, in c. exiit qui seminat. vers. in

eo verò

eo verò casu.de verb.signifi.in 6. & in d.l.mandatum. col. 4. Ex quo infertur, quòd si Titius mandauerit suo institori, vel alteri, vt daret cẽtũ aureos pauperi scholastico, & mandans moriatur antequam fuerit tradita pecunia, & sic re integra, mandatum tamen non finietur, nec hęres poterit illud reuocare, sed ad illa centum tenebitur: vt d.l.si pater.& l.3.ff.de seruis expor. & l.fin.C.si mancip.ita fuerit alien.vt manu. sic in dote firmat Bald. de Bartolinis, in repet. l.1. num.140.ff.solu.matr.& in studio, cùm ęquiparentur, vt scripsi sæpius, æquum est illa iura habere locum, & aliàs vidi seruari Tholosæ pro quodam paupere scholastico.

*Scholasticus ab executione rescripti excusatur.*

OCTVAGESIMVMPRIMVM, quando rescriptum Papæ dirigitur alicui debet illud reuerenter accipere, & illius tenorem executioni mandare.c.si quando. & c.cum contingat. de rescript. imò si aliquis non exequatur illud, quod sibi mandatum est, grauiter puniendus venit.cap.prudentiam. §. adiicimus. de offic.deleg.c.sciscitatus. de rescript. Fallit tamen in scholaribus, qui licitè se possunt excusare, si ob id suarum lectionum iacturam facerent, & illa excusatio est iusta & rationabilis, secùndùm Ioan. Andr.in regula, cùm qui certus est.de reg.iur.in 6.in Mercur. sequitur Felin.in d.c.sciscitatus.nu.14.col.penult.versic. similiter. in impedimento incommoditatis, quia præsumendum est, quod si superior sciuisset studiosum circa studium suum occupatum, illi nõ direxisset rescriptum, nec eidem impedimento fuisset, cùm superioris affectio consistat ad peritos habendos suo tempore, idem in Doctoribus conductis ad legẽdum, vt ea causa excusari possint. Barbat.scribit in Procemio Clement.in priuileg. Docto. & aliàs apud Bituriges me excusaui in causa mihi cõmissa, dum publicè ibi profiterer iura ciuilia, & admissa fuit excusatio mea, quia illud non dicimur posse, quod commodè non possumus. l.nepos Proculo.in fi.ibi, cùm commodum erit, hoc est cum sine incommodo meo potero.ff.de verb.signi. §.fi.insti.de offic.iudic.facit l.auus. §.fina.ff.de iure dotium. & c.faciat homo.22.q.2.c.statuimus. 2. de offic. deleg.in 6.& c.quanuis. de offic.ordina.illo lib. Vide cap.1.§.1.de foro compet.in 6.

*Scholasticus in mandatis eiusdẽ datæ aliis præfertur.*

OCTVAGESIMVM secundũ, quòd si duo impetrauerint mandatum de prouidendo, & nõ appareat de prioritate datæ, nec de præsentatione, aliàs procederet. c.duobus.de rescript.in 6.sed sint eiusdem iuris, tunc scholaris aliis in dubio debet pręferri, & sententia adiudicatoria pro eo ferri. l. in ambiguis. & ibi Dec.ff.de reg. iur. vbi in ambiguis pro dote respondemus, idem dicit ibi Decius in alia causa priuilegiata, sicut in studio, quod est magis priuilegiatum, quàm causa dotis, secundùm Panor. in c.fi.in fi. de iud.nam in eo vertitur publicus fauor in communi, quia replet mũdum sapientibus, & etiam in singulari, cum quilibet possit eos audire, & addiscere, vt suprà dictum extitit, quod non est in dote, sed hoc est expressè cautum in regula Clementis septimi, vbi dicitur,

*Studium est magis priuilegiatũ quã dos.*

quòd quando sunt duo mandatarij eiusdẽ datæ & iuris, & æquales, tunc graduati non graduatis præferantur, inter æqualiter graduatos prius. sequitur Ioan. de Selua, in tracta. de benefic.in 3.parte, quæst. 15. sed non loquitur nisi de graduatis, sed idem dicendum videtur de scholasticis, qui superant alios non scholasticos.per nota.in l.2.& ibi patruus meus Iacobus Rebuffus, & alij.C.vt dignita.ordo serue. lib.12. vbi si sint duo scholastici, studens actu præfertur non studenti, ergo à fortiori pręfertur scholaris illi, qui non est, & studens nihil studenti. adde quòd dicit Bart.in l.1. ff. soluto matrimo. quòd si duo instrumenta debiti sint confecta eodem die, & non appareat de alicuius prioritate, quod illud censetur prius, quod est confectum causa studij, & licet loquatur de doctore: idem dicerem de scholaribus, cùm sit eadem ratio, ergo & decisio.l.illud.cum similib.ff.ad leg. Aquil.additio.ad Panorm.in cap.pastoralis. de rescript. & alij ibi hanc doctrinam sequuntur, quod me Caturci iura publicè profitente euenit in mercatore, qui bona sua obligauerat alicui, & eo die literarum studioso: nam cum eius bona publicè licitarentur, scholastico prius fuit solutum, & satisfactũ, sed alteri mercatori non, cùm nil superesset facta satisfactione studenti, quòd est notandum pro primariis collegiorũ, & aliorum artium magistris, vide abundantius infrà priuileg.118.

OCTVAGESIMVM tertium, quòd prætextu alicuius exactionis, vel causæ, non debent à suis studiis reuocari. Rebuff. & Platea in dicta l.colonos nunquam. argumen. illius tex.C.de agricol.& censi.libro 11. glos. in pragmat.sanctio.in verbo, liberius. de collatio. quia cedit in detrimentum totius Reipublicæ, quando scholasticus à studio abstrahitur: nam per eius scientiam mundus illuminabitur: vt hìc dicitur, ideo existimarem non paulò minore pœna afficiendos eos, qui literarum studia perturbant, quàm qui res diuinas, vt alibi dico, imò Philippus sextus Franciæ Rex, priuilegium concessit magistris & scholaribus Parisien. vniuersitatis, quod bona eorum, de quibus in studiis aluntur, capi aliqua ex causa non debeant (verba priuilegij reddo) Considerata occasione guerrarum, nec alia occasione quacunque, per quoscunque, cuiuscunque conditionis, status, vel eminentiæ existant, pro nobis aut nostris subditis non capiãtur, aut aliàs quomodolibet arestentur, ne magistri & scholares vniuersitatis præfatæ vagandi à studio assumãt materiam. Datũ apud Vincenam anno 1340. mense Ianuarij. Item alio priuilegio verbis Gallicis concepto, concessit idem Philippus, anno 1345.die 13.Febr. præfatis magistris & scholaribus in hæc verba, *Que des biens desdicts maistres & escoliers, ne d'aucun d'eux ne prennent aucuns biens, quels qu'ils soyent, pour les garnisons de noz guerres, ne pour nostre hostel, pour l'hostel de nostre treschere compagne la Royne, ne pour noz enfans, ne pour autres quels qu'ils soyent de nostre lignage, noz Lieuxtenãs, Capitaines, Connestables, ou autres vueil-*

*Studentes à suis studiis nõ sunt auertẽdi, nec bona eorũ capienda.*

*lans, ou soy disans auoir prinses à nostre Royaume, par quelque auctorité que ce soit: mais tous les biens desdicts maistres & escoliers leur laissez paisiblement, &c.*

*Scholaris boni ingenij ante quinquennium potest effici doctor.*

OCTVAGESIMVM quartū, quanuis ad gradum doctoratus aliquis admitti non debeat, nisi studuerit saltem per quinquēnium. l. iubemus. & l. petitionis. C. de aduoca. diuer. iud. tamen quando scholaris esset magni ingenij, & spes esset, vt efficeretur doctus, tunc non venit repellendus, secūdùm Alex. in addit. ad Bart. in l. magistros. C. de professo. & medic. lib. 10. & in l. 1. C. de digni. lib. 12. glos. in verbo, præcipitata. in §. vt de cætero. titu. de collat. in prag. Fel. in c. at si clerici. §. de adulteris. in fi. de iud. Ioan. Rugerius, in repet. c. 1. de causa possess. & per hoc excusantur vniuersitates promouentes aliquos nondum laurea dignos, vt sub spe futuri studij videātur eos admisisse. facit quod dicit Innoc. in c. cum in cunctis. col. 1. de electio. vbi si clericus non sit sufficientis sciētiæ ad ordines recipiendos: tamen si sit spes, quod possit proficere, promoueri poterit. sequitur Barba. in clemen. 1. col. 2. de iureiuran. Præposit. & alij in cap. illiteratos. 36. distinct. ista tamen non procedunt quando per ordinationem statutum vel arestum requireretur certum tempus ante promotionem, eo casu totum tempus completum esse debet, per text. & quæ ibi plenè scripsi in §. præterea. de collat. in conord.

*Superare alios uolens in scientia non peccat.*

OCTVAGESIMVM quintū, quòd licet alios velle superare, sit peccatum superbiæ, quod est appetitus propriæ excellentiæ, vnde superbus dicitur, quia super vult videri, secundùm Isidorum in lib. Etymologiarum. tamen alios in scientia & virtute velle superare, non est peccatum. Ioan. Fab. in §. & quia. Instit. de fideicommis. hæred. per §. cogitandum. in authen. de monach. in verbo, zelus. collat. 1. & Hierony. in 3. parte, epist. 5. de institut. puero. loquitur ad Paulam his verbis, Habeat in discēdo socias, quibus inuideat, quarum laudibus mordeatur, non obiurganda est, si tardior sit, sed laudibus excitādum est ingenium, & vicisse gaudeat, & victa doleat, & hoc commune est. & Quintilian. Ille detur mihi puer, qui victus flet, &c.

*Scholaris notoriè peritus non examinatur, & maximè extraordinarij Tholosani.*

OCTVAGESIMVM sextum, quòd scholaris notoriè peritus, quādo gradum suscepit licentiæ, non debet examinari. c. nobilissimus. 97. distinct. clem. Romani. ibi aliqualem prius notitiam habebamus, &c. sub versic. nos verò. de iureiur. & ibi Barba. Lucas de Pen. in l. magistros. col. fin. C. de professo. & medic. lib. 10. Ias. in l. 1. col. 4. nume. 17. ff. qui satisda. cogan. addit. ad Bald. in l. scire leges. ff. de legib. & sic infertur ad practicam studij Tholosani, in quo si aliquis fuerit subrogatus in locum doctorum, & approbatus in extraordinarium, vel commissum, amplius non debet examinari in examine publico, vel priuato, quo munere extraordinarij ibidem functus sum, sub peritissimo & egregio viro domino Chauanaco doctore, olim ibidem regente, cuius anima cum beatis quiescat, quia postquam est semel approbatus, non posset reprobari. l. in arenam. C. de inoffic. testa. licet communiter nullus sine examine promouendus sit. cap. per venerabilem. de electio. cap. nullus. ibi, populari testimonio. 24. distinctio. vbi nullus clericus sine examine est promouendus, nisi sufficientia sua esset nota populi testimonio, & sic notoria per illum text. quem singul. dicit Rom. in l. si verò. §. de viro. fallen. 30. ff. soluto matrimo. Ego verò contrarium seruaui in vniuersitatibus, in quibus fui regens, videlicet Caturci, Biturigibus, & hic Parisiis, vt quilibet examinaretur, alioqui nemo vnus per nos fuisset admissus, ne aliquid ex solennibus omitteretur. l. diuus. ff. de in integr. restit. nam quando examen pro forma requiritur, vt in doctore creando, etiam notoriè doctus debet examinari, vt forma seruetur, sine qua actus corrueret. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibend. Bald. Perus. & Præposit. in cap. constitutis. de appellatio. & Bald. in cap. scriptum. de electio. Imol. & alij in dicta clemen. vna. de iureiuran. Albertus Brunus in tracta. de forma & solennita. actus. rubri. de implemento formæ. versi. vltimo facit. fol. 74. colum. 1. sed illud examen non debet esse tam exactum, quàm aliud, licet ego cōtrarium seruauerim in multis: nam quanto quis est doctior, tāto delectabilius examen est: loqui enim cum ignaris, & eos examinare, est caput asini instruere, & cum statua loqui, eo paruo indigent examine, docti verò maiori, & ne postea glorientur se maiora scire, quàm doctores qui eos examinauerunt.

*Doctorē suspectū scholaris ab examine reijcit.*

OCTVAGESIMVM septimū, quòd scholaris potest reiicere doctorem suum ab examine, si sit ei suspectus, & cancellarius, vel decanus prohibebit talem doctorem suspectum ingredi examen, quandoquidem doctores sunt in tali examine, vt testes. Bart. in procemio ff. omnem. in fi. princ. sed testes sine omni suspitione esse debēt. c. in literis. de testi. & Pan. in cap. causam. 2. de offic. delega. & alij eum ibi sequuntur: imò solus cancellarius potest approbare scholarem, si videat quod doctor eum reprobet iniustè, & ex odio, vt tenet Corset. in suis singul. in verbo, suspitio: nam sicut durum est coram iudice suspecto litigare. cap. cum inter. de exceptio. ita durum est ab inimico vel superbo examinari, cùm plus quærat indoctus, quàm sciat soluere doctus, & communiter dicitur, quòd affectio perturbat homines: & ideo propter affectionem non possent rectè, nec ritè deponere, quod debent facere doctores. l. nemini. C. de aduoca. diuerso. iudicio. glo. in pragma. sanctio. in tit. de collat. §. item vt de cætero. in verbo, approbatus. & Roch. de Curte, in cap. fi. col. 10. de consuet. Doctor. in l. magistros. C. de professo. & medic. lib. 10. Do. Alciat. olim apud Bituriges collega meus in repett. cap. 1. in glo. 2. nume. 21. de iudi. Qua pœna puniantur doctores approbantes imperitum, dic quod pœna priuationis dignitatis. argu. text. in cap. quando. episcopus. 24. distinct. hoc nuncupatim firmat Ioan. de Platea in l. magistros. C. de professo. lib. 10.

*Examinatio qualis esse debeat.*

lib.10. Barba.in c.ex literis.col.fin.de constit.sed hodie ferè omnes amitterent; non est tamen exigẽda nimis rigida & amara examinatio, sed mediocris. argumen. l.si quid. ff.de ædil.edict. quia qui nimis emungit, elicit sanguinem.glo. in l.sciendum. §.illud. ff.de ædil. edict. & cogitare debet examinans, quòd si examinaretur, fortè non responderet. Sed an vniuersitatis cancellarius teneatur insequi dicta doctorũ approbantium imperium. vide Barba.in d.cap.ex literis.de constitu.in fi. vbi tenet quòd sic, cùm adhibeantur vt testes, & ipse vt iudex, si tamen videret, quod ex iniquitate reprobarent examinatum, vel approbarent, ipse debet sequi veritatem, ad similitudinem iudicis examinare debentis: quanta fides sit testibus adhibenda.l.3.§. tu magis.ff.de testib.Bald.in hac authen. habita. quod est verum, quando interfuisset examini: secus si non interfuisset: nam tunc tenetur admittere præsentatum per doctores, nulla alia facta inquisitione, & sic semper cum cãcellarius non soleat interesse in examinibus in his Franciæ consuetudinariæ vniuersitatibus: secus in vniuersitatibus ressortus Tholosani, vt vidi iura in illis publicè interpretans.

OCTVAGESIMVM octauũ, quòd quando quis reprobat testem, debet causam allegare, & probare. c.causam.de offic. deleg.& ibi Doct.

*Iuramento scholaris creditur de suspitione doctoris.*

Fallit in scholaribus, quibus sufficit eorum iuramentum, quod talem doctorem habent suspectum, vt tenet Petrus de Rauen. in compẽdio iuris canonici. in d.cap.causam.2. de offic. deleg.in 2. parte. & ego vidi Tholosæ de quodam scholastico, debet tamen allegare ex qua causa illa suspitio processerit, quod est notandum, quia non est verisimile, quod scholaris vellet suum doctorẽ reprobare sine causa, nisi esset ignarus, qui nollet suam detegere ignorãtiam doctori valde excellenti.

*Doctores à scholasticis prandiũ non exigant.*

OCTVAGESIMVM nonum, quòd doctores vel bidelli, seu alij, non debent exigere pastum à scholaribus primo legere incipientibus, vel à nouis baccalaureis, etiam si consuetudo aliter disponat, vel statutum, vt in Montepessulano. cap.1. & ibi Ioan. de Ana. de magist. licet valeat statutum, quòd collegiatus seu bursarius pro iucundo aduẽtu collegij, debeat quicquam aliis, vtpote prandium soluere, vel aliud l.his verbis.§.alumno. ff.de lega.1.qui est singul.secundùm Bald.in Margar. in verbo, legatum.8. q. Huic sententiæ subscripsit Alber. in prima parte statutorum.quæstio.66. quanuis illa cõsuetudo reprobetur in ecclesiis, siue sint monasteria monialium, siue aliæ ecclesiæ, nec euitatur simonia.c.quoniam. de simon. & sunt excommunicati, dantes pro ecclesiæ ingressu aliquid, & non possunt absolui ab alio quàm à Papa, nisi in mortis articulo, si pœniteãt.text.in extrauag.fin.de simo.in communibus.

Limita tamen, quãdo pro victu personæ aliquid reciperetur in monasterio, vel ad fabricam ecclesiæ, vel ad aliam ipsius ecclesiæ vtilitatem, tũc etiam si ex statuto fiat taxatio, vt tantùm soluatur pro vna cappa, videlicet triginta aurei, vt in ecclesia Bituricen. tunc debetur, vt scribit Aufre.in decisio.capellæ Tholosa.q.311. item, &c.an ingrediens.vbi allegat beatũ Thomam & Theologos.vide.ibi, & Guido Papæ, q. 80.videmus.& Felin.in cap.cum M.num.20.de constitut.& consuetudo dandi prandia per episcopum, & alias dignitates, an valeat? quod sic.scripsi in §.fin.versic.quinto. etiam de reseruatio.in concorda. vbi dixi approbatum fuisse per arestum huius Senatus, & illa collegialia loca, seu bursæ, vt quidã vocant, non debent vendi, testis est Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo, duas.num.59.de testam.vbi asserit Tholosæ fuisse aresto prohibitum.

*Doctor collectã à scholasticis non exigit.*

NONAGESIMVM, quòd doctor non potest exigere collectam à scholaribus pauperibus.cap.quia.& ibi nota.de magist. arg.c.sicut.47.distinct. & faciunt sequẽtia, quia à pauperibus nihil est exigendum, nec quidem sportulæ.authenti. de manda.princip. §. si tibi.. collat.3.glos.in l.omnes. in prima. C. de anno. & tribu.lib.10.singul.secundùm Ioan. de Platea ibi. & in l.ad subeunda. de decurio.eod.lib. & Bald.in tracta.statu.in verbo, minus.vnde consuluit Roman.consil.369.circa.numero 32.in 6. dubio. quòd officialis potest remittere collectã pauperi, iure hoc approbante. Item conuenit text.in l.fin.C.de anno.& tribu.lib.10. vbi compositio de non soluenda parte tributorum facta cum paupere, valet. facit quod pulchrè vult Bald.in Margarita, in verbo, inopia, quod pauper non valens soluere, non potest excommunicari, eum refert & sequitur Celsus Hugo in additio.ad patruum meum, in l.prima.C.de suscepto.lib.10. quod verum intelligerem, quando hoc iudici allegaret & reprobaret: secus si fuerit contumax, quia ex contumacia excommunicari potest Host.in summa, de dolo & cõtum.Præterea inanis est actio quam inopia debitoris excludit.l nam is ff.de dolo.c.olim.2. de restit.spoliat.item notarius licet sit multum vorax.l.1.C.de numer.& actu.lib.12. tamen nõ debet recipere mercedem pro instrumento facto pauperi.Rom.in repe.§.de viro.l.si verò.fall.46. ff.solu.matr.item sicut notarius nil debet à paupere recipere, sic nec iudex. c.statutũ. §.insuper. de rescrip.lib.6.in auth.de manda.princ.§.si tibi. colla.3.imò iudex pauperi tenetur prouidere de aduoc.l.1.§.ait Prætor. ff. de postul. sed pauperi dabit aduocatũ expensis publicis, vel Regis in hoc regno Franciæ, & ita vidit Iacob. Bonaud. fieri in ciuitate Nemausen.& fortius dicit Boer in consuet.Biturig.in §.24.de consuetu.feud.in addit.nouis.quòd si pauper habet litẽ cum Rege, & non habet vnde faciat expensas, Rex eidẽ administrat aduocatum, vt veritas causæ seruetur.Idem dico in magistro, qui pauperes scholares gratis docere debet. c.1.de magist. Ideo tã in Montepessulano, quàm Tholosæ, Cathurci, Pictauis, & hîc remisi multis pauperibus non volentibus soluere pẽsionem, quam ab eis exigebam, tam legendo rub.de verb.signific.extraordinariè, quàm institutiones.

*Priuilegia pauperum.*

Xx 2

Item aduocatus nil à paupere recipiat, aliàs peccat in foro conscientiæ. Alber. in l. nec quicquã. §. fin. ff. de offic. proconsul. l. vna. C. de suffrag. quod est verum, quando soluere non possunt. Stephan. Aufre. in stilo parlamen. rubr. de modo & gestu quem debet habere aduocatus. Angel. de Claua. in Summa Angel. in verbo, aduocatus. Petrus Iacob. in sua practica, in rub. de actio. pro socio. & ibi in addit. Ias. in §. tripli. nu. 54. instit. de actio.

Item dicit Bald. in l. illicitas. §. illicita. ff. de offic. præsid. quod maxima & capitalis est iniuria auferre illud modicum, quod habent pauperes, ac si auferrent eis oculum. Præterea iudex debet esse protector pauperum, ne iniustè molestentur: quia beatus est qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, vt dicit Dauid Psal. 40. Vlterius pauperibus, qui laborare non possunt est subueniendum. cap. episcopus. 82. distinct. non minus crudelis est, qui à paupere vsuras exigit, quàm qui diuiti rapit. cap. quod dicam. 14. quæst. 4. & pauperum res fraudare est sacrilegium. 22. q. 2. cap. gloria.

Item pauper potest implorare officium episcopi tempore penuriæ, seu caritatis, vt cõpellat diuitem ad faciẽdum eleemosynam. c. quiescamus. & ibi gl. 42. dist. pro paupere. in dubio iudicans non reprehenditur. gl. in l. qui filiũ. §. Sabinus. ff. ad Trebel. per tex. sing. in l. nõ puto. ff. de iure fisc. Item causam pauperis iudex citius debet expedire, quàm diuitis gl. sing. in c. imprimis. 2. q. 1. Rom. in repet. l. si verò. §. de viro. col. 20. fallen. 25. ff. solu. matri. & sic audientia debet ei facilè concedi, vt dico in ordina. reg. iudex propter paupertatem potest mulctam remittere. l. illicitas. §. fin. allega.

Itẽ pauperes excusantur à prosecutione appellationis, per annum vel biennium. Panor. in cap. ex tenore. de appella. Bal. in l. cui acceptam. penul. col. C. de vsur. licet contrarium tenuerit, in l. fin. C. de condi. insertis. primam tamen opinionem tenet Mathesi. not. vlti. & Franciscus Cremen. sing. 121. dicens se liberasse pauperem à furca, cùm non potuisset appellationem prosequi. Præterea paupertas impedit moram committi. l. quod te. ff. si cert. petat. & pœnam in spiritualibus. Innoc. in p, & g. de offic. deleg. Item excusat à periurio, quando non potest pauper in termino soluere. Bald. in cap. 1. §. porrò. quæ fuit prima causa benefic. amitten. Adde quòd pauperes beneficiati non tenentur ad hospitalitatem. cap. de monachis. de præb. Præterea non possunt compelli, vt ad ecclesiarum reparationem contribuant. cap. de his. de ecclesiis ædifican. Panormit. in quæst. incipien. Sempronius. Aufre. quæst. 499. Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo, si absque. in 2. in substitutione fideicommissaria. nu. 3. de testa. quod quidam iniqui iudices non seruant.

Item omnia priuilegia, quæ ecclesiæ competunt, & pauperibus. Bald. in l. penult. §. cum autem. in fi. C. ad Trebel. quod non firmo: Et paupertas non est mala, nec in sorte malorum. c. illa. in fi. 15. quęst. 1. ideo non est contemnenda, cùm Christus eam dedicauerit. 12. quæst. 2. cap. gloria, vt sustinentes per patientiam coronentur, & diuites ipsis benefaciendo mereantur. 47. dist. sicut perfectius legimus Thebanum Epaminũdam tot victoriis clarum Imperatorem adeò diuitiarum abstinentissimum, vt vnica veste contentus, si quando vetustate consumpta resarcire opus foret, domi clausum se tenere, quem Thebani publica impẽsa & ære collato, ob inopiam extulerũt. Aristides se magis gloriari in paupertate publicè testabatur, quã cæteri diuitiis. Hippias quoque philosophus Eleus ad id inopiæ deuenit, vt vestem, annulũ, crepidas, & soccos, quæque cultui erant necessaria, ne quid temporis deperiret, suis manibus elaborauerit, si Alex. lib. 3. genialium. cap. 11. credatur. Item paupertas prodest. glos. in l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cleric. & in §. 1. instit. quib. manu. licet vel non. & in l. cum non facilè. ff. si cui plusquam. per leg. Falci. & in l. si quis. qui & à quib. manu. liber. & in l. si procuratorem. §. penulti. ff. mand. & in auth. de ecclesiast. tit. §. si quis in nomine. collatio. 9. Sed à tali prodesse liberet nos Deus, dicunt Doctores, in d. l. si quis ad declinãdam. & in d. §. 1. instit. quib. manu. licet, & si diuinæ placeret clementiæ, volebat esse immunis ab hoc prodesse, & idem de filiolis suis. Barb. in c. significantibus. de offic. delega. nu. 2. & scripsi in tracta. nomina. in fi. quippe hodie paupertas est derisui. Iuuenalis,

*Thebanus una ueste cõtentus fuit.*

*Nil habet infœlix paupertas durius in se,*
*Quàm quòd ridiculos homines facit.*

Differunt tamen pauper & inops, quia pauper idem est quod parum habens, inops, qui nihil habet, secundùm Alex. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. in fi. ff. qui satisda. cog. & Ias. in l. si ab arbitro. in fi. illo tit. & ibi dicit, quod inops dicitur ab in, & opus, sed malè dicit, quia secundùm hanc deriuationem, inops diceretur sine opere: ideo dico quod inops dicitur ab in & ops, quod hodie non est in vsu, quasi sin, opibus, id est diuitiis, & ita exponit Sipontinus in suo Alphabeto. Aliquando tamen non ab opibus, sed ab ope deducitur inops, & sine ope significat, vt inops consilij.

*Pauper & inops differunt.*

Sed cùm omnes scholares sint pauperes, vt hìc, maximè finito studio, quando reuertuntur ad patriam, qui possunt dicere,

*Nunquam ære grauis domum mihi dextra redibat.*

vt dicit Virgil. 1. Bucolic. ergo non tenentur aliqui ex eis soluere quicquam. Respondeo scholares esse pauperes post perfectum studium, sed in principio sunt diuites, vt hìc de diuitibus pauperes, aliàs posset dici, haud facilè emergũt, quorũ virtutibus obstat res angusta domi. Iuuenal. & Philosoph. 1. Ethic. cap. 8. inquit, Fieri enim non potest, aut non facilè fit, vt is res agat præclaras, cui facultates desunt: multa nanque per amicos, per diuitias, per ciuilem potentiam, tanquam per instrumenta aguntur: & sic ab initio non liberantur, nisi sint pauperes, & non valentes soluere: tamen multi ob diuitias periere, vt Satyricus clamat,

Nocitura

*Nocitura toga, iam nocitura petuntur,*
*Militia, & torrens dicendi copia multis.*

Alia vide in cap.3.lib.1.Ethico.c.4. & seq. Ideo Phocion Atheniẽsis perpetuò fuit pauper, cùm ditissimus esse posset, propter frequenter delatos honores, & potestates summas à populo sibi datas. Hic cùm à rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatíque eum ad recipiendum hortarentur, quia si his ipse facilè careret, filiis tamen suis difficile esset in tanta penuria gloriam paternam tueri, quibus respõdit, si mei similes fuerint, hic agellus eos alet, qui me ad hanc gloriam perduxit, si autem dissimiles, nolo meis impensis eos ali, fouerique illorum luxuriam: vnde hanc paupertatem intuens Philippus Pulcher, olim Franciȩ rex, magistris, & scholaribus vniuersitatis Parisiensis concessit, ne mutuare pecunias, vel aliud teneantur, etiam pro impugnatione inimicorum regni, quia vix sibi ipsis suppeditare possunt, quomodo aliis mutuabunt? hoc fuit concessum anno 1295. die Martis, post dominicam Trinitatis.

*Mutuare regi, scholastici nõ tenentur.*

Quid sit paupertas, ponit Lucas de Penna, in l.2.col.6.& seq. C. quando & quibus quarta pars debeatur.lib.10.

Priuilegia alia paupertatis vide per Feli. in c. si qui.col.4.de testi. per Doct. in l.si constante. ff.soluto matrim. in auth. præterea. C.vnde vir & vxor. & vide in additio. ad Alber. in verbo, paupertas.quæ ibi addidi, & in repert.Rosel.ad repet.Ioan.Crotti, & si in hac materia vltra morem solitum diuagatus fuero, me excusatum habebis, quia hanc sororẽ meam, quæ mecum semper habitauit, & adhuc in dies me amplexatur, & quocũque me vertam, sequitur, & in qua tandiu delectatus sum, non potui breuibus verbis compensare, in ea quæ non congaudere, & pro mea parte ei non satisfacere.

*Ordo scholasticus in rescripto nominari debet.*

NONAGESIMVMPRIMVM, quòd si aliquis impetret rescriptũ ad conueniendum scholarem, nominãdo eum nomine proprio, & non faciendo mẽtionem de ordine scholastico, videlicet, quòd sit scholasticus: tunc illud rescriptum non valebit, nec ratione illius poterit studens conueniri. cap.cum ordinem.de rescript.& hoc ibi notat Barba.col.2.& seq.& ratio est, quia cùm contra ius rescribitur, illud ius debet exprimi, aliàs non valet rescriptum.l.fina.C.si contra ius vel vtilita.public.secundùm Bar.in auth.ex complexu.C.de incest. nupt. Alex.in l.acta.ff.de re iudic.glos.in c.1.de rescript.c.neminem.3.q.6.sed studentes sunt priuilegiati respectu fori, vt non possint cõueniri, nisi coram suis iudicibus, vt hic, & in §.illud verò.in proœm.ff.& per scriben. in c.ex literis. de constitut.sicut Cistercienses.in d.cap.cum ordinem.ergo non valebit, nisi fiat mentio de ordine scholastico, cùm hoc priuilegium sit in corpore iuris insertum, facit text.in cap.fin.no.1.de præsumptio.vbi dicit non valere rescriptum, in quo impetrans asserit se scholarem, cùm nõ sit: quia non ita facilè Papa concesisset, si sciuisset eum non esse studentem. allegat Specul.in tit. de rescript.præsentatione. §.ratione autem impetrantis. versic. sed vbi scribitur pro scholari. sic non ita de leui ne studio scholastici impedimento esset, rescriptum concesisset contra scholarem, quàm contra alium. argu.c.postulastis.de rescript.& aliàs in Montepessulano obtinui contra quendam, qui literas impetrauerat regias, contra Titium laicum, & alios: & illis literis volebat vti contra scholasticos, sed ex his fuit prohibitus, & per textum, & not.in cap. sedes. de rescript. Idem vidi apud Pictones, in literis inhibitionum à Principe impetratis, contra talem N. & alios, vt scholasticos non comprehendant per supradicta, quod est valde notandum, & sequitur de Ripa, in cap.1.num.100. de rescriptis, & hoc valere potest mille aureis scholasticis.

NONAGESIMVM secundum. Licet non valeat rescriptum, si ciuis Mediolanen.dixerit se Bononien.vel si aliquis Biterren. dicat se Tholosanum.cap.significante. de rescr. nam si dicatur talis, de Florentia, vel à Montepessulo, denotat originem. Bart.in l.prouinciales.in fi.ff.de verb.signific.Bald.in l.1.§.quod autem. de tuto. & curato. datis ab his. Alexand. consil.150. viso themate.si verò dicatur Tholosanus, vel Aurelianus, intelligitur habere domicilium, vel originem, nec dicitur quis Aurelianen.vel Bituricen. quanuis ibi habeat plura bona, nisi alterũ istorum habeat, sic concludit Dec. consil.550.iuridicam.in fi.

*Scholasticus Parisien. si ibi studeat, dici potest.*

Fallit tamen in scholaribus, qui si fuerint ciues Montispessulani, & tamen in supplicatione, vel rescripto sic dixerint, talis scholaris Tholosanus supplicat, valebit rescriptum, licet non sit ibi ortus, dum tamen ibi studeat. Felin. in d. cap.significante.col.penult.& fin. per cap. quia in causis.de procurat. vbi Papa studentes Parisiis, vocat scholares Parisien. Nam ista denominatio qualitatis scholasticæ, potest congruere, etiam non ciui, vt ibidem.& c.ex literis.de constit.& ibi nota.

Fallit quando studium non esset ibi, vt si diceretur scholaris Lugdunen. tunc debet intelligi origine, & non valeret, si ibidem non erat ortus: quia verbum Lugdunen. debet naturaliter intelligi, & non accidentaliter. glos. in l. sed & reprobari.§.amplius. in glos. commaneus. ff. de excusat.tutor.Bald.in d.c.significante. Igitur dum dico Titius Parisiensis. hoc nomen proprium coniunctum cum nomine soli est magis aptum importare ciuitatẽ illius soli, quàm coniunctum cum qualitate scholastica, quando ibidem est studium: ideo sic intelligemus, licet Barb.in d.c.significante.aliter teneat, cui ibidem respondetur.

NONAGESIMVMTERTIVM, quanuis mutatio nominis sit prohibita. l. vna.C.de mutat.nomi.& quãdo quis fraudulẽter mutat, incidit in falsum. l. falsi. 1. ff. ad leg. Cornel.de fals. In scholasticis tamẽ nõ est prohibita. vt in §. nos verò. versic.cuius auditores. in proœm.ff.& ibi dicit Bartol.quod licet olim

*Mutatio nominis apud scholasticos, est laudabilis.*

vocarent eos dispondios, vel dupondios, hodie nomine mutato Iustinianos appellant, & quanuis antequam operam dent legibus, vel iuri canonico, in lingua Occitana, vulgus grimaldos grammaticè studentes appellet, vel artibus vocantes magistros. glo. in l. omne delictum. §. exploratores. in verbo, metu. ff. de re milita. tamen postquam incumbunt legibus, vel iuri canonico, vocantur scholares, quod est nomen honoris. §. item precium, instit. de emptio. & vend. vel domini, licet Bart. in Procemio Clem. in 2. lectura. col. 7. contra eos exclamet, qui volunt vocari *monsignore*, indebitè. Et esto, quod nomē magistri, nomen sit honoris, quia Christus voluit vocari magister, vt habetur Ioan. 13. & glos. in clem. 2. de magist. tamen hodie ex consuetudine apud legum auditores vocari magister lingua materna patriæ Occitanæ, vel Prouincię in iuriosum illis videtur: ego verò mentem arbitrarer esse inspiciendam proferētis, per l. si non conuitij. C. de iniur. Et credo hoc euenisse ad constituendam differentiam inter incumbentes grammaticæ, artibus, & iuri: nempe ho cnomen, sicut remansit penes artium professores, ita apud theologos, & medicos, & theologis non est mirandum, debent enim esse imitatores Christi in effectu, ergo & in nomine. l. à nullo. C. de feriis. vide Feli. in cap. intantum, de simon. Nota quod in Francia & Tholosæ, & ferè alibi, scholares cuiuslibet facultatis, vocantur magistri, in lingua Occitana, & Prouincia, scholares vtriusque iuris vocantur *messires*, studentes in medicina, & aliis facultatibus *maistres*, & ita vidi, & audiui seruari in prædictis locis, in quibus aliàs habitaui. vide quæ abundantius scripsi, in §. 1. in glos. magistro. de collat. in concord. Franciæ.

*Scholastici an magistri uocari possint.*

NONAGESIMVMQVARTVM, quòd scholaribus etiam clericis licitū est portare vestes breues, & indumenta cuiuscunque coloris sint, quod sic probatur, bonum est argumentum de tempore ad locum, & ecōtrario. Ias. in l. vinum. ff. si cert. pet. glos. in clem. ad nostram. in verbo, regularem. de censi. & suprà. in 2. priuil. scripsi, sed tempore peregrinationis licitum est portare arma & vestes qualescunq;. c. si quis ex clericis. de vita & honesta. cleric. sic etiam loco incongruo, puta per studia peregrinando. c. clerici officia. de vita & honest. cleric. Item studentes sunt viatores, & peregrini, vt in hoc text. & in l. cùm filiusfamilias viaticum. ff. si cert. pet. & sicut viatores possunt vestimēta ferre cuiuscunque coloris, ita & scholastici. not. in authent. omnes peregrini. C. communia de successio. c. episcopi. 21. quæstio. 4. & etiam quia nomen peregrini habent, ergo & effectum. l. à nullo. C. de feriis. sic olim habebat consuetudo Auenione, & in Montepessulano: vbi etiā vidi presbyteros in studio existētes portare tibialia, seu caligas rubeas, & alterius coloris etiam prohibiti. in clem. fi. de vita & honesta. cleric. prout placebat eis. Item de rigore iuris nullus color est prohibitus clericis secularibus nō beneficiatis. glos. singul. in clem. 1. in verbo, secularis, de electio. secundùm Cardin. ibi, & eam sequitur Alexand. consil. 149. in causa. col. vlt. in 6. parte. & c. clerici. de vita & honest. cleric. loquitur de honestate, secundùm Innoc. & alios ibi. & cle. fin. illo titu. loquitur in sacerdotibus, & beneficiatis, secundùm Bonifacium ibidem: igitur super hoc consuetudo erit considerāda. vnde dicit Corset. in addit. ad Panor. in c. cum consuetudinis. de consuetudi. quòd defendit quosdam clericos accusatos de homicidio: quia deferebant habitum scholasticum: & ille habitus ex consuetudine regionis discernitur: nempe glo. in summa. 21. q. 4. & Panor. in c. transmissam. de electio. col. 2. ait clericos posse vti vestibus preciosis, secundùm consuetudinem suæ prouinciæ: & si consuetudo non haberet diuersitatem aliquam inter habitum clericorum & laicorū, ipsa attendi deberet: adeò, quòd clericus diceretur tunc incedere in habitu clericali, quando incederet habitu honesto, & clericis consueto, & in dubio debemus interpretari vestē esse ecclesiasticam, magis quàm secularem, vt dicit Guillel. de monte Lauduno, in d. clem. 2. quem refert & sequitur Maleret, in tracta. de electio. fol. 69. & seq. Cōsulerem tamen scholaribus honestis vestibus, & eis decentibus vti, quia talis quis præsumitur, & quali habitu reperitur. l. itē apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. l. moueor. C. si seruus exportand. veneat. l. diuus. ff. de iure fisci. c. si iudex. de senten. excommun. in 6. c. contingit. illo titu. nam si breuem vestem & viatoriam communiter in vniuersitate scholasticus aliam habens deferat, breuis sensu præsumitur, si pēnam in pileo, & hunc leuem præsumemus, si vestes graues, & grauibus personis, & sapientibus conuenientes detulerit, semisapientem eum præsumes: si vestes pulchras detulerit, eum venereum: si verò vestes gerat immundas, eum coquum, seu culinæ insidentem frequenter, seu suo studio insistentem sub Saturno: tamen natum non malè arbitraberis. vide Boëtiū lib. 4. de cōsolat. prosa 3. & Lucam in l. iudices. col. 5. C. de dignita. lib. 12. attendant autem ne vtantur vestibus nimis preciosis: quia contra illos, qui vestes doctoribus congruentes assumunt, exclamat glo. singul. in c. vt apostolicæ. de priuileg. in 6. secundùm Barbat. in tracta. de præstan. cardinal. in 1. quæst. basilica 1. partis. nu. 60. imò dicit Petr. de Anchar. in d. c. vt apostolicæ. quòd tales sumentes illas vestes, & eis vtentes, debent pœna falsi puniri. l. eos. & ibi Bart. ff. ad leg. Cornel. de falsis. idem si assumant vestes scholasticorum, & non sint scholares secundùm eum, & debent vestes ab eis remoueri, & viliores quàm eos decet dari. argu. c. præcipimus. 93. distinct. hoc scribit Iacob. Bonaud. in additio. ad Ioan. de Terra rubea, in tract. contra rebelles. reg. artic. 2. tracta. 1. conclusio. 2. & in 2. artic. 2. tracta. versic. octauus effectus. in verbo, vt falsarius. 3. conclusio. plus addens, quòd scholares bene vestiti tempus consumūt ad videndas puellas & dominas, quòd non facerent, si non ita induti essent, sed honestè secundùm eū, quòd patres considerare debent, vt auditoribus vestes

*Scholastici quibus uti uestibus possint.*

*Clericis secularib. nullus color prohibetur.*

*Præsumptio ex indumentorum scholasticorum.*

vestes griseas & viles suis filiis tradant, si velint ad frugem eos perducere. Hodie verò de consuetudine ista non obseruãtur, sed ad vnguem commune vulgi prouerbium, facit qui potest: nec obseruatur titulus de vestibus oloberic. habetur tamen Ecclesiast.11.cap.in vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris extollaris, congruè tamen & decenter quis debet esse vestitus: quia eum homines honorant, qui vestimenta decorant. Helias Raynier, in ca.vt apostolicæ.de priuileg. in 6. & inter ignotos vestis est causa honoris, secundùm Specul. in tit. de aduoc.in §.sequitur.dicens his verbis homines æstimare bene indutos maioris auctoritatis, & eis assurgere, & reuereri solere, hos describens versus,

*Si careas veste, & non sis vestitus honestè,*

*Nullius es laudis, quãuis scias omnia quæ audis.*

Licet hoc non esse faciendum, dicat Seneca sic, Quemadmodum stultus est, qui equum empturus ipsum non inspicit, sed sellam eius & frænum: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione quomodo vestis est circundata, æstimat. refert Lucas de Penna, in l.2. C.de vestib.oloberic.lib.11.& l.1.col.2.C.de collegia.eod.lib.vnde diuus Bernardus, in epist. de cura & regimine domus, sic inquit, relatus per Benedict.in repet.cap.Raynutius.in verbo, cuidam Petro.num.39.de testam.de vestibus scias, quòd vestis sumptuosa est probatio pauci sensus, vestis nimis apparẽs, citò viri odium parit, stude bonitate placere, non veste: ideo mulieris petitio vestes habentis, & vestes petentis, non indicat firmitatem, sed domus turbationem, vt ibi Benedict. prosequitur contra fœminas vestibus insatiabiles, & coitu. Igitur vestis debet esse conueniens statui, ordini, & officio. c. Deus. de vita & honest.cleric. & 21.quæst. 4.c.2. & seq. extende per Benedict.vbi suprà. & domi.Ioan. le Cirier, in tracta.de iure primogenituræ.quæstio.3.prærogat.7.lib.2. & de his sunt multæ regis ordinationes, in quibus fortè abundantius dicetur.

*Qua ueste induti scholastici esse debeant.*

Quæro qua veste debent esse induti scholares, interrogatus Simmachus philosophus respondit, Illa vestis decenter induitur, quæ non trahit puluerem, nec in humum demissa maculatur, vt in eius vita continetur: & sic colore griseo indui debent, qui communiter non maculatur, & etiam quia griseus color denotat spem, quam ipsi debent habere bonam, si bene studeant, regendi Rempublicam, vt habetur in Procemio Institut.§.fina.& hoc vidi communiter fieri Tholosæ, vbi multos & Protonotarios, & alios studentes griseo panno vidi indutos: pseudo tamen scholastici veste nigra, cum scientiæ & futuris honoribus mortui sint, induti esse debent. Nota tamen, quòd quando scholaris degit in studio vestibus ipsis decentibus, quando verò abit ad patriam vestibus peregrinorum, poterit vti. glos.singul.in c.ecclesiastica.23.distinct.2.Rom.singul.361.& Corset. in cap.cum consuetudinis.de consuet.& Iacob. Bonaud. in additio. ad Ioan.de Terra rubea, in tracta.1.artic.2.contra rebelles reg. conclusio.2. & ita prædicta intelligenda sunt: nam cùm scholæ in ciuitatibus sint, moribus illorum qui in ciuitatibus degunt vtatur: nam Diogenes corpore fuit seminudo, veste humili, & sordida, qui cum Rhodios veste conspicuos cerneret, illos nimium insolentes dixit: rursus cum Lacedæmoniis in veste sordida & inhonesta occurrisset, etiam hos insolentes nuncupauit. Pythagoras alba amictus veste, neque ex mortuo animali quippiam ferens, auream coronam gestabat, nonnunquam purpuratus: Crates mãticam & sordidum palliolum, Aristippus Socraticus Milesiã chlamydem, aliquando amictum viliorem induebat, cætera nudus: Aristoteles verò decorus habitu, & nitido vestitu fuit, tonsa coma, digitis auro redimitis, teste Alexan.lib.4.genial.cap.18.

*Philosophi quibus utebãtur uestibus.*

Quæro, si testator legauerit alicui vestes hyemales, quo tempore debeant tradi, & assumi? text.in l.1. C.de milita.veste.lib.12. decidit hyemales calendis Septembris, æstiuas calend. tradendas Aprilis. idem firmat Corset. in sing. in verbo, vestis. vbi dicit hoc esse notandum pro famulis, quibus promittuntur vestes æstiuæ & hyemales, vt hoc modo debeãt distribui, tamen quando aliquis vult vestibus pro libito vti, est consideranda qualitas regionis: nam in Montepessulano ante calend. Aprilis, in montaneis partibus, patriæ Lemouicen. vel Aluerniæ, nec quidem calend. Aprilis, nec Maij, nec aliquando in toto anno vestes æstiuę assumuntur, posset tamen famulus illo tempore vestes habere, si eidem promissæ essent, vel scholasticus, si eidem sic deberentur.

Quantum & quot sit soluendum sartori pro veste.text.solennis, & non contemnendus, in l. fortissimis. C.de milita. veste. dicit vltra vnum florenum non debet solui. illum allegat Ias. & dicit notandum, in §.tripli.nu.53.instit.de actio. de consuetudine tamen non seruatur, sed pro labore taxatur salarium, & pro locorum cõsuetudine, & plus Parisiis, quàm alibi soluitur, vt expertus sum.

NONAGESIMVMQVINTVM, quòd licet quis non cogatur ad faciendũ, sed si promittens nõ fecerit quod promisit, tenebitur ad interesse.l.si quis ab alio.§.fina. ff.de re iudic.l.stipulationes non diuiduntur. §. Celsus.& l.cùm stipulatus sim mihi.§.fin.de verbo. oblig.quia esset quædam species seruitutis, quæ inter homines liberos reprobatur.l.ob æs. C.de actio. & oblig.Bald.in l.si traditio. col.2. C.de de actio. empt. & alias rationes assignant Doctores in locis suprà citatis. Fallit tamen, quando scriptor promisit librum scribere scholastico: tunc enim interesse præstando non liberatur, sed præcisè potest cogi ad scribendum ratione vtilitatis publicę.glos.sing.in l.stipulatio. §.opus.ff.de operis noui nuncia.quam sequuntur Bart.Alex.& alij, in d.l.stipulationes. in 8.q. & Specul.in tit.de renuncia. & conclusio.in §.1. versicu.item est beneficium. & Petrus de bella Pertica, in l.si hi contra quos. C.locati. Bald.in

*Scriptor precisè cogi potest librum, quem promisit scribere.*

dicta l.si traditio. columna 2. C.de actio.empt.

Amplia procedere, vt etiam possit scriptor, si non scribat, in compedes conici.gl.in d.l.stipulatio.§.siue.& ibi miratur Bart.cur scriptores eam non cancellauerint.sed eo quod illam non intelligebant, factum esse arbitror.

Intellige procedere, in scribente libros legales, vel medicinæ, aut theologiæ, & similibus: secus in scriptore, qui promisit scribere fabulas Bocatij, vel facetias Pogij, seu aresta amorum, vt firmat Bald.in l.nec patronis.in fi. C.de operis libert.quia in his vtilitas publica cessat, secũdùm eum ibi.& in l.vna. C.de senten. quæ pro eo quòd interest.sequitur Vincen.in l.in executione.in 7.fallen.nume.167. de verb.oblig. Rauen.in Alphab.in verbo, facere. Et non solùm potest præcisè cogi, si in seculo remaneat: imò etiam si iurauerit scribere, & postea fuerit effectus monachus: nam in religione existens tenebitur libros, quos promisit, & iurauit scribere, nisi à diuinis retraheretur, per glo. & ibi Archi. in c.præterea.51.distinct.Panor.& Felin.in cap. cum I,& A.col.penult.de re iudi.ratio est, quia studere in illis libris, & scribere, publica versatur vtilitas.l.1.C.qui ætate.lib.10.vt ciuitas peritis hominibus repleatur, sicut dicitur versari, vt hominibus liberis repleatur.l.1.ff. soluto matri. & Lucas in l.1. col.2. C.qui æta. lib.10.secus in istis figmentis Bocatij & aliorum: ergo cessante publica vtilitate, cessabit hoc priuilegiũ. l.quod dictum.ff.de pact cap.cum cessante.de appellat. item quia scholarium in his legalibus libris nõ interest in pecunia, quia istud interesse esset inæstimabile, ad quod agere non possunt, quare præcisè compellent scriptorem. l.penulti. & l.si liber.ff.ad exhibendum.sequitur Lucas in l.1.C. de colo.Ilyricia.col.1.lib.11. Vlterius ex legũ intellectu mundus illuminatur, vt hîc non ex intellectu fabularum, inde dicit text.in l.poëtæ.C. de professo. lib.10. quod poëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur, quia est ars mentiendi.& Cato dicit,

*Nam miranda canunt, sed non credenda poëtæ.*

*Poësis tres sunt species.* Et Philosph.1.Metaph.multa mẽtiuntur poëtę, & huius artis tres sunt species: historia, fabula, & argumentum, siue comœdia: & sub historia continentur satyra, & tragœdia: de quibus per commentatores ad Persium, Iuuenalem, Horatium, & in tragœdiis Senecæ. Poëta vates nuncupatur à vaticinãdo, quia olim & hodie quasi in quandam vesaniam in scribendo cõmouentur, sicut veri cantores, qui semibreuibus repleti tantùm in dies diminuunt, quod ferè penitus sensu carent, & officium poëtæ est, vt quæ verè gesta sunt, alia specie obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa traducant, secundùm Lucam in d.l.poëtę:& hi verè garruli sunt secundùm Philosophum in 3.Ethico.sic pictores & poëtæ, quantum ad libertatem mentiendi comparantur, in cap.quanto.de iureiur.per glo. ibi.nempe Alanus de complãctu naturæ sic ait: An ignoras quomodo poëtæ sine omni palliationis remedio auditoribus nudam falsitatem prostituunt, in quandam mellitæ dulcedinis delectatione velut incantatas audientium aures inebrient, ipsam falsitatem sub quadam probabilitatis hypocrisi pallient: vt per exemplorum imagines hominum animos inhonestè morigerationis mentiendo suggillent. August.de ciui. Dei, lib.14.sic ait, An Græco fortè Catoni potius palma danda est, qui cum ratione formaret, quales esse ciuitates debeant, tanquam aduersarios veritatis poëtas vrbe repellendos censuit, vt legimus de beato Hieronymo, quòd ab Angelo fuit percussus, dum libros Ciceronis legeret. c.legimus. 37.distinct. de quo multùm admiratur Lauren.Val.in 4.lib.Elegan.sed fortè hoc factum fuit, quia dimittebat studium theologiæ, & etiam quia libri poëtarum aliqui incentiuum tribuunt delinquendi: sicut liber Ouidij de Arte amandi, secundùm Alber.in dictio.in verbo, poëtæ. & ibi Ioan.Baptista, in addit.per text.in cap.ideo.37.distinct. vno etenim ore Iouis laudes cum Christi laudibus se non capiunt. cap.cum multa.86.distinctio. Lucas in prooemio trium libro.C.in fine. Fatendum tamen est hanc scientiam legistis valde prodesse, videlicet poesis, historia, & maximè rhetoricæ, imò nihil de his intelligentes simplices appellantur, per Ioan.Fab.in §.item precium.institut. de emptio.& venditio.& vulgò dicitur, vbi desinit physicus, incipit medicus: & vbi desinit rhetoricus, ibi incipit iuriscõsultus: vnde idem Faber vbi suprà dicit, quod elegans est adducere authoritates philosophorum, poëtarum, & historiographorum. Et Hierony. in 2.parte, epist.70.& quia omnes scholares cuiuscunque sint facultatis habent hęc priuilegia, vt infrà cõcludam: ideo adduxi hîc authoritates & poëtarum, & philosophorum, tum theologorum, tum canonum, vt inter legendum quilibet ex his excerpere posit, in quibus est versatus, multò maiora scripturus, ni timuissem lectorem fastidire.

Limita tamen, nisi dictus scriptor ad tales aspirasset dignitates, in quibus libros scriptoris instar scribere illi dedecori esset: vtpote, si à tali artificio in præturam aduolasset, vel ad maiorem, aut similem dignitatem, de qua promotione scribit Aeneas de Falco, in additio.ad Panormitan.in cap.secundo de pignor. Bonus de Curtili, in tracta.nobilita.in tertia parte, numero 114. cum sequen. & ista induxi contra Impressores, qui promiserunt excudere librum, vt non liberentur soluendo interesse, cùm successerint in locum scriptorum, eodem iure debent vti. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & quia rationes suprà adductæ habent in ipsis locum, vt notoriè constat: ergo expressè possunt compelli ad imprimẽdum, postquam promiserint, & nouissimè fuit per Regem, & suo Consilio decisum, quod typographorum famuli, librum quem excudere cœperunt, non debent dimittere, & si dimiserint, possunt cogi etiam pœna corporali, & alia fuere statuta, etiam per supremam curiam, hoc anno 1540. die 15. Aprilis, contra Impressores Lugdunenses.

NONA

*Qui promisit scribere suo atramento tenetur, & per se, & rubricas, & interdiu.*

NONAGESIMVM sextũ, quòd non solùm scriptor tenetur præcisè scribere librum, sed etiam tenetur suo atramento. gloss. Angel. Alexand. & Ias. in l. stipulationes commodissimum. ff. de verbo. obligatio. item suis calamis, & aliis instrumentis ad scribendum necessariis, per illum text. ad hoc. nam si commodissimum est exprimere, & non exprimitur: ergo veniunt de natura contractus, & idem in Impressoribus, & aliis operariis. argumen. l. suo victu. ff. de oper. liber. glos. in l. quoniam. C. de testi. Item dictus scriptor obligatus ad scribendum, scribere non poterit noctu: nam opera diurna est melior. l. 2. ff. de verb. significat. l. 2. de operis libert. Bald. in rubr. C. de operis liber. facit glos. in l. more Romano. ff. de feriis. quæ dicit aliquem non compellendum ad recipiendum solutionem de nocte. & sequitur eam Bal. in Margar. in verbo, oblatio. in 2. quæst. Item non potest scriptor per discipulum scribere: nam suauius & melius fit per magistrum. l. 1. C. de mancip. & colo. lib. 11. quia non est discipulus, nisi in sectoribus, supra magistrũ. Matth. 10. cap. sed substitutus ita idoneus esse debet, sicut ille in cuius locum substituitur. l. parabolani. & ibi glos. C. de episcop. & cleric. & l. 1. in verbo, substitutum. C. de præposi. agentium in rebus. lib. 12. Ioan. Andr. in regula, qui per alium. de regul. iur. in 6. ideo pronunciauit dicta die 25. curia suprema Parisien. quod deinceps discentes ante tres annos non poterunt fungi officio impressionis, postea sic, ne libros mendis inficiant. Vlterius qui promisit scribere librum, tenetur etiã scribere rubricas dicti libri, quia sunt de text. glos. in prooemio sexti. in verbo, titulis. sequitur Ias. in prooemio actio. Felin. in rubr. de accusat. addit. ad Nicol. de Milis, in reperto. in verbo, scriptura. & sic potest inferri, quod sicut vitium libri facit, vt redhiberi possit, ita & vitium rubricarum. Cogita, quia hodie librorum scriptores non habemus, sed in eorum locum Impressores, qui correctiones non curant, & cantando literas iungunt, quòd non potest fieri nisi mendose, sicut narrat destructoriũ vitiorum de quodam, qui cum aliis loquendo scribebat libros semper mendosos, animaduertite igitur Impressores: nam à vobis dependet potestas benedicendi opiniones enim affirmatiuas sæpius negatiuas ponitis, & econtrario. & ideo si bene imprimatis, datur potestas benedicendi, ob id bonum esset serenissimum Regem statuere neminẽ posse imprimere, nisi haberet doctissimos correctores, quia dicit glos. in prooemio regularum cancella. infinita mendacia esse in impressionibus, tam in grammatica, quàm in aliis: ideo tot intellectus dantur per doctores, & tot obscuritates emanant, quæ cessarent, si absque correctionibus libri imprimerẽtur: scio, quod hæc Parisien. vniuersitas suis librariis iuratis præcepit, vt correctores idoneos haberent sub pœna priuationis, & melius corrigũt nunc, quàm olim faciebant.

*Cõuẽtio ualet ut propria authoritate scholasticus capiat scriptorem.*

NONAGESIMVM septimum, quãuis non valeat pactũ, quod liceat creditori propria authoritate capere debitorem non soluentem. Bart. & alij in l. alia §. eleganter. ff. solu. matrimo. quia esset quædam seruitutis species, quæ est improbata. l. ob æs. & authen. ibi posita. C. de actio. & obligatio. l. 2. ff. de libero homi. exhiben. Item per pactum quis se subiicere non potest. l. nec si volens. & l. liberos. C. de libera. causa. ob id tale pactum non valet, quia iudex non potest partibus demandare licentiam exequendi propria authoritate, vbi resistentes interuenirent, vt dicit Bart. in l. creditores. C. de pigno. Docto. in l. iustè. ff. de acquir. possess. Bal. & Salic. in authen. ei qui. C. de bonis authoritate iudic. possiden. Bald. in l. etiam. de executio. rei iudic. Panorm. in cap. de cætero. de re iudic. item tale pactum non potest valere. §. si verò. in authen. de exhiben. reis. collat. 5. vnde dicit Bal. in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudi. quod prehensio siue captura est meri imperij: ideo delegari non potest, ergo nec super ea pacisci. Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. reprobata. glos. ibi, quę dicit, quod valet pactum, quòd quis ab homine priuato, torqueatur, quã reprobat ibi Bar. & in l. 1. §. 2. ff. de iniur.

Fallit tamen in scholaribus, quibus si promisit scriptor in certo loco stare, & ibi scribere librum, poterit propria authoritate capi, & in vincula detrudi iuxta suam obligationẽ, cùm iure permittente fiat, vt tenet Specul. in titu. de conclusio. & renunciatio. §. 1. versic. item est beneficium. & ibi sequitur Ioan. Andr. in additio. quia debitorem de fuga suspectum authoritate propria capere creditor potest. l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudem credito. Ias. instit. de actio. in princip. ergo & per pactum potest conuenire vt fiat. l. penult. C. de pignor. actio. d. l. creditores. C. de pignor. glos. in d. l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimo. glos. in l. si qui. C. locati. Alex. in additio. ad Bart. in l. stipulatio. §. fine. ff. de operis noui nuncia. & in d. l. eleganter. in lectura. num. 7. cano. in c. 2. de pignor. & hoc etiam videtur fauore studij, vt scholasticus non sit sine libris, sine quibus viuere commodè non potest: secus in discolis, quibus ensis pro libris est, quem aliquando sequitur restis, ista etiam in Typographis habere locum, quia eadem existit eis ratio, vt suprà dixi, arbitror.

*Imperator in terris etiam ecclesiæ legitimat scholares.*

NONAGESIMVM octauum, quanuis Imperator in terris subiectis ecclesiæ, quo ad temporalem iurisdictionem nõ habeat potestatem legitimandi spurios, vel naturales, secundùm Baldum in prima constitut. C. & ibi Salicet. & Bald. in l. 1. colum. 2. C. de iure aureo. anulo. Petr. de Anachar. in consil. 320. incipien. primum dubium non est nouum. Alexan. consil. 67. consideratis his. volu. primo. & communiter Doctor. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. & in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. nec ecõtrario, Papa in terris imperii quo ad tẽporalia, quia iurisdictiones sunt distinctę. c. nouit. & ibi nota. de iudic. d. cap. per venerabilem, & *diuisum imperiũ cum Ioue Cæsar habet.* & sic nullus potest extra territorium iurisdictionẽ exercere. l. fi. ff. de iurisd. om. jud. c. fi. de

constit.

constit.in 6. & quia præiudicaret fisco ecclesiæ, qui succedit loco incestarum personarum. l. 1. C.de natura liber. & ibi nota. quòd Imperator non potest hoc facere, quia fiscus ecclesiæ est maior Imperatore. Bald.in l.eam quam. col. 7. C. de fideicommis. versic. consueuit esse quæstio. Imperator tamen poterit legitimare scholasticos naturales tãtùm, quos vocamus bastardos, in studiis publicis studentes, quo ad temporalia, licet studia sint in terris ecclesiæ tanquam suos filios speciales, per hunc text. ita tenet hîc Bald. & alij, & Philip.Franc.in c. si duobus.§.denique.col.penulti.de appellat. Cardin. Alex.in d.c. per venerabilem. col.30.nu.80. ratio videtur esse, quia cũ omnes scholastici sint sub speciali protectione, & vt practicè loquar, saluagardia Principis, vt dicit hîc tex. ergo tanquam suos speciales filios, & ei commissos poterit legitimare & sic dixi Regem Frãciæ posse scholasticos Auenioni studentes, quo ad temporalia legitimare, licet illa sit de terris ecclesiæ ciuitas, per supradicta, quia tantam potestatem habet Rex Franciæ in suo regno, quantam Imperator in suo Imperio, vt omnibus est obuium.

*Rex Auenioni legitimat.*

Amplia, non solùm quando pater non haberet filios, sed etiam si haberet legitimos & naturales, secundùm Thomam Ferra.cautel. 1. licet Bald. in cap.vno. §.filij. si de feud.defuncti controuer.sit inter domi. & agna.vassal.in vsibus feudo.dicat Imperatorem esse vnum pecus, quando legitimat naturales existentibus legitimis, & naturalibus. sequuntur Doctor.in d.§.& quid si tantùm. Hanc tamen gratiam poterit facere Imperator suis propriis filiis, videlicet studentibus eos legitimando, licet alij supersint, & hoc, vt augeatur studium, & naturales ad sciẽtiam incitentur, licet communiter hoc non debeat facere in aliis, & si faciat, literæ non verificantur in hoc Regno. Sed de quo proderit ista legitimatio? & breui respon. quòd talis legitimatus cum suis fratribus legitimis & naturalibus poterit succedere, cùm Imperator legitimet quo ad hæreditates, vt dicit Panormit. in d.cap. per venerabilem. & Doctor.in d.§. & quid si tantum.

In Regno Franciæ Imperator non possit legitimare, nec etiam Papæ, quo ad temporalia legitimatio in eo recipitur, sed solus Rex Franciæ hoc facere solet, vt scribit Ioan.Ferald.in 15. priuilegio Regis Franciæ, in tract.de iuribus & priuileg.regni. Tamẽ talis legitimatus per Regem vel Imperatorem non censetur esse legitimus, quo ad ordines.glo.in c.lege. 10.dist. Bart. in l.qui in Prouincia.§.fin. ff.de ritu nupt. & in auth.ex complexu. C.de incest. nupt. sed bene proderit quo ad honores: nam licet generaliter dicatur in l.generaliter.§.spurios. ff.de decurio. spurios non debere admitti ad honores, tamen legitimati bene possunt, cùm pro legitimis habeãtur.c.tanta.qui filij sint legiti.& sic legitimatio Papæ quo ad ordines & spiritualia valebit, legitimatio verò Imperatoris vel Regis, quo ad temporalia, per supradicta, quæ notes.

NONAGESIMVMNONVM, quia licet commodum & incommodum perfecta emptione spectet ad emptorẽ. l. 1.cum simil. C.de periculo & commo.rei vendi. Fallit in scholaribus, qui si emerint à rustico, vel ab alio vinum, quod fortè non potest seruari, & tamen ipsi ignorantes seruauerint, & vinũ inutile factum sit, tenetur venditor, qui naturam vini dicere debebat.l.dolum. C.illo tit.& ibi glos. & Petr.de bel.Perti.& l.si vina quæ in doliis.ff.illo tit.§.planè.sed istud est ius cõmune, cùm omnibus cõpetat, sed pinguius studẽtibus, cùm communius ignorent naturam vini, sed non aquæ bonæ, quæ eorũ est amica studiis, & ista in singulos dies deberent proclamari vini venditoribus.vt scholasticos deinceps super his bona fide, qua pauci vti solent, monerent.

*Perfecta emptione incõmodum ad scholasticos non spectat.*

CENTESIMVM, quãuis quis non cogatur vendere.l.sicut.C.de actio.& oblig. l.inuitum.& l.dudum. C.de contrahen.emptio. & l.nec emere.C.de iure deliber. l.1. §. cura carnis. ff.de offic.præfecti vrbis. cap.1.cum similib. de emptio.& venditio. Scholasticis tamen cogitur quis vendere locum aptum ad scholas ampliandas, vel ad collegium. Bart.Cæpola in tracta. de seruitu. vrba.prædio.c.82.rubr. de sepul. idem firmat Alex.in addit.ad Bart. in l.vna. C. de stud.libera.vrb. Rom.lib.11. Petr.de Lesnauderie, in oposculo de Doctorib. in 2.parte.nu. 26. & ratio est propter publicã vtilitatem, quia interest Reipubl. habere iurisperitos ad gubernandam Rempublicã. vt in Proœmio Institut. §.fin.idem in furnario siue pistore, qui non vult coquere panem: nam potest eadem ratione publicæ vtilitatis cogi officio iudicis. Porcus in §.præterea. in fi. Institut.quibus modis re contrahitur obligatio. idem in hospite: vt hospites recipere teneatur, & notarius pro omnibus, qui eum rogant scribere. Bart.in l.1.furti aduersus nautas.ff. Roma.in repetitio. l.si verò. §. de viro. colum. 42. fallen.45.ff.soluto matrimon. Bauer.in §.possunt.col.10.Instit.de testa. Valaci. in repet.l.imperium.col.79.ff.de iurisdic. omn. iudic.alibi dixi.

*Cogitur dominus locũ scholis aptũ vendere.*

CENTESIMVMPRIMVM, quia inuito scholari nõ debet quis occupare locum suum, quem in studio habet, etiam alius scholasticus.glos.in l.fin. C.de offic.magist. off. eam approbant Doct. licet incorruptè allegent offic.magist.milit.in §.apum.Institut.de rerum diuisio. & credo istud esse introductum ratione pacis & concordiæ inter eos seruandæ, & ob scandalum vitandum: nam antequam ista seruarentur in ciuitate Tholosana, hora tertia post mediam noctem, seu circa, ibant scholastici ad studia, vt haberent loca apta: & aliquando mittebant famulos, vt ea custodirent, & ipsi in lecto dormiebant, & famuli expellebantur per alios studẽtes, & demum dominis venientibus controuersiæ inter eos durissimæ oriebantur, quamobrem fuit introductum, vt ante occupationem vacua occupantibus acquirantur, facta demum occupatione, nullus illum locum inuito primo occupante accipiat, imò potest dici, quod

*Loca scholasticorum nullus occupare debet.*

quod olim Perusius, fugite hic pueri, locus sacer est, quod limita nisi scholasticus & corpore & animo deseruerit locum illum, & reuertendi consuetudinem omiserit: tunc demum primo occupanti traditur, per §. pauonum. institut. de rerum diuisio. vidi Tholosę obseruari, tempore conductæ (quam vocant) quia id temporis lectores cōducuntur à scholasticis, quod si auditor non accedat ad suum locum per tres dies, locus erat contra eum præscriptus. arg. l. primæ. ff. de glande legenda. facit l. 1. §. biduum. quando appellan. sit. c. biduum. 2. q. 6. l. 3. C. de erro. aduocat. l. fina. de iud. nec habet locum de consuetudine inter studentes. l. fin. C. vnde vi. quo ad loca in studiis existentia, tempore verò ordinarij non præscribebātur loca studiorum scholasticis debita ante quindecim dies, qui non computantur de momento ad momentum, per not. in l. 3. §. minorem. ff. de minorib. idem dic in aduocato, qui habet vnum locum in foro: nam ei est relinquendum, vsque dum habet consuetudinem reuertendi. Dom. Ioan. Sainxon, in consuet. Turon. rubr. *des droicts de basse iustice*, in art. 14. quod non seruatur in Palatio Parisien. nisi in antiquis, qui habent primum scamnum, secundùm eorum antiquitatem, & per curiam assignatum: indem dixi Pictauis, de hora alicui assignata legenti, vt non debeat ab eo sine causa auferri, quando bene legit, vt alij de nouo venienti concedatur, quod maximè debent seruare Doctores regentes, quando vellent æquali dare: secus si maiori, vtpote si auferant à baccalaureo, vt doctori famoso assignent, tunc minor maiori cedere debet. c. cum inferior. de maiorit. & obed. idem si baccalaureo alteri, qui auditoribus est valde gratus, & alter non, hoc arbitrio doctorum relinquitur.

*Scholastici intra scholas capi nō possunt.*

CENTESIMVM secundum, quia sicut domus est cuilibet tutissimum refugium. l. plerique. ff. de in ius vocan. ita domus scholasticorum, quæ vocatur studium, siue scholæ, ita vt auditor ibi non possit capi, siue sint scholæ theologorum, siue decretorū, siue aliæ: nam sicut domus episcopi habet immunitatē. cap. id constituimus. 17. quæstio. 4. ita & multò fortius studium, & etiam ad vitandum scandalum, & tumultum aliorum scholarium, & quāuis hodie domus episcopi non habeat immunitatem, vt habetur in magno consuetud. rubr. *des cas qui peuuent toucher le Roy*, fol. 147. de quo fuit prolatum arestum Parisiis, vt ibi refertur: tamen studium ex consuetudine gaudet immunitate. vide text. in c. quisquis. & c. constituit. 17. quæst. 4. quòd quis non potest capi in claustro, à fortiori, nec in studio, & si quis habet gratiā acceptandi in ecclesia, poterit acceptare in cimiterio, vel in ambitu, vel capellis exiguis ecclesiæ. Nicol. de Milis, in repert. in verbo, gratiā. in §. 53. & vide Panorm. & ibi in addit. ad eum, in cap. 2. de consuet. quòd hospitale gaudet immunitate, sic & scholæ, & per hoc fuerunt laqueo suspensi aliqui seruientes, ducti à quodā magistratu Tholosano, quem vulgò Viguerium vocant, ad studium legale, & Viguerius ad mulctam condemnatus, eò quòd ingressi scholas iussu magistratus scholarem quendam interfecerant, quia si quis possit capi vbicūque repertus fuerit, non tamen potest capi in studio, seu in scholis publicis: tātum ratione vitandi scandali, vt suprà visum extitit, tum tumultus, propter quem vitandum, crimen aliquando remanet inultum. cap. latores. de cleric. excommuni. ministran. quod non procederet in criminibus hæresis, & læsæ maiestatis, quia tunc potest dici ab altari meo euelles eos, vt moriantur. cap. 1. de homicid. & propter criminum atrocitatem, de quibus in cap. cum secundùm leges. de hæret. in 6. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. tutius esset expectare captionem extra studium, etiam in his enormibus, si fieri posset commodè. alioqui vbicunque posset, etiam in scholis capi scholasticus suis rebellis doctoribus, & omnes alij deberent tunc deiicere eundem ab scholis: vt pœna illius esset metus multorum. l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.

*Iniuria vni facta omnibus scholasticis censetur facta.*

CENTESIMVM tertium, quòd iniuria facta vni ex scholaribus vnà habitantibus, censetur omnibus aliis facta, & sic poterūt agere actione iniuriarum, quia in aliorum contemptum censetur facta, vt dicit Bart. in l. cum scimus. C. de agricol. & censi. lib. 11. & ibi Iacob. Rebuff. & Platea. & iura loquentia de amicis, possunt intelligi etiam in scholasticis. per glos. in cap. innotuit. de electio. sicut iniuria facta vni de cognatione, censetur facta toti cognationi. l. vna. C. de senatusconsul. Silla. Bald. in l. 1. C. si quacunque præditus potesta. Hippolyt. consil. 68. visa accusatione. etiam scribit Bart. in l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10. quòd si vicinus patiatur iniuriam à Cæsarianis, potest conuocare amicos, & vicinos, & clamare, dicendo, Succurrite, & vicini iure illi succurrere poterunt: multò fortius scholasticus suo socio. Decius consil. 469. visa. inde firmat diuus Gregorius, de Officiis, cap. 19. de fortitudine. in hæc herba, Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit. vnde Moyses hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis: nam cùm vidisset Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit: ita vt Aegyptium sterneret, atque in arena absconderet, Exodi cap. 2. quod bene seruant scholastici Tholosani, qui mutuo se contra extraneos iuuant, licet rixæ inter eos sint. inde dicit Alber. de Gandino, in tracta. de malefic. in rubri. de defensio. à reo faciendis, in versic. sed quid si inferatur, quod si vnus studens in societate aliorum sit aggressus, poterunt iure omnes alij socij eum defendere, & aggressorem offendere, defendendo socium. Sequitur Angel. in tracta. de malefic. in glos. & dictus Titius se defendendo. versi. quæro. per tex. iuncta glo. in l. item apud. §. tenetur. ff. de iniur. Bartol. & alios in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & l. 1. C. vnde vi. non tamen possunt socij alium circunstantem, vel mediatorem occidere, vel defendere. l. scientiam. §. qui cum aliter. & ibi Floria. ff. ad l. Aquil. vbi in addit. habetur. quod licitum

*Scholasticus sociū suum defendere potest.*

licitum est ponere aliũ ad suam defensionem, & si ille occidatur, non teneor, vel si pono me post tergum. Angel. in l. 2. C. ad leg. Cornel. de sicar. Petr. Gerard. sing. 9. incip. tene menti, &c. arg. de rebus ad personas. c. olim. primo. & ibi Doct. de restit. spoliat. sed causa incendij vitandi possum destruere medias vicinorum ædes. l. itẽ si quis fumo. ff. ad leg. Aquil. & ibi latè Flor. ita obiicere alium hominem causa meæ defensionis, quia ego non occido eum, sed alius aggressor, & licitum est me redimere. Iacob. Rebuff. in l. nulla. C. de delato. lib. 10. & dixi in repet. l. diuus. ff. de senatuscons. Silla.

*Scholastica notitia de quo prosit.*

CENTESIMVM quartum, quia notitia scholastica multum prodest, subiicio verba glo. in c. innotuit. de electio. Felin. in cap. quoniam. col. 2. de offic. deleg. dicẽtis, quòd maxima amicitia inter scholasticos, & in scholis acquiritur, per d. gl. & sicut fraternam dilectionem haurit militia terrestris, ita legalis. l. cũ allegas. & ibi Rebuff. C. de castren. pecul. milit. lib. 12. & non absurdè poterit socius vocari frater. l. nemo. §. 1. ff. de hæred. instit. glo. tamen in c. prophetauit. 1. q. 1. ait, quòd aliqui scholares (vt quidam de Parisien. fabulantur) dum sunt in propria patria, dicunt suis notis & sociis, non noui vos, nec quod peius est, loqui volunt cum eis. Imò quandoque alij etiam præceptori dicunt, nescio vos. c. diaconi. in 5. 93. dist. & dedignãtur eos habuisse in pręceptores, vel socios, & maximè quando sunt positi in dignitate, quibus potest dici, quod ait Dauid, Psal. 58. Ecce loquẽtur in ore suo, & gladius in labiis eorum, & tu Domine deridebis eos, & ad nihilum reduces delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum, & comprehẽdantur in superbia: & de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione, in ira consummationis, & nõ erũt. & ratio est secundùm Barba. in clemen. 1. col. 13. de iureiuran. quia sensus ex pinguedine crassus efficitur: & ideo memoriam status pristini non retinet: nam mutantur mores, dum committantur opes. c. fin. 44. distinct. & tales sunt sicut Bonifacius octauus, qui (vt fertur) intrauit dignitatem pontificiam vt vulpes, regnauit vt leo, mortuus est vt canis: prout scribunt Docto. in procem. 6. lib. & hi superbi prius feruent, postea deficiunt. 7. q. 1. c. Nouatianus. & Lucanus ait, graues sub pondere lapsus. & Seneca, sequitur superbos victor à tergo Deus. inde Ioan. Fab. in §. quibus. insti. de capit. dimin. ait, quod sunt nõnulli, qui prouecti in altum credentes se glorificatos non dedignantur post se respicere quosdam socios, atque pares, contra quos dicitur,

*Contra superbos.*

*Degeneres animo, cùm qui prouehuntur in altum,*
*Hos nouisse negant, quos habuere pares.*

Sed considerare debent, quòd ipsi scholares & pauperes fuerunt. text. in §. hæc authen. disposuimus. in versic. considerare. in authen. vt cum de appellat. cognosc. collatio. 8. facit quod dicit Iacobus Rebuffus patruus meus magnus, in l. 1. C. de murilegu. lib. 11. quòd sunt nonnulli, qui dum opibus abundant: adeò superbia inficiuntur, quod vix loqui volunt, & tanquam dij incedunt, sed debent memorari pristinæ conditionis, per illam legem.

Tamẽ inter egregij animi scholasticos magnum in scholis amoris vinculum coalescit, de quo loquitur glos. sing. in l. 2. C. in quibus causis, colo. lib. 11. inquiens, quòd amicus dicere solet amico, omnia mea tua sunt, quam sing. dicit Barba. in repet. l. cũ acutissimi. col. 11. & 41. & 49. C. de fideicommis. & in repet. c. Raynaldus. col. 118. de testa. & Anto. Bauer. in §. pater. col. 12. instit. de testa. & in §. planè. col. fin. de testam. milit. ibidem. & Benedictus in repet. c. Raynutius. in verbo, testamentum. in tertio. num. 46. de testa. & Paul. de monte Pico, in repet. l. Titia. §. Titia. col. 1. ff. de lega. 2. & propter hoc inter bonos studentes socios, & vnà commorantes vnica crumena est, vel esse debet, & cuiuis illorum aperta, sicut inter fratres, & tales amicos melius est habere quàm aurum: vt habetur in Apoth. Laco. quod cùm quidam aperiret malum punicũ, Xerxes interrogatus quidnam tantùm habere vellet, quantùm esset granorum multitudo, respondit Zopyros, nam Zopyrus erat vir tum bonus, tum amicus, veruntamen hi amici non tam subitò, sicut oculus mouetur, acquiruntur: imò amicos tam citò nõ possideas, dicebat Solon, addens, quod si possideris, nec reprobes, insuper amici ęquiparantur consanguineis. l. cum alienam. & ibi Ias. C. de lega. ideo sicut legatum factum consanguineo, de re aliena valet, secundùm leges. c. cap. filius. de testam. idem si fiat studioso iuncto magna amicitia: vt videtur tenere ibi Ias. Et legatum factum rectori alicuius ecclesiæ ab amico præsumitur factum contemplatione personæ: sicut si à consanguineo relictum esset. cap. requisisti. de testa. Dom. Alcia. in tract. præsumptio. regu. 1. præsumptio. 28. fol. 113. vbi plus dicit amicum posse prosequi iniuriam illatam amico, ac si esset facta consanguineo, & pro eo appellare. Archid. in cap. 1. col. 5. de elect. in 6. & Didacus de Segura, in repetit. l. Imperator. in princip. versic. tertia fuit ratio. ff. ad Trebel. nam veri amici sunt vna anima in pluribus corporibus: vt dicit Aristot. & habetur in Epito. vniuer. hist. in vita Plauti, fol. 45. in hæc verba, Amicitiam & fidem stultorum ne receperis, insipientium atque improborum: nam facilius sustinetur odium quàm collegium, nemini te nimis sodalem feceris, res nimium singularis est homo, parem ferre non patiens, minores despiciens, maioribus inuidens, ab æqualibus dissentiens. Illi tamen præsumuntur amici, qui simul conuersantur. glos. in §. cogitandum. in authen. de monach. collatio. prima. Baldus in Margar. in verbo, amicitia. in fi. vnde infert per illum text. Ias. in dicta l. exigendi. C. de procurato. quod amicus iunctus magna amicitia, potest agere sine mandato, sicut coniunctus, & consanguineus. Alexand. & Vincent. in dicta l. prima. §. primo. ff. ad legem Falcid. Idem dicit Barbat. in tracta. de præstan. Cardina. in 3. quæstio. primæ partis. quòd sicut prælatus potest de donatis sibi per coniunctos testari, ita & de donatis per amicos magna amicitia, nẽpe amicorum

*Vna crumena est inter bonos scholasticos.*

eorum præsentia facit cessare fraudis ac metus præsumptionem,sicut cônsanguineorum.l.transactionem.C.de transactio.

Item facit amicitia homicidam præsumi, non dolo fecisse homicidium, sed fato. l.prima.C.ad ad legem Corneliam de Sica.Cępol.consi.29.in Christi, &c. viso processu,& per ista aliàs defendi quendam scholasticum,qui interfecerat suum socium.

Præterea prodest amicitia scholastica, in eo quod dicit Ias. in l. prima. ff. de in litem iurand. quod quis potest alteri stipulari, & valebit stipulatio ratione amicitiæ, licet regulariter non possit.l.stipulatio.§.alteri. ff. de verborum obligatio. quia bonus amicus,quod potest amico suo,etiam ignoranti acquirit.

Item in alio prodest, quia testimonio amicorum credendum est de facto, fama, scientia, moribus, & bonitate socij, secundum Iacobum Rebuffum in l.prima. C. de præposit. agent. in reb. lib.12. licet socio communiter non credatur, sed hodie,prohdolor,scholaris suo socio inuidet, & detrahit, ideo potest præsumi, quòd difficulter daret de suo,cum velit occultare laudem sui amici, & sic furi par est. l. hæreditatum. ff.ad legem Falcid. & Ias. in fin.titul.instit. de actio. caue ne cum his habites, ne mala de re vbique spargant, ac in te obloquantur. Etiam de alio potest prodesse, quia vltima voluntas in qua testator relinquit aliquid coniunctæ personæ, vel dilectæ producit actionem, ac si esset solennis in legatis, & fideicommissis, casus est singul. in l.in testamento.iuncta gloss. ff. de fideicommiss. libert. secundum Barbat. consilio 22. columna secunda. numero 6.in 4.volum.Mathesi.singul.41. nota mirabilem doctrinam,ibi dicens, quod pauci scholares hoc sciunt, & est singul.secundum Bald. in Marga. in verbo, codicillus, in 7. q. quod ardor liciti amoris operatur vim clausulæ codicillaris.l.si iure. C. de testam.manu.vbi Bald. & Roma.in repet.l.si verò.§.de viro. columna secunda. fallen.25.ff.solut.matrimo. Barba.in repet. l. cum acutissimi. columna 11. C. de fideicommiss. vbi scribit,quod si amicus instituat amicum, & velit, quòd post eius mortem bona veniant ad substitutum, si amicus habuerit liberos, excludetur substitutus, quia postquam prædilexit patrem substituto,& filios illius, ibi vide fusius,& in rub. de rescript.in clem.

Item prodest vt in l.duo sunt Titij. ff.de testa. tutel.& amicus omnia quæ petit, ab amico obtinet, cum iusta petat, & iustè petentibus non est denegandus assensus.l.2.ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur.& lex amicitiæ prima est,vt ab amicis honesta petamus,teste Cicero.de amicitia.

Item & in alio, quia amicus pro alio impetrare potest literas ad beneficia sine mandato. gl.in c.ad aures.& c.nonnulli.§.fi.de rescrip.Corset.in sing.incipien.mandatum,& confirmationem electionis petere,gl.in verbo petere.in c.quamuis.de electio.in 6.Etiam iudex ratione amicitiæ potest pœnam remittere suo amico,glo.sing.in c.nisi.de offi.lega.quam sequitur Barba. in rub.de rescrip. colum.10.in cle.& in cap.Raynaldus. col. 117. de testam.& in repet.l.cum acutissimi.col.19. C.de fideicom.Aduertendum est etiam super eo quod dicit Rauen.in Alpha. in litera C. fol.25.colum. 2.& in verbo, amicus, vbi dicit quem grauari ex consanguineo, & ex amico damnum patiente. argu.l.hæres.§.2.fi. ff. de conditio.& demonst.l.si stipulatus fuero, de verborum oblig. & sic an in amico locum habeat. cap. sciant.de electio. in 6. quod videtur æquum per prædicta, licet in practica difficile esset obtinere. Præterea in arbitrariis,de quibus in §.præterea,instit.de actio. Iudex multum pro amicis potest etiam salua conscientia, vt ibi fusius nota. & fortè posset dici, quod pœna promissa ab amico causa matrimonij contrahendi non debeatur,per c.gemma. de sponsa.

*Iudex amicitiæ gratia pœnam remittit.*

Insuper scholasticus receptans suum amicum scholarem bannitum,mitius debet puniri, secundum Bartol.in l.fin.ff.de recepta.& Alexan.consf. 144.post reditum,in fin.in 2.volum. faciunt quæ scribit Rom. in repet. l. si verò.§.de viro. ff.solut. matrim.colum.21.in 26.fallen. Item quando aliquid dicitur amico sub sigillo confessionis, non debet id denunciare, etiam si fierent sub pœna excommunicationis monitiones generales, secundum Francis.de Ripa,in tract.de peste, in vlt. parte.fol.158.vers.insuper, si videat quòd amicus iuste rem detineat, aliàs secus,vt firmat Panorm. in cap.is qui cum fure,de furt. & c. cum dilectus. de excessi.præla.& Feli. in c. intimauit.de testib. {Et si accusatio alicuius publicè instituta sit,non est compellendus accusator ad eam legationem suscipere, qui se amicum vel domesticum dicit eius qui accusatur.l. sciendum. §. si accusatio. ff. de legatio.Similiter Paul. respon. eum qui legatione fungitur, neque alienis neque propriis negotiis se interponere debere: in qua causa non videri eum quoque contineri qui cum amico suo prætore gratis consilium participat. l. Paulus.in fin. ibidem de legat. Non debet iudex cogere aduocatum ad postuladum contra amicum suum. l. humanitatis. C. de excusa.tuto.l.1.§. ait prætor.iuncta glo.ff. de postuland.quam ponderat Rauen.in verb.amicus, in Alpha.} Ex his patet, veteres amorem satis commodè depinxisse, primo autem pingebatur per Poëtas, forma viri, facie iuuenili, capite discoperto, indutus tunica viridi, & in eius fimbriis scriptum erat aureis literis, vita, & mors.in fronte erat scriptum, æstas, & hyems. & iuxta cor erat quædam apertura, per quam totum corpus poterat videri, & ibi scriptum erat, longe & prope. Ob id forma virili depingebatur, licet sapientia, & aliæ virtutes in forma fœminea pingi essent solitæ, ad denotandam constantiam,quæ inesse vero amori debet, quæ magis consistit in viro, quàm in muliere, quia mulier varia & mutabilis.l.si filia. C.de inofficio.testamento.c.forus. de verborum significatio.Varium & mutabile semper fœmina. dicit, Vergil. ergo non constans. Item facies iuuenilis significat, quòd verus amor perdurat sicut iuuenis, & permanet, fictus verò statim cadit. Præterea aperto pingebatur capite, quod si-

*Forma pingendi amorem uerum.*

gnat inter amantes, nil debere esse coopertum, sed omnia palam, & ideo Cicero de Amicitia, dicit tria esse signa veri amoris, videlicet Vniformitas indumentorum, frequentia cibi, & potus, tertio reuelatio secretorum.

Tunica viridis, significat viriditatem veri amoris, nam herba, & arbores virides, continuo crescunt, sicut & verus amor. Literæ aureæ, videlicet vita, & mors, notant, quod verus amor diligit in vita, & morte, vnde Salomon, Omni tempore diligit, qui amicus est, & habetur in sermone Paschali, quòd Mariæ veniebant post mortem vngere Christum, & ibi Pepin. explanat verum amorem durare etiam post mortem, quia amicus pro amico saltem orat post mortem.

Item æstas, & hyems, descripta in fronte, denotant statum prosperitatis, & aduersitatis, in quibus verus amicus semper diligit, & in aduersitate, & in prosperitate, sed ficti amici faciunt quod scribit glossa in l. rem legatam. ff. de adimend.lega.

*Cum fueris fœlix, multos numerabis amicos,*
*Tempora si fuerint nubila, solus eris.*

Et Horatius,

*Horrea formicæ venient ad inania nunquam.*
*Ibit ad amissas nullus amicus opes.*

Intellige nullus amicus fictus, de quo loquitur Seneca ad Neronem de clementia, nemo potest diu ferre personam fictam, omnia enim ficta celeriter tanquam flores decidunt, nec simulatum quicquam potest esse diuturnum, refert Anchara. in cap. litera, nota. vndecimo, de præsumptio.

Apertura cordis significat, quod veri amici habent cor apertum adinuicem, & sciunt inuicem voluntatem amici, & cor eius, ac cordis intima, & secreta, vt supra dixi, de capite discoperto.

Longe & prope significat, quod veri amici absentes, tanquam præsentes se mutuo diligunt, hoc citat Alber. in dictio. in verbo, amor. Ideo dicit Hieronym, lib.3. epistolarum. episto.15. litera I. nihil tam contrarium, nihil tam execrabile Deo, quàm aliquem odiisse, vel lædere velle, nihil tam probabile, quàm omnes amare: & Theophrastus solitus erat dicere, vt in eius vita continetur, Expedit tam probatos amicos amare, quàm amatos probare, amicitias immortales esse oportet, orationes breues, amicitias verò longas. Ita amicus esto, vt inimicus esse non timeas, à fortunato amico vocatus, infortunato inuocatus præsto sis. Amicum blandum fuge, cuius verbum semper est dulce, bonus amicus non temere irascitur, & amicum lædere, nec ioco quidem oportet, amico ea te exhibere decet, quæ tibi exhiberi velis, amici fides, vinculum est amicitiæ, pro amico occidi expedit magis, quàm cum inimico viuere, amantium cæca sunt iudicia. Ideo Theophrastus amicitiam omni charitati præferre, sed raram in hominibus humanis attestatur. Postremò si multa de his videre cupias, lege Lucam. in l.quicunque. C. de Coartali. lib.12. & Io. de terra rubea, & ibi in addit. ad eum, in tract. contra rebelles regum. artic.3. tertij tracta. in fin. folio 55. & libr.8. Ethico. cap. primo. & sequent. & in l. late. & quæ ibi addidi. ff. de verborum signific. Ecclesiast.6. cap.9. & 22. & 25. Barto. in l. prima. §. mandatum. ff. mand. Baldus in cap. vno. colum.3. de prohibi. feud. aliena. per Feder. Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verb. testamentum, in 3. numero 47. de testa. D. Chassa. in consuet. Burgund. in rubr. *des droictz,* in §.5. numero 23. & Hippolyt. in l. vna. numero 206. cum sequent. C. de rapto. virg. Ioan. de Ligniano, in tractat. de amicitia, & vt semel dicam, vide Gregorium in lib. de offic. cap. 18. in fin. de beneuolentia, dicentem tantum valere beneuolentiam, vt plerunque pignora vincat naturæ. Quod ad me attinet, ego ipse mallem vnum fidum amicum, quàm decem malos consanguineos, qui mihi omnimodo infesti essent, & amicitiam præferendam sanguini, alibi dicit idem Tullius, lib.1. de Amicitia. & Iurisconsultus etiam præfert amicum consanguineo, in l. si plures. §. in arrogato. in fine. ff. de vulga. & in aliis multis locis, vide Valerium lib.4. cap.7. {& Ias. in l.1. colum.2. ff. de in litem iurand.}

CENTESIMVMQVINTVM, Quod pro iniuria scholaribus illata, iudex ex suo officio procedere, & inquirere potest contra iniuriantes nemine petente, quod non est in aliis. Ioan. de Platea, in l. medicos. C. de professo. & medi. lib. 10. & in l. ius senatoris. C. de dignita. lib.12. Alexand. in additio. ad Bart. in l. secunda. §. si publico. ad leg. Iuliam, de adult. vnde Ludouicus Rex Franciæ eos volens in suo regno tueri, concessit anno dominicæ incarnationis 1229. in mense Augusti, regni sui anno tertio, vniuersitati scholarium Parisiensiũ, in hæc verba, Præterea præpositus noster vel iustitiæ nostræ, pro nullo forfacto in scholarem manum mittet, nec in captionem nostram mittent, nisi forfactum scholaris tale visum fuerit, vt debeat arrestari, & tũc iustitia nostra arrestabit eum in eodem loco sine omni percussione, nisi se defenderit, & reddet eum ecclesiasticæ iustitiæ, quæ eum custodire debet pro satisfaciendo nobis, & iniuriam passo, &c. & alia sunt descripta in libro facultatis decretorum, & in cartophilatio vniuersitatis prædictæ. *Iudex inquirere debet ex officio contra molestãtes scholasticos.*

Item Imperator offert se in hac authen. habita. defensioni scholarium, ibi, speciali dilectione ab omni iniuria defendamus, ergo ex officio, & ita tenet Bald. hic & communiter docto. & non solum in actu iudiciali, sed etiam in extraiudiciali defendi debent, imò offendere domum studiosi, est committere sacrilegium secundum Bald. hic quem sequitur Bolog.

Et idem priuilegium competit doctoribus. l. medicos. C. de professo. & medic. libro decimo. vbi etiam Iuris interpretes aliqua adducunt, & hodie in multis vniuersitatibus, prout vidi, melius defenduntur viles, & seruientes per iudices, quàm studentes, quia ignari ignaros defendunt, & dissimiles odio habent, iuxta ea, quæ dicit

dicit Cicero de Senectute, Pares cum paribus, & similis similem diligit, adagio dictante, similes habent labra lactucas, & nisi senatores eos tuerentur, caderent in irritum vniuersitates Franciæ plurimæ.

*Quando nō priuilegiatus agere poßit corā conseruatoribus uniuersitatis.*

CENTESIMVMSEXTVM, Quòd si iniuria fiat scholastico, & alteri existenti in eius societate, si scholaris agat coram conseruatore ratione iniuriæ illatæ, poterit & alter non scholaris coram eo agere, probatur arg. text. in l. si communem. ff. quemadmod. seruit. amittan. vbi si maior habet fundum cum pupillo, & non vtatur seruitute, non perdit eam propter minorem, & sic habet priuilegium maior ratione minoris.

Secundò facit quod notat singul. Innocen. & alij post eum in cap. ad audientiam, de præscript. quòd licet præscriptio habeat locum contra priuatum spacio decem annorum, tamen si priuatus habeat rem communem cum clerico, vel ecclesia, iuuabitur, vt contra eundem non currat, nisi præscriptio quadraginta, vel centum annorum, sequitur Hippol. in rubr. ff. de fideiuss. quæst. 12. num. 130.

Tertiò facit quòd ipse Hippolyt. not. in dict. quæst. quod si clericus, & laicus sint simul obligati, debebunt conueniri coram iudice ecclesiastico, Bart. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de appel. quod est verum, quando causa esset indiuidua, quia tunc maius dignum trahit ad se minus dignum. cap. quod in dubiis, de consecra. eccle. Mathesi. not. 144. nota quod si.

Quartò, si laici cum clerico commiserint homicidium, omnes conuenientur coram iudice ecclesiastico ratione clerici, & punientur, ne diuersæ & contrariæ sequantur sententiæ, vt docet Ferrarius cautel. 10. si contingat, quem sequitur Boer. in §. 9. de iurisd. omnium iudic. dicit tamen nunquam fuisse practicatum, sed Chassa. in consue. Burg. in rub. *des iustices*, in gl. *s'il n'agrace*. §. 5. nume. 70. dicit se vidisse obseruari Mediolani, Hippol. singu. 180. plura. In Francia ego ipse vidi contrarium in forensi iudicio exerceri, videlicet vt laicus à suo iudice puniatur, clericus coram iudice ecclesiastico. nam oportet iuxta dictum saluatoris nostri Iesu Christi, reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

Quintò probat. l. nulli. C. de iud. & cap. primo. de causa possess. vbi petitorium coram illo iudice decidi debet, qui cognouit de possessorio, ne causæ continentia diuidatur, & quia verisimile est, quòd qui cognouit de possessorio, melius cognoscet de petitorio, quàm alius qui nullo modo est informatus, sicut in casu isto, postquam scholaris agit coram conseruatore super illa iniuria, & alius vult agere pro eadem, coram eodem iudice debet, ne illa causa diuidatur, & ne sequatur absurdum, videlicet vt ferantur sententiæ contrariæ, vel diuersæ, pro eodem facto, secundum Doctores in d. l. nulli. & dixi in arbore exceptionum.

Sextò facit gloss. singul. secundum Philip. ibi in cap. vno. de iure patro. in 6. quæ dicit, quod si laicus habet ius patronatus commune cum clerico, habebit sex menses ad præsentandum ratione clerici, sequitur Panor. in cap. eam te. de iure patro. in verb. ius, in 7. quæst.

Septimò facit text. singul. in cap. per tuas. de arbitris secundum Barba. in repet. c. Raynaldus. colum. 185. de testa. & Bauer. in §. testes. colum. 6. instit. de testam. quod laicus iunctus cum clerico, potest cognoscere tanquam arbiter de re spirituali, licet aliàs non posset, cap. contingit. illo tit. & ibi addidi multa, de Rota decisio. 266. nota quod Papa. in antiq.

Octauò facit, quòd si causa sit communis monasterij & laici, poterit monachus esse aduocatus & monasterij, & laici, in illa causa, vt tenet Imol. post alios, in cap. fin. colum. 2. de postul. & idem dicit, si laicus habet rem communem cum ecclesia, tunc sacerdos in illa causa etiam erit aduocatus pro vtroque. Barba. consil. 36. sapienter. colum. 8. in 2. vol. vbi multa ad hanc rem facientia cumulat.

Nonò potest adduci gloss. sing. in clem. vna de testam. quæ vult, quod licet constitutio respiciat futura. l. leges & constitutiones. C. de legi. cap. 2. & fin. de consti. tamen quando habent annexionem cum præteritis, ad præterita extenditur. ibi citaui doct. eam gl. dicentes singularem, & hanc sententiam sequentes.

Decimò facit, quòd tradunt Bart. Alex. & Ias. in l. stipulatio. §. 1. ff. de noui operis nuncia. vbi licet ædificatum post denunciationem debeat demoliri, etiam si iuste. l. 1. & l. prætor. §. 1. ff. illo tit. Tamen si vna pars est facta ante satisdationem, quæ debet demoliri, altera post, quæ non debet demoliri, tunc factum ante ratione adiunctæ partis non demolietur, & sic vna non demolietur, quando vna non posset sine altera dirui, secundum eos.

Vndecimò adduco dictum Bald. in l. respublica. C. quib. ex caus. maio. vbi inquit si in vniuersitate sint aliqui minores, & alij maiores, fauore minorum non curret præscriptio contra vniuersitatem Maleret. in tit. de elect. fol. 19.

Duodecimò potest facere quod dicit Dom. in cap. cum aliquibus. colum. 3. versic. quid si canonicorum. de rescript. lib. 6. quod si canonicorum receptio spectat ad prælatum tantum, & mandat Papa, tam prælato quàm capitulo, vt aliquem recipiant, tunc ille receptus censetur authoritate apostolica receptus, & omnibus aliis venit præferendus, per tex. in c. hi qui. de præben. lib. 6. scripsi in forma mandati, in glo. conferatis, in concorda.

Decimotertiò dicit Bart. in l. solent. ff. de aliment. & ciba. lega. quod si clerici & laici sint hæredes, & ab eis petantur alimenta coram iudice ecclesiastico, debent peti ratione clerici.

Decimoquartò conuenit Bartol. solenne verbum, in l. 1. §. si quis. num. 13. ff. de appellat. quod si ex causa iudex ecclesiasticus & secularis iudicent, appellari debet ad superiorem iudicis ecclesiastici, sequitur Alexan. consil. 183. viso processu. in 2. vol. & consi. 12. videretur. colum. 1. in 6. volum. Purpur. in l. Imperium. col. 3. ff. de iurisd. omnium. iud.

Decimoquintò facit quod dicit Roma. consilio 262. quod si petatur reductio ad arbitrium superioris à duobus arbitris, vno clerico, & altero laico, tunc adeundus erit iudex ecclesiasticus, Ias. in d. l. Imperium.

Decimosextò si arbiter iuris iudicet cum alio dissimilis qualitatis, à quo non possit appellari, poterit tamen ab vtroque appellari. Alex. consil. 122. viso. nu. 16. in 4. vol. allegat Rom. in l. arbitrio. ff. qui satisd. cogan.

Decimoseptimo facit quod dicit Cardin. in c. Ioannes. col. 1. & 2. de testa. quòd si clericus & laicus sint relicti executores in testamento, poterunt compelli per episcopum ad exequendum.

Decimooctauò quòd licet quis possit alteri in quærendis præiudicare. l. quæ autem. ff. quæ in fraudem credi. l. seruus. C. de pact. l. si sponsus. §. si maritus, 2. ff. de dona. inter virum & vxorem, tamen quando quærendum esset quæsito connexum, tunc non posset, Corsetus. in singula. in verbo, lex de natura, & cumulaui in dicta l. seruus.

Decimononò quòd licet appellans non deferens appellationi non possit eam prosequi, cap. an sit. de appella. (qui fuit mihi datus in punctis meæ licentiæ) si tamen appellatus prosequatur, poterit & appellans fauore appellati, per textum singul. in cap. ex parte S. de rescript. secundum Perus. in cap. ex ratione. columna 18. numero 64. de appella.

Vigesimò, quòd licet appellans non possit post annum prosequi appellationem, vel ex causa biennium, cap. Romana. de appella. Fallit si appellatus prosequatur, quia tunc appellans potest per illum textum dict. cap. ex parte. & ibi glo. & docto.

Vigesimoprimò facit lex Iulianus. ff. qui satisda. cogan. vbi si cœpisti agere nomine meo citra mandatum, & lite contestata ego te constituam procuratorem, videor ratificare gesta ante mandatum, & ratione constitutionis nouæ valent ante gesta, & ad hoc illum text. dicit singul. Alexand. consil. 146. num. 9. in 5. vol. & Barba. in repe. cap. Raynaldus. col. 128. de testa. hodie solent notarij, & est tutius, clausulam cum ratificatione gestorum scribere sic, talis N. constituit Titium procuratorem in tali causa, cum ratihabitione gestorum, &c.

Vigesimosecundò non erit absonum adducere textum in cap. super eo. de præb. lib. 6. vbi quis propter connexitatem potest habere duo beneficia curata, seu incompatibilia.

Vigesimotertiò facit, l. si quis. §. cogentur. & ibi Bal. & alij. ff. de edend. quòd si sint duo testes, vnus integerrimæ opinionis, alter vilis, quòd hi duo faciunt plenam fidem. nam fides vnius supplet imperfectionem alterius, & ibi multa cumulaui, vide Alexandr. in l. sæpe. numero 71. ff. de re iud.

Vigesimoquartò facit quod dicit Baldus in l. Imperator. numero quarto. ff. de statu hominum. quod si sint duo notarij, vnus officio priuatus, alter non, & conficiant instrumentum, valebit illud instrumentum propter bonam famam vnius, per illum §. cogentur.

Vigesimoquinto, si vnus habens fundum emphiteoticum, decedat pluribus relictis filiis, & vnus soluat canonem, pars alterius non soluentis, non incidet in commissum ratione soluentis, quia solutio illa habet vim solutionis perfectæ. Bartol. in l. fraudati. ff. de public. licet contrarium teneat gloss. in l. communi diuidundo, in princ. ff. communi diuid. primæ sententiæ tamen inhæret Matthę. de Afflictis, in decisio. Neapoli. q. 153. venditur. Item si duo fratres habeant feudum, & vnus committat feloniam, alter non, vterque retinebit feudum in totum, Bald. in c. 1. nu. 16. quib. mod. feud. amitt. Alex. consil. 122. viso. nu. 16. in 4. volum.

Vigesimosextò non ineleganter docet Anto. Bauer. in §. testes. columna sexta. institu. de testament. in testamentis ad pias causas sufficere, si masculus, cum fœmina interuenerint, quia testimonium fœminæ supplebitur ex habilitate testis masculi.

Vigesimoseptimò facit quod dicit Angel. consilio primo. vbi inhabilitas testis domestici ex adiuncto suppletur, idem dicit Petrus de Ancha. in cap. super eo. de testi. quod quando commodum & incommodum sunt adinuicem admixta, potest domesticus testificari pro domestico, vt scripsi in tract. de reprobatio. testium, & saluatio. in verb. domesticus.

Vigesimooctauò facit casus singul. in c. multorum. de Iudæis, quòd Iudæus cum adiuncto videlicet emendo agrum cum ascriptitiis, potest possidere seruum Christianum, licet regulariter contra. in c. Iudæi. in 2. de Iudæ. & illorum casum in d. c. multorum, dicit sing. & mirabilem Barba. in c. Raynaldus. col. 185. de testa.

Vigesimononò facit l. prima, & secunda. C. si vnus ex pluribus appellauerit, vbi si vnus ex condemnatis appellauerit, aliis proderit hæc appellatio, quamuis si plurium causa appellationis sit connexa, & quidam se præsentauerint in parlamento, & alij non, præsentatio vnius vel duorum non releuat alios à contumacia, vt habetur in stylo parlamenti, in prima parte, rubr. de contumacia. §. item si plurium, & in forensi iudicio, in diuiduis, appellatio vnius alteri non prodesset de consuetudine.

Trigesimò sententia lata pro vno ex fratribus, ex eodem patre natis, quòd vnus sit ciuis Mediolanen. probat quoad alios, Angel. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. 1. in fin. per illum text. sequitur Catelia. Cotta in 2. parte memorialium, in verbo sententia dicta.

Trigesimoprimò firmat gloss. singul. in l. fina. C. de hono. & muner. non continuand. libro 10. quod ille qui est immunis à collectis & talleis, si contrahat societatem cum alio non exempto, ratione coniunctionis, vterque nil soluet, secundum Barba. consilio 44. sapienter. colum. penult. in 2. volum. Georg. Nathan in repet. cap. quamuis. fol. 15. colum. 4. de pact. in 6. quod non seruatur in regno.

Trigesimosecundò dicit Bonus de Curtili in tract. nobilitatis, in tertia parte, num. 186. quòd si nobilis

nobilis nubat ignobili habenti bona, non soluet collectas ex illis bonis, sed contrarium seruatur in regno.

*Frater non priuatur feudo propter fratrē.*

Trigesimotertiò facit dictum Baldi in cap. vno. in princip.colum.2. num. 16. quibus mod. feud.amit. quod si sint duo fratres habentes feudum,& alter defendat dominum, alter non, defensio vnius excusat alterum, vt non priuetur feudo propter personarum coniunctionem, & feudi,argu.l.si is qui duos.ff.de libera.lega.l.si ita, 2.de manu.testa.Cotta in verb. Vassallus, quòd non esse verum, asserit Roma.singul.241. si Vassallus, & si ciuitas habens nobiles, & populares, si nobiles sint rebelles, & populares non, propter talem mixtionem, feudum non applicabitur domino,teste Ias.in l.si emancipati.colum. 4. nu.11. C.de colla.ex hoc sumunt cautelam cauti Itali, vt si sint duo fratres,alter erit pro duce,alter contra, vnus pro Imperatore erit, alter contra, & sic defendunt bona sua.

Trigesimoquartò, quòd si collatio spectat ad episcopum & capitulum, communiter, & mandatum seu nominationes fuerint præsentatæ alteri tantum, ligatur etiam ille cui non est facta insinuatio,arg.l.de pupillo.§.si plurium.ff.de noui operis nuncia. ita not.Compostel.in c.capitulum.de rescrip.quia si vnus ex pluribus iudicibus vel arbitris impediatur, alij non possunt procedere.l.si in tres.& seq.ff.de arbit.cap. vno delegatorum.de offi.deleg.sic nec conferre, ita expressè ponit Cosma Guymier in titul.de colla.in §.statuit.in verbo spectat,in prag.sanctio.dixi in tract. nomina.q.14.nu.80.

Trigesimoquintò facit tex.in cap.sacris.de sepul.vbi si ossa excommunicatorum sint cum nō excommunicatis, & non posint discerni, nulla debent ab ecclesia euelli ratione connexitatis.

Trigesimosextò non omitto tex. in cap.clericus solus,& cap.in omnibus.& cap.clerici.81.dist. vbi non licet soli sacerdoti accedere ad mulierem,sed cum alio sic,hodie non obseruatur,nam sacerdotes eunt soli interdiu noctuque, & mulieres veniunt ad eos fronte interdum rugata & gemmata.

Trigesimoseptimò adduco notabile dictum Panormit.in cap.1.colum.2.de præscriptio. vbi si res est communis episcopo & capitulo, & vacat sedes episcopalis, non curret præscriptio contra capitulum propter mixturam, quam cum episcopo habet.

Trigesimooctauò non omittetur solenne dictum Panorm.in cap.cum dilectus.& c.fin.de iure patro.quòd licet legatus posit conferre beneficium patronatum à clerico præsentandum, vt ibi, tamen si ius patronatus competat, & laico & clerico simul, non poterit legatus, sed Papa solus.Ioan.de Selua.in tract.de beneficio,in 3.parte.q.11.in 12.qualitate.

Trigesimononò facit gloss.singu.in l.quæ dotis.ff. solut.matrimo. secundum Barbat. in repet. cap.Rainutius.colum.49.& 185.de testam. quod si debitum sit ex causa mixta, videlicet hæreditaria & propria, proderit inuentarium propter admixtionem.

Quadragesimò adducetur text. in l. si is qui duos.ff.de liber. lega. vbi spurius potest habere à patre suo partem ratione societatis contractæ cum habili instituto. quem text.singu. exclamat Bald.in Marga.in ver. connexitas. & in ver.liberatio,& Roma.singul.241. si vassallus. Corset. in verbo spurius,in primo,in suis sing. Barba.consi. 80.illud referam.col.4.in 3.vol.& consi.5.illud in medium.col.7.in 4.vol.

Quadragesimoprimò, si minor sit læsus, ex contractu, quem cum alio minore, qui iurauerat, fecerat, & is qui non iurauit petierit restitutionem, alter licet iurasset, propter communionem alterius poterit petere, & iudex debet illum restituere.l.ab administratione.C.de legat. quia aduersarius aperit sibi viam. l. si iudex. ff. de minor.l.si duo.§.primo. ff. de iureiur.Pantha. Calder.in repet.l.secundę.col.45.C.de rescinden. venditio.in 3.parte.glo.quod in Francia non seruaretur in rebus diuiduis, cùm inuito non conferatur beneficium, per regulam iuris,& non petenti nihil datur.

Quadragesimosecundò si sit vniuersitas vel collegium clericorum & laicorum in pari numero, tunc censetur ecclesiasticum, & maius dignum, id est clerici trahunt ad se laicos, Bartol. in l.fin.colum.3.ff.de colleg.illici. & in l. cum senatus. ff. de rebus dub.Ias.in l.Imperium.colum. 3.nota.2.ff.de iurisdi. omnium iud. vnde ista vniuersitas vel collegium est coram iudice ecclesiastico conueniendum, doct. in cap. ex literis. de consti.D.Ioan.le Cirier in tracta. de iure primogenituræ.q.9.col.antepenult.

Quadragesimotertiò facit glo.sing.in cap.primo.de offic. delegat. lib. 6. vbi si Papa rescribat collegio Cardinalium,vocat eos fratres,licet sint ibi aliqui, quos non nominaret nisi filios in specie, quia sunt cardinales diaconi, cap.quàm graui, de crimine falsi, vide gloss.in procemio concorda.in verb.filiis, & glo.in verbo fratri, in forma mandati.ibidem.

Quadragesimoquartò adducitur glossa in l. vna.C.si in communi eadémque causa resti. postu.vbi in re indiuidua restitutio minoris prodest maiori. vide Floria.in l.loci.§.si fundus. ff. si serui.vendi.

Quadragesimoquintò potest acquiri possessio hæreditaria per seruum hæreditarium pro parte,& sic per communem,per tex.in l.1.§.veteres.ff.de acquir.possess.

Quadragesimosextò non omitto tex.in l.eum actum.ff.de nego.gest. vbi actus factus in seruitute valebit, si habeat connexitatem cum alio actu facto tempore libertatis.

Quadragesimoseptimò facit l. fœminæ. ff.de senato.& l.mulieres. C. de incol. lib. 10. & de dignita.lib.12.vbi mulier ignobilis ratione coniunctionis viri erigitur.

Quadragesimooctauò facit quod dicit Bertachi.in tracta.de gabellis,in vltima parte.quæst. 30. vbi si duo emphiteotæ ecclesiæ debeant duos denarios singulis annis,& duobus annis soluerit vnus simpliciter, alter non, soluens non priuabitur, quia illa solutio duorum nummorum pro

vno anno censetur esse facta. Bal. in l. solennibus. C. de rei vendic.

Quadragesimonono. cap. vnicum. de statu regalarium, lib. 6. dupliciter inducêdo, primo quòd moniales non debent exire claustra monasterij. Secundò quòd nullus debet ingredi monasteria earum. cap. monasteria. de vita & honest. cleric. tamen quando monialis præstat societatem abbatissæ, potest egredi, sicut abbatissa, item sicut visitator intrat monasteria, ita & eius famuli & necessarij, cle. attendentes, illo tit. sed Ioan. Andr. in prædicto c. 1. de statu regula. dicit non fuisse receptum illud cap. in regno Franciæ, quem sequitur Guiller. Benedict. in verb. & vxorem. num. 233. de testa. vidi tamen seruari communius in religionibus reformatis, & turpe est & mali exempli res moniales à monasterio animi causa egredi posse, & scio, cap. illud fuisse apud Parisien. & in senatu semper seruatum, quando procurator regius hoc requirit.

Quinquagesimò facit l. princeps. C. de legibus. quòd Augusta propter Augustum est legibus soluta.

Quinquagesimoprimò sicut donata à principe sunt castrensia. l. cum multa. C. de bonis quæ liber. ita & ab Augusta, vt ibidem abundantius tradunt doct.

Quinquagesimosecundò sicut valet donatio per Imperatorem vxori, ita & per vxorem Imperatori. l. donationes quas diuus. C. de dona. inter vir. & vxor.

Quinquagesimotertiò facit l. abesse. ff. ex quib. caus. maiores.

Quinquagesimoquartò: l. ex liberis. §. si duo. & l. duobus. ff. de liber. causa.

Quinquagesimoquintò. cap. cum inhibitio. §. 1. de clandest. desponsa. Barb. consil. 5. illud. col. 7. in 4. volum. Ioan. Ma. in l. ex conuentione. C. de pact. & cap. ex tenore. qui filij sint legitimi. Corset. in singu. in verbo communitas, Lanfranc. in cap. quoniam. in verb. testium. colum. 15. de prob. Roma. singul. 80. tu habes. de Monteferrato in cap. 1. 4. nota. de rescript. in 6. Ias. in l. quominus. 10. not. ff. de flumi. Bart. in l. ad probationem. C. de proba. Io. And. & alij in c. fin. de confess. lib. 6. Ias. in l. 1. in prin. gloss. 2. in 4. conclu. ff. de acquir. posses. Catelia. Cotta in 2. parte memoralium, in verb. connexorum, & digiti non consecrati tangunt calicem propter consecratos.

Quinquagesimosextò possessio naturalis iuncta cum ciuili animo retinetur ratione vnionis, licet aliàs secus secundum intellectum Ias. in l. 1. nu. 45. & seq. ff. de acquir. posses.

Quinquagesimoseptimò facit l. cum res. C. de contrahen. empt. Alexand. consil. 113. in 6. vol. Hippolyt. in l. 1. §. diuus Adrianus. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. l. fundus. de contrahend. emptio. l. multum. C. si quis alteri vel sibi. cap. primo. de consecra. eccles. lib. 6. cap. penult. de concesio. præben. l. 3. §. si quis ex liberis. ff. de bono. posses. contra tabul. vide Corsetum multa congerentem in reperto. in verb. compromissum. num. 31.

Vide decem & septem per Ias. cumulata in l. illud. C. de colla. Ioan. Brunellum in tract. de dignita. legat. in 23. conclus. 3. declaratio. in forensi tamen iudicio hoc esset periculosum, & vix in Francia seruaretur scholaribus in diuiduis, sed in indiuiduis deberent saltem hoc priuilegium iudices seruare, & nota prædicta, quæ vsu sæpius venire vidi, ideo ea cumulaui, si fastidias legere, saltum facias ad alia.

CENTESIMVMSEPTIMVM, quia societas etiam quinque scholarium potest syndicum creare, & procuratorem, cap. quia. de procur. glos. in l. prima. in princip. in verbo aliorum. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine, Lucas de Penna in l. fin. C. de Curial. vrb. Romę. lib. 11. & quamuis in isto regno ex consuetudine, ciuitates, oppida, & municipia, non possint congregari ad constituendum etiam syndicum, vel procuratorem sine licentia superioris, Ioan. Fabr. in §. vniuersitatis. instit. de rerum diuisio. idem in Delphinatu seruari testatur Guido Papæ, in decisio. Delphin. quæst. 106. omnes villæ, quia Galli homines faciles sunt ad tumultus, & dissentiones, & nouarum rerum cupidi, vt nobis in hac re est testis Liuius, & Cæsar in commentariis, ideo possent facilè insurgere contra eorũ dominos, & monopolia facere. {Facit tex. in l. 2. ff. de extraor. crimi. sic dicens, sub prætextu religionis, vel sub specie soluendi voti, cætus illicitos nec à veteranis tentari oportet.} Tamen scholares & vniuersitates scholarium in hac consuetudine non comprehenduntur, cum liberè congregentur. {Panor. in cap. accedentes. nota. 3. de præscript.} sed vniuersitas Parisiens. sine magna causa congregari non solet bis in hebdomada, vt vidi statuto prohibente, sed deputati sic quoties opus est, qui causas paruas decidunt, magnas verò ad vniuersitatem referunt. *Societas scholasticorum potest congregari, & syndicũ creare.*

CENTESIMVMOCTAVVM, quòd si scholaris in aliqua via occidatur, vel maleficium in persona eius committatur, & malefactor non capiatur, nec puniatur, tunc decem domus proximæ sunt interdictæ vsque ad quinque annos ex statuto Bononiæ, vt refert Alber. in dictio. in verbo, præbenda, versic. de optione præbendarum. columna tertia. & in tractatu statutorum, in secunda parte, quæstione 165. Thomas, &c. & istud fortè statutum fuit, vt omnes vicini haberent protegere, & defendere studentes à lenonibus, & aliis maleuolis, & maximè bonos, qui in dies in vniuersitatibus interficiuntur, & esset bonum quòd hoc statutum vbique esset, & obseruaretur, sed mala pars hominum inuidet scholaribus, & eos odio prosequitur à minimo vsque ad maximum, ex defectu iudicum & conseruatorum, qui illos misere oppressos non tuentur, & non dico quòd mali & pseudoscholastici non debeant puniri, sed moderatè & secundum qualitatem delicti. Nam aliquando vidi scholares non iure verberatos condemnari & in carceres detrudi, & idem statutum est Bononiæ, vt si scholari sit furtum factum, quòd vicinia teneatur ad res amotas sacramento studiosi declarandas, secundum *Ex morte scholastici decẽ domus interdicuntur.*

Bald.in l.si quando.C.vnde vi. prius tamen constare de furto debet,vt ibi, & plene dixi in repe. l.diuus. ff.de senatusconsul. silla. in 3. nota. Item est statutum in Montepessulano, quod iurium studentes non capiantur antequam informationes rectori vniuersitatis ostensæ fuerint.

*Pro scholasticis Montispessulani.*

*Scholaris in literis excellens debet gratia donari ob maleficium ab eo commissum.*

CENTESIMVMNONVM est, quod si scholasticus egregius, & inter alios in aliqua scientia excellentissimus, vel doctor occidat (quod deus auertat) aliquem, & is postea propter homicidium, vel aliud maleficium per eum patratum ad mortem damnatus sit, vel condemnari iure possit, in hoc casu princeps consuli debet, qui isti alioqui in literis excellenti gratiam mortis facere debet, text.singul. in l. ad bestias.ff. de pœnis, vbi ob excellentiam artificij hoc procedere potest, multo fortius ob literarum excellentiam, nempe si publica vtilitas faciat, vt tolli è medio possit.qui eam lędit. l. ita vulneratus. ff.ad leg.Aqui. multo magis facere debet, vt seruetur is,qui reipublicæ prodesse potest, hoc expressim firmat Oldendorpius in suo tractatu de iure singulari,rub.de priuilegiis, quæ bonarum literarum professoribus & studiosis data sunt, in fine,vbi scribit sex illis data, priuilegia, ista aliquando adduxi pro quodam viro doctissimo,& de lingua latina benemerito,qui sic obtinuit.

*Arma ferre in cetu scholarium non debent seruientes.*

CENTESIMVMDECIMVM, quod licet familia potestatis possit deferre arma, l.nam salutem.§.sciendum & ibi Bal.ff.de off.pręfect.vigil. & viatores. §. si quis rusticus, de pace tenenda, & eius violato.& nobiles, d. §. si quis rusticus,& ita tenet Lucas de penna in l.vna,col. penult. C. vt armo. vsus, inscio princi. sit interdict.lib.11.& Bonus de Curtili,in tracta.nobili.in quinta parte, priuilegio 39. Item doctores, Bart. in l.medicos.C.de professo.& medic.lib.10.adde vassallos nobiles, nisi quando iurant fidelitatem domino, tunc zonam & arma deponere debent & calcaria,vt videtur notare Domi.Ioãnes Sainxon in consuetud.Turonen.in Rubrica *comment hommage se doibt offrir*, artic.1. & ita vidi fieri de consuetudine. Sed hoc non procedit apud studentes, inter quos non poterunt seruientes maxime portare arma. l. qui dolo. §. item qui cum telo.ff.ad leg.Iul. de vi pub. & ibi hoc not. Ang. & Ioan.de Plat.in §.item lex Iulia de vi publica, insti.de pub.iud.Barb. in tract.de præstan. Card. in quæst.vlti.secundæ partis,Socin.in suis fallen. regula 430.Iaso.in §.ex maleficiis,num.87. instit. de actio.ratio potest esse, vt scandalum inter hosce iuuenes euitetur, & tumultus,nempe illis armis scholastici seipsos, vel forte portantes interficerent,ideo prohibetur, cap. nihil cum scandalo,de pręscriptio.vbi multa prohibita ob scandalum per Feli.congeruntur,& sic vide an bene fiat Tholosæ, quòd die S.Sebastiani. & in festo corporis Christi præfectus vigilũ incedat armatus ad supplicationes cum ducentis aliis armis stipatis, sed hoc fuisse introductum quidam asserunt ad euitandum rixas,& scandala,quę inter scholasticos oriebantur:oriebantur autẽ sępe super honoribus habendis inter eos,& inter nationes,quę illarum postrema in supplicationibus incederet, & à longe deum sequi posset, quæ terrore armatorum vitabuntur,ideo permissum fuit,vt per Benedict.in repetitio. cap. Rainutius, in verbo, & vxorem,num.437.de testa. vbi explicat de portu armorum,& Iaco.Rebuffus in rub.vt armo.vsus inscio princi.sit interdict.lib. 11. & scholares portantes quotidie arma,ensem & alia pręsumentur mali,& animum habere maleuolum,glos.in §. si quis rusticus,de pace tenend.& eius viola. per §. sinautem,in authen.de armis,colla.6. & rarò isti deueniunt ad magnam eruditionem,cum potius circa arma bellica,quàm literas versentur, si sint sub Marte nati potissimè.

*Contra scholasticos arma deferentes.*

*Scholasticus falsam exponens pecuniam, falsi non tenetur.*

CENTESIMVM vndecimum, Quod si scholaris exponat pecuniam falsam, falsi tamen puniri non debet, quamuis mercator sic exponens puniretur, Iacob. Rebuff. in l. 1. C.de murileg.lib.11.per l.qui falsam, & l. lege Cornelia.& ibi Bartol.ff.ad leg.Cornel. de falsis, quod est verum,si ignoranter exposuerit,argum.l. 1. ff. de recepta.iuncta glo.in l.Item apud.§.si quis virgines.ff.de iniur.l.qui contra.C.de incest.nupt. l. nullus.C.de Fabricen.lib.11.cap.à nobis, de exceptio.Hippo. multa de hac materia scribit, in d. l. qui falsam,nume. 72.& sequen. & ignorantia in eis præsumitur,argum.l.3.§.si plures,& l.qui cum vno.§. fin. ff. de re milita. ideo qui allegaret studentem scienter exposuisse falsam pecuniam, oporteret quòd probaret,Barto.in l.omnes.C.de agricolis & censitis.lib. 11. Barbat. consil.51.illud. colum. 2. in 3. volum.per l.quotiens.§.qui dolo. ff.de probatio.cum magis iura, quàm pecuniam scire præsumantur,argum.l.fi. C.de iure deliber. imo posset hæc ignorantia probari iuramento illorum,tanquam dependeat ab animo,tex. in c. nulli, de electio.in 6.hoc expresse tenet Hippo. in d.l.qui falsam,num. 96. & sequen. & aliàs per hæc liberaui aliquem Pictauis scholasticum captum,qui postea mihi plurimas habuit gratias.

*Studẽs non tenetur bonis cedere.*

CENTESIMVM duodecimum, quia si aliquis cessit bonis, & postea peruenerit ad pinguiorem fortunam, ex integro conueniri iure potest.§.fin.de actio.in insti.& in l.1.C.qui bonis cede.possunt.Fallit in scholaribus,qui si emãt libros post cessionem,non sunt ab eis auferendi, cum sint illorum arma, gloss.singul.in l. nepos Proculo.ff.de verb.signi.huius sententię est Soc. in tract.fallen.regula 47.& Ias.in §. item Seruiana,nume.66.de actio.in insti. imò fortius si tales scholastici sint clerici,non debent arctari ad cessionem,text.& ibi Panorm.in cap.Odoardus,de solu. nam sicut miles seculi non cogitur cedere bonis,ita nec miles Christi, nec conuenitur nisi inquantum facere potest,text.iuncta glo.in l.miles.ff.de re iudic.& in cap.studeat,in fine. 50. dist. & sicut miles non potest donare concubinæ.l. 2. C.de dona. inter virum & vxor.ita nec sacerdos, Bartol. in l. mulierem. ff. de his quibus vt indignis,& l.affectionis,de dona.& l.miles ita.§. mulier.ff.de testa.milit.Feli.in cap.cum ex officij, de præscript.idem in scholaribus non clericis, id est non tonsuratis,vt non teneantur, nisi inquãtum facere possunt,per glo.in d.l.nepos, & ita inueni expressim tenere Ioan. de Tremolis in additio.

ad practicam Vberti de Bonacurso.in rub.de exceptio. & benefi.quæ post diffiniti.senten. oppo. fol.77.col.1.in verbo & cæteri.practica tamẽ erit, nam si sit excommunicatus pro illo debito,& habet beneficium, quòd fiat sequestratio fructuum beneficij congrua portione illi reseruata pro suo victu,si verò non habeat beneficium,sed alia bona immobilia vendentur, si sint sufficientia: reseruabitur tamen pro sustentatione,& si nihil habeat scholaris, & sit excommunicatus debet absolui,etiam non satisfacto debito.Ita firmat nuncupatim Collecta.in cap.olim.2.de rest.spoliat.& ista opinio seruatus de consuetudine secundum Aufrer.in decisionibus capel.Tholosa.quęst.245. verumenimuero hodie iniqui iudices exilio dãt studentes, & eos odio sine causa prosequuntur, & cum sint ignari, doctos non diligunt, in hoc maxime cognoscuntur ignari,& mali, quia profligant doctos & bonos, nam similis similem diligit,& pares cum paribus(veteri prouerbio)facillime congregantur,vt supra dixi.

*Libri scholasticorum nõ debent ex aliqua causa ab eis auferri.*

CENTESIMVM decimumtertiũ,Quia libri scholasticorum non possunt capi ex aliqua causa,etiam pro executione rei iudicatæ, sicut nec arma militum,glo. sing. in l.nepos Proculo.ff.de verborum significatio. secundum Bal. in Margar.in verbo,scholaris, & Alber.in dictio. in verbo, scholaris, Barba.in tracta. de præstant. Cardina.in 5.quæst.secundæ partis,col.7. nume. 26.Iaso.in §.item seruiana,num.65.insti.de actio. & in l.2.§.mutui datio.ff.si certum peta.D. Ioan. Sainxon Delphinalis parlamenti præses in consuetud.Turonen.in rubric. *des successions des gens roturiers,* arti.10.& quando capta sunt arma militis, solent ad cautionem illius cuius sunt reddi, constituẽdo se emptorem iustitię,ita fuit dictum anno 1522.die 27.Iunij,multo fortius in libris fieri debet,nam libri dicuntur res precioſę,cum duplæ pro illis posſit promitti.§.illud, in procem.ff. quæ non præstatur,nisi pro rebus preciosis.ff. de euictio.l.emptori,Alber.in 2.parte statu.quęst.96. quid si statuto, quæ stipulatio dupla hoc in regno raro promittitur,& minus exercetur.

*Arma militibus solent reddi.*

Amplia etiam si studens non haberet alia bona.vt not.doct.in d.§.item seruiana, licet contrarium scripserit Hippolyt.ea ratione sola,ne locupletaretur cum aliena iactura,in rubr.ff. de fideiusso.quæstio.27.in fin.per glos. in l. executores. C.quæ res pigno.obliga. possunt, quæ loquitur in agricultoribus, qui non reperiuntur tot priuilegiis ditati, sicut scholastici, nec ob id locupletantur studiosi cum aliena iactura, quia spes est, quod hic scholasticus habebit bona, cũ studium non permittat viuere in paupertate,nec in anxietate mori.§.fin.in authen.de hæred.& falci.colla. 1.& breui postquam studuerit, & ideo creditor poterit expectare,nam in mora modici temporis non habebit magnum pręiudicium.l.si debitori. ff.de iud.Ratio est,ne studium ob librorum amisſionem deserat, nam studiosi interest habere libros,per quos doctrina & scientia repleatur,& ob id melior fiat.l.penult.ff.ad exhibend.& in studio huius scholastici vtilitas publica versatur, & sic etiam vtilitas huius creditoris,ideo expectare debet quousque scholasticus bona alia habuerit, & quod differetur,non auferetur.l.quotiens. C. de precib.impera.offerend.quod secus in argriculto ribus esset,

Fallit quando scholaris esset discolus,vel mortuus, tunc & pro expensis funeris,& valetudinis aduersæ,poterunt libri capi, quia cessante causa, cessat effectus,ca.cum cessante,de appella. & hoc nuncupatim tradit Bald. in l. de restituenda. C. de petitio.hæred.& l.fin.commoda. sequitur Petrus de Vbaldis,in tracta.de duobus fratribus. 11. parte quæst.vltima.

Item libri scholarium pro expensis victus retineri possunt,& indies per hospites retinẽtur.Bar. in l.si non sortem.§.si centum.vbi etiam no.Iaſ.ff. de condictio. indebit. supra dixi an posſint pro pensione domus retineri.

*Libri scholariũ alicui sine mãdato non sunt tradendi.*

CENTESIMVM decimumquartum, Quanuis procurator admittatur cum cautione rati, quando dubitatur de mandato. l.1. C. de procura. tamen quando quando aliquis tanquam procurator, seu consanguineus, vel amicus repetit libros scholastici, non debent eidem restitui,nisi plene probet mandatum speciale,ad hoc, quamuis dare cautionem sit paratus,ita dicit Alber.in l.qui ita.§.primo,in fin.ff.ad Trebel. nam in libris versatur magna affectio.l.nummis. ff.de in litem iurando,glo.in c.primo. de electio. in 6.& illud interesse est petibile,vt dixi in repet. l.vnicę.C. de senten. quæ pro eo quod interest, pro qua scholaris posset multa hospiti petere, igitur fragilitati cautionis non debent se hospites scholarium committere.l.cogi.§.si pater,in fine,& melius in l.qui ita.§.primo.ff.ad Trebel. & vbicunque non est plene cautum parti per hanc cautionem, vt in armis, & in hoc casu non recipitur cautio.Iaſ.in d.l.prima.per nota. in d. l. iusiurandum,quod ex conuentione.§. fin. ff. de iureiurando.

Quid si scholasticus dicat hospiti, tradatis libros,& vestimenta mea illi, quem mandauero, aliquis illa verba audiens, venit postea nomine illius scholastici, cui libros,& alia tradit hospes, an sit liberatus?quod non,probat text. sing. in l. si quis vxori.§.1.ff.de furt.& ibi Bar.quia non debebat tradere sine mandato, secundum Gerard. de Petra sancta,singu.87.nota.quòd si quis.nam imprimis apparere debet,quod is habet mandatum,& est is,de quo est conclusum inter partes.l. non ignorat.C.qui accusa. non possunt,Bartho. Brixen.in quæstio. dominica. q. 51. vbi hinc inde disputat,vide si non graueris.

Quid si commodauero libros, vel deposuero apud te, & postea mitto literas,vt eosdem libros mittas,tu tradis portanti literas,an sis liberatus,si aufugiat,vel vendat?Respondeo non,nec videor ad te mittere, vt illos libros des literarum latori, sed idoneo.tex. in l.cum qui.§. fin. ff. commoda. sed postquam tu elegisti eum,teneris,nec liberaris cedendo actionem aduersus illum.Bal.consil. 132.Franciscus,volum.5.Antho.in cap.significante.2.nota.de pigno. Cardina. Alexand. in cap. significauit,col.2.de appella. & istud est mente tenendum,quia sæpius de facto accidit,& multi in hoc de

hoc decipiuntur, tradentes rem portitori literarum, quod non est faciendum, Hippol. sing. 430. cauti & oculati, quia aliquando literæ perueniūt ad illos, qui nunquam restituerent libros, vel si nuncius moriatur in itinere, possunt literæ peruenire ad aliquem, qui illos libros retineret, vel venderet, ob id statuitur, vt hic, & ideo sis cautus, quando scribis literas, vt non dicas, mittas illos decem aureos, quos debes per præsentium latorem, quia cum elegeris eum, erit debitor liberatus illi tradēdo, sed dicas, mittas ad me dictam pecuniam, tunc si det portanti literas, vel alteri, qui ad me non deferat, non liberatur debitor. d. l. cum qui §. fin. cum l. sequen. ff. commoda. Porcus in §. item is cui, insti. quibus modis re contrahi. obliga. {Iacobi. in l. si is cui te. C. de furtis} Istud fallit in soluente officiali publico, thesaurario vel receptori collectæ, seu tallearum, nam licet thesaurarius aufugerit, tamen non imputabitur soluenti, imo erit liberatus, tex. solennis in l. pro his. C. de naufrag. lib. 11. & ibi patruus meus Rebuff. & Corset. in sing. incipien. collecta, in 3. vide late per Marcum Anto. Bauer. in §. possunt, colum. 6. & seq. insti. de testa. & quæ addidi ad d. l. si quis vxori. §. apud. ff. de furt. imo fortius si is, penes quem deposuero libros, promiserit restituere illos cuicunque portanti literas meas, si dedero literas meas alicui, illi non quæritur actio contra depositarium, licet hospes non tradat. hoc expressim tradit Petr. de Bella pertica, in l. ad probationem. 1. C. de probatio. quē sequitur Gerard. d. sing. 87. vide Præpositum in d. cap. significauit. col. 2. de appell. vbi dicit quod si scholaris librum suo socio mittat per famulum, vel alium, si ille cui mittitur, neget sibi esse traditum, non poterit esse testis mandans, nam testis exonerans se, non auditur. l. omnibus. C. de testi. Lanfran. in repet. c. quoniam contra, in verbo testium depositiones, col. 23. extra, de proba. Fel. in c. cum contingat, de offic. delega. vide Rauen. in alphabeto, in litera F. fol. 49. col. 4. & Alex. in addit. ad Barba. in d. §. apud, dixi in tract. de reproba. testium, in verbo, propria in causa.

*Soluens thesaurario liberatur.*

*Iudæi libros scholasticorū retinere nō possunt.*

CENTESIMVM decimumquintū, quanuis Iudæi habeant priuilegium. vt possint res furtiuas eis pignoratas, vel venditas retinere, donec per veros dominos preciū reddatur, quod Iudæis datum extitit, licet contra ius. l. inciuilem. C. de furt. & dixi in repet. l. diuus, fol. 24. ver. tertio quæro. ff. de senatuscon. silla. quo priuilegio cōtra studentes vti non possunt, quippe si famuli scholasticorum surripiant libros eorum, & vendant Iudæo, non poterit Iudæus illos retinere, donec scholaris precium restituerit, quia tale priuilegium non afficit scholasticum exterum, & priuilegiatum, nam priuilegiatus non vtitur suo priuilegio, contra priuilegiatum, authentic. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Ita expressum scribit Panor. in c. quod clericis, de foro com pet. Francisc. de Crema, sing. 81. pone Iudæi &c. & Decius in cap. cum venerabilis, col. 5. nume. 12. de exceptio. & hoc priuilegio tunc demum vti possunt, quando bona fide emunt, ne detur materia calumniandi. l. conuenire ff. de pact. dotal. & videntur mala fide emere, postquam sine mandato venduntur per alium, quàm per scholasticum, per ea quæ proximo scripsi priuilegio, & sic obtinui pro amico meo scholastico Auenione, & istud non solum habet locum in Iudæis priuilegiatis, sed etiam & multo fortius in Christianis non ad hoc priuilegiatis, & sic tenebuntur mediatores, ac librorum reuēditores restituere non dato illis precio per scholares. d. l. inciuilem. Aduertant ergo hospites Tholosani, & Parisien. ne libros pro prandiis & cœnis quādoque sumptis retineant, quod mea memoria fuit senatuscōsulto etiam prohibitum apud Tholosates, & ideo Iudæi & hospites tenebuntur edere dictos libros scholaribus petentibus. l. 1. & ibi Alex. & Ias. C. de eden. & ostendere. l. quanuis. ff. de pigno. actio. vt sequitur.

*Mercator librum scholari edere tenetur.*

CENTESIMVM decimum sextum, licet non teneatur quis regulaiter actori edere ad intentionem fundandam. l. 1. & fin. C. de eden. Tamen libros tenebitur quis edere scholasticis ad intentionem etiam eorum fundandam, & hoc fauore studij, & vtilitatis publicæ ex studio prouenientis, quippe in fisco, hoc iuuenitur statutum, in l. ne quisquam. ff. de edē. l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. Bald. in l. in fraudem. §. neque ibidem, & in dote, quæ studio æquiparatur, ita scribunt Antho. Imol. & alij, in cap. 1. de probatio. Bal. de Bartolinis in repet. l. 1. in 124. dotis priuileg. nume. 319. ff. solu. matr. Item si habeat librum penes mercatorem, forte pignori datum, poterit illum compellere ad ostendendum sibi librum, text. in authen. hoc ita, vbi Bart. C. de pigno. & in l. à diuo pio. §. insuper, in fin. ff. de re iud. & in hac sententia manet idem Bartol. in l. quamuis. ff. de pignor. actio. & Bald. in Marga. in verb. scholaris, & ista induxi contra reuēditorem librorum, qui emerat libros ab aliquo, & postea scholasticus illos petebat sibi exhiberi, vt videret an sui essent, & ita fuit iudicatū, & hoc expressim scribit Purpura. in d. l. 1. C. de eden. & Dec. in d. cap. 1. col. 10. de proba.

*Iudæi scholas Christianorum ingredi possunt.*

CENTESIMVM decimum septimum, Quod licet Iudæi non debeant cohabitare cum Christianis, cap. Iudæi. cap. sæpe, cap. nullus. 28. quęst. prima, & dicit Apostolus 2. ad Corinth. 6. cap. Nolite iugum ducere cum infidelibus. ob id diuus Ioannes, cùm balnea intrare vellet, aufugit, dum ibi Cherintum veritatis inimicum vidisset. text. in cap. omnis. 24. quæst. prima, Hiero. epistola 22. in tertia parte litera B. in fine. scholares tamen Iudæi causa addiscēdi, poterunt ingredi scholas Christianorum, ita notat Panorm. in cap. primo. de Iudæis, & Siluester in sua summa, in verbo, balneum, quia in scholis Christianorum poterunt quædam audire, per quæ forte ad Deum conuertentur, nec eos possemus lucrifacere Christo, si eorum colloquium prorsus vitaremus, cap. multi. 2. quæst. prima. & melius est vitare hos pestiferos hæreticos, quàm Iudæos, quia de eis scribitur, cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, vt peccata sua exprobraret, atque vltionem suam futuram prædiceret, panem apud illum edere, & aquam bibere est prohibitus, quæ cum

cum non custodisset, diuina sententia inde rediens, morsu leonis in itinere interiit. 1. Reg. 12. c. & seq. c. si quis inquit. 1. q. 1. cap. Anastasius. 19. dist. Luc. de Penna, in l. 1. col. 6. C. de priuilegi. scholarium. lib. 12. Paul. Griland. in tract. de hæret. lib. 1. quest. 1. & 2. scripsi in bulla cœnæ domini, art. 1. in verb. hæreticos, vbi etiam inuenies quomodo hæretici dignoscantur, & quibus ex causis oriantur hæreses.

*Debitū scholastici omnibus aliis præfertur.*

CENTESIMVM decimumoctauum, Quia sicut mulier ratione dotis præfertur omnibus creditoribus tacitam hipothecam habentibus. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habeāt, ita & scholastici in debitis causa studij aliis creditoribus quibuscunque præferuntur, Angel. & Iaso. in l. 1. in fin. ff. solu. matri. cum causa dotis & studij ibi æquiparentur, ideo si doctor, vel scholasticus legerit in aliqua vniuersitate conuentione facta de certo honorario, bona ciuitatis erunt tacite hipothecata pro dicto salario cum priuilegio prælationis. Angel. & de Ripa in d. l. 1. in fine, ob id consului cuidam primario, cui debebantur salaria & victus, vt se opponeret venditioni bonorum mobilium alicuius artificis, & licet creditores alij essent anteriores tempore, tamen hunc primarium dixi præferendum, & dicti creditores eidem soluerunt, quod est bene notandum pro regentibus in collegiis, & aliis præceptoribus, vt facilius eisdem soluatur, non tamen creditoribus preferuntur expressam hypothecam habentibus, sicut nec mulier. d. l. assiduis. De his hipothecis abundantius scribo in ordina. regiis, vide supra priuileg. 82.

*Nota primarie.*

*Restitutionē petit studens durāte studio læsus.*

CENTESIMVM decimumnonum, quod literarum studiosus poterit petere restitutionem in integrum, si eo in studio existēte res sua fuerit præscripta, cum causa probabili dicatur absens, de quibus causis scribit, gl. in l. fi. ff. de in integ. restitu. & ibi Albert. & hoc nuncupatim firmat Cosma Guymier, in prag. sanctio. in titu. de colla. in §. & vt liberius, post glo. primam, & Albert. in l. sed & si per prætorem. §. primo. ff. ex quibus causis maio. Idem dico si habeat rem communem cū fratre, & præscribatur tota, quod possit restitui etiam in totum, per l. si communē. ff. quēadmod. serui. amittan. & supra multa similia scripsi priuileg. 106. quod procederet in indiuiduis, in diuiduis autē non seruaretur in forensi iudicio, per glo. in l. vna. C. si in cōmuni eadēque, causa, in integ. resti. postu. restituantur, etiam si alio modo id temporis lædantur, etiam si essent maiores, quia studij causa sola est sufficiens. Albert. in l. necnon, & l. inter. ff. ex quibus causis maior. Nec refragatur l. professio. C. de munerib. patrimo. lib. 10. vbi doctor non petit restitutionem, sed dic esse verum, quando læditur contrahendo tempore doctoratus per ignorantiam iuris, secus si tempore quo studebat lædatur, & sine contractu & facto suo, nam tunc poterit etiam tempore doctoratus petere restitutionem, de his quibus fuit antea deceptus.

Primò fallit, quando ille scholaris recederet à studio cum meretricula, per gloss. in authent. vt clerici qui recedunt, in princi. colla. 5. quia maleficium non debet alicui præstare restitutionem, argu. l. primæ. C. vbi senato. & cessante studio, cessabit restitutio. Secundò limita, quando non studerent in studiis publicis, vt habetur in procemio Digestorum, in §. hæc autem tria, nam priuilegia conceduntur studentibus in locis priuilegiatis, docto. in cap. fin. de rescrip. lib. 6. & tex. hic ibi, ad loca, in quibus literarum exercentur studia &c. dixi in rub. de colla. §. primo. in verbo, vniuersitate, in concord. Sublimita nisi esset à studio absens tempore pestis, docto. in l. recusare. §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebel. de ripa, in suo tract. de peste latissime. Secundò sublimita quando esset in ciuitate nō vt studeret, sed vt addisceret idioma patriæ, vt sunt multi Germani in Gallia, vel vt vexet debitores, tunc enim non restitueretur, quia cessante studio &c. cap. cum cessante, de appella. Petr. Iacob. in sua practi. in rubr. de in integrum restitu. vt possit agi perso. actio. fol. 33. Igitur scholasticis in studio sic læsis non debent negari literæ restitutionum à Cancellariis, etiam si essent maiores per prædicta, quæ non conceduntur ob defectum ætatis, sed studij fauore, & scio multis studiosis restitutionum literas fuisse concessas.

*Scholasticos bibliopolæ decipere nō debent uendendo libros uitiosos.*

CENTESIMVM vigesimum, quod licet contrahentibus sit licitum inuicem decipere. l. in causæ 2. ff. de minor. l. item si precio, in fin. ff. loca. ca. dilecti, de emptio. & ibi late Antho. de Burgos. Fallit in scholaribus, qui si à bibliopolis decipiantur possunt restitui, vt si emant libros defectuosos, vel falsos: nam poterunt contra bibliopolam actione redhibitoria, vel quanto minoris agere secundum Pet. Iacob. in sua pract. in rub. de actio. redhibitoria, vers. attamen. fol. 98. sequitur Pantha. Calder. in repet. l. secundæ. col. 39. C. de rescinden. vend. gloss. in l. 1. in princip. ff. de ædil. edict. quod crederem verum, quando deficeret vnum folium, vel quaternus, secus si defectus esset vnius literæ, vel syllabæ, vel nominis, quia non solet succurri contra ius commune, pro re minima. l. scio, & ibi Bartol. ff. de in integ. resti. & pulchre Corset. in suo tract. de minimis, intellige quando emerent in studio, seu in loco vbi est studium, aliàs secus vt firmat addi. ad Petr. Iacob. in rub. de in integ. resti. vt possit agi rescis. pers. actio. versi. item oportebit, fol. 33. cui non assentirem, imo generaliter intelligerem, siue in studio, siue extra emerint, cum generaliter is agat redhibitoria, vel quanto minoris, qui emit vitiosam rem habentem vitium latens. l. 1. ff. de ædilic. edict. imo si emerim librum, & comperiam illum maxime vitiosum, non teneor soluere precium. gloss. in §. penult. in verbo, præstat, de excusa. tuto. in insti. quam sing. dicit Bal. in Marga. in verbo, vēditio. q. 6. aliàs ipsi deterioris conditionis essent, quàm non studentes, quod non est dicendum, arg. l. Seruius. ff. quod vi aut clam.

*Conueniri non possunt studiosi in loco in quo student, nec puniri.*

CENTESIMVM vigesimumprimum, quod studentes ex contractibus in sua patria, vel alibi initis, non coguntur in loco studij respondere, Cy. in l. 2. C. de iurisd. omnium iud. quæstio. 2. quia sola habitatio non facit eos sortiri forum. Bart. in l. hæres absens. §. proinde post gloss.

gloss.ibi.ff.de iud.Panorm. in cap. quod clericis, col. 1. de foro comp. quia ad hoc quod aliquis possit conueniri de alibi gestis,requiritur, quòd habeat domicilium in loco, in quo conuenitur, Soc.in c.fi.in 7.principa.quęst.in 2.effectu,de foro compet.sed scholaris in loco studij non habet domicilium.l.2.C.de incol.lib.10.l.lex Cornelia. §.si tamen.ff.de iniur.ergo &c.Antho.de Tremolis in additio.ad Hubertum de Bonacurso in rub. quibus modis examen iudicis,in ver.vel est scholaris,in glo.euitare.

*Scholastici ex obligationibus & debitis ante studium contractis in studio cõueniri non possunt.*

CENTESIMVM vigesimũsecundum, Quod ex obligationibus contractis, antequam iuissent ad studium, non possunt conueniri etiam extra studium existentes, sicut non possent,si essent in studio, in quo censentur esse, licet absint ad tẽpus statim redituri ad studium, hoc expresse tradit per illum text. Ioan. de Plat. in l.in sacris.2.C.de proximis sacro.scr.lib.12.ideo si in patria sua sit honeste,quia compleuit suum studium & gradum doctoratus est adeptus, vel forte fuit missus iusta ex causa, vtpote infirmitatis,tunc id temporis priuilegiis debet gaudere,vt dictum extitit per l.si cui. §. fin. ff. ex quib. caus. maior.quia per eum non stat, quin studeat,secus si fuit remissus à loco studij ignominiose,vtpote quia fuit bannitus.l.3.ff.de re milita.l.testamenta eorum.ff.de testa.milit.arguendo de milite terrestri ad scholarem,quod argumentum, gloss. admittit.in §.sed hactenus,insti.de testam.militis,& ibi Porc.col. 3. & de excusa. tuto. in fine princi. vbi dicunt, quod si deserat studium propter voluptates,quibus inuoluitur tempore hilariorum, seu carnispriuij,illa causa est ignominiosa,& eum infamat,quod intelligerem quando omnino desereret,secus si ad modicum tempus statim reuersurus quia in mora modici temporis non est magnum præiudicium.l.si debitori.ff.de iudic.& idem si sine iusta causa discesserit vel aufugerit. l.Paulus.§. Gaius, ibi, aliquantulum temporis.ff. de libera.causa.

*Delicta alibi commissa per studẽtes non possunt in studio puniri.*

CENTESIMVM vigesimumtertium est quod literarum studiosi non poterunt in locis, in quibus student, ex delictis alibi etiam in vniuersitate commisis puniri.l. 2. C. vbi de crimine agi oporteat,& l.2. C. vbi senatores reprobata glo.ibi tum quod scholasticus sit in via, & aduena, qui non potest conueniri extra domicilium.d.l.hæres.§.proinde,tum quòd sola habitatione non sortiatur forum,Sali. in d. l. 2. C. vbi de crimine agi oporteat,reprobando gloss.ibi,& ne cogatur studium deserere,& extra vniuersitatem vagari, & ista est communis opinio secundum Bolog.hic, quam sequitur Ioan.Baptista in additio.ad Alber.in verbo scholaribus,& Domi. in cap.quæ contra.8.dist.Felin.in cap.dilectus. in 2.versi.ad domicilium,col.7.de rescript.quod intellige verum in criminibus leuibus, & leuitate ingenij perpetratis,cum leuia sub dissimulatione transeant, secus in enormibus & grauissimis, vt lęsę maiestatis & heresis.per nota.in l.si quis non dicam.C.de episco.& cleri.vel intellige nisi contraheret vel delinqueret in loco studij. nam ibi tunc posset conueniri & puniri.Imola in cap.ex parte, B.de foro competen.per l.2.§.sed si agant. ff.de iudic.

*In delictis quãdo pœnitentia inter studentes admittatur.*

CENTESIMVM vigesimumquartum, quod licet in delictis non admittatur pœnitentia.l.si pecuniam,& ibi docto.ff.de condict. causa data, si tamen scholasticus causa comedendi accipiat pullos alienos,& postea pœnitentia ductus eos restituat, non committit furtum. Bartol.in l.qui ea mente. ff. de furt. Floria. in l. quintus. ff. ad leg. aquil. & ratio est, quia forte erat instigatus à re,super qua delinquitur,vt quia pulli & gallinę quotidie accedebant ad suum cubiculum, vel ad cameram,vt in simili dicitur,in l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg. aqui. quod non tenetur incitatus,si verberet, vel occidat se defendendo cum moderamine,gloss.& ibi doct. in l.1.C.vnde vi,& idem in scholastico, qui incitatur ad adulterium à sua hospita, nam arbitrarer minus peccare, quàm si eam multum sollicitasset,quia sollicitando amitteret tempus,& post ea etiam adulterium commiteret, & sic dupliciter peccaret. Idem si aliquo dicto tuo vel facto iniurioso sim prouocatus ad iram, ob quam aliquid tibi iniuriæ dixero, vt iniuriarum non tenear.Specul.in tit.de accusato.§.primo.vers.quid si vocaui.Angel.in tract.de malefic.in gloss. verba contumeliosa versi.quid si aliquo, vide Felin. in cap.dilecti,col.4. de exceptio. & Hippol. in l. prima,nume.6. ff.ad leg. Corne.de sicar. & hæc communia sunt, licet pinguius in scholaribus procedant.

*Scholastici ciuiũ priuilegiis gaudent.*

CENTESIMVM vigesimumquintum licet scholares non habeant domicilium in loco studij, tamen adhuc gaudent priuilegiis ciuium illius ciuitatis,in qua student.Ioan.de Platea,& alij in l.ciues,col.1.C.de incol.lib. 10. quos docto.sequuntur, & hic, quod facit pro statuto Montispessulani, quo cauetur aliquem in prima instantia non posse extrahi à ciuitate,hoc etiam debet obseruari in scholasticis non ciuibus, & hoc est eis expresse concessum per Carolum, vt patet in priuilegio,quod transcripsi infra studentibus in vniuersitate Montispessulani.Simile priuilegiũ concessum est studentibus Parisiis,quod vidi,& legi,& idem vidi Caturci ratione consuetudinis obseruari, idem de statuto alio Montispessulani, quo cauetur quod ciues cum literis clamoris vnius solidi possint debitorem forensem,etiam ad corpus non obligatum capi facere, & in carceres detrudere,donec dederit fideiussores desistendo, eum, & ibidem elegerit domicilium,& ipse iudicatum soluere promiserit,& hoc sæpius obtinui in Montepessulano, dum ibi studens residebam, quamuis non sim ciuis originarius:natus enim sum in loco de Balhanisis iuxta Montempessulanum,& ista possunt esse maxime vtilitati studentibus in vniuersitatibus, & ciuitatibus priuilegiatis, vide glossam in titu. de colla. in §. item quo ad dictas, in pragmatica sanctio.in verbo habendi, & sic facit pro consuetudinibus Parisiensibus,in quibus dantur priuilegia Burgensibus Parisiensibus vt etiam competant scholasticis, vt in priuilegio sequenti dicetur.

CENTE

*Statutum volens scholares haberi pro ciuibus, intelligitur quoad utilia, & non quoad incōmoda.*

CENTESIMVM vigesimumsextum, quod statutum vel consuetudo dicens scholares haberi pro ciuibus, intelligitur in his quæ sunt in priuilegium ciuium concessa, non autem in his, quę sunt in ciuium damnum, seu grauamen inducta, nam priuilegia militum non tollunt legem eorum fauore inductam. l. si à milite. §. primo, & ibi Angel. ff. de test. milit. l. si Rufinus. C. illo titu. & l. nulla, & ibi plene Pau. ff. de legib. idem si dixerit, quod discipuli & scholares tractentur vt ciues, quia tunc non perdunt priuilegia, quę vltra ciues habent, Bartol. in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. posse. contra tabu. tum quod fauore eorum introductum est, non debet in eorum odium retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. tum quia concessum iure speciali non excludit beneficium iuris communis. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capt. Bart. in l. fin. col. 3. num. 16. C. de sacrosanct. eccl. nec per superueniens priuilegium videtur aliis derogatum priuilegiis. l. decurionibus. C. de silentia. lib. 12. nempe inducta ad augmentum non operabuntur diminutionem. l. legata. ff. de lega. primo, sic consuluit Decius consi. 457. in causa, col. penult.

Ex quo infertur, quod scholaris non poterit conueniri ibi tanquam ciuis pro debito, alibi contracto, per text. ibi, in curialibus tamen permaneat, & ibi notat Bartol. & patruus meus Rebuffus, in l. Alexandrinis. C. de decurio. lib. 10. vbi dicitur quod licet doctor qui legit per viginti annos, efficiatur comes. l. vna. C. de professo. qui in vrbe Cōstanti. comiti. meruerunt, lib. 12. si tamen ante erat popularis, vt dicunt, poterit etiam postea admitti ad honores, & officia, vt popularis, quia assumptio specialis nominis non facit generale nomen amittere, vt ibidem dicitur. Item honor superueniens non mutat qualitatem personæ, vnde monachus factus episcopus non desinit esse monachus, glo. in cap. de monachis. 16. q. prima. cap. fin. de simo. & ibi plene Panorm. & Felin. & tabellio factus doctor, non desinit esse tabellio. Bald. per illum text. in l. falsa. §. si cui. ff. de conditio. & demonstratio. & si per statutum nobiles fiant populares, tamen non perdunt nobilitatem generis, sed accessit eis popularitatis beneficium. Bal. his verbis vtitur in l. per adoptionem. ff. de adoptio. quia nunquam interpretandum est priuilegium, vt priuilegiato possit esse nociuū, tex. in l. diuus. in fine. ibi, nec vllorum magis interest quàm ipsorum, quibus id priuilegium datum est eiusmodi exemplum non admitti. ff. de testa. milit. sic consuluit Alex. consil. 32. visa concessione, col. 2. in 5. vol.

Secundò infertur quod si ciues maiori pœna quàm extranei punirentur pro delictis ab eisdem commissis, scholastici non sic punientur, sed si minueretur pæna delicti ciuibus, minuetur tunc studentibus, vt pulchre concludit Ange. in tract. de malefic. in glo. de Bononia, col. vltima, & in §. ius autem ciuile, col. 16. vers. ad vnum tamen aduerte, insti. de iure natu. gent. & ciuil. Feli. in cap. dilectus, col. 5. versi. quarto facit, de rescript. vide septem limitationes per Iaso. & recentiores in l. si Rufinus. C. de test. mili. Et an sint veri ciues an fícti. vide Bartol. & alios in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & Card. in clem. quod circa, col. vlt. de electio.

*Studentes non possunt compelli ad munera subeunda.*

CENTESIMVM vigesimūseptimum, quod scholastici non possunt ad munera illius ciuitatis aliqua compelli, in qua studij causa degunt, quia non constituunt ibidem domicilium. l. 2. C. de incol. lib. 10. & ibi Rebuffus, & alij, & qui habent animum redeundi domum, à domo non videntur abesse. l. quæsitum. ff. de leg. 3. Barb. in cle. ne Romani, col. 101. versic. adde secundo. de electio. Socin. in cap. fin. col. 10. in fine secundi membri de foro compet. etiam si statutum diceret quod stans in tali loco sex annis, vel tali tempore debeat tanquam ciuis haberi, secundum Albert. in prima parte statuto. quæstio. 175. item pone, &c. Et ratio est, quia quando quis studet, non videtur esse in loco in quo studet, quandiu habet animum redeundi. d. l. quæsitum, in princi. ff. de leg. 3. l. Seiæ. §. pamphilę. ff. de fundo. instruct. sequitur Felin. in cap. dilectus, in 2. col. 7. versicul. ad domicilium, de rescript. etiam si sic staret per mille annos. Bartol. in l. lex Cornelia. §. si tamen. ff. de iniur. gloss. in §. primo. de colla. in Concor. in verbo habeatur. Et ideo non tenetur ad custodiam portarum ciuitatis, etiam tempore belli, vel pestis, nec ad excubias, nec ad alia quæcunque onera ciuitatis, & hoc specialiter concessum est scholaribus vniuersitatis Montispessulani, ac Parisien. per Karolum sextum Franciæ tunc regem, anno 1419. die 12. Iunij. apud Pontisaram, & idem priuilegium confirmauit anno sequenti, vt inter priuilegia vniuersitatis Parisien. quilibet potest videre: imò fuit per eundem regem declaratum, quod non obstantibus priuilegiis (quæ vocant chartam Normanorū) Normanis datis, prædictis gaudeāt priuilegiis veri Parisien. scholastici, anno 1459. die 29. Maij: imò etiam non coguntur munera in propria patria subire studio durante. Bartol. per illum text. in l. 1. C. qui ætate. lib. 10. & infra dico.

*Scholasticus in patris potestate existens testari potest.*

CENTESIMVM vigesimumoctauum est, quod filius in patris potestate existens, testari non potest. l. qui in potestate. ff. de testamen. l. senium. C. qui testa. facere possunt, nisi sicut scholastici, qui de bonis donatis per patrem, vel alium poterunt testari, vt firmat Petrus Iacobus in rubr. de in integrum resti. vt possit agi rescisoria personali actione. §. item arma. in sua practi. & idem in aliis acquisitis intuitu studij propter lecturam, aut aliàs, quia videtur illis quasi castrense peculium, & hoc maxime quando perfecerint studium, vtpote effecti sunt doctores, vel aduocati, seu licentiati, vel artium magistri. Ioan. Saixon in consuetudin. Turonen. in rubric. *des successions des gens roturiers*, articul. 10. in fine, vel clerici primæ tonsuræ, authentic. presbyteros. C. de episcopis & cleric. extendendo illud, quod in milite statuitur, vt testari possit. §. fin. insti. de testam. milit. ad milites inermes, vt facit glossa in l. prima. §. est alius. ff. si quis à parente manumissus. fuerit, & in l. miles, de re iudicata.

Item

Item filiusfamilias ea ratione testari non valet, quia non est integra persona.l.fina.§. necessitate.C.de bonis quæ liber.Bartol. & alij in l. interdum. ff. de condict.indebit. sed quando est in studio, censetur integra persona, quia sine patre studet, & proficit, ideo agit & omnia facit sicut paterfamilias: quamobrem loco patrisfamilias habetur. l. secunda. ff. ad Macedo.& infra dicam, ideo testari poterit, hinc est quod filiusfamilias seorsum habitans à patre, vt communiter scholastici emancipatus reputatur.§.si filiusfamilias, de obliga. quæ ex quasi delicto,in institu. Benedict.in repet.cap. Raynutius. in verbo, matrem, num.26. & in verbo, si absque, in 2.num. 45. de pupilla.de testam.& sic testamentum facere poterunt studentes, si aliud extra potestatem patriam eis impedimento non fuerit, vide alias limitationes, per Socinum regula 153.filiusfamilias. & quæ ibi addidi. & docto. in l. senium. C. de testamen.

*Scholastici peregrinorũ priuilegijs gaudere debent.*

CENTESIMVM vigesimumnonum, scholastici dicuntur peregrini.l.cum filiusfamilias viaticum. ff. de reb.credi.& si longius.§. primo. de iudi. cap. consultationibus. de officio delegat.& in hoc text.poterunt igitur testari sicut peregrini, & sic coram duobus testibus, authen. omnes peregrini. C. communia de succesio. Bolog. hic expresse hoc asserit,& putarem quod licet peregrini bona,id est,exteri morientis in regno Rex Franciæ capiat iure (quod practici dicunt) albinagij, tamen non capiet bona scholaris exteri: nam ratio, quare rex illa capit est, quia exterus illa acquisiuit bona in suo regno, sed ille scholasticus nihil acquisiuit, imo ferme omnia, quæ habebat, in ludo literario consumpsit, igitur dicerem non habere locum in eis ius albinagij, licet scriptum non reperiam, cogitet doctus,sed apud Parienses ex priuilegio concesso vniuersitati bona mortuorum scholasticorum reseruantur suis consanguineis, vt est priuilegium Gregorij Papæ 1 x. de quo in libro facultatis decretorum, quod per supradicta vides omnibus scholasticis, etiam aliarum vniuersitatum competere.

*Arma scholasticis an ferre liceat.*

Item peregrini possunt arma deferre. §. si quis rusticus, de pace tenenda, & eius viola. quid in scholaribus, non inuenio, sed bene in doctore, quod non debet scrutari de armis, textus in l. medicos. C. de professo. & medic.libro decimo. Insanirent seruientes Tholosani si hoc nostris concederemus, & præfectus vigilum, ideo illos relinquo, quorum imagines seditiones & furta lambunt, tamen in studiosis dico quod eadem ratio non militat in peregrinis, quo ad arma, cum sint in locis tutis, quando sunt in studiis generalibus, vel præsumuntur esse, ideo non est verisimile, quod ibi patiantur vim, licet sæpius contrarium fiat. l. non est verisimile. ff. quod metus causa, & quando patiuntur vim, possunt deferre arma ad vim repellendam, sicut dixi suprà in aliis priuilegiis, in libro tamen facultatis decretorum extat priuilegium Gregorij datum in ecclesia Lateranen.Idus Aprilis,pontificatus sui anno quinto, quo inhibetur scholaribus Parisiis degentibus, ne armati per ciuitatem vagentur, simulátque præcipit, ne præfata vniuersitas tales vagos pacisque turbatores ac studij defendat, sed eos iudicibus laniandos relinquat, igitur vniuersitas istos monere solet, vt à prædictis desistant,quod si perstiterint,amplius eos non tuebitur. Porrò sicut peregrini ab ecclesia debent tueri, & quicunque eos offendit in personis, vel in rebus, est excommunicatus, nisi satisfaciat.cap.si quis Romipetas.24.quæstio. 3.& scripsi in bulla cœnæ domini, ita & scholares debent ab omnibus tueri, maximè ab ecclesia, sed hodie tuentur quidam magis meretrices concubinariis seruientes, ob id dicit Specul. in titul.de competen.iud.additio, in §.primo.versiculo vigesimooctauo, quòd peregrini sunt de foro ecclesiæ, & sicut dominus Deus amat peregrinum, & dat eis victum, & vestitum, Deuteronom. 10. cap. ita & omnes maximè serui Dei debent scholasticos amare, & sic voluntati diuinæ se conformabunt, & ille dicitur peregrinari, qui non est in loco suæ habitationis. l. ciues. in fine. C. de incolis,libro decimo. quare studentes extra locum habitationis sunt peregrini,&ab ecclesia tuendi.

*Pro uniuersitate Parisiensi.*

*Serui Dei scholasticos diligere debent.*

Item præsumuntur ignorare consuetudines ciuitatis sicut peregrini, nisi in ciuitate steterint per decem annos.gloss.in l.secunda.in fin. C.vbi de crimi. agi oporteat. Sed quòd scholares non posint testari, vt peregrini tenebant quidam à cessante ratione, quæ cessat in scholasticis, ergo &c.cap.cum cessante,de appella. Ratio,quare peregrini possunt coram duobus testibus testari, est, quia in via existentes non possunt habere testes,sed scholastici in ciuitate existentes testes habere possunt, ergo debent iure communi testari. Dicerem aliam esse rationem, quia ideo peregrinis cõceditur testandi priuilegium propter vtilitatem publicam, & pietatem, quam exercent, sed non minorem exercent studentes vtilitatem publicam, vt supra probaui, ergo habebit locum in eis.Item versatur causa pietatis, Anto.de Burgos in cap.primo.columna quarta.& cap.fina.de emptio. nam Exodi. vigesimoquarto. cap. habetur, peregrino molestus non eris.l.prima. C. de episcop. audientia. igitur & scholares humanius tractari debẽt,& cessante vna ratione non cessat lex. §. affinitatis. instit. de nupt. sic non cessabit hoc priuilegium. Peregrini enim sunt interdum in ciuitatibus, & vbi est magnus numerus hominum, ergo tũc debet cessare hoc priuilegium, quod non fit sic, nec scholaribus, licet posint testes habere. quod est notandum, nisi esset consuetudo quod duo notarij in omnibus actibus interessent, vt in hac consuetudinaria patria, de qua dico in ordina. regul. & alia priuilegia peregrinorum scholastici habebunt,quæ ipsis studentibus conuenire poterunt, & in quibus erit eadem ratio.

*Scholasticus quando libros legũ & medicinæ habere posit.*

CENTESIMVMTRIGESIMVM est, quòd si testator legauerit scholari libros legales, si efficiatur doctor in iure ciuili, & medicinæ, si in medicina, si in vtraque facultate efficiatur doctor, debet habere tam libros lega-

les quàm medicinæ. l. Titiæ testatores, & ibi expressè Alexand.& Ias.ff.de legat. primo. quia sub simplicibus comprehenditur casus mixtus in fauorabilibus, l.si ita. ff. de liber.& posthu.nota.in l.2.in prin.ff.de verb.oblig. Marc.Anto. Bauer.in §.sed cum aliquis.col.11.instit. de testam. milit. & dignitas superueniẽs non tollit priuilegium præcedens.l.3.C.de dignita.lib.12. Sufficit tamen vni homini in vita vna dictarum scientiarum, etiam si haberet excelsum intellectum, quia vita breuis, ars verò longa, Hypprocrat.in prin.Aphorismo. facit l.Stichus.ff. de legat.3. hoc expresim tradit Bald.in l.si duobus. in princip. C. communia de lega.num.6.&

*Vna sciẽtia in uita sufficit.*

*Qui binos lepores vna sectabitur hora,*
*Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.*

l.fi. C.de assesso.& l.fina. de excepto, & exac. lib. 12.gloss.in c.diuersis fallaciis.de cleric.coniug.sed cum leges & canones sint coniuncti, vt dixi in tractat. nomina. quæstione 5. potest quis vno tenore prosequi vtrunque, & idem est dicendum, quando testator legauit illis, qui sunt doctores in legibus & medicina centum. Nam licet vnus doctor non sit in vtraque facultate, tamen habebit centum, tenet Alexand.consil.20.ponderatis.numero 8.in 3.volum.quia in materia fauorabili quando copula cadit inter duo adiectiua, vel inter duas qualitates, & non constat quod sint adiectæ, vel adiecta respectu vnius & eiusdem substantiui, vel diuersorum, in dubio ad diuersa referri debent. si hoc fieri potest, ad hoc vt augeat, videlicet vt doctor in medicina centum habeat, & totidem doctor legum, Alexan. consilio 101.super eo.num.8.eod. volum.& consilio 25. consideratis.num.14.in 7. volum. col. 4. Baldus in l.prima.in princip. colum.2.ff. de iusti. & iure.Ioan.Crotus in repet. l. re coniuncti. col. 11.ff.de lega.3.

Primò fallit, quando salarium deberetur ratione oneris, & vnus vtrunque onus subire non posset, tunc non habebit nisi pro onere suscepto. l.hac parte.in fi. C.de proximis sacro. scrinio.lib. 12.vnde si rex constituat dari cuilibet magistro in theologia centum,doctori verò cuilibet decretorum quinquaginta,is qui est doctor theologiæ & decretorum, habebit centum & quinquaginta, quando salarium eisdem datur ratione magisterij, quia dignitas concernit fauorem personæ, in authen.constitu.quę de dignita.colla.6. ideo non debet operari contrarium effectum. l. legata.ff.de legat.primo. secus si stipendium daretur ratione lecturæ,quia tunc nisi in vtroque legeret,non haberet vtrumque, sic expressè concludit patruus meus Rebuffus in l.cos.in fine.C.de excusa. munerum.lib.10.

Secundò limitatur, quando sine studio, & sic non iure vtrunque gradum reciperet, quia tunc vtrunque salarium non haberet. Ancha. & Barb. in cap.clerici. de iud. vbi in iure canonico promotus,quamuis ignoret canones,causa tamen honoris, vt esset doctor in vtroque, non debet gaudere priuilegio illius gradus,in quo nihil scit.scripsi in tract.nomina.quæst.5.num. 9. vnde si legatum sit relictum alicui cum doctorabitur, intelligitur præcedente examine rigoroso,nec sufficit si à Principe vel Comite Palatino obtineret absque examine.l.fi.C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. vbi Angel. Bonus in tract. nobilita. in 3.parte.nu.24.

CENTESIMVM trigesimumprimum, quod si alicui scholari legeretur aliquid in subsidium sui studij, debet solui in loco studij, licet hoc non fuerit expressum. Bartol. & Iacobi. per illum textum in l. sed & si susceperit. §. si libertis. ff. de iud.quamuis in aliis secus sit. l.quod legatur. ff. de iudic. nempe legatum debet solui vbi testator voluit, vel est verisimile voluisse. l. cum res. in princip. ibi, nam si alibi voluerit, ibi præstanda est, vbi testator voluit, vel vbi verisimile est eum voluisse. ff. delegat. primo. sed verisimile est, quod illi legetur fauore studij, etiam si non exprimatur, igitur in loco studij debebitur, licet non fuerit dictum, & hoc ne studiosus studium cogatur causa habendi legatum deserere, vel intermittere. Iacobinus in dicto §. si libertis. imò hoc legatum sumptibus hæredis præstabitur, nec minuetur propter expensas factas ad deferendum illud. per textum, & ibi not. in l.si quis seruum.in princip.ff.de legat.secundo. nam studiosus plus detrimenti haberet & amissione temporis, in quærendo legatum, quàm commodi ex pecunia legata: igitur non est onerandus, vt tempus amittat, cuius temporis sola auaritia est honesta, & Deo grata,idem si aliquis reliquerit alimenta scholastico, tunc etiam in loco studij præstabuntur.Ias.& Iacob.in l.cum hi.§. vult.ff.de transact.

*Legatum scholastico factum in loco studij solui debet.*

CENTESIMVM trigesimumsecũdum, quòd si testator reliquerit alimẽta scholari, pecunia in vniuersitate debebit solui pro alimentis,& non species,id est vinum & frumẽtum,quia est legatum in genere, & magis videtur legata æstimatio. l.1.in fin.ff. de auro & argento lega. l. cum aurum. & l. Titiæ. & ibidem dicunt doctores, quando alimenta debentur nobili, vt etiam æstimatio debeatur. l. cum hi.§.si in annos. ff. de transact.nam si licitum esset debitori dare in specie alimenta scholastico, daret fabas, caseum, & cæpe,quæ sunt cibi rusticorum.glo.in l.seruis vrbanis.ff.de lega. 3. & tamen studentes debent comedere bonas escas, & bono vino vti, vt ingenium acutius habeant, quod ex illis si medicis credimus, generatur, nec tenebitur scholasticus viuere in domo hæredis, qui tenetur præstare alimenta, sed in vniuersitate hæres pecuniam dabit arbitrio boni viri. Baldus & alij in l. prima. C. de legat. alioqui impediretur scholasticum studium.

*Pecunia pro alimentis scholastico solui debet.*

CENTESIMVM trigesimumtertium, quamuis legatum incertum non valeat. l. quidam in prima. ff. de legat.secundo.l.quidam. de rebus dub.cap.nos quidem.& ibi docto.de testament. Tamen legatum incertum scholari factum bene valet,vt si legentur expensæ studij, vel aliud studij causa. Alex. in additio.ad Bart.in l.si quis annuum. ff. de annuis lega.Ias.& alij in l.ita stipulatus. num.13. ff. de verborum obligat. sicut in dote scribitur, in l.cum post. §.gener.ff.de iure dotium,

*Legatũ incertum studentibus factum valet.*

dot.& abunde per Bald.Nouel.in tracta.de dote. in 6. parte priuileg.11.fol.12. & causa dotis & studiorum æquiparantur, vt supra non semel dictum extitit, & etiam quia relictum studij gratia dicitur quodammodo relictum ad pias causas, Alexan.in d.l.ita stipulatus. colum.8.nu. 28. ff.de verbo.obligat.per hunc text. ibi,hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, & legatum ad pias causas etiam incertum valet.glo.& docto. in d.c.nos quidem.de testa.Hippo.in rub.de proba. fol.49.versic.item adde. & quando studij expensæ relinquuntur, non solum veniunt illæ, quæ dantur pro libris & victu,sed etiam pro matricula.Bartol.in l.his verbis.§.fin.ff.de legat.3.& Soci. in l.quibus diebus.§.primo. ff. de conditio.& demonstra.& expensę doctoratus,& omne id,quod legitime expenditur.Alexan.consi.77.capio primum.nu.6.in 4.vol.

*Expēsæ studij quæ dicantur.*

Quæro si hæres grauetur, vt expensis hæreditatis faciat Titium studere, nec dicitur in qua facultate, quomodo teneatur? Respondeo hæredem teneri facere eum instruere, vt legat, & scribat,& demum vt grammaticæ studeat,& aliàs secundum capacitatem ingenij scholastici, per l. Stichus.ff.de legat.3.Bolog. hic & Petr. de Ferra. in sua practic. in forma libel. pro leg.rei singula. versicul. condescendendo ad decimum articulum, & alibi dicetur, idem in promissione facta studioso, Alexand.in dict.l.ita stipulatus.ff.de verbo.oblig.

Notandum est, quòd secundum rigorem iuris ciuilis contractus regulariter ratione incertitudinis vitiatur,tamen de æquitate canonica omnis cōtractus,promissio, & dispositio facta etiam super alia re quàm dote, & studio, valet, & tenet, nec vitiatur ratione incertitudinis, sed ex tali incerta promissione agitur,vt declaretur secundum arbitrium boni viri,est solemnis sententia Archi. in cap.sunt nonnulli. 1.quæstio.1. quam sequitur Iacob. in dict.§.gener.col.2.in scholasticis, etiam in foro Cæsaris,& secundum illius rigorem,prædicta seruarentur.

*De legato facto scholasticis,Falcidia non detrahitur.*

CENTESIMVM trigesimumquartum, quod de legato facto alicui literarum studioso, non detrahitur falcidia, sicut nec de legato dotis.l.cum dotem.ff.ad leg.Falcid.ita expresse scribit Barba.in repet. cap.Raynaldus.col. 149.in 33.casu, de testam. & maximè quando pro studio Theologię relinquitur.Bald.in l.1.colum. 6.quæst.2.ff.de lega.2. sed Alexand. in l.ita stipulatus.colum.8.ff.de verbo.oblig.dicit idem in studio alterius scientię approbatæ,vt nulla ex eis detrahatur falcidia, cum de legato ad pias causas non detrahatur, authent. similiter. C. ad legem Falcid. & quòd sit pium probat hic text. dicens, pietatis beneficium indulgemus. Item non debet solui de hoc legato gabella, si ex statuto,vel consuetudine de legatis esset soluenda. Barb. vbi supra, nec detrahetur de illo legato quarta episcopalis.Baldus in l.si quis.§.in omnibus.colum.3.& 7.C.de episcopis & clericis.gloss. in clemen. dudum.§.huiusmodi. in verbo, indirectè, & ibi notant docto.de sepult. quia studentes legatum bene consument sine aliqua detractione, etiam si esset maximum. Item non detrahitur Falcidia, quando voluntas testatoris non posset impleri, si Falcidia detraheretur, text. singul. in l.decem. ff.de fideicommiss.liberta. Corset. in singul. incipiente Falcidia, sed si detraheretur quarta de legato facto scholasticis, non adimpleretur voluntas testatoris volentis scholarē proficere in scientia debere, quod non posset facere, si pecunia ei defalcaretur,cum vix possit viuere, etiam si non defalcetur. Item quia legatum pauperibus factum, dicitur pium.l.illud.C.de sacrosan.eccles. l. id quod pauperibus. de episcop. & cleric.atqui scholares sunt pauperes, vt hic,ergo &c.scripsi,in text.infrà.

*Legatum relictum fratri prædicatori, vel alteri mendicanti studenti valet.*

CENTESIMVM trigesimumquintum, Licet legatum annuum factum fratri minori, prædicatori, seu alteri mendicanti,cum repugnet mendicitati non debeatur, clem.exiui.§. cumque annui.de verbo.signific.Bald.consi.416. visa,in 4.volum.& sic fuit prolatum arestum Parisiis, vt legatum reddituum factum etiam conuentui non valeat,teste Ioan.Gallo, in quæst.per aresta, quæst.56. tamen factum fratribus mendicantibus pro libris emendis,& aliis oneribus studij supportandis fauore studij valebit,prout consuluit Panormit.consi.63.quædam domina.in secundo volum.per gloss.in clem.dudum.in §.huiusmodi in verbo, indirecte,de sepult.& ratio est, quia illud legatum dicitur factum ad augendum diuinum cultum, cap.fina. de testam.& per hoc non releuatur mendicitas, nam dicuntur mendicantes, quoad victum solum, & non quoad disciplinam.Federic.consi.12.fratres.Bal.in authen. ingressi.C.de sacrosanct. eccles. & succurritur eis officio iudicis.Bartol.in l.nec quicquam.§.obseruare.ff.de officio proconsul.vide eum in l.ciuitatibus.de lega.primo.Guido.Papæ,in decisio.327. an fratres, huius sententiæ fuit Felin.in cap.cum dilecta.colum.21.versic. fallit sexto, de rescript.& Rauen.in Alpha.in verbo, frater minor.idem in donatione,vt valeat facta fratri minori studij gratia, censet Catellia. Cotta. in secunda parte memora.in verbo, abbates,Purpu.in l.1.§.qui mandatum. colum.2.ff. de officio eius, cui mandata est iurisd.quia legatum donatio est.l. legatum.ff. de legat. 2. Fallit quando tanta relicta eis esset quantitas, quæ verisimiliter factum, in fraudem fuisse detegeret.Bar.in tract.minorita.lib.2.quęst. prima.& seq. vbi plenius vide, & in 4.dist.cap.1. & 2.per §.ad hæc cum fratres.c.exiit qui seminat. de verb.signific.in 6.

*Legatū annuum in anni principio scholastico debetur.*

CENTESIMVM trigesimumsextum, Quia licet legatum in annos singulos non debeatur,nisi anno finito.l.1.C.quando dies lega. cedit. l. qui hoc anno. ff. de verbo.obligat. l. si in annos.ff.de conditio.& demonstra.fallit quando aliquid scholasticis legatur habitationis fortè causa, vel mercedis, vel victus, tunc propter coniecturam voluntatis, quia statim egere incipiunt, in anni cuiuslibet exordio debetur, text. & ibi, glo.in l.nec semel. §.si in habitatione. ff. quando dies lega. ced.& quia est pium, & quando ratio pietatis inest, tunc debetur in principio. l. si ita fuerit.2. ff. de manu.testam. quem text.not.Ro.

in repet.authen.similiter.colum.13.in 5. causa. C. ad legem Falcidiam. idem in contractibus tradunt docto.in dict.l.qui hoc anno, vbi abundantius vide,& in l.prima.C.quando dies lega.cedit. multa alia de industria omittam, ne in immensum hæc nostra crescant priuilegia,ista interim si lubet,boni consule.

*Legatum scholasticis in minus solenni uoluntate relictũ, quando debeatur.*

CENTESIMVM trigesimumseptimum, Quòd legatum annuum scholari etiam in minus solenni voluntate relictum, per triennium præstitum,debebitur de cætero præstari,argum.l. primæ. C. de fideicommis.& ibi Ias. in 2. colum. extendit ad dotem,cum dos,studium, & alimenta æquiparentur,vt supra dixi, ergo etiam in studio procedet,& multofortius, hæc multis probarem, nisi lectorem timerem ob prolixitatem fastidire, sed proba tu ex multis quæ supra scripsi, quæ hic ne repetam transcribere nolui, sed tu ad ista confirmanda pro repetitis habeas. {vide Benedict.in repet.cap. Raynutius. in verb. si absque 2.de legatis.nu.158.cum seq.de testa.}

*Legatis libris scholastico pecunia pro eis legata censetur.*

CENTESIMVM trigesimumoctauum, Quòd si pater, vel alius, leget studenti libros, vel cursum iuris ciuilis studij causa, tunc pecunia censetur legata ad emendum illos libros, nam pecunia destinata alicui negociationi, censetur eius negotiationis, etiam antequam sit exposita, & in legato rerum talis negotiationis pecunia continetur. Baldus in Marga. in verbo, pecunia, per text. singul.in l.ex facto,in magna, in fine.versicul.proinde & si pecuniam. ff.de hæred. instit.facit l.item legato. §. item interest,& l.quæsitum.ff.de legat.3. Baldus in l.sed & si susceperit. §.si libertis, in fin.ff de iud.quod intellige,quando testa tornullos haberet libros, secus si doctor, vel licentiatus suos legaret libros, tunc viderentur illi libri, quos habebat, legati, non pecunia, not.in l.librorum.ff.de lega.3.quod etiam intelligerem, quando illi libri essent alicui,vsui, secus si scholasticus illis non posset vti, vtpote quia sunt in pergameno, & non possunt legi, vel veteres & attriti, tunc pecunia, si constat de mente testatoris, de aliis intelligentiis nouis debetur, vt noui & prædictis meliores emantur, aliàs secus. l.non aliter. ff. de legat. 3. Imò quando testator legaret alicui literarum studioso chartas, deberet intelligi de libris ex mente testatoris, & qualitate legatarij,licet aliàs appellatione chartarum libri non veniant.l.librorum.§.quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. vbi alia huic rei accommoda scribuntur.

*Studiosi quibus confiteri debeant.*

CENTESIMVM trigesimumnonum, quia licet quis teneatur suo proprio sacerdoti confiteri, cap. omnis. de pœniten. & remissio. Fallit in scholaribus, qui dimisso sacerdote in patria possunt in loco studij cõfiteri. Siluester de Prierio, in sua summa, in verbo, confessor, in primo, numero sexto. Tenebuntur tamen confiteri sacerdoti illius parochiæ, in qua habitant, gloss.singul.in clemen.prima. de priuileg.in verb.parochialis, secundum Panor.in cap. cum contingat. colum.11. de iudic. & in repet.§. qui verò.cap.extirpandæ.colum.3. de præben.facit glo.in cap.fin.de pœniten.distin.6.dicens,vel scholaribus qui vadunt ad inclusos pro pœnitentia, & non vbi audiunt diuina, gloss.in cap. quæ contra.8.distinct.Hosti.in summa de parochiis.§. quis.versi. quid de parochiis scholarium,possunt tamen in conuentu aliquo mendicantium etiam sine petitione licẽtiæ sui sacerdotis parochiæ confiteri vni ex electis per superiorem, iuxta clem. dudum.§.statuimus. in verb. libere, ergo sine licentia,dicit glo.de sepult. Item quia illi religiosi habent licentiam ab episcopo,vel eius vicario, & priuilegium à Papa, ergo sine petitione licentiæ, & hoc communiter obseruatur, sed tutius esset quòd peterent licentiam, quam faciliter habebunt,dict.c.omnis.vbi multa scripsi, sed istud priuilegium competit etiam viatoribus,& aliis exteris, qui proprio sacerdoti confiteri dicuntur confitendo,vt suprà est expressum.

*Trina nominatio cõtra scholasticos requiritur.*

CENTESIMVM quadragesimum,quòd licet vnica citatio pro tribus sufficiat.l.ad peremptorium.cum l.sequen.ff.de iud.l.tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. Fallit in scholasticis, qui ter debent moneri, antequam priuentur matricula, ita Barba. in cap. ex literis. per illum tex.col.6.nu.17.cum seq.de consti.quia quando agitur de priuilegij amissione, requiritur triplex citatio,seu monitio.glo.singul.in clemen. prima.in verbo, tertio, de vita & honesta. cleric. quæ dicit clericos exercentes vile officium macellariorum, vel carnificum non perdere priuilegium per vnam monitionem etiam peremptoriam, quam gloss.sequitur Panormit. in cap. ex tuæ. de cleric.non residen.vbi etiam dicit tres monitiones requiri contra non residentem, antequam posit beneficio priuari. Item ad priuandum militem feudo propter contumaciam requiruntur tres citationes, gloss. solennis, in cap. vno. de mili. vassa. qui contumax est, huic aquiescit sententiæ Alexand. in l. contumacia. ff. de re iud.& Præpos.in cap.præterea.1. de sponsal. Felinus in cap. consuluit.de offic.delegat.& cap. contingit. in 2.de sentent.excom. dixi abundantius in practi.mea.

*Iussus describi in matricula pro scholastico habetur.*

CENTESIMVM quadragesimumprimum, Si statutum certam pœnam imponat offendenti scholarem, & rector scholarium iusserit aliquem in albo aliorum, quod matriculam vocant, describi, & ante descriptionem contigerit eum offendi nulla mora facta per scholarem,offendens tunc punietur, ac si ille esset descriptus, vt est de sententia Alexan.in l.si quis id quod.colum.1. ff. de iurisd. omnium iudic. quia proximè cingendus habetur, pro cincto.l. penul. ff.de testament.milit. & quæ de proximo instant, inesse videntur.l.lecta.versicul.dicebam.ff.de reb. cred. & paria sunt aliquid factum, vel fieri destinatum. l.vestimentum. ff. de auro & argen.lega.Alexan.consil.97.aliàs de facto.colum.1.in 3. volu.multa ad hanc rem facientia,de more congerit Felin.in c.cum adeo.colum.3.de rescript. & Ias.in l.admonendi.col.10.nu.54. & seq. in lectura.ff.de iureiurand. & paulo abundantius D. Tiraquel. in tractat.de legibus connubia. folio 164. & sequen. Sic in peregrinis causa indulgẽtiarum Romam euntibus, ac in itinere obeuntibus statuitur,

tuitur, vt indulgentias consequantur, ac si Romam iuissent, declarauit Papa tempore iubilęi anno 1550. quam declarationem tradit Alber. in dictio. in verbo, Iubilæus, & in l. qui mittuntur. ff. ex quibus causis maior: hodie scholares ante sex menses, postquam studere inceperint, non gaudent in hoc regno priuilegio conueniendi suos debitores coram conseruatoribus, verùm alia priuilegia per ordinationes regias non restricta habere possunt. Vidi in Hispania esse declaratum, quod scholasticus non potest gaudere priuilegiis, nisi prius fecerit vnum cursum & audiuerit cursum integrum, in singulos dies audiendo duas saltem lectiones, vt est videre in constitutionibus Hispaniarum, in concordia facta cum studio Salamantino, anno 1492. quę non seruatur ita strictim.

*Pro Hispania.*

*Scholaris à matricula rasus an gaudeat priuilegijs.*

CENTESIMVM quadragesimumsecundum, si scholastici nomen à matricula deletum sit, tamen adhuc gaudebit priuilegiis scholarium, donec alteri diuersæ inscribatur, & illi se addixerit, casus singul. in l. vna. §. fin. ibi est enim miles, quamuis in numeris non sit. ff. de bono. possess. ex testam. milit. secundum Roman. singul. 275. non potest. & Bauer. in §. sed hactenus. columna 2. instit. de testam. milit. & hoc intelligerem in mercatoribus, vel artificibus, secus in scholaribus, qui non solent describi in alia matricula diuersa, sed in alia vniuersitate sic, & priuatus scholasticus matricula in vna vniuersitate, non gauderet priuilegiis illius vniuersitatis. cap. ex literis, & ibi plenè docto. de constit. sed si inscribatur in alia vniuersitate, gaudebit priuilegiis illius vniuersitatis, vt scripsi in §. monemus. de colla. in concord.

*Interdicta ciuitate scholastici lectiones audire possunt.*

CENTESIMVM quadragesimumtertium, Licet ciuitas sit interdicta, poterunt tamen suas studiosi lectiones audire, quamuis in eis de diuinis tractetur, nec etiam peccant audiendo tempore interdicti. Alber. in dictio. in verbo, interdictum, in 4. versicul. de pœnis violantium, & ita consului quibusdam theologis tempore interdicti Tholosani, ad instantiam fratrum minorum concessi, quia hoc interdictum censetur quædam prohibitio administrationis sacramentorum, & celebrationis diuinorum, vel executionis aliquorum spiritualium, & non prohibitio lectionum, vt tenet Angel. de Clauar. in sua summa, in verbo, interdictum, in primo. Plus dicens, quòd si interdicantur Doctores, scholares non censentur interdicti, vide glos. in pragmatica sanctio. in titul. de interdict. indif. non ponend.

*Cõseruator absoluit excommunicatos propter manuũ iniectionẽ scholasticos.*

CENTESIMVM quadragesimumquartum, quòd si scholaris verberauerit clericum in sua patria modice, demum adeat studium, vel in studio verberet socium, potest ab illa manuum iniectione, & sic excommunicatione (cap. si quis suadente 17. quæst. 4.) in studio à suo conseruatore Apostolico absolui, cap. quoniam. de vita & honesta. cleric. ita tenet Stephanus Aufre. in decisio. capella. Tholos. quæstione 231. glossa. & ibi Panormita. in cap. fin. de offic. ordinarij. quæ est valde singul. secundum Corset. in verbo, absolutio, in 55. quæst. sui reperto. & scholares Parisienses potest Cancellarius ex priuilegio sibi dato absoluere, vt in priuilegiis vniuersitatis Parisiensis inueni. Imò si talis verberans sit clericus, & conueniatur actione iniuriarum, non potest contra eum concludi ad emendam, quam practici dicunt honorabilem, vt notat Ioan. Masuer. in rub. de iniuriis. in §. primo. & sequitur Boer. consilio incipiente, si quis animo iniuriandi posito. post consuetud. Biturig. pro hoc facit tex. in cap. in capite, & in cap. clericis. 50. distinct. cap. vno. de cleri. coniuga. Melius facit tex. in cap. quæsitum. de pœniten. & remissio. quia laicis secundum eos in clericos nulla est attributa facultas, seu potestas condemnandi, nec infamandi, cum laici obsequi clericis debeant, non imperare, vel diffamare, cap. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. scripsi in gloss. concord. in fine. Quidam intelligunt verum, nisi curiæ inferret iniuriam, quia tunc secundum eos ad emendam honorabilem condemnari posset, & ita fuit prolatum arestum Parisiis, vt habetur in quæstione per aresta. quæstione 141. aresto 2. & quæstione 153. aresto 2. & vidi quendam clericum condemnatum ad emendam honorabilem, eo quòd furtum fecerat in Palatio. Item alium ad similem pœnam condemnatum, eo quòd falsum commiserat in taxando expensas nomine alicuius senatoris, cuius nomen falso inscripserat.

*Clericus ad emendã honorabilem condemnari non debet.*

*Expositum studij gratia censetur in ecclesiæ vtilitatẽ datũ.*

CENTESIMVM quadragesimumquintum. Quia illud quod exponunt scholares studij causa, dicitur expositum, quasi in vtilitatem ecclesiæ. Domi. in cap. cum ex eo. de electio. lib. 6. Felin. in cap. cum M. colum. 11. in glo. in verbo, per industriam, de constit. Item præsumitur in dubio exposuisse studij gratia, Bart. & Salic. in l. fina. C. de negot. gestis Bologni. hic, quod est notandum, nam probatio incumbet dicenti contrarium, & vtilitas est, quia si scholaris locauerit fructus sui beneficij pro vno anno, vel duobus vt posset proficisci ad studium, & ibi moriatur ante tempus locationis finitum, tenebitur ille qui habebit beneficium stare illi locationi, postquam erat ad vtilitatem ecclesiæ facta, text. & ibi Panormit. & Ana. in cap. fin. ne præla. vices suas. docto. in l. emptorem. C. locati. Alexand. in l. si filiofamil. §. fina. ff. solut. matrimonio. & suprà dixi, priuileg. 26.

*Vectigalia studiosi non soluunt.*

CENTESIMVM quadragesimumsextum. Quod dum studiosi deferunt libros, non tenentur ad vectigalia, quæ vulgus pedagia, vel gabellas vocat, ea nempe quæ exercendi iuris gratia deferũtur, immunitate horum munerum gaudent, text. in l. vniuersi. C. de vectiga. & ibi exercendi iuris gratia, singul. secundum Barbat. in procemio clement. in verbo, salutem, in secunda lectura, columna 16. sequitur Alber. & Salicet. in dicta l. vniuersi. & Bart. hic, & in l. fina. §. diuus. ff. de publica. Cardin. in clement. fina. 4. quæstio. de censib. & quia ad vsum proprium studiosi libros deferunt, & quæ ad vsum proprium deferuntur, vectigalium immunitate gaudent vt dicitur in dict. l. vniuersi. doct. in cap. quanquam, de censib. libro 6. & clemen. vlt. eod. titul. Bertach. in

tracta.de gabellis.in 7.parte.quæst.29. & speciale priuilegium concessum est scholaribus euntibus Parisios, & redeuntibus, vt nullum vectigal soluere teneantur, in hæc verba, Concedimus de gratia speciali & certa scientia,& de nostræ plenitudine potestatis, ne quisquam laicus cuiuscunque conditionis, vel eminentiæ existat, siue priuata persona, præpositus vel bailliuus, præfatos magistros,& scholares,aut ad ipsum studium accedentes, aut ad propria redeuntes, de quorum scholaritate cõstabit per proprium iuramentum, in persona,familia,siue rebus, occasione pedagij, taliæ,impositionis,coustumæ,vel aliorum huiusmodi personalium onerum, aut alterius exactionis cuiuscunq; personam inquietent, molestent, aut aliàs quouismodo extorquere præsumant, hoc concesit Philippus v I.Valesius dictus, olim rex Franciæ, anno 1340. in mense Ianuarij apud Vincennam. Simile priuilegium concesit rex Franciæ Ioannes, anno 1360. die 12. Februarij, quod direxit dominis generalibus, vt prædictis priuilegiis gaudere faciant magistros, & scholares. hoc priuilegium ampliauit Karolus quintus, vt sint immunes tam in aqua, quàm in terra, & bona ipsorum, & bona suorum beneficiorum, quæ ad vsum habent, datum anno 1369. die 26. Septemb.apud Vincennam &c.

Limita nisi diu à studio se absentassent,Bar.in l.naturaliter.§. apum.ff. de acq. rerum dominio. quòd intellige, si studendi animum abiecissent, alios actus exercendo. Bart.in l.aut facta. §. tempus.ff.de pœnis, Bertach. vbi suprà.q.30.declarat ordinatio regia, quando est absens per sex menses,vt est videre in ordi.reg.rub. *Des priuileges des escoliers*,art.2.& supra declaraui.

Secundò limita in rebus alienis mixtis cum libris, vnde si scholaris prudens portaret cum libris merces patris, vel consanguinei, vel alterius etiam exteri, & dignoscatur fraus, certe illa bona confiscabuntur. l. 1. & ibi docto. C. de nauibus non excusand.libro 11.& Bolog.hic Bartolus in l.cotem ferro. §. dominus.ff. de publica. & vectigal. vide tamen Baldum in l.cum proponas.columna secunda.C.de nautico. fœno. quando licitum propter illicitum in publicum redigatur,& Berta.vbi suprà.in vlt. parte octauæ partis,quæst.8.

*Quomodo probetur quòd scholares deferãt libros.*

CENTESIMVM quadragesimumseptimum, quòd iuramento scholarium statur, an portent libros necne, vel iuramento nuncij libros deferentis,seu mulionis, vel aurigæ. quando scholaris non est præsens, gloss. in clem. fin. de censib.solennis, secundum Alexand. & Ias.in l.cætera.§.sed si quis ad opus.col.2.ff. de lega.1.& sequuntur doct.hic,& Bal.in l.cum proponas.C. de nautico fœnore. & l. vniuersi. de vectiga. vt in proximo priuileg.dictum extitit.

Fallit quando ex tempore de contrario constaret,argu.l.si is à quo.ff.vt in posses. lega. Bonifacius in dict.clemen. præsenti.colum.3.magistris verò & scholaribus Parisiis studentibus est concessum per Karolum sextum, anno 1383. die 11. Ianuarij,apud Vicennam,quod sint immunes ab omnibus impositionibus & subsidiis, tam super vino habito ex hæreditatibus eorum, vel ex beneficiis, siue illud vendant minutatim, siue aliàs, siue ex frumento,& aliis quibuscunque bonis, sic prouenientibus.

Item in omnibus bonis emptis ad suum vsum, & de his vult credi literis rectoris vniuersitatis Parisiensis, qui non debet attestari nisi scholaris iurauerit in manibus suis emisse ad suum vsum, vel bona esse ex hæreditate, vel beneficio, & hoc quando scholares degunt apud Parisios,sed quando sunt in itinere migrando ad aliam vniuersitatem,vel migrandi ad suos gratia, tunc debet credi iuramento illorum, & an præsumatur esse meus is liber, in quo nomen meum reperitur scriptum mea manu, scribit patruus meus in l.1. C.de nauibus non excusan. lib.11.tu illum ibi, si non graueris,legito.

*Aperire arcam, an publicani possint.*

Quæro, quid si publicani velint aperire scrinium, siue arcam, in qua sunt libri repositi, & videre,an permittatur? videtur quod sic,per l.requirendi.C.de seruis fugit.quæ loquitur quando fit auctoritate iudicis, aliàs secus, & sic consuetum est fieri, videlicet vt non aperiantur cistæ, quia inhumanum est paupertatem alicuius detegere. l. secunda. C. quando & quibus quar. pars deb. lib. 10. nam aperiens posset substrahere, & impedire scholasticos, vel muliones libros deferentes, & sic eis non permittitur postquam iuramento ipsorum vult credi, aliàs ad interesse & expensas tenentur dicti publicani, vt in proximo priuilegio dicetur.

Quæro, si gabellarij negent eum scholarem, quomodo succurretur? dic quòd scholaris probabit per literas matriculæ, quas debet portare, vt not. hic Bolog. nam clericus probat se clericum literis.l.si qua, per calumniam.C.de episcopis & cleric.& mandatũ literis probatur.l. 1.C.de manda. princip.alia multa, quæ literis probantur ponit D.Chassa.in consue.Burgund.in rubr. *des iustices*,in glo.*sont creuz*.§.sexto.licet consuetudo sit hodie,vt non petantur literæ matriculæ, sed si sit in habitu scholarium talis præsumitur.c si iudex. de sentent.excommunicatio.libro 6.l.item apud, §. si quis virgines. ff. de iniuriis. & qualis est habitus scholarium, supra declaratum extitit priuilegio 94. vel poterit probari per mulionem, qui vidit eum in habitu in vniuersitate: vel stabitur iuramento illius, qui dicit se scholasticum, postquam vult credi quo ad libros,ita & quo ad hoc dict.cle.præsenti.

*Publicani cogentes studiosos soluere, capitali pœna puniuntur.*

CENTESIMVM quadragesimumoctauum, quòd si publicani (quantæ audaciæ, quantæq; temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat, reddo verba Iurisconsulti, in l. quantæ. ff. de public.) cogant scholares soluere aliquod vectigal, perdunt priuilegia, si qua habent, text. in cap. dilecti. de priuilegiis, quem singu.ad hoc dicit Roman.singul.695.violans,præterea capitali pœna puniuntur.l.vniuersi. C. de vectigal. & ratio videtur, quia istud tendit contra voluntatem principis, qui hæc priuilegia scholaribus concesit, sicut in iure dicitur, in l.1. 2.& 3.C.de vestib.olober.lib. 11. vel ad reprimendum audaciam publicanorum, in dict.l.quantæ.

vide

vide l.si quis ab aliquo.§.fina.ff.de calumnia.& l. vlt.vectig.noua institui.C.

Notandum est tamen quòd non puniretur pœna mortis,sed tantum deportationis, text. in l.penult.& ibi gloss.in verbo capitali.C. de nauicula,lib.11. nam appellatione pœnæ capitalis intelligi debet de mitiore.l.si præses,& l.si de interpretatione.ff.de pœnis.l.hos accusare.§.omnibus, de accusa.appellatione pœnæ capitalis, venit etiã vltimum supplicium.§.publicorum, insti. de public.iud.Item amissio ciuitatis & libertatis,gloss. in l.transigere.C.de transact.glo.in l.pen. quę res vendi non possunt,& ibi Bal.Hippo.in pract.sua crimi.in verbo opportune,nu.40.& seq.& consi. 51.num.39.

Item debent condemnari in expensis, damnis, & interesse scholarium, non solum isti publicani,sed etiam alij conductores ( quos firmarios vocant) & quicunque alij molestantes super hoc scholasticos,vt scripsi in l.vna. C. de senten. quę pro eo quòd interest.& hoc expresse concessit Karolus 7.tum Franciæ rex vniuersitati Parisien.anno 1460.die 25.Nouembris, vt constat ex priuilegiis in chartophilacio vniuersitatis repositis.

*Studẽtes ab omnibus muneribus exẽpti sunt.*

CENTESIMVM quadragesimumnonum, quòd ad collectas, siue taleas non tenentur, nec ad alia munera ordinaria,vel extraordinaria, vt hic est text.vbi etiam notant doct. & in l.1.& 2.C.qui æta.lib.10.clem. fin. de censib. nec ad munera personalia, vt tenet Ange. & alij in §.item si maior,insti.de excusa.tuto. Parpalia. in repet.l.placet.C. de epis. & cleri. ideo à custodia portarum, quæ fit communiter tempore pestis,sunt immunes.d.l. 1. & idem expresse ponit de Ripa in suo solenni tract. de peste, in 3. parte, fol.109.& seq.& hoc maxime priuilegio vtuntur scholares Montispessulani,cum Karolus octauus expresim hoc concesserit eis priuilegium, cuius verba subiicio.

*Priuilegij vniuersitatis Montis pessulani verba.*

KAROLVS dei gratia Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam in solio Regiæ maiestatis supremi regis clementia constituti, ad illorum qui literarum studio iugiter insudant, in quibus preciosa reperitur assidue quærentibus sapientiæ Margarita, statum prosperum, & quietum regia sollicitudine vigilantes, eorum profectibus libenter intendimus, & illa quæ ad dicti studij augmentum & tranquillitatem fore conspicimus,opportuna fauorabili concedimus liberalitate. Hinc est quòd nos dilectorum nostrorum Gutifredi de sancto Habundo genere nobilis rectoris moderni, necnon magistrorum,doctorum,licen.baccalariorum,& scholarium vniuersitatis studij villæ nostræ Montispessulani, in hac parte supplicationibus inclinati,attendentes insuper quod ab ipso famoso studio tanta exactis temporibus manauerint salutiferæ fluenta doctrinæ, vt quamplurima eiusdem membra insignia Apostolicæ dignitatis gloria donati, decoratiquæ extiterunt,à quorum paterna prouidentia, etiam & à claræ recordationis prædecessorum nostrorum Franciæ regum ampla munificentia,supplicantes prædicti, plurimis sunt priuilegiis,prærogatiuis,libertatibusque pręmuniti. Considerantes etiam quòd thesaurus scientię preciosissimus,per quem rationalis creatura à terrenorum desideriorum illecebris abducitur, iustitia inuiolatè colitur, & ecclesia militans fructiferis stipitibus spiritualiter atque temporaliter illustratur, non nisi animi tranquilla quietudine contemplationisque dulcedine liberè adipiscitur,memoratorumque antecessorum,qui regni huius florentissima studia suis temporibus amplissimis prosecuti sunt fauoribus, vestigia imitari volentes,habita etiam cum nonnullis magistratibus & aliis de magno consilio nostro viris peritissimis deliberatione matura, prælibatis supplicantibus libertates,prærogatiuas, immunitates, exemptiones, franchisias, & priuilegia infra scripta dedimus,& concessimus,ac serie præsentium damus & concedimus,eisdémque imposterum vti pariter & gaudere ipsos regia volumus liberalitate.

Et primò quòd rector,doctores, magistri, licentiati,baccalaurei,ordinarie & continue legentes,aliique veri studentes,cursus & actus scholasticos pro adeptione scientiæ & graduum exercentes, ab omnibus impositionibus, gabellis, quarta aut octaua parte vini, & aliorũ fructuum excretorum, tam in suis prædiis patrimonialibus, quàm aliis ratione beneficiorum ecclesiasticorum sibi competentibus, & pertinentibus, etiam & aliis personalibus vectigalibus,pedagiis, angariis,& perangariis,sint & remaneant in perpetuum quitti,liberi,franchi,immunes,pariter & exempti.

Item quòd dicti supplicantes possint & valeát debitores,iniuriatores,iurium detentores,inquietatores & molestatores suos in patria Occitana commorantes,necnon in diœcesibus Ruthenen. & Vabren.degentes à loco prædicto Montispessulani, per quinque dietas vulgares distantes, facere conueniri, & tractari coram conseruatoribus prædicti studij infra villam nostram antè dictam Montispessulani,in & super iustitia & iure responsuros.

Item quòd officiarij & curiales præfatæ villæ nostræ Montispessulani,minime possint prænominatorum supplicantium domos siue domicilia, aut habitationes intrare, sub quouis colore, nisi duntaxat eodem modo quo priscis temporibus vsi sunt, iuxta & secundum tenorem transactionis,ob idipsum olim factæ & concordatæ.

Item, & quòd præfati supplicantes non possint extrahi,citari, vel adiornari per quoscunque iudices ordinarios,commissarios, vel extraordinarios,pro quibuscunque causis ciuilibus,vel criminalibus, extra villam prædictam, in qua pro tempore degunt,seu commorantur,quasquidem prærogatiuas, libertates, franchisias, immunitates,exemptiones, & priuilegia prædescripta sępe factis supplicantibus, & eorum cuilibet concedimus, & concedentes laudamus, & approbamus auctoritate regia,& ex potestatis plenitudine per præsentes. Quæ omnia & singula vt perpetuæ stabilitatis robur obtineant,præsentes literas sigilli nostri in absentia magni ordinati feci-

mus appensione muniri, nostro iure & in omnibus quolibet alieno semper saluo, datum in Pedenacia mense Maij, anno domini millesimo quadringētesimo tricesimoseptimo, & regni nostri decimoquinto, per regem Comite de Marchia, & de Pardiaco Archiepiscopo Tholosano, episcopis Claramonten. Magalonen. Malleacen. Christophoro de Auricuria, magistris Gaufrido vassalli, Ioanne de Montmorni, & pluribus aliis præsentibus. N. de Frebois visa contentor. E. du Ban.

No. per hanc clausulam in fine priuilegij positam, ibi, nostro iure, in omnibus & quolibet alieno semper saluo, quòd dum fit compositio, & datur pecunia, tunc priuilegium non potest reuocari, quia quando princeps concedit priuilegium mediante pecunia, seu precio, illud non est proprie priuilegium, sed dicitur conuentio & contractus irreuocabilis, itaque princeps non poterit postea reuocare, Bald. & Iacobi. in l. qui se patris, in fin. C. vnde liberi, Paul. in l. liberti. de libertis, & eorum liber. scripsi in tract. nominatio, quæst. vlt. in fin. & in præfa. ad rub. de colla. in concorda.

Intellige supradicta esse vera vsque ad septem annos inclusiue, quibus scholares Galli gaudere possunt priuilegiis, vltra verò non, vt habetur in ordina. regiis, in princi. ibi, *lettres patentes du Roy Loys, touchant la reformation des priuileges des vniuersitez*, & audiui in vtilitatem scholarium multa aresta data per dominos generales Parisien. & Montispessulani super hoc, quia post illud tempus communiter dedunt se practicæ, maxime in hoc regno. & non possunt gaudere priuilegiis scholarium.

Ita fuit decisum aresto Parisien. vt refert Gallus in quæstio. per aresta, quæst. 78. quod est verum circa collectas & alia priuilegia in ordina. regiis expressa, secus forte in aliis, vt scribo in ordinatio. reg. rubr. *des priuileges des escoliers*, artic. 5. nisi legerent post septem annos, vt in d. ordinationibus continetur, quia tūc etiam post septem annos ad collectas non tenentur.

Et quando scholares cessant soluere ob eorum priuilegia, an rustici vel alij habentes bona confinia, teneantur soluere totam collectam, non diminuta portione exemptorum, vide Lucam de Penna in l. actores. C. de exacto. tributo. lib. 10. vbi concludit quod sic, argum. ff. de lega. 1. l. ab omnibus, in princi. l. vacuatis. C. de decurio. lib. 10. facit cap. cupientes. §. cæterum, & §. si verò, de electio. in sexto, vbi si ius excuset electum à præstatione sumptuum necessariorum in prosecutione electionis, totum onus impensarum incumbit electoribus. dicam fusius in ordin. regiis. vide Barb. consil. 13. sapienter. in 2. volumi. Sed an scholares vxorati, sint exempti pro bonis dotalibus vxoris, vide in l. doce ancillam. C. de rei vendica.

*Scholastici pro represaliis capi non possunt.*

CENTESIMVM quinquagesimū, quia studiosi non possunt pignorari nec pro represaliis capi, vt in hoc text. patet, ibi, nec alterius odio prægrauari, & hoc tenent passim omnes doctores hic, & Bartol. in tracta. de represaliis, in 7. q. Alberi. in tracta. statuto. in prima parte, quæst. 53. modo represaliæ appellantur. Galli *marque* vocant, quando ciuis alicuius ciuitatis damnum patitur in alieno territorio, & ciuitas non facit illi fieri restitutionem, tunc iudex territorij damnum passi mittit literas protestati illius loci, vbi moratur damnum inferens, quòd faciat sibi restitutionem fieri, aliter cōcedet represalias, quòd si potestas hoc non faciat, iudex concedet, vt quiuis mercator vel alius talis loci damnum inferentis capiatur cum suis bonis, donec satisfactum plenè fuerit alteri mercatori damnum passo, & hoc fit quando ciuitates sunt diuersorum dominorum, vt ciuitas Auenionen. & Villa noua, vna est papæ, altera regis, & aliàs fit secundum praxim locorum, eodem priuilegio vtuntur clerici. Alber. vbi supra. d. q. 53.

*Librarij iurati tantum gaudēt priuilegiis.*

Sic nec peregrini pro represaliis capi possunt, authe. omnes peregrini. C. commu. de successio. nec bidelli, vel scriptores, secundum docto. hic, sed cum hodie non sint librorum scriptores, impressores loco librariorum haberi, & scriptorum crederem, & istud videtur de mente Siluestri. de Prier. in sua summa, in verbo, represaliæ, & hoc intellige quando sunt iurati vniuersitatis, aliàs non, cum non sint famuli vniuersitatis, nec scholarium, sed tantum sunt mercatores, ergo priuilegiis non gaudebunt, quòd notes pro bibliopolis iuratis huius vniuersitatis Parisien. idem in patre & fratre visitante scholasticos, vt nullo casu possint pro represaliis capi, Ioan. à Canibus in tract. de represaliis, in prima parte fallen. 21. & 26. vbi vide hanc materiam fusius elucidatam. & in c. vno, de iniuriis, lib. 6. & supra dixi priuileg. 78.

*Immunitas datur eūdo, stando & redeūdo scholasticis.*

CENTESIMVM quinquagesimum primum, quod studentes non solum sunt immunes in adeundo studium, sed etiam in stando, & redeundo, tenet Barto. in l. vtimur. ff. de sepul. viola. & l. 1. ad l. Iul. maiesta. & in l. relegati. de pœnis, argum. cap. statutum. §. proferendo, de rescript. lib. 6. text. & ibi Ange. in l. 1. C. de nauicula. lib. 11. Alexan. consil. 46. ponderatis, in prin. in 2. volum. Felin. in cap. ego N. de iureiur. & cap. innouamus, de hære. Corset. sing. incipiente securitas, Ioan. de Platea in l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. & in l. fin. C. de dignita. lib. 12. neque enim minus abesse reipub. causa intelligendus est, qui ad id negocium vel ab eo reuertitur. l. tempus. ff. de vaca. & excusa. munc. {l. qui mittuntur. in fin. ex quibus causis maio.} Item iste text. præbet immunitatem omnibus scholaribus, qui causa studiorum peregrinantur, sed quando recedunt peregrinantur causa studiorum, vt est notorium, ergo etiā redeundo his vtentur priuilegiis.

Quia non venit secure, qui non potest secure redire. l. sciendum. ff. de legatio. & l. sed sciendum, ad Trebel. & d. l. vtimur, & l. qui mittuntur. ff. ex quib. caus. maiores, Decius consil. 51. & pro tenui, col. 2. {hoc docet Panor. in c. quia per illum text. de concessio præb.}

Facit quòd si quis conduxerit equū, vt eat ad patriam pro certo precio in singulos dies dādo, non tenebitur dare precium maius in redeundo, sed idem precium dabitur, quia idem est labor in redeundo,

redeũdo, ideo idem debet esse præmium. l. Seio. ff. de ann. legat. quod facit pro commissariis, Ioa. Pirrus in l. comperimus, & Rebuffus in d. l. prima. nume. 5. per illum text. C. de nauicula. lib. 11. hoc specialiter Parisiis concessit Ludouic. Rex Franciæ 9. in hæc verba, Concedimus & volumus, quod omnes & singuli, de quacunque regione vel natione oriundi, de huiusmodi corpore vniuersitatis Parisien. existentes, & esse volentes ad eam accedere, morari, redire, & se nuncios suos, rés que suas vbilibet transferre pacifice, & libere absque aliqua inquietatione possint, sicut melius eisdem videbitur expedire, &c. anno domini, millesimo trecentesimo quintodecimo Parisiis actum, die 2. Iulij.

Fallit si esset bannitus, quia tunc illi non datur securitas, Bologni. hic, securitas autem à lege data, non censetur esse tradita hostibus. Bartol. in l. prima. ff. ad legem Iuliam maiesta. nam reatus omnem honorem excludit. l. 1. C. vbi sena. vel clarissimi.

Limita secundo, vt per Alex. consil, 29. ponderatis, in 6. volum. circa finem, & per Ioan. de Canibus, in d. tract. de represaliis, in 1. parte.

*Studentes tres habent iudices.*

CENTESIMVM quinquagesimum secundum quòd scholastici habent tres iudices, potestatem, doctorem, & episcopum, vt hic, & dixi in text. infra, & in procemio ff. sequitur Cosma Guimier, in prag. sancio. in tit. de colla. in §. verumtamen. versic. vt liberius, Petrus de Lesnau. in opusculo de doctoribus, in 4. parte. quæst. 82. licet Steph. Aufre. in decisio. capel. Tholo. q. 169. dicat quatuor habere, episcopum videlicet, potestatem, rectorem, & doctorem, & in hac vniuersitate Parisiensi rector cum procuratoribus tribus diebus in hebdomada, scilicet lunæ, mercurij, & veneris, hora secunda post meridiem solet congregari, & iurisdictionem in suos exercere, tam pro iuribus primariorum, regentium, & bidellorum, quàm pro locatione domorum, in quibus scholastici morantur, tam pro eo, qui alteri domum locauit, quàm qui ab altero conduxit. Item ibidem tractari solet de scholaribus discurrentibus de collegio ad collegium, de pergameno, cuius confiscationem habet rector, de papyro, de libris de scripturis, de religationibus, de illuminationibus, & cæteris ad scholaritatem pertinentibus. Ista sunt verba D. Rober. Gouleti in suo compendio. Limita in scholari clerico, qui non poterit conueniri coram iudice laico, per text. in cap. si diligen. de foro compet. Specu. in titulo de reo. §. primo. versicul. sed quid si scholaris.

*Rector in quibus exerceat Parisiis iurisdictionem.*

Limita secundo, non procedere in fideiussoribus scholarium. Bald. hic per l. 2. de primipilo, lib. 12. C. hi enim coram suis iudicibus conueniri poterunt, & non coram iudicibus scholarium. Sed quod non sit priuilegium, probatur de l. si plures. §. apparet. ff. de administr. tuto. vbi dicitur, Segnius expediunt commissa negocia plures. vnde melius esset habere vnum bonum iudicem & conseruatorem, qui bene eos tueretur, quàm plures inutiles.

Item cap. cum sit generale. de foro compe. dicit esse introductum in fauorem actoris, ergo non in fauorem scholarium. Solu. verum credo contrarium, quando omnes cumulatiue, & simul iurisdictionem haberent, secus si quilibet insolidum, vt hic, quia tunc si vnus sit negligens, forte alius erit diligens, si vnus conseruator odio prosequatur scholares, alius diliget, & iustitiam ministrabit, & sic citius administrabitur iustitia, argum. l. decurio. fortunam. C. de decurio. lib. 10. Item quando est electio actoris, tunc bene resultat pluralitas iudicum in fauorem eius, secus si electio sit rei vt hic, nempe scholares conuenti possunt eligere sub quo conueniantur, & sub quo conueniant suos debitores. ita Socin. in d. cap. cum sit generale, col. prima. nam reipub. interest quamplurimos ad defendendum causam suam admittere. l. 4. & ibi vide docto. ff. de noui oper. nuncia. & Lucam de Penna in l. fi. col. 1. C. de dela. lib. 10. ideo solent dari vniuersitatibus plures conseruatores, not. doct. in c. fi. de off. deleg. in 6.

Fuit etiam concessum, quod magistri & scholares Parisiis studentes, per quoscunque iudices regni nostri seculares extra muros Parisien. inuiti in causa personali ad eorum iudicium vel examen non trahantur, non citentur nec hoc procurent facere laici subditi ipsius regni nostri, per regem Philippum sextum, prædictis verbis, anno 1340. in mense Ianuarij, & propter istud priuilegium Parisiis studentes, trahunt alios intra ressortum, etiam scholares, coram conseruatoribus Parisien. & interim pendente processu, qui est in curia parlamenti, inter Parisien. scholasticos, & aliarum vniuersitatum, solent scholares Parisiis studentes, per senatum remitti ad conseruatorem Parisiensem, vt sæpius vidi, vel impetrantur literæ regiæ, vt pendente illo processu inter vniuersitates, causa remittatur ad conseruatorem Parisiensem, quæ facile concedi solent, & verificari. {Item concessum fuit à rege Carolo anno 1366. vniuersitati Parisi. vt conseruatores possint cognoscere de reliquis quę arreragia vocant, debitis ex beneficiis: dummodo libellus in personali concludat. Imò Philippus Valesius anno 1340. concessit Conseruatori regio Parisi. vt cognoscere posset pro scholasticis studentibus Parisiis contra omnes debitores regni, vt patet in libro antiq. ordi. in regesto curiæ.}

*Scholares Parisienses trahũt alios coram suis conseruatoribus.*

CENTESIMVM quinquagesimum tertium, licet vbi sit ceptum iudicium, debeat & finem accipere. l. vbi ceptum. ff. de iud.

*Lite etiã cepta studẽtes remittuntur ad suum iudicem.*

Fallit in scholaribus, qui possunt eligere sub quo iudice malint conueniri, ita tenent docto. hic per hunc tex. sequitur Fel. in c. ex tenore, de rescript. versi. lex vbi, &c. & in cap. dilectus, in 2. col. 6. versi. oriebatur, eod. titu. debet tamen docere se matriculatum, & sua interesse, text. in cap. veniens. 2. de testib. {& de hoc summariè debet inquirere & decidere in 1. termino, nec potest ad ius vel ad consilium reiicere, vt fuit pronunciatum anno 1523. die 3. August.} & nisi scholaris producat literas matriculæ, seu testimoniales nõ potest conseruator retinere causam, etiam si scholasticus iuraret se matriculatum, vel probaret se

schola

scholare, ita fuit dictum per arestum, anno 1528. die 28. Iulij, per l. non ignorat. C. qui accusa. non possunt.

Fallit quando conueniretur ratione feudi, & coram domino feudi, quia tunc eum declinare non poterit, & alium eligere, si idem feudi dominus iurisdictionem habeat, secus si coram alio conueniretur, cap. cæterum, de iud. Luc. in l. in sacris. 2. col. prima. C. de proximis sacro. scrinio. lib. 12.

Post litē contestātā causa scholastici ad cōseruatorem an remitti debeat.

Et illa electio durat vsque ad litem contestatam, post verò, non poterit variare. Aufre. d. quæst. 169. gloss. & doctores in cap. non licet, de regul. iur. in 6. & in ordin. reg. rubrica, *des priuileges des escoliers*, articul. 3. si tamen lis non sit contestata cum scholari, sed inter alios, poterit etiam post litem contestatam, petere causam ad conseruatorem remitti, vt pluribus arestis fuit confirmatum, quia quo ad eum non est lis contestata, & fuit ita prolatum arestum anno 1525. die 5. Iulij, in hoc senatu Parisien. vide Bartol. in l. si quis libertatem. ff. de petitio. hæredit. fusius in ordinatio. scripsi.

Amplia etiam, quando metu fuisset contestatio facta, vtpote iudex compulit scholarem ad litem contestandam coram se, adhuc poterit forum declinare postea, quia pro non facta habetur, argumen. l. 1. & per totum. ff. quod met. causa, nec tenebitur iurare de calumnia, quando declinat iudicem, quia non videtur calumniam committere, cum ius eidem permittat, Bald. in procœmio ff. §. penul.

Item dicunt quidam studentes hanc non habere optionem, quando prius sub rectore conuenirentur ratione iuramenti, quod illi præstiterunt, & se adstrinxerunt, ad illi obediendum in omnibus licitis. Tamen adhuc putarem posse eligere alium, si de his iurisdictio ad rectorem non spectaret, vtpote si studiosus conueniatur in realibus, in quibus poterit petere causam ad conseruatorem regium remitti, secus in aliis, & ita in forensi iudicio seruatur.

Ad hæc si semel elegerunt, non possunt postea iterum eligere, tum ne variare possint, & reprobare, quod semel approbauerint. l. in arenam. C. de inofficioso testamento. & optione legata semel optare possumus. l. serui. ff. de legat. primo, tum etiam, ne semper eligendo nunquam patiantur litem contestari, & sic locus detur maliciæ. l. tertia. §. primo. ff. de eo quod certo loco, deinde quia per electionem ius acquiritur aduersario, quod postea non potest eidem tolli. l. huiusmodi. §. Stichum. ff. de legatis primo, facit textus in authentic. offeratur. C. de litis contestatione. & huius sententiæ est Andr. de Isernia, in hac authentic. in verbo, litem. argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. significatio. l. apud. de optio. lega.

Studiosi nō tenentur priuilegium allegare.

CENTESIMVM quinquagesimūquartum, Quanuis citatus coram non suo iudice teneatur comparere, saltem suum priuilegium allegaturus. l. si quis ex aliena. ff. de iud. l. 2. si quis in ius voca. non ierit, gloss. in cap. vno, de inuesti. in maritum facta, & Corset. in suis singul. in verbo, iurisdictio, in primo. Imò si quis non alleget per contumaciam, perdit ius priuilegij sui, vt dicit Alex. in additio. ad Bar. in d. l. si quis ex aliena, & sententia lata contra tales priuilegiatos non comparentes valebit, per gloss. & ibi docto. in ca. cum ordinem, de rescript. vel mulctari non comparens poterit. l. vna. ff. si quis ius dicenti non obtempera.

Fallit in studentibus, qui si citentur à prætore, vel à non suis iudicibus non tenentur comparere, etiam priuilegium allegaturi, solenne est verbum. Dec. in d. cap. cum ordinem, per glo. ibi, ratio est, quia quando notorie constat aliquem esse priuilegiatum, tunc is non tenetur priuilegium suum allegare, gloss. singul. in cap. super literis, de rescript. sed priuilegium scholarium est notorium per hanc authentic. & alia iura, ergo non tenebuntur illud allegare. Idem dicendum est in clericis etiam primæ tonsuræ, cap. conuenior. 23. quæstio. 8. & in cap. placita. 15. quæstio. 4. Oldra. consil. 83. an episcopus. Petrus Iacobus, in pract. in rub. de successio. feud. versic. item quia certum est clericum.

Idem in mendicantibus tradit Panorm. in ca. si duobus, de appella. ista intellige quando constaret illum esse scholasticum, vtpote quia in citatione diceretur, Citetis talem N. scholasticum Parisien. coram nobis iudice Melden. sed hodie inoleuit practica notariorum apponentium in citationibus, & aliis literis, Citetis talem assertum vel prætensum, vel se dicentem clericum, vel scholarem, his casibus tenebitur scholasticus allegare, & probare se scholarem, cū illud dubium sit: nam quanuis priuilegium notorium sit, tamen debet constare, quod sit scholaris, ex sententia Iasonis, in l. 2. col. 7. ff. si quis in ius voca. non ierit. Et istud est tutius, quod semper priuilegium allegetur, vt is qui citauit contra priuilegium puniatur in expensis, & scholasticus ad suum conseruatorem, & iudicem remittatur, & ita in praxi seruatur.

Studens dū in scholis degit sine patris cōsensu agere potest.

CENTESIMVM quinquagesimū quintum, licet filiusfa. in potestate patris existens non possit in iudicio stare sine consensu patris. l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ liber. quia non est integer homo, sed medius, secundum gloss. ibi fallit in studentibus, qui tā in ciuilibus, quàm in criminalibus, in studio existentes agere possunt. l. si longius. §. primo. ff. de iudic. & in l. cum filiusfam. si certum peta. ne dum patris consensus expectatur, fame pereant, & delicta remaneant impunita, vt ibidem dicitur, & in cap. vt fame, de sentent. excommunicationis, tum quòd patres mittendo illos ad literarum studia, videntur eisdē concedere omnia, sine quibus studium non possent perficere. argum. l. cui iurisdictio. ff. de iurisd. omnium iud. & c. præterea, de offic. deleg. tum etiam quia absente aliquo potest actus fieri, præsertim quando periculum est in mora, vt hic. l. filiusfamil. ff. de procuratorib. l. si vnius. §. ait prætor 2. & §. filio. ff. de iniuran. plenè scribit Andr. Tiraquellus, in tracta. de legibus connubia, in glossa sexta. *de son mary*, vbi quærit, an in absentia mariti possit vxor contrahere,

trahere,& quod sic concludit, licet in mariti potestate existat, vide ibi multa huic rei valde accommoda.

*Monachus in scholis existẽs, sine abbatis facultate agere potest.*

CENTESIMVM quinquagesimumsextum, quanuis monachus non habeat personam legitimam standi in iudicio sine licentia abbatis, vel alterius superioris, quia in persona eius non consistit obligatio, cum sit sub potestate abbatis. 18.quæstio.2.cap.abbates, nam habere actionem, est habere proprium, sed habere officium iudicis non.l.seruos.ff.de alimentis legatis, Bald.in rub.de offic.iud.col.2. tamen quando est in studio, poterit implorare officium iudicis, vt sibi monasterium alimenta præstet, cum expensis monasterij monachi doceri debeant, text. in clem.1.in fin.de statu monach.Panorm.in consi. 88.facti contingentia, col.secunda. in primo volum.& in cap. tertio. col.secunda. ne clerici, vel monachi, & describitur in constitutio. Benedictinis, cap.septimo.rub.de studentibus ad generalia studia mittendis, & in scholis existentes, non solum possunt agere contra monasterium, sed etiam contra quemlibet alium, gloss. in cap. ex parte, de accusa.gloss.in d.l.si longius.§. fin. ff. de iudic.etiam sine licentia abbatis, dum tamen sit in studio, de consensu illius, additio ad Do. de Ro.decisio.334.monachus in not.Panorm. in cap.cum contingat, col.septima, de foro competen.Stephanus Aufrer.in decisio. Capel. Tholo. quæstio.20.& quæstio.88. {& quando posit agere pro abbate vel priore, vide per Bald. Præpos. & Dec.in cap.1.de appella.} & agit in actibus studium tangentibus, gloss.& docto.in cap.1. 12. q.1. Felin.in cap.cum dilecta, de rescript.versic. quinto fallit, col. antepenult. numero 18. & ibi Panorm.col.5.

*Abbas potest compelli ad dandam facultatem eundi ad studia monacho docili.*

Item potest monachus docilis compellere abbatem ad dandam facultatem accedendi ad studium, & si nolit dare, episcopus superior abbatis, seu papa in exemptis concedet. Philippus Peruf. in cap. 2. col. secunda, ne clerici vel monach. lib. 6. & in summa summarum, in verbo, excommunicatio, in numero 25. per Siluest. de Prierio, scripsi in gloss. concord.in verb. religiosus.§.volumus, de collatio.& ratio est, quia quando aliquid conceditur, omnia videntur concedi sine quibus concessum explicari non posset, vt supra dixi, in proximo priuilegio. Sed abbas concedendo missionem, videtur etiam concedere facultatem exercendi illa, quæ veniunt in consequentiam studij, glo.in c.nolo.12.q.1.Barb.consil. 86.illud, col.3.in 3.vol.Iacobi.in l.seruus.C. de iudic.de Turre cremat.in summa 14.quæst.1. num. 7.ne monachus vel alius religiosus, fame in studio pereat.

*Trahẽs scholasticum ad iudicem uetitum causa cadit.*

CENTESIMVM quinquagesimumseptimũ, Qui conuenit eos alibi, quàm coram iudicibus suis, vt hic, versi.veruntamen cadit causa, & est ratio, ne à suis studiis auocentur propter lites alibi motas, idem in clerico dicitur, in auth. statuimus.C.de episco.& cler.c.si diligenti, de foro compe.vbi glo.dicit quòd per sententiam non ipso iure, facit glo.in l.2.C.de iure emphi. dic tamen, vt scripsi, infra super tex.

Idem si statutum alicuius ciuitatis simpliciter dicat, quod scholares non possint conueniri coram alio iudice, quàm coram rectore. Intelligetur non solum in ciuili, sed etiam in criminali, Bar.Rebuff.& Pla.in l.fi. C. de agentib. in rebus, libro 12.

*Doctores habent in suos discipulos iurisdictionem.*

CENTESIMVM quinquagesimumoctauum, Quod licet dominus non habeat iurisdictionem in suos domesticos, & famulos.l. qui iurisdictioni.ff.de iurisdict.omnium iud. Fallit in doctore, qui habet iurisdictionem in suos scholares, vt in proœmio ff.§.illud, & in hoc text. sed hodie sunt constituti conseruatores, qui iurisdictionem in scholasticos habent, & exercent. & sunt duo dati, vnus à rege, vel plures, alter à Papa.

Si tamen scholares irent ad doctores, possent ipsi inter scholares cognoscere etiam hodie, & ego hac iurisdictione vsus sum in multis vniuersitatibus, & in hac Parisien. vniuersitate, adhuc quælibet facultas, & natio habet iurisdictionem in concernentibus factum facultatis, seu nationis, & à facultatis, seu nationis sententia, licet grauato ad vniuersitatem appellare, sed ab vniuersitate non licet appellare, & pro monstro olim habebat vniuersitas, quod appellaretur etiam ad senatum, cum periuri sint appellantes, & quia in omnibus licitis vniuersitati acquiescere subditi debeant, & obedire, & statuto vniuersitatis prædictæ cautum est, ne ab eius sententia inter suos subditos lata appelletur, quod est notandum pro degentibus in hac vniuersitate, sed eò nunc per hominum maliciam ventum est, vt ab ipsa sacrosancta vniuersitate ad senatum appelletur, non tamen sine periurij reatu, cap. breui, de iureiur. {& ab alia vniuersitate vidi appellari ad senatum, nõ verò ad officialem, imò per arestum fuit condemnatus procurator generalis vniuersitatis Aurelianen.anno 1535. eo quòd ad officialem appellauerat, & releuauerat, & fuit pronunciata appellatio deserta, & ipse ad emendam condemnatus.}

*Ab vniuersitate Parisi. non appellatur.*

*Magistri artium inter suos discipulos sunt iudices.*

CENTESIMVM quinquagesimumnonum, quòd artium magistri sunt iudices inter suos discipulos, ita tenuit Albert.in l. 1. in 5. col.ff.de iud.& sequitur Bolog.hic.& hæc opinio seruatur in Parisien. vniuersitate, vbi regentes suos scholares in carceribus etiam detentos requirunt, & recte hoc iure dictante, {& pro hoc est tex.in c.dilectis.vbi Dec.in 3.no.de appel. vbi dicit quòd rector potest repetere scholarẽ captum per potestatem. allegat Bal.in l.1.§.per hanc.ff.de iuris. omnium iud.} & consuetudine approbante, & possunt eos castigare, pro grauissimo tamen crimine, vt hæresis & maiestatis, non obseruaretur hoc priuilegium, sed talis scholaris puniretur vt quiuis alius, & sic vidi semper seruari ibidem. Imò etiam possunt requiri, etiam si sint in carceribus episcopi, & requirentes non possunt excommunicari pro his quæ gerunt vniuersitatis nomine, & hoc Innocentius concessit magistris, & scholaribus Pariensib.in hæc verba, vt nullus in vniuersitatem vestram magistrorum & scholarium, aut rectorem, vel procuratores

*Excommunicari non possunt magistri, nec scholares Parisienses.*

ratores vestros, cuiuscunque, aut quaruncunque facultatum, seu quemquam alium pro facto, vel occasione ipsius vniuersitatis excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam audeat promulgare absque sedis apostolicæ licentia speciali, & si fuerit promulgata, ipso iure sit irrita & inanis, &c. Datum Perusij, calend. Iunij, pontificatus nostri anno nono, vt est scriptum in libro facultatis decretorum.

*Studens coram suo iudice conuentus reconuenire potest.*

CENTESIMVM sexagesimum, Quod si scholaris fuerit coram suo iudice conuentus, coram illo potest fieri reconuentio, licet actor non assumpserit illum iudicem sponte. Panorm. in cap. 1. in fin. de mutuis peti. Bald. in authentic. & consequenter in fin. C. de senten. & interloc. omnium iud. nam scholaris est reus, ergo poterit reconuenire, per totum titulum, de mutu. petitio. & cap. dispendia. §. fin. de rescrip. libro 6.

Item priuilegium non aufert ius commune, argum. l. tertiæ. §. si emancipatus. ff. de contratab. nam aliàs sequeretur, quod aut perderet priuilegium, aut ius commune, quod nec lege, nec ratione probatur. l. 3. ff. de test. milit. idem tenet Ioan. And. in d. c. primo, de mutuis petitio. in conuento coram magistro artis suæ, per l. magisteriæ. C. de iurisd. omnium iud. & Socin in d. c. primo. col. 4. in 4. princ. artic. vbi multa dicit, tu eum lege. hodie in hac patria consuetudinaria reconuentio sine literis regiis, in curiis secularibus fieri non solet.

*Studẽtes vsque ad quatuor dictas suos trahũt debitores.*

CENTESIMVM sexagesimumprimum, Quod licet iure nouo non valeat quis aduersarium suum vltra vnam dietam trahere, cap. statutum. §. cum vero, de rescript. lib. 6. olim vsque ad duas, c. nonnulli, illo tit.

Fallit in scholaribus, qui possunt suos debitores coram suis conseruatoribus, & inuriatores vsque ad quatuor dietas conuenire, teste Ioan. Andr. in addi. ad Specul. in titul. de iud. delegato. vers. sed nunquid conseruator, {Ioan. Fab. in l. 1. col. 8. C. de summa trinit.} & Boer. in consuetud. Bituri. in §. 3. de iurisditio. omnium iudic. & habetur in ordina. regiis, rubric. *des priuileges des escoliers*, articul. septimo, hoc etiam est declaratum per leges Hispaniæ, & quod qualibet dieta sit decem leucarum, quæ faciunt viginti milia-

*No. pro Hispanis.*

ria. l. 1. vbi docto. ff. si quis cautio, & Papa Innocentius, in Hispania ad ius decretalium reduxit, vt tantum scholarium priuilegium extendatur ad duas dietas, vidi restrictionem datam, anno 1486. quintodecimo Calen. Februarij, pontificatus sui anno tertio, sed scholares in Montepessulano studentes, possunt conuenire suos debitores, iniuriatores, & Iurium detentores, distantes per quinque dietas vulgares, vt patet in priuilegio Karoli supra descripto, quæ debent intelligi in conseruatore Apostolico, sed coram conseruatore regio poterunt scholastici conuenire suos debitores, quantum protenditur illius senatus sub quo degit regius conseruator iurisdictio, quam ressortum vocant, fuit declaratum in hoc senatu Parisiensi, anno 1525. vltra non, vt in d. rubric. *Des piuileges des escoliers*, articul. vltimo. {Probatur in c. neminem. 396. & quãuis vniuersitas Montispessulani non habeat distinctum conseruatorem regium, habet tamen gubernatorem & iudicem partis antiquæ ac iudicem parui sigilli, Tholosæ verò habent senescallum post conseruatorem regium.}

*Actor quoad scholasticos, non sequitur forũ rei.*

CENTESIMVM sexagesimumsecundum, quòd & si actor debeat sequi forum rei, c. cum sit generale, de foro compet. l. in criminali. C. de iuris. omnium iud.

Fallit tamen in scholaribus, qui suos debitores coram suis conseruatoribus possunt conuenire, vt hic. docto. in cap. 1. & fin. de off. deleg. in 6. alioqui frustra dati essent eis. vide octo limitationes ad illam regulam Actor forum rei, sequitur, per Soci. in tracta. fallẽ. regula 10. actor &c. & per Fel. & alios in d. c. cum sit generale.

*A qualibet interlocutoria scholasticus appellare potest.*

CENTESIMVM sexagesimumtertium, quòd licet ab interlocutoria non sit iure ciuili regulariter licitum appellare. l. 2. ff. de appella. recipien. l. 2. C. de episco. audien. l. pen. C. quorum appella. non recipiantur.

Fallit tamen in scholasticis per hunc text. ibi ab omni iniuria defendamus, & sic siue fuerit grauis, siue parua, quia qui totum dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. manda. l. Iulianus. ff. de leg. 3. hic dicit ab omni iniuria, ergo & à parua, facit quod scribit Corset. in tract. de minimis, & infra. in text. scripsi, in verb. aliquam. hoc etiam firmat expresſim Panorm. in quæst. incipien. Gandulphus, col. 13. & fuit istud introductum, vt à quotidianis iniuriis, quæ eis inferuntur, defenderentur, vt scripsi in titulo de friuolis appella. §. primo. in 3. regula in concord. Franciæ.

Sed hodie viles, aliique seruientes, potius tuentur per aliquos, iusticiæ administratores, quàm studentes, ideo ipsi clamant, quòd ante eos, Dauid Psalm. 59. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. quia habetur primæ Pet. 3. ca. Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Ideo bonum agite, nempe constituet dominus legislatorem super eos, & sciant gentes, quoniam homines sunt, Dauid Psal. 9. Et vos prouinciæ rectores nagligentes, videte pœnas in tex. infra descriptas, & aliàs per me ex iuribus elicitas, & eas, si non virtutis amore, saltem metu pœnæ timete, & vobis bene erit.

*Omisso medio literarii studiosis appellare potest.*

CENTESIMVM sexagesimumquartum priuilegium, quia esto quod omisso medio de iure ciuili ad superiorem non sit appellandum. l. imperatores. ff. de appell. l. addictos, C. eo. & in authen. de appella. §. fin. colla. 4. idem per ordinationes regias, imò prohibetur in rubr. *des appellations*, art. secundo, & nouissime per concordata, in tit. de friuolis appella. in §. 1. nisi in casibus positis per Hostien. in summa, in rub. de appella. §. à quo, & glo. Fel. & alios in c. super quæstionum. §. porro, de offic. deleg. Prępositus in c. dilecti filij, in 3. col. 2. de appel. Philip. in c. Romana. §. ab Archidiaconis, eod. tit. in 6. Ias. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbo. obliga. Socin. in tracta. fallen.

regula

regula 23. quos scripsi in ordina. reg. rubr. *des sentences executoires*, ratio est, ne lites prorogentur, & vt materia vexationis cõquiescat, in d. §. r. in concorda. & vt laboribus partium, & expensis parcatur. Barba. in cap. super quæstionum. §. porrò. de offi. deleg. & non solùm in rebus prophanis, sed etiam in ecclesiasticis, & spiritualibus nõ appellatur omisso medio, vt asserit Hostiens. vbi suprà: ideo dicebat Specul. in tit. de appella. in §. nunc tractemus. Benedictus sit Imperator, qui licet sit mundi dominus. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodiam. de iact. & omnes prouinciæ sint sub eo. c. Adrianus. 63. dist. & omnes principes. c. in apibus. 7. quæst. 1. dempto Rege Franciæ. cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi: tamen non patitur in præiudicium ordinariorum inferiorum, & in damnum & laborem incomparabilem litigatorum ad se omissis mediis appellare, quòd si fiat, remittit appellantem ad iudicem competentem, licet olim secus in Papa, quia ad eum omisso medio appellari poterat. c. ad Romanam. & c. quotiens. 2. q. 5. c. si duobus. de appella. glos. & docto. in c. Romana. eo. tit. in 6. cle. causam. & ibi doct. de appel.

Et ratio erat, quia Imperator cùm haberet iurisdictionem à populo. §. sed & quod principi. instit. de iure natu. l. 1. ff. de constit. princ. non mirum si causas remittebat cũ benefacienti, &c. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebi. quia aduersus populum, inhumanus non debuit esse, nec illiberalis, cùm sibi populus fuerit munificus, in eum iurisdictionem transferendo. ideo minus debuit potestati populi derogare, quàm potuit: sed Papa à Christo habuit potestatem. cap. in nouo. 21. distinct. cap. quodcunque. 24. quæst. 1. cap. translato. & ibi glo. & doct. de constitut. & in Euangelio patet. Ideo cùm maiori honestate potuit sibi plura in præeminentiam, quam Imperator reseruare. glo. in cap. 1. de trãslatio. prælato. Præpositus in rubr. de appellatio. col. 6. licet satis incõsideratè. Bar. in l. 1. §. si quis. ff. de appellat. dicat Papam eo statuisse, quia voluit curiam suam impinguare, vt maiorem curiam haberet: cui acquiescit Paul. in l. addictos. C. de appellat. potest etiam alia dari ratio, quia Papa est omnium ordinarius. cap. per principalem. & cap. cuncta per mundum. 9. quæstio. 3. & cum omni prælato concurrit in potestate, & iurisdictione, secundùm Ioan. Monach. in cap. si eo tempore. de electio. in 6. Bald. in cap. 1. in 1. notab. qui feud. dare possunt. & in cap. 1. quis dicatur Dux, vel Marchio. & in proœmio decret. col. 1. vnde Bald. in cap. dilecti. 2. de appellat. ponit differentiam inter Papam & Imperatorem: quia Papa, cùm pater omnium patrum sit, immediatè cum omni prælato concurrit, etiam in eadem iurisdictione, in maiori autem, & in propria papali per se stat, quæ non minuitur, per concursum alterius iurisdictionis. argu. cap. 1. de concess. præbend. in 6. & l. falsa. §. 1. ff. de conditio. & demonstratio.

*Differentia inter Papã & Imperatorem.*

Sicut mare non augetur, nec minuitur, per concursum fluminum: vnde Papa habet iurisdictionem, non per viam cumulationis, quia sic esset collega, vel haberet parem, nec per viam gradualitatis, quia sic haberet priorem præsidentem. & potiorem se, sed per viam, quia Papa est totum continens omnia: iuxta illud, Omnia Cæsar erat. Imperator autẽ magnificus, & gloriosus sicut Aquila distribuit prædam suam, & non curat in omnibus epulis os suum apponere, tanquam sit insatiabilis: hinc est quòd secus est in Imperatore, ad quem nõ debet appellari, nisi gradatim: non quod Imperator non possit de plenitudine potestatis non procedere, sed quia non vult propter commodum subditorum. §. super hoc. in authenti. de quæstore. collatio. 6. refert Alexand. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verbor. obligatio. vel ideo sibi retinuit Papa, vt eum tanquam superiorem recognoscamus, & Dei vices gerentem, quod iure facere potuit.

Fallit tamen in scholaribus, quia cùm Imperator de gratia speciali offerat se sponte ad defensionem illorum, vt hoc textu. patet ibi, ab omni iniuria defendamus: poterunt ipsi appellare ad Regem, vel eius supremam curiam, in regno Franciæ, vel ad Imperatorem, in terris imperij, etiam omisso medio, seu ad eius supremam curiam, secundùm Bald. Salicet. & alios hîc. Panormit. in sua quæstio. incipien. Gandulphus. colum. 13. Alexand. in additio. ad Bartol. in l. 1. §. si quis ab appellatione. in versic. omissis mediis. ff. de appellatio. Bartholom. de Belenzinis, in additio. ad Panorm. in dicto cap. dilecti. de appellatio. Socin. in tracta. fallen. regula 23. fallen. 5. Aufre. in decisio. Tholosa. quæstio. 169. Nicolaus Boerius in consuetudi. Bituri. in §. 1. de iurisdictio. omnium iudic. Thomas Ferra. cautela prima. Ioan. Baptista in addit. ad Alber. in dictio. in verbo, appellatio. in versic. ad Papam. Felin. in dicto cap. super quæstionum. §. porrò. in fi. & scripsi in §. 1. de friuol. appellat. in concorda. sed cùm ibi expressè sit prohibitum ad superiorem, omisso medio, appellare, tam in foro canonico, quàm seculari: an scholastici cõprehendantur in illo tex. videlicet quòd non possint hodie appellare, & videtur quod sic, quia lex noua, etiam non faciens mentionem de veteri contraria, eam corrigit. c. 1. de constitu. in 6. sed concordatum est lex vltimo facta, & contraria huic tex. ergo corrigit.

Item generaliter loquitur, per hæc verba, si quis, &c. ergo, &c. Contrarium tamen tenet gl. in §. Romanæ. in verbo, comprehendi. in fin. in tit. de causis. in pragmat. sanct. & ratio est, quia in generali cassatione omnium beneficiorum, seu priuilegiorum, non videntur includi priuilegia, in corpore iuris clausa, vt sunt ista. glos. in l. 2. §. legatis. in verbo, non compelluntur. ff. de iudic. & in l. hæres. in verbo, excusatur. eod. tit. glos. in verbo iure. d. tit. de causis. & infrà fusius scripsi: igitur studentes etiam hodie ex speciali priuilegio, omisso medio, appellabũt. & ita aliàs obtinui in Mõtepessulano: nam omisso medio, ad Senat. appellaui Tholosanum & recepta fuit mea appellatio. & anno 1509. die 3. Iunij, cẽsuit

Senatus appellationes conseruatorum laicorum vniuersitatum ad curiam immediatè dirigendas,& non ad inferiorem.

*Scholaris nō intrās scholas,his gaudet priuilegiis.*

CENTESIMVM sexagesimum quintum, Quòd quanuis studiosus non intret scholas,sed domi repetendo studeat, gaudebit tamen priuilegiis scholarium.glos.& ibi Domi. in proœmio sext per illum text. in verbo, commorantibus.qui non dicit studentibus.idem firmat Card.in cap.quod clericis. de foro compet. per illum text. ibi, Parisiis commorantes. Bald. in l.si cum dies.§.si arbiter.ff.de arbitr. Ioan. Riminal. & Ias. in l. scriniarios. C. de milit. testamen. Bauer. in §. sed hactenus. col. 2. institut. illo titulo.

Sed contrarium tenet Panormit.in c.1. in fin. de iudic.per tex.& ibi Alber. in l.necnon. ff. ex quibus causis maior. Alber. in l.generaliter.col. vlti. C.de episcop. & cleric.& l.si quis. C.de domesticis. lib. 12. ibi, indignum quippe est, desides tandiu à propriis muniis aberrantes, quos conuenit assiduos numerari, &c. Ita tenet Siluester de Prierio, in sua Summa, in verbo, argumentum,in vltima quæst. & in Summa Angelica, in eodem verb. quia scholaris vagus non fiet magister.l.1.& ibi glo.C.de tyro.lib.12. nempe paria sunt non residere, & officium negligere.clemen.1.de celebra.missa. & de cleric.non residen.per totum.facit text. solennis, in cap. cum ex eo.ibi literarum studio insistentes, de electio. lib. 6.l. semper. §. quibusdam. ibi, nec omnibus promiscuè, qui assumpti sunt in his collegiis, immunitas datur, sed artificibus duntaxat.ff.de iure immu.& §.negociatores.ibi,quandiu in huiusmodi actu sunt, ibidem. l. si duas. §. decet. ibi,& circa operationem se negligenter non habeant,de excusatut.l.ne quidem. C.de testamen. milit.vbi miles non habet priuilegium militare, nisi occupetur circa militiam, sic nec scholaris, nisi occupetur erga studium: nempe qui altari seruit, de altari viuere debet. c. cum secundum, de præbend.ergo qui non seruit,non debet viuere,quippe familiares Papæ non gaudent priuilegiis familiarium, si non se exerceant in famulatu.Barb.consil.82.clementissimi.col.3.volu.4. sic nec scholastici non studentes.

Conciliando opiniones potest dici, quòd si scholaris nil prorsus studeat, nec intrat scholas: tunc non debet potiri priuilegiis scholariũ,quia cessante studio,debet cessare priuilegium. c.cum cessante.de appel.l. Titia.§.vsuras.ff.de legat.2.c. generaliter.16.q.1.

Si verò studeat domi, sed parum, vel est prouectus,& dubia per se potest explicare, tunc non priuabitur priuilegiis, etiam si non audiat, vel scholas non intret.Barth.in l.prima.C.de tyronib. lib.12. (si Bart. lectura possit dici.) Lucas de Penna,in l.in sacris.in 3.C.de proximis sacro. eodem libro.Rebuffus in l.vna. C. de collegial. lib.11. gloss.in pragmati. sanctio. in §. item quod ad dictas.in verbo, residebunt. de collat. Rauen. in Alphab.in verbo, matricula. Bon.de Curtili, in tracta.nobilita.in tertia parte,numero 88. De Ripa in cap.primo,in fin.de iudic.& etiam gaudebit benedictione posita in Proœmio Decreta. secundùm Bolognin.hic.& Barbat. in d.c, quod clericis.de foro competen. Bonaud. in addit. ad Ioan.de Terra rubea,artic.2.secundi tract.versic. octauus articulus. conclusio. 3. vel potest dici, quòd si scholaris parum studet, tamen honestè viuit,quod est ei difficile,aliorum priuilegiis debet gaudere,si verò viuit inhonestè.non.l.per id tempus.C.de decurioni.& stario. lib.12.ibi, erga eos verò qui inhonestè, & contra decus seculi, vel honorem militiæ versabuntur, non solùm condemnatio mansura est,verùm grauior pœna statuenda huic sententiæ scribit Barba.in Proœmio Clemen.in verbo, salutem. col.2. & seq. & est æquitati consona:hodie tamen, licet resideat in vniuersitatibus propter alios actus, non vtetur priuilegiis aliorum,nisi causa studij,in ordina.reg.habetur,in rubr. *des priuileges des escoliers.* articu.4. si tamen quandoque scholastici studia publica intrant,non dicuntur scholares de quãdoque,secundùm Egidiũ de Bella mera,in consil.6.versic.præterea. Ioan.Maria, in d. l. scriniarios.Roman.in l.si verò.§.de viro. col.32. ff.solu. matrimo.in 34.fallen.Galiaula.in repet.l.Centurio.colum.8.ff.de vulgar. in Hispania requiritur quod in singulos dies audiat duas lectiones, aliàs non debet gaudere priuilegiis scholarium. vt patet in eorum constitut. & in concordia facta cum studio Salamantino,de quo supra, non tamen ita exactè debet intelligi, vt si aliquo die non audierit,quòd non debeat gaudere priuilegiis,sed quanto frequentius poterit,audire debet. c.significatum.de præb.& sic seruatur.

*Pro Hispanis.*

*Famuli scholarium habent priuilegia, & quæ vide hic.*

CENTESIMVM sexagesimum sextũ, Quòd priuilegia quæ competunt scholaribus,competunt etiam eorum famulis, & nunciis,vt hîc,sequitur Rebuff.in l.vna.§ fin. de collegia. lib.11. C. Philippus Francus in Proœmio sexti Decretal.in verbo, scholaribus. Feli.in c.2. de foro compet.Doct.in l.scriniarios.C.de mili. testam.Rauen.in clementi.vna.de vsur. idem in clericorum famulis cantat text.in l.1.& 2. C. de episcop.& cleri.nam priuilegium extenditur ad personas accessorias, sine quibus priuilegium inutile remanere posset.cap.licet.vbi Domin.de priuileg. in 6. Dec. in regula, in omnibus causis.ff.de regul.iur.clemen.vlt.de celebra.missa. & Anto.Capi.in decisio.Neapol.q.12.in causa Hugonij. & priuilegium datum hospitali, porrigitur ad eius ministros. Oldrad. consil. 11. thema est, & per exemptionem ecclesiæ ministri ipsius exempti censentur,cap.per exemptionem.de priuileg. lib. 6. quia nemo potest stare sine aliqua familia.l.non aliàs.§.primo.ff.de iudic. vide tex. in cap.extirpandæ.in princip. de præbend. & ibi Panormita. dicit quod secundùm qualitatem personæ, & bonorum debet habere seruitores, & famulos; non enim debet sibi coquere carnes, vel alia vilia facere, quia ab studio distraheretur hæc faciendo, etiam quia scholasticis ista non decent.

Amplia etiam habere locum in scriptoribus, Alber. in l. inter eos. ff. ex quibus causis maiores. Rebuffus in l. congruit. de locat. prædio.

ciuilium. lib. 11. Bald.in prooem. ff.§.hæc autem tria.Rauenna in Alphab.in verbo, bidelli. Alex. in l.scriniarios. C. de testamen. milit. nam omnes qui in procinctu versantur, cum eadem pericula experiantur, iura quoque eadem merito sibi vendicant: ideo in classibus omnes remiges & nautæ milites sunt. Item vigiles, milites, & iure militari posse testari eos nulla dubitatio est.l.vna.ff.de bono.posses.ex testamen. milit.suprà scripsi.

Amplia, non solùm habere locum in famulis, quos tenebant tempore huius authenti. sed etiam in præsentibus, & futuris: ita tenet patruus meus,vbi suprà. quia & nunc ,& in posterum, quando seruiunt scholaribus, sunt famuli scholarium, quibus hoc priuilegium competit, vt hîc, siue sint temporales, siue perpetui, cum hîc non distinguat, igitur nec ego, sequendo l. de precio.ff.de public.in rem actio. Item iniuria facta famulo,censetur domino facta.§.seruis. de iniur.in instit.

*Iniuria famulo facta, quando domino facta censeatur.*

Itellige verum, quando fit famulo in executione officij, alioqui secus, vt ibi tenent Doctores. & tradit Ioannes Masuer.in rub. de iniuriis. §.item si seruiens. Guido Papæ, decis. Delphin. quæst.557.Lucas de Penna,in l.1.in fi.C.de coarta.lib.12.

Idem in iniuria facta militibus, iuxta latus principis existentibus: nam inferens crimine læsæ maiestatis conueniri potest.l.quisquis.ibi. pars corporis nostri.& ibi Do.Buynardus. C. ad leg. Iuliam maiesta. & curiæ facta Regi quoque facta dicetur, vt scripsi in glos. extra Romanam. in forma manda.in concorda. Ideo Parisiis fuit dictum, quòd dominus potest prosequi delictum in personam subiectorum commissum.refert Gallus in quæst.per arresta.quæst.41. imò si in contumeliam domini iniurietur famulus,vel occasione domini, potest iniurians criminaliter puniri.Bart.in l.1.§.idem ait. ff.de iniur. Bald. in l.si quis homicidij.C.de accus.Card.in clem. de excessib.prælat.

Et ex hoc sumpta est practica in regno Franciæ,per quam verberantes officiales regios commissionem suam exequentes, capite puniuntur, aut saltem manus eis amputatur.vt testatur Guido.dict. decisio. 557. & dominus Boerius in tracta.de seditio.fol.34. sed Masuer.in dicto titu. de iniuriis, dicit pœnam esse arbitrariam, & practica Franciæ recepit istam: & hoc crimen dicunt esse priuilegiatum, vt si clericus hoc faciat, condemnetur etiam per iudicem secularem, in pecunia,vel ad emendam.vt aresto 112. per Ioan. Gallum cauetur.

Item pro iniuria facta monacho, competit actio iniuriarum monasterio, & quando fit clerico censetur facta ecclesiæ. glo.quam ibi sequũtur Panorm.& Felin.in cap.parochianos.de sentent.excommu.idem tenet Aufre.in decis.capellæ Tholosanæ.q.145.

Item illata vxori iniuria, actio competit marito. l. 1. in fin. ff.de iniur. §.patitur.institut. illo titu.Et quando famulus gaudeat priuilegiis domini, vide Guido.Papæ consil.30. quod nobilis. Bald.in l.1.C.de vxor.militum.Rauen.in Alphab.in verbo,bidelli idem dicens de bidellis. & Barbat.consil.44.sapienter.colum.5.num.8.in 2. volum.abundantius scribo,in ordinat.reg. rubr. *des sergens.*

*Alere tenetur famulum qui dominũ alit.*

Præterea, qui tenetur alere dominum, tenetur & seruitorem.vt tenet Panorm.in cap.quanto. de censib. sed in hac Francia consuetudinaria,qui inuitat dominum, nõ inuitat famulum, licet contrarium seruetur in Montepessulano,ac in tota lingua Occitana, ac in Prouincia, & in Italia, vt dominus semper habeat vnum saltem famulum secum.

Item, sicut non potest scholaris capi,vel eius valisia siue bogetæ, vt vulgari sermone vtar: ita nec nuncius, vt hîc. & si opponatur de regula priuilegium,de regul.iur. in 6. Respond. verum esse, quod priuilegium personale non egreditur personam non accessoriam. secus in accessoriis, vt tenet Decius in l.in omnibus causis id obseruatur. ff. de regul. iur. etiam quia est expressum in hoc tex.

Si tamen famulus sit malus,& fraudator,poterit expelli ante tempus, & perdit salarium totius temporis .l iudices .& ibi patruus meus. C. de anno. & tribut. lib. 10. quod distingue, vt ibi per eum.

Limita non procedere,quando exeunt de seruitio scholarium & aliis seruiunt, tunc non gaudebunt priuilegiis.Alber.in tracta.statuto.in prima parte. quæstio. 114. quia finita causa priuilegij,cessat priuilegium.l.hi.& l.sequen.§.primo ff. ex quibus causis maior.l.2.§.planè.ff.de iud.nam vxor repudiata, non habet priuilegium repudiantis. l. quòd ait. ff. de diuortiis. vide pulchrè Barbat.consil. 82. clementissimi. colum. 3. in 4.volum. Item qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi.l.in delictis.§.1. ff.de noxa.actio.si tamen processus esset inchoatus per contestationem coram conseruatore, ibidem finiretur per supradicta. Hodie tamen in Frãcia non vtuntur omnibus priuilegiis istis famuli, nisi fuerint matriculæ adscripti, & studuerint,ac studeant sicut magistri, & ita etiam est in constitutionibus Hispaniæ declaratum, in concordia facta inter regem Fernandum,& vniuersitatem Salamantinam. Tamen Karolus quintus vniuersitatem Parisien.& eius famulos, his sequentibus priuilegiis donauit in hæc verba, Eandem vniuersitatem eius collegia singula, magistros, videlicet scholares, & bidellos quoscunque, necnon & librarios, qui sub protectione, tuitione, & custodia ipsius vniuersitatis de officio librariæ, absque alia mercatura viuunt, de & pro suis domibus, quarum domini seu proprietarij existunt, de quibus etiam locagiis, vel censum recipere, aut ad suum proprium commodum facere possint,necnon & de domibus seu scholis propriis, non ab alio locatis, ad quas idem magistri, scholares & bidelli vaduntquotidie scientias,videlicet artes docturi, & alias audituri, à iuuaminibus seu auxiliis nuper, & de nouo super domibus, seu locagiis Parisiis situatis, vel redditibus earundem pro

facto guerrarum dicti regni indictis, ac etiam ab omnibus aliis iuuaminibus: tam super vino & sale, quàm super quibusuis rebus aliis, pro dicto facto guerrarum nuper impositis, vt præfertur, ipsos & eorum quemlibet omnino quittos & liberos esse volumus, & immunes, &c. Datum Parisiis, anno 1363. die decimaoctaua Aprilis. Hoc priuilegium ampliauit idem Rex, anno 1369. die vigesimasexta Septembris, apud Vincennam: postea taxauit & limitauit ad vigintiquatuor librarios, & ad alios seruitores vniuersitatis, vt in priuilegio continetur. Dato Parisiis, anno 1368. die quinta Nouembris, & Ludouicus 12. hos vniuersitatis famulos ad triginta redegit, anno 1513. die 9. Aprilis, vt est in priuilegiis vniuersitatis scriptum, & omnia priuilegia dictæ vniuersitatis confirmauit Franciscus rex modernus Franciæ, anno 1515. in mense Aprilis. Et sic collegia etiam gaudent priuilegiis, & hoc fuit declaratum per Senatum Parisiensem, hoc anno, pro collegio sancti Victoris.

*Collegia priuilegijs scholasticorum gaudent.*

*Famulus scholaris nō potest ab eis salarium petere.*

CENTESIMVM sexagesimum septimum, quia si longo tempore stetit famulus cum studioso, illi inseruiẽdo, nulla de salario facta mentione, nec conuentione, non poterit postea in fine salarium petere, quia speciale est in aduocato, & aliis numeratis in l.1.ff. de variis & extrauag. cognit. ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de legib. quod firmat Federic. consilio 218. domine Federice. & Alexand. consil. 109. super eo. colum. 2. in 6. volu. imò scholaris poterit eidem famulo recedere volenti auferre vestes, quas dederat, vt sibi seruiret, si simulatque factæ eidem sunt, discedere vellet. l. penulti. & ibi glos. Bart. & alij ff. soluto matrim. & glos. in l. id vestimentum. ff. de pecul. quod intellige vt per Bart. in d.l. penulti. imò si famulus relinquat dominum culpa sua, perdit mercedem. Ias. in l. diem functo. nume. 28. ff. de assess. & Rebuff. in l. iudices. C. de anno. & tribu. lib. 10. intellige futurum, sed non præteritum, secundùm eos.

Limitat Alexand. procedere, quando famulus esset consuetus habere salarium, & operas locare, quia secundùm consuetudinem poterit petere à scholastico salarium. l. exceptio. C. loca. sed contrariũ videtur verum: nam qualitas scholarium, qui non sunt soliti dare stipendia, est inspicienda. text. in l. in summa. §. in frumento. ibi, quanti tu conducturus fuisses. & glos. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condictio. indebit. l. fina. C. de fund. patrimon. lib. 11. Item consuetudo ipsorum, quia non sunt communiter soliti dare salarium, maxime Tholosæ, vt vidi ibidem. argumen. l. vel vniuersorum. ff. de pigno. action. Rauen. in Alphab. in verbo, qualitas. & Corset. in reperto. in verbo, aduocatus. ideo considerata qualitate, & domini, & famuli, quia ille solitus erat dare salarium, & famulus erat solitus habere, his concurrentibus procedet Alexand. limitatio, etiam puto consuetudinem regionis super his attendendam. arg. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. sed valde pauci famuli à scholasticis habent stipendia, sed victu tenui, & vestitu vili, his contenti esse debent, iuxta diui Pauli sententiam, inspecta tamen dominorum qualitate, vt prædixi.

*Cōpēsatio nō fit in his quæ scholasticus debet.*

CENTESIMVM sexagesimum octauum. Sicut contra dotem non recipitur compensatio. l. 2. §. taceat. C. de rei vxoriæ actio. plenè Bald. de Bartolinis, in repetitio. l. 1. ff. soluto matrimo. ita nec contra doctores, vel cholalares sua petentes stipendia, vel alimenta, hoc expresìim scribit de Ripa, in dicta l. 1. colum. vlt. qui allegat Alber. in l. 4. C. de compensatio. vbi non inueni: ratio tamen huius dicti est, tam æquiparatorum, videlicet studij & dotis, quàm æquitatis: nam si fortè compensatio obiiceretur contra studentem, per mercatorem deferentem pecunias, cogeretur scholasticus perire fame, & studium deserere: & ideo in hac pecunia tradita per patrem alicui pro viatico scholaris, arbitrarer compensationis exceptionem opponi non posse: nam postquam pro contractibus initis in patria non cõuenitur, multò minus debita compensabit aliquis contra eum, hoc etiam est valde æquum: nam scholasticus interim studebit, & mittet ad patrem, vt satisfaciat isti de alia pecunia, & tametsi studiosus non soluat nunc mercatori, ad patriam postea reuersus soluet: & sic quod differetur, non auferetur. l. quotiens. C. de precib. imperat. offer. alioqui daretur materia deserendi studium, quia inuidus, & maleuolus emeret à mercatoribus omnia, quæ illi debet scholaris, & procuraret deferre pecuniam, vt compensaret omnia ista debita, ob hoc cogeretur scholasticus studium dimittere, quod non est permittendum, & per hoc respondi cuidam bursario, qui primario tenebatur ratione processus in decem, vt non possit compensari debitum cum pecuniis, quæ pro victu singulis hebdomadis dantur, ne collegiatus fame interea pereat.

Limitarem, quãdo illam pecuniã recepisset in studio, vtpote mercator pro primo quadrãte nõ habebat tradere studioso, nisi viginti aureos, tamen dedit illi triginta, si pater noluerit restituere illi mercatori decẽ, poterit in altero quadrãte compensare, tum ratione æquitatis, tum etiam quia nullus vellet isti scholari mutuum dare, ad hæc quòd primum debitum priuilegiatum reperitur, & secundum pariter, ob id vnũ non vtetur priuilegio aduersus aliud, per ea quæ Bar. & alij notant in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. sed supradicta intelligerem in debitis ante studium, & ob aliam causam, quàm studij, quod est singulariter notandum.

*Scholasticus doctus rectè doctoratum petit.*

CENTESIMVM sexagesimum nonum. Quòd licet sit peccatũ ambitionis & præsumptionis petere honores, vt est in Euang. Matt. 23. c. & not. Archi. & alij in summa, 48. dist. scholasticus tamẽ doctus & dignus potest petere citra peccatum honorem & dignitatẽ doctoratus. c. in scripturis. 8. q. 1. c. quãto. de magist. cle. 2. illo tit. ratio est, quia hoc petẽdo gratiã cõmunicãdi aliis scientiã petit quã habet, quod est laudabile, & ad charitatẽ pertinet. Sap. 7. c. quã sine fictione

fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. & 1.Petri c.4. Vnusquisque sicut accepit gratiã, in alterutrum illam administrantes, &c. sequitur Ioan. And. in clemen. fina. in verbo, honorem. de magist. Lucas de Penna, in l. si quando. C. de diuers. offic. & appa. & l. contra. in fi. de re milit. lib. 12. l. 1. in fi. de agentib. in reb. eod. lib. Bald. in l. barbarius, prima, & 2. col. ff. de offic. Præto. Panor. in cap. cum ecclesia. in fi. de immunita. eccles. indignus verò bene peccaret, & tanto plus, quanto peteret in ecclesia. argum. cap. grauia. 13. quæst. 2. vbi dicitur, quos grauia peccata deprimunt ad maiorem cumulum damnationis potius, quàm ad absolutionem eorum, corpora in ecclesiis ponuntur. hæc Panormit. vbi suprà. & in c. cum in cunctis. de electio. §. 1. col. 2. plenè tractat Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, duas habens filias. nu. 60. & seq. de test. an liceat appetere officia, & beneficia? breui dicam tibi, quòd Iesus fugit in montem, quando volebant eum facere regem. Ioan. 6. cap. Tu qui vis sequi eum, sic facias, sed pauci, quos æquus amauit Iupiter, hoc cõcessum est: nam domina ambitio totum possidet orbem, multa scribit Petrus Falco, in suo tract. de appetitu prælaturarum.

*Scholasticus pro suo amico testis esse non prohibetur.*

CENTESIMVM septuagesimũ. Esto quòd amicus pro amico non possit esse testis, nec socius pro socio. l. testium. in princip. ff. de testib. c. si testes. versic. testium. 4. q. 3. scripsi in tracta. de reprobatio. testium. in verbo, amicus. Fallit in scholaribus, qui pro suis sociis & amicis testificantes non repelluntur propter amicitiam scholasticam (licet sit magna, vt suprà dixi) glo. & ibi Panor. Barba. & Feli. in c. cum R. de offic. deleg. ideo in dies testificantur de tempore studij suorum sociorum, & in aliis causis: verum est quòd extra studiorum causas eis creditur plus, aliquando minus, secundùm qualitatem affectionis, & amicitiæ. vt no. ibi Panor. assignando rationem quare non reprobantur, quia vnicuique in sua arte credendum est. l. semel. C. de re milit. lib. 12. sed ipsi deponũt vidisse socium in studio, & lectiones audientem, ergo illis credetur potius, quàm non ingredientibus scholas, imò etiam in re communi credi scholastico socio asserit. Ioã. And. in addit. ad Spec. in tit. de teste. §. 1. versic. sed nunquid socius. hodie quia in hac vniuersitate Paris. quælibet facultas habet suum librũ matriculæ, si inueniatur scholasticus ibi descriptus, & postea in singulos annos iura soluisse, non debent ei negari literæ temporis studij quod est eis vtile, vt simulatque in vniuersitate degunt, matriculæ adscribantur, quæ nõ perditur, sed socij quandoque moriũtur, & discedunt, ob id testificari non possunt.

*De matricula cuiuslibet facultatis.*

*Scholaris socium suum fideiussorem dare potest.*

CENTESIMVM septuagesimum primum, licet nõ videatur dare fideiussorem idoneum, qui dat priuilegiatum. l. de dic. §. qui mulierem. ff. qui satisda. cogan.

Fallit in scholaribus, qui si fuerint in loco studij conuenti, non coguntur dare extraneos fideiussores, sed sufficit dare alios studentes priuilegiatos, licet ipsi sint ad conueniendum difficiles. text. in l. fin. C. de priuileg. schola. lib. 12. ibi, eos minime extranei fideiussoris exactione vexari, sed pro cõsuetudine vetustissima, & iugiter obseruata numerarium, videlicet suæ scholæ fideiussorem præbere iubemus, &c. qui text. licet loquatur in milite. Idem erit & in milite legalis militiæ, & scientiæ, postquam æquiparantur, in l. aduocati. C. de aduoc. diuerso. iudicio. & suprà dictum extitit, & huic sentẽtiæ adstipulatur in literarum studiosis. Specul. in titu. de satisda. in §. dicto. versic. quid si scholaris. intellige quando ille scholasticus esset extraneus, & nõ inueniret alium fideiussorem: tunc etiam suæ iuratoriæ cautioni stari posset, per rubr. ff. qui satisda. cogan. vbi Ias. & est tex. in clericis loquens, in l. omnes. §. in hac. 2. C. de episc. & cler. ne à suis auocetur studiis, permittitur dare talem, qualem possunt instar consanguineorum. l. 3. §. Prętor. ff. qui satisda. cog. Bonifac. in proœmio Clemen. nume. 52. & ratione vtilitatis publicę, quę ex studio insurgit, vt suprà dixi, quod est notandum in illis casibus, in quibus tenentur dare cautionem, seu fideiussores. Iacob. reprobata ibi glo. in authen. de exhiben. reis. §. suscepto. collat. 5. Intellige tamen in ciuilibus: secus in criminalibus, secundùm Iacob. Rebuff. per illum tex. in l. fina. C. de castren. & ministeria. lib. 12. & Ioan. de Platea, in l. fina. de proximis agent. in reb. eo. lib. caue tamen, quia illum titulum, legit cum titulo, de agentib. in rebus. & non facit distinctum titulum, licet distinguatur per Imperatorem, & alios Doctores, & nisi in l. vel ordinatione teneretur dare idoneam, & sufficientem cautionem. Ias. in l. sancimus. C. de verbo. significa. Tenebitur tamen scholaris fideiubens suo priuilegio renunciare, alioqui non recipitur. l. si fideiussor. in princip. ff. qui satisda. cogan. & ita scribit Specul. vbi suprà plus dicens, quòd si conueniatur coram Rectore, & petit remitti ad Doctorem, tenebitur satisdare coram eo, quem elegit. l. 2. §. sed si dubitetur. cum §. sequen. ff. de iudic. & maximè si coram Rectore erat grauior satisdatio, secundùm eum, de consuetudine in Francia, hæc cautio iudicio sisti non datur, sed iudex simpliciter remittit conuentum ad suum iudicem, nisi in criminalibus.

Item fallit, quando scholaris posset dare alium fideiussorem, quàm socium: tunc cessante ratione, cessabit dispositio. Lucas de Penna. in l. in sacris. 3. colum. 3. C. de proximis sacro. scrinio. lib. 12. & an possit dare, vel non, stabitur iuramento scholastici. argumen. glo. in §. sed iste. instit. de actio. & cap. nulli. in fine, de electio. in 6.

Restringe, quando studiosus vellet dare religiosum fideiussorem, qui non potest fideiubere pro aliquo extra causam necessitatis. cap. quod quibusdam. de fideiussoribus. vbi plenè Barbatia.

*Scholasticus potest cogere creditorẽ ut à fideiussione liberetur.*

CENTESIMVM septuagesimum secundum priuilegiũ, quòd si scholaris pro suo socio fideiusserit, & postea velit ad literarũ studium accedere, potest agere contra credito-

rem, ad subrogandum alium, & vt ab illa fideiusione liberetur. Specul. in titu. de iudic. in §. specialia. versic. quid si fideiussor. & ibi Ioan. Andr. in addit. ad eum. per tex. in l. aut longa. ff. de procur. l. licet. ibi, profectio vrgens, de arbit. l. si longius. de iudic. aliàs creditor impediret studium, quod repugnaret vtilitati publicæ. §. his ita. de iusti. & iur. in instit. & hîc. & istud firmat Panor. in c. fin. de fideiuss. & Feli. in c. consultationibus. col. 1. de offic. deleg. Rauen. in cap. fin. de æta. & qualita. & istud est dictum vnicum in mundo, teste Roma. singul. 100. quæro à te, &c. sequitur Hippol. in rubr. de fideiusso. q. 39. & in quibus casibus fideiussor posit agere, antequã soluat. tradit tex. & ibi glo. in l. Lucius. ff. manda. alios casus cumulat Hippoly. in d. rubr. de fideiusso. q. 31. idem dicit Bald. si studens pro socio suo quicquam pignori dederit, vt posit agere contra socium, quod luat, & redimat. l. de restituẽdis. C. commo. vbi dicit procedere, maximè si studiosus pignori dederit libros, vel vestes pro socio: quia tunc poterit eos petere, etiam non expectata temporis diuturnitate, ne sine libris tempus amittat, & absque vestibus frigore algeat. arg. l. obligatione. ff. de pignor. & suprà suo loco dictum extitit abundantius.

*Apparitor scholasticũ, fideiussores offerẽtẽ nõ relaxãs, iniuriarum tenetur.*

CENTESIMVM septuagesimum tertium, quòd si præfectus vigilum, vel seruiens noctu, vel interdiu capiat scholarem, qui velit dare fideiussores de iudicio sisti: præfectus tamen vigilum non vult recipere illos fideiussores, sed ducit illum ad carceres, tenetur actione iniuriatum. l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cog. Hippoly. in pract. sua, in §. pro complemento. nu. 32. & in §. attingam. num. 17. etiam scribit Panor. in c. legebatur. primo nota. de maior. quòd iniuria fit ei, qui ducitur ad carceres, si non admittatur ad pręstandum fideiussores idoneos. d. l. si verò. §. fi. ob id simulatque capti sunt scholastici, offerre debent præstare fideiussores, & tunc si recusentur, iniuriarũ agere poterunt. quod est verum, si pœna pecuniaria venissent puniendi: secus quando essent capti pro crimine ingerẽte pœnam corporalem, quia tunc non essent relaxandi fideiussoribus. l. prima, 2. & seq. ff. de custo. reo. Felin. in d. c. legebatur. & in addit. facit c. cum homo. 23. q. 5. glos. in c. arguta. 2. q. 6. l. si à reo. §. fin. ff. de fideiusso. Bal. in l. eos. §. super his. C. de appella. & hoc expressim concessum est scholasticis Parisiis studentibus, per Gregorium 9. Idus Aprilis, anno sui pontificatus quinto, his verbis, Prohibemus, vt nullus magister, vel scholaris capiatur pro debito contracto, nec pro delictis, quãquam probabilis suspicio fuerit cõtra prædictos orta, sed idonea cautione præstita cessantibus carcerationum exactionibus dimittantur, si forte tale crimen commiserint, quod incarceratione sit opus, episcopus culpabilẽ detinebit, &c. vt abũdantius scriptum comperitur in Chartophilacio vniuersitatis Parisien. & ista allegaui contra Capitularios Tholosanos, qui scholasticũ noctu deprehensum detinebant, nec fideiussoribus relaxare volebant, ob id supplicationem Parlamento de his dedit, & statim fuit relaxatus, datis fideiussoribus. vide tex. notandum in c. si clericos. de senten. excom. in 6. & Mathesil. no. 60. nota quod clerici, &c.

*Pro Parisi.*

*Alimẽta indebitè scholastico soluta non repetuntur.*

CENTESIMVM septuagesimũ quartum. Quòd si aliquis putans se obligatum ad soluendum alimenta cuidam pauperi scholari bene studenti, eidẽ soluerit, indebite tamen, & multas expensas causa studij pro eo fecerit, non poterit illas repetere. tex. singul. qui loquitur de dote, in l. cum is. §. si mulier. ff. de condictio. indebi. cum causa dotis & studij æquiparentur. l. prima. ff. solu. matrim. & suprà probaui. & sequitur Bal. Nouellus in tracta. de dote. in 5. parte. & in 44. dotis priuilegio, quod est notandum.

*Donatio ab uxore facta scholastico ualet.*

CENTESIMVM septuagesimũ quintum. Licet donatio inter virum & vxorem non valeat. l. 1. & per totum. ff. de donatio. inter virum & vxor. quia vir cùm donet interiora, vix denegaret exteriora: & sic mutuo amore spoliarentur propter istas donationes: ideo ius hac & aliis rationibus eas prohibuit, vt alibi scripsi. Fallit tamen quando vxor diues donaret scholari pauperi, vt efficeretur licẽtiatus, aut doctor, & vt illa vocari posset domina, & effici domicella: tũc donatio talis valebit. l. quod adipiscendæ. cum leg. seq. ff. de donat. inter virum & vxor. hoc expresim firmat Ioan. Lupus, in repet. cap. per vestras. no. 1. Limita 6. fol. 32. col. 4. in magno volu. de donat. inter vir. & vxor. vbi vide abundantius.

Non tenebitur tamen postea maritus eã vocare dominam, quia priuilegium quod vxor ex persona mariti est consecuta, aduersus illum vti non debet. arg. l. si iudex. ff. de minor. l. donationes. vlti. vbi Bartho. C. de donat. inter virum & vxor. Corset. in tracta. de potesta. reg. quæst. 30. vbi cõcludit Regem non teneri vxorem suam vocari Reginam: multa de more cumulat Tiraquellus, in tracta. de legib. connubial. in 4. l. connubia.

*Tẽpus quo legit ante doctoratũ cõputatur ad comitatum.*

CENTESIMVM septuagesimum sextum. Quòd si vtriusuis iuris scholasticus partim legat ante adeptũ gradum doctoratus, & partim postea, illud tempus, quo legit ante gradum doctoratus, computabitur illi, vt comes efficiatur. Purpura. in l. cum quid. nume. 71. ff. si certum peta. per tex. in l. vna. C. de professo. qui in vrbe Constantinopo. comiti. meruer. lib. 12. ibi text. requirit, quod sint iurisperiti, non verò doctores: ergo quilibet iurisperiti, siue sint doctores, siue non, fruentur illius legis priuilegio, quod est notandum maximè pro Tholosanis, qui quandoque legunt ante tempus.

*Cesio scholasticis à patre, & alijs hîc numeratis fieri potest.*

CENTESIMVM septuagesimum septimũ. Quanuis legitimæ & canonicæ sanciones, litium emptiones, ac cesiones prohibeant: ita quod iactura causæ afficiant illos, qui sibi potẽtiorum patrocinium aduocare præsumunt: quia fictæ & fraudulentæ videntur. C. ne liceat potentio. l. 1. & per totum. ff. & C. de alien. iud. mutandi causa fact. l. penult. & fina. C. manda. & eo sunt etiam odiosæ, quod ex fonte cupiditatis

piditatis procedere videantur.cap.vlt.de aliena. iud.mutan.caus.facta.Bald.in rubr. de re iudic. in decretal. Tamen pater potest suo filio scholastico, licet potentior sit ratione priuilegij, cedere iura & actiones sibi competentes, & in ipsum filium transferre, vt expressim tradit Angel.in l.1.ff.solu.matrimo. & Ioan.de Grassis, in tracta.de cessio.faciend.§.hoc loco.in fi. & poterũt dicti studentes suos debitores per cessionem permissam factos coram suis conseruatoribus conuenire: vt est lex regia in hoc regno publicata, per Ludouicum 12.Franciæ olim Regem, artic.3.de publicatis super priuilegiis scholarium, anno 1499.tum fauore studij, vt personæ in ordinatione comprehensæ, possint studentibus donare studij causa, & vt scholastici in studio alantur, & sumptus in eo facere possint, tum etiam quia in his coniunctis videtur cessare fraus, quæ habet locum in aliis: nam in exteros nemo videtur iactare suum, nec donare.l.cum indebito. ff. de probatio. ideo fraudulentæ præsumuntur in eis cessiones, nec validæ, sed in personis in ordinatione comprehensis coniunctio & iuramentum excludunt omnem fraudem, vt infrà dicetur.

*Mater an filio scholastico cedere possit.*

Primò amplia, siue pater cesserit, siue mater, licet autem ordinatio regia loquatur in patre: tamen mater non excluditur, cùm appellatione fratris soror contineatur. l. tres fratres.ff. de pact.& patris appellatione mater venit in fauorabilibus, vt hîc, & vbi est eadem ratio in matre, sicut in patre.l.1.C.de rescind.vendit.l.si pater. de curato. furio. & quia in nominibus appellatiuis & cõmunibus masculinum complectitur fœmininum, vt in hoc casu. Anchar. consil.112.per l.pronunciatio. ff.de verb.signifi. vnde ordinatio regia Ludoui. 12. artic. 67. publicata anno 1499. dicit seruitores & famulos teneri petere salarium intra annum, quo à domino recedunt, & tunc non poterũt petere salarium, nisi trium annorum: idem dixi in ancilla, cùm illa ordinatio vtatur nomine appellatiuo, *seruiteurs*, secus in odiosis & correctoriis, vt in l.2.C.de patrib. qui filios distraxe. vbi pater causa famis potest vendere filium, mater non. ita expressim Alber.Brunus in tracta. statuto. in verbo, pater. nume.32. versic. in statuto, &c.glo.& ibi Bald.in l.quisquis.C.ad leg.Iul. maiest.Ange.in §.interdum.in fi.de hæredi.quæ ab intesta.deferunt.in instit.

*Bastardis an cessio fieri possit.*

Secundò amplia, si pater cesserit filio etiam naturali tantùm, quia filius est nomen naturæ.l. tutelas. ff. de capit.diminutio. l. parentes.de in ius vocan.Bart.in l.pronũciatio.de verb.signifi. etiã naturalis filius admittitur ad accusandum & vindicãdum mortem patris naturalis defuncti. Bald.in l.2. per illum text. & in l.hos accusare.§.fin.ff.de accusat.argu.l.tertiæ. ff.de libera. causa.Bald.in cap. de cætero. de testi. Imò plus dicit Bart. etiam locum habere in spuriis, tum quia vocabulo naturali, pater est filius: & in istis vocabulis naturalibus non debet attendi rigor iuris ciuilis, quia eos ius canonicum recipit, in cap.cum haberet. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulter.& quando agitur de commodo, & fauore filij, vt hîc, tum appellatione filij comprehenditur naturalis. l.Lucius.§.fin.ff.de legat.2. Alexan.in l.ex facto. §.si quis rogatus.num 16.ff.ad Trebellia. tum etiam quia hoc permittitur fauore studij, quod potest esse & in naturali tantùm, & in spurio: ergo & ordinatio procedet, imò publicè vtile est, & in naturalibus, & in spuriis, ne deserant studiũ, sicut in aliis: ergo idem ius erit, & sic sæpius vt fertur, fuit iudicatum in hoc Senatu Parisien. quippe si filij non teneantur soluere gabellam, naturales non soluent, vt pulchrè cõsuluit Bar. consil. 229. cauetur. quia filiorum appellatione continentur à nobis descendentes.l.liberorum. §. præter. ff. de verbor. significatio. & qui ex masculo & fœmina procreantur, filij dicuntur etiam sine nuptiis. l. prima.§.ius naturale. ff. de iustitia & iure.

*Filius an patri studenti cedere possit.*

Tertiò amplia, etiam econtrario, vt si filius vellet cedere patri scholari, quod possit, tum ratione correlationis, tum quia eædem rationes videntur: nam etsi parentibus non debeatur filiorum hæreditas propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatẽ, turbato tamen ordine mortalitatis non minus parẽtibus quàm liberis piè relinqui debet. l. nam & si parentibus.in princip.ff.de inoffic.testa.& quia contrariorũ eadem est disciplina. l.1 ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.& quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito.l.fin.ff.de lega.3. limita, vt infrà.& super hoc vidi dubitari Tholosæ, de quodam patre in Carcassona orto, cuius filius volebat eidem cedere fauore studij, cùm Tholosæ studeret.

*Auus an scholastico cedat.*

Quartò extende etiam in auo, iusta enim interpretatione patris appellatione auus quoque demonstrari intelligitur.l.iusta.ff.de verb.signi. & hoc in fauorabilibus, vt hîc. Bart.in l.liberorum.in fi.ff.de verb.significa. secus in odiosis.l. lege Iulia.§.hoc capite.ff.de ritu nupt. l.patri. de adulter. more enim scripturæ auos, & deinceps patres appellamus.c.2.de verb.significat.Alber. in tracta.statuto.in 2.parte.quæstio.107.item an statutum.

*Quid in auia.*

Quintò etiam procedit in auia, quia appellatione matris, de qua loquitur ordinatio, & auia continetur, cùm sit idem iudicium.Bald.in l.Nesennius.col.1.ff.de negot.gest.Bart.in l.2.§. videndum.ff.ad Tertul.Alex.consil.198.perspectis.nu.4.vol.6.& plenè Dec. consil.656. iuridicam.in princip.

Sextò etiam procedit tam in filio in potestate, quàm in emancipato, quia cùm donatio facta per patrem filiofamilias studenti, etiam in potestate patris existenti valeat.Angel. & Ias.in l.1.ff.solu.matrimo.& suprà scripsi in 60.priuil. sic valebit cessio.Iacob.in l.1.C.ne liceat potentio.col.penult.

*Priuigno an vitricus cedere possit & nouerca.*

Limita non procedere in vitrico, qui priuigno etiam scholari cedere non poterit, tum quòd vnus non est pater, nec alter filius, vt requirit ordinatio, tum quod nõ procedit eadem ratio in illis: adhæc quia in personis, in ordina-

tione numeratis non cõtinetur item non præsumitur fraudulẽta cesſio propter affectionem, & mutuum amorem inter illas perſonas,ſed vitricus parum amat priuignum, & nouerca minus: ergo non procedet in illis, quia iſtæ duæ perſonæ ſolent plus auferre quàm dare. probatur in l.1.in fi. ff.de poſtulan. vbi exprimuntur eo, quòd generali parentum appellatione non comprehendebantur. Nec refragatur quod eadem reuerentia debeatur marito, quæ vxori.l.1. C.de in ius vocan. ſed hîc non agitur de reuerentia,nec obeſt §.ſocrum.de nuptiis, in inſtit. vbi nouerca loco matris habetur, quod eſt verum,quo ad impediendum matrimonium, ſed non quo ad iſtum caſum: nam multa mala cõtingunt priuignis nouercalibus delineamentis. l.4. ff. de inoffic.teſta. Præterea permittit ordinatio,fratrem cedere fratri,& cùm fratris appellatione ſoror veniat. l. tres fratres.ff.de pactis.l. Lucius.famil herciſcun. ob id ſoror poterit cedere ſuo fratri ſcholaſtico, etiam naturali, cùm etiam communi vſu loquendi veniat.Feli.in 1. procemio Decret.num.8.allegat Ancha.conſil. 187.apud me.idem in fratre vterino,cùm frater dicatur.l.Iuriſcõſultus.§.cognationis. ff.de gradib. vbi ſic dicit, frater enim eſt, qui ex eadem matre tantùm natus eſt.Bart.& alij,in l.ex facto. ff.de vulga.l.penult.C.de impube.plenè. Socin. conſil.1.vol.1.Bald.conſil.218.ſtatuto. col.1.in 2. vol. Idem in fratre cõſanguineo,hoc eſt ex eodem patre,& alia matre nato, cùm frater etiam verè dicatur.§.1.de legi.agna.ſucceſsio. in inſtit. & in authen.de conſangui. & vteri.fratrib. collat.6.l.Iuriſconſultus.§.ſecundo gradu.ff.de gradib.Rom.conſil.411.quatuor. col.2. Fallit in eo qui vocatur frater ratione militiæ tãtùm.l.cùm allegas. C. de caſtren.pecu.lib. 12. vbi Lucas & text. in l.licet. de pact. Nec in nominato fratre ratione monaſterij, omnes enim monachi fratres ſunt.cap.ad menſam.11.quæſt.3.tamen vnus alteri non cedit,nec vnus canonicus alteri,quãuis canonici vnius eccleſię fratres inter ſe dicãtur.cap.nouit.& ſeq.de his quæ fiunt à præla.ſine conſenſu capit. Matth.de Afflict. in conſtit. Neapolitan.rubri. de fratribus obligan. partem feudi.

*Frater uterinus uel cõſanguineus ſeu naturalis,an ceßionem fratri facere poſſint.*

*Frater monachus uel canonicus non cedit.*

Non procedet etiam in vxore fratris, nec in marito ſororis, tum quòd non eſt ſoror mea, nec eſt mihi cõſanguinea,ſed affinis,tum etiam quod nec ex mente,nec ex verbis,in text. ordinationis eſt comprehenſa.Ad hęc,quòd de cõmuni vſu loquendi, vxor fratris non vocatur ſoror,ſed cum adiuncto,*belle ſeur*, & quod cum adiuncto profertur,non eſt illud propriè, vnde conditionalis donatio non dicitur ſimpliciter donatio.l.1.ff.de donat. Iaſ. in l.1.col.vlt. ff.ſi ex noxa. cauſa agat.& ſolemus communi idiomate Franciæ conſanguineos vxoris vocare cum adiuncto pulchros:vtpote,quia pulchram vxorem inuenimus: ideo omnes ſuos ferè conſanguineos pulchros vocamus,vt *beau pere,beau frere,belle ſeur, belle mere,* poſſet fortè in mobilibus, in hac patria conſuetudinaria ceſsio concedi,ſi vxor fratris cum fratre cederent debitum fratri ſcholaſtico,cùm maritus ex conſuetudine dicatur dominus bonorum mobilium vxoris. alibi tamen cum operæpretium fuerit, ſcribam. Permittit etiam ordinatio regia patruo cedere nepoti,& cùm maſculinum comprehendat fœmininũ.l.1.ff.de verb.ſignific. & etiam quia eadem ratio eſt in amita, quæ in patruo & communi idiomate tam patruus,quàm amita vocant fratris filium nepotem: ideo ex communi vſu loquendi etiam habebit locum in amita, cũ Gallico vocabulo tam patruus, quàm auunculus, *oncle* vocentur:ergo in ordinatione vterque cõprehendetur,& amita, & matertera, per l.Iuriſconſultus.§.auunculus.ff.de gradib. etiã ſi vno tantùm gradu iuncti eſſent, vtpote vterini vel conſanguinei.Bald.conſil.218.ſtatuto. in 2.vol. & ſuprà dixi.

*Vxor fratris an cedere poßit, & quare pulchri conſanguinei uxoris uocẽtur.*

*Patruus nepoti cedere poteſt,& amita ac matertera etiã uno tantùm gradu iũcti.*

Secundò, etiam non procedit in patre ſpirituali, vt poſsit ſuo filio, quem filiolum vulgus vocat, cedere. Benedict.in dicto verbo,& vxorem.num.761. de teſt. vbi dicit hanc cognationem ſpiritualem nõ inducere ſucceſsionem ab inteſtato, nec retractum de conſuetudine conſanguineis permiſſum,nec in eis habere locum. authen. res quæ. C.communia de leg. licet cognatio ſpiritualis inter ſuſceptorem & ſuſceptum oriatur,& aliis modis,vt in rubri. de cogna.ſpiritua.& in cap.omnes.30.q.1.

*Pater ſpiritualis cedere non poteſt.*

Idem in patre ſcientiæ, qui licet vocetur pater & filius diſcipulus.l.1. C. de excuſat.artif.lib. 10. tamen nõ poterit ille pater diſcipulis cedere, vt priuilegio ceſsionis gaudeant, tum quòd in iſtis non ſit vnitas, quæ eſt inter patrem naturalem & filium.l.fina. C. de impub.nec coniunctio quæ facit, vt plus diligat pater filium, quàm ſeipſum.l.iſti quidem.ff.quod met.cauſa. Bauer.in §.pater.col.2.de teſt.in inſti.

*Quid in patre ratione ſcientiæ.*

An procedat in patre adoptiuo, & in fratre patruelli,ac in patruo magno, & in pronepote, & in multis aliis perſonis ſcripſi in dictis ordinationibus regiis,in d.artic.

Notandum eſt, quòd antequam ſtudentes ratione huius ceſsionis poſsint conuenire debitores coram conſeruatoribus requiruntur ſequentia.

*Requiſita ut ceßio ſcholaſtică facta ualeat.*

Primò, quòd is qui cedit ſit pater illius, cui ſit ceſsio, frater patruus, vel de perſonis in ordinatione regia cõprehenſis, & ſuprà expreſsis.

Secundò requiritur,quòd is, cui ceditur, ſit ſcholaris:ergo ſi quiſpiam pater cederet ſuo filio Senatori, vel aliàs priuilegiario, non poſſet debitores per ceſsionem corã dominis ſupplicationum, ſeu requeſtarũ, vel coram aliis iudicibus priuilegiatis conuenire, vt fuit deciſum cõtra Regis protectorem, pro domino de Bulliol,regio conſule,in Parlamento Pariſien. anno 1538. die 7. Ianua. quia illa priuilegia ſtrictè ſunt intelligenda, ſcholaſticorum verò largè. c. cauſam.de reſcript.& ibi Docto. & in l.beneficium.ff.de conſti.princip.

Tertiò requiritur,quòd is in quem ſit ceſsio ſit verus ſcholaris,& non fictus & pſeudoſcholaſticus, cùm his priuilegiis non gaudeant, vt ſuprà ſcripſi.

Quartò,

Quartò, quòd tam cedens quàm ille cui cedîtur, iurent ibi, *auquel cas, celuy qui cedera, & l'escolier à qui ladicte cession sera faicte, seront tenus de iurer*, &c. & hoc iuramentum purgat fraudem: quam posset debitor allegare. per l.per diuersas. cum l.seq.C.manda.

Quintò, quòd solenniter iurent, ibi, *solennellement*, &c. & sic non valeret quãdo iuraret clàm. declarat tex. ordinationis, quòd tunc præstari dicitur solenniter, quando coram iudice pro tribunali sedentem, ibi, *deuant le iuge*, sed coram quo iudice præstari debeat? Respon. quòd cedentes coram iudicibus ordinariis eorum, cessionarij scholares coram suis conseruatoribus iurabunt, vt patet in declaratione curiæ, scripta in fine illarum ordinationũ, de priuilegiis scholasticorum, etiam requiritur quòd si minor cedat actionem ad rem immobilem competẽtem, quod decretum iudicis interueniat, sicut in alienatione. Bar. in l.potest.ff.de aucto.tut.& in l.1.& per totum. C.de prædiis mino.

Bonorũ debitum cedi debet.

Sextò, debẽt iurare cessionem esse veram, non simulatam, & sine fictione, ibi, *est vraye & sans fiction*, &c.& sic omnem fictionem excludit, quia indefinita æquipollet vniuersali. l.si pluribus. ff. de legat. 2. Item veram intellige, quod verum debitum sit, aliàs si non esset vere debitum, quia per vsuram non posset cedi, vel fideicommissarius ante restitutam hæreditatem cedere non posset. l.si mulier. §.ex asse. ff.de iure dotium. Bal. in l.sancimus. C. ad Trebellian. Item si daretur in solutum creditori debitor, requiritur quod constet de vero debito dantis in solutum, nec sufficeret confessio cedentis propter fraudẽ, quę indies fieri posset. Iacobi. in l.1.colum.3.num.30. C.ne liceat potentio. vbi dicit nunquam simulationem opponi posse, quando debitor semel cessioni consenserit. Bal.& Florian. in l.cum essent. §.per plurium. ff.de seruit.rustic.prædio. Item veram oportet esse, quia si debitor opponat ante litem contestatam compensationem contra cedentem, recipi debet. secus si post. Bald. in l. & hæredi. §.nos autem. in fi. ff.de pact. cessionarius enim est imago cedentis. Bal. in c.ad nostram. 2. col.2. de iureiur.

Septimò, quòd sit facta de illa re, quæ petitur, ibi, *& reelle, sans fiction*, &c. Ideo si lite pendente, & post citationem cessio facta fuerit, non valebit: vt in hoc Senatu fuit pronunciatum, anno 1521. die 18. Martij, de cessione facta post adiornamentum factum coram Præposito Parisien. { & anno 1529. die 4. Iunij, vbi cessio ficta fuit annullata, & cedens ad emendam condemnatus: } tum quia in fraudem iudicij mutãdi causa, tum quia res litigiosa transferri in nullam personam potest. cap.quia res. 11. quæstio. prima. & l. vlti. C. de litigios. glos. vlti. in cap. tenor. de re iudic.

Octauò, quòd illa cessio ad scholastici vtilitatem & commodum deueniat, ibi, *& pour tourner*, & dicitur cedere in vtilitatem, etiam si in vtilitatem monasterij conuerteretur: vnde fuit prolatum (vt fertur arestum) quo fuit approbata cessio facta ab abbate suo monacho, quia monachus nomine abbatis videtur persequi, & abbas dicitur pater monachi, anno 1520. & die 7. Iulij.

Nonò, ad vtilitatem totam solius scholaris cõuertatur, ibi, *& pour tourner du tout au proffit du dict escolier*: ideo non valeret si conuentum esset, quòd ex illa cessione daretur aliquid cedenti, vel alteri: quia in totum non cederet in vtilitatem scholastici, vt articulus ordinationis requirit.

Decimò, quòd cessio fuerit facta de tota summa, aut de tota re debita, ne coram diuersis iudicibus debitor conueniatur. c.ex tenore. de rescript. ideo fuit declarata cessio nulla, quę fuerat facta de dimidia parte census, per arestum Senatus Parisien. anno 1537. die 7. Februarij.

Vndecimo requiritur, quòd illa summa, vel res esset debita cedenti, ibi, *& la chose deuë*: ergo si receptor cedat debita, quæ exigit pro alio, non valet cessio, quia non sibi debetur, vt fuit in magna camera pronunciatum, anno 1538. die 23. Maij. si ergo emisset omnia debita, cedere posset, quia sibi debitum esset, vel si ob negligẽtiam imputatum fuisset eidem debitum. l.periculum. ff.si certum pet. Sed an possit cedere antequam dies cesserit? puto quòd sic, quia debitum est. l. creditores. cum leg.sequen. vbi scripsi. ff.de verb. significat. debebit tamen scholasticus expectare diem, aliàs duplicarentur contra eum induciæ, iuxta §.sed hodie. de exceptio. in institut. quod non seruatur in practica, vt duplicentur induciæ, sed absoluetur reus cum expensis, ad quas actor condemnabitur, & poterit etiam cedere illud quod per litis contestationem deberetur. l. si Titius. ff.de verb.obliga. Item si debitor impetrauerit literas quinquennales vel annales. iuxta l.quotiẽs. C.de precib. impera. offeren. & fuerint notificatæ creditori, non prohibetur cessio, sed scholasticus ante tempus agere non poterit, sicut nec cedens, per prædicta.

Receptor non cõcedit filio scholastico debita quæ exigit.

Duodecimò, quòd cedens nil reseruauerit, vel retinuerit, ibi, *sans en rien reseruer ne retenir*: nam si fuerit pro parte vendita res, & pro parte donata, vel minori precio vendita, præsumitur simulata & ficta, haberi tamen debet ratio expensarum litis. tex.& ibi glo. in l. per diuersas. & in l.ab Anastasio. C.manda.

Vltimò, quòd fiat à personis hîc enumeratis, & his concurrentibus, scholastici conuenient debitores ratione cessionis, coram suis conseruatoribus, & si alterum desit, valebit cessio, quia hîc non annullatur, sed scholastici tenebuntur conuenire debitores per cessionem factos, coram eorum iudicibus ordinariis. Ita videtur innuere ordinatio regia. & Docto. in cap. si de aliena. iud. mutan. causa facta. vbi dicunt cessionem etiam in potentiorem bona fide factam valere. per l.qui stipendia. C. de procurat. & tantùm reprobari cessionem fraudulentam. Specul. in titu. de cessio. §.1. versic. quod autem dixi. & ex coniecturis apparere potest de bona fide, vtpote si debitor fateatur debitum, & ille cui cedo, est consanguineus, vel coniunctus, & cedens est diues, ex his apparet cessionem bona fide

fide factam, & alias coniecturas bonus arbitrabitur iudex, teste Iacobi.in l.vna.col.3. C. ne liceat potentio. & quando aliquis cessit actionem causa mutandi iudicij, si postea non inuenia tur bona, & Conseruator remittat causam ad iudicem ordinarium: tunc tenetur cedens per se agere, & non poterit in illa causa constituere procuratorem. Bartol.in l.penult.ff.de aliena. iudic.mutan.causa facta, quod non seruatur in Francia. In constitutionibus etiam Hispaniæ continetur, quòd pater & filius iurent debitum cessum esse verum, & quod cessio non est in fraudem facta, nec causa molestandi debitores, sed pro filij sustentatione, & quod pater directè nec indirectè nil de hoc debito cesso consequetur, nec fratres scholaris, & quòd scholaris recepta solutione à debitore nil fratribus dabit, vel restituet. iurabit etiã pater, quod non misit principaliter filium ad studium huius cessionis gratia, alia abũdantius scripta reperies in dictis Hispaniarum constitutionibus.

*Pro Hispanis.*

*Prærogatiuæ in corpore iuris clausæ motu proprio concessæ cẽsentur.*

CENTESIMVM septuagesimũ octauum. Quòd postquam hæc scholasticorum priuilegia sunt in corpore iuris clausa, ob id motu proprio concessa esse censentur. text. iuncta glos. vbi Bart. expresse hoc dicit in authenti.quas actiones.2.quæstio.C.de sacrosanct. eccles.& idem Bartol.in l.prima.in fi. C.de petitio.bono.sublat. lib.10. Felinus in cap. causam quæ.colum.4.in fin.de testib. tum quia quando aliquid ob merita indulgetur, datum præsumitur, ob merita, licet non exprimatur, & non ad partis postulationem. l. si verò non remunerandi.§.idem Papinianus.ff.manda. Ioan.de Turre crema.in cap.emendari. 2. in 1. quæstio. 2. vt in text.patet, ibi, omnimodo mereantur, tum etiam quia hæc priuilegia generalia sunt, & impossibile esset, quòd omnes scholastici supplicauissent, & tamen omnibus concessa sunt, vt in tex. ibi, omnibus qui causa, &c. hinc dicit Bald. in dicta authenti. quas actiones. quòd priuilegia concessa ecclesiis censentur motu proprio concessa, quia impossibile esset, quòd omnes ecclesiæ id postulassent, & quia esset eneruare illorum priuilegia. Bald.in l.fina.nume.5.C.de fructib. & litium expens. etiam in aliis legibus. C. in suprascriptione est pars postulans, cui respõdet Imperator, & idem in Decretalibus, quod non est hîc, & sic motu proprio indulta esse præsumemus, licet regulariter priuilegium ad postulationem partis concessum censeatur, quãdo in corpore iuris non est clausum, per cap. si motu proprio, de præbend. in 6. dicta l. 1. C. de petit. bono. sublat. lib.10. Iacobi.in l. si quis iniquum, in 2.lectura.ff.quod quisque iuris. Ex quo infertur, quòd hæc priuilegia contra eos retorqueri non poterunt, cùm in motu proprio concessis non retorqueamus. Docto.in d.l.3. Decius in l.certum. columna vlti.ff.si certum petat. vnde quanuis ipsi possint cogere habentem domum ad locandum, vt ipsis locent, sicut suprà scripsi: cogi tamen non poterunt, si habeant, ne priuilegium in eos retorqueatur, & licet à sententia expulsionis non possit appellare faber, si tamen fuerit lata contra studiosum, ipse appellabit eadem ratione, & idem in aliis priuilegiis dicas, & an possit habere alios effectus motus proprij, quos congessi in glossa, motu proprio, in forma manda.in concordat. Cogita.

Item ab his priuilegiis dolus abesse præsumitur, qui in motu proprio concessis non est. Bald. in cap. consultationibus. colum. vlti. de officio delega. scripsi in rubrica de constitut. in concorda.

*Priuilegia quare studẽtibus cõcessa sunt.*

Quæret quis, quamobrem hæ prærogatiuæ studentibus concedantur? Respon. supra dixi, quod multum tribuere oportet his, qui valde prosunt, sed literatorum studiis totus iuuatur orbis. hoc textu liquet, primum ad Dei cognitionem, obedientiamque, deinde ad obediendum principi, ad hæc ad conseruandum omnium virtutũ memoriam, quare nõ abs re optimus princeps, optimas literas, & literatos tam accuratè tuetur, quibus sublatis, de vera hominum fœlicitate actum esset.

*Generalis priuilegiorũ derogatio nõ comprehẽdit priuilegia in corpore iuris clausa.*

CENTESIMVM septuagesimum nonum. Quòd si mãdetur per Regem, vt omnes exempti, vel non exempti habeant soluere colectas, vel alia munera, non obstantibus priuilegiis quibuscunque: scholares tamen non tenebuntur soluere, quia generalis priuilegiorum derogatio non comprehendit priuilegia in corpore iuris clausa: vt sunt ista scholasticorum priuilegia, per gloss.in l.2.§.legatis.in verbo, non compelluntur. ff. de iudic. quam ibi sequuntur Doctor.glos.est similis.in l.hæres.in princip. eo. titu. & in authenti. qua in Prouincia. C.vbi de crimine agi oporteat. & ibi Barth. & in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, non obstantibus. quomodo in læsæ maiesta. crimin. proceda.Roma.in repetitio.l.si vero. §.de viro.col.18. fallen.23.ff.soluto matrimo.quia iura tot vigiliis promulgata, non videtur princeps vno verbo velle tollere. l.si quando. C.de inoffic.testa.cap. ecclesia.2.de electio.gloss.in verbo, in iure. in tit. de caus.in pragmati.sanctio. Vitalis de Cambanis, in tracta. clausula.in clausula generali.fol.8. colum.1. Felin.in cap.1. nume. 12. de rescript. & in cap.nonnulli.colum.10.& 27.in 11. conclusio. in eodem titu. Decius consilio 165. viso tenore. in fi.Boerius in repetitio.l.consentaneum.fol. 31. C. quomodo & quando iud. Ideo bonum est, quando conceditur alicui priuilegium, quòd inseratur in libris statutorum, secundùm Cepol. cautel.47. Domini.Paul.in d.auth. in qua prouincia.& tunc quanuis princeps casset & annullet omnia priuilegia: tamen non intelligetur de insertis in statutis vniuersitatis, per supradicta, quòd est valde notandum. & scripsi in tract. nominat. quæstio.5. facit quod si ciuitas vendat vectigal cum pacto, quod de omnibus rebus soluatur gabella, nullo priuilegio obstãte, quod non debet aliquid solui de rebus, quæ mittuntur ad exercitum ratione, vtilitatis publicæ, & quod verba, non obstante aliquo priuilegio, intelliguntur de non clauso in corpore iuris per supradicta. vt expresse decidit Imol.in l.licitatio.

§.fin.

§.fina. in fin. ff. de publica. & vecti. etsi statuto caueatur, quòd omnes vadant ad exercitum sub certa pœna,non obstante aliquo priuilegio, intelligitur de non clauso in corpore iuris, teste Bart.in dicto §.legatis. nam per legem generalem,vel per rescriptum, nunquam videtur derogatũ priuilegio speciali alteri concesso.tex.cum glo.in l.decurionibus.C.de silentia.lib.12. Bald. in l.non plures. in fi.C.de sacrosanct.eccles. Ias. consil.105.in causa.col.2.volu.1. addе quòd vniuersitas Parisien.habet priuilegium,vt nũquam comprehendatur sub literis quantũcunque generalibus odiosis, quod est datum anno 1478. die 14. Aprilis, per Regem Ludouic.11. Franciæ tum Regem. Nec refragatur quod potius videatur princeps velle tollere illud, quod est in corpore iuris clausum,quàm nõ clausum, quia hoc ignorat,illud scit, & quod nescit,tollere non cẽsetur,cap.1.de constit.in 6. Respon. priuilegium dici eo,quòd in priuato feratur.cap.priuilegia.3. distinct. sed clausum in corpore iuris non conceditur in priuato, sed publicè: ergo appellatione priuilegij non venit.Lancelot. Deci.& Curt. in d.l.2.§.omnes.in fi.ff.de iudic.Ioan.Crotus in repet.cap.1.notab.vlt.de constit.in 6.nam in corpore iuris illi priuilegia scribi voluerunt, vt firma, ac perpetua essent. l. 3. C.de legib. nec vno verbo voluerunt ea postea descripta esse subuertenda,& tollenda.cap.ecclesia.2.de elect.l.si quãdo.C.de inoffic.testa.

*Pro vniuersitate Parisiensi.*

*Scholasticis omnib. etiã grãmaticis, hæc dantur priuilegia.*

VLTIMVM est, Quòd ista priuilegia non solùm competũt scholaribus legum, & canonum, theologiæ, sed etiam scholaribus cuiuscunque facultatis,etiam si grammaticæ studeant, vel primitiuæ scientiæ. Bolognini vtor verbis,ponderando istum text. ibi causa studiorum:& sic intelligitur de quibuscunq; literarum studiis,etiam si alicui ex septem artibus liberalibus incumberent:vtpote grammaticæ,dialecticę, rhetoricæ, musicæ, arithmeticæ, geometriæ, vel astronomiæ, de quibus Archid. in c. de quibusdam.37.dist. inde pulchrè ait Modestinus in l. si duas.§.fin.ff.de excusat.tutor. quod philosophi, oratores,grãmatici, qui publicè iuuenibus prosunt,excusantur à tutelis.

Secundò suadetur ponderãdo aliud verbum, text.ibi amore scientiæ exules:nam interdum ita sunt exules propter grammaticam, rhetoricam, & alias artes liberales,sicut propter leges: igitur priuilegia illis dabuntur.

Tertiò, iste tex.concedit priuilegia omnibus scholaribus,& qui totum dicit,nihil excludit.l. à procuratore.C.manda.l.Iulianus.ff.de leg.3.

Quartò, probat dictio tex.maximè sacrarum legum: ergo idem in aliis, quia dictio maximè, implicat idem ius in aliis.l.illud.ff.ad leg.Aquil. glo.in l.quòd si minor.§.restitutio.de mino.scribo in textu.

Quintò,studentes grammaticæ,multis se exponunt periculis,& verberibus,& se amore sciẽtiæ exinaniunt,vt plenè scripsi infrà in text. Ideo hæc eis priuilegia concedentur.

Vltimò, qui istos reiiceret, non inuenirentur alij, qui ex paruis fiunt, nec possent sine grammatica, & aliis scientiis infimis studere superioribus scientiis,vt notoriè patet.Igitur hæc priuilegia nullis literarum studiosis denegamus,insequẽdo etiam glo.in verbo,literarum,in c.cum ex eo.de elect.in 6.& huius est sententiæ Philip. Francus,in proœm.sexti decret.per tex. ibi, vniuersis scholaribus.& cap.2.de priuileg.eo.lib. & ista est communis in iudicando & cõsulendo sequenda, quàm secutus fuit venerabilis Parisien. Senatus, in causa cuiusdã pueri de Molinis, qui discebat tãtùm legere De profundis, & erat descriptus in matricula, ac habebat literas matriculæ, quas testimoniales hìc vocant: fuit enim per illum bellißimè pronunciatum, istum priuilegio conueniendi debitores coram Conseruatore gaudere posse, anno 1524. die 21. mensis Martij,ante Pascha,ex quo declarauit grammaticos in vniuersitatibus studentes gaudere scholasticorũ priuilegiis posse. {Pro hoc facit tex.in c.2.ibi, minores capiendo quo ad ætatem. & ibi Barb.intelligit de foro compe.& hoc etiam fuit declaratum anno 1312.in mense Decembris,pro vniuersitate Aurelian.in lib.viridi continetur.& sic mulieres docentes filias non gaudent his priuilegiis, vt fuit decisum anno 1533. die verò 15. Iulij.}

*Docẽtes primas literas, an scholasticorũ priuilegijs gaudeant.*

Limita non procedere in illis,qui docent primas literas (quanuis docentes studentium appellatione comprehendantur, vt scripsi in tract. nominat. quæst.11. nume.15.) per textum in l.vt gradatim.§.fina.ff.de muneribus & honorib.cuius verba reddo, Eos, qui primas literas pueros inducunt, non habere vacationem. Diuus Antoninus rescripsit, & Vlpianus ait, qui pueros primas literas docent, immunitatem à ciuilibus muneribus non habent.l.2.§.qui pueros.ff.de vaca.mune.glo.in l.archiatros. C.de metat. lib.12. ratio est,quia non publicè prosunt,& quia in his infimis insistunt, nec perueniunt ad maiora, vt scripsi in §.præterea.de collat.in concord.etiam quia in vniuersitatibus generalibus non morantur.c.tuæ.de cleri.non resid.

Sublimita, quando hi docentes essent publici professores,quos nos regentes vocamus, & in vniuersitatibus degerent,tum quia publicè prosunt, immunitate gaudere debent.l. si duas. §. fin.ff.de excusat.tutor.hoc etiam probat l.grammaticos à contrario.& l.oratione. & l.medicos. C.de professo. & medic. lib. 10. Alber. in d.l.2. §.qui pueros.

Secundò limita, quando studerent nicromantiæ, vel aliis scientiis prohibitis. Bald. Salicet. & Bolognin. hìc: nam cùm illæ scientiæ sint prohibitæ: ergo non priuilegiatæ,quia malæ,& eas melius est nescire, quàm scire.c. quanuis.38. distinctio. & culpa similis est tam prohibita discere, quàm docere. l. culpa. C. de malefic. & mathemat. & suprà, in primo priuilegio scripsi.


Tertiò limita in illis priuilegiis, quæ istis grammaticis, & aliis conuenire non possunt, vtpote quod eis dentur nominationes ad beneficia, idem & in aliis suprà descriptis, super

quibus

quibus doctus lector discernet, quando conuenire possint, necne, cum secundum personæ qualitatem, aliqua priuilegia dentur vni, quæ aliis non conceduntur. arg. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. §. sed & quod principi. de iure natur. gent. & ciuili, in instit.

Alia vobis priuilegia, dilectissimi scholastici, quanuis exactè perquisiuerim, reperire non potui. Ista igitur benigno suscipietis animo, illáque pro virili ac auctorem ab æmulis defendite, & vobis necessaria ad hæc, & scientiam consequendam in sequentibus scripta perlegite, & tanquam sartatecta seruate, quod si feceritis, omnia ex animi sententia succedent, authore Deo, qui nobis paradisi gaudia concedere dignetur, Amen.

*Scholasticorum Priuilegiorum libri primi finis.*



# LIBER SECVNDVS, DE HIS QVAE NECESSARIA SVNT LITERARVM STVDIOSIS.

*Necessarium primum.*

*Deum ante omnia diligere debet scholasticus*



MVLTA superiore libro iura singularia studẽtibus scripsimus: verùm, quia nonnulla requisita, & ipsis necessaria, vt his vti frui valeãt, in iure diffusa legimus, quę hîc breui pręscribere in gratiam studiosorum curauimus.

Primum omnium est, non aggredietur ad illam maximam atque amplissimam scholasticus scientiam, nisi prius toto ex corde, ex tota que mente, & ex tota denique anima Deum diligat, & colat, vt est apud Deuter. 6. c. & Matth. 22. facilè enim peccato resistimus, bonis omnibus abundamus, seculi blandimenta cõtemnimus, & omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera etiam cum dilectione perficimus, si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ab illo est, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. vtor verbis tex. in c. charitas est, vt mihi videtur, de pœnit. dist. 2. Et vt ista dilectio à Deo vobis scholasticis detur, peccatorum confessionem sæpius exercere debetis, qua Deo grati efficimur, & scientia augemur: reprobus enim bonum intellectum habere, & multa discere non potest. c. nec mirum. col. 3. vers. sed si quis. 26. q. 5. & alibi scribitur, non erudietur qui non est sapiens in bono, Ecclesist. 21. c. & in animam maleuolam non introibit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapien. 1. Itaque ante omnia debemus peccata à nobis abiicere, & sciẽtiam à Deo flagitare, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum, Iac. 1. c. quàm pio. 1. q. 2. & intelligentia hominis à diuino adiutorio procedit. text. in c. noli. 2. & c. neq;. & ibi Domi. 9. dist. & nullum magnũ ingenium est sine afflatu diuino. Plato, quem Barba. refert, in consil. 82. clementissimi. col. 5. in 4. volu. vnde glo. hos describit versus,

*Ex ope cœlesti fit, si quid habetur honesti,*
*Et venit à superis, agas bene, vel mediteris.*

in c. si ex bono. in verbo, apostolicam. de pœnit. distinct. 4. & omnia bona quæ habemus, Deus nobis largitur. cap. reuertimini. 16. q. 1. ipse est auctor omnium scientiarum, & thesaurus supernæ scientiæ. c. legimus. 37. distinctio. ac res difficiles reddit faciles, atque adeo, vt res penitus desperatas virtutis suæ magnitudine perficiat. §. quorum. in prooem. instit. & l. 1. § 1. C. de veteri iure enuclean. ob id quilibet eruditus primò gratias Deo, qui cuncta largitur, agere debet: secundò, suis præceptoribus, à quibus edoctus est: alioqui si gratias non egerit, scientiámque sibi ascripserit, maledicetur, per text. in dicto cap. reuertimini. §. si quis doctus. 16. quæst. 1. Igitur illi ingentes ago gratias, ac eum genibus (vt decet) flexis rogo, atque obsecro, vt me in præsenti opere dirigat, amet, & tueatur, opúsque eius inceptum nomine complere me faciat. Verumenimvero, quia inter opera sancti Thomæ, si bene recordor, quãdam legi orationem, quam diuus Thomas, eo quòd studio sit maximè apposita, antequam ad illud se applicaret, solitus erat dicere, quamobrem & vos scholastici eam in singulos dies, si planè sapitis, non omittetis, verba ipsa subiiciam, vt quilibet ea videre, & deuote, antequam ad studendum aggrediatur, ac sensibus præsentibus proferre possit.

*Oratio ante studium.*

O CREATOR ineffabilis, qui de thesauris tuæ sapientiæ nouem angelorum hierarchias enodasti, & eas super cœlum empireum miro ordine collocasti, atque elegantissimè mundi partes disposuisti: tu, inquam, qui verus fons luminis diceris, atque supereminens principium, digneris super intellectus mei tenebras infundere lumen claritatis, duplicem in qua natus sum remouens prauitatem, & tenebras, scilicet peccatum, & ignorantiam, qui linguas infantium facis disertas, linguã meam erudias, & in labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundas: da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, intelligendi subtilitatem, addiscendi facilitatem, loquendi gratiã copiosam, ingressum instruas, progressum dirigas, & egressum compleas, per Christum, &c. Et qui hoc fecerint, venient ad studiorum suorum

rum frugem, multámque scientiam accipient, & omnia prospera eis succedent, prout consuluit Guilier. de monte Laud. in clemen. 1. de magist. & refert de Caccialupis, in primo documento, de modo studendi, & Iaco. 1. cap. si quis indiget sapientia, postulet à Deo, Sapien. 7. inuocaui, & venit in me spiritus sapientię, sic Salomoni oranti oratione perfecta fuit data sapientia. 3. Regum 3. cap. & beatus Thom. de Aquino profitetur se maiorem scientiam hausisse per orationem, quàm per lectionem. Referente Archiepiscopo Florentino, in quarta parte suæ summæ. in rub. de studiositate. cap. 11. §. primo. titul. 4. Et ego ipse antequam istam orationem dicerem, vagus eram in studio, nunc vnam materiam studens, statim aliam exordiens, sed posteaquã orationem istam dixi, non ita mihi contigit, Deus sit benedictus, & qui deuoti non extiterint, erunt semper discentes, nunquam ad scientiæ veritatem peruenientes, iuxta doctrinam Pauli. 2. ad Timo. cap. 3. Et si sciant aliqua, erunt confusa in homine confuso.

*Humilitas scholasticis maximè suadetur.* SECVNDVM requisitum est, quòd scholares debent esse humiles, Deus enim exaltat humiles, vt habetur Luc. 1. cap. & humilibus Deus dat gratiam, & scientiam, superbis verò resistit. 1. Petri cap. vlti. & Iacob. 4. Ecclesiast. 3. cap. quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Cicero de Officiis, Quanto maiores sumus, tanto nos submissius geramus. Vnde contra scholares superbos exclamat gloss. in l. cum ea. C. de transact. Hinc est quod in discendo maximè humilitas suadetur in cap. sedulo. 38. dist. nam Deus Optimus Maximus reprehendit eos, Matthæi 23. cap. Qui primos recubitus amant in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutiones in foro, & vocari ab hominibus Rabi, & contra illos insurgit Barba. qui volunt *monsignore* vocari, & tanquam argiuum clypeum abstulerint, ita glorientur in proœmio clem. In istos etiam inuehitur Imperator, in l. ad splendidioris. C. de diuers. offic. lib. 12. his verbis, qui studio exercendæ cupiditatis ambierunt, vt veluti in meliori fortuna positi, aut ea scelera, quæ prius commisisse doceantur occultent, aut alia deinceps possint impune committere: & ideo dicit Aristoteles in secundo libro Rhetoric. Quod honor & complacentia sunt de genere delectabilissimorum, quia fit phantasia vnicuique quando honoratur, & ei applauditur, quod sit talis: sic Bernard. in quadam epistol. ait, qui quærit altior esse, quàm melior, non debet præmium, sed præcipitium expectare. & Lucas de Penna, in l. tertia. C. de pala. sacra. largi. lib. 12. refert. allegando Ecclesiastic. 3. cap. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris. Quid enim est necesse homini maiora se quærere? cum ignoret quid conducat sibi in vita sua in numero dierum peregrinationis suæ. Ecclesiastes cap. septimo. Si fabulosè loqui liceret, legimus, quòd propter superbiam Aragne pulchra virgo fuit per Palladem in bestiam araneam conuersa, vt habetur apud Ouidium, Metamorpho. 6. sic scholares superbi, qui seipsos sapientibus præferunt, in bestias conuertentur, quæ non cessant telas texere: nam scientia superbi parum aut nihil prodest auditoribus, & omnes eum odio habent, & superbi auditores aliquas authoritates discent, sed perfunctoriè & non medullitus. Esaiæ 59. cap. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt, telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis, opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Et etiam Hemus, & Rhodope coniuges superbi, & nomina deorum sibi adscribentes, mutati sunt in montes, qui sunt in Thracia, si Ouidio 3. Fabu. credimus, quia inflati, & præ aliis apparentes esse volebant. Ideo in montes, qui bene apparent, conuersi fuerunt. & habetur Ezechiel. 28. cap. Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, in corde maris cum sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei. Et dicit Sanctus Hieronymus, in epistola 11. in tertia parte, de septem gradibus ecclesiæ, Et ante omnia, humilitatem dilige, quia superbia apostatare facit à Deo, & initium omnis peccati superbia est, vnde idem D. Hieronymus in epistola 14. in vita sanctimonialium. cap. 12. de promptitudine adimplendi mandata imposita, in fine refert apud Aegyptum bellissimè obseruari, vt nullum, nisi obedientem, & humilem, ad omnes labores perficiendos, & opera suscipiant.

Quapropter concludendo dicit Grego. quòd qui omnes virtutes sine humilitate congregat, quasi qui puluerem in ventum portat. humiliamini ergo auditores dilectissimi, vt vera discere possitis, & vtilia, non puluerem, qui vento diluitur, & in quibus consistat humilitas. lege Floren. in 4. parte summæ. tit. 4. cap. 11. de studiositate. §. 1. qui sic scribit, studiosus humilis esse debet ad quatuor.

Primò, vt nullam doctrinam contemnat. Seneca, Primum documentum est, vt nullam sapientiam contemnas, quod facit contra iuuenes quosdam, qui Bartol. & alios doctores nostros omnes contemnunt, eo quod eos non intelligunt, facilè enim quis contemnit, quod ignorat, teste Philoso. & quia (vt dicunt) non sunt elegantes, sed quærunt medicum eloquentem, ego autem curarem scientem. *Humilitas in quibus consistat.*

Secundò, vt à nullo discere erubescat, instar Augustini, qui ab anicula paratus erat edoceri, vt attestatur in cap. si habes. 24. quæst. 3. & cap. nullus. 38. dist. & Cato,

*Ne pudeat quæ nescieris te velle doceri.*

Tertiò, quòd quis non erubescat confiteri se nescire, quod ignorat. diuus Augustinus, Non est homini erubescendum, se confiteri nescire, quod nondum se nescire mentitur, & nunquam scire mereatur.

Quartò, quòd humilem modum loquendi, quem scriptura habet, non contemnat, hæc ille, quod facit contra multos nostra memoria iuuenes, qui ius pontificium, eo quòd non eleganti forma est præscriptum, discere contemnant, sed

tales cum sua elegantia fame peribunt, tu autem iuris sectator in æternum permanes,&c.& in palatio sedebis regio, is verò inter infimos & infimus, & sordidatus remanebit, & inter scholicas nugas obscurus sordescet, in quisquiliis obsolescet pædonomicis, horridus, incultus, inglorius, gymnasiis veluti pistrinis (absit verbo inuidia) atque ergastulis addictus, vt qui Reipublicæ gubernaculis non sufficiat, in eos tamen me loqui quisque existimet, qui plus satis in iis morantur, & consenescunt, & si de his plura videre cupis, lege text.& docto. in cap.ex tuis.de præsump. & quæ ibi abundantius scripsi, & vt semel dicam, Benedict.in repet.cap.Raynutius.in verbo,si absque,in 2. de vulga. num.21.de testa. ac Aegidum Besbrugium,in declamatione sua, ad Nicolaum Beraldum.

*Iuuenis discere incipiet.* TERTIVM requisitum. Quod ab ineunte ætate discere incipiat, aliàs non potest id, quod conatur, sine magno negocio assequi, vt habetur 2. ad Timoth. 3. c.& quia ab infantia sacras literas nosti.& in proœ.instit.ibi, Cupidæ legum iuuentuti. Hieronym.in epist.tertia ad Paulinum,& gloss.singul. hæc non allegans, in l.prima.de athletis.libro decimo. C. secundum Bald. in Marga.in verbo,perfecta, tertia quæst.licet autem in scientiis quærendis adolescentia,& iuuentus quærantur.l.1.C. de stud. libera. vrb. Romæ, libr.11. tamen secundum Lucam ibi,senectus non est excludenda,nam secundum Plato. Beatus est cui etiam in Senectute contigerit, vt sapientiam veràsque opiniones assequi possit, teste Tullio lib.5. de finibus bonorum & malorum, & si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quidem vellem, hæc bellissimè Pompo. asserit Iulianum dixisse, in l.apud Iulianum. ff. de fideicom.liberta. Sed Dominicus de sancto Geminia, in procemio sexti describit quinque scholaribus necessaria,quæ ex illo text.elicit. *Scholasticis necessaria quæ sint.* Primum quod eligat locum aptum, ibi, Bononiæ. & Cicero in procemio officio.ibi, idque Athenis. Secundum vt eligat doctores idoneos, ibi doctoribus. Cicero vbi supra, propter summam, & doctoris Cratippi auctoritatem,&c. Tertium quod studio vacet. Quartum quod illius mens ad diuersa non vagetur. Quintum quod continuet studium, nam continuata vigent,interpolata pereunt.l.legatis.§.ornatricibus.ff. de legat.3.quamuis gloss.pragm.sanct.narret tria tantum necessaria studentibus,videlicet naturam, exercitium,& disciplinã. natura sit, vt audita facilè percipiat, & percepta firmiter retineat:nam qui doctrinæ operam dant, ingenio & memoria pollere debent, maximè Iurisconsulti, teste Cicerone, & cap.primo.ibi,capacem sensum,de officio primicerij. & si duorum alterum defuerit, videlicet ingenium vel memoria,ad perfectionem nullus veniet,quia ingenium inuenit, memoria custodit. Cicero in quæstio. Tuscula. Panormit. & Rauen, in dicto cap.primo. tradunt quinque scholaribus necessaria his verbis. Primum, quòd singula diligenter consideret. Secundò quod de probabili dubio non reddat se certum,sed peritiores consulat. l. si auiam. C. de ingenuis & manu. Tertiò quod sit capacis sensus. Quartò quod totus versetur circa studium, & non circa processus, qui abalienant hominem, & à scientia, & quandoque à Deo. Quintò quod non dedignetur instrui ab eo, cui est magisterij officium iniunctum. cap. si habes. 24.quæst.3. item frequenter interroget discipulus suum præceptorem,Iustiniani auctoritate fretus, in authen.vt diuinæ iussiones,in princip. colla.8. & habetur in Euangelio, quòd vbi Christus fuit inuentus in medio doctorum, eos interrogabat, licet omnia sciret,& ibi ait Hieronym.Quod veritas non potest melius haberi,quàm interrogando,& respondendo. August.ad Hierony. & Damasus in epist.1.ad Hierony. in secunda parte, vt Lucas refert in l.vna. colum.7. C. de stud.libera. vrb.Rom.lib.10.& Grego.in registro.lib.6.cap.28. ait, quòd vtilis est semper collocutio docti viri, quia aut discit audiens quòd nescire se nouerat, aut cognoscit quod est amplius, id quod nescisse nesciebat.vnde Nicol.Boer.in addit.ad Bened.de Plumbino in l.apud Iulianum.ff.de fideicom. libert.ait à quocũq; discendum esse, etiam si quercus esset, quæ loqueretur: non enim quis dicat, sed quid dicat videndum est. hoc Socrat. dicere solebat,referente Volatera. libr. vigesimooctauo. in princip. quippe apud gymnosophistas vsurpatum olim fuerat, vt paratis instructisque mensis antequam dapes apponerentur,adolescentes singuli, qui ad epulum conueniunt, quid generi humano lucri fecerint,quódve sapienter dictum factúmve fuerit illa die, coram senioribus exprimere cogebantur,& qui deses aut remissus nihil frugi in medium afferret, impransus manebat, & foras extrudebatur, quibus disciplinis illos ad virtutem acuebant,teste Alexan.lib.5.genialium. cap.21.fol.150.pag.2.quod vtinam hodie seruaretur, non tamen debet scholaris desperare à principio, si perfectè cuncta non intelligat, ad quam tria solent perducere. *Impransus manebat scholasticus nil frugi in medium afferens.* *Tria inducunt scholares ad desperationem.*

Primum prolixitas, qualis olim erat in Cryssippo, sed in hoc iure discendo vnum librum, addiscis alios, teste Ioan.Fab.in §.his ita.instit.de iustitia & iure.

Secundum est obscuritas, qualis olim erat in Heraclito,& istud potest emendari habendo aliũ præceptorem, quàm tenebrionem illum.

Tertium est sententiarum profunditas, qualis olim erat in Timæo & Parmenide Platonis, declarat Hiero. Cagnol. in repetitio. l.si emancipati.num.59.C.de colla. & istud etiam emendari potest optima declaratione. nihil enim est tam difficile, quin facili elucidatione & explanatione facile fiat. quid enim sic proprium est legum, sicut claritas?tex.in authen.de testam.imperfect.in princip.colla.8.

*Scholasticus summa ope lectiones audire debet.* QVARTO requiritur quod summa ope, & alacri studio lectiones audiat. §. fina. in procem. Institu. studium enim est vehemens applicatio animi ad aliquid agendum. l. prima. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. Porcus in §.iuris præcepta. Institu. de iustitia & iur. & docto.in cap.ex studiis de præsumpt.vnde non erubuit Christus parentes relinquere,vt doctores diligenter audiret, & illos interrogaret, & sic excusatus

ſatus fuit, Lucæ 2.cap. plene. Benedict. in repeti. cap. Rainutius. in princ. colum.2. de testa.& M. Tullius oratorum princeps Trebatio Iureconsulto confeſſus eſt, iuris diſciplinam è mutis magiſtris per ſe non poſſe cognoſci,ſed doctorem ac interpretem deſiderare: & Seruius Sulpitius Ciceroni inter oratores ſecundus,Mutium Sceuolam bis térve de iure ſibi reſpondentem ob rei difficultatem non intellexerat. l.2.§. Seruius autem Sulpitius. ff. de origine iuris:quidam tamen oratores ſine voce magiſtra putant omnia ſuopte ingenio acuto intelligere, & triduo in ſummos euadere Iuriſconſultos, ſed eos fallendi artem (ſic Atheneus Græcus auctor appellauit) inſequi omittamus, & nos iurium ſenſum potius quàm verba perſcrutemur. Tamen ſummopere cauendum eſt, ne ſtrepitus mentes ſcholaſticorum à ſtudio literarum & lectionum auditione auertat. text. in l.vna.in fin. C. de ſtud.libe.vrb. Rom.lib.11. vbi glo.clamat contra ſcholares, qui animo præſenti non aduertunt ad lectiones, ſed ſunt in ſtudio numerantes tegulas domus, & caſtra facientes, ac (vt adagio dicitur)animum in patinis habentes.nam tales parum in ſtudio proficiunt.gloſſ.in verbo intendere,de colla.in prag. ideo totis neruis fugere debet ſcholaſticus, ne cubicula & ſtudia ſua ſupra vias publicas habeat, tum propter murmur aſsiduum tranſeuntium, tum ne à mulieribus, eas per feneſtras conſpiciendo, diſtrahatur, & corrumpatur, quæ ſolent aliquando viros etiam prudentes corrumpere.l.penult.ff.de ſeruo corrupto. Lucas de Penna in dicta l.vna.§. illos. de ſtudiis liberalib.vrb. Rom. libro 11.quod ſatis in Dauide & Salomone videri poteſt. Diligens itaque ſit ſcholaſticus in primo anno, diligentior in ſecundo, diligentiſſimus,in tertio, & in quarto quàm diligentiſsimus, ſicut de appellante tradit Bald. in cap. ex ratione.colum.2. de appellat. alioqui ſi interpollatis diebus audiat, & ſtudeat, vix perueniet ad frugem, quia ſicut non prodeſt tempus præteritum, quando præſcriptio interrumpitur. cap. illud.de præſcriptio.gloſſ. & doct.in l.cum notiſsimi.C.de præſcrip.triginta vel 40.anno.ſic in ſtudio,vt parum prodeſſe poſsit,niſi ſit continuum, ſecundum Dominicum in proœmio ſexti, nec fingere debet ſe infirmum, vt à ſtudio excuſetur, de quo Perſius,

*Cubicula & ſtudia ſupra vias ſtudioſi fugiant.*

*Sæpe oculos memini tingebam paruus oliuo.*

Et adagio dicitur in illos,Aryſtogiton claudicat. Cælius lib.13.antiqua.lectio.c.40.

*Lectiones præuideat ſtudens, & auditas reuideat.*

QVINTO requiritur quòd lectionem præuideat, auditamque apud ſe referat, aliàs parum eis prodeſt auditio, & piger eſt non faciens, vt tradit gloſſa dicens tranſitorio ſtudio vti ſcholares deſides, qui negligunt ſuas lectiones recordari, in authen.de quæſto.in fine, colla. 6. & text. in l. vna. C. de emenda.Iuſti. Cod. lectio repetita prodeſt: & alibi diuus Paulus in hæc verba, inquit, abundantius oportet obſeruare ea, quæ nos audiuimus, ne fortè effluant. Erit ergo commodum auditori, ſi ea quæ interdiu audierit, commemoret veſperi, id eſt poſt ſolis occaſum more Pythagoræ, & Catonis.nam diſcere nil aliud eſt quàm recordari, teſte Tullio,libro primo quæſtio. Tuſcula. nempe qui ex recordatione memoriam exercet, cito reminiſcitur. Plato ait in Timæo, principium quippe doctrinæ eſt in lectione, conſummatio in contemplatione,teſte Luca de Penna in l.vna.colum.10. verſi.20. C.de ſtudiis liber.vrb.Romæ.lib.11.apes enim imitari debemus, quæ vagantur, & flores ad ceram faciendam idoneos capiunt, demum quicquid attulerint, diſponunt, ac per fauos digerunt, & ſuccum varium in vnum ſaporem mixtum, quadam proprietate ſui ſpiritus mutant, vt dicit Macrob. primo Saturna. ſic & nos facere debemus. l. prima.§.contrarium.C. de veteri iure enucleando. cap.nouit.12.diſtinctio.cap. cum ſit, de æta. & qualit. & nedum lectioni vacare, ſed etiam ſcripturæ. nam inquit Seneca, Non legere tantum,ſed etiam ſcribere debemus, altera res conſeruabit vires, altera ſoluet ac diluet mentem, & Alber. in dictio. in verbo, ſtudium,ſic dicit,

*Vt ver dat florem, flos fructum,fructus honorem,*
*Sic ſtudium morem,mos ſenſum,ſenſus honorem.*

Dixi in cap.ex ſtudiis.de præſumptio.

*Scholares præceptorẽ tanquã patrem naturalem diligant.*

SEXTO debet ſcholaris præceptorem ſuum diligere & honorare vt patrem naturalem. l. liberto. & ibi gloſſ. ff. de obſeq. à liber. paren. & patro.præſtan.& docendus cum ſumma reuerentia doctrinam ſui magiſtri accipere debet, eumq́; amare & diligere vt legatum & præconem veritatis. textus in cap. ſicut vir. ſeptima quæſtione prima. & Eccleſiaſtic.32. cap. audi tacens. & pro reuerentia accedet tibi bona gratia, ſcilicet ſcientia. præceptor enim pater ſcholarium dicitur, & diſcipulus filius. l. prima. de excuſa. artific. libro decimo.C. & ibi patruus meus Do. Iacobus Rebuffus, dicit quod maior honor debetur præceptori, quàm patri naturali & legitimo, quia patrem naturalem in iure reprehendit filius, in l. 3. §.ſi quis. & ibi gloſſ.& docto.ff.de condict. cauſa data. tamen diſcipulus ſententiam ſui præceptoris & magiſtri debet excuſare, ſi poſsit. l. dicere ſententiam. ff. de recept. arbitr. Quòd ad me attinet, ego ſententiam vtriuſque patris defendere, ſi iuſtæ ſint, velim, & per hoc dicit Barba. in proœmio clement. in ſecunda lectu. columna decimaquarta. ponderando ibi verbum vniuerſis, quòd doctor ſiue præceptor ſemper debet præcedere quoſcunque ſcholares, ſiue ſint abbates, vel protonotarij, ſiue alterius cuiuſcunque gradus & nobilitatis,inquit tex.in cap.ſtatuimus. 61. diſtinct.Valde abſurdum eſt vt imperiti magiſtris, noui antiquis præferantur, hoc tamen male obſeruatur, quia ſunt aliqui auditores ita elati, volentes non ſolum ſuos magiſtros præcedere, ſed ſubiugare, & tales vocat Grego. ad Hermanum Metenſem epiſcopum, miſerabiles. in cap.quis dubitet.96.diſtin.& ibi Domi.dicit illos diſcipulos inſanos,& alibi infames dicuntur, qui in patres armantur,& qui doctorum ſuorum vitam reprehendunt,vel accuſant,verba reddo tex. in cap.plerunque. §.fina.2.quæſt. 7. & aliquando audiui procuratorem regiũ contra aliquos ſcholaſticos,qui in ſuos doctores irruerant,ad infamiã

*Doctores quoſcunque ſcholares præcedere debent.*

conclusisse, per illũ tex. videlicet vt illi scholares declararentur infames, insequendo illũ tex.& inhabiles ad quęlibet officia regia.notate vos scholastici,ne idem vobis, si hæc feceritis,quod Deus auertat, contingat. vnde concludit Paris de Puteo in tracta.de ludo.in fin.non licere scholastico proiicere in doctorem suum lapillos, papyrum, vel aliam rem, etiam per iocum sub pœna infamiæ, quanuis quidam petulantes contrarium faciant, quibus per alios bonos scholasticos esset resistendum {per text.in §. illud vlt. in proœ. ff.} Item præceptorem debet timere, vt dicit Horat. Flaccus, referente Parpalia in l.2.in prin.ff.solut. matri.in hæc verba,

*Qui studet optatam cursu pertingere metam,*
*Multa tulit, fecitq́, puer, sudauit, & alsit,*
*Abstinuit venere & bacco,extimuitq́, magistrum.*

*Quinque scholasticis utilia.*

Quinque suadentur ibi. Primò multa à pueritia sufferre, quia dicitur Threno. 3.c. bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Secundò sudare, non ob morbum Neapolitanum,sed ob studium. Tertiò algere,non ob vestimenta ludo vendita. Quartò ab omni venere abstinere. Quintò magistrum timere, & hoc maximè non pulsando contra voluntatem eius,& pręueniendo horam statutam,quod si pertinaci animo hæc passi fueritis, succedet id, quod inquit, Virgil.1.Aeneidos,

*O passi grauiora,dabit deus his quoq; finẽ.* & alibi,
*Per varios casus per tot discrimina rerum*
*Tendimus in Latium,vbi sedes & fata quiescun.*

Igitur cum tanta patiantur, quis eorum non misereatur?vt infra dicã. Sed qualis debeat esse præceptor, tradit Lucas de Penna in l.vna. col.6.C. de stud.lib.vrb.Rom.lib.11.& in l.2.col.4. de proximis sacro.scrinio.lib.12. {scripsi in l. quibus. ff. de verb.signifi.}

*Suo præceptori stipendia scholasticus soluere debet.*

SEPTIMO quòd suis præceptoribus mercedes ac stipendia soluat, quo facilius liberalibus studiis instruatur, tex. in l.medicos. in fine, vbi patruus meus & alij de professo. & medic.libro decimo C.l.Aquilius. ff. de donatio.l.qui filium. vbi pupillus educa. debeat.nam præceptor prouocatur ad melius legendum, & instruendum suum discipulum, quando eidem bene soluitur pro labore, qui sine mercede esse non debet. l. prima. C. de assesso.cap. primo. de sepult. cap.quicunque.12. quæst.2.& boni scholares non solum verbis, sed etiam rebus suo magistro, gratias referre debent, gloss. in cap. reuertimini. 16. quæst.1. in cap. ecce. 99. distinct. Petrus de Lesnauderie in opusculo de docto. in quarta parte. quæst. 21. & in primis tutor. mercedes præceptoribus pupilli, non quas minimas poterit,sed pro facultate patrimonij,pro dignitate natalium constituet.Paulus Iurisconsul.in l.cum plures.§.fina. ff.de admini.tut.vnde Bartol.suo præceptori gratias agere solebat, vt is ipse testatur in l. quidam cum filium.ff.de verborum oblig.ex quo effectus est maximè peritus,quippe ius nostrum in scientiæ & virtutis generalem compensationem permittit studioso etiam minori suum manumittere præceptorem.§.eadem.insti. quibus manumit. licet, & sic faciendo deuotionem ac affectionem in suum præceptorem ostendit,argu.l.fina. C. de dubus reis. Caueat etiam summopere scholaris suo contradicere magistro,dicit August.de Ciuitate Dei, sed audiendo tacere debet, Iob 33. in fi. Audi me, & tace, & docebo te sapientiam:discipulum enim suum non audientem præceptorem, & illi non credentem impossibile est erudiri, sicut dicit Plinius de Coruo qui non vult educare nisi similes, videlicet nigros. & ait Tullius lib.Tuscul.quęst.2.probum enim auditorem decet attento silentio mentem auresque parare, idem Plato ad Timeum. nam ex hoc efficitur docilis,vt attestatur Cicero 3.Rheto.sic autem silentium seruet, vt non omittat quærere, quæ oportuna sunt. Ecclesi. 32. Audi tacens, simul & quærens. tradit Lucas in l. vna. C. de stud. lib. vrb.Rom.colum.8.versic.9.lib. 11. inde Damasus in epist.1.ad Hiero. in secunda parte narrat nil iucundius, nec dignius esse quàm de scripturis sermocinari in hac luce, quo animę pabulo omnia mella superantur, vt dicit Propheta,quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. quod facit contra scholasticos qui in prandiis de mulieribus loquuntur, vel de aliis negociis futilibus, omissis legibus, & ideo parum proficiunt. Vnde Tholosę mea memoria apud auditores ad vnguem seruabatur, vt nulli liceret bibere, nisi prius alicuius legis sensum explicuisset, vel aliquam legem in mediũ adduxisset, & quoties bibere volebat, toties hoc facere cogebatur, & aliàs ea lege mihi viuendum fuit {cum meis sociis qui sua vigilantia meliorem me reddiderunt iuxta doct.Iuriscon.in l.Aquilius.ff.de dona.ideo iubet Seneca conuersandum cum his,qui te meliorem facturi sunt.& Hieronym. Plusquam, inquit, impossibile puto virum diutius permanere in bonis operibus,qui mala} & assidua conuersatione vtitur. Hoc claruit in Petro, qui statim post ingressum domus Cayphæ negauit Christum, vt habetur Matthæi vigesimosexto. cap. patet etiam de Dina filia Iacob. Genes. trigesimo quarto. O quot multi suspensi sunt propter malas societates, & multæ virgines corruptæ, & mulieres adulteræ, & multi ignari, qui ad maximam peruenissent excellentiam, si cum bonis & doctis essent conuersati. Igitur vos hortor patres, vt præceptori bonis moribus prædito & docto filium vestrum committatis, si cum gladio vltore perire nolitis, & ne auari circa illum præceptorem sitis. Tholosani stipendia magna solent præceptoribus suppeditare, & bene est illis. Parisiis verò ob collegia quæ habent, præceptores domi non nouerunt, ob id filij in humanioribus literis egregiè imbuti sunt, in iure verò non ita communius, quamobrem legitur primo Paralipomenon cap. vigesimoseptimo,in fin.his verbis: Ionatam autem patruus Dauid, consiliarius, vir potens, & prudens, & literatus, ipse & Iadibel filius Achamoni erant cum filiis Dauid, ecce quales præceptores Dauid filiis suis dederat, quod etiam à Græcis summo cum studio seruatum legimus, vt dum pucrilis ætas prona esset ad vitia, magistros adhiberent probatissimos magnæ & expertæ

*Qualis dandus sit præceptor.*

expertæ virtutis, quorum conuictu domesticis disciplinis exemplisque formarentur, sic Achilles Chirona, & Phœnicen, Agamemnon Nestorem, Hector Polydamanta, Telemachus Menelaum, Alexander Aristotelem, Antigonus Zenonem, Augustus Apollodorum Pergamenum, Homerus Prognopidem, Vergilius Silonem, Cicero Diodorum, qui illos egregiis artibus instructos ad bonam prouexere frugem, quorum doctrina, integritate, & fide, magni postea viri euasere. Imò apud Thurios & omnem fere Græciam lege cauebatur, vt pueris cumprimum adolescerent magistros studiorum doctos, ætate & vsu, in primo tyronicio publica impensa præficerent, si Alexand. lib. secundo genialium credimus. cap. 25. {Et apud Persas quatuor Regum eligebantur præcipui præceptores, hique sapientissimi, iustissimi, temperatissimi, atque fortissimi: quorum primam magicam Zoroastri Oromansi filij docebat: est autem illa deorum cultus, atque idem tradit instituta regia. Secundus in omni vita sit verax, tertius ne vlla cupiditate superetur, vt liber viuere consuescat, ac reuera Rex, imperans ante omnia his, quæ in ipso sunt, nec vlli seruiens, quartus denique impauidum illum, & intrepidum reddit, nequando quippiam metuens seruus fiat. Plato in Alcibiade, dialogo primo.}

*Scholastici parum comedant: multos enim crapula interimit.*

OCTAVO etiam requiritur quòd studẽs parum comedat, quia pinguis venter crassum sensum generat, textus in cap. quando. 44. distinct. docto. in l. 1. C. qui æta. lib. 10. & l. 1. C. de comiti. & trib. schola. libro 12. vnde Bart. ad pondus comedebat, vt haberet intellectum pariter dispositum, secundum Roma. singul. 704. quæro, refert Cattellia Cotta in secunda parte memorial. in verbo iuris ciuilis, vbi de iurisperitis tractat. ideo comede temperate secundum Ludo. ibi. scribit enim Suet. de Iulio Cæsare, quòd vini parcissimus fuit. idem de Augusto, quod cibi minimi erat, vini verò parcissimus, non amplius quàm ter solitus erat bibere, insequendo text. in dict. cap. quando allega. ob id longo tempore regnauit, multi verò crapulam insectantes cito occubuerunt. legimus quod Septimius Seuerus Imperator, dum membrorum omnium maximè pedum dolorem pati nequiret, loco veneni cibum plurimæ carnis incoctæ auidius deuorauit, quem cum decoquere non posset, cruditate expirauit, quod ex cibi intemperantia, ac saturitate, quia artus diffuderat, accidisse multi retulere, auctor est Sextus Aurelius. Ferunt etiam alij Iouinianum Imperatorẽ ciborum in stomacho incoctorum cruditate periisse, testis est Baptista Egnatius. quid referam Audebuntum Regem Anglorum, quem tantum vini sumpsisse dicunt, vt ex eo suffocatus repente occubuerit? Alios prætereo, quos si citare vellem, multas chartas replerem. Nam Eusebius scribit Domicium Aphrum cibi superfluitate redundantem in cœna expirasse. narrat quoque diuus Hieronymus in epistolis suis in regu. monac. cap. 12. quòd Epicurus voluptatis assertor omnes suos libros oleribus repleuit, & pomis & vilibus cibis, dicens talibus esse viuendum. & text. in cap. qui Episcopus. vigesima tertia distinct. ordinatum debere esse sobrium, firmat Lucas in l. temperent. C. de vest. olober. lib. vndecimo. Igitur concludendum est, nos non posse dare operam sapientiæ, & scientiæ, si mensæ abundantiam cogitemus, quæ labore nimio & cura indigent, vnde Auicen. in secunda parte canti. dicit, quòd homo debet vti cibo secundum consuetudinem suæ naturæ: nam dilectio cibi non est omittenda, & ibi Rasis ait, quòd temperatus modus comedendi, est ter in duobus diebus comedere, qui actus digestiui in decemocto horis perficiuntur. sed prohpudor, hodie non solum comedimus in duobus diebus ter, sed etiam decies, imo in vna hora ter, & quandoque decies. ideo pleni crapula scientiam repellimus, non considerantes quòd saluator dicit, Lucæ 21. cap. Attendite, inquit, vobis, ne fortè grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: modicus enim cibus & carni & animæ est vtilis, vt habetur per diuum Hieronymum in regu. monach. cap. 12. de abstinentia: & multo melius est quotidie parum quàm raro satis sumere. Pluuia illa optima est, quæ sensim descendit in terris, subitus & nimius imber præceps arua subuertit. omnes enim qui ebrietatem sectantur, filij Belial vocantur: nam venter mero æstuans facile despumat in libidinem. vnde Noë nudauit ebrietate femora. Loth, quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. venter plenus de ieiuniis facilè disputat. cap. gloria episcopi. 12. quæst. 2. & quomodo puniri debeat ebrius, docet text. in cap. fin. 35. distin. Inde Hippocrates in suis Aphorismis, docet crassa obesaque corpora, quæ mensuram crescendi impleuerint, nisi cito ablatione sanguinis minuantur, paralysim & pessima morborum genera incurrere. & refert tex. in cap. ne tales. de consecrat. distinct. 5. & in cap. nihil enim in hæc verba habetur ibidem. nihil enim sic iucundum est, sicut cibus bene digestus, aut decoctus, nihil salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento & sospitatem simul procreat, & voluptatem: abundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Vnde inquit Hieronym. vbi suprà, qui ægrotat, non sanitatem accipit nisi tenui cibo, & castigatione victus, quibus ergo cibis sanitas recipitur, his quoque seruari potest, & vt breuiter referam, nil ita obruit animum vt plenus venter, & æstuans, & huc illuc se vertens, & in ructus crepitum ventorum efflatione respirans, & in cap. decimotertio. de abstinentia philosophorum, sic ait, Dicearcus in libris antiquitatum, & descriptione Græciæ, sub Saturno cum omnia humus funderet, nullum comedisse carnes, sed vniuersos vixisse frugibus & pomis, quæ sponte terra gignebat: & idem Hieronymus in secunda parte, Epistol. 67. B. ait de Iacobo fratre Domini, qui nunquam siceram nec vinum bibit, nec carnem vllam comedit, nunquam attonsus, nec vnguento vnctus, nec vsus oleo, nec vestibus laneis, sed lineis. Cheromon quoque stoicus vir eloquentissimus, nar-

*De his qui frugalissimi fuere.*

rat de vita antiquorũ Aegypti sacerdotum, quòd omnibus mundi negociis curisque postpositis, semper in templo fuerunt, & rerum naturas causasque contemplati, & rationes siderum sunt, nunquam se mulieribus miscuerunt, nunquam cognatos & propinquos, nec liberos quidẽ viderunt, & ex eo tempore quo cepissent diuino cultui inseruire, carnibus & vino semper abstinuerunt propter tenuitatem sensus, & maxime propter appetitus libidinis, quæ ex his cibis, & ex hac potione nascuntur, pane verò non vescebantur, ne onerarent stomachum, & si quando comedebant, tusum pariter hyssopum sumebant in cibo, vt escam grauiorem illius calore decoquerent, oleum tantum in oleribus nouerunt, verum & ipsius parum, propter nauseam & asperitatem gustus leniendam. Quid loquar (inquit) de volatilibus, cum oua quoque pro carnibus vitauerint, & lac, quorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicebant, colore mutato. Cubile eis de foliis palmarum contextum erat, scabellum accliue ex vna parte, obliquum in terra pro puluino capiti supponebant, bidui, tridui inediam sustinentes, & humores corporis, qui ex ocio nascuntur, ex ocio & mansione nimia vnius loci victus castigatione siccabant, & idem in rubric. de tempera. ieiunij. cap. decimoquarto. Hieronym. ait, sic tantum comedas, vt statim post cibum possis legere, orare, & psallere, & ibidem postea. Pinguis venter non gignit sensum tenuem. Peccaret tamen quis nimia vtendo abstinentia, ob quam ægritudines incurreret, per text. in cap. non mediocriter. de consecrat. distinct. 5. Panormitanus per gloss. ibi in cap. & si Christus. numero tertio. de iureiurand. refert Archiepiscopus Florentinus in quarta parte suæ summæ, in rubrica de dono scientiæ. §. penultimo. Diuus Hieronymus ad Pammachium, & Marcellam dixisse, quod literæ marsupium non sequuntur, sudoris comites sunt & laboris, sociæ ieiuniorum, & non saturitatis, continentiæ, non luxuriæ, idem Diuus Hieronymus, Non ita se præbet mentibus scientia, sicut lumen visui, sed per quædam tormenta, & intolerandum dolorem iugi meditatione, & studio peruenitur ad eam. Nescit homo precium sapientiæ, nec inuenitur in terra suauiter viuentium, Iob vigesimo octauo. & alibi, quærenda est scientia sicut pecunia, & vt thesaurus effodienda, & sic inuenienda, Prouerbiorum 2. cap. & Tullius in lib. de Orato. in procemio, cum rogatus esset, vt peroraret, se excusauit, quod pridie non legerat: sed hodie non se excusant multi, qui ab anno citra non viderunt libros legales, & quando vident, non intelligunt, si ad officia admittantur, tunc illi ignari plus ambiunt, quàm docti, & tales quomodo possint iudicare de incognitis. Nam Aristoteles capite tertio. lib. 1. Ethicorum ait, atqui bene quisque iudicat ea, quæ cognoscit, & istorum bonus est iudex, vide ibi latius. nec refragatur. l. certi iuris. C. de iud. vbi illiterati possunt esse iudices & iudicare. Respon. verum esse, quia ipsi habent vel habere debent accessores literatos in iure, quorum consilio regi debent, Baldus, Salicetus, & Ias. in dicta l. certi iuris.

NONO requiritur, Quod scholaris sit in ocio, & sine cura rei familiaris. l. prima. ibi in discendis artibus ocium sit accommodandum. C. de de excu. artific. libro decimo. & l. prima. de vetera. in fin. libro duodecimo. ibidem, l. prima. in fin. de appa. præfecto. præto. Ioan. de Platea, in procem. insti. vnde dicit Lactan. de Falsa religio. in princip. Magno & excellenti ingenio, viri cum se doctrinæ penitus dedissent, quicquid laboris poterat impendi omnibus contemptis, & publicis, & priuatis actionibus, ad studium veritatis inquirendæ, se contulerunt. Postea sequitur, Nam abiecisse quasdam res familiares, & renunciasse voluptatibus constat, vt solam, nudámque virtutem, nudique, & expediti sequerentur: facit textus, in l. in honoribus. §. fina. ff. de vaca. muner. Hinc Crates, ille Trebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus (quod pauci facerent) abiecit, neque putauit se posse, & virtutes, & diuitias, simul possidere. Hieronymi sunt verba, 12. quæstio. 2. cap. gloria episcopi, & probat text. hic, quando dicit, Quis eorum non misereatur? qui amore scientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, semetipsos exinaniunt, &c. gloss. in pragma. sanctio. in §. veruntamen. in verbo, liberius, in tit. de colla.

*Scholaris sine cura rei familiaris sit.*

Nam cura dicitur, quasi cor vrens, glo. in principio, authen. de hæred. & falci. collat. 1. Ideo cura scholastico ingenium auferret, cum non possit se ad duo habere, videlicet, ad bona temporalia, & ad studium, nec bene simul conueniunt, argum. cap. diuersis. de cleric. coniug. Nempe qui duos lepores vna sectabitur hora, vno quandoque, quandoque carebit vtroque. l. fina. C. de assesso. l. hac parte. de proxim. sacro. scrinio. libro 12. ac l. fina. de except. & exact. ibidem, Specul. titul. de assesso. in §. fin. vnde dicit Seneca. epistola 17. Studiis, & diuitiis, pariter vacare non potes, nec illam animam dignatur habitare sapientia, quam desideriis videt infectam, & curis temporalibus inuolutam. & ibidem, si vis vacare animo, aut pauper sis, aut pauperi similis, multis enim ad philosophandum obstitere diuitiæ, & epistola 73. studio me dabo, cum omnia alia negligenda sint, vt huic assideamus, cum nullum tempus satis magnum sit, etiam si à pueritia vsque ad longissimos ætatis terminos vita perducatur. Refert Lucas de Penna, in l. 1. colum. octaua. versiculo duodecimo. C. de studiis libera. vrb. Rom. lib. 11. Caueat tamen scholasticus dare se inutili ocio. nam Seneca dicit, Labor scholasticus ocium est, sed ocium negociosum, & quod animum reddit ad honesta solicitum, & Ecclesiast. 10. cap. si retusum fuerit ferrum, & hoc, non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam, sequetur sapientia, & ibi Hiero. si quis viderit se per negligentiam amisisse scientiam scripturarum, & acumen eius ingenij obtusum fuerit & turbatum, nequaquam manet, quale iam esse cœperat. Euenit interdum, vt cum modicum scientiæ quis habuerit, elatus in

tus in superbiam discere, vel desistat, vel legere, & paulatim ex eo, quòd nihil additur, subtrahatur, & vacuum disciplinis pectus remaneat, ferrumque, quod acutum fuerat, hebetetur, ocium, & desidia, quasi quædam sapientiæ rubigo.

Si quis igitur hoc passus est, non desperet remedium sanitatis quęrere, sed ad magistrum pergat, vt rursus ab eo instruatur, & post laborem, industriam, & sudorem, scientiam, quam amiserit, recipiat. quotidie videmus in magnatibus, nā studebunt aliquot annos, postea, sine libris & studio curiam sequentur, & potius habebunt officia & beneficia, licet indocti sint, quàm alij docti. vide de ocio Lucam, in l.1.C.de excusa.artifi.lib.10. & in l.vna, col.11.de professo. qui in vrbe Cōstan. comi.meruer. lib.11.& Benedict. in c. Rainutius, in ver.dotem, nu.52.& seq.de testa.

*Scholaris studeat, & nō vagetur.*

DECIMO requiritur, quod cōtinue chartis inuigilet, & nō sit vagus, nullus tyro vagus ad militiam accedebat, verba sunt imperatoris, in l.1.C.de tyro.lib.12.vbi glo.addit, quod vagus scholaris non fiet magister. patruus meus in l.tribuni.C.de re milita. lib.12. vnde diuus Bernard.ad fratres de monte Dei, sic ait, fortuita & vaga lectio, & quasi casu reperta, non ædificat, sed reddit animum instabilem, & leuiter admissa, leuiter ab animo recedit, sed certis ingeniis immorandum est, & assuefaciendus est animus, secundam Lucam de Penna, in l.vna.C.de studiis liber.lib.11.C.col.8.ver.13. vide modum studendi, datum per Alber.in proœ.ff.in §.quibus, & communi adagio dicitur, Lutum nisi tundatur, non fit vrceus, id est citra laborem nullus euadit in virum absolutum. dij enim (vt est parœmia) omnia nobis laboribus vendunt. Boer.in additio. ad Ioa.Montaigne, in tracta.de auctoritate sacri magni consilij, & Parla.in 4.ratione.

Item scholaris dicitur, qui totis (vt aiunt) neruis scientiæ adipiscendæ est deditus, sicut imperfectus, qui totalitatem imperfectionis habet, & mutus, qui totalitatem mutitatis, & surdus, qui totalitatē surditatis possidet, vt habet Bal.in rub. an mutus, vel aliàs imperfectus, in v.lib.feud.& ibi Barb.in addi.sic ait, imperfectus est, qui non habet naturalem requisitionem ipsius rei, sicut non dicitur nauis illa, quæ non est apta ad nauigandum, nec oculus, si non videt, vt attestatur Auerroys, & l.ædificia.§.fi.ff.de verb.sig.sic non dicitur scholaris, qui non habet requisita, vtpote si nō habeat grammaticam, arg.cap.fin.de æta.& qualita. Et quod inuigilare debeat studens, {est text.in c. vigilanti.de præscrip.quem ponderant Panorm. ibi & alij} ostendit commune adagium, Somnus abiit ab oculis scholastici, quia adeundo studia literarum rem, quæ summā diligentiam, curámque desiderat, aggreditur, teste Ecclesiaste, primo c.Qui addit scientiam, addit & laborem.

*Mira de Alexandro magno, & Plinio.*

Legimus de Alexandro magno, quem cum dormitaret brachio extra cubile protento, pilam tenuisse argenteam, supposita pelui, vt cum neruorum rigorem sopor laxasset, infusus gestaminis lapsi tinnitus abrumperet somnum, auctor est Ammianus Marcellinus.

Quid de Plinio dicam? qui nihil vnquam legit, quin excerperet, nec in bibliotheca tantum, sed in mensa, in lectica, sed equitans quoque, vel scribebat, vel scribendum aliquid dictitabat. Hieronymus in Epistola ad Paulinum quinta, dicit se vidisse quendam Eunuchum, de AEthiopia, venisse, reliquisséque aulam regiam, & tantus amator diuinæ sapientiæ demum fuit, vt etiam in vehiculo literas legeret sacras, ob id Ioa.And. in additio, ad Specul.in titul. de salariis.§. sequitur, dicit se quinquaginta annos studuisse, & vltra. Ideo indigere modica, vel nulla reuolutione librorum. & Bald. qui quadragintaseptem annis legerat, vt attestatur in proœmio feud. & refert dominus meus, & conciuis, in add. ad Mand. in proœmio, in verbo, iuris. nam virtus cum humilitate vult doceri, cum labore quæri, cum amore haberi, nec aliter vel doceri, vel quæri, aut haberi potest. Archiadiaco. in cap.hoc ipsum, col.1.46. dist. quandoquidem nūquam illi bono fruebantur tempore, quo vtendo quatuor sunt necessaria, quæ scribit Ioannes Ludo. Viuald. in opere suo regali, de duplici causa veræ cōtritionis, rub. quod omnes electi in vitam æternam, &c.fo.280. videlicet, quòd quis sit diues, sanus, iuuenis, & rerum humanarum contemptor.

*Quatuor necessaria, ut quis bono fruatur tempore.*

Legimus Democritum eruisse sibi oculos, ne contemplationi impedimento essent, testis est Rauisius Textor, in officina rub. alij qui literarū fuerunt amantissimi, & in vita Philoso. de Democrito, & cap.52. de Platone, & Cato tantam habebat legendi auiditatem, vt nec satiari posset, nec quidem inanem vulgi reprehensionem reformidabat, sed etiam in curia frequenter legere solebat, dum cogeretur senatus. Nempe Israeliticus etiam populus legebat volumen legis quater in die, & quater in nocte, vt habetur 2.Esdrę, c.9.& Damasus ad Hiero. ait, Lectione quidem veluti quotidiano cibo alitur, & pinguescit homo. Lucas in l.vna, col.8.de stud.liber.vrb.Romæ, lib.11.versic.8.curet, studeat ergo scholasticus toto pectore, & corpore, vt ad frugem peruenire possit, & quid studere debeat interrogatus Leotichidas, ea, inquit, quæque sint eis, cum in viros venerint profutura. Ita refert Plutarchus Cheroneus in Apophthegma. Laco. vide Hiero. in Episto.ad Pammachium, & Oceanum, incipiente Sedule, de Origene, contra eos, qui in poetarum figmentis, & historiographorum scriptis, senescunt.

*Cui scientiæ sit incumbendum.*

*Bonis moribus sit ornatus scholasticus.*

VNDECIMO requiritur, Quòd sit bonis moribus ornatus, nam boni mores plus quam diuitiæ operantur. l.scire oportet.§.fi. ff.de tuto. & cur. datis ab his. l. si quemquam. C. de episco.& cleri.& ibi nota.{l.pronunciatum.§.fin. vbi scripsi ff.de verbo.signifi.}

Item plus est nobilitas morum, quàm generis. cap.nos qui.40.dist. nihilque contra bonos mores est faciendum, cap.illa.12. dist. l. & originem, ff.de muner.& honor.& maiora sunt damna morum, quàm rerum temporalium, cap. sunt plurimi.§.fin.& cap.deteriores.6.quæst.1. quia non est obligatorium cōtra bonos mores iuramentum, in c.non est, de reg.iur.in 6. melius est alicui perdere oculum, quàm bonos mores, & famam l.in-

famia,& ibi patruus meus Rebuffus, de decurio. lib.10. C. quare vigilantissimi scholares, curate bonis moribus insudare, vt idem patruus meus dicit in l.1.C.de professo.qui in vrbe Constan.comi. meruer.lib.12.& in l. proximos, de proximis sacro.scrinio.ibidem. nam fides diuturna, industria,probitas,& serenitas, commēdant aliquem. Inde August.de Ciuita.Dei.cap. 26.lib. 2. inquit, tanta est vis probitatis,& castitatis, vt penè omnis eius laude moueatur humana natura. Ideo Dauid illam primo petebat dicens, Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Et in ordinato requiritur quod sit natura prudens, docilis,& moribus temperatus,alia ponit text.in cap. qui episcopus.23.dist.Lucas de Penna in l. magistros.C.de professo. & medi.lib.10. & Archiepiscopus Floren.in 4.parte summæ,in fine,de dono scientiæ.

Quæ prouenire solent ex diuturna acquisitione scientiæ,dicit enim Hiero.Ama scientiam scripturarum,& carnis vitia non amabis, cap. nunquam,de consecra. distinct. 5. non verò ex ludo. Ideo ludus maxime doctoribus, & scholaribus est prohibitus.§.illud, in prooemio Digestorum. etiam si fuerit ludus pilæ,vel scacorum, quamuis aliis sit permissus,authen.interdicimus.C de episcopis, & cleri. tum ratione amissionis temporis, quæ est maxima in his ludis,tum propter amissionem pecuniarum,& viatici sui,ad hęc quia tales ludentes parentes fraudant dulci spe, & seipsos illaqueant,torquēntque inanibus sumptibus, viaticulum consumunt, adeo quod domum redeuntes,& resipiscentes,mallent esse mercatores, imò cerdones, quàm legum, aut canonum, in medicináve doctores. testis est nobis Baptista Caccialup.in tracta.de ludo,tertia quæst.plus dicens,quod scholastici lusores nunquam vel multo negocio peruenient ad magnam frugem. O quot in summos viros euasissent, si nō lusissent, ludus ergo cartarum id est librorum, est permissus doctoribus, & scholaribus, & hunc egregium ludum exercere non pudeat dilectissimi auditores,si saluti vestræ prouidere velitis,& cæteros ludos extra istum penitus(vt facio)ignorate,ac relinquite.

*Ludus omnis nisi carta non scholasticis est prohibitus.*

DVODECIMO, debet esse pacificus, non rixosus,vel procax,vt nota.in procem. decreta. & Corset. in tracta. de potesta. regia, in priuileg.pacis,& infra dico abundantius,in priuilegiis:ego ipse propter rixas & cōtrouersias,scholasticos plurimos mea Tholosæ memoria vidi gladio perire,quandoquidem isti pacifici, ad doctrinam sunt aptiores.Scribit Volateranus,lib.28. c. 2.in hæc verba, Ad doctrinam alius alio docilior, Mercuriales pueri velocissimi sunt, verùm cito desinunt, raróque ad frugem perueniunt, maxime si cum Mercurio Martem coniunctum habeant:talis fuit Hermogenes ille sophista, qui de arte in adolescentia scripsit,senex in senectute puer,vt ait Philostratus.Saturnini verò tardiores ab initio,sed tempore altius radices mittūt, quapropter Seneca dicere solebat,se malle adolescentem tristem,quàm hilarem, & turbæ amabilem, & huiusmodi legitur fuisse Cato censorius, qui serò didiscit literas,euasit tamen summus orator. Iouiales verò ( vt Cocles testatur in sua physiognomia)sunt studio iurium aptiores,sub quo sydere me natum vehementer optarem,quanquam nonnullorum ea est sententia, secus quàm experior.

*Pacifici & non rixosi, scholares esse debent.*

Sed cuiuscunque sint naturæ scholastici,si prędicta seruent,optime se habebunt, multaque alia requiruntur,sed ista posui instar duodecim Apostolorū,quos oro, vt posteaquā fati munus exoluero,me deo pręsentent,ac frequentatis precibus interea pro me exorent.

Si tamen alia quis cernere velit, poterit videre per Ioannem Baptistam,in suo tracta. de modo studendi,& Lucam de Penna,in l.vna,de studiis libera. vrbis Romæ,lib.11. C. viginti tradentem necessaria,& in l.1.qui ætate.lib. 10. C.& l.3. col.2.de his qui numero liber. ibidem, sed quasi omnia reduxi ad ista duodecim,& si ista habuerint studentes,inde orientur Camilli, Scipiones, Fabricij,Marcelli,Fabij,ac ne singula imperij nostri lumina simul pręcurrendo sim longior,inde inquam cæli clarissima pars diui fulserunt Cęsares,vt dicit Valerius, lib. 2. de institutis antiquis, de mutui officio, commodo, c. 42.& Cicero de Oratore ait,quid huic abesse poterit de maxima rerum scientia?quasi velit dicere,nihil. verū quia hæc authen. est priuilegiatiua, ideo quot requirantur in concedendis priuilegiis, vide per Lucam de Penna,in l.priuatę,de excusa. munerum, lib. 10. C. { & in dubio debent interpretari vt gratiam contineant.de Ripa in c.1. nu. 67. de rescrip.per tex.in c.in his.de priuileg.} & cum hæc delicatis auribus,vel oculis,cum plus satis diffusa sint,nequaquam arrideant.Igitur his supersedeo interpretationem Authenticæ habita. statim aggressurus.

*Libri secundi de his,quæ studentibus necessaria sunt,*

*FINIS.*

LIBER

# LIBER TERTIVS, DE INTERPRETATIONE AVTHENTICAE CONSTITVTIONIS HABITA, C. NE FILIVS PRO PATRE, INCIPIT.

*Noua constitutio Federici.*



EDERICI hæc est constitutio, alij dicunt Friderichi, sed vtcunque dum non mutetur sensus, & cuiusnā fuerit, cum tres huius nominis in supplemento cronicorum inuenerim, dubitatur. Oldendorpius in suo de iure singulari tracta tu asserit constitutionem hanc à Federico 1. editam fuisse, ego verò putarem à Federico 2. qui à sui imperij initio ab ecclesia educatus, ei multa singularia iura contulit, demum contra matrem, videlicet ecclesiam, insurgens, ab ea depositus fuit, ac damnatus sicut diabolus, vt est in cap. ad Apostolicæ, de re iud. in 6. Aluaro. in cap. vno, de pace tenenda, & eius viola. & in vitis Iurisconsultorum, hæc accuratius, & abundantius describuntur, ibi lege.

Ista authentica tres patitur diuisiones. Prima fuit Bart. & eius præceptoris, secunda Bald. tertia Guido Pap. Barto. in tres scindebat partes. in prima imperator priuilegia confert scholaribus, vt vadant ad literarum studia, morenturque in eis secure, sic vt non teneantur ad soluenda vectigalia, secunda est, vt non patiantur iniuriam, & ne capiantur propter represalias: tertia dat iudices, & scholaribus potestatem eligendi vnum ex illis, secunda ibi, hac igitur, tertia ibi, veruntamē, sub ista diuisione non complectuntur omnia, quæ in tex. continentur, ob id posset impugnari. verùm, quia modici est effectus disputare de diuisionibus, licet sint multum vtiles, vt dicit glo. narrando tria bona in procæ. insti. in §. igitur, quā sing. dicit Barb. in procæ. clem. in 2. lectura, col. 5. & elegans, secundum Georg. nathan, in repet. c. quamuis, col. 27. de pactis, in 6. nam qui bene diuidit. proximus est veritati, teste Salice. in procæ. C. & quando non intelligis text. nota diuisiones, quia valde text. declarant, nec inuanum sunt inuentæ, teste Panor. in cap. quia, in princ. de concessio. præben. tex. in l. prima. ff. de doli exceptio. & opinio distinguens dicitur melior, quàm alia. l. rogasti. ff. si cert. pet. l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. rerum dominio. Franciscus Ponzinibius, in tract. de lamiis, col. 16. & interdum quilibet pro libito suam facit diuisionem, ideo in his non insisto, sed vt omnes diuisiones in vnum traham.

*Diuisio huius authenticæ habita.*

Hæc authen. in tres scindetur partes, vt suprà, & prima subdiuiditur in duas, quarum prima tradit generalem sanctionem, altera rationem, ibi, dignum namq; secunda principalis partes habet duas, in prima ponitur prohibitio, vt nullus audeat iniuriam scholaribus inferre, secunda punit contra facientes, & illorum priuilegia violantes, ibi, scituris. tertia principalis subdiuiditur in quatuor, in prima datur optio scholasticis eligendi iudices, in secunda puniuntur conuenientes eos contra hæc statuta: tertia docet vbinam describi iste tex. debeat, quarta monstrat in quo loco sit edita, secunda ibi, qui verò, tertia ibi, hanc autem legem, quarta ibi, datum, &c. & sic diuidēdo nullus reprehenditur, cum non debeamus esse faciles ad reprehendendum, iuxta doctrinam Ioannis Fab. in procemio inst. & quod ad me attinet, ad vnguem seruare hactenus (vt etiam lippis, & tonsoribus patere potest) consueui, sunt tamen qui non vereantur doctores nostros, tam veteres, quàm recentes, veluti sexagenarios (vt prouerbio dicitur) de ponte deiicere, sed isti falluntur, & loquentiores sunt multo, quàm sapientiores: hos igitur mordaces, semper mordentes, morti quæ eos morsu superabit, relinquamus.

*Faciles ad reprehēdendum esse nō debemus.*

Sic summatur consilio prius habito, scholaribus euntibus ad studia tanquàm bene meritis, & quorum scientia mundus illuminatur, hic indulgetur, vt ipsi & eorum nuncij possint ire ad literarum studia libere, stare, & securè habitare, & vt illos nullus offendat, & qui contra facit, incidit in pœnas huius constitutionis. tres habent iudices, electionémque illorum eis relinquit; & sub quo malint conueniri, si trahantur contra hanc constitutionem cadit à conamine conueniens, & debet inseri sub hoc tit. hoc dicit in summa.

## Habita a quidem super hoc.

*Ablatiui absolutè positi, quid significent.*

Habita [a]) nota primo, quòd licet ablatiui absolutè positi, inducant conditionem, per text. & ibi Bart. & alios in l. ab emptione, ibi præstitis. ff. de pactis. l. à testatore, de conditio. & demonstra. & ista conditio non est propriè conditio, quę de futuro est, & expressa, vt tenet Bart. in l. prima, col. fin. quæstio. 7. ff. de conditio. & demonstra. Iaso. in d. l. ab emptione, & in rub. ff. solu. matri. ac in l. prima, nota. 5. nume. 12. C. de iure emphi. & in repet. l. si quis pro emptore, col. 14. nume. 48. ff. de vsucapion. hic tamen mea sententia, non denotant

conditio

conditionem, sed habita examinatione episcoporum, ducum, &c. id est postquam Imperator habuit consilium, & examinauit rem cum episcopis, ducibus, & proceribus, statuit vt in hoc text. & huic expositioni conuenit text. in l. 2. §. exactis. ff. de origine iur. alioqui ex aliorum sententia oporteret exponere text. habita examinatione episcoporum, id est, si habuerit, quæ expositio textui esset aliena, licet interdum sic, vt asserunt docto. ablatiui absolute positi accipiantur, & aliquando hi ablatiui denotant priuationem, vt in l. 1. & ibi Bald. in fin. C. de liber. preteri. interdum ponuntur in vim causæ finalis, vel in vim suppositionis terminorum. Bald. in l. vna, col. 1. C. qui admitti. vide abundantius per recentiores in rub. ff. solu. matrimo. & per Bertrand. consi. 173. ex themate, nu. 15. in 3. vol. secundum nouam impressionem.

*De diligentia hic multa.*

Diligenti [b] inquisitione. [b] Diligenti. Collige diligentiam esse pernecessariam, maxime in legibus condendis, & intelligendis, vt hic dicit Imperator, & idem in alio actu, cum diligentia sit mater eruditionis, negligentia verò nouerca, vt dicit text. in cap. fin. 83. dist. & diligentiæ omnia subdita fiunt, ait Menander Græcus, & text. in l. iudices de anno. & tribu. lib 10. C. vnde iudices negligentes debent perdere salaria, & idem dicit ibi patruus meus in famulis, & in doctoribus negligentibus diebus statutis legere. l. diem functo. ff. de offi. assesso. quod intellige verum, si delictum negligentiæ totum sui officij tempus respiciat vniformiter, aliàs pro tempore, quo non fuit negligens, debetur sibi honorarium. l. si vno. §. item cum quidam, col. penul. ff. loca. Aufrer. in decisio. Tholosa. quæst. 359. { Diligenti enim cultura precia prediorum amplianturs: ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est. l. 3. §. diui. ff. de iure fisci. } Item iudices debent diligenter agere & solicite, vt malis hominibus expurgetur ciuitas. l. congruit. ff. de offi. præsid. & si negligenter se habeant puniuntur. Nam negligere cum possis perturbare peruersos, nil aliud est quàm fouere. 2. quæstio. 7. cap. negligere, cap. dilecto, de sententia excommunica. in 6. negligentia & contẽptus æquiparantur, in authen. vt cum de appella. cognosci. §. si vnum de prædictis, colla. 8. & 11. quæstio. 3. cap. vlt. in fin. & quomodo probetur diligentia vel negligentia, scribit Barto. in consil. 102. incipiẽ. clarissime domine, & Corset. in sing. incipien. diligenter, Aufrer. in clem. 1. nota. 10. de offic. ordina. & quid si Montispessulani consules fuerint negligentes in eligendo nouos, vide Rebuffum patruum meum in l. iudices, de anno. & tribu. lib. 10. C. & si proximus, qui habet ius retractus, fuerit negligens emere interpellatus post duos menses licite venduntur res illæ extero. per text. sing. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. secundum Amanel. de Claris aquis, singul. 21. præsupposita. Negligentibus quoque non datur restitutio. l. non enim, & l. sciendum, & l. ab hostibus. §. fin. ff. ex quib. caus. maio. quia antequam aliquis restituatur, oportet quod sit sine culpa læsus. l. item hi. §. 1. & l. eum qui, cum l. seq. ff. ex quib. caus. maio. vnde maiori negligenti conficere inuẽtarium intra tempus à iure statutum, in l. fin. §. si autem, & §. sequen. C. de iure delibe. non datur restitutio. quia si minori iure speciali subueniatur, si omittat conficere. §. pupillus, de hæred. & falcid. colla. 1. ergo iure communi denegatur maiori, argum. l. ius singulare. ff. de legib. & l. 1. ad municipa. ita firmat Guido Papæ, in suis decisio. quæstio. 471. negligentia, ac Fel. in cap. cæterum, col. 1. de rescript. vbi scribit quod iurisdictio reuertitur ad ordinarium data negligentia, & superior potest impedire iurisdictionem inferioris, licet aliàs regulariter contra, secundum Cardi. ibi, vnde consuluit Ludouic. Roma. consil. 338. in casu quod si iudex pronunciat esse ad arbitros redeundum, à quo partes recesserant, vel arbiter dicat ad iudicem eundum vel in alios compromittendum, istud est negligere iustitiam administrare, per l. non distinguemus. §. quæsitum. ff. de arbit. quippe tunc negligentia censetur, quando quis non facit id, quod facere tenetur, cum sit priuatio diligentiæ. Barto. in dicto consilio 102. charisime domine. nisi impedimentum ostendat, per text. in l. 3. §. si ad diem, & l. qui commeatus. ff. de re milit. & l. 2. §. si quis cautio. negligentia autem est omissio illius, quod fieri debet & potest. scribitur in additio. ad Felin. in cap. si autem, col. 2. versi. negligentia, de rescrip. & per Cardin. consil. 55. in casu vbi dicit pulchram doctrinam, quòd quando lex vel statutum requirit negligentiam, tunc necesse est monitionem præcedere, aliàs non erit quis negligens, per gloss. in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. & hoc quando lex loquitur negatiue, text. in cap. si capitulo, de concess. præbend. in 6. vbi si fuerit datus executor, vt prouideat capitulo negligente, nunquam poterit prouidere nisi monitione facta capitulo, & illi asignato tempore ad prouidendum. Scripsi abunde in forma literarum executo. manda. Apost. in concord. in verb. negligentes, vbi dixi non seruari in hoc regno, quoad executores mandatorum, in quibus nulla solet interuenire requisitio.

*Monitio an debeat præcedere negligentiam.*

Primò limita, nisi statutum fieret de eo, quod ius commune continet, vtpote quòd clerici haberent residere, tunc non requiritur monitio, vt statutum aliquid operetur, sic consuluit Feder. de Senis, consil. 109. quæstio. faciunt nota. per Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de damno infecto.

Secundò restringe quoad Deum, & sic in foro consciẽtiæ: nam absque monitione puniet Deus negligentiam, quia illi nihil est occultum, vt tenet Panorm. per illum tex. in c. excommunicationi, de rapto. & in repet. c. extirpandæ. §. qui verò, col. 10. cum seq. de præb. Aret. in cap. cum olim, de testibus, col. 5.

Tertiò fallit, nisi ageretur de negligentia, quæ non puniretur. Felin. & alij in d. cap. cum olim, & in d. cap. si autem, & in c. 2. & ibi Ioan. de Ana. de magist.

Quartò non procedit, quando lex nominatim asignaret terminum, tunc eo elapso, cum dies interpellet, nulla alia requiretur monitio. l. magnam. C. de contrah. stipula. cap. si tibi, de

præb.in 6.l.mancipiorum.ff.de optio.lega.in terrogatus,quid esset diligentia? Respon. ex verbis Lucæ de Penna in l.vna,de mendican. valid.lib. 11.C.& l.diligenter de aquæ ductu, eo. lib. quòd est mater omnium artium in opere suo,& Cicero lib.2. rhetori. diligentia est accurata obseruatio suorum, item diligentia est inertiæ triumphatrix, ait Pollicra.in prooemio,& licet sit omnibus necessaria,vt ait Cicero de oratore,hęc prę cipue est nobis colenda,hæc semper adhibenda, & hac nihil est quod aliquis non assequatur,sed debet esse bonæfidei coniuncta.l.si ita, prima. ff. de manu. testam. vide text. & ibi docto. in l.periculum.ff.si certum peta. non amplius tamen se extendet diligentia nostra hic, sed prosequetur textum.

*Princeps secularis in suo consilio prælatos habere potest.*

## ᶜ Episcorum.

ᶜ Episcoporum) Nota ex isto tex. quod princeps secularis in suis consiliis habere potest abbates,& prælatos, & maxime pro legibus condendis, vt hic scribit Salice. & Bolog. dicentes congruum esse,sed non necessarium,& tutius esset illis,vt in suis prælaturis residerent, & sic nihil post hominum memoriam gloriosius facere possent,& animabus eorum vtilius: & vtinam sicut edictum de residentia officialium regiorum seruatur, ita & seruarentur iura de residentia ecclesiasticorum promulgata, imò non solum episcopus in principis consilio esse,sed etiam eius consiliarius effici potest,vt ex hoc tex.elicitur,& ex cap. vno. §.primo,de prohib.feud.aliena.per Federic.quod obseruatur in hoc Franciæ regno,in quo omnes episcopi vocantur regis consiliarij sine stipēdiis, tamen & suffragiis exceptis quibusdam, de quibus scripsi in ordina. regiis, vnde dicit Panorm. in cap.clericis,col.2. ne cler. vel mona. prælatos posse merito interesse consilio in lege promulganda,etiam si illa lex contineat pœnam sanguinis,dum tamen modo nō consulatur super facto, argum.text.in cap.1.23.quæst.6.& nota.in cap.ex literis,de excessib. præla. non tamen potest episcopus esse officialis iustitiæ exercendæ vt ibi,sed vindictam sanguinis ad regem remittere debet. Archi.cap.in episcopatu, de raptor. doctores in cap.inter,versic.secundo.ibi, ex delegatione Ludouici,de fide instru.alioqui si exerceret, esset irregularis,vt ibidem not.& in cap.fin.ne cleri. vel mona.in 6.Ex quo inferunt Bald.& Imo. in cap. 2.in fin.de maior.& obedien. quod papa esset irregularis si homines occideret, multo fortius episcopus,secus si clericus interrogatus de pœna delicti,videlicet qua pœna homicida sit plectendus,respondeat, quod homicida est furcæ affigendus,l.3.suprà de episcop.audien. idem si consultus super alio delicto in genere, quid iuris est declaret,quia non est irregularis,nisi de facto casus immineat,glo.in cap.omnis.3.dist.& in d.cap. ex literis,de excessib. prælato. Panorm.in cap. 1. de furt. hinc dicit Hostien. in summa de pœnit. & remissio. §. cui confitendum, versicu. cui rex, quod clerici,siue sint episcopi,vel alij,possunt interesse bello iusto,vt dent consilium,cap.ex multa.§.primo.de voto,nempe quia ecclesia plus iuuat regnum orationibus, quàm armiger armis, vt patet in vita Sancti Martini,& hoc firmat Hostien.vbi supra allegat. cap.quicunque. 23. quæst. 8.vbi dicitur, quod debet deponi, si sacerdos intersit bello ad pugnandum,secus si ad exhortandum, & confitendum.Innoc. in cap. ad audientiam, & ibi Maria. Socin. de homicid. & Ioann. Brunellus olim doctor Aurelianen. egregius in cap.1.conclu. 2. illo titul.refert, quod licet mors sequatur ex hoc consilio, non tamen sacerdos vel episcopus erit irregularis,quod intellige quādo causa mediata erat condere legem, & ex illa lege fuit condemnatus reus, secus si in illo consilio fuisset condemnatus, in quo consilio erat clericus, vel si ipse prælatus tanquam vice rex condemnaret delinquentem,tunc non posset notam irregularitatis vitare, vt tenet hic Bologni, & docto.in d.cap.audientiam,& text. in cap. Petrus, de homicid.&c. in synodo.63.dist. cū etiam sola præsentia faciat quem irregularem, si consentiat homicidio & pœnæ. inde sacerdotes solent expelli,quando aliquis ad mortem condemnatur,ne audiendo sententiam consentiant morti illius, dicendo more fatui, bene meruit, vel bene factum extitit, vel ad maiorem pœnam debebat condemnari, & similia verba, tunc is qui talia profert,est irregularis, & multi sunt irregulares,quia statim proferunt,*il l'a bien merité*,& sic condemnant illum, & morti illius consentiunt. item præsentia quodammodo consensum inducit,docto.in d.cap.Petrus, tamen prælatus potest esse præsidēs Cancellariæ Regiæ, prout vidimus in reuerendiss. Do. Legato à Prato, & olim in Episcopo Parisien. tempore Ludouici 12.de quo Corset.in tract.de potesta.regia,quæst.95.scribit.

*Irregularis quando quis dicatur.*

## Abbatum, Ducum

*Quis sit dux.*

ᵈ Ducum) Et sic habes, quòd duces possunt adesse in lege condenda.Sed quid sit dux? Respondeo is, qui de ducatu est inuestitus, cap. primo, quis dicatur dux, marchio, comes, in feudis. Aliquando vocatur dux qui populum ducit, vel militum exercitum, vt attestatur Iacob. de sancto Georgio, in tracta.de feud. in princ. scripsi in prooemio concord.in verb.dux.

## Omnium iudicum. ᵉ

*Generalis dispositio de habilitate intelligitur.*

ᵉ Omnium iudicum) Intellige præsentium, & de hoc interrogatorum, glo.in l.inter.ff.qui satisda.cogan.& l.si quando §. 1.si seruit.vend. ex hoc nota, quòd generalis dispositio intelligitur de habilitate, vt habetur Matth.22.quod rex iussit quoscunque vocari ad nuptias, & postea videns vnum non vestitum veste nuptiali, mandauit eum in carceres intrudi.& tamen mandauerat vocari omnes,sed intelligebat de idoneis, & 1.Petr.2.cap. subditi estote omni creaturæ. sed Ludo. Roma. latè in sua solenni repet.l.si verò.§.de viro. ff.solu.matrimo.limitat omnia supradicta non habere locum, vbi tractatur de fauore publico, quia tunc verba generalia ad personas habiles non restringuntur, imò generaliter etiam de inhabilibus intelliguntur,per tex.sing.in l.3.§.vtrum. ff. de senatusconsul.Silla.vbi multa addidi.sequitur Iason in l.1.§. nunciatio.in primo,nu.5. col. 3.ff. de noui operis nunciat.

nunc.vide Bernardinum de bustis,in sermo.3. secundæ patris in mariali.

Secundò fallit,quando proferuntur ab homine.Francisc.Curtius in tracta. de feud.in 3. parte, q.penult. & consil.1.vide Bald.in l.fin.C.sine censu vel reliq.

Tertiò fallit quando illa verba in statutis essent apposita, & nihil vltra ius commune operarentur.Bald.in rubr.C.qui accusa.non poss.col.4. vt si statuto caueatur, quod omnes ad accusandum admittantur,vide alias limitationes per Ias. in l.fideiussor.§. pretor.ff.qui satisda.cogan.& per Zazium in intellectibus singularibus, fol. mihi 67. & sequen. ne istam materiam in immensum extendam, nunc modice agam, & vide iura sequentia si delectet huic rei valde accommoda, primo text.in l.1.C.de sacrosanct.eccle.& l. ad similitudinem,de episcop.& cleric.l. fin.sine censu vel reliq.l.vnam vbi conueniat,qui certo loco dare promis.l. primam. ff. de eo quod certo loco. l. omnes,de anno. & tribu.lib.10. C. l.3. de fide instrum.& iure hastę fisca.eo.lib.ac l. primam.C.de fide instru. l.emancipari.ff.de adoptio.l.primam, manda.l.ex empto.§.etiam, de actio. emp. c. primum.de iureiur.in 6.verùm quia ista materia est sine fine, vt testatur Felin.in c.in omni,de test.& ne fastidiat lectorem,vide Bart.in l.prima.§.nunciatio.ff.de noui operis nunciat.Barba.consil.primo,col.5.& sequen.in 2.volum.& in repetitio. ca. Raynaldus,col.2.de testa.Mar.Antho.Bauer.in §. sed cum aliquis.insti.illo titul. Caspar. Valaci. in repet.l.imperium,col.61.de iurisd.omnium iudic. Vincen.in l.1.nume. 1. ff. de lega.1.Alex.consil.35. num.4.in 6.volum.Fel.in c.ex parte,col.2.de offi. delega.Iaso. in §.in personam,nume.26. de actio. & in d.§.nunciatio,& in l.2.§.prætor ait.ff.qui satisda.cogan.& in l.in prouinciali.§.fi.de noui operis nunciat. & in l.cum filiusfamilias viaticum.de reb.cred.

[f] Et aliorum procerum. [f]Procerũ) Nota quòd non solum duces, sed etiam proceres conuocantur pro lege condenda.§.1.de prohibit. feudi aliena. per Federic. vbi Aluaro. exponit procerum,id est sapientum, vel dic proceres esse primates palacij viros illustres, quorum numero comprehenduntur & patricij,licet omnes proceres non sint patricij,per text.in §. ad hæc, ibi ad conuocandos patres cæterósque proceres, in authen.de appel.colla.4.facit l.pro his,ibi,sub communi audientia florentissimorum palacij procerum,de temporib.appell.C.& l.omnem,quando prouoca. non est necesse, sic exponit Petrus Cotereau.in suo tract.de magist.Galliæ, in rubr. de sacro consisto.fol. 25. & 29. nam proceres capita trabium sunt, hoc est mutili quidam extantes,hinc principes ciuitatis proceres appellati sunt,quòd hi ita in ciuitate eminent, sicut illi in ædificiis.

*Sacrũ de iure ciuili quid dicatur & quare.*

[g] Sacri nostri palacij. [g]Sacri nostri palacij) Ex hoc text. colligitur quòd palacium principis dicitur sacrum,per l.in offerendis,in fin.de appella. C.& rub.de priuileg.eorum qui in sacro palacio militant.lib.12.& de comitib.& Archi.sacri palacij, eo.lib. intellige dici sacrum non deo dedicatum,nec religiosum,sed venerabile atque incorruptum,seu intactum, & sanctæ leges dicuntur, quæ pœnæ sanctione corumpi vetantur,& sacrosancti magistratus, qui non sine capitali supplicio attingi violenter possunt.l.omne delictum.§. 1.ff.de re milit.Do.Budęus in annotatio. ad pandectas in l.1.ff.de iusticia. & iur. & eadem ratione palacium, non solum sacrum dicitur, sed etiam sacratissimũ,per tex.in l.in nomine.§. hoc etiam. ibi sacratissimo palacio,suprà de offi.pręfect.pręto.affri. etiam domus principis sacratissima dicitur,in l.vna,in fine vt nemini liceat,in empt. speciе.se excus.lib.10.& diuina,in l.absit.C. de priuileg.domus Augustæ. lib. 11.& l.fin.§. quia igitur multa.C.de quadriennij præscri.& ædes sacratissimæ.l.acceptam C.de vsur.& sacratissimum ærarium. l.2.de quadriennij præscriptio. infrà. & sacrum dominium.l. fin. in princ.ne rei domi. vel tempore.& principis sacræ literæ dicuntur.l.vna. C.de mandat.in princ.& patrimonium principis sacrum.§.accipiat,in authent.vt omnes obediant iudi.prouin.colla.sexta.& sacri affatus.l. sacri. C. de diuers.rescript.& pragma. sanctio. & princeps sacros vultus infert, quando publicam tenet curiam,& omnibus se exhibet, text.iuncta glo.in l. vna,publicæ lætitię,lib.12.infrà,imò potestas eius dicitur sacra,in authen.de vsur.nauti.in prin.colla.9.& sacræ largitiones. in rubr. de cano. sacra. largit.lib.10.& sacra cubicula eius sunt in rub. de præpo.sacri cubiculi, lib.12.infrà,& sacrum habet scrinium,in rubr.de proxi.sacro.scrinio.lib.12. & sacratissimæ leges,de legib.suprà.l. leges sacratissimæ,& responsum eius cæleste dicitur,in l. Nemo.C.de re milit.lib.12.& oraculum sacrum.l. & si legibus.C.si contra ius,vel vtili.publi.suprà, & aliquando cæleste.l.Iubemus, in prima.C. de sacrosan.eccle. & sacratissimus princeps. in proœmio ff. Et dicitur palacium à palade Archadum principe, in cuius honorem Archades oppidum construentes, regiam ipsius palacium vocauere, Luca teste,in rub. de palaciis & domi. do. lib. 11. vel à Palatino monte præcipuo vrbis Romæ,vel à Palante ibi sepulto, vel à palare, vt quidam tradunt,ad reliqua pergamus.

*Palacium principis an immunitate gaudeat.*

Quæro ergo nunquid palacium principis debeat immunitate gaudere,postquam est sacrum, & videtur quòd sic, nam postquam habet nomen & effectum debet habere.l.à nullo.C. de feriis,item vocatur consecratum in l.vna.C. de palaciis & domi.domi. lib.11.sed ecclesia consecrata gaudet priuilegiis, nam confugiens non potest extrahi, per totum titulum de immunita. ecclesia. nisi in aliquibus casibus positis per Hostien. in summa illius titul.& in cap. fin. de immunita. eccle.& in §.neque,de manda. princi.col. 3. & in cap.primo de homici.& ibi Ioan. de Ana. & Ioa. Brunellus in repet.illius cap.dico, in ordina. reg. in rub. *des immunités & franchises*, contrarium arbitror esse verum, nam duplex reperio esse sacrum,quoddam sacrum priuatum,vt sunt oratoria & ædiculæ, siue capellæ intra domos positæ, & candelæ,libri,cerei, & cætera quæ in vsu sanctitatis

*Duplex est sacrum.*

ctitatis habentur, & hæc non gaudent priuilegiis rei sacræ sequentis. Alterum est sacrum publicum, id est per Pontifices rite consecratum, & de isto loquuntur iura canonica, loquentia de confugiente ad domum sacram, id est per Pontificem consecratam, & sic illa oratoria non gauderent immunitate ecclesiæ, nec ad illa confugiens haberet immunitatem, imò posset extrahi. ita tenet Hostien. in summa de immunitate ecclesiæ, in §.inquantum.versicu.quid de oratoriis. Panorm.in cap.fin.de ecclesf.ædificand.& de hoc duplici sacro loquitur text.in l.sacrilegiis.in 2.ad legem Iuliam, peculatus,& ibi hoc firmat Bart. & Albert. Et isti palacio regis non debent ædificia priuatorum cohærere.l.quicunque. infra de operibus publi.nec alij ædificio publico. l.ædificia.illo tit. & ob id anno Domini 1525. Tholosæ fuerunt destructæ omnes domus iuxta muros ciuitatis existentes, me legente in dicta ciuitate, supra dicta nota.vide Vincen.Hercula.in rub.ff.de verb. oblig.colum.1.

*Quid sit cõsilium.*

[b]Examinatione. [b]Examinatione) Not. ex text. quòd lex & ordinatio debet examinari, antequam promulgetur, vt dixi in prooemio concord.in verb. meditari, & qui debeant conuocari ad hoc, etiam scripsi ibidem in gloss.viros, ob id solent ordinationes regiæ antequam publicentur, & consuetudines ante approbationem, dari examinandæ, tam magno regis consilio, quàm curiis supremis, imo etiam in aliis actibus expediendis debemus quærere consilium, & actum examinare, vt fecit hic Imperator. Noluit enim priuilegiis scholares donare, nisi habita prius episcoporum, abbatum, ducum, iudicum, & aliorum procerum examinatione, sed quia de consilio loquimur, quid sit consilium videamus, insequendo doctrinam Ciceronis, 1. Offic. Omnis institutio, &c. Consilium est persuasio quædam, ad aliquid bene regendum, vt probatur in l. idémq;. §.si quis ea.ff.mãda.& l.is qui.§.Diuus.ff.de tutor. & curat. datis ab his, & ad tuendum.l. consilio.ff. de cura. furio. Lucas de Penna in l.prima. C. de agen.in reb.libro 12 & Boer.in tracta. de auctoritate magni consilij, folio 41. vel consilium est mentis voluntas, quod ex animi prouidentia alicui tribuitur, idem Lucas de Penna in l.omnes. in prima colu.8.C.de decurio.& in l.si quid.aliàs in l. si quidem. de legat.lib.10. colum. prima. vel secundum Cicero.in primo Rhetori.anti. consilium est aliquid faciendi vel non faciendi verè excogitata ratio, vel dico quòd est persuasio, vel impulsio, seu instructio ad aliquid faciendum, vel non faciendum. l. in furti. §. rectè. ff. de furt. ideo Bald.in prælud.feudo.his verbis ait, in §.aliqua, quod licet promulgandæ quoque legis auctoritatem fortunæ sibi princeps vendicat eminentia, in authen.de rapt.mulier in princip.colla. 9. tamen ipse super omnes debet cogitare, quid agat, quia postquam vult ex certa scientia, non est qui possit dicere, cur ita facis? Bart.in l. omnes.in 2.quæst. ff. de iusti.& iur.& gloss. in verbo noui iuris. ff. quod quisque iuris in alium statue. nec vnus quantumcunque magnus & doctus,

*Princeps sine consilio nihil agere debet.*

etiam si esset Papinianus alter, debet quo ad hoc suæ prudentiæ inniti, & hoc est propter affectiones & rationes, quę in diuersis diuersæ ostenduntur. nam quando lex vel ordinatio edita est cum maturitate consilij, erit solemnis.l.humanum. C. de legib. vbi princeps respondet cum consilio procerum, iudicum, & aliorum consiliariorum, & tunc bene res se habet, & ad beatitudinem imperij, & ad gloriam ipsius redundat, & text.in l. dubium, infra de repud. dicit, quòd omnia bene geruntur, si fiant cum consilio, text.in l.diui.ibi, sed & cum Metiano, & aliis amicis nostris iurisperitis adhibitis plenius tractaremus, &c. ff. de iure patronatus. vbi in arduis consilium amicorum est requirendum, cap.fina.de dilat. ibi, quorum consilium tam ardua causa requirit, imò & quantumcunque quis sit doctus, in dubiis & arduis non debet dedignari alios interrogare, vt faciebat Nesennius, in l. Nesennius. ff. de negotiis gest.& l.Nesennius. de re iudi. & l.Nesennius ad legem Falcid. & ibi Vincen. & maximè debent consuli parlamenta Franciæ, nempe iura dicunt illum stultum esse testatorem, qui absque consilio peritorum facit testamentum.glo.in l. Codicillis.§.Lucius. verb.diligentiam, ibi, audi stultum testatorem.ff.de leg.2. & hodie multi essent stulti, quia maior pars hominum facit testamenta, & actus arduos sine consilio, & ideo tot processibus inuoluuntur homines, & in paupertatem rediguntur, & nolunt quidam dare vnum aureum ad dictandum testamentum, vel alium actum, sed hæredes dant postea vel ipsimet plusquam centum ad litigandum, quia post mortem, eo quod in illo testamento aduocatis & peritis nihil est datum, ipsi querelam contra testamentum proponunt, vt dicitur communiter, & 3.Rheto. Dij non fiunt auxilio his, qui se inconsulto in periculum mittunt. Et duo sunt maximè contraria consilio, festinatio, & ita, vt Bias Philosophus solitus erat dicere, & Seneca in Prouerbiis, ideo deliberandum est diu, quicquid est semel statuendum, & Cicero primo Officio. Non ineleganter scribit, Parua sunt foris arma, nisi sit consilium domi: & Cassiod. epistola decimanona, libro sexto. Omnis prouidus consilium quærit, & Seneca epistola vigesimatertia ad Lucillum, pauci sunt qui se suáque consilio disponant. Aristotel.6. Ethicor. prudentis est bene consiliari. Salust. in Catilinam, priusquam incipias consulto, & vbi consulueris maturè, opus est facto: & Menander Græcus, ante omnem rem consilium cape, sacra enim res est consilium. Socrates ait in lib. de sapientia, prout refert Cælius, lib. antiquarum lectionum 6. cap. 31. Nam facilè quis suum cognoscit, quando consilium à peritioribus habuit. l. si auiam. C. de ingenuis & manu. iudicium est integrum, quod à plurimorum sententiis approbatur. clemen. 1. de senten. excommunica. & ibi dicit gloss. ibi salus, vbi multa consilia, allegat Prouerbio. 14. non est ibi. sed. 11.cap. Ideo libet hic consilij commoda, quæ multa sunt, describere, vt quilibet ad consilium petendum pronus sit, pronior ad habendum, pronissimus, si fas sit dicere, ad seruandum.

*Cur tot processibus inuoluantur homines.*

in consilio statuta,& quales eligendi sunt ad consilium,scripsi in ordina.reg.

*Commoda consilij multa.* Primum est, quia licet minor vigintiquinque annis nō possit seruum suum manumittere,cum consilio tamen potest. l. si pater.§.fin. & l.seruus. ff.de manu. vindict.§.eadem. insti.quib.manu.licet. quia rectè præsumetur factum habito peritorum consilio.

Secundum est, quòd alienatio minoris facta cum consilio patris, etiam sine iudicis decreto valet,quamuis nulla vrgeat necessitas.l.prędium. C.quando decreto opus non est. licet aliàs necessitas requiratur.l.magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum : non enim est præsumendum, quòd pater consensisset sine necessitate. tamen non valeret, si probaretur non esse vtilem pupillo, secundum Ias. in l. qui Romæ. §. cohæredes. numero 23. ff. de verborum obligat. & intellige prædicta, quando pater erat legitimus administrator,secus si tutor.Ias.in l.singularia.num.19.ff. si certum petat.

Tertium, actus factus in præsentia consanguineorum, & illorum consilio libere factus præsumitur, & dolus, ac metus abesse, text. singul.in l. transactionem.C. de transactio. quia non est verisimile, quòd aliquis consanguineus dolo consuleret,vel permitteret metum inferri consanguineo,si posset resistere, quanuis sæpius fiat contrarium,& tunc minor debet illum dolum probare. l.quotiens.§.qui dolo.ff.de probat.quod est limitandum,nisi persona,cum qua contrahitur sit potens, quæ possit metum inferre, nedum contrahenti, sed & omnibus consanguineis in illo actu existentibus.Ang.consi.215.reperitur in quodam, colum.2.& Deci. in dict.l.transactionem. vel nisi prius intulisset metum.Hippolyt.singul. 325. dixi tibi, &c.

Quartum est, quod fit ex consilij deliberatione non inducit pœnitentiam, sed perpetua durat firmitate,& nulla arte deli potest,tex. iuncta glos. in authen. de appella.§.1.col. 4. in verbo,plenissime,& in §.1.vt immobili.ante nupt.dona.colla.5. & l.dubium.C.de repud.

Quintum est,excusatur mulier,rusticus,& alius iuris ignarus,si bonorum possessionem intra tempus à iure pręstitutum non petierint,dum tamen habuerint consilium à peritis, tum quia iustam credendi illis causam habuerunt,tum etiam quia fecerunt,quod lex præcipit. Bar. expressim per illum text.in l.in bonorum. in fi.ff.de bono.posses. Rom.in l.si duo.col.1.de acqui.hæred.& tunc poterit impetrare literas regias,& per eas releuari,licet aliàs contra.l.iuris ignorantia.C. qui admitti. nam sicut ad siluam rustici, & id genus homines vadunt pro lignis habendis, ita & ad ciuitatem accedere debent pro indulgentiis, & pro consilio, Alex.& alij in d.l.iuris ignorantia.

Intellige tamen, vbi facilis esset accessus ad consilium petendum, si multum distarent peritiores,& bella, & armigeri essent in itinere, etiam tunc non petendo excusarentur,vt firmat Roma. in l.si duo.colum.1. ff. de acquir.hæred. per gloss. ibi,non excusaretur tamen, si aliter scire potuit.l. penult.ff.ad Macedonian.l.quod te, si cert.petat. l.qui contra. C. de incest.nupt. & ibi Bald.cap.2. cum gloss.de tempo.ordinan.in sexto.Decius,in l.qui cum alio.in fin.ff.de regu.iur.text. in l.idem iuris.§. penult. ad legem Aquil. huic pulchrè accommodatur, quod dicit Baldus in l. idémque. ff.pro socio.& in l.si ab hostibus.solut. matrimonio, quod maritus non debet quærere vxori medicum extra locum, & ciuitatem in qua inhabitant. & idem tenet Alexand. consilio 91. num. 5. in 7.volum.vide tamen eum in l.si seruum.§.fin. ff.de verborum oblig. in addi. ad Bartol.idem tenet Angel. in l.hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. vbi dicit peritos eligendos esse in ciuitate, non extra, & sic communis doctrina procedere non videtur. Dicendum est, regulariter quemlibet debere accedere ad locum vicinum, tam pro consilio, quàm pro medico, quando nullus esset in eo loco, & hoc quando locus vicinus esset tutus, & facilè posset adiri: si verò esset difficile,& periculum esset in adeundo, crederem contrarium procedere. Facit text. in l.prima.C.de cano.largit.tit.libro 10.vbi collecta debet solui thesaurario prouinciæ, si sit præsens, aliàs thesaurario vicinæ prouinciæ, si sit volenti difficile soluere. Potest adduci text. in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. libro 10. vbi mediterraneæ ciuitates non debent portare solutionem ad maritimas, quia facile id fieri non potest. Item facit text. in l.fideiussor. ff. qui satid. cogan. vbi fideiussor debet dari non solum locuplex, sed etiam ad conueniendum facilis. ibi alia allegant scribentes, vide si lubet: nec dicimur posse, quod difficilè possumus.l.nepos.ff.de verborum significa.ponit Georg.Natham, in repet.clem.sępe,in princip.de verborum signifi.col. 13.& Corset. in sing.suis, in verbo, facere, conuenit tex.in l.si quis in graui.in princ.ff. de senatusconsf. Silla. vbi seruus non ponitur, si non adiuuit dominum, quem difficilè erat iuuare,& Bald. in cap. vno. quib.mod.feud.amitta.post glo.dicit non debere vassallum priuari feudo,si dominum dimiserit in bello,si difficile erat eum iuuare,quia vassallus perdiderat brachia, vel vulneratus erat vsque ad mortem.

Sed quæro, an sufficiat consulere vnum peritum,vel plures,quod plures faciunt,iura supra allegata,videlicet text.in d.l.bonorum.& l.2.ff.quis ordo.in bono.posses.seruet.l.si auiam.C.de ingenuis & manu. quæ loquuntur in plurali,& plurale ad minus duos expostulat, regula pluralis, de regul.iur.in 6.l.vbi.ff.de testi. *An sufficiat ab uno petere consiliū.*

In hac quæstione possumus facere quatuor conclusiones, quarum prima erit, quando non reperitur nisi vnus in loco, habens ab illo solo consilium excusatur, per text. in §. quod autem. in authen. de non alienan. reb.eccle. colla. 2. ibi. in prouincia duobus insignibus mechanicis, aut architectis, aut etiam vno, si vnum solum ciuitas habeat, &c. l. regula. §. sed iuris ignorantia. ff. de iur.& fact. igno. & Bartol. in l.prima.in princip.de ventre inspi.& ibi Alexand.in addi.ad eum,& Bartol.in l.si rixa. de sica. in fin.& Rom. consilio 20.viso, si statutum requirat plures consanguineos intelligi debet si adsint, aliàs sufficiet vnus,

vnus,teste Bar.in l.Stichum qui meus.ff.de leg.1. Item creditur vni interpreti,in l.1.§.fin.ff. de verb. oblig.& ibi Barto.& docto.multa alia adducunt, quæ omitto, breuitatis causa, facit etiam quod dicit Angel. de testatore, qui facit testamentum corám duobus testibus, quando alios non inuenit, quia fortè est viator, & est in itinere, vel consuetudo, vt hic dicit, quod non valeat testamentum, vel alius actus, nisi adsint duo notarij, si non reperiatur nisi vnus, cum testibus valebit testamentum, vt Ange.firmat in dict.§. quod autem,quod nota.

Secunda conclusio est, quando plures periti reperiuntur, sufficit vnus, si de voluntate partium fuerit approbatus,ita Angel.in dict.§. quod autem.per l.Theopompus.ff.de dote prælega. & quod ibi not. docto. & in l. arbitro. qui satisda. cogan.facit gloss.in §.& licet.in verbo, suppliciis, in authen. de testib.colla. 7. & docto. in l. semel. C. de re milita.libro 12. & vbicunque cum dicto vnius medici probatæ notæ,& in arte periti concurrit longitudo vitæ in cura infirmi, vel etiam vulnus est in loco, in quo non requiritur consilium medicorum, vel concurrit aliud, quod medici dictum iuuat, tunc vnius testimonium est sufficiens ad absoluendum. Alexand. in addi. ad Bartol.in dict.l. prima.in princip.ff. de ventre inspicien. facit gloss.in l.Titio. ff. de conditio. & demonstra.& dict.l.regula.§.primo.de iuris & facti ignoran.

Tertia conclusio, quando plures sunt in vno loco, & vnus excellentior est aditus, excusatur, qui adiit illum, maximè si erat conductus à ciuitate, & approbatus, ac magister iuratus, vt videtur nota.Bartol.in l.prima.C.de pondera. & auri illa.lib.10.per illum text. vbi dicit vni stari,quando præponitur communi totius ciuitatis, sicut Parisiis præponitur æstimator equorum, Burdegalę æstimator piscium, & aliorum cibariorum, & illis debet credi, secundum Iacob. Rebuff.in l. fin.C.de pondera. & auri illa.lib.10.& in Montepessulano deputantur nūmularij,quibus si ostendatur pecunia falsa, statim frangunt, nec vnus conuocat alium, sed cui primo ostenditur, hoc facit, vt vidi ibi, & ante me patruus meus Iacob. Rebuff.in l.prima. C. de veter.numismatis potesta. lib.11. secus intelligerem, quando qui est aditus,esset notoriè imperitus, vel non erat consuetus adiri, vel non approbatus à communi, tunc is qui adiret illum,non excusaretur.l.quod si nolit.§.si mancipium. ff.de ædili. edict. & Alexand. in l.iuris ignorantia. C. qui admitti. Bartolus, & Angel.in l.si conuenerit.ff.de re iud.quamobrem solent ciuitates in qualibet arte quosdam approbatos habere,quos magistros iuratos vocant, officia illorum describuntur in ordinationibus Parisien. vbi plenè videre poteris incumbentia cuilibet magistro in sua arte.

Quarta conclusio, vbi plures periti sunt in loco, duo debent adhiberi in arduis maximè præiudicialibus, ista est communis conclusio data per text.in cap.significasti.in 2.de homicidio,vbi Felin. plenè, quia non debet occultari probatio, Panormit. & Felin. in cap. proposuisti. extra de probatio. & Papa vult Archidiaconum habere consilium episcopi, in arduis.cap.ad hæc.de offi. archi.nec Papa in illis dedignatur consilium cardinalium. cap. per venerabilem, qui filij sint leg. cap. fundamenta. de electio. in 6. & istud est tutius, vt à duobus peritis in omnibus agendis vtilibus ad minimum consilium habeas, & bene tibi erit, alia iactant docto. in locis supra citatis, sed his nunc contentus ero,reliqua consilij commoda prosequor.

Sextum consilij commodum est, quod habens consilium à Iurisperitis excusatur ab expensis, secundum Bartho. in l. in bonorum, & ibi Alexand. in additio. ad eum. ff. de bono. possess. quia habet probabilem causam litigandi, quæ à talibus excusat. l. qui solidum. §. etiam.ff. de leg. 2.Lanfranc.in repet.cap.quoniam contra.in fine, quando tractat.de expensis extra. de proba.Henricus Boic. in cap. sacro. §. verum de sentent. excommunica.gloss.in pragmat.sanctio. in rubr.de friuo.appella.in verbo,expensarum.Panormit.& alij in cap.primo.de postula.præla.colum.6.num. 25. Guido Papæ, in decisio.suis, quæst. 277. opinio.D.Boer.in addi. ad Dinum, in regula, cum quis succedit, de reg.iur.in 6.{Ias.in l.interdum.§. 1.in fin.ff.de verb.oblig.} *Habens consilium à peritis,ab expensis excusatur.*

Limita primo non procedere, quando talis sententia doctoris esset communiter reprobata, tunc illa non excusaret, quia hoc casu non præstat probabilem causam litigandi, Barba.in clem. ne Romani, in princ.de electio. per tex.in dict.l. qui solidum.§.etiam.de leg.2.gloss.sing. in l.3.§.si rem.ff.de lega.3.

Secundò, nisi doctor esset malæ conscientiæ, & solitus esset consulere deferentibus aureos, teste Felin.in c.per tuas 2.de symonia,sicut faciebat Tribonianus, vt est testis Aymarius Riualius, in histo.iur.ciuil.in vita Iustinia.

Tertiò fallit, quando pars non habuit consilium nisi ab aduocato suo, vel aduocatis, quia non dicitur iustè credere, cum in illa causa affectionem habeant, & eo sint suspecti. l. fin. ff. de testi.quod intellige,quando consulerent super eo, super quo præstitissent patrocinium, alioqui secus, vt scribit Alexand.in dict.l.iuris ignorantia. col.2.C.qui admitti.

Quarto restringe, quando habuerit consilium ante litem inceptam, secus si post, quia cum in principio partem temerè vocasset,non debet excusari.argu.l.eum quem temere.ff.de iud. & sicut quis probationes debet ante litē inceptam quærere. l. qui accusare. C. de edendo. & cogitare quid agat ante litem inceptam, quia in ea cogitur persistere vsque ad finem litis,authen. qui semel.C.quomodo.& quando iudex,sic consilium habere debet ante litis exordium,si causam suam ritè ordiri cupiat.

Quintò,quando habuisset consilium à multis, & inter illos reperiebatur vnus tantum, qui consulebat pro eo, & alij omnes contra, tunc quia maiori parti credere potius debebat,quàm illi soli, certè non putarem talem excusandum, per text.singul.in l.vna.ibi. & sanè crebrior apud veteres opinio est. ff. de officio quæsto. quem text.

valde nota. Alexand. consi. 95. num. 6. in 2. vol. ad hoc, quòd quando variæ sunt opiniones doctorum, illa est sequenda, quæ plurium auctoritate iuuatur, & idem Alex. consi. 55. nu. 36. in 4. vol. facit tex. in l. 3. ff. ad Macedo. & in l. Barbarius. de officio prætо. & l. 1. C. de testamen. & §. sed cum aliquis. & ibi Bauer. illo tit. de testam. in insti. vbi admittitur, quod publicè dicitur & communiter, text. instit. de hæred. insti. in princip. ibi, plurium sententias. l. Labeo. circa medium, de supellect. lega. cap. de iudiciis. ibi, in quo plurimi concordant. 3. quæst. 3. & de opinione communi sequenda plura scribit Io. Neuisa, in silua nuptia, circa finem, vbi alia legere poteris.

Sextò limita, quando haberet consilium ab imperitis illius artis, nam peritis in arte tantum est credendum. l. prima. ff. de vent. inspiciend. l. semel. de re milita. lib. 12. C. Felin. & Decius, in cap. proposuisti. de proba. gloss. in cap. vt veterum. 9. distinct. Panormi. in cap. primo. de consangui. dicens illum, cui est commissa causa matrimonialis, si non habeat peritiam canonum, debere consulere canonistas, aliàs peccat, ideo in materia legali, legistis, in canonica, canonistis credendum censet, per cap. primum. de operis noui nuncia. & per hoc dixi in facultate decretorum, doctorem in his peritum, esse eligendum, & in facultate legali, legisperitum eligendum, nec sufficeret eligere ad interpretandum canones, doctum legistam contēpto canonum professore perito, per text. & nota. in dict. cap. primo. de consanguinita. & affinita. quia non omnis legum peritus, est canonum peritus, licet sint scientiæ coniunctæ, vt scripsi, in tract. nomina. quæst. quinta. tamen multæ sunt materiæ separatæ, quæ non omni spiritui sunt communes.

Septimum consilij priuilegium est, quia vbi ratione doli veri, vel præsumpti debet peti reductio ad arbitrium boni viri, id est iudicis. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. tamen quando arbiter pronunciauit de consilio peritorum, non habebit locum reductio, quia non potest redargui arbiter, quòd sit in dolo vero, vel præsumpto. Floren. in l. penultima. §. sed & iuris. in fin. ff. de iur. & fact. ignoran. quod vix reciperetur in practica, vt scripsi in rubr. *des arbitres*, in ordinat. regias.

Octauum, quod notarius, qui tenebatur facere testamentum de sapientis consilio, si eius suasione apposuerit clausulas insolitas, & omiserit solitas, excusabitur dictum sapientis insequendo. testis ad hoc nobis est Alexan. in addi. ad Bar. in l. in bonorum. ff. de bono. possess. & referunt docto. in dict. l. iuris ignorantia. Imo si in instrumento scripserit dedit, numerauitque, & pecunia non sit numerata, excusabitur, si hoc ex consilio sapientis fecerit. pulchrè scribit Bald. in l. captatorias. C. de testa. milit. quem refert Ias. in l. singularis. ff. si cert. petat. col. penul. quod est singulariter notandum pro notariis.

Nonum, quia si iudex sequatur opinionem sui præceptoris, vel consilium, excusatur in syndicatu, quia bonus discipulus & doctus, quantum potest defendere opinionem sui præceptoris solet. l. dicere sententiam. ff. de arbit. & persona præceptoris debet videri honesta & sancta discipulo. glos. in l. liberto. ff. de obseq. à libert. Panor. in c. 1. colum. 6. num. 25. de postu. præla. Felin. in cap. 1. in vlt. col. de constit. Bart. in proœ. clem. col. 3. in 49. doctorum priuilegio, & Hippol. in l. patre. nu. 35. ff. de quæstio. & Ferra. cautel. 51. Ias. in l. generaliter. ff. de in ius voc. & l. interdum. de verb. obliga. intellige, vt scripsi in priuileg. scholarium, vbi limitationes videre poteris.

Decimum, quod fit cum consilio inducit gaudium, vt habetur Prouerb. 12. Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. & istud gaudium inducit longiorem vitam, tristitia verò abbreuiat, vt diuus Hieronymnus super Esaiam testatur, & Salomon Ecclesia. 30. cap. Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iocunditas cordis hęc est, vita hominis est thesaurus sine defectione sanctitatis, & exultatio viri est longeuitas. & sequitur. Tristitiā longe expelle à te, quia non est oblectamentum super cordis gaudium, multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. & cap. 38. à tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ceruicem. & sequitur ibi, Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te, & Prouerb. 25. sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi, gaudium verò oblectat. de quo dixi in rub. de approbat. conuen. in verb. gaudentes, in concorda. abundantius ibi vide, & habetur in regimine sanitatis,

*Si tibi desint medici, medici quoque fiant*
*Hæc tria, mens læta, requies, moderata dieta.*

Vndecimum, quia gesta in consilio semper faciunt fidem, quando sunt per publicam personam descripta. l. gesta. C. de re iud. cap. fin. de probat. c. ex gestis, in princip. de cleri. non residen. vbi Panor. not. 1. illum tex. ad hoc ponderat, sed idem in aliis putarem.

Duodecimum, quòd Decretalis facta in consilio, non potest reuocari per episcopum, nec contra illam dispensari. gloss. in cap. cum dilectus. de electio. in verb. in ætate, sequitur Fel. in c. at si clerici. §. de adulteriis. col. 2. de iud. {Barba. in c. quoniam contra. in prin. de probatio.}

Decimumtertium, quòd etiam legatus de latere, licet magnam habeat potestatem, vt tradit Boer. in suo tracta. de digni. lega. ac Ioan. Brunellus, post eum in eo. tracta. tamen constitutioni in consilio editæ, non potest derogare, nec contra eam dispensare. glos. in c. cum dilectus. 1. de præb. iuncto cap. 2. de concessio. præb. & ratio est, quia quod à pluribus sancitur, firmius reputatur. cap. prudentiam. in princi. de offi. delega. & iudicium, quod à plurimis cōfirmatur, est magis integrum. c. extra conscientiam. 64. dist. facit text. in l. fi. C. de fideicom. Deci. consi. 152. antequam, col. 1. Ias. consi. 98. causa. col. 2. vol. 4.

Decimumquartum, constitutio consilij habet clausulam derogatoriam ad futura rescripta, & ideo clausula generalis non obstantibus, non est sufficiens ad illi derogandum, nisi specialis

mentio

mentio fiat de illa constitutione conciliari, vt tenet Archi. in cap. 1. de constitu. lib. 6. Felin. in cap. nonnulli. colum. 3. & sequent. de rescript. refert de Ripa, in rub. de iud. in declaratione suprascriptionis Decreta. primæ, quod nota, quia sæpius vidi in ciuitate Tholosana, dum ibi legebam, & dicitur constitutio conciliaris, siue dicatur in suprascriptione ex concilio, siue in concilio, vt probatur in cap. maioribus, iuncto cap. vacante. de præbend. & in cap. nonnulli. de rescript. iuncto c. olim. de exceptio. & in cap. quia in omnibus. de vsur. iuncto cap. 1. illo tit. in 6. vbi vocatur constitutio concilij, licet in suprascriptione dict. cap. in omnibus. esset scriptum in concilio, idem probatur in cap. de multa. & in cap. graue. & sequen. de prębend. & in cap. 1. de treuga, {& in cap. nonnulli. de rescript.} quamuis docto. in cap. 1. de iudiciis. contrarium dicant, quorum opiniones per ista iura confutantur. Nam quando dicitur ex concilio, intelligitur extractum esse tex. vel dispositionem: quando dicimus in concilio actum esse, & factum id quod sequitur, & ita vtrunque conuenit, si rectè quis intueatur, siue ex concilio extracta sit decretalis, siue in concilio edita, idem est quo ad constitutionis vires.}

*Constitutio conciliaris, quando dicatur.*

Decimumquintum, nam si statutum, vel ordinatio dicat, quod sententia proferatur de consilio sapientis, tunc consilio omisso, sententia est ipso iure nulla. cap. cum in veteri. de electio. Bart. in l. prima. §. si plures. quęstione quarta. ff. de exercito. actio. Bald. in Marga. in verbo, consilium, in secunda quæstione, & ratio potest assignari, quia vbicunque est prius & posterius, ibi est ordo, sed consilium est prius, quàm id, de quo consulitur, igitur, &c.

Item est datus ordo iudicij, ergo eius omissio vitiat. l. prolatam. C. de sententiis & interloc. omnium iudic. præterea, quia consilium potest trahere iudicem ad suam sententiam. l. si in tres. ff. de arbitr. ad hæc sententiæ non debent esse indeliberatæ, sed cum auctoritate consilij prolatæ. l. secunda. C. de senten. ex libello recitan. vbi hoc verum dicit in sententiis, secus in interlocutoriis. Insuper consilium erat de forma & solennitate antecedente actum. verba refero Baldi in tracta. statu. in verb. consilium, & in rubr. C. de exercito. actio. columna 3. quem sequitur Panorm. in dict. cap. cum in veteri. de electio. vide Ioan. Andr. referentem duas opiniones, in addi. ad Specula. in titul. de requisitio. consilij. §. primo. versic. vt autem, in versicul. consilium, exemplum in ordina. Ludo. 12. rubr. *des causes beneficiales*, artic. 15. incipien. Item *& à ce que noz dicts &c.* vbi iudices in dandis prouisionibus, & recredentiis debent habere consilium à sex, vel quatuor ad minus consiliariis, seu practicantibus suæ iurisdictionis, aliàs non valeret sententia. Ita expressim tenet D. Bartholo. Chassa. in consuet. Burgund. in rub. *des droicts.* &c. §. 7. glo. *si ce n'est du consentement*, nu. 29. scripsi abundantius, in dict. ordina regiis, non repetam hic, licet aliàs regulariter quis non teneatur sequi consilium. l. quidam. ff. de administratione tutor. & sic glossa in cap. cum olim. de arbitr. quærit, ad quid debet consilium peti, si non sit necesse sequi, & respondeo esse vtile, quia ex illo consilio potest moueri ille, qui habuit consilium ad aliquid faciendum, quod per se non faceret, & quod à pluribus quæritur facilius inuenitur. 20. distin. cap. de quibus. sequitur Siluest. de prierio, in sua summa, in verb. consilium, in 1. q. & seq. vbi plenè distinguit, & Angel. Claua. in sua summa, in eo. verb. q. 3. & seq. tu illos, si non graueris, videto, & Ias. in l. vniuersa. C. de precib. impera. offerend.

*Cur petendum sit consilium.*

Decimumsextum est, quando collatio debet fieri de consilio talis N. eius omissio vitiat. cap. vno. ne sede vacante, in 6. secundum Panorm. in c. ex parte. de constitu. & ibi quæritur, si nolit dare consilium, vel moriatur, vide glos. in clem. 1. de iure patro. in verb. inhibentes, Panorm. & alios, in cap. cum in veteri. de electio. Domi. & Philip. in d. c. 1. ne sede vacan. in 6.

Decimumseptimum cõmodum consilij, nam facit homines, qui eo reguntur, beatos, & principes triumphare, & in solio maiestatis pacifice sedere, vt legitur Hester primo cap. de Assuero rege, qui centum viginti septem prouincias subegit, & pacifice possedit, quia consilio cuncta faciebat, ob id omnem terram, & cunctas maris insulas reddidit tributarias, Hester decimo cap. Quid enim fecit Alexand. Magnus, nisi ex consilio? quid Iulius Cæsar præclare egisset, nisi consilio paruisset? vt in commentariis suis dignoscitur. Quid de nostro Iustiniano? vt habetur in §. quorum. in prooemio instit. & aliis sexcentis in locis, vnde Policrat. ait. cap. sexto. lib. 5. quòd impossibile est salubriter principatui disponere, nisi consilio sapientum agatur, & Roboam regnum perdidit, eo quòd consilium peritorum audire recusauit. 3. Regum. 12. cap. & pulcher text. in cap. ecclesia. decimasexta quæst. prima. versic. & merito Roboam perdidit regnum, quia, &c. Andr. de Isernia in tit. de milite vassalo, qui contumax est. firmat illum, qui consilio sapientum non acquiescit amittere debet dignitatem. glos. in cap. peruenit. 84. distinct. & ob hoc vxor Loth conuersa fuit in statuam salis (vt scribitur Genesis 19. cap.) quòd consilio angeli non credidit, item Iudas periit, quia consilium à sapientibus non petiit. cap. his potestatis. de pœniten. distinct. prima. & 1. Machabæo. cap. nono. & Iudith 6. Multos alios possem citare, quos breuitatis gratia omitto, sed ista faciunt contra principes vtentes consiliis iuuenum, vel nullis, vt ob id multis malis, bellis, & infinitis destructionibus inuoluantur, & non tantum principes, sed & omnis populus, qui si bono regi consilio vellent, inimici vincerentur, & sub tributo ducerentur, & in potestatem metalla auri & argenti redigerentur, & loca possiderentur, prouinciæque & ciuitates, quæ longè sunt, pacificarentur, aduersarij conuerterentur, destruerentur, & in seruitutem redigerentur, regna obtinerentur, & nomen regis exaltaretur exemplo Dauidis, qui nunquam contra Goliam, nisi consulto Deo, bellum adorsus est, ideo in omnibus victor præliis vsque ad sum-

*Principes utentes consilio bona prospera sequuntur.*

mam senectam extitit, manu promptus bello aduersus Titanas suscepto ferocibus bellator admiscebatur agminibus gloriæ cupidus, incuriosus salutis. Testis est diuus Ambrosius in libro de officiis, cap. decimonono. de fortitudine. Item prudentissimus Alexander Mammeæ filius, nullam constitutionem promulgauit sine viginti iurisperitis, & quinquaginta doctissimis disertissimisque viris, item doctos ac literatos tantum in consilio habuit, vt Aymo Riualius in historia iur. ciuil. in vita Alexand. quarti. & instar Romanorum, qui possederunt omnem locum consilio suo, primo Machabeorum octauo, cap. Nam consilium custodit regem, & prudentia seruat illum. Prouerbiorum cap. secundo. Quamobrem Christianissimus Rex noster multos habet consiliarios, tam magni consilij, quàm aliorum parlamentorum, quorum consilio regi debet. cap. fina. secunda quæstione prima. nam solus non potest gubernare, vt habetur Exodi decimooctauo. cap. Solus illud non poteris sustinere, sed audi verba & consilia, & erit dominus tecum, ostendésque populo cerimonias, & sequitur paulopost. Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent, leuiúsque sit partito in alios onere, si hoc feceris, implebis imperium Domini, & præcepta eius poteris sustentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. ecce quales debent esse consiliarij, & quibus literis eruditi, & scientia, dicam in ordina. Regiis, in rub. *des conseilliers.*

*Quot iurisperiti in cōdenda lege esse solebāt.*

Decimumoctauum, quod quis consilij salubritate sanatur. cap. fina. 47. distinct. & consiliis nos oportet inuicem adiuuari. cap. in præsenti. 13. quæst. 2. iuxta dictum sapientis, Fili nihil sine consilio facias, & post factum non pœnitebis, Ecclesiast. cap. 32. & supra dixi, & hoc à sapiente, vt habetur Tobiæ 4. consilium semper à sapiente perquire. & Ecclesiastici 8. cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent, vt ibi dicitur. Sed contra ista inuenio text. & ibi Panormit. in cap. ad audientiam, de consuetud. vbi dicitur quòd consilium est exquirendum, tam à fatuis, quàm à sapientibus, quia illi habent interdum ingenium eleuatum, & acutius discutiunt vnum casum, quàm sapientes, sicut dicitur de fatuo Parisiensi decidente quæstionem inter hospitem & pauperem, qui cœnam fecerat ad carnis assę fumum & odorem, ob id hospes petebat solutionem, sed fatuus iudicauit fieri debere ex tinnitu pecuniæ, sicut ex odore fuerat pauper satiatus, ita satietur hospes ex tinnitu pecuniæ siue sono, quam quæstionem nesciuisset melius decidere Cato, vel alij Iurisconsulti, ad satisfaciendum animis prudentum. & idem referunt Ioannes Andreas, & Panormit. ac Corset. singu. incipien. testamentum, & ideo communiter dicitur, consilium bonum fatui non esse spernendum propter eius personam, quia isti fatui reguntur impulsu corporum superiorum, & ideo sæpe vaticinantur futura, vt ait Barba. in cap. secundo. numero decimoquinto de testam. Putarem tamen dicendum petendum esse à sapientibus & literatis, & etiam insequendum consilium, sed à fatuis non esse inconueniens, interdum petere, sed non sequi, nisi sit bonum, quia fortuitu aliquando bene dicunt, gloss. in l. omnes. in verb. fortuita. C. de præscript. 30. anno. hinc Bartol. dum volebat quæstionem rusticam artem tangentem soluere, consulebat rusticos, quia vnaquæque quæstio debet committi decidenda in arte peritis. glo. in §. præterea. in verbo longiori. instit. de rerum diuisio. l. si chorus. ff. de lega. 3. mulieres etiam in consiliis interesse non debent. l. prima. & ibi docto. in verbo, virorum. ff. de legib. Lucas de Penna in l. nominationum. columna secunda. de decurio. libro decimo. C. Bald. in l. prima. colum vltim. qui admitti dicit, quod si statuto caueatur, contractus minorum non valere sine consilio coniunctorum, non venient fœminæ, quia illarum non est sed virorum dare consilium, & auctoritatem. l. quidam. §. Papinianus. ff. de administratio. tuto. & Barba. plenè ad quem de veritate Bald. me remitto, in cle. prima. col. 23. & seq. de electio.

*A quibus cōsilium sit habendum.*

*Mulieres à cōsiliis sunt expellendæ.*

Contra istud reperio primo Imperatorem à sua Theodora consilium sumpsisse, in authen. vt iudices sine quoquo suffra. §. hæc omnia. colla. 2. & Calderinus bonus doctor, & multum peritus, vxorem suam consuluit super illa quæstione, an inuitati sint hora prandij vel cœnæ quærendi, & an ad eos mittendum sit, quæ belle respondit, quod ad mulieres, & ad extraneos, qui libenter non se ingerunt, debet mitti nuncius, qui ad prandium illos ducere debet, sed ad familiares non, nisi sint graues personæ, vel nisi domum nesciant, & quæ sint illæ graues, ponit glo. in cap. licet ex quadam. de testib. refert Panor. in c. cum inter vniuersas, in fine de electio. & conciuis meus Boerius in consuetu. Bituri. in §. secundo. de iurisd. omnium iudic. item lumen iuris canonici Ioan. Andr. habuit consilium ab vxore sua, vt ipse, & post eum alij, dicunt in prooemio decreta. quæ vxor solebat dicere bona nomina filiis esse imponenda, quæ si venderentur, deberent magno emi precio, quæ verba sunt optima. Dico mulieres non esse ad publicum ciuitatis consilium vocandas, sed vnusquisque, si velit, non prohibetur domi ab vxore sua consilium petere, & si videat bonum, tenere, & pro hoc videtur facere text. in l. si eum dotem. §. si maritus. ff. solut. matrimo. vbi dicitur de fortuitis casibus, qui marito accidunt, vxorem participem fieri debere, & hoc quotidie faciunt coniugati, qui maximè in lecto secreta suis vxoribus pandunt, quod non debent facere: nam mulieres omnia pandunt eorum veloci lingua, instar serpentis, & ideo quia rem secretam non solent tenere, non possunt esse in consilio, nam consiliarij secreta consilij non debent reuelare, vt habetur in ordina. regiis, vbi plenè scripsi. Et non obstat quòd omnes sunt

vocandi

vocandi ad consilium, in d.l.penul. quia intellige si sint idonei, aliàs secus, argum. l. vt gradatim.ff.de munerib. & hono. & suprà dixi, & ita intellexit patruus meus Iacobus Rebuff.in l. fin. C.de lega.lib.10.

*Artium magistri an ad consiliũ sint vocandi.*

Item artium magistri in l.condenda non sunt vocandi,nec pro statutis faciẽdis, vt docet Alber. in d.l.prima.ff.de legib. quia iura ignorant, Angel.in prooemio insti. in fine: discant ergo leges & canones si velint senatores effici, & ad consilium vocari.Idem dic in poetis & historiographis.l.poetæ. C. de professoribus & medic. idem puto in medicis & aliis.l. qui duas, & sequen. de excusat.tuto.ff. putarem tamen, quod si vniuersitas vellet aliquid statuere in præiudicium omnium facultatum,quòd omnes essent vocandi,& solent omnes prædicti ad actus vniuersitatis vocari, alioqui vniuersitas non diceretur statuere:& tunc iurisperitis acquiescere debent, si agatur de dubio legali, si de quæstione theologa, credendum erit theologis, & idem in aliis facultatibus dicendum est,quinimo nec extranei sunt consulendi, Ecclesiasti. 8.cum extraneis consilium non habeas,alibi declaro.nec æmuli,Ecclesiastic. 37. à zelantibus te absconde consilium. nec subiti,nec iracundi, nam hæc duo sunt potissime consiliis contraria,vt ait Salo.in prouerb. & suprà dixi, nec iuuenes. derelicto enim consilio seniorum, locutus est Roboam iuxta iuuenum voluntatem.2.Paralipome.c.10.& supra dictum extitit.

Decimumnonũ,quia si tutores aliquid agant cum consilio matris pupilli, & consanguineorum,licet male succedat pupillo, tutores tamen non tenebũtur de dolo,vel culpa, in quibus non præsumuntur fuisse, imò factum ex consilio bona fide præsumitur factum,glo. sing.& approbata,in l.polla.infrà de his quibus,vt indig.& Ias.in l.bonorum,prima col.C. qui admitti.& in l.1. C. de transact.Pet.Gerard.singul.57. qualiter,vbi dicit esse sing. ad excusationem tutorum & curatorum.

Vigesimum,licet in obligationibus facti quis non cogatur ad faciendum id quod promisit, si velit soluere interesse, per text. in l. stipulationes non diuiduntur,& ibi Bartho.plenè. ff. de verbo. oblig. l.si quis ab alio.§.fi.de re iud.Fallit tamen, quando quis debet dare consilium,& est presens, nam tunc potest præcise cogi.ita tenet Panorm. in cap.cum in veteri,col.5. nume. 13.de elect.text. fin.iuncta gloss.in l.secunda.ibi inuiti in consensum accipiantur. C. de proximis sacro. scrinio. lib.12.& ibi glo.exponit consensum, id est consilium,& hoc sequitur patruus meus Rebuffus ibi, & Ioan.de Platea,& Bald.in Marga.in verbo con silium, in sexta quæstio. Limitando esse verum, quando petens tenetur sequi, aliàs quis non tenetur dare consilium,argum.l. fin.de legib.supra. & d.l.quidam decedens.§.Papinianus,& l.titium, & mæuium.ff.de administra.tuto.& sic senatores possunt cogi dare consilium etiam contra magnos dominos & principes, postquam officium acceptarunt, & eos cogere poterit præses illius curiæ,sub quo degunt,quod est notandum, quia multi vellent se excusare, ne displicerent principibus & magnis dominis, inter quos habent iudicare.

Vigesimumprimum, quia licet actus debeat fieri cum consilio aliquorum,tamẽ sufficit quod maior pars illorum consentiat,licet non omnes. Ita tenet Panorm. & alij in d. cap. cum in veteri, Bartol.& alij in l.prima.§.si plures.ff.de exercito. actio.nisi mandaretur fieri cum consilio concordi,secundum eundem Panor. & Siluest. de prierio,in summa, in verbo consilium,in vlti. quæst. vel nisi diceretur cum consilio vnanimi,glo.in c. vbi.§.idem quoque,de electio.in 6.

Vigesimumsecundum, quod sententia lata secundum consilium peritorum in arte nõ transit in rem iudicatam.l.diui.ff.de iure patro.docto. in c.proposuisti,de proba.Lafran.in repet.c.quoniam contra,in verbo,testium depositiones, col. 14.de probat.Barba.in 2.quæst.secũdæ partis, col. 4.num.18.tracta.de præstan. Cardina.& in repet. rub.C.qui admitti.col.8.nu.12.Bauer.in præfa. ad rub.de testa.col.2.Petr.Gerardus sing.20.& Hippo.sing.427.plures, dixi in repe.l. quod iussit. 2. notab.nu.148.ff.de re iud.

*Legi editæ cum consilio princeps derogare non debet.*

Vigesimumtertium, quia princeps non debet derogare legi editæ cum consilio, vt est ista, sed tenetur eam seruare,Bolog.hic,nume.6.Christus enim seruabat quæ consulebat, vel præcipiebat, cœpit enim primum facere, & postea docere, Actuum 1. c. Et ipse alibi reprehendit Scribas & Phariseos alligantes onera, & ea non seruantes, Matthæ.23.& ad Rom.2.habetur,qui ergo alium doces, te ipsum non doces, prædicas non mœchãdum,mecharis,&c. Iusta est enim principum auctoritas,si quod populo prohibent, sibi licere non patiantur. alia scribit Alber.in l.princeps. ff. de legi.hodie hæc possent seruari,si horum extaret executor.

Vigesimumquartum,quia consilium ciuitatis totum populum representat,glo.in Rubr.C.quæ sit longa consuetu.l.si ex dolo.§.1.ff.de dolo. Bar. in rubr.ff.de decurio,& alibi consilium mentem populi representare,scribit Bartol.in l. de quibus, nume.10.ff.de legib.& idem Barto.in l. omnibus, ad Treb.inquit,quod per consilium regitur ciuitas,quamobrem factum à consilio ciuitatis, à ciuitate factum censetur per supradicta.

Vigesimumquintum, quòd ciuitas tota vel vniuersitas non debet puniri ex delicto commisso per ciues,nisi perpetratum fuerit ex deliberatione,& consilio ciuitatis.tex.sing.in l. semper. §. si in sepulchro.ff.quod vi aut clam.Bart. in l. aut facta §.fi.ff.de pœnis.Paul.in l. si quis id quod. ff. de verb.obli.Corne.consil.130.in fine,volum. 1.& consi.299.ibidem,& consi.333. col.8.eo.vol. & in decisio.Neapoli.376. scripsi in glo. vniuersitates. in §.monemus,de colla.in concord.

Vigesimumsextum, quia consultori debetur reuerentia,sicut patri. 1. Macha.2. Et ecce Simon frater vester,scio quòd vir consilij est, cũ audite, & ipse erit vobis pater.Luc.in l.1.C. de excus.art. lib.10.& ideo scribo in ordina.regiis,senatores & regis consiliarios esse magnopere honorandos multiplici ratione, quod bene seruant nostrates.

Vigesimumseptimum, quia bonæ rei dare consilium, præsentis habet vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectare debet præmiũ, vt in cap.bonæ rei.12.quæstio.2. & sicut vnguento delectatur cor, & variis odoribus, sic & bonis consiliis anima dulcoratur, qui despicit consilia, irrisu & subsannatione est dignus, Prouerb.c.primo.

Vigesimumoctauum, quia licet quis non cogatur promittere pœnam fideiubendo de iudicio sisti. vt est glo.sing.in l.fideiussor.§.fin. ff. qui satisda.cogan.tamen quando partes cõuenissent, quòd obligatio fieret ad consilium sapientis, poterit sapiens declarare, quod promittens se obliget cum pœna, vt docet Alex. in d. §.fin. Angel. Paul.& alij in l.si pacto.C.de pactis, per glos. in l. ex ea, in prin.ff.de ver.obli.& ibi Imol.

*Quadruplex est cõsilium.*

Et quadruplex consilium reperio, quoddam necessitatis, quod alio modo dicunt reuerentiæ, aliud perfectionis, aliud continentiæ, postremum vtilitatis. Ista ponit Lucas de Penna in rub. de silentia.lib.12.C. col.3. Consilium necessitatis seu reuerentiæ, est quando materia consilij est ex se necessitatis, sed propter reuerentiam eius, cui loquitur papa, vel princeps, vtitur verbo consultiuo & non præceptiuo, hæc sunt verba Panorm. & aliorũ in c.primo, de constitut.col.2. & de hoc loquitur tex.in cle.1.ibi, hortamur, de testi.c.Mattheus, in fin.de simo.6.dist.c.testamentum.

Perfectionis consilium est, vt homines perfectiores reddantur, de quo habetur Matth.5. ca. qui te percusserit in vna maxilla, præbe ei alteram, & qui petit à te tunicam in iudicio, da ei & pallium, Lucæ 6.c.& illud, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, glo.in c.ad aures, de æta.& qualita.

Tertium est continentiæ, quæ non potest præcipi, sed suaderi.cap.integritas.32.quæst.1.& Paul. De virginibus (ait) præceptum non habeo, sed consilium do.

Quartum est consilium vtilitatis, vt sunt communiter omnia alia consilia, quæ non cogitur quis sequi, quanuis vtilia sint.l.2.in fine.ff. manda.l.quidam decedens.§.primo.ff. de administra. tutor.l.consilij.de reg.iur.& in c. nullus ex consilio, illo titu.in 6.docet Felin.& alij in c.primo, de consti.Pan.in c.cum in veteri, nu.12.de elect. col. 4.& quando cognoscatur quod lex præcipiat, vel consulat, scribit Feli.in c.nam concupiscentiam, col.1.& seq.de consti.& an debeat scribi, & quando, per C.vel S.tradit glo.in extra.vna, de immunita.eccle.in communibus.

Et ne sim nimium prolixus vtar remissionibus, ideo vide de concilio generali, & eius auctoritate, ac de aliis conciliis, & eorum inuentione, per tex. in c.1.15.dist.& per totam, per glo.in rub. de auctoritate generalium conciliorum.in prag. etiam Albert.in tracta. statuto. in secunda parte, quæstio.99.Bar.Alexan. & alios in l.si conuenerit.ff.de re iud.Guiller.de Cuno.& alios in l.placet.C.de sacrosanct.eccle.docto. in regula nullus ex consilio.de regu. iur. in 6.& regulam consilij, de regu.iur.ff.glo.& doct.in c.primo, de offi. deleg.& docto. in l. omnes populi.ff.de iusti.& iur. Specula, plenè in titu.de requisitione consilij, per totum, & Ioan.Brunel.in repet.cap.licet, fol.10.de electio. & per conterraneum meum Bonaud. in additio ad Ioan.de Terra rubea, in tract. contra rebelles regum, articul. 3. tracta.primi, in 3. conclu.& Maleret in tract.de elect.fol.79.& vt semel apprehendas, lege Anthonium Rosellum, in tracta.de potesta.Papæ, ac Imperatoris, rubric. de conciliis.

*Scholasticis causa studiorum conceduntur priuilegia.*

## Omnibus qui [i] causa studiorũ.

[i] Causa studiorum) Et sic literarum studiosi gaudere priuilegiis studiorum causa debent, secus ergo si gratia vexandi suos debitores adeant literarum studia, argumento hic sumpto à contrario, quod est validum in iure.l.1.§.huius rei. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. text. in cap. cum Apostolica, de his quæ fiunt à præla. sine consensu cap.quia cessante causa studiorum, debent priuilegia cessare, cap.magne, in fine de voto.imò tanquam falsarij sunt puniendi scholastici, qui tamen debitores conueniendi gratia scholas visitant, teste Iacobo Bonaudo in addit. ad Ioan.de Terra rubea in tract. contra rebelles regum, artic.2.secundi tractatus, versi.8.effectus, in 3. conclu. quia falsum quis dicitur committere, quando vnum agit, & aliud simulat, & cũ fictionibus committitur falsitas. Bald. in cap. quod super, col.1.de fide instru.Panorm.in rubr.de collu.deteg.cui non consentio, sed tantum puniuntur in priuilegiorum amissione, quia priuilegiis aliorum scholarium non gaudebunt isti, qui vexandi suos debitores gratia literarum studia accedunt, & ita seruatur. Nec obstat quòd falsitas committatur, quia diffiteor. Nam aliud est falsum, aliud fictio, vt patet per vocabulorum pluralitatem, & quanuis falsitatem committerent, tamen falsi pœna puniri non deberent, cum nunquam quis falsi pœna puniri possit, nisi dolo commiserit falsum, & in alterius præiudicium, glo. sing. in l.damus.C.ad legem Cornel.de fals. quod non est in hoc casu.

*Quomodo cognoscatur quod scholares sunt in studio studẽdi gratia.*

Sed Bar.hic quærit qualiter potest sciri scholares adire studia studendi causa, & respondet videri standum iuramento eorum: nam quando aliqua dependent ab animo alicuius, eo casu statur iuramento illius.gloss.in §.sed iste, institu. de actio.in vers.nanque, in verbo dicit, altera est glo. in cap.significasti, in 1.de homicidio, facit text. in cap.vt circa, in fine.de electio, in 6.cap.si verò, in secundo de senten.excommuni.in l. si cui. §.1. ff. de accusa.cap.qui & humanis.12.quæstio.2. Vincen.Hercu.in l.si vni.ff.de re iud.Socin. in tracta. fallen.reg. 77. conscientiæ, sed ista dependent à scholasticorum animo, ergo iuramento illorum stabitur. Item aliter sciri non potest, cum nullus sit scrutator cordium nisi solus Deus.cap. nunquid Chain, de pœniten.dist.1.cap.erubescant.32. dist.cap.tua nos.de simo.cap.1.ne sede vacan.Panorm.in cap.nouit, in primo nota.de iud. glo. in clem.vna, in verb. orationes, de reliquiis & vene. sanct.gloss.in l.2.ff.de interroga.actio. ergo debet iuramento scholarium stari. Contrarium tamen firmat idem Bartol.quod imò potest probari, & aliter

aliter sciri, ergo non debet iuramento illorũ stari, & quando probabitur, dicit Bar. per coniecturas, vtpote si scholastici adibant studia cum libris, vel aliàs erant soliti in studio stare, vel ex qualitate itineris. l. si fugitiui, infrà de seruis fugi. vbi si serui in actu fugę deprehendantur ad Barbaros transeuntes ex qualitate fugæ deprehenditur, quod erant fugitiui. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. ibi licet hoc liquido constare non possit, argumentis tamen cognoscendus est, & si bonus miles ante æstimatus fuerit, prope est vt affirmationi eius credatur. Et sic nota ex doctrina Barto. quod ex coniecturis fides elicitur. Item habens coniecturas tres, ex quibus scholaris pręsumitur adire causa studẽdi. & quòd ex coniecturis eliciatur fides, probatur ex diffinitione coniecturæ, quæ ponitur in l. apud, ver. coniectura, infrà de furt. Coniectura est quando sensus tacite ex litera elicitur, sed quando lex aliud expresse loquitur ei standum est: ergo & quando tacite, cum tacitum in multis tamen valeat, sicut expressum, de quibus in l. cum quid, & ibi doct. ff. si cert. pet. Item argumentum à contrario sensu est intellectus tacitus. l. 1. C. de conditio. insert. tamen dicitur ipsa lex. l. qui testamento. §. eius. ff. de testam.

*Coniectura quid sit, & coniecturæ ad probandũ studium.*

Secundò habes ex doctrina Barto. quod magna est coniectura scholastici, quando venit cum suis libris ad studium, vt studendi gratia venire præsumatur: secus si portet arma, vel mittat librum ad studium, & dormiat in lecto, nam tales ostentatores dicuntur & habent scientiam in libro. Fulgo. in l. sub prætextu. C. de transact. quia studere est actus personalis, qui non potest per alium exerceri. l. vna §. ne autem, versi. sin autem. C. de caduc. tollend. vbi dicit Bald. quem non posse per alium studere, nec liberalibus studiis imbui per alium, cap. quem pęnitet, de pœniten. dist. 1. & illis poterit dici, sicut illi qui vxorem suam ad audiẽdam missam pro se mittebat, nam postea vxor intrauit paradisum pro marito, ita studentes qui libros mittunt, & student per suum librum, nullam scientiam vel paucam habebunt, nam liber missus pro illis obtinebit scientiam: studeât ergo per seipsos extra lectum, quia scholasticus iurium in lecto dormire potest, studere tamen extra debet, cum multos habeat libros, quos non posset in lecto studendo percurrere, pauperi tamen hoc permitto hiemis tempore. Potest corroborari doctrina Bartol. hoc medio, nam portans arma præsumitur habere animum maleuolum, glo. in l. licet. supra, de pact. & in §. si quis rusticus, de pace tenenda, & eius viola. & ita scholasticus qui portat libros, præsumitur habere animum studendi, ideo statuto Montispessulani cautum est (vt mihi relatum extitit) scholarem librum portantem non posse capi, nisi ex grauissima causa, quod facit contra illos scholasticos fucatos & venereos, qui dedignantur deferre libros, maxime Auenione, vt scientiã etiam dedignetur eos ingredi, & in illis habitare, quæ vix degit in terra suauiter & molliter viuẽtium, iuxta dictum Fausti,

*In lecto studere an possit scholasticus.*

*Non iacet in molli veneranda scientia lecto.*

*Illa, sed assiduo parta labore venit.*

Secunda coniectura studij est, si solitus erat aliàs in studio agere. Nota duas conclusiones ex doctrina Bart. Prima quod qui in studio degit. præsumitur causa studij esse. Secunda conclusio, quod bonum est argumentum à solitis, nam eo quod quis longo tempore aliàs degit, in studio præsumitur, nunc si veniat cum libris, quod causa studij veniat. Prima conclusio est, qui stat in studio, nota bene verba Barto. stare, non ergo dicit Bart. vagari ante studium vel dispatiari, nam stantes ante studium, dũ lectiones leguntur, semper ante scientiam stabunt, & miseria ante eos, & cum scientia non quiescent, sed cum miseria: stare igitur significat stabilitatem animi, perseuerãtiam, & firmitatem constantiæ, vt scholasticus debeat stare animo, & in loco, & perseuerare de mane vsque ad vesperam, Ruth. 2. c. & constantiæ firmitatem habere, aliàs si inconstans & instabilis fuerit, semper ignarus remanebit, & illis posset dici, qui per momentum temporis, vix possunt in studio stare, & vnam lectionem audire illud quod scribit Virgilius primo Bucco.

*Contra stantes ante studiũ, dum lectiones fiũt.*

*Ante leues ergo pascentur in æthere cerui,*
*Et freta destituent nudos in littore pisces,*

quàm scientia & sapientia, & constantia imbuantur, si de præterito non studuerint, nec in futurum studebunt: ex præteritis præsumitur in futurum, c. mãdata, & c. scribam, de præsumptio. & ibi Felin. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. l. siue possidetis. C. de probationib. & sic qui negligenter student in iure ciuili, præsumitur, quod negligenter studebunt in iure canonico, & contra. secundum Panor. in dicto c. scribam, & idem si in grammatica negligenter se habuerint, nam vix sine grammatica erit bonus legisperitus, imo nunquam: & sic infero pro scholaribus litigantibus in ciuitate Montispessulani, cõtra quos obiicitur quòd non stetit in studio causa studendi, sed vexandi debitores, nam hîc habent Bar. pro ipsis, quod causa studendi steterint ex prædictis.

Secunda conclusio, bonum est argumentum à solitis, nam restituẽdus est miles qui à bello reuersus est, si bonus miles erat. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. nec præsumitur aufugisse sed euasisse, vt ibi. Secundò facit l. exempto. §. animalium. ff. de actio. empt. vbi venditor animalium debet cauere ea sana, & esse, bibere, vt solitum est. Tertiò. l. emptorem. §. Cassius, illo tit. vbi qui consecutus est æstimationem litis ex duplæ stipulatione, nil potest consequi ex his, quæ solent venire in venditionem. Quartò facit l. Iulianus. §. fin. illo tit. vbi ædibus distractis, illa quæ sunt quasi pars ædiũ, solemus dicere esse ædium, & vendita. Quintò facit text. in l. post aditam. C. de impuber. Sextò facit text. in l. si filius qui patri. ff. de vulga. Septimò facit l. item illa. ff. de consti. pecunia, & ibi gloss. Octauò facit l. si finita, in princi. ff. de damno infect. Nonò adducitur l. si quis sub conditione, & quod ibi notat. ff. de condition. insti. Decimò non omitto l. primam, in fin. de confirmand. tuto. Vndecimò, l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. Duodecimò, l. quod si nolit. §. assidua. ff. de ædilicio ædict. Decimoter

cimotertiò.l.si prius.§.primo.ff.de aqua pluuia arcend. Decimoquartò.l.si iactum retis, iuncta glo.ff.de actio.empti.Decimoquintò facit l.excepto.C.de loca. Decimosextò.l.vniuersi.& l.ex præstatione.C.de vect.& com. Decimoseptimò facit clemen.quia regulares,de suppl.negli.prælat.Decimooctauò.l.si quis donaturus.ff.de vsufruct. Decimonono.l.certi condictio.§.si nummos.ff.si certum petat.Vigesimò.l.prima.in fine, de confirmand. tutor.sexcenta fere similia addidi ad dict.l.si quis donaturus, quæ hic non transcribo.

Tertia coniectura Bartol.ex qualitate itineris deprehenditur.l.si fugitiui.C.de seruis fugit.& ibi vide Cepol.col.16.vbi dicit malam esse suspitionem contra eos,qui non vadunt per viam rectam,& publicam.l.2.C.de cursu publico,lib.12.& l.pen.C.de nauicula.lib.11.

Idē si studens inueniatur in itinere lupanaris vel iuxta,præsumitur ex qualitate itineris, quod sit discolus, & vagus, qui non fiet magister.l.prima,de tyro.lib.12.C.Idem si inueniatur iuxta tabernam ex qualitate itineris,presumitur potius tabernarius,quàm bonus scholasticus,nisi ex aliis contrarium appareat.

Quarta coniectura est vltra Bart.quod si studiosi iuxta scholas velint morari,cap.quanto,de præsumptio.ibi quanto viciniores estis, credo quod subtilius cognouistis, & sicut vicinus præsumitur scire facta in vicinia.l.si vicinis.C.de nuptiis,ita præsumitur quod scholaris lectiones audiat & sciat quando est iuxta scholas, interdum vidi contrarium Tholosæ, nam vagi & discoli iuxta studium volebant habitare ne prefectus vigilum eos in vincula coniiceret & caperet, vel non ita facile sicut si lōge à studio distarent,non est tamen hoc præsumendum,sed quod is qui est iuxta scholas velit studere, & quod ibi causa studendi est hospitatus.

Quinta coniectura est, si lectiones audiat, & frequenter,c.ex studiis,de præsumpt.ibi, auditioni sapientum, & dicit ibi Panorm. magnum signum bonitatis est audire, & consulere sapientes.& Hiero.super Esa.lib.2.Beatus est qui per se sapit, secundo qui sapientes audit. is autem qui vtroque caret,inutilis est,tam sibi quàm aliis, & ideo dicitur Lucæ 2.cap. cum Christus esset annorum duodecim per aliquot dies à parentibus abditus fuit, demum inuentus in templo sedens in medio doctorum, audiens illos & interrogās, & Bald.in d.c.ex studiis,dicit, *è pericoloso cognoscere la spina, si nella vecchiezza deue pungere*, nēpe sapiens audiendo sapientior efficitur, teste Salomone,Benedict.in repet.c.Raynutius.in ver.adiecte,nu.42.de testa. magna ergo est coniectura boni scholastici,quando libenter audit,& omnes lectiones, maxime quousque fuerit scientia præditus,contra fatuos scholares,qui tantum vnam, vel duas lectiones in dies audire volunt: nam ij multis materiis præditi non erunt, sed pro duabus tantum lectionibus.

Sexta coniectura est, quod si à cunabulis bene sit instructus & literatus, tunc præsumitur velle amplius studere, per text.in d.cap.ex studiis,& c.pen.de præsumptio.ac in §.fi.in proœmio insti.

Septima si sit continens,d.cap.penul.de præsumptio.licet pauci & maxime scholares reperiantur,c.quia sanctitas.50.dist.& dixi suprà, in priuilegiis abundantius.

Octaua,si sit solicitus,& inquirat dubia,glo.in cap.vno,de duobus fratribus.de nouo benefi.inuesti.quod est verum,si causa discendi hoc faciat, secus si per gloriam,vt tentet suum preceptorem, tunc tentans ille confusus abibit instar diaboli tentantis Christum,Matthæi 4.c.

Nona,si libenter scribat,quando audit,vt videtur inferre Bar.in authen.sed nouo iure.C.si cer.pet.& l.contrahitur, de pigno.quod optime seruant vltramontani,Parisienses,& Britones.

Decima,si lecturas præuideat,sicut tela præuisa minus lædunt,sic lectiones præuisæ melius intelliguntur.l.fin.de indict.lib.10.C.& ibi Bar.allegat alia iura.

Vndecima, si in cubiculo lecturas relegat in authen.de quæstore, in verbo, transitorio,col.6.suprà in necessa.dixi.

Duodecima, si sit pacificus, vt in Euangelio legitur, Beati pacifici,nam rixosi in vniuersitatibus commorari non debent,sed in carceribus, & domus propriæ eorum sunt carceres,ne alios bonos inficiant,arg.l.si conuenerit.ff.pro socio,facit quod dicit tex.& ibi patruus meus Rebuff.in l.2.C.de pascuis publicis,lib.11.vbi dicitur,quod animalia morbosa,possunt ab aliis expelli,aliàs personas à ciuitatibus expellendas, scripsi in ordina.regiis rub. *que les ribauldes communes soient iectees hors des bonnes villes*, aliæ supersunt coniecturæ quas poterit iudex ex illis arbitrari.

## Peregrinantur [k] scholaribus.)

*Ciues an hæc priuilegia obtinere debeant.*

[k] Peregrinantur.Collige ex textu, quod Imperator indulget priuilegia scholaribus, qui peregrinantur,ex quo infertur, quòd ciues non habebunt hæc priuilegia,quia istud relatiuum qui,restringere videtur ad peregrinantes tantum, & ipsi ciues non peregrinantur,ergo,&c.Item tex.dicit concedi eo quòd sunt exules, sed ciues non sunt exules,sic cessante ratione legis,cessabit eius dispositio.l.quod dictum.ff.de pact.l.adigere, de iure patro.c.cum cessante, de appella.ad hæc peregrini multis periculis se exponunt, vt hic dicitur,ciues non,præterea tex.in l.milites, de re milita.lib.12.infrà, docet milites domi quiescentes, non gaudere priuilegiis aliorum existentium in bello:sic nec scholastici ciues:cum bonum sit argumentum de milite ad scholarem.l.aduocati.C.de aduoc.diuerso.iud.l.miles.ff.de re iud.quidam distinguunt inter laicos scholasticos & clericos,sed ego puto sine distinctione (nisi in iudicibus,vt infra dicam)hæc priuilegia,tam ciuibus, quàm extraneis concedenda esse, & tam clericis, quam laicis,quod sic probatur,hæc authen.indulget scholaribus,sed ciues scholares sunt,vt exteri, licet forte quidam non adeo vacent literis in sua patria,cum sint inescati circa culinam domi, & blanditiis mulierum impulsi.Item qui habet nomen,& nominis effectum habere debet.l.à nullo.

C.de

C.de feriis.l.decernimus,de episc.& cler. cap. cor episcopi.68.dist.etiam hic tex. loquitur generaliter de scholaribus, ergo generaliter debet intelligi.l.de precio.ff.de public.in rem actio.c.si Romanorum.19.dist.c.præterea,de offic.delega. insuper ciues studentes de diuitibus fiunt pauperes, & seipsos amore scientię exinaniunt, acriter studendo,ergo his priuilegiis gaudere debent, sicut peregrini:fateor tamen aliqua priuilegia dari peregrinantibus, quæ ciuibus scholasticis nō dantur, hæc videlicet, vt veniant secure ad literarum studia,& alia, quæ non possunt ciuibus conuenire, alia verò omnia dantur, & scholasticis peregrinantibus, & ciuibus, aliàs studentibus daretur materia vagandi, qui suapte natura ad hoc sunt satis procliues,sicut mulieres.Non obstant, quæ in contrarium adducta sunt,primo,quod in ciuibus cesset causa peregrinationis,fateor.ergo cessabit dispositio,diffiteor, quia quando sunt duæ in vna lege vel articulo rationes, vna cessante, non cessabit actus.§.affinitatis, insti. de nupt. l. si non lex.ff.de hæred.insti.l.liberorum.§.notatur,de his qui not.infa.l.si ventri.§.in bonis,de priuile.cred. Barb.in c.Raynaldus,col.164. de testam. sed hic quanuis cesset vna, videlicet causa peregrinationis,non tamen cessant aliæ prædictæ, nempe ciues in eorum ciuitatibus efficiuntur doctores, & iura publice interpretantur,sicut exteri,ob id informant subditos ad obediendum Deo,&c.ergo habebunt hæc priuilegia. Imo dicit Bolog. cum extranei non legant,non possunt habere hoc priuilegium,sed male dicit, cum non concedantur propter lecturam,de qua in tex. nullum verbum fit,licet alleget Panor.in c.quia nonnulli, de magist.vbi dicit, quod magis proficit ecclesiæ vniuersali doctor legendo, quàm simplex curatus sacra ministrando.c.cum ex eo, de electio. lib. 6. sed omnes non possunt legere,quia oportet primo audire, & discere, & longo tempore,& postea docere.c.sic viue.16.quæst.1.

*Clerici scholastici corā quibus cōueniri poßint.*

Quid in clericis? an possint conueniri coram præside, & aliis iudicibus secularibus hic statutis scholasticis. Io.de Deo, Vber.de Bobio, & aliqui antiqui voluerunt dicere hanc authen. habere etiam locum in forensibus clericis,per hunc tex. in verb.peregrinantur,videlicet, vt possint conueniri coram episcopo loci,in quo student, huius sententiæ est Specu.in tit.de reo,in princ. ver. sed quid si scholaris,& Anto. in cap. si diligenti, de foro compet.quod intelligit Ioan.Calde.ibi, si talis clericus sit de licentia sui prælati in studio, aliàs secus, prout refert hic Bologni. qui dicit istam sententiam communem,per text.in cap.significasti,de foro compet.vbi text.ait,quod clericus potest coram iudice ecclesiastico litigare, si volūtas sui episcopi accesserit,ergo poterit scholaris clericus, qui est in studio de voluntate sui episcopi, in eo conueniri coram episcopo loci, vbi est studium, vel coram rectore, vel doctore, quod sic probatur, Qui facit actum, non solum in illum consentit,sed & aliis, in quibus dispositio legis loquitur.tex.singul.& melior iuris in l.si duo.ff. de acq. hæred. secundum Barba. in cap. Raynaldus,col.4.de testam, allegantem Bald. in d.l.si duo,& ibi Paul.dicentem,quod si quis constituit se ciuem in aliquo loco, videtur consentire oneribus consuetis imponi in illo loco, text. mirabilis,in l.fideicommissa.§.si seruo.ff.de lega. 3.vbi Bald.dicit, quod quis non præsumitur velle,quod non est fieri consuetum.l.fin.C.de fideicommis.sic ergo episcopus dando licentiam studioso eundi ad studium,videtur per consequens concedere licentiam litigandi coram iudice ecclesiastico loci studij, probat glo. vlt. in l. si longius,in fi.ff.de iud. Secundo, hæc authentica est priuilegiatiua, vt nemini non patet, sed regula ponitur in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. quod constitutio priuilegiatiua valet quoad clericos, ergo habebit locum etiam in scholaribus clericis.{Barba.plenè in c.ceterum col.3.& seq.nu. 14.de iudic.}

Limita tamen supradicta secundum Bologni. hic non habere locum in causa criminali,in qua scholaris clericus, poterit conueniri tantummodo coram episcopo loci, in quo studet, vt tenet Panor.& alij,in d. c.si diligenti, quia sortitur forum ibi ratione delicti.c.fin. de foro compet. c.1. de priuileg.in 6.

Secundò limita quoad ordines,quos non poterit sumere ab episcopo studij,sine facultate episcopi originis,vt expresse decidit Panor.in c.nullus,de parroc.& Philip.Perus.in cap.eos, de tempo.ordin.in 6.nisi suam ciuitatem,& episcopum, propter necessitatem hostilitatis perdidisset, per text.in c.clericos.71.dist.& ibi docto.Imò si ordinatus esset à non suo episcopo,non gauderet priuilegio clericali, si sine literis dimissoriis, quia contra iuris ordinationem,vt est text. & ibi not. docto.in cap.primo,& 2.de tempo.ordina.in 6.& ita fuit iudicatum,prout tenet D.Chassa.in consuetu.Burgund.in rub. *des iustices*, §. 6. in gl. *sont creuz*, in fine,licet Guido Papæ, per aliqua fundamenta velit tenere contra, in suis decisionibus, quæstio. 449. vt scripsi in tractatu nomina. quæstio.22.nume.12.& in tractatu,de pacifi.poss. nu.191. & ideo quando episcopi honoris conferunt ordines in episcopatibus alienis, debent de licentia & non aliàs ordinare,de qua licentia tenetur probare ordinatus,si opponatur,secundum Chassa. vbi supra, quia quando delegatus citat, tenetur ostendere copiam rescripti,ex quo habet iurisdictionem. Felin.in c.cum in iure, per illum tex.de offic.delega.ita episcopus quando ordinat licentiam episcopi loci,in quo ordinat ostendet, quæ satis probatur, quando sigillo episcopi loci literæ ordinis sigillantur,per nota. in c. tertio loco,de proba.quia præsumi debet,quod episcopus in signum concessę facultatis suum sigillum pręstitit, nec debemus pręsumere, quod episcopus exterus illud subripuerit.l.merito.ff.pro socio.

*Conferendi ordines,quo modo probetur licentia.*

Tertiò fallit, quando consuetudo, vel priuilegium, in contrarium se haberet, vt in hoc regno Franciæ, in quo seruatur, quod scholastici clerici etiam inuiti conueniantur,& agant in realibus coram conseruatoribus regiis,& sic coram iudicibus laicis : sed contra videtur.nam hic episcopi consenserunt, & abbates, vt apparet ex text.ibi,episcoporum,abbatum.&c. ergo videtur quod

quòd scholastici clerici possint conueniri etiam coram præside, vel alio iudice laico, contrarium teneas, quia singula sunt singulis referenda. nam studentes clerici coram episcopo, laici coram iudice laico conuenientur. & non obstat iste tex. quia dispositio Imperatoris non potest præiudicare clericis, per text. in cap. inolita, & c. placuit, 11. q. 1. cap. si diligenti, de foro compet. quippe lex Imperatoris, constitutiones summi pontificis tollere non potest. cap. ecclesia. de consti. & ibi plenè Panorm. & alij post eum, facit text. in cap. bene quidem. 96. dist. authent. statuimus, de episcopis & clericis: nam de iure diuino, clerici sunt extra iurisdictionem Imperatoris, glo. singul. in cap. si Imperator. 96. distinct. late Aufrer. in repet. clem. 1. de officio ordina. dixi in fine concorda. in glo. ad hæc non potest ius diuinum inferior, videlicet Imperator immutare, cle. ne Romani, de electio. Cardi. in c. perpendimus, de sentē. excom. Panorm. & alij, in c. at si clerici, & c. cum non ab homine, de iud. Fel. in c. 2. de maio. & obedien.

Nec obstat episcoporum consensus, & abbatum, quia contra ius canonicum consentire non possunt, nec statuere. c. quod super, de maio. & obedien. & ibi docto. Ioan. And. in c. fin. de offic. archipresbyteri, glo. in cle. ne Romani, de elect. & ita tenet hic Bolog. sed hæc non est solida responsio, quia in multis casibus episcopi dispensando statuunt contra ius canonicum. Casus habes notatos per Specul. in tit. de lapsis. & dispensa. §. nunc de episcoporum. & per Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio. in 4. parte. quæstio. 7. Sed melius possumus respondere, quod de iure diuino clerici sunt exempti, vt supra dixi. Igitur contra ius diuinum non potuerunt statuere, & etiam episcopus contra constitutionem consilij non dispensat, glo. in cap. cum dilectus, de electio. & supra latius dixi, igitur consensus episcoporum nihil potuit facere, nec abbatum, maxime cum hæ constitutiones sint conciliares, vt in d. c. inolita, cum seq. 11. quæst. 1. facit glo. in cap. in istis. 4. dist. dicens sententiam papæ pręualere sententię omnium episcoporum mundi, imo Imperator consilia approbat sicut euangelia, in authenti. de ecclesia. titul. & in l. 1. de summa trini. & Papa idem facit in cap. post translationem, de renunciatio. non refragatur quod no. D. Chassa. in consuet. Burgund. in rubric. *des droictz*, in §. 7. in glo. *que lesdictz contraulx*, nume. 59. in vers. nunc venio, & in rubr. *des bastardz*. §. 5. in princ. cui respondeo, quod in aliis terminis loquitur, videlicet quando est consuetudo laicorum & clericorum, tunc etiam secundum eum clericis præiudicat, cum tres status patriæ consensissent, non tamen valeret (vt abundantius alibi dixi) quod clerici coram laicis conueniantur, cum illorum priuilegium, vt dictum extitit, sit de iure diuino, non obstat istud relatiuum qui, quod restringere dicitur in aliquibus casibus, & interdum declarare, vt hic, scribūt docto. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

## Et maximè diuinarum, atque [l] sacrarum legum.)

[l] Sacrarū legum) Nota scholaribus cuiuscumque facultatis, hæc concedi priuilegia, & maxime legum studiosis, & sic per istum text. non sunt magis priuilegiati scholastici theologię, quàm legum, vel canonum, vel artium magistri, vt supra in vlt. priuilegio scripsi, nēpe dictio maxime importat, idem in alio casu, & per maiorem rationem, vt est text. sing. iūcta glo. in l. illud, in fi. ff. ad leg aquili. secundum Bald. in Marga. in verbo, matrimonium, in 13. q. & in l. fi. C. de fideicommis. & idem de dictione magis, præcipue, præsertim, & potissime, secundum Lucam de Penna, in l. 2. col. 2. in fi. & 3. in princi. de præb. curia. lib. 10. C. quandoque ponitur pro tantum, ca. ad abolendam, de filiis presbyterorum. Panorm. in cap. charissimus. in fine, de conuersio. coniugato. Aliquando comparatiue, per l. qui se patris. C. vnde liber. & hoc secundum vnū intellectum, & in l. prouinciarum. C. de feriis, quandoque superabundant secundum quosdam, vt in authent. de manda. princip. in §. sit tibi quoque, colla. 3. vbi glo. sic dicit. Interdum pro certe capitur, insti. de pœna temere litigan. in princ. aliisque multis accipitur modis, quos, si lubet, poteris videre, per Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. maxime. Alex. consil. 77. visis, in fin. vol. 3. Panor. & alios in c. auditis, num. 7. de elect. & in c. damnamus, de summa trin. & Barb. in c. quoniam frequenter, vt lite non contesta. in §. si verò, Iaso. in d. l. qui se patris, & in l. ita stipulatus. ff. de verbo. obliga. & consil. 63. col. 4. vol. 3. ac Carolum Ruinum, in repet. §. & quid si tamen, col. 54. & ibi in additi. l. gallus. ff. de liber. & posthu. Igitur his legum studiosis pręcipue priuilegia concedere voluit, quia boni iurisconsulti omnes tuentur, regunt, & omnibus prosunt, vt scripsi in §. preterea, in glo. iuris canonici, de colla. in concorda. cessent ergo alię facultates obloqui contra facultatem iuris canonici, vel ciuilis, cum istæ tueantur priuilegia aliarum, defendant, & eis scribant, cum gratiarum igitur actione recipere illa debent, ne maledicendo tanquam ingrati, his priuari mereantur.

*De dictionibus maxime, præsertim, & aliis.*

*Facultas canonica, & legalis, omnes alias protegunt.*

## [m] Professoribus.

[m] Professoribus.) Nota, quòd nō tantum competunt hæc priuilegia scholaribus, sed etiam & multofortius doctoribus, qui professores appellantur. in rub. C. de professo. & medic. lib. 10. & de professo. qui in vrbe Cōstanti. comiti. meruerint, lib. 12. tamen hic videtur intelligere de scholasticis, vt præcedentia declarent istud verbum, professoribus, qui profitentur audiendo, & studendo, sed Andre. de Isernia, in rubr. de statutis & consuetu. contra liberta. eccle. in ver. legum professoribus, firmat omnia ista priuilegia, quæ doctoribus conuenire possunt, eisdem competere, & horū occasione Bologninus cumulat hic priuilegia doctorum, quæ ante eum scripserat Cardi. in clem. fi. de magist. col. 3. & Barba. plenè, in procemio clemen. octogintatria, quæ transcripsit Petrus Lesnaude. in opusculo de doctoribus, & vltra ibi scripta, adde aliud, quod verberans doctorem potest puniri. l. Iulia, de vi publica. l. lege Iulia, in prima. §. fin. ff. ad leg. Iuliam, de vi pub. vt expresim docet Guido Papæ in statuto, si quis, in ver.

*Priuilegia competētia scholaribus, & doctoribus dantur.*

in verbo, communi æstimatione. col. 16. & quilibet potest illorum prosequi iniuriam, quia est actio popularis. l. 1. ff. de iusti. & iure.

Item inquantum Bologn. hîc dicit, quòd doctor non debet torqueri, licet iudicia sint contra eum, instar militis. l. milites. ff. de quæstio.

Idem in aduocato tradit Barthol. in l. 1. C. de aduoca. diuerso. iudic. Nec valet consuetudo in contrarium. per text. singul. in l. omnes. 1. de decurionib. lib. 10. infrà. secundùm Roman. singul. 488. milites. & additio. ad Bart. in l. 1. de dignita. lib. 12. C. Boer. in repetit. l. consentaneum. col. 12. quomodo & quando iudex. Alexand. & alij in l. centurio. col. 9. ff. de vulga. nec nobiles, vel alij in dignitate constituti. d. l. omnes. vbi Pyrrhus limitat in criminibus hæresis, maiestatis, simoniæ, & aliis, de quibus ibi per eum. In hoc tamen regno Franciæ hæc iura non seruantur: nam siue fuerit miles, siue comes, baro, siue doctor, nemini in delictis indulgetur: & ita fuit latum arestum, vt Aufrer. scribit in stilo Parlamen. aresto 16. & Ioan. Gallus, in quæst. per aresta. quæst. 45. & Benedict. in repet. c. Raynutius. in verbo, testamentum. in 1. nu. 48. & ibi, in addit. & in verbo, mortuo. num. 222. de testam. quia reatus omnem honorem excludit. l. 1. C. vbi senato, vel clariss. & aduocato fuit inhibitum in Parlamento, ne amplius allegaret illa iura, & me existente in ciuitate Tholosana, seruari audiui, de quodam filio capitularij, qui accusabatur de præda commissa, cum præfecto vigilum Guisoti: nam aduocato alleganti fuit interdictũ, ne haberet illa iura allegare, & ille fuit suspensus cum aliis. Crederem tamen quòd doctores, & prædicti non torquebuntur in paruis criminibus, nec in grauioribus criminibus, sine grauibus indiciis, & magis vrgentibus, quàm in aliis personis, vt scripsi in glo. concorda. in verbo, regium aduocatum. in versi. decimumoctauum. rub. de elect. deroga. quod est not. alia scriberẽ doctoribus priuilegia, sed cùm sint per alios descripta, missa faciam. Verumenimuero cum nullus, quem viderim, hactenus priuilegia scholarium dictauerit, ea cumulare volui, vt scholasticos ad literarum studia priuilegiis pro virili inducere possim, vos æqui bonique consulite, & meam operã gratis vobis oblatam (quæso) non dedignemini.

## Hoc nostræ pietatis [n] beneficium.

n Beneficium.) Collige ex hoc tex. secũdùm Bologn. quod Imperator est astrictus iure naturali ad benefaciendũ scholaribus benefacientibus, quia benefacienti benefacere iure naturæ tenemur, l. sed & si lege. §. consuluit. de petitio. hæred. ff. adde text. in l. si, nõ sortem. §. libertus. ff. de condit. indeb. l. si pignore. de furt. l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. manda. l. si quidem de actio. & obliga. C. l. libertos. de excus. tut. glos. in l. 1. ff. de obseq. à liber. & gl. in d. l. sed & si lege. ait, quòd omnis creatura mouetur ad benefaciendum benefacienti, & ex instinctu naturæ procedit, vnde dicit glo. in cap. illud. 8. q. 2. humanum esse, quod reuerẽtia exhibeatur illi, à quo percipitur beneficium, & magis diligantur benefactores, quàm alij, & maior reuerentia exhibetur danti, quàm non danti. hinc dicit patruus meus Rebuff. in l. nemini, de cõsul. lib. 12. C. quod dando placet homo, accipiendo displicet. inde glos. in c. cum Marthæ. de celebra. missa. hos versus describit,

*Temporibus nostris quicunque placere laborat,*
*Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.*

Et dicitur in Apophthegmate 15. beneficium addere longè magis legale est, quàm auferre: inde Marcialis coquus inuehitur contra Scęuolam, quia aliorum hospitia frequetabat, & nullus sua, hos scribens versus, quos gl. refert in c. 1. de dona.

*Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te.*
*Alterius siccas pocula, nemo tua,*
*Aut tu redde vices, aut desine velle vocari,*
*Dedecus est semper sumere, nilq́, dare.*

Et istud proprium est nobilium, videlicet dare, in d. c. cum Marthæ. Panor. in consil. 12. in 1. vol. in 2. dub. scribit de Curti. in tracta. nobilita. in 5. parte, in 4. priuilegio nobilium. per text. in cap. grandi. de supplen. neglig. prælat. in 6. & ibi latè Corset. in sua repet. parũ tamen videtur iste text. cõuenire ad adducta. per Bolog. sed videtur probare, quòd pium est scholaribus benefacientibus benefacere, pseudoscholasticis non: verùm meritorium arbitror istos ad scientiam capescendam aliquando disciplinis & verberibus incitare. arg. c. displicet. 23. q. 4. aliquando carceribus, & ligaminibus. c. ipsa pietas. ibid. & multos mea memoria per carceres ad frugem melioris vitæ peruenisse vidi, qui fortè gladio periissent: interdum per alimentorum subtractionem reducuntur. vt per Doct. in l. cum filiusfamil. viaticum. ff. si cer. pet. & suprà in priuilegiis scripsi.

## Indulgemus: vt ad loca in quibus [o] literarum exercentur studia

o Literarum studia.) Et sic studens quocunque se transferat ad literarum studia, gaudere debebit priuilegiis, dũmodo ibi fuerit studium approbatum, vt hîc, & sic priuilegia conceduntur literarum studiis, non ergo studiis artificum, licet studium versetur circa artẽ. l. 1. de abigeis. Luc. de Pen. in rub. C. de stud. liber. vrb. Rom. lib. 11. sed propriè studiũ est circa sciẽtiam, vel actum virtutis, ex quibus præcipuè pax nascitur: nam ex Pallade, quæ est sapientiæ Dea, nascitur oliua, quæ est signũ pacis & concordiæ: denotans quòd ab his qui dant operam sciẽtiæ, pax & concordia procedunt. Luc. de Pẽna, in l. 1. col. 1. C. qui ætate. lib. 10. arg. c. ex studiis. de præsumpt. quod facit contra seminãtes discordias, vt diabolicam videantur habere scientiam.

## Tam ipsi, quàm eorũ [p] nuncij.

p Nuncij.) Priuilegia ergo cõpetentia studentibus competunt eorũ nunciis & seruitoribus. suprà abundantius scripsi in priuileg. Bal. in proœmio Decret. Gregorius nu. 8. dicit intelligẽdum de famulis, quos scholares circa se, non de illis, quos ruri habent. l. qui penum. §. sed quod diximus. ff. de penu. lega. & hîc continentur illi tantùm, qui inter famulos sunt recepti ad seruien-

Benefaciendũ est scholasticis benefacientibus.

Scholares ad studium quomodo incitentur.

Sciẽtia mater est pacis.

Scholasticorum famuli gaudent priuilegijs suorum dominorum.

dum eis præsentibus.l.2.§.legatis. vbi nota. ff.de iud.l.1.§.familiæ.ff.de publica.

*Quale priuilegium sit ire, redire, & habitare securè.*

Veniāt & in eis securè habitēt.

Veniant) Nota ex tex.secūdùm Bal.Salic.& Bologn.esse priuilegium posse ire,redire,& habitare securè, contra hoc quidã insurgunt his verbis,quod iure communi conceditur, frustra impetratur.l.vna.C.de thesauris.glo.in c.fin. de decimis.Ias.in l.de pupillo.§.si cui opus. ff.de oper. noui nuncia. sed iure communi quis debet ire securè,& habitare: nam latrones puniuntur, dicit Bar.nil allegat.possumus allegare tex.in l.cōgruit.ff.de offic. præsid. vbi ad officium præsidis spectat, vt prouincia malis hominibus careat, pacataque sit,& quieta,& homines securè viuãt: ergo frustrà hîc conceditur. Respondēt Bar. Bal. & alij operari istud verbum,securè, in tex. positum, quòd scholastici non tenebuntur soluere vectigalia, & sunt ab aliis oneribus exempti, vt dicit glos.in hac authen.aliis etiam de iure communi datur securitas veniendi,& habitandi. d.l. congruit. sed non sunt ob id exempti ab onerum solutione. Et nisi istud firmaremus, verba priuilegij de nihilo operarentur, cōtra l.si quando.ff.de legat.1.l.si stipulatus.de vsu. l.1.in fin. ad municipal. vel dicit glos. licet competat de iure communi, ex quo erat speciali nota dignum, fuit necesse exprimere. l. item apud. §. hoc edictum. sub §. ait prætor.ff.de iniuriis. Vel Cynus & Bologni. dicunt, quod istud fuit hîc expressum, & de necessitate. quia contra hæc priuilegia consuetudo inoleuerat,vt quilibet siue scholaris,siue alius pro rebus solueret vectigalia:ideo Imperator reprobat illam cōsuetudinem,& hoc videtur innuere text. quando dicit ex peruersa consuetudine, sed illud verbum refertur ad iniuriam non inferendam scholasticis: ideo ista vltima solutio videtur diuinatiua, quare prima solutio videtur melior.nam tex.permittit securè ire,non solùm propter vectigalia, sed etiam propter represalias contra studentes non concedendas,& alia onera, quæ aliis imponuntur, quæ à studiosis debent esse aliena, & ideo occasione præmissorum Bart.quærit, quia iste tex.nihil dicit de recessu, vt scholares securè recedant, si sit securitas data ad veniendum,& standum, an cēseatur data ad recedendum.Bart.se remittit ad ea quæ ipse not.in l.vtimur. ff. de sepulch.violat. & ego etiam ad illa quæ scripsi inter priuilegia his nunc contentus priuileg.151.

*Intentio legislatoris ad bonū cōmune dirigi debet.*

Dignum nãque existimamus.

Dignum) Nota hanc rationem, quare Imperator has prærogatiuas & priuilegia concedit scholaribus,quia dignum est,vt omnes bona facientes,nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur, &c. Quæ ratio secundùm Baldum denotat causam communis boni,& sic notandum est, quòd intentio legislatoris debet ad bonum dirigi commune, quod potest contingere tribus modis. Primo modo ad bonum commune simpliciter, & hoc modo conceduntur priuilegia reipublicæ, & fisco. l.prima. C.de condiction. ex lege. & ex hoc capite exterminandi sunt, qui reipublicæ nocent, vt suprà, de summa Trinita.l.nullus.& l.secunda, de malefic. & mathemat. & l. congruit.ff. de officio præsid. vnde propter insigne maleficium, potest fieri statutum in delinquentem post delictum commissum. l. amissione. §.qui deficiunt. ff. de capitis diminut. Secundò,fiunt statuta ad bonum commune cognationum, & familiarum: vtpote, quod masculus in successione fœminæ præferatur propter bonū agnationis conseruandum, vt l. prima. §. publicæ. ff. de ventre inspicien.not. in §.item vetustas. de hæred. quæ ab intesta. deferunt. Tertiò,tendunt statuta ad bonum singulare alicuius, qui meretur priuilegium ratione virtutis,vt hîc.& l.Aquilius. ff. de donatio.& l.si pater.illo tit.& l.1.de iustit.& iur. scribo fusius in præfat.ad ordin.regias.Sed quæro, an scholares Galli & Hispani habeant hæc priuilegia? & videtur quod non, quia vltra subditos constitutio non extenditur.l omnes populi.iuncta glo.& doctrina Docto.ff.de iusti. & iur. text.in cap.canonum statuta ab omnibus custodiantur.de constitutio.vbi glo.& Docto. dicunt ab omnibus subditis: nam infideles non ligantur constitutionibus Roma.Pontif. facit c.fina. illo tit.in 6.& glo.in prooemio pragmat.sanctio. in verbo,vniuersis. sed Galli nō sunt subditi imperio. c.per venerabilem. qui filij sunt legi.damnata.glo.ibi.quæ dicit de facto,quia nec de iure, nec de facto, prout latius probat domi. Ioannes Igneus,in tract.an Rex Franciæ recognoscat aliquem in superiorem,nec Hispani.gl.in c. Adrianus.2. distinct.63. quia regnum ab hostium faucibus eruerunt,vt glo.ibi asserit:igitur ista priuilegia non habebunt.

Item, in Francia leges non obseruantur, nec in Hispania: ergo nec priuilegia,prout suprà dixi, allegando Bened. in prooemio c. Rainutius. Item extra territorium iudici impunè non paretur.l.fin.ff.de iurisdict.omn.iud.cap.fina. de constitut. in 6. Contrariū arbitror verum per hanc rationē prædictam,cùm sit pium.Secundo,quia leges seruantur tam in Francia, quàm in Hispania,tanquam rationabiles:ergo ista tanquam rationabilis seruabitur. Tertio, quia sunt approbatæ ratione lecturæ,eo quòd ibi in studiis publicis legantur.Item ratione consuetudinis, nam à tanto tempore consuetum est, cuius memoria non est in contrariū,ista priuilegia seruari scholaribus Frāciæ & Hispaniæ:ergo & nunc eis seruare debent, & iniquè faciunt non obseruantes scholaribus hæc priuilegia:& contra illos potest agi pœna huius authen.de qua infrà dicetur. Itē scholares vbique agentes, habent nomen: ergo & effectum habere debent.l.à nullo. C. de feriis. Non obstant supradicta,quia do instantiam per c.ecclesia.de constit.vbi priuilegia per laicos cōcessa,extenduntur ad clericos,quāuis clerici non sint laicis subditi. Item sunt approbata per Regem,& eius Parlamenta,ergo debent seruari,nisi expresse inueniantur per leges regni correcta: nulla in contrarium peruersa corruptela obstante,de qua infrà dicetur.

Vt

## Vt cum omnes [f] bona facietes.

[f] Bona facietes) Nota ex tex. quòd scholastici bona facientes merentur laudem, & protectionem. vt Cyn. hîc ponderat tex. & Bologni. secus ergo si in scholis vagentur, & mores lenonum vel latronum induant: tunc cessat iste tex. & pro hoc facit tex. in l. 1. C. de quæsto. lib. 12. vbi quæstores, qui bona in suo officio egerunt, debent recipi cum populi acclamatione. dicit glos. clamando viuat talis, sicut Romanus solet populus de Papa, & scholares Tholosani de bonis Lectoribus, qui postquam bene se habuerũt in lectura, debent cum acclamatione recipi, scilicet, viuat, viuat. potest adduci tex. in l. iustissimos. de offic. recto. Prouinciæ suprà, vbi iustissimos & vigilantissimos iudices publicis acclamationibus collaudandi Imperator omnibus potestatẽ tribuit, imò insignia eis in virtutis signum cõceduntur, secundùm Bald. hîc. Tertiò, adducitur tex. in l. 2. ibi: semper prouidemus vnũquenque secundùm labores suos ad gradus meliores, & maiores dignitates perducere. de offic. præfec. præto. affric. suprà. Quartò, adducitur tex. sing. in l. vt virtutũ merentibus præmia tribui cõuenit. suprà de statuis & imaginibus, quem sing. dicit Ioan. Montaigne, in tracta. de auctoritate & præeminentia sacri magni cõsilij. fol. 33. Quintò, adducitur tex. in l. fin. C. de tyro. lib. 12. vbi dicit, quod quis non debet celsiorem gradum obtinere, nisi laborum assiduitas, & prolixitas hoc meruerit: & sic vulgus malefacit, dum bonos studentes lingua euaginata prosequitur, & contra eos latrare non sinit, cum laudem mereantur & protectionem, per istum text. Sextò, facit text. in l. vna. de castren. omnium Palatino. peculio. lib. 12. vbi Palatini, qui lõgo tempore castra sunt secuti, quicquid ibi acquisierint, dicitur peculium castrense, & priuilegia castrensis peculij habet. Septimò, non ineleganter facit text. in l. contra. de re milita. lib. 12. C. vbi dicit text. quòd non ambitione, sed laborare ad augmentum honoris conuenit peruenire. Octauò, adducetur tex. in l. prima. de agenti. in reb. eod. lib. vbi docet nullum debere in locum agentis in rebus subrogari, nisi bona egerit, & diu laborauerit: & ibi ait patruus meus, quòd laborantibus datur honor & merces. Nonò, adduco text. in l. tertia. de proximis sacro. scrinio. ibidem. vbi dicit text. & ibi Ioannes de Platea, quod postquam quis bene egerit, & laborauerit, ocium dabitur. Decimò, quòd habetur in Symbolo Athanasij, qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam. Vndecimò, dicit glos. in l. penulti. infrà, qui bonis cedere possunt, quòd postquam Petrus reliquit retia, dicit Christo, Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? & sic præmium petebat: dicit ei Christus, Vt edatis & bibatis in regno, & sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Lucæ 22. & Matth. 19. in fine.

*Acclamatio uiua, quibus fieri debeat.*

Duodecimò, videatur l. 1. de anno. ciuil. lib. 11. C. dicẽs annonas non dari pro titulis dignitatum, exponit ibi Bartol. id est, salaria non dantur pro dignitate, vt quia aliquis est doctor, sed pro meritis, quia bene legit, & bene satisfacit officio, cui est appositus.

Decimotertiò, huc accedit l. 1. C. de athletis. libro decimo, quòd qui bene egit, & se habuit in aliquo actu, debet coronari, & est melior iuris, secundùm Corset. in singul. in verbo, præsumptio. in 2.

Decimoquartò, conuenit glo. in l. quamuis. ff. de damno infecto. & in clementina, vt hi qui. de ætate & qualita. Et Hieronymus in regula monacho. cap. decimotertio. vbi dicit, Quòd qui non laborat, non manducet: qui non egit bona, non meretur præmium. & in §. fina. in prooemio Institutio. vbi Imperator promittit scholaribus committere rempublicam gubernãdam, vbi bene studuerint, studete ergo, vt iuxta promissum Imperatoris vobis succedat. debet princeps non pro titulis dignitatum, sed pro meritis & labore conferre officia in suo regno, & non pro pecuniis, quas docti exposuerunt in acquirendo scientiam.

## Nostram laudem & [t] protectionem.

*Protegere scholasticos quisque debet.*

[t] Protectionẽ) Nota, quòd protectio scholarium est sub principe, & à fortiori alij debent eos protegere, cùm princeps eos protegat speciali dilectione hîc.

Item omnis Christianus est sub Dei protectione, excommunicati sub diaboli protectione. Et est notandum secundùm Bald. quòd quidam sunt sub protectione, vt hîc literarum studiosi, etiam non legitime nati: ideo possunt legitimari à principe tanquam speciales filij, vt scripsi suprà in priuileg. latius. Quidam sunt sine protectione, vt Iudæi, de quibus scribitur, nihil ad nos, de his, qui foris sunt, quia nobiscum nihil habent cõmune, vt c. gaudemus, de diuort. quidam sunt extra protectionem, vt hæretici, banniti, & rebelles, quibus non debet ius reddi, vt tenet Cyn. in l. 1. C. de natu. libe. infrà. & Bal. hîc. & vide Barba. in c. cum M. de constit. nu. 99. & seq. de protectorib. Regis. vide in rubr. de domestic. & protecto. lib. 12. & sic scholastici in vniuersitatibus debent defendi à iudicibus & magistratibus, cùm mereantur protectionem, vt dicit iste tex. etiam manu militari, teste Salic. & Bolog. hîc. quãuis quidam manu militari eos expellant. {Et de quo prosit aliquem recipere ad suam protectionẽ declarant Doct. in c. ad audientiam. de appella. & c. accepimus. de priuileg.}

## Omnino mereantur, quorũ scientia totus illuminatur [u] mũdus.

*Sciẽtia quomodo dicãtur homines illuminari.*

[u] Illuminatur) Nota bene hunc textum, quòd per scientiam mundus illuminatur: est enim præceptum lucidum illuminans oculos: nam lucerna pedibus meis verbum tuum, dicit Dauid: & sicut in tenebris quis nescit quò vadat: ita sine scientia nescit quispiam quo recto tramite sua peragat negocia: ideo per scientiam illuminabitur, tam vt animam tueatur à dæmonibus, quam ad protegẽdum res

ſuas,nempe mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ, Prouerb. cap. 6. vnde ſicut per lucem oſtenduntur incognita & obſcura, ſic per legem, per quam ſcit homo quid agere, quidve fugere debeat: & qui maiori eſt ſcientia prædituſ,magis illuminat, quàm qui parum habent ſcientiæ, ſicut maiores faſces. debent ergo periti bona facere,& maximè qui alios docent, vel aliis ſunt præpoſiti, vt illuminent alios: quippe teſte Dionyſio de Angelis,ſicut angeli ſuperiores illuminant inferiores, & corpora ſuperiora, vt ſol & ſtellæ infundunt lumen ſuum ad inferiora, ſcilicet in aërem & aquam, ſic & illi qui ſuperiores,& clariores per ſcientiam, gratiam, & perfectionem, debent alios illuminare per gratiæ, ſcientiæ, & bonorum exemplorum illuſtrationem, Lucæ 1.Illuminare his, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.alioqui ſi obſcurarent mala committendo, & ſcandala præbendo,longe abeſſent à protectione iſta, & eſſent expellendi à ciuitatibus. de his alibi dicam abundantius.

## Ad obedientiam [x]Deo.

[x]Deo) Nota ſecundũ Salicetum, & Bologni. hic, quòd prius eſt Deo obediendum quàm Imperatori,ſeu regi, aut alteri cuicunque, vnde dicit tex.in cap.cum infirmitas, in fin. de pœniten.& remiſsio.quod medicus prius monere debet ægrum ad obediẽdum Deo, & ad confitendum, quàm medicinam impendere, nec debet ei ſuadere aliquid in detrimentum ſalutis æternæ ſub pœna excommunicationis, facit etiam quod dicit text. in l.contra.§.fin.ff.de re iud.& doct.in l.ſecunda.§.2.ff.ſi quis cautio.cano. in cap. cum parati. de appella.in glo.prima.vbi ſi quis fuerit vocatus coram duobus iudicibus, debet coram maiori comparere.imo ſi compareret coram minore maiori omiſſo,de contumacia puniri poſſet, vt dicunt ibi doct. quia prius obediendum eſt maioribus, & idem cum maius periculum, vel maior neceſsitas fuerit. l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes.ff.de ſenatuſconſul. Sylla. quem ponderant doct. in dict. cap. cum parati. Poteſt adduci tex. in cap.non eſt de voto.vbi voto potius debemus obedire, quàm Papæ diſpenſanti ſine cauſa,vt dicit ibi glo.& firmat gloſ.ſingul.in l.1.§.ſicut.de aqua pluuia.arcend.minorem debere reuerentiam maiori,ergo potius Deo,qui eſt rex regum, & dominus dominantium, vt dicit Dauid.

Et an contra ius diuinum poſsit aliquid diſponere Papa, vel alius princeps, ponit tex.& ibi doct.in clemen.ne Romani,de electio. & in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. Barba.in rub.illius titul.Bart.in l.prima.ff.de conſtit princip.Bal. in l.reſcripta.C.de precibus Imper.offerend. nam omnis creatura eſt ſubdita conditori canonis. Anto.de Butrio, in cap.1. de conſtitu.quod intellige, in his quæ ſunt ſpiritualia, & quæ concernunt materiam peccati, cap. ſolitæ. de maior. & obebien.c.fin.& ibi Imol. de præſcript.in authen. quomodo oporteat epiſcop.in princ.colla.1. cap. auctoritatem.15.quæſt.6. Ioan. Baptiſta in repet.l. omnes populi.colum.90.in parua impreſsione.ff. de iuſti. & iur. cum pa[illegible]um hic conueniant, alibi diſcutienda relinquo.

## Et nobis eius [y]miniſtris

[y]Miniſtris) Ex iſto tex. colligi poteſt, quòd Imperator eſt Dei miniſter, vnde miniſtri Dei quatuor habere debent conditiones, quæ eliciuntur ex primo lib. Reg. cap.2. ibi,puer autem erat miniſter in conſpectu domini.primo ſicut puer eſt humilis & patiens,ita Dei miniſter eſſe debet: ſecundo Dei miniſter debet eſſe ſtabilis, & perſeuerans in ſeruitio, quod probatur in verbo erat. Tertio debet habere diligentiam,ibi miniſter,quæ diligentia tendere debet ad intelligendum domini voluntatem. Prouerb. 14. in fin.acceptus eſt regi miniſter intelligens, & ad illam exequendam & cuſtodiendam. Quarto debent miniſtri habere fidelitatem, quod oſtenditur ibi, in conſpectu domini. nam ſignum fidelitatis & amoris in conſpectu domini eſſe, & ob id debet famulus iurare ſuo principi cui ſeruit,fidelitatem, & alia quæ ſcribuntur in §.fina.qualiter vaſſa.domi.iura. debeat fideli. Iacobi.in tracta. de feud.in verbo, qui quidem inueſtiti, ſcripſi in arbore feudo.col.2. *Miniſtri dei quatuor habere debent maxime.*

Quæro nunc de dubio, de quo ab aliquibus auditoribus Tholoſæ fui interrogatus, Duo vel tres ſtudentes habent vnum tantum famulum, quilibet vno momento ei præcipit, cui magis obedire teneatur?& reſpondeo,omnibus ſi poteſt, ita tenet Hoſtien.in ſumma de maio. & obedien. verſi.ad quid,per textum in l.duorum libertus.ff. de oper. liber facit l. ſeruus communis.ff. de acq. hæred. l.ſi quis in graui.§.ſi cum omnes. ff. de ſenatuſconſul.Silla.vel inuicem conuenire debent, cui obediatur,quod ſi non fecerint,& ſit impoſsibile omnibus obedire, cui tunc obediendum ſit, diſtinguendum cenſeo, aut inter ſtudentes eſt vnus nobilis genere, & alij non, tunc obediat famulus nobili primo,arg. de hæredib.& Falcid. in §.fiat,& §.interim, in auth.de defenſ.ciuita.colla. 3.quia maiori primo eſt obediendum.cap.qui reſiſtit.11.q.3.ideo poteſt dici, *Famuli pluriũ cui obedire plus teneantur.*

*Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci.*

vt dicit Ouidius, relatus per Ioan. Fab. inſti. de nuptiis, in rubric. & ne fortem ſociet fragilis, vult pagina præſens, vt in fabulis Aeſopi habetur, & loquitur textus in l. ſi non fuerint. §. finali. ff. pro ſocio. Et intelligo ſiue fuerit nobilior genere, ſiue literaturæ, quia ſi vnus eſt tantum ſcholaris, alter eſt magiſter artium, & ſcholaſticus legum vel alterius profeſsionis,ſeu alter baccalaureus, doctor, vel licentiatus, vel habet maiorem dignitatem, tunc famulus obediat maiorem dignitatem habenti, per dict.cap.qui reſiſtit, & ibi nota.

Si verò nullus altero ſit maior, vel dignior, ſed ſunt æquales, tunc ei obediat à quo maiora conſequitur lucra, argum. textus in cap. cum in officiis, & cap.relatum. & cap.fi.de teſtamen. & idem tenet Silueſter in ſua ſumma, in verbo, obedientia, in 10. quæſt. diſtinctione quinta. Si verò tantum habeat ab vno, quantum ab altero, tunc obedire debet præcipienti negotium magis habile, & neceſſarium, vtpote ſi vnus præcipiat parare

parare prandium.arg.l.maiorem.& ibi not.ff.de pact.Si nullus actus est habilior, & magis necessarius,potest famulus gratificare cui velit.argu.l. fin.ff.de religio.& sumpti.funerum. melius facit l.si quis in graui.§.si cum omnes. ff. de senatusconsulto Silla.

Si verò famulus nollet eligere, vel non auderet,crederem sorte esse dirimendum,argumen.l. in tribus.cum l.sequen.ff.de iud.& maximè cùm agatur de facto, in quod sors cadere potest, sed non super iure.glo.singul.in l.vna. C.vti possid. secundùm Angel.in §.sed & si.institut. de satisd. tuto.quam reputant singul.Imol.Alexan. & Ias. in l.huiusmodi.§.fin.col.fin.ff.de legat.1.& Barb. in procemio Clemen.in §.hæc sanè.colum.28.& Felin.in cap.capitulum.col.penult.de rescript.& eundem in c.licet.col.fin.de probatio.& quando vassallus habet plures dominos, quẽ habeat defendere.ponit Bald.in l.1. ff. de rerum diuisio. & in l.vna.§.ne autem.C.de caduc. tollend. Doct. in cap.vno.§.omnes.hîc finitur lex. deinde consuetud.regni incipiunt.Ioan.Raynauld. in §.imperialem. §. firmiter. in 12.quæstio. de prohibita feud.alien.per Feder. Iacob. de sancto Georgio, in tract.de feud.in verbo, & promiserunt eidem domino. col.5.in 8.quæst. Ioan.de Terra rubea, in tracta.contra rebelles regum.artic.9.tertij tracta.versic.13.vide per Ioan.Andr.in regu.contractus.de regul.iur.in 6.in Mercurial. de aduocato qui recepit salarium à duobus monasteriis, si litigent inuicem, cui seruire debeat, & quando quis in omnibus promisit obedire, vel tenetur: tunc solum tenetur obedire in licitis,& honestis, secundùm text.in cap.vno.de iureiur.in 6. gloss. singul.in l.non videtur.§.qui iussu. de regul. iur. cap.veniens.de iureiuran.Et quando quis est incola duorum locorum, si vocetur ad munera in vtroque loco,cui teneatur obedire? ponit glo.& ibi Doct.in l.ciues.de incolis,lib.10. C.item vidi controuersias Tholosæ inter scholasticos, apud quem deberent esse arcæ cibariæ claues,quidam eas digniori concedebant.argu.l.procurator. C. de edendo. alij contrarium asserebant, scilicet, quod penes hebdomadarium,vel eius famulum esse debebant,quia postquam suę administrationi alij consentiunt: ergo videntur etiam consentire,vt custodiat claues: nam cùm mandatur,vt emat: ergo vt custodiat,sed non posset custodire, nisi haberet claues: igitur eas habere debet. argu.l.cui. ff.de iurisdict.omn. iudic. & nobilior quo ad hoc videtur, cùm habeat administrationem,quam nobilitatem vellem à me abesse. Vidi etiam aliam quæstionem inter duos studentes Caturci, vnus volebat vigilare vsque ad vndecimam horam, alter volebat ire dormitũ hora nona, & hic volebat cogere alterum venire eadem hora nona,aliàs claudere volebat ianuam cubiculi,postquã lectus erat in cubiculo suo, allegans quòd in re sua licitum erat facere, quod libet,& sic claudere. iuxta tex.in l. fluminum. ff. de damno infecto.& in l.nemo exterus.de Iudæ. & l.in re mãdata. C.manda.alter asserebat,quòd lectus erat communis, & sic poterat vti eo quolibet tempore,sed eos concordaui,quòd vnus vigilaret vsque ad mediam noctem,& alter postea surgeret illa hora: iure tamen non sic respondissem,sed quia ita voluerunt:nam pro primo veritas inclinat,cùm quilibet se teneatur concordare moribus illius cum quo habitat, sicut dicit Neuisa.in Sylua nuptia.de vxore.& suprà dixi.

*Claues apud quem scholasticorũ esse debeant.*

Vidi etiam aliam quæstionem,tres erãt scholares in vna domo, vbi erat vna pulchra domicella, vnus illorũ de omnibus dabat portionem domicellæ suæ amasiæ,& filiis eius, alij ægrè ferebant: quæsierunt à me, an ille amasius possit iure hoc facere? Respondi,quòd de suo debebat eleemosynam, siue donum facere,non de communi,cùm satis sit paruum pensum scholarium, & pensio,& vnus ex sociis non potest imponere seruitutem.l.2. ff. de seruitu.nec ergo potest rem communem dare,quo ad partem alterius. l. serui.§.1.ff.de legat.1. quod intelligerem, nisi de beneplacito aliorum, sed cum consensus aliorum interuenit, quis illorum debet dare? an amasius iste? dico quod nõ,sed vt suprà dixi,in alia quæstione nobilior,& maior, vel is qui habet administrationem illius hebdomadę dabit:& ista sententia videtur æquior, an portionem teneantur scholastici dare hospiti,in cuius domo habitãt? Respondeo, quòd non, quia nemo de proprio, beneficium facere cogi debet. cap. precarie. 10. quæst.2.& quia habet hospes pensionẽ ab scholastico, si gratis inhabitaret: putarem tunc aliquid dari posse hospiti,si portio esset ampla,quę communiter non est.

*Hospitæ unus ex pluribus de re communi an possit dare, & quis.*

Subiectorum vita [z] informatur,quadam.

[z] Informatur.) Nota,quòd sicut saccus informatur, & formatur à frumento:ita vita subiectorum à doctrina doctorum,& literatorum, & sic homines quodammodo videntur esse sine forma absque scientia.vnde dicit Cicero in Offic. Multos esse homines nomine,& paucos re,& hîc inquit Bologn. quòd doctores debent instruere subditos, vt Principi obediant post Deum, ob id ad regẽdas prouincias destinantur.Docto.in l.fin. C.de offic.diuerso.iud. & ad Rempublicã non minus necessarij & vtiles sunt,quàm milites.l.aduocati. C.de aduoc.diuerso.iud.

*Quales ad regendum prouincias destinari debeant.*

Aduertendũ est,quòd hi tales esse debent,qui post aurum non eant, sed post Christum, qui quæstum doctoratum non existimẽt, nec requirant datum, sed fructum, qui regibus Ioannem se exhibeant, Aegyptiis Mosen, fornicantibus Phinees, Heliam idololatris, Heliseum auaris, mentientibus Petrũ, Paulum blasphemantibus, Christum negotiantibus,qui scholares nõ spernant,sed doceant:diuites non palpẽt,sed terreãt: pauperes non grauent,sed foueant:qui cum turba intrent,non cum ira exeant:qui ecclesias non spolient, sed emendent: qui marsupia non exinaniant, sed corda reficiant, & scholarium crimina corrigant,famæ prouideant suæ,nec inuideant alienæ.hæc Ber.lib.4.de considera. Refert Lucas de Pẽna,in rubr.C.de legatio.col.9.lib.11. versic.vigesimo legatus.& tales de meliore nota commendare debemus.

*Scholastici diligēdi, & ab iniurijs defendendi sunt.*

a Speciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus. a Speciali dilectione) Nota quòd speciali dilectione Imperator diligit literarum studiosos, & sic omnes alij eos diligere debent, & ab omnibus iniuriis defendere. Imperator tamen diligere intelligitur bonos, & non pseudoscholasticos, quia dilectio in malo non est. c. omnis qui. de pœniten. dist. 1. & glos. hîc dicit, quod quanuis omnes debeant ab iniuriis defendi, hi maximè, ne videantur negligi, ex quo infert Bald. quod omisso medio ad Imperatorem, vel ad eius supremam curiam appellare possunt: nam qui specialiter diliguntur, sine vllo medio accedunt ad Principem: & sic cùm diligantur, meritò his priuilegiis sunt decorati, licet multi insurgant in eos, & iniuriis, furtis, & vexationibus illos impetant. ideo subiecit text. quis eorum non misereatur, &c. Hodie multæ ciuitates insurgunt contra vniuersitates, quas apud se habent, non cognoscentes quid honoris, boníue illis per eas accedat, quarum natura filiis viperæ similis est, quæ partu filiorum corrosis à fœtu lateribus euisceratur: has igitur vniuersitatibus, propter habitantium ingratitudinem, priuandas censerem, & alio, vbi honor: & literarum decus seruaretur, transferendas.

Quis enim eorum b non misereatur? b Misereatur.) Ex hoc tex. collige, quòd omnes debent misereri scholarium, maximè propter sequentia. Primò, quia fiunt exules, vt dicam in seq. not. & sic illis adipiscendæ amore scientiæ multùm peregrinandum est, vt hîc. & l. cum filiusfamilias. ff. si cert. pet. & sicut peregrini propriam ciuitatem relinquūt. in authen. vt differen. iud. in princ. collat. 9. vbi dicit, quòd eo multùm affliguntur. & Aret. in l. 2. col. 4. ff. soluto matrimo. text. in cap. si quis romipetas. 24. quæst. 3. ita & scholastici. ideo aliqui voluerunt tenere, quòd ciues non habēt hæc priuilegia. vt supra scripsi in verbo peregrinantur. & licet impium sit propriam domum dimittere, vt dicit glo. in l. vna. C. si curial. relicta ciuita. rus habita. Maluer. lib. 10. infrà. & quantūcunque vilem cespitē terræ suæ patriæ quis non potest citra molestiam deserere. glo. in l. fina. C. de municipib. & origin. lib. 10. quia cuilibent sua patria dulcissima est. l. qui habebat. ff. de leg. 3. & propriæ patriæ debetur honor, & fidelitas, & est potior tempore sicut natura est prior suo antecedēte, per text. in l. minime. ff. de religio. & sumpti. funer. & glo. in l. fin. C. de aboli. ait pugnandum esse pro patria, iuxta dictum Cato. idem dicit glo. in l. veluti. ff. de iustit. & iurc. eas adducit Barba. in tracta. de præstan. cardin. in 1. quæst. Basilica 1. partis. col. 8. & vnicuique videtur sua patria præstātior alia. l. moneor. C. de ser. expor. Alexan. consil. vlt. in 4. vol. tamen studiosi scientiæ amore peregrinantes patriam, ac omnes parentes relinquunt: & ideo Imperator hoc sciens, dicit hîc, quis eorum non misereatur? exemplo Christi, quî reliquit parentes, vt audiret doctores, Lucæ 2. cap. facit quod dicit Cicero 1. Offic. Vnicuique nostrum chari sunt parentes, liberi, & familiares, sed omnes hominum charitates, vna patria complexa est, pro qua non dubitet quis bonus mortem appetere.

*De patria hîc multa vide.*

Refert Barbat. in l. cum acutissimi. col. 92. de fideicommis. infrà. & idem ait Cicero, vbi suprà, non solùm nobis nati sumus, partem patria vendicat. & idem 4. Rheto. nullum periculū pro patria graue putandum, & qui id fugiunt, stultè faciunt, & ingrati reperiuntur ciuitati. facit text. in l. 1. §. quanuis. versic. sed & si seruus. ff. de vent. inspicien. & l. 1. §. & generaliter. de vent. in posses. mitten. l. postliminium. §. filius. ff. de capti. & multi pro Republica mortem non timuerunt, in historiis habes eos: nam fortitudo, quæ patriam defendit, plena iustitia est. cap. fortitudo. 23. q. 2. & qui eam defendit, non infamatur. l. neminem. C. de infamib. & qui amore patriæ moritur, prę-mium à Deo consequetur. cap. omni. 23. quæst. 8. & naturale est, vt solum genitale quis diligat, & nihil dulcius quis habeat patria, vt dicit Hiero. super Ieremiam, relatus per Ioan. Andr. in regula, quod alicui. de regul. iur. in 6. in Mercur. & talis quis præsumitur, qualis est patria sua. l. quod si nolit. §. si mancipia. ff. de ædil. edict. Barb. in repet. c. Raynaldus. col. 88. de testam.

Aduertēdum est tamen, quòd nemo propheta est receptus sine honore, nisi in patria. l. hi qui. & ibi glo. ff. ex quib. caus. maior. & Matth. 13. cap. in fi. & Christus, dum excitasset à mortuis puellam. de qua Marci 6. & iuisset in patriam, & ibi docere cœpisset: audientes, admirabantur, dicentes, vnde huic hæc omnia, & quæ sapientia, quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur: nônne hic est fabri filius? & Mariæ frater Iacobi, & Iudæ, & Simonis? nônne & sorores eius hic nobiscum sunt? & dicit illis Iesus, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua: & ideo Christus interrogatus alibi, Lucæ 4. quare miracula non faceret in patria? Respondeo, quia nemo propheta acceptus est in patria sua: quare si non sit tibi bona patria, peregrinare. & vide Pepin. in sermo. Quadragesima. in secunda feria post tertiam Dominicam, qui pro patria moritur, martyr efficitur. Alber. consilio 12. col. 1. nam dulcissima est patria commodum in illa facientibus, secundùm patruum meum, in l. 1. C. si curia. libro 10. & aliquis plus honoratur, si aliquo tempore patriam dimiserit, & ibidem signa infantiæ reliquerit, & postea ad eam reuertatur, vt videmus oculata fide. & Ambros. in lib. de Officiis ait, Ordinata pietas est prima in Deum, secunda in patriā, tertia in parentes. & Valer. lib. 5. maiestati patriæ parentū charitas vires suas subiecit, fraterna quoque charitas animo æquo, ac libenter cedit summa quidem cum ratione, quia euersa domo: interdum Reipublicæ status manere potest: vrbis ruina penates omnes secum trahat est necesse. frustra quippe de prole cura est, nisi rebus pręsentibus consulatur, vt ait Orosius, lib. 4. ad Augustum, & vassallus, qui iurauit

fidel

fidelitatem suo domino, non iuuabit eum contra suam patriam. cap. de forma. 22. quæst. 5. Feli. in cap. ego N. de iureiurando. & text. in rubri. de noua forma fidelitatis, & legibus patriæ vnusquisque viuere debet. l. 3. in princ. ff. de muneri. & honor. cap. illa. 12. distinct. pertinet autem ad virtutis officium, & patriæ viuere, & propter patriam procreare, dicit Augustin. de Ciuita. Dei. cap. 1. & aliqua refert Lucas de Penna, in l. in filiis. C. de decurio. lib. 10. infrà. col. 2. & in d. l. vna. si curialis. eo. lib. & dicitur patria, quasi nobis parans tria: primò, necessaria ad vitæ sustentationem, videlicet alimenta: secundò, necessaria ad conseruationem humani generis: nam in patria homines nascuntur, crescunt, & multiplicantur, quæ conseruant genus humanum: tertiò, parat nobis necessaria ad instructionem, & educationem vitæ moralis, videlicet rectores, doctores, & iudices, per quos moribus informamur, & vitiis refrænamur, & in scientiis promouemur, & hæc nobis parat patria, teste Alber. in l. veluti. suprà allega. quòd an verum sit, doctis iudicandum relinquo.

*Patriæ tria commoda.*

Secundò, debent omnes misereri scholarium, ratione paupertatis, quam voluntariè assumunt, amore autem scientiæ, de diuitibus pauperes fiunt. vt in hoc tex. instar religiosorum. de quibus scripsi in glo. mendicantibus. §. 1. rubri. de regia, ad prælat. nomina. facien. & hæc paupertas studentibus contingit quadrupliciter.

*Quatuor ex causis scholastici pauperes.*

Primò, quia famuli scholarium pessimi, furantur ab illis quantum possunt, mulieres, hospites, & quidam alij, & illud quod prædicti detrahunt, vocatur Trebellianum. per glos. sing. in l. fina. C. quibus ad liberta. procla. non licet, quã ad hoc ponderauit Bald. in Margar. in verbo, familia. in 3. q. & Iacob. in rubr. de adoptio. & hoc esse verissimum sæpe inuitus tamen & reclamãs expertus sum.

Item caupones vendentes studentibus vinum antea miscent aquam, cõtra prohibitionem. tex. in c. eiiciens. & c. quoniam. 88. dist.

Idem dicas in omnibus fermè volentibus vẽdere scholasticis, vt cariori precio illis vendant quàm aliis: imò putãt iure optimo bona studiosorum quocunque modo possint obtinere, & ob id multi ditantur, sed veh illis, cùm ex his rebus sic acquisitis non gaudeat tertius hæres, cùm sunt male partæ.

Si verò contingat studentes aliqua velle vẽdere, nolunt ab illis emere, nisi precio vilissimo, sciẽtes eũ velle discedere, & sic cogi ad vẽdendũ: allegantes licitum esse cõtrahentibus se inuicem decipere. l. in causæ. 2. ff. de minor. l. item. §. fina. ff. loca. hoc tamen non conuenit bono viro. vt dicit glos. singul. in l. semper. in contractibus. ff. de regul. iur. & illa glos. dicit singul. Ias. in §. sed iste. nume. 115. instit. de actio. & per illam glos. Thom. Ferra. dicit in cautela 6. quòd ille qui minori quàm valeat precio vendidit rem, licet non vltra dimidiam deceptus sit, agere tamen contra emptorem poterit, faciendo positionem, quod ille emptor est bonus vir, si dicat, sum, habebis fundatam intentionem, quia bono viro non conuenit aliquem decipere. per glo. allega. si dicat, non sum, debet à iudicio expelli: ergo nunquam negaret se bonum virum, sed non tenebitur illi positioni captiose respondere. vt tenuit Gerard. de Petra sancta, sing. 22. illam etiam gloss. insequitur Ioan. de Monteferra. in repet. cap. primi. in princ. de constit. in 6. ac Anto. de Burgos. in cap. cum dilecti. col. 4. de emptio. & venditio. & Pantha. Calder. in repe. l. rem maioris. col. 38. cum seq. C. de rescinden. vend. quæ cautela parum prodesset nobis in Franciæ ciuitatibus, vbi ferè omnes aduocati eam sciunt: ideo tales hoc modo eos decipientes non sunt boni viri.

Item, mulieres ex alia parte euacuant bursas scholarium pecuniis, vt dicebat Origenes philosophus, & secundus, vt in eius vita, licet videre, diffiniendo sic mulierem, vt mulier sit hominis confusio, insatiabilis bestia, continua solicitudo, domus tempestas, indeficiens pugna, damnum hominis, viri incontinentis naufragium, adulterij vas, preciosum prælium, animal pessimum, pondus grauissimum, aspis insatiabilis, humanum mancipium, ianua diaboli, cauda scorpionis, sepulchrum dealbatum: forma decipiẽs, mors manifesta, euacuatio bursarum, inquisitio munerum, doctrinæ impedimentum, turbatio scholarium, infamia sacerdotum, confusio religiosorum, radix vitiorum, cuiuscunque mali finis, & principium. Ita diffinit Alber. in dictio. in verbo, mulier. quod ad me attinet, hæc improbare, vel reprobare, cum harum sim inexpertus, facilè non audeo: verùm si quæ suprà iactantur, vera essent, non esset mirandum, si scholastici fierent de diuitibus pauperes: adeò quod philosophi, qui vsquam vacuum reperire non valent, in crumenis scholarium inuenirent, cùm communius vacuæ inueniantur, auro & argento, & bulgæ doctorum regentium multotiens.

*Quid sit mulier.*

Secundò, fiunt de diuitibus pauperes, propter bona in patria dimissa, quæ communiter sunt neglecta absentia dominorum, vt ait Bolognin. hîc. & patet de Anaxagora philosopho, qui cum diues esset, de studio reuersus possessiones desertas inueniens dixit, Saluus non essem, nisi istæ periissent.

Tertiò, propter peregrinationẽ, quam faciunt scholares, nam propter eam inopia venit, vt dicit tex. & ibi glo. & doct. in auth. de exhibendis reis. collat. 5. in princ.

Quartò, propter magnas expensas studij, tam in victu, alimẽtis, vestibus, quàm in libris. & ideo dicit iste tex. quis eorum non misereatur?

Sed contra non videtur pauper, qui habet patrem diuitem. cap. primo. de magist. cap. clericos. 1. quæst. 2. sed respondeo, quòd non sunt pauperes habitu, sed bene actu, quia pater permittit suos filios viuere in paupertate, vt sapientiores fiant: nam aliquando indigentia facit sapiẽtem, & abundantia vagum & discolum. Deci. in cap. episcopus. de præben. & secundùm Philosophũ, 10. Ethicor. Pauperes sunt aptiores ad fœlicitatem, seu scientiam, quàm diuites: eo, quia minoribus solicitudinibus impediuntur. Et idem videtur Esa. dicere, cap. 28. Quem docebit scien-

tiam, & quem faciet intelligere auditum? ablatos à lacte, auulsos ab vberibus, id est, ab huius mundi deliciis, diuitiis, & honoribus, exponit Pepin. in sermo. de Destructio. magnarum scholar. ciuitatis, in destructio. Niniuæ. ibi, plus dicens pauperes acutiores ingenio, & paratiores ad studium, quàm diuites, ibi vide ampliora, si delectet.

Tertiò, miserendum est eorum, quia semetipsos exinaniunt. vt in hoc tex. id est, se extenuant, & ad nihilum redigunt, scientiæ amore capessendæ, cùm primum eis traditur preceptor, seu pedagogus, seruituti mancipantur, cum nihil sine pedagogi licentia audeant agere, & inextimabilem rem perdunt, libertatem amittendo. l. libertas. ff. de regul. iur. quæ libertas est lumen vitæ. l. 1. §. optimus igitur. C. de offic. præfec. prætor. affric.

Quartò, eorum miserendum est, instar enim monachorum efficiuntur, nec nolle, nec velle habent, sed in potestate pedagogi sunt. vt notant Docto. de monachis, in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & sicut religiosi triplicem statum assumunt.

Primus est suiipsius annihilatio obedientiam promittendo, ita & studens iuuenis ab initio ingressus studij, promittit obedientiam pædagogo, & se nihili facit, etiam si sit ex illustri domo ortus.

Secundus status monachorum est, omnium rerum mundanarum exprobratio, eas à se penitus abdicando: sic scholastici omnes mundi amplexus à se abdicant, accipiendo magistrum, & studendo: nam nec choreas audire, nec ludis interesse, nec risus cõspicere audet, nec loqui licet: manus quoque habet interdictas, quibus alludit, os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt, manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo.

Tertius religiosorum status, est suiipsius sanctificatio castitatem vouendo, sic studentes exactè, & scholas pertinaci animo frequentantes, maximè collegia ingredientes, & conuictores sanctificantur, & in collegio quasi sancti fiunt. quia testante Hierony. ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. cap. nunquam. de consecrat. distinctio. 5. ita scribit Bald. in dicta authen. ingressi.

Quintò, miserendum est, quia non audent comedere, licet habeant appetitum, timore magistri, vel modicum, cùm parum habeant, nec horis quibuslibet, sed quando magistro placuerit, & post lectiones nec bibere licet, & si bibant, ita modicum vini, quod columbo non sufficeret, dabitur, & illud dilutum, & aliquando mucidum, vt salubrius sit aquam mundam bibere, quàm illud vinum: vbi in domo patris sui mercenarij epulantur splendidè: sed debet tunc scholasticus horum memor alacri animo perficere studium, & postea à patre cum maiori honore accipietur, & tractabitur, quàm filius prodigus in Euangelio descriptus.

Sextò, nec dormire potest ad saturitatem, cõtra dictum sapientis, Quòd satis est dormi: licet non habeat præceptorem, vt non amittat lectiones, mane illi surgendum est: tamen sufficienter dormire, & non minus sex horis, & plus aliquãdo pro qualitate personæ, secundùm medicos, quia phlegmatici plus dormire possunt, quàm cholerici, vel sanguinei.

Septimò, miserendum est, quia licet dubia in meliorem partem sint interpretanda. cap. 2. cum similibus. de regul. iur. tamen contra scholares vulgus malum præsumit: ita quòd si frequẽtent domum mulieris, dicetur, quòd non docẽt eam, Pater noster. Bald. in l. neque natales. col. 2. de probat. licet glo. in cap. absit. 11. quæst. 3. dicat debere præsumi clericum amplectẽtem mulierem, hoc facere causa benedicendi, & causa docendi decem præcepta legis. Alexand. consil. 127. saluatoris. col. 3. in 4. volu. & præsumendum est, quòd zelo charitatis hoc faciat, à tali tamen charitate ait coniugatus, liberet nos Deus, teste Ioann. de Neuisa. in Sylua nuptia, fol. 16. Angel. in tract. de malefic. in gl. *che hay adulterata.* quęst. 3. & Paul. de Montepico, in repetit. l. Titia. §. Titia. nu. 129. de leg. 2. ff. ideo dicit Benedict. in cap. Rainutius. in verbo, duas habens filias. nume. 208. de testam. quod est distinguendum, nam si illa, quam alloquitur scholasticus, est vetula: tunc non est sinistra suspicio: sed si est iuuenis, & pulchra secus: tamẽ quia omne birretum de nocte bonum est. vtor verbis Ioan. de Neuisa. in Sylua nuptia. in fol. 9. contrarium videtur dicendum, sed non erit adeò sinistra suspicio cũ vetula & deformi, quàm cum pulchra, cum non ita inclinetur appetitus. vt dicit glo. in cap. fin. 14. quæstio. 5. fateor tamen quod turpes magis appetunt, quàm pulchræ: & ideo dant pecunias amasio. vt dicit Neuisa. vbi suprà, vel sunt nunciæ ad pulchras, & quando fatuum pro ipsis inueniunt, gratanter accipiunt. Sed Berber. in Viatorio iuris, in rubr. de adulter. in hæc verba ait, quod nos Galli, qui fidem habemus de honestate mulierum nostrarum, arbitramur semper in bonam partem, licet Itali zelotypia pleni contra nos Gallos malum præsumant, & istam contra scholasticos præsumptionem, credo ortam à maleuolis, & ideo repellendam dico, tanquam temerariam. vt tenet Hostiens. in summa de præsumptio. §. 3. processit etiam à seruientibus, qui semper inimici scholarium sunt propter mulieres, teste Ioan. Fabro, in §. illud. instit. manda. Tamen de ipsis studentibus præsumendum bonũ est multipliciter.

*Vulgus contra scholares malum præsumit, licet boni præsumi debeant.*

Primò, ratione ortus seu nationis, quia vt plurimum sunt ex bonis parentibus orti: ideo boni præsumendi, nempe qui de bono genere nati sunt, boni censentur. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict.

Secundò, ratione scientiæ, in qua quotidie versantur. tex. & ibi doct. in c. penult. de præsumptio. & ideo deinceps cesset vulgus malum contra scholares præsumere.

Tertiò, ratione instructionis, sunt enim à pueris instructi ad bonos mores. cap. ex studijs. de præsumptio.

Quartò,

Quartò quia soliti sunt studere, & sic bona agere, & ex solitis bonum est argumentum.l. si quis donaturus.ff.de vsufru.l. certi condictio. §. si nummos.ff.si cert.peta.& supra scripsi.

Quintò debent boni præsumi propter societates quas frequentant, nam studiosi sunt cum doctoribus assidui, & doctores eos ad bonum incitant, ergo præsumendum est quòd doctrinam præceptoris sequantur, licet quandoque tabescant.

*Vxores diuites scholastici pauperes vix inueniunt.* Octauò esset eorum miserendum alia ratione, nam postquam amore scientiæ omnia bona consumpserint, licet sint bene eruditi, tamen quia sunt pauperes, vxores non inueniunt diuites. nam mulieres maxime diuitias quærunt, & de bonis moribus apud eas vltima fit quæstio, teste Iuuenal.& licet æquiparentur literati nobilibus, cap. de multa, de præben. & glo. in l. societas.ff.pro socio, hodie tamen scientia alget, ob id pauperes coguntur facere illud, quod dicit text. & ibi gloss.in l. si voluntate. C. de dotis promissio. quod si scholaris ex magnis parentibus velit ducere vxorem, habebit eam sine dote, vel modicam, & omnes consanguinei vxoris replebunt eum promissionibus, adeo, vt diuitem eum triduo facere debeant. sed quicquid dicant, non ti fidare, quia potius consanguinei mulieris te pauperem facient, munera magna abs te die nuptiarum quærentes, & totam modicam dotem cõsumentes, & postea te derisui habebunt. quippe nil habet infelix paupertas durius in se, quàm quòd ridiculos homines facit, vt testatur satyricus ille Iuuenalis. Et pauper demum forte non valens magnas vestes præstare vxori suæ, cornua sumet: nam multæ se prostituunt, vt habeant indumenta & ornamenta meretricia, conciuis in addit.ad Din.in regu.fin.de reg. iur.in 6. Quamuis homo bonæ famæ & opinionis debeat ampliorem dotem habere, & literatus, quàm alius etiam diues, quia maior est scientia omnibus diuitiis, ideo scholares bonæ opinionis & scientiæ magnas deberent consequi dotes. l. si furiosi, in fin.ibi, tam opinione personæ quàm moderatione.C.de nupt.l.quæro.ff.de iure dotium.l.cum post.§.gener.ff.illo tit.Rauenna in alpha. in verbo bona fama Bonus de Curtili in tracta.nobili. in 4.parte, nu.41.in 19.priuilegio, & Alex.consil. 209.in 6.vol.

Nonò esset miserendum, quia seipsos scientiæ amore conficiunt, vt hic dicit textus. & hoc ratione ingentis studij & laboris, videlicet in audiendo tota die, studendo incontinenti post pastum, relinquendo quandoque prandium & cœnam, ac faciendo mensam de libro, vt multi faciunt.& hoc refert Ludo.Rom. de suo præceptore, singu.91.& non solum interdiu studendo, sed etiam noctu, licet sint magni dies, vt attestatur fecisse Accurs.in authen.vt iud. sine quoquo suffrag.in prin.colla.2. ratione cuius excessiui studij ægritudines multæ proueniunt, & quandoque mentis alienationes, vt dicit text. & ibi Card.in clem.exiui.§.licet, de verbo. signific. & forte non *Temperate studendũ est.* esset ponere os in cælum, illos amore scientię morientes, dum tamẽ discant ad bonum finem esse quasi martyres, quia Deus est scientia, c.si iusta. 38.dist.vnde studens debet se conformare stomacho temperato, quia sicut stomachus non capit vltra vires digestiuas, ita semel quis non plus studeat, quàm patiantur vires ingenij, aliàs indigesta sequitur ciborum confusio, secundum Fel.in c.1. col.prima, de magist. & parum quis proficit, nisi animo studeat alacri.in §. fin. in proœmio instit. vnde dicit commentator in 4. Ethico.omni studioso ludus est necessarius, ne sibi mẽs efficiatur inutilis. si enim semper studio intendit, & animum vehementer ad aliquid dicendum vel faciendum applicet, re vera spiritus resoluitur, & motus animales, & membrorum artus destituuntur, & membris destitutis, etiam virtutis studium anihilatur: propter quod studiosus requie indiget, in qua spiritus relaxatur, & sensus ad animi votum dissoluitur. Vnde in vitis patrum legitur, quòd cum quis videns beatum Ioannem Euangelistam ludẽtem cum suis discipulis scandalizaretur, illi sanctus Ioannes dixit, tende arcum, quem in manu habes, quod & fecit: cui dixit iterum tende, & fortius, qui respondit, timeo quod rumpatur: sic ait diuus Ioannes, nisi mens aliquo solatio refocilletur, deficit, & rumpitur. Idem ait Seneca, non sis semper in labore, sed requiem animo tuo dato. omnia enim tempus habent, & suis spaciis transeunt vniuersa, quæ sunt sub sole, tempus nascendi, & tempus moriendi, tempus flendi, & ridendi, tempus saltandi, & tacendi, & loquendi, & alia. Ecclesiast.3.c.glo.in c. dolentes, de celebra. Missa. & dic propter ista miserendum esse scholarium, & propter pericula sequentia. Tamen hodie non ita vehementer student, vt olim mea etiam memoria, sed triduo, dum tamen sciant aliquas literas Græcas putant quidam se iurisconsultos factos, sed falluntur, cum quælibet scientia habeat proprios terminos.

## Qui amore sciẽtię exules facti.

Exules) Nota quòd scholarium miserendum est, primo quia fiunt exules amore scientiæ, ergo si non fiant exules non erit miserendum. sed dixi contrarium suprà, in verbo peregrinãtur. Collige tamen, quod si aliqui peregrinentur causa lucri, non esset miserendum, quia text. loquitur amore scientiæ. Item hic text. videtur innuere, quòd exules possunt testari, vt suprà in priuilegiis scripsi, & postquam sunt priuilegiati in testando, ergo licet sint exules, possunt testari. Respon.ex verbis Benedicti, in c.Rainutius, in verbo mortuo, in primo, num. 306.extra, de testam. quod triplex est exilium, quoddam enim est voluntarium, & summe meritorium, & egregium, quod multi pro Christo voluntarie assumpserunt, vt legitur Lucæ 1. de beato Ioanne, & de beato Hieronymo, vt ipse narrat in epistola ad Eustachium, & hoc exercuit primus eremita Paulus, & multi alij, de quibus in vitis patrum legitur. *Exilium triplex.*

Aliud est exilium multum laudabile, & etiam meritorium, de quo loquitur hic tex. quod amore scientiæ & virtutis fit & Hierony. in epistola prima

prima ad Paulinum (inquit) Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse prouincias, nouos adiisse populos, maria transiisse, vt eos quos ex libris nouerant, coram quoque viderent, sic Pythagoras Memphyticos vates: sic Plato Aegyptū, & Architam Tarentinum, eandem oram Italiae, quae quondam magna Graecia dicebatur, laboriosissime peragrauit, vt qui Athenis magister erat, & potens cuiusque doctrinas academiae gymnasia personabant, fieret peregrinus, atque discipulus, mallens aliena verecunde discere, quàm sua imprudenter ingerere, denique, &c. Et ista duo exilia non impediunt testamenti factionem, cum non sit poena istis, nec censeantur absentes, sed pro praesentibus reputantur, cap. cum ex eo, de electio. in 6. vt in priuilegiis scripsi. & de isto loquitur Felin. in cap. primo. col. 2. de calum. extra.

Aliud est exilium necessarium, quod vulgus bannimentum vocat, & vnum est temporale, alterum verò perpetuum, & aliud inducitur propter vtilitatem, vt quando quis fugit furorem tyranni, sequendo exemplum Christi, qui fugit in Aegyptum, vt dicitur Matthaei cap. secundo, & cap. decimo. Cùm persecuti fueritis in vna ciuitate, fugite in aliam, & in cap. nisi cum pridem, de renuncia.

Aliud fit propter vitium, de quo in l. si magnum, & ibi dixi. C. qui accusa. non possunt. & in l. Papinianus exuli. ff. de minor. & ponit Benedict. in verbo, mortuo. nu. 39. & dicitur exilium, quasi extra solum exire, & propriè dicitur cum in perpetuum quis amittit ciuitatem, relegatio verò ad tempus. glo. in c. quicunque. de poeniten. distinct. 1. Lucas de Penna, in l. si quis procurationem. in fi. de decurio. lib. 10. infrà. & in l. fin. de spectacul. lib. 11. col. 2. l. exilium. & ibi Alber. ff. de interdict. & relega.

*De iure canonico exiliū triplex.* Item in canonibus triplex exilium inuenitur: nam alicui quandoque certus locus conceditur, & alia negantur, vt monachis monasterium, & monialibus. cap. placuit. 2. in 16. q. 1. item mulieri adulterae monasterium assignatur, in authen. vt nullius iudic. §. si verò quando. collatio. 9. & in authentica sed hodie. ad leg. Iul. de adulter. infrà. Item aliquando iudex cùm praecipit ne egrediatur domo, vel à ciuitate, vt saepius vidi, quòd iure fieri potest, vt dicit Alber. in l. fin. ff. de interdict. & releg.

Aliud est exilium in canonibus repertū, vt si certus locus alicui interdicatur, & alia cōcedantur, vt excōmunicatis solum templum interdicitur. 2. q. 1. c. imprimis. & idem iure ciuili cauetur: nam si duo habeant inuicem cōtrouersias, & velint se occidere, poterit iudex interdicere vni viam, in qua alter moratur, alia loca cōcedendo. glos. est not. in l. 1. §. & vrbem. ff. de offic. praefec. vrb. quam multum notant Alexand. & Ias. in l. quod iussit. col. 2. & 4. ff. de re iudic. & Alber. in d. l. fina. ff. de interdict. & relega. Item quando est contentio inter duos super re immobili, potest iudex interdicere vtrique parti ingressum, ne veniant ad arma. iste est text. in l. si vsusfructus legatus. §. fina. cum l. sequen. quae incipit aequissimum. ff. de vsufructu. sequitur Alexand. in consilio 7. nume. 8. in 5. volum. & consil. 62. & consilio 65. in 7. volum. & in l. prima. §. & post operis. ff. de noui operis nuncia. Guido Papae, in suis decisio. quaestio. 578. Felin. in rubr. de treuga & pace. & super ista lege fundatur lex regia, in hoc regno tam frequentata, vt statim ad manum regiam ponatur res contentiosa, & per commissarios regatur, & fructus per eos recipiantur, de qua abundantius dico in ordin. reg.

Aliud exilium, in quo omnia loca negantur alicui, sed ad tempus peregrinari cogitur, de quo loquitur text. in cap. si quis sacerdos. 30. quaestio. 1. Aliquando perpetuò. per text. in cap. si quis sacerdos. de poenit. distinct. 6. cap. in synodo, in fi. 63. distinct. & hoc sequitur Felin. in c. 1. col. 2. de calumniat. & Lucas in l. fin. colum. 2. de spectac. lib. 11. C. & quòd ecclesia possit imponere poenam exilij, habetur in d. c. cum beatus, & in dicto cap. 1. de calum. c. foelicis. ibi, ituri postmodum vltra mare. de poenis, in 6. in hoc tamen regno Franciae, hoc non obseruant iudices seculares, si ecclesia non habeat iurisdictionem temporalem, dicentes, quòd non habens territorium non prohibet, vel non separat ab eo, quod non habet. l. decem. ff. de verb. oblig. & allegant c. 2. de cleric. excommu. ministran.

## De diuitibus [d] pauperes. [d]

Pauperes) Nota quòd scholares fiunt de diuitibus pauperes, & sic ante studium erant diuites, sed propter tantas expensas studij, & alia supradicta in verbo misereatur, ac bona in patria dimissa, quae negligentia dominorum male habent, deueniunt in paupertatem, sicut litigantes, in authen. vt fratrum filij succedant. in princ. colla. 9. ideo si filius Imperatoris vel regis studeret pauper, efficeretur, nempe quia totum ius nostrum consistit aut in acquirendo aut in conseruando aut in minuendo. l. fi. ff. de legib. minuitur patrimonium scholastici studij gratia, vt lippis etiam patet. Quaero an vocans scholasticum pauperem teneatur actione iniuriarum? *Vocās scholares pauperes, an iniuriarū teneatur.* videtur quòd non per hunc text. quia sunt pauperes, ergo dicens verum, non tenetur iniuriarum, quando interest reipublicae sciri. §. iniuria. insti. de iniuriis, vbi Ioan. Fab. & alij. Contrarium videtur verius, si animo iniuriādi hoc eis dictum fuerit, per tex. nota. in l. si creditores, in fine. ff. de priuileg. credito. quem notat Alber. de Gandino, in tractatu de maleficiis, in rubrica de aliquibus. quaestio. variis, in maleficiis. quaest. secunda. & Bal. in Marga. in verbo iniuria, q. 13. ad hoc, quod vocans aliquem pauperem animo iniuriandi, iniuriarum tenetur, quia animus iniuriādi attendi debet. l. si non conuitij. C. de iniuriis, voluntas & propositum maleficia distingunt. l. verū. ff. de furt. quod intelligerem verum, quando vocaret eum inopē, vel Gallicè, *coquin*, vel *belistre*, nam plus est iniuriae, cum inops dicatur sine opibus, & sic qui nihil habet, pauper qui parum. Alex. in l. qui accusare. ff. de accusa. in additio. ad Bartho. Domi. in c. quo iure, col. secunda, dist. 8. ponens differentiam inter pauperem & inopem, vt suprà dixi: mendicus verò is dicitur, qui non habet redditus,

vel pos

vel possessiones ex quibus viuere possit: sed sibi quærit victum per quæstum, c.1. de religio. domi. in 6. aliis etiam modis quis potest dici pauper, vt not. gloss. in l. paupertas. ff. de excus. tut. & in authen. præterea, C. vnde vir & vxor, & Lucas de Penna in l.2. col.2. C. quando & quib. quarta pars deb. lib.10. & si essent inopes, quomodo essent pares sumptibus studiorum, cum scriptum inueniamus, Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi.

## Exinaniunt vitam ᵉ suam.

ᵉ Exinaniunt) Nota quòd scholastici boni se attenuant ratione studij, & euacuant tam bonis quàm in persona: nam licet in patria sint prędíti honoribus & bonis, in studio non, sed ad nihilum rediguntur, & hoc amore scientiæ: nempe redemptor noster Christus, amore generis humani, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, vt habetur ad Philip. 2.c. & suprà scripsi in verbo, misereatur.

Pericula quæ scholasticos affligunt.

## Multis periculis exponunt.

ᶠ Periculis) Ex hoc colligo tex. quòd scholastici multis tam in aqua, quam in terra se exponunt periculis amore sciētiæ, hoc est discriminibus, sic accipitur in l. pen. C. de iure fisci. lib.10.

Primum periculum itineris est, quòd si scholasticus ad literarum studia eundo, per insidiosa loca etiam coactus iuerit, à latronibus spoliabitur, vel occidetur. l.3. & seq. ff. de dona. caus. mort. nam pericula illi, qui solus peregrinatur imminent. l. si non fuerint. §.1. versic. idem. ff. pro socio. & scholasticus non semper habet comites, si pediculos adimas.

Secundum est, quòd si nauigationi se committat, pericula fluminum, vel aquarū, in rebus, vel in persona, quod deterius est, sustinebit. l.2. §. si quis in iudicio. cum §. seq. ff. si quis caut. l. senatus. §. mortis causa. ff. de dona. causa mort.

Tertium est, si in itinere valetudine forsan aduersa corripiatur, illi inseruiētes amore suam habendi pecuniā mori permittent iuxta l.3. cum seq. ff. de donat. causa mort.

Quartum, in gentibus periculum, hospitabitur enim proficiscendo ad literarum studia, in domo infecta peste, & postea infectus occūbet, vel non permittent eum ingredi ciuitatem, & frigore peribit sub arbore, vbi sibi quiescendū erit, vel si pestis istum scholasticū in studio insultet, incontinenti expelletur de hospitio, & ad hospitale inter fures & homicidas ducetur: & si habeat pecunias, ante diem illi inquirent in annos suos. vt in simili dicit glos. in l. fina. C. de pact. Si nihil habeat, permittent illum mori fame, ob defectum seruitij, cùm non cupiāt nisi ditari, vt dicit Cardin. in clemen. dudum. de sepultu. quòd natura vilium est, vt ditentur, vel vt saltem ditari cupiāt, etiam proprio honore omisso: ideo audacter possum dicere, quod maior pars studiosorum moreretur in studiis, nisi essent amici & socij qui eos protegunt. Non nego tamen, quòd si scholasticus sit peste affectus (contra quam non valent medici, nec medicinæ, vt scribit Paulus in l. si ab hostibus. ff. solu. matrim. §. fin.) quin possit expelli, per tex. in §. fin. in auth. iusiurandū quod præsta. ab his. collat.2. Doct. in l. casus. C. de testa. Sed quando expelluntur, deberēt poni inter honestos viros, vt bene illis inseruiretur, quāobrem scholastici fugiunt, vt dicit text. faciendum. in c. negociatorem. 88. dist. & quandoque perterriti, totum studium relinquunt in grande Reipublicæ detrimentum. & si vis multa de peste videre, adeas Calder. in c. vestra. de cohabit. cleri. & mulier. & Moder. de Ripa, in tract. de peste.

Quintum, habitando in studiis, periculum est quòd si hospitetur cum lusoribus, & discolis, similis fiet illis, iuxta dictum Sapientis, Cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris. & cap. sæpe. 28. q.1. cum similibus.

Sextum, quia hospites ab eis quantum poterunt, furabuntur, vt suprà dictum est, & eos ludere incitabunt, & ancillas perditas habent, & quādoq; vxores, quæ istos pelliciūt: & si quādo scholastici his abutantur, necesse erit familiam alere, & si panis deficiat, dicetur illi, dic vt libri tui panes fiant, & vendentur: demum dicet ancilla, vinum non habent, & si nō dederis, mitte te deorsum, & vade retro, & sic cogetur discedere scholasticus pecuniis exhaustus & libris.

Septimum, aliquando etiā inuoluetur morbo Neapolitano, quem Itali Gallicum dicunt, vel præceps eundo, vel cubando cum alio morboso, & postea sicut lepra sequitur leprosum. gl. in l.4. ff. pro socio. ita & hoc malum erit custodia hominis ad vitam, & sic hoc periculum erit ex gētibus: vel interdum ex gentibus venit periculum, cùm instigant illum ad errores, sicut sunt hæretici. declarat Florent. in 4. parte summæ. titu.14. cap.7. §. primo.

Octauum, quòd si pecuniæ dentur mercatori tradendæ scholari in singulis nundinis, illas non dabit, vel id temporis quo tenebatur, nec ei loci, & interim pauper scholasticus ieiunare cogetur, & desperatus studium deseret, vel parum id temporis studebit: tamen interest Reipub. vt studeat, vt postea per eum mundus illuminetur: & tales sic retinentes pecunias in quadruplum deberēt, & iustè condemnari, per hunc text. quia qui tardius soluit, minus soluit. l. si cui. §. minus. ff. de verbo. sign. & hoc si arguere liceret de receptore fisci ad hosce mercatores. vt in l.1. C. de his qui ex publi. ratio. lib.10. & infrà dico in tex.

Nonum, quia si noctu cœnā fecerit cum aliquo in ciuitate, postea redeundo ad suum cubiculum in carceres cōiicietur, vel fortè occidetur, vel arma auferentur. Quāobrem vos qui ad sciētiam capescendā acceditis, arma militibus relinquite, & vos ab omni negotio sequestrate, insequendo tex. in l. milites.2. C. de re mili. lib.12. vbi Doct. quia arma & leges raro in vno homine cōcurrunt. Ioan. Fab. in procemio Instit. in princ. & cum armis peribitis, & non cum libris.

Decimum, nam si pecunias receperit, cogetur mutare aliis, & si fiat mutuum, nunquam vel vix recuperabit. Cōmune adagium est, vis facere inimicum, mutua ei tuum. Lucas de Penna in l.1. col.3. C. de agricol. & mancip. lib.12. ob id cautè & secre

& secretè pecunias recipere debent, & se pauperes fateri, & quandoque iuuat pecuniam mutuo præsente socio recipere, licet is scholasticus habeat, ne socius ab eo petat mutuo, vel quod parentes singulis mensibus pensionem tradant.

Vndecimum periculum ex genere est, quia fratres, quandiu studebit frater in studio, quantum poterunt consument de bonis fratris, & si pater moriatur, præsentes instituet, vel saltem præsentibus dabit aliquid præcipui: & si pater studẽtes velit absentes instituere, fratres pręsentes nõ permittent, sed seipsos facient instituere, allegantes licere testatorem sermone blando placare imperialibus, ac iurisconsultorũ constitutionibus per totum titulũ. ff.& C.si quis aliquem testari prohibuerit, sed licet non teneantur illo iure: tamen quia prohibent testatorem instituere, quem vult: ideo actione de dolo tenentur, prout scribit Cępola in cautel.36. licet per tex.in l.1.ff.de doli except.& ita cõsului aliàs cuidã scholari reuerso ab vniuersitate Ticinensi, quanuis esset doctus, suo tamen noluit fidere consilio, sed fuit postea deceptus promissione fratrũ, qui ei maria & montes promiserunt. iuxta glo. contra doct. exclamãtem, in l.omne delictum.ff.de re milit. vide pericula diui Pauli octo, exposita per Floren. in 4. parte summæ, tit.2.c.2.§.vlt.

Duodecimum, in redeundo tot sustinet pericula, quot in eundo, & aliquando grauiora, quia pecuniæ deficiunt, & cogitur vẽdere suos libros, & vestes, & pedes reuertitur, licet eques iuerit, & in itinere morbo aliquo corripietur, & fortè morietur, ob id dicit Luc.in rub.C.de lega.col.4. in nono requisito.lib.11.bonũ esse si fuerit robustus, vt prædicta pericula sufferre facilius posit.

Alia septem pericula, quæ eos molestant sunt, fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, infirmitas, & mors. de quibus per Florent.in 4.parte summæ, tit.14.c.7.§.3.in fi.& suprà dixi in verb. quis enim eorum non misereatur? hæc pericula melius describuntur per diuum Paulum, 2.ad Corint.c.11. In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigiliis multis, &c.

Vnde ipsi dicunt, quod scribitur 2.ad Corint. 4.c. Tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed nõ destituimur: persecutionẽ patimur, sed nõ derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deiicimur, sed non perimus. Audite scholastici, quid in Deuter. legatur cap.20. Nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo: deinde Iustinian. in l.principes.C.de princ.agen.in reb. lib.12. dicit, Post scæua pericula, vitęque interdum renũciationem adimpleto studij tẽpore ad gradum doctoratus ascendent, & cingulo primi ordinis in dies vitæ suæ potientur. alia pericula taceo, ne terream imbecilles.

Nec refragatur, quòd imputatur ei, qui se in periculum ponit. l.item Mela.in princ.ff.ad leg. Aquil.& stultum est admittere, quòd euitari potest, dicit Teren.in Eunuc. eo enim dicuntur pericula, quia sæpe perire faciũt: nam qui amat periculum, peribit in illo. Eccles.3.c. Respon. quòd hæc pericula euitare possunt, vix tamen si scientiam aquirere velint: ideo dicit tex. amore scientiæ se omnibus periculis exponentes: non esset ergo miserendum, sed illis imputandum, si periculis se exponerent propter luxum vel vitia.

Quid veniat appellatione periculi, de Ripa in tract. de pest.fol.13.& seq. dicit venire etiam casus fortuitos: nam casus fortuitus comprehendit etiam casus, qui sine propria culpa obueniũt, & qui præuideri non poterunt. Periculum verò est nomen magis generale, comprehẽdens omnem casum prouenientem cum culpa, vel sine, vt not. in rub.ff.de peric.& commod. rei vendi.& maximè in l.quod si neque.§.fin.ibid.& sic periculum est genus, casus fortuitus species, secũdùm Paul. Alex.& alios, in l.sed & si quis. §.quæsitum. ff.si quis cautio. licet glo.& Ias. dicant ibidem appellatione periculi non comprehendi casus fortuitos, sed Bart.& alij volunt contrarium, quod facit ad quæstionem, de eo, qui suscepit periculum, ad quid teneatur, vt ibidem per eos, vide Lucam de Pẽna, in l.principes.col.1.C.de princip.agent. in reb.lib.12.

## Et à g vilissimis sæpe hominibus.

g Vilissimis.) Nota, quòd scholares sæpius afficiuntur iniuria à vilissimis hominibus, & eo dicitur grauior, quando à viliori fit, vt hîc, & in §.atrox.instit.de iniur. collige vltra Doctores, quòd sicut habemus maximum imperium, maius, magnum, paruum, minus, minimum, ita & iniuriam: nam maxima potest dici hîc, quando fit à vilissimis hominibus, & vilissimi dicuntur spanaldi, siue ribaldi, carentes arte, ita dicit glos. in §.sancimus.in verbo, artifices ignobiles.de testib.collat.7. Alber.in l.humilem.C.de incest.nupt. {facit l.si ex duobus.ff.de noxal.} ergo iniuria maxima est, quæ fit in vniuersitate Pictauensi, & in aliis, ab illis lenonibus maledictis, qui noctu, interdiúque, scholasticos spoliant, & occidunt, in quos deberent animaduertere iustitiæ administratores: & idem in aliis vniuersitatibus vidi semper lenones vilissimos inimicos scholarium, quod nõ esset si morti traderentur, insequendo doctrinam Imperatoris, in auth.de lenonib.collat.4. Item ponderandus est tex. dum dicit, corporales. quia maior est iniuria corporalis verbali. l.prætor edixit. §.fi.cum l.seq. & l.lex Cornelia.ff.de iniur. §.atrox.insti. illo tit. §.in seruorum.ff.de pœn. Aret.consil.34. visis.in princ.& ideo iũcto verbo, corporalis. cum verb. vilissimis. iniuria corporalis, à vilissimis cẽsetur maxima. Item, quando sine causa. vt infrà latius dicã. Item, iniuria maxima est, quãdo fieret maximis, puta Papæ, Imperatori, vel Regi nostro, vt d.§.atrox. vel ex qualitate inferentis, quia seruus vilis intulit domino, vel filius patri. ita videtur tenere tex.in l.sed si hac.§.prętor.in fi.ff.de in ius vocan. Aret.in d.cons.34. Doct.in d.§.atrox.& in l.prætor.§.fin.ff.de iniur. quia cum seruitium, & obseq

*Iniuria multos habet gradus.*

obsequium debeat seruus domino. l.1. & per totum.ff.de obseq.pro seruitio iniuriam præbet, & filius patri, debet pietatem, & obedientiam.l.penult.ff.de obseq.l.1.& l.officio.C. de nego.gest.gl. in l.hoc colore.ff.de inoffic.testa.& in regula,non est sine culpa,de reg.iur. in 6. & in extrauag. prima,Ioan.22.de senten.excommu.& in l.veluti.ff. de iust. & iur. & pro solatio eum iniuria afficit, certè maximam crederem. Idem & à fortiori, si fieret Deo, cum sit rex regum, & dominus dominantium, vt dicit Dauid, puta blasphemando, ex qua venit pestis, fames & terræ motus, ideo graui affici debent pœna tales blasphemantes,in authen.vt non luxurien.contra natur.& Ias. in §.item si quis postulante, de actio.in insti. & in l.si duo.§.fi.& in l.3.§.1.ff.de iureiur.& tex.in c.1.& 2.de maled.& in ordin.reg.dixi,in rub.*des blasphemateurs*, sed hodie sub dissimulatione iudices transeunt, & male, quia omnia mala regni credo ex illis blasphemiis & hæresibus venire,cum sint frequentissima & delicta carnis.Maior iniuria siquidem est, quæ fit cardinalibus, & consiliariis, quia cum ipsi sint in maiori nobilitate respectu aliorum,post Papam,Imperatorem & regem, ita censebitur maior iniuria eis facta,not.per gloss.& doct. in l.1.in verbo,tribuuntur.ff.de offi.eius cui manda.est iurisd.oct.in l.imperium.ff.de iurisdict. omnium iud. idem tenet Ioan. Gallus, in q. per aresta.q.152.in fi.

*Viles qui dicantur.* Item maior dicitur, quando fit à vilibus, quia à vilissimis est maxima, ergo à vilibus maior, & qui sint viles, dic quòd vilis est, qui parechus vocatur,id est luxuriosus, suam substantiam in meretricibus conuertens,arg.ff. manda.l.si verò non remunerandi.§.si verò adolescens.l.non debet. ff. de dolo.ibi, luxurioso, ita tenet Lucas de Penna, in l.si qua.col.2.de specta.lib.11.C. Quod intelligerem verum, quando intantum luxuriæ esset deditus, vt nil aliud quàm meretrices frequentaret:nam tunc vilem eum dicerem, quia meretrix est vilis.l.Pantomius.ff.si quis à paren. manu.fuerit.l.palam. § .quæ in adulterio. ff. de ritu.nuptia. idem qui illi cohæret. l. quæ religiosis. ff. de rei vendica. & qui adhæret Deo, vnus est spiritus cum eo.cap.damnatus.de summa trini.cap.debitum.de biga.

Item viles sunt publici aleatores, & vsurarij manifesti.cap.inter dilectos.de excess.præla.cap.1. de vita & honest.cler.in 6.l.improbum.C.de vsur. & authen.ad hæc,infra,de vsur.Alber. in l.humilem,infra,de incest.nupt. & isti aleatores sunt legibus exosi.l.ædiles. §.quod autem. & l. ob quæ vitia. §. 1. ff. de ædilic. ædict. Alber. in l.1. §.item notandum.ff.de aleato.

*Seruientes faciliter deierant.* Item cohortalis.l.si quis ex grege.C.de cohorta.lib.12.loco quorum hodie sunt seruientes præsidum, secundum Lucam de Penna, in l.1.C.de cohortalib. qui seruientes pro modico dolio vini faciliter deierant, secundum Hostien.in summa, de contumacia.§.qualiter.versi.contra.de quibus, in ordina.reg.abunde scripsi.

Item procuratores ad negocia.l.si quis procurationem. C. de decurio. lib. 10. sequitur Lucas de Penna, in l.si qua.C.de specta. quod intellige in libero,secus in seruo,quia illi est honor.l.testamento.in fin.de manu.testa.ff.dico abundantius in ordina.regiis,rub. *des procureurs.*

Item prodigus,qui abiicit pecuniam sine causa, & frequentatores tabernarum, quando sunt in propria patria, & domi computantur inter viles. l. non debet. ff. de dolo. nempe multotiens, post pastum, & vinum, verba & verbera succedunt, maxime vxoribus talium, ob id sanctè fuit prolatum arestum Tholosæ, quòd nullus incola, seu habitator tabernas frequentaret sub magnis pœnis, sed iudices neglexerunt executioni tradere,& ideo fit sicut erat in principio, ex necessitate tamen licet etiam clericis in tabernis edere, vtpote quando sunt aduenæ,& viatores.cap. non oportet.& seq.44.dist.

Item viles sunt custodes caprarum, & porcorum, cloacarij, venditores carnium, & qui vendunt salem, saponem, lardum, clauos, quos reuenditores dicimus,in l.ne quis,& ibi glo.Bart.& patruus meus Rebuff.& Platea,de dignita. lib.12. C.& regulariter omnes,qui minutatim vendunt, viles sunt, secundum Plateam, ibi, quod non est verum,nisi vendant viles res.

Item pistores, balneatores, tonsores pannorum, purgatores latrinarum, blanchiarij,qui pelles cum calce mundant,macellarij, & goliardi, in dict.l.ne quis,per doct.in cap.1.de vita & honesta. clerico.in 6.

Item caupones,siue tabernarij,quando ipsimet vinum ministrant potantibus,quia aliquando ho nesti viri vinum vendũt,ita Alber.in l. humilem. de incest.nupt.per tex.in l.quæ adulterium.C.de adulter. & ideo clericis prohibitum extitit, ne teneant tabernas,in c.nulli.44.dist.quod est verum per se, vt ipsi seruiant, sed per alios bene possunt, ita dicit Domi.& Philip. defendisse quẽdam clericum,in c.1.de vita & honesta. cler.in 6.per text. in c.negociatorem.& ibi gloss.88.dist. quod bene nota,quia communiter hospites & caupones sunt fallaces,ita Bald.in l.1.ff.loca. & Angel.in l.1.furt. aduer.naut.& stab.vidimus inquit,modicos caupones diuites, & diuitias eorum diutius durare, & ideo in mendaciis eorum non iustificabitur ecclesia, vt tenet Curt.in addit.ad Alex.in l.1.C. de eden.hodie statim diuites efficiuntur, iure vel iniuria,nescio,Deus scit. *Contra caupones.*

Item mimi, histriones, & agitatores,inter viles computantur.l.2.§.ait prætor.ff. de iis qui notan. infa.l.Titius.in fi.ff.de act.emp.4.q.1.c.1.& de cõsecra.dist.2.c.pro dilectione,quod intellige secundum gl.quando exercent causa mercedis, secus si causa amœnitatis,vt faciebat Dauid : nã dum arca fœderis Hierosolymã referretur, cum solenni instrumẽtorum musicorum, ac carminum pompa, non arbitratus satis ad honorẽ Deo exhibendum esse, pedibus ad eam procedere, sed diuina carmina voce ac psalterio modulans, ad vocem musicam corporis quoq; gestus accõmodauit,nihilq; de regia maiestate deperire,si sacerdotum in numerum se coniecisset,putauit,neque inde se retraxit, licet ab vxore Micol rideri, vt quandoque vxores malæ faciunt,quæ agebat,videret.testis est nobis Fulgos.in rub.de relig.cultu.

Item qui cantant turpes cantilenas per ciuitatem, vel nudi per ciuitatem incedunt, quasi more insanorum, viles dicuntur, text. in l. ob quæ vitia. ff. de ædili. edict.

Item aliquando dicuntur viles, qui non sunt in dignitate, c. sedes, de rescript. vel ad differẽtiam nobilium, in authen. de incest. nupt. §. 1. & Lucas de Penna in l. si qua, col. secunda. C. de specta. lib. 11. & per hoc excusaui quendam nobilem à condemnatione iniuriæ, qui vocauerat quendam mercatorem vilanum, *vilain*, nostro idiomate: nam feci interrogari nobilem, quomodo vellet intelligere, qui respondit, quòd vocabat vilanum id est non nobilẽ, & animo iniuriandi non dixerat, sic fuit absolutus. vide gl. in authen. de manda. princ. in verbo, vitium, col. 3. & sic vilis vocatur, qui actus viles facit, vt supra exempla retuli.

Aliquando vilis, vel vilissimus, capitur pro modico, vt Imperator scribit. in l. 2. §. omnibus. C. de veteri iure enuclean. ibi, vilissima pecunia erit comparatio istorum librorum, & breuiter illi dicuntur viles, qui malis moribus vilescunt, ita Bald. in l. humilem. C. de incest. nupt. glo. in cap. qui contra ecclesiæ pacem. 24. quæst. 1. sequuntur docto. in d. cap. sedes, & vilissimus computandus est, nisi sanctitate, & scientia præcellat, qui est honore præstantior. cap. vilissimus. 1. quæst. 1. sed non accipimus hic de his vilibus, sed de quibus suprà dixi, & quæ dicantur causæ viles, vide per Specu. in tit. de libello. concept. §. nunc dicendum, versi. 3. & docto. in authen. nisi breuiores. de senten. ex libello recitan. & incommoda vilium vide per Rauen. in alpha. in verbo, vilitas, & Ludo. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro in 2. fallen. col. 6. ff. solu. matri. {Cogitate auditores dilectissimi ad allusionem, quam grauis autor Igneus tradit in l. 1. §. serui autem. nu. 83. ff. de senatuscon. Sylla. vbi dicit viles à villa dici, quæ quàm proxima sit veritati vobis relinquo.}

*Viles, leues, & graues, qui sint.* Viles ergo sunt, quantum ad intellectum text. malis moribus prẹditi, leues verò sunt, qui omnibus credunt, & omnia, & quotidie mentiuntur, glo. in c. omnibus. 2. q. 5. Panor. in c. licet causam, de probatio.

Graues verò dicuntur, qui sunt bonæ opinionis & famæ, glo. in c. licet ex quadam, de testib. Bonus de Curtili, in tracta. nobilita. in 7. parte, nu. 7. & 8. Magna iniuria dicitur, quando fit alicui baroni, vel ex eius genere prouenienti, cum ipse magnam dicatur habere nobilitatem, c. grandi, de supplen. negligen. præla. voluit Zochus, in regul. cancel. Iulij secũdi, in tertia parte. Item quæ fit præsidibus prouinciarum, & aliis iudicibus, & administrationem iustitiæ habentibus: nam qui manus in illos intulit, capite puniri debet. l. omne delictum. §. qui manus. ff. de re milita. docet Lucas de Penna, in l. secunda, de deserto. lib. 11. C. Felin. in cap. ex literis, de consti. col. 9. Iason in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omnium iudic. & l. principalibus. ff. si cert. petat. vel quando fit à vilissimis, vt suprà dixi. Paruam dicerem, si fieret mercatoribus, siue burgensibus, minorem, si fieret artificibus, & ignobilibus, aliis, licet sint bonæ famæ & opinionis. Minimam dicerem iniuriam, quando fit vilibus, de quibus suprà, ideo iudex bonus ex qualitate personarum considerabit, maxime quando est verbalis, quia de corporali, supra dixi, quæ est maior, quàm verbalis, iuxta nota. in §. atrox, insti. de iniur. & hodie Galli cum sint bene auriti, maxime Borbonij, nihili faciunt iniurias verbales in hac patria consuetudinaria, nec iudices solent litigantes super his audire, {quoniam desiit bonum & æquum esse iniuriarum condemnari. l. qui seruum. ff. de actio. & obliga. Videte per Stobẹ. in titul. de patientia. vbi dicit nihil iucundius esse, & docto viro dignius, quàm ferre posse conuiciantem, quoniam si ille, cui conuicium fit, dissimulauerit, in ipsum authorem redundat. Demosthen. à quodam conuinciis lacessitus, Nolim tecum in hoc genus certaminis descendere, dixit, in quo qui vincitur, ipso victore est melior. Et Plato cuidam ei maledicenti ait, Perge maledicere, vt qui bene nunquam didiceris.} de quo fuit prolatum arestum, in hoc supremo senatu, vt sequitur.

*Arest de iniures verbales.* *Extraict des registres de Parlement, La court a deffendu, & deffend, à tous Baillifs, Seneschaux, Preuosts, & autres iuges quelconques, leurs lieutenans, clercs, & greffiers, que pour matiere d'iniures de petite importance, ils ne reçoyuent doresnauant aucunes escriptures, de parties, ou de leurs procureurs, pour faire enqueste, & ne facent, ou facent faire sur icelles escriptures aucunes enquestes, sous ombre des consentemens d'icelles parties, ou de leursdits procureurs, sur peine d'amende arbitraire, & de recouurer sur lesdits iuges, leursdits lieutenans, clercs, ou greffiers, les frais, & despens, que lesdictes parties auroyent faicts esdictes enquestes, & à iceux clercs, ou greffiers, qu'ils ne enregistrent, ou facent enregistrer, les appoinctemens, de contraires, ne à rapporter les enquestes, es matieres susdictes, nonobstant lesdits consentemens, desdictes parties, ou de leursdicts procureurs, sans preallablement iceux monstrer ausdicts iuges, ou leursdicts lieutenans, pour par eux y pourueoir, par raison, & à fin que iceux iuges, ou leursdicts lieutenans, en puissent respondre à ladicte court au temps aduenir, quand mestier sera.*

*Faict en Parlement, le quatorziesme iour de Mars, L'an mil cinq cens sept, signé Mallon.*

*Cautela pro co, contra quẽ iniuriarum agitur.* Et vidi impetrari literas regias directas illi iudici, coram quo pars prosequebatur iniuriam, quibus mandabatur, vt silentium perpetuum super his imponeret, & istud conuenit dicto Diogenis, qui cum quidam eidem iniuriã inferret, dixit, Si veridicus es, propter veritatem nõ irascor, si mendax, deest indignationis causa, ex quo non noui quid dicit, superat cõscientia, quicquid mali confinxit lingua. Dicebat etiã Aristoteles, mihi non maledicit, quando ea quæ dicit, mihi non adsunt, nec in me hẹrent: si verò quid dixerint in nos merito reprehendendum, admoniti corrigemus, & tales proderunt, vt est in apophtheg.

(Quod grauiter ferendum est) corporales iniurias [b] sine causa perferunt. [b] Sine causa) Not. secundum Bald. & Bolog. istum text. à contrario

contrario sensu, quòd licet non sit iniuria inferenda scholaribus sine causa, tamē cum causa sic, vtpote si alium aggrediantur, quia non debent scholares alium prouocare. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. feci. dica. & cuilibet licet vim in se illatam propulsare. l. vt vim. ff. de iust. & iur. c. dilecto. de senten. excom. in 6. etiam diabolo non est deneganda defensio. doct. in cap. cum inter. de except. Itē sine causa non debet quis locum scholaris occupare. l. fin. de offi. mag. offic. supra, & ibi Albert. Item sine causa canonici nō debent cessare à diuinis. c. si canonici. de offic. ordi. lib. 6. & hodie etiam cū causa posita in illo tex. non possent cessare, vt habemus in rub. de interdict. indif. non ponend. & in rub. de excō. non vitan. in concord. Item licet princeps possit aliqua facere, etiā non expressa causa. l. 1. C. de metro. berito. lib. 11. nec teneatur causam exprimere, sine ipsa tamen quid statuere non debet. nam Deus, quem princeps sequi tenetur, in authen. vt omnes obediāt iudicib. prouinci. §. arripiar. colla. 5. l. fin. C. de dona inter virum & vxo. sine causa nihil agit in terra, vt dicit Iob 5. c. & c. quòd quidā. 1. q. 1. & Policra. lib. 2. c. 1. nihil est, vel fit, cuius ortum legitima causa, & ratio non præcedat. Lucas de Penna, in l. fin. col. 1. C. de cond. in publicis horreis. lib. 10. ne longior sim, sexcenta similia de industria, quæ congesseram omitto, & ne causa fastidium pariat.

Hac [i] igitur generali & in perpetuū valitura lege decernimus, vt nullus de cætero. [i] Hac igitur) Collige pronomen, hac, esse demonstratiuum. l. nemo. primo respon. & l. hoc articulo. ff. de hæred. insti. l. si stipulatus fuerim. ff. de verb. oblig. Bar. in l. 1. in prima oppo. de operis noui nuncia, & in 1. consti. C. Ias. in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. Alber. in dictio. in ver. hic, & est demonstratiuum, tam ad oculum corporis, quàm ad oculum intellectus. Barba. in repet. l. cum acutissimi. col. 64. C. de fideicom. vbi multa alia vide ibidem.

*Audacia quando in bonum capiatur, & quibus necessaria sit.*

Tam [k] audax inueniatur qui. [k] Tam audax.) Nota, quòd audacia in malum sonat, ita no. glo. in verb. audax, & ita capitur, in l. si quis in tantam, infra, vnde vi, & l. 1. ibi. non audacter. §. fi. ff. si pars hęred. peta. glo. in cle. 1. de offi. ordina. quæ allegat cōcordantes, & ibi dicit Aufre. in 2. nota. eos esse audaces, qui contra ius faciunt. c. eum qui. de præb. in 6. & in l. properandum. ibi, nullus tam audax inuenitur. de iudic. suprà, & in authen. de administra. in princip. colla. 7. Archi. in c. audacter. 8. q. 1. & est peccatum, eo quòd passionis excessum dicit, & fortitudini opponitur, secundum beatum Tho. in 2. secundę. art. 27. de audacia, & de hac audacia loquitur Ecclesiast. 8. cum audace nō eas in via, ne fortè grauet mala sua in te, ipse enim secundum suam voluntatem vadit, & simul cum stultitia illius peribis. & sic propriè dicitur stultitia & temeritas, licet quandoque in bonum accipiatur, per tex. & ibi Lucas de Penna, in l. si quis decurio. col. 1. C. de decurio. lib. 10. vera quippe audacia tenet medium, vt non temere quid audeat, nec inconsulte teneat, secundum Aug. ad Hiero. de sentētia Iacobi, & ista est bona scholaribus, & lectoribus non debet deficere. nam dicitur 6. Ethic. Quòd ad virtutis officium pertinet consiliari tarde, operari autem velociter consiliata. hæc autem non nisi per effectum audaciæ perfici possunt: in his quidem maxima potest esse confusio, qui maximè timent, audacia verò pro muro habetur, vt ait Sallustius in Catilina. Peior est autem in explicanda oratione defectus audaciæ, quàm ipse labor. & Iob 6. Qui timent pruinam, irruet super eos nix, & tempore quo fuerunt dissipati, peribunt. Legimus Ciceronem in oratione pro Milone, ex defectu audaciæ tacuisse, & Ouidius dicit,

*Audaces fortuna iuuat, timidósque repellit.*

*Audacia Iulij & Mitridatis.*

Et qui fuerūt temerarij & audaces, Valerius narrat, lib. 9. c. 8. de Iulio Cęsare, qui deuicto in Pharsalia Pompeio eos insecutus, quos Pompeius omiserat, Helespontum parua naui traiecit, & L. Cassium, hostem inuentum decem naues habentem vltro se inuasit, tum minis, tum orationibus adductis, & ita egit, vt Cassius petita venia ad eū transiret. Non minor fuit temeritas Mitridatis regis, qui dum Asiæ Imperium obtinere vellet, procurauit vt illuc seruus duceretur, vt diligentius situm patriæ cognosceret, quem cum coniunx Laodicæ putaret mortuū, multis per adulterium se commiscuit, ipsiúsque reditum verita procurauit, vt rediens interimeretur. testis est nobis Baptista Fulgo. lib. 9. c. de temeritate. Alia exempla omitto, sed in iuuenibus est communiter reprobata, in senibus laudatur, si medium tenet, vt communiter dicitur, & non sonet in temeritatem & stultitiam, & hæc Aduocatis est maximè necessaria. Et curialibus, vulgò dicitur, curialis timidus, canis esuriens.

*De dictione aliqua, quicquam & alijs.*

Aliquam [l] scholaribus iniuriam inferre præsumat. [l] Aliquam) Nota ex tex. quòd nullus debet iniuriam atrocem vel magnam scholaribus inferre, sed nec quidem quantumcunque minimam, siue realem siue verbalē: hoc importat dictio aliquam, vt not. glo. singu. in clemen. vna. in verbo, aut earum, de foro compet. vbi Card. & Imol. reputant eam singul. & Corse. in suis singu. in verb. pars, & ibi scripsi. Et sic probatur, per superuenientiam liberorum donatio omnium bonorum reuocatur: idem si aliqua bona fuerint donata, etiam minus dimidia, per tex. in l. si vnquam, ibi, aliquam partem, infra, de reuocand. dona. & hanc opinionem plenè prosequitur Tiraquel. in repet. illius legis, in verbo, omnia, vel partem aliquam, facit tex. in l. ex mille. §. cæterum. ff. de euictio. & l. adeo. §. primo. de rerum diuisio. & c. super eo. de eo qui cogno. consang. vxor. suę, & c. primo. de frigi. & male. glo. in cap. vno. §. si miles. in verbo capituli, de pace tenend. & eius viola. Decius consil. 455. placet. colum. 2. & ideo dicit Barol. in l. interdum. ff. de hæred. instit. quòd libellans debet esse cautus, quod si in libello petat duas partes rei, vt exprimat totius rei de tribus,

quia si simpliciter peteret duas partes, intelligeretur de duodecim, per d. l. interdum. sed illam opinionem reprobauit Angel. in l. si in rem. ff. de rei vend. & in l. etiam. ff. de vsufruct. dicens iura per Bar. adducta nō facere ad propositū, & quòd consuetudo totius mundi obseruat contrarium. eam opinionem Bar. reiecit Ancha. in c. extirpandæ, de præb. & in c. cum homines, de decimis, & ibi abbas, & pro hoc facit c. indēnitatibus. in §. si verò, de electio. in 6. idem contra Bar. tenuit Barba. in c. 2. de libel. obla. alibi fusius dicam.

Aduertendum est tamen, quia contra illam glo. sing. ponderatur, tex. in l. Gallus, in §. in omnibus. ff. de liber. & posthu. vbi sufficit filium institui in aliqua parte, sed de iure digestorum debebat institui in tota legitima. l. si non mortis. ff. de inoff. testa. & C. eo. tit. l. omnimodo, licet in d. l. si non mortis, hoc sit additum à compositoribus noui iuris, ergo dictio aliqua, non verificatur in minima, sed in tota legitima. Sed respōdet Ias. in d. l. 1. C. de pact. quod ibi dictio, aliqua, intelligitur de tota legitima, sed istud non est realiter respondere, ideo posset dici, quod concordat, quia cōsilium Galli non vult vt rumpatur testamentum, ergo prouidet, vt si filius sit institutus in aliqua parte bonorum, testamentum secundum illius consilium teneat, & demum filius agere poterit ad legitimū supplementum per l. omnimodo. C. de inoff. testa.

Idem si apponatur dictio minima. l. 1. C. de vendit. rerum fisca. cum priua. commu. lib. 10.

Idem si aliquis sit grauatus ad dandū aliquid. quia liberatur dando vnam vel alteram rem, Fel. in c. omnes leges. 3. dist.

Idem dic in dictione particula, vel partiuncula, tex. & ibi docto. in l. 2. quando & quib. quarta pars debetur, lib. 10. infrà, licet gloss. ibi aliter velit. Corset. tamen in singul. incipien. pars primæ opinioni adstipulatur.

Idem crederem dicendum de dictione quid, vt si lege caueatur, quod si quid relictū sit, etiam in minima parte intelligi potest. pondero text. in l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acqui. hæred. text. & ibi glo. in l. 1. §. 1. in verb. si quid. ff. de operis noui nuncia. {Melius facit l. hāc legem venditionis, quid sacri vel religiosi est eius nihil venit. superuacuum non esse, sed ad modica loca pertinere. ff. de contrah. emptio.}

Idem de dictione quicquā. c. sine exceptione, in verbo quicquam. 12. q. 2. & ibi scripsi in cōpendio de alien. rerū eccl. {l. per seruum. ff. de acq. rer. do.}

Idem dicerem de dictione certa pars. l. si qui. C. de postulan. Iaso. in l. qui filiabus. §. primo. col. 2. in 3. nota. ff. de lega. primo. {Idē si diceret quamlibet partem. l. 3. in prin. ff. de acqui. posse.}

Fallit quando subiecta materia suaderet aliter, nam minoribus vigintiquinque annis succurri quando aliquid damni passi sunt. l. minoribus 25. annis. ff. de minorib. & tamen pro minimo non datur restitutio. l. scio. ff. de in integ. resti. Decius in c. quoniam, col. 1. de testib. & l. cum quid, in prin. ff. si cert. pet. ac consil. 581. viso. col. 2. glo. in c. quicunque. 16. q. 7. {Idē in dictione quadam. l. 1. in prin. ff. de dolo.}

## Nec ob alterius cuiuscunque prouinciæ delictum, siue [m] debitum.

*Capl non debet unus scholasticus pro alio.*

[m] Debitum) Nota quòd scholares nō debent propter debitū vel delictum aliorum affligi, vel alterius prouinciæ, & sic pro represaliis non debent capi, vt suprà scripsi abundantius in 150. priuilegio, nec etiam vnus scholaris pro alio, vt probatur in l. sancimus. C. de pœnis, vbi delicta suos tenere auctores debēt, quamuis contrarium obseruent iniqui iudices, qui per senatum essent grauiter puniendi.

## Quod aliquando ex [n] peruersa consuetudine factum audiuimus: aliquod damnū eis inferat.

*Consuetudo iniuriandi, scholasticis reprobatur.*

[n] Peruersa consuetudine) Nota hunc text. sing. secundum Boerium in consi. 1. col. 3. post consuetu. Bitur. descripto, ad hoc, quod consuetudo contra bonos mores non valet, & sic consuetudo iniuriandi scholaribus, quam habent quidam peruersi hospites, vel alij eos non excusat, quia est peruersa, & quando excuset consuetudo, vide Ioan. Fab. in §. 1. de iniur. & quæ ibi addidi, & Roch. de Curte in repet. c. fi. de consue. & Rauen. in conclu. suis consuetudinis post alphabetum, & illa consuetudo in melius est reformanda, vt pro iniuria beneficium deinceps scholasticis præbeant, & bene illis erit ac studentibus.

## Scituris huiusmodi sacræ constitutionis [o] temeratoribus

[o] Temeratoribus) Nota secundum Salice. & Bolog. quod inferens damnum scholaribus, debet puniri, & iudex non vindicans nota infamiæ, ac dignitatem perdit, sed hodie multi essent infames, & perderēt dignitates, quia melius defendunt suos seruientes pessimos, & homicidas quā scholares, ideo sciētia exulat, & nos cū temeritate quadā curias, frequētamus, & officia emimus, licet salubrius esset, vt emeremus viros officiis, sed hoc iure non vtimur.

*Emēdi sunt uiri officijs & non officia uiris.*

Quærunt hic doct. an si iudex fuerit absolutus, pars cēseatur absoluta? & videretur quòd sic, quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. l. bona fides. de reg. iur. in 6. l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhi.

*Vno soluēte an alij liberentur.*

Contrariū concludunt, cū ex parte vtriusq; sit pœna, ergo vno soluente, alij non liberantur. l. si quis id quod, & l. si familia. ff. de iuris. omn. iud. & vt ista materia sit nota, facio duas conclusiones.

Prima est, quòd si sint plures debitores, etiam insolidum, liberantur vno soluente. l. prima. & ibi Bald. ff. de condict. furt. l. si plures, de dolo. l. prima. §. fi. de eo per quem factum erit. l. prima. C. si plures vna sententia condemna. fuer. & ibi gl. & in §. pen. & fi. insti. de duob. reis, quia restitutio rei nō recipit pluralitatē, argu. l. Lucius. 2. §. impuberē. ff. de lega. 2. & quia bona fides, &c. vt visum est sup.

Limita, quando æstimatio rei facta est, quia adhuc potest possessor conueniri. l. stichum. §. dolo. ff. de solu. l. etiam. §. penult. de peti. hæred. Floria. in d. l. item Mela. §. sed si plures, colum. 2. ad l. Aquiliam,

Aquiliam, quod intellige verum, quando ille non est habiturus regressum contra alium, alioqui secus in dict.§.penult. & Dyn. in dict. regula bona fides, de reg.iur.in 6.

Secunda conclusio, quando plures tenentur actione pœnali, vno soluente, cæteri non liberantur.l.si quis id quod.& l.seq.cum l.si familia.ff.de iurisd.omn. iud.l.item Mela.§.si plures.ff.ad leg. Aquil.glo.& doct.in §.pœnales.instit.de actio. & in l.ex maleficiis.§.ideo si filiusfam.ff. de actio.& oblig.quia cũ omnes sint obligati ad pœnam, vno soluente non est extincta pœna quo ad alios, secundum Albert.in d.l.siquis id quod.

Limita procedere, quando esset pœnalis ab vtraque parte, secus si ex parte vnius tantum, vt ex parte rei conuenti, & ex parte actoris rei persecutoria.l. prima. §. si plures. ff. de eo per quem factum erit.

Secundò limita, quando dicta pœnalis actio descenderet ex delicto, & proueniret, secus si ex quasi delicto.l.3.& seq.ff.de his qui deiecerunt, vel effuder.l. 1. ff. ne quis eum qui in ius voca.est, vi eximat.l.licet.§.fi.nautæ, caupo.stabu. quia cũ debitores teneantur ex facto alieno, ex facto quod sumit originem in persona alterius, & sic non proprie ex maleficio, sed ex quasi, ideo agitur mitius cum eis, vt tenet Bald.in dict.l.prima. C. de condict.furt.ideo consuluit Dyn. quem refert Barto.in l.ex maleficiis.§.is quoque.ff.de actio.& obliga.pro statuto Lucano quo cauetur, quòd si homines de contracta non cœperint malefactorem, puniantur in decem: certe vno soluente, cæteri liberantur cum ex quasi maleficio astringantur, & ex facto alterius, Bald.in l.penul.nu.6.C.de conditio.insert.idem dicit in duabus ciuitatibus, quæ tenentur emendare furta in eis facta, quia licet quelibet insolidũ teneatur, tamẽ vno soluente altera liberatur. Alia multa ponunt doct.in §. pœnales.insti.de actio. Ang.in trac.malefi.in gl.fama publica.ver.quæritur.Bar.in l.semper.§.si in sepulchro.ff. quod vi aut clam. Pet.de Bella pertica, in q.388.Alber.in tract.statuto.in 2.parte. q.72. & q. 77.& in 3.parte.q.65.Bald.in suo tracta. statuto.in verbo capere, Corset.in sing.incip.homicidium.

## Et etiam ipsis locorum [p] rectoribus.

[p] Rectoribus) Nota quòd rectores locorum, præsides prouinciarum tenentur, & alij iudices illatam scholasticis iniuriam & damnum vindicare.

*Magistratus quare locorũ rector vocetur.* Et sumitur hic rector pro quibuscunq; magistratibus, licet aliquando rector pro pręside sumatur, vt est text.in rubr.C.de offic.recto.prouincię. iuncta l.1.& 2.& dicitur rector quasi rectus, id est ordinatus, quia probus, bonus & firmus debet esse, vel à regendo rectè vocatur rector, quia magistratus recte regere debent suos subditos. Lucas de Penna in l.omnes.prima.C.de anno. & tributo. lib.10.vbi dicit, tunc bene regit, cum delicta corrigit.l.congruit.ff.de offic.pręsid.magnũ enim sacrificium Deo offertur, cum mali, qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, vigore iustitiæ compescuntur.c.quale in fi.23.q.5.vnde si negligenter ea quæ male vsurpantur omittimus, excessibus viam aliis aperimus. c. peruenit ad nos. in fin.93.dist.hodie potius ruptores locorum, vel raptores quàm rectores vocari, si non regant, vel non bene possunt. testis est nobis Lucas in dicta l.omnes.col.vlt.

## Qui hoc vindicare [q] neglexerint.

[q] Neglexerint.) Nota quòd rectores locorum negligentes vindicare iniuriam scholasticis illatam puniuntur, vt hîc, & si iudex repertum non vindicat, tegere crimina cõscius festinat.l.2.C.de commerciis & merca. nam error cui non resistitur, approbatur.cap.error.83. dist.& per negligentiam delictis consentire videntur.c.1.in glo.vlt.de offic.deleg.vnde dicitur 2.Paralipo.19.cap. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite.dixi supra in verbo diligenti.

Et intellige hic vindicare auctoritate iustitiæ, nam verbum vindicare hic positum, non est ad timorem vindictæ referendum, sed ad zelum iustitiæ, & non vt odium exerceatur, sed vt prauitas corrigatur.c.vlt.23.q.4. & scripsi post doctor. theologos, in repe.l.diuus.fol.17.versi. inquãtum. ff.de senatusconsult.Sylla.quòd duplex est vindicta, priuata quæ auctoritate propria exercetur, & hæc reprobata: altera est publica, quæ ad iustitiæ obseruationem fit, & ista est approbata. cap. ea vindicta.23.q.4.

## Restitutionem [r] rerũ ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum, notáque infamiæ eis ipso iure irroganda, dignitate sua se carituros in perpetuum.

[r] Restitutionem.) Nota quòd non solum pars potest cogi ad restitutionem rei ablatæ ab scholasticis, sed etiam iudex, qui neglexerit vindicare, vt hic, dum dicit restitutionem rerum ab omnibus exigendam hodie, quia dati sunt certi conseruatores, & iudices ipsis literarum studiosis: putarem conseruatores tantum teneri, & pœnis infra descriptis puniri, quia cum ipsi sint specialiter ad hoc deputati, ipsi sunt negligentes, & alij excusantur, cum ab eis iurisdictio quo ad scholasticos remota sit.

Quæro quando dicantur negligentes, respon. quando requisiti fuerunt per scholasticos, vt scripsi supra in verbo, diligenti, vnde post requisitionem potest à denegatione iuris & iustitiæ scholasticus appellare. Et si dicatur bene appellatum, ipse appellans cum familia & sua posteritate, erit perpetuò exemptus ab illo, à quo appellauit, authen.statuimus.in fin. C. de epis. & cleric. hoc expresse tradit Masuer. in sua practic. in rubr. de appel. §. item in causa appellationis, & posset illum recusare, si coram eo conueniretur, Lucas de Pẽna in l.vna.col.2.C.de irenarch.lib.10. & sic est prima pœna vt ad restitutionem rerum ablatarum teneantur conseruatores scholarium. *Duodecim pœnæ cõtra iudices priuilegia scholasticis non obseru...*

Secũda pœna est, quòd in quadruplum tenentur, vt in hoc text. patet ibi, quadruplum, in quo quadruplo inest simplum, id est, rei restitutio.

doct.in §.quadrupli,de actio. in lib. insti. & hoc probat iste text. dum dicit restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum, ergo restitutio rei in quadruplo.continetur,licet in furto in pœna dupli & quadrupli rei restitutio non comprehendatur.§.fi.deob lig.quę ex delicto nascuntur.in instit.

Tertia pœna,quòd iudex est infamis,ibi,nota infamiæ,&c.& sic omnes pœnas pati debet, quas alij infames, de quibus in regula infamibus. de reg.iur.in 6.

Quarta, quòd hæc infamia eisdem ipso iure irrogatur,ibi eis ipso iure irroganda, requiritur tamen declaratio, cap. cum secundum leges. de hæret. & quid operetur quod ipso iure sit infamis,vel per sententiam, vide quæ scripsi in arbore feudorum.& vt semel apprehendas,lege And. Tiraquel.in repet.l. si vnquam.in verbo reuertatur.C.de reuoca.dona.

Quinta,quòd tales conseruatores sunt priuati suis officiis & dignitatibus,quæ possunt Impetrari, & iure patet, quia rex vult quòd ipso iure irrogetur infamia,ergo & priuatio, & quia infames omnibus sunt exuti dignitatibus, regula infamibus,de reg.iur.in 6. & probatur per verbum careant.in tex.positum, quod denotat ipso iure, tex.iuncta glo.in l.prouidendum.C. de postul. & in c.licet canon,de electio.in 6. Corse. in singul. incipien.careo.Felin.in c.ex tenore.col. 8. nume. 17. de rescript. & quanuis quidam codices habeant,in hoc tex.carituros, tamen importat ipso iure:tum propter verbi naturam, tum ob verba ipso iure hic posita, & ratione status incompatibilis,quia postquam est ipso iure infamis,incompatibile est vt habeat dignitatem. Ista est sententia Bal.in §.qui clericus,in prin. per illum text. si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agnat. vassa.Fel.in c.Rodulphus,col. 21. versi. quotiens ratione status de rescript.

Sexta,quòd nō possunt ista officia & dignitates eis amplius concedi, ibi, carituros in perpetuum: non carerent perpetuo, si possent denuo officia eis conferri,& ne eæ pœnę ludibrio sint,c. commissa,de electio. in 6. nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerunt.l.iudices.C.de digni.lib.12.

Septima quòd decem librarum auri sustinere etiam debēt pœnam,& periculum in capite. tex. in §.sancimus,in authen.de armis,colla.6.

Octaua,quòd inter pessimos & plebeios,postea haberi debent.l.iudices.C.de dignit.lib.12.quāuis deferatur illis,qui iuste officium reliquerunt, in memoriam pristinæ dignitatis.l.fin. ff. de muner.& hono.& tradit Ias.in l.si ita.§. Grisogonus. ff.de verbo.oblig.& Catellia.cotta,in 2.parte memora.in verbo,dignitas, & in verbo, potestas, & in verbo,reliquiæ,non tamen istis, qui ob negligentiam scholasticos ab iniuriis non vindicarūt, ipsi enim interea studiosi ex animo deseruerunt studium,qui in doctissimos & fortissimos euasissent viros.

Nona,vt omnia,quæ in administratione positi emolumenta perceperunt reddere compellantur.l.Iudices.C.de annonis & tributis,lib.10.

Decima est pœna periurij, quia iurant iustitiam administrare sine personarum acceptione, tex.in authent. iusiurandum,quod præsta.ab his, colla.2.

Vndecima peccant mortaliter, cum contra legem faciant,de quo in c.1. & in c. nam concupiscentiam,& c.ne innitaris,de consti. vbi doct. dicunt peccare venientem contra legem,glo.in ca. fi.de constitu.in 6.

Duodecima, quòd iudex qui negligit facere iustitiam,facit litem suam, insti. de oblig.quæ ex quasi delicto,in princ.glo.in c.hoc etiā.2.q.6.Lucas in l.perequatores,col.2.C.de censib.lib.11.Bar. tamē in l.fi.ff.de variis & extraord.cognitio.dicit, quòd in quibus casibus nō sunt proditæ actiones speciales contra iudicem negligentem,in illis casibus tenetur parti actione, in factū ad interesse, per titulum in auth.vt differētes iudices,colla. 9. doct.in l.4.§.in eum.ff.de damno infect.Iacobi.in l.si filiusfa.de iud.& sic tenebuntur cōseruatores, qui iustitiam neglexerunt administrare studentibus ad omne, quod eorum interest: aliæ multæ sunt pœnę,sed has nunc timeāt iudices negligentes,aliàs dum operæprecium fuerit,cumulabo.

Veruntamen si litem eis quispiam super aliquo negocio mouere voluerit, huius rei optione data scholaribus,eos coram [s]domino,vel magistro suo, vel ipsius ciuitatis episcopo. [s]Domino) Nota tres iudices,quos studentes habent in scholis, primo rectorem, ibi,domino: nam rector vniuersitatis simpliciter dicitur dominus in vniuersitate, ideo de eo potest tex.intelligi,licet glo.hic aliter intelligat,& doct.Vel potest intelligi de domino ciuitatis,id est,de preside illius prouinciæ, in qua est vniuersitas,vt in proœ.digestorum.§.illud,pen.& verisimile est, quòd iste text.intelligatur secundum illum §.illud.

*Rector vniuersitatis in ea simpliciter dominus est.*

Secundò habent suum magistrum & præceptorem,ibi magistro suo,& male exponit glo.alterius facultatis: quia hic non facit differentiam inter facultates,ergo nec nos facere debemus.itē non essent in text.nisi duo iudices, & tamen in proœ.digestorum §.illud, & doct. vbique dicunt tres scholasticis esse datos iudices.Ad hæc quòd hic text. dicit magistro suo,quia vult,vt quilibet scholasticus coram suo magistro, & præceptore agat,& conueniatur, & sic studentes theologiæ, coram doctore theologiæ, studiosi decretorum, coram doctore decretorum, & scholastici medicinæ,coram medicinæ doctoribus agere poterūt, & conueniri per hunc tex.

Tertiò habent episcopum ciuitatis, in qua est vniuersitas, & sic episcopus Montispessulani habet iurisdictionem in scholasticos studentes in suo castro Montispessulani, & episcopus Parisien. in studentes in ciuitate Parisien. sed de iure ff.in d.§. illud penult. dabantur tres iudices, videlicet

*Quot iudices hodie habeant scholastici, & de quibus cognoscant.*

delicet præses prouinciæ, episcopus ciuitatis, & professores legum.hodie etiam habent tres iudices, episcopum, vel eius officialem, conseruatores Apostolicum, & regium: officialis & conseruator Apostolicus cognoscunt in personalibus inter scholasticos & alios, sed conseruator regius in realibus maxime cognoscit, & in causa possessoria etiam inter scholasticos & alios exteros: in criminalibus episcopus cognoscit inter studentes clericos, c.si diligenti, & c.significasti, de foro compe.si verò studentes non sunt clerici, conseruator regius cognoscit, & ista intellige, videlicet posse scholasticos conueniri super contractibus factis in loco, in quo studebant, sed de cōtractibus alibi gestis in vniuersitate, in qua student, non conuenientur secundū Petr.de Bella pertica hìc, & abundantius scripsi suprà, in priuilegiis.

Quibus hanc iurisdictionem dedimus, conueniat. Dedimus) No.quòd Imperator dedit iurisdictionem istam, quam doctores, & alij positi hic habent, sed opponit glo.quomodo dedit Imperator, cum de iure ff.esset data? Item quomodo potuit dare episcopo, qui de iure diuino habet iurisdictionem? glo.sing.in c.si Imperator.96.dist. Card.in cle.1.de offi.ord. & ibi Aufre.post eum. scripsi, in glo.concord.in fi.Respon.gloss. ad primum, quia in proœ.ff.tantū legum professoribus dedit, hic aliis, quod non est verum, imo dedit episcopo, præsidi, & doctori, vt ibidem patet.ideo dicerem Imperatorem dedisse, licet de iure digestorum cōcedatur, cum totum sit Iustiniani ius, & per Iustinianū redactum, igitur omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur.l.1. C. de veter.iur.enuclean. & sic text. exponi poterit, dedimus, id est, datam cōfirmauimus vel datam ostendimus, glo.in c.2.& c.& si Christus, in fi. de iureiurand. Non obstat secundum, quia iurisdictio de iure diuino concessa est episcopis quoad clericos, sed non quoad laicos, ideo hic concedit etiam quoad laicos scholasticos, quamuis seculares dissentiant, & sic potest episcopus per hunc text.cognoscere inter studētes etiam laicos, cum Imperator dederit illi iurisdictionem, vt hic patet, & in proœ.ff.& iurisdictionem in clericos dare non poterat, ergo in laicos. Glo.quęrit, nūquid hæc iurisdictio possit delegari & committi? Respon.quod sic, quia datur iure magistratus, cum minoribus etiam concedatur, scilicet grammaticis, licet olim tantam maioribus, scilicet legum professoribus esset concessum.

*Episcopi iurisdictionē in laicos scholasticos an habeant.*

Nota ex glo. quòd magistri artium & præceptores in grammatica sunt de minoribus, ideo obtemperare debent maioribus, videlicet theologis, doctoribus canonum, legum, & medicinæ, cum isti sint de maioribus, & minor honorem, & reuerentiam debet maiori, glo.in l.1.ff.de aqua plu. arcend. licet aliqui magistri artium eo vesaniæ & superbiæ progressi fuerint, vt adeo magnos doctores putent se esse, quales sunt doctores alterius facultatis, quod non est verum, vt hic patet.& aliàs cum quidam artium magister prędicaret se ita magnum doctorem, sicut posset esse alius alterius facultatis. Respon. verum esse in stultitia, & superbia, & tacuit.

*Magistri artium de minoribus sunt.*

Qui verò ad alium iudicem eos trahere tentauerit, etiam si causa iustissima fuerit. Tentauerit) Nota, quòd attentans conuenire scholasticum coram non suo iudice punitur, vt hic, & quando quis puniatur ex sola attentatione, vide in l.si quis non dicam rapere. C.de episco.& cleri.& Fel.in c.1. de præsumptio. & in tract.quando conatus puniatur, & Socin.in tract.fallen.regula 31.attentatio, &c.alibi discutiā.

A tali conamine cadat. Hanc autem legem inter imperiales constitutiones, scilicet sub titulo, Ne filius pro patre, &c.inseri iussimus, datum apud Roncalias, anno Domini mille 158. Mense Nouembri. Cadat) Nota, quòd conueniens scholasticum coram non suis iudicibus, supra declaratis, perdit causam secundum communiter doctores hic.tamen iste text. hoc non probat, quia dicit, à tali conamine cadat, ergo causa non cadit, quia si scholasticus petat remitti ad suum iudicem, remittetur, & sic à tali conamine, videlicet conueniendi eum coram alio iudice cadit conueniens, & iste, vt arbitror, est verus intellectus ad istum text. quanuis doct. hactenus alio intellexerint modo. Nota igitur, quòd conueniens scholasticum coram non suo iudice, cadit à conamine, si hoc scholasticus petat, quia hæc remissio non fit sine petitione: hoc autem iudicium non datur, nisi postulatum fuerit.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto, glo.hic, & docto.alias scribunt quæstiones, quas poteris videre, & ne in immensum crescat nostrum opus, hoc claudam. Tamē rogabo vos egregij studiosi, vt dum viret ætas, dum florent anni, comparetis vobis virtutem, & scientiam: hæ sunt illæ diuitiæ, quas nec tempestas adimere, nec ignis exurere, nec vlla hominum vis eripere potest: cætera omnia, quæ in terris possidentur, fluxa, fragilia, & caduca, fortunæ bona. nō sit igitur graue, non sit molestum, annos aliquot laborem hunc suscipere. Qui Maronē illustrauit, Ciceroni, Salustio, Pliniis, Philosopis, atque Hippocrati, Galeno, Razi, Villanouano, aliisque medicis famam dedit. Papinianum, Vlpianum, Speculatorem, Petrum à Bella pertica, Bartholum, & alios Iurisperitos claros fecit, atque Augustinum, Hieronymum, & alios theologos immortales reddidit, ac demum cum superis Deus Opt.Max.locauit, cui ingentes ago, & perpetuas agam gratias, qui me hactenus direxit & ad finē vsque perduxit, illúmque perpetuò orabo, vt ad sempiterna gaudia post obitum me perducere dignetur. Amen.

*Intellectus ad tex. nouus.*

*SPES MEA CHRISTVS.*



# INDEX IN OMNIA REBVFFI OPERA, QVÆ TOTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

Dignitatem

E.

L

M



N

Possessor

Q

T

*FINIS.*

